Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8 17
13 — N
33

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

9. 120.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THOMISTICVS
ECCLESIASTES.

Digitized by Google

Digitized by Google

Isabella Piccini Religiosa Francescana in S.ª Croce di Venetia sculpsi

Digitized by Google

THOMISTICVS ECCLESIASTES,

Hoc est

S. THOMÆ AQVINATIS
ECCLESIÆ DOCTORIS
Selectiorum sacro-moralium Sententiarum Promptuarium:

Quas

In sacris ejus codicibus sparsim depromptas, ad communem vtilitatem alphabetica serie colligit, & ex diuina duntaxat Scriptura eademque Angelica doctrina pro viribus explanat

F. JO: BENEDICTVS PERAZZO
Sac. Th. Mag. Ord. Præd. Conuentus SS. Io: & Pauli Venetiarum.

TOMVS SECVNDVS
à litera D vsque ad L exclusiuè.

SOC. IESV * BIBL. SEC. COLL.

VENETIIS, MDCC.
Typis Combi & La-Nou.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illustrissimo ac Reuerendissimo D. D.

IO: BAPTISTÆ SANVTO

PATRITIO VENETO,

TARVISINO ANTISTITI VIGILANTISSIMO,

Sanctissimi D. N. Prælato domestico & assistenti,
Patrono summè colendo.

Fr. Io: Benedictus Perazzo Venetus Ordinis Prædicatorum
P. P. P.

POst humillima VRSINÆ Purpuræ exhibita oscula, sacræ SANVTÆ Tiaræ meæ votum obseruationis exsoluere in animo fuit. Nec sine consilij maturitate. Quòd enim S. R. E. Eminentissimum Principem, Teque pereximium ejusdem Prælatum, mutua piæ affectionis necessitudo conjunxerat, venerabundo clienti vel obsequio separare non licuit. Quam insuper admirandam in omnes comitatem humanitatemque indita propensione prætefers, hanc Prædicatoria nostra familia singulatim atque distinctiùs experitur in dies, vbi perpetuis eam fauoribus cumulatè prosequeris. Par exinde justumque erat, vt & ipse beneficiorum particeps, THOMISTICVM hunc ECCLESIASTEN gratitudinis ergo Tibi sacrarem, præque cæteris singularem Patronum deligerem: quicquid namque plures possent Mæcenates conferre, vtraque in primis virtute, consilio, merito, authoritate SAT VNVS præstas. Et signanter quidem

dem *Tomum* placuit exhibere *Secundum*: quo nempe & Ecclesiæ præeminentia, & oculatissimi præsertim, optimique Pastoris (quem in omnibus refers) distinctim qualitates expenduntur. Enimuerò quod sacræ doctrinæ verbo Angelicus hìc tradit Præceptor, Ipse ad subjecti profectum populi, exemplo sancti operis manifestas, *forma factus gregis ex animo*: eo vtique fine, vt subditorum *fidelium mentes dirigas* IOANNES alter *in viam salutis aeternæ*. Nequicquam hinc *diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret*: *cui* nimirùm inuictè *resistis* concreditarum ouium peruigil custos *fortis in fide*. In ea fide, inquam, cujus alta confessione Petrus Apostolorum summitas (quem muneris dignitate imitaris ac zelo) Ecclesiæ fundamentum à Domino dictus est, & à D. Chrysostomo *omnium Apostolorum fidelissimus* nuncupatus. At verò hanc qua polles sanctæ Fidei pietatem Pastoralis ea docuit Charitas, qua & idem Petrus Pontificiæ par habitus est dignitati, Io. 21. *Amas me? Pasce oues meas*. In solidum quippe Fidei petra fundamentum stat: at nonnisi Charitatis glutino Ecclesiæ ædificium *compactum est & connexum*, vt ait Apostolus ad Ephes. 4. Vnde & subdit: *Augmentum corporis facit in ædificationem sui in Charitate*. Ex quo non mirum, SANVTVM hodie, olim CANDIANVM Serenissimum Stemma, nobilitatis candore & antiquitate clarissimum, CÆRVLEA FASCIA, siue cælesti ZONA renideat: vt videlicet Orbi præfulgere vniuerso feruidissimam signet qua fultus es Charitatem; siquidem & Ioannes Apoc. 1. Filium hominis vidit *præcinctum Zona aurea*; idest (exponit S. Thomas) *cingulo Charitatis, quia stringit & custodit virtutes, ne à subjecto recedant*: *vestis enim non cincta, citò diffluit*, ad Coloss. 3. *Super omnia autem Charitatem habete, quod est vinculum perfectionis*. Verùm, si jam perfectionis apicem attigisti, quorsum cæteras siue Tuas siue Atauorum virtutes, atque heroica gesta recenseam? Illustria quorum insignia, non secus

ac in

ac in radioſo Solis Zodiaco, ea præfulgida in ZONA ad perennitatem collucent: vt nimirùm promouendarum in poſteris virtutum ſigna præexiſterent manifeſta. Ex quibus omnibus innoteſcit, quali & quanto perfrui confidat patrocinio *Thomiſtici* mei *Eccleſiaſtæ Tomus ſecundus*, vbi ſub inclyto tuo Nomine lucem aſpicit. Quòd ſi *Tomum primum*, inconcinnum veluti partum, benignus VRSINVS lambitus ad concinnitatem perduxit: *Secundum* hunc, textura injucundum, Tua (quam vel ipſo portendis Nomine) multiplex gratia jucundum omnibus reddet, gratumque ſatis. Vnum enixè precor: ut oblati paruitatem muneris generoſus magnanimuſque Venetus LEO magni facias, *ſubiecto parcens* ſeruulo nimiùm audenti. Vale, Præſul meritiſſime; & ad Eccleſiæ ornamentum diu viue: vt qui jam Paſtor *Optimus* præes, demum præſideas & *Maximus*.

FACVL-

FACVLTAS REVERENDISSIMI PATRIS MAGISTRI GENERALIS ORDINIS PRÆDICATORVM.

Nos Fr. Antoninus Cloche Sacræ Theologiæ Professor, ac totius Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis & Seruus.

HArum Serie nostrique auctoritate officij facultatem quantum in nobis est concedimus tibi R. A. P. Magistro Fr. Joanni Benedicto Perazzo Prouinciæ nostræ S. Dominici Venetiarum, vt possis typis mandare complementum Operis, cui titulus *Thomisticus Ecclesiastes*, à te compositum, & de mandato nostro reuisum & approbatum à Reuerendis Adm. PP. Magistris FF. Remigio Bianchi, & Thoma Ridolfi ejusdem Prouinciæ & Ordinis nostri, seruatis de jure seruandis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. In quorum fidem &c. Dat. Romæ in Conuentu nostro S. Mariæ super Mineruam die 2. Januarij 1694.

Fr. Antoninus Cloche Magister Ordinis.

Locus Sigilli. Registrata fol. 3.

Fr. Bernardus Thomas Villagomez Præd. Gener. & Secretarius.

APPROBATIONES ORDINIS.

THomistici *Ecclesiastæ* Tomum Secundum, non minori sanè, ac Primum, studio, diligentia, & ordine, ab A. R. P. Sac. Th. Magistro Fr. Jo: Benedicto Perazzo digestum, ex mandato Reuerendissimi Patris Magistri Generalis Ordinis lubens ego infrascriptus excurrendum assumpsi: quod mihi præfixeram, hinc adeptus delectamentum: quem promittebat Author, assecutus & fructum. Nil Sanctæ Fidei apprimè non consonum: nil candidis moribus non magis proficuum reperi. Nitidissimum immò speculum exhibetur, vnde (radijs Thomistici Solis in eo refractis) Christianæ pleniùs mentes illuminentur, fideliumque corda majori charitate inardescant. Opus proinde, vt publicam aspiciat lucem, numeris omnibus dignum. Ita veraciter sentio

Ego Fr. Remigius Bianchi Venetus
Sac. Th. Magister.

SEcundam partem *Thomistici Ecclesiastæ* à R. A. P. Sac. Th. Magistro Fr. Jo: Benedicto Perazzo Veneto exaratam, mandante Reuerendiss. P. Magistro Generali Ordinis, diligenter perlegi. Et hanc quidem, eodem, quo Primam, Diuinæ & *Angelicæ* veritatis fulgore coruscam, miro ordine compactam, omni prorsus vel vmbra erroris ablegata, comperi: proinde publicæ exponendam vtilitati, re vera censeo

Ego Fr. Thomas Rodulphius Venetus
Sac. Th. Magister.

MONITVM AD LECTOREM.

DIu expetitus à plurimis, & expectatus, prodit tandem THOMISTICI ECCLESIASTÆ Tomus II. Serò quidem; nec tamen Authoris incuriâ: qui nedum primi præfati, sed & integri Operis M. S. ab anno 1695. jam plenè perfectum absoluerat. Multiplici porro ex causa id accidisse scias, quam nec lubet hic detegere, nec juuat. Quicquid fuerit, Dei adscribendum beneplacito, cui humana in omnibus voluntas conformanda est. Non ita de Tertio, hoc est postremo Tomo euenturum, in eodem confidimus. Vale.

NOI REFORMATORI DELLO STVDIO DI PADOVA.

HAuendo veduto per la fede di reuisione & approbatione del P. F. Antonio Leoni Inquisitore, nel Libro intitolato, *Thomisticus Ecclesiastes &c.* del Padre Maestro Gio: Benedetto Perazzo dell'Ordine de' Predicatori, non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede cattolica: & parimente per attestato del Segretario nostro niente contro Prencipi & buoni costumi, concedemo licenza, che possa esser stampato, osseruando gli Ordini in materia di stampe, e presentando le solite copie alle publiche librarie di Venetia & di Padoua.

Data dal Magistrato li 20. Febraro 1695.

(Ferigo Marcello Proc. Ref.
(Ascanio Giustiniani II. Cau. Ref.

Agostino Gadaldini Segretario.

SERIES

SERIES VOCABVLORVM
hujus Secundi Tomi.

D.

DÆmon. Vide Diabolus.
Damnatus.
Damnum. Vide Furtum, Homo, & Lingua *Tomo* 3.
Dauid. Vide Cantus Ecclesiasticus *Tomo* 1. Prophetia *Tomo* 3.
Decalogus.
Decimæ.
Dedicatio. Vide Ecclesia.
Defensio. Vide Judex.
Defuncti.
Degradatio. Vide Ordo *Tomo* 3.
Delectatio. Vide Peccatum *Tomo* 3.
Denunciatio. Vide Judex.
Derisio. Vide Lingua *Tomo* 3.
Desiderium. Vide Peccatum, Voluntas *Tomo* 3.
Desperatio. Vide Blasphemia *Tom.* 1. Damnatus, Peccatum, Spes *Tomo* 3.
Detractio. Vide Lingua *Tomo* 3.
Deuotio. Vide Ecclesia.
Deus vnus.
Dei Potentia.
Dei Sapientia.
Dei Prouidentia.
Dei Justitia & Misericordia.
Deus trinus.
Diabolus.
Diaconus. Vide Clericus *Tomo* 1. Ordo *Tomo* 3.
Difficultas. Vide Actio virtuosa *Tomo* 1. Virtus *Tomo* 3.
Dignitas. Vide Ambitio *Tomo* 1. Episcopus, Princeps *Tomo* 3.
Dilectio. Vide Amor, Amicitia, Charitas, *Tomo* 1.
Dilectio inimicorum.
Discordia, Dissensio. Vide Pax *Tomo* 3.
Dispensatio. Vide Decalogus, & Lex *Tomo* 3.
Diuinatio.
Diuitiæ, Diues.
Diuortium. Vide Matrimonium *Tomo* 3.
Doctor Ecclesiasticus, & Prædicator.
Dolor. Vide Christi Passio *Tomo* 1. Damnatus, Defuncti, & Pœnitentia *Tomo* 3.
Dolus. Vide Auaritia *Tomo* 1.
Dominica dies. Vide Festus dies.
Dominica oratio. Vide Oratio *Tomo* 3.
Dominium. Vide Collegium *Tomo* 1. Princeps *Tomo* 3.
Domus. Vide Collegium *Tomo* 1. Ecclesia.
Donum. Vide Spiritus Sanctus *Tomo* 3.
Dotes. Vide Beatus *Tomo* 1.
Duellum. Vide Bellum *Tomo* 1.
Dulia. Vide Ecclesia.

E.

EBrietas. Vide Gula, & Sobrietas *Tomo* 3.
Ecclesia.
Eclipsis. Vide Christi Mors, *Tomo* 1.
Electio.
Eleemosyna.
Elias. Vide Antichristus *Tomo* 1.
Energumenus. Vide Baptismus *Tomo* 1. Diabolus.
Epichia. Vide Consilium *Tomo* 1.
Epiphania. Vide Christi Natiuitas *Tomo* 1.
Episcopus, & Prælatus.
Eua. Vide Adam *Tomo* 1. Mulier *Tomo* 3.
Euangelista) Vide Doctor Ecclesiasticus.
Euangelium)
Eubulia. Vide Consilium *Tomo* 1.
Eucharistia.
Eustochia. Vide Consilium *Tomo* 1.
Excæcatio. Vide Deus, & Peccatum *Tomo* 3.
Excommunicatio.
Execratio. Vide Juramentum.
Exemplum Majorum.
Exorcismus) Vide Baptismus *Tomo* 1. Ordo *Tomo* 3.
Exorcista)
Exprobratio. Vide Lingua *Tomo* 3.
Extasis. Vide Amor *Tomo* 1.
Extrema Vnctio.

F.

FAlsum testimonium. Vide Lingua *Tomo* 3.
Fama. Vide Gloria, Honor.
Fascinatio. Vide Christi mors *Tomo* 1. Diabolus, Diuinatio.
Fatum. Vide Dei Prouidentia.
Festus Dies.
Fictio. Vide Eucharistia, & Pœnitentia, Sacramentum *Tomo* 3.
Fides infusa.
Filius. Vide Adolescentia *Tomo* 1. Parentes *Tomo* 3.
Fœnerari) Vide Vsura *Tomo* 3.
Fœnus)
Fomes. Vide Lex, Peccatum *Tomo* 3.
Fornicatio. Vide Luxuria *Tomo* 3.
Fortitudo.
Fortuna. Vide Dei Prouidentia.
Fructus. Vide Cælibatus *Tomo* 1. Spiritus Sanctus *Tomo* 3.
Frui, Fruitio. Vide Beatitudo *Tomo* 1. Voluntas *Tomo* 3.
Fucatio. Vide Cultus exterior hominis *Tomo* 1.
Furor. Vide Ira.
Furtum.
Futurum. Vide Diabolus, Diuinatio, & Prophetia *Tomo* 3.

G.

GAbriel. Vide Angelus, Christi Conceptio *Tomo* 1.
Galilæa. Vide Christi Passio *Tomo* 1.
Gaudium. Vide Amor Dei, Beatitudo *Tomo* 1.
Gloria.
Gloria æterna.
Gratia Dei.
Gratia gratis data.
Gratia, hoc est Gratitudo.
Gubernatio. Vide Dei Prouidentia, Episcopus, & Princeps *Tomo* 3.
Gula.

H.

HAbitus. Vide Abstinentia *Tomo* 1. Gratia Dei, & Virtus *Tomo* 3.
Hæresis, Hæreticus. Vide Fides infusa.
Hebetudo. Vide Gula, & Luxuria *Tomo* 3.
Hebræi. Vide Judæi.
Henoch. Vide Antichristus *Tomo* 1.
Herodes. Vide Christi Natiuitas, Passio *Tomo* 1.

Heroi-

Digitized by Google

Heroicum. Vide Spiritus Sanctus, Virtus *Tomo* 3.
Hierarchia. Vide Angelus *Tomo* 1.
Histrionatus. Vide Curiositas *Tomo* 1.
Homicidium. Vide Homo, Ira.
Homo.
Honestum. Vide Amicitia, Bonum *Tomo* 1.
Honor.
Horæ Canonicæ. Vide Officium diuinum, Oratio *Tomo* 3.
Hostia. Vide Christi mors in Cruce *Tomo* 1. Eucharistia.
Humanitas. Vide Christi Misericordia *Tomo* 1.
Humilitas.
Hymnus. Vide Cantus Ecclesiasticus *Tomo* 1.
Hyperdulia. Vide Ecclesia.
Hypocrisis.

I.

S. Iacobus. Vide Christi mors *Tomo* 1.
Iactantia. Vide Gloria, & Superbia *Tomo* 3.
Idololatria. Vide Ecclesia, Fides infusa.
Iejunium.
Ierusalem. Vide Christi mors *Tomo* 1.
IESVS. Vide Christi nomen *Tomo* 1.
Ignorantia.
Imago. Vide Adam, Adoptio, Angelus, Anima *Tomo* 1. Homo.
Immunditia. Vide Adam *Tomo* 1. Eucharistia.
Impassibilitas. Vide Beatus *Tomo* 1.
Impius. Vide Peccator *Tomo* 1.
Impœnitentia. Vide Blasphemia *Tomo* 1.
Improperium. Vide Lingua *Tomo* 3.
Imprudentia. Vide Prudentia *Tomo* 3.
Impudicitia. Vide Luxuria *Tomo* 3.
Inanis Gloria. Vide Gloria, & Superbia *Tomo* 3.
Incantatio. Vide Diuinatio.
Incestus) Vide Luxuria *Tomo* 3.
Inconstantia)
Incontinentia. Vide Cælibatus, *Tomo* 1. Ira, & Luxuria *Tomo* 3.
Incubus. Vide Diabolus.
Indulgentia.
Infernus. Vide Christi descensus ad inferos *Tomo* 1. Damnatus, Defuncti.
Infidelitas. Vide Fides infusa.
Ingratitudo.
Inimicus. Vide Dilectio inimicorum.
Innocentes martyres. Vide Christi Natiuitas *Tomo* 1.
Innocentiæ status. Vide Adam *Tomo* 1.
Insensibilitas. Vide Abstinentia à licitis *Tomo* 1.
Intemperantia. Vide Gula, & Temperantia *Tomo* 3.
Intentio. Vide Actio, Actus *Tomo* 1. Voluntas, *Tomo* 3.
Intercessio. Vide Sanctorum intercessio *Tomo* 3.
Inuidia.
Inuoluntarium. Vide Actus *Tomo* 1. Ignorantia, & Voluntas *Tomo* 3.
S. Io: Baptista.
S. Io: Euangelista.
S. Ioseph.
Ira.
Irregularitas.
Iubilæus. Vide Damnatus, Indulgentia.
Iubilus. Vide Cantus Ecclesiasticus *Tomo* 1.
Iudas proditor. Vide Christi Passio *Tomo* 1.
Iudæi.
Iudex, Iudicium.
Iudiciale Præceptum. Vide Decalogus.
Iudicium temerarium.
Iudicium vniuersale.
Iuramentum.
Ius. Vide Decalogus, Iustitia.
Iustitia.
Iustitia originalis. Vide Adam *Tomo* 1.
Iustificatio.
Iustus.

S. THO-

Digitized by Google

S. THOMÆ AQVINATIS
ECCLESIÆ DOCTORIS
Selectiorum sacro-moralium Sententiarum
EXPLANATIO

Per Fr. Io: Benedictum Perazzo Venetum S. Th. Mag. Ord. Prædic.

à litera D vsque ad L exclusiuè.

D

DÆMON. Vide DIABOLVS.

DAMNATVS.

I. Sicut propter perfectam Sanctorum beatitudinem nihil erit in eis, quod non sit gaudij materia: ita nihil erit in damnatis, quod non sit eis materia & causa tristitiæ: nec aliquid, quod ad tristitiam pertinere possit, deerit, vt sit eorum miseria consummata. *In 4. d. 50. 2. 2. q. 1. c.*

Mysteriâ futuræ retributionis nobis ad plenum non reuelantur.

a C*Vriositati in primis, in qua Lectorem ad calcem primi Tomi reliquimus, satisfacere quoad* Damnatos *plenè non possumus. Sexaligeri quippe Seraphim Is. 6. Dei super solium sedentis (etsi duabus alis volarent)* duabus faciem, duabus pedes velabant: *vt innotescat nimirùm, quòd* mysteria A futuræ beatitudinis, & miseriæ, nobis ad plenum non reuelantur; *vt inferiùs patebit. Quantum nihilominùs dabitur, ex Authore nostro promemus. Ad plura igitur potest nomen* damnationis *extendi: hoc est, siue ad pœnam hic à Deo homini inflictam (sicut & humano judicio dicitur quis ad triremem* damnari, *vel ad carcerem:) siue ad pœnam temporaneam, qua justorum animæ in Purgatorio degentes cruciantur (quo sensu ajebat* Augustinus in Enchir. c. 108. *quòd viuorum suffragia eis* vel adhoc prosunt, vt sit plena remissio; vel certè vt tolerabilior fiat ipsa *damnatio:) siue tandem ad pœnam æternam, qua impij in Inferno perpetuò torquebuntur: quo sensu dicebat Apostolus Rom.* 13. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi *damnationem* acquirunt. *Et cap. 3. de impijs quibusdam dicitur:* Quorum *damnatio* justa est. *Vno verbo.* Inferuntur B à Deo quædam pœnæ vel in hac vita, vel post hanc vitam, ad emendationem vel purgationem: quædam verò ad vltimam damnationem. *Sic etiam* apud homines quædam pœnæ infliguntur ad correctionem ejus, qui punitur, sicut cum Pater flagellat filium: quædam autem ad finalem condemnationem, sicut cum judex suspendit latronem. *Veruntamen, quia ex tribus postrema, cæteris vehementior, diuturnior, atque exterminans pœna est,* damnatio *absolutè sumpta ad eos, qui gehennalibus flammis æternùm addicti sunt, consueuit referri.*

A 4. d. 50. exp. tex. st.

Damnatio tripliciter sumitur.

B De Ani. a. 21. ad 10.

Triplex pœna infligitur à Deo.

Damnatio sumitur cōmuniùs pro pœna æterna.

b *Locus autem proprius damnatorum statuitur Infernus, Luc. 16.* Mortuus est diues, & sepultus est in Inferno. *Et Iob 21.* Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. *Ex quibus authoritatibus deducit Author, quòd post mortem statim* C animæ damnatorum in inferna descendant. Et similiter, quòd Sancti statim in Cœlos ascendant (*nisi quid purgandum remaneat*) probatur ex hoc, quod habetur 2. Cor. 5. *Scimus enim, quòd si terrestris domus nostra &c.* Vnde excluditur error Græcorum (*paulò ante*) ponentium, nullam animam ante diem judicij neque in Infernum neque in Cœlum ire. Et est deriuatus à fabulis Pythagoricis & Poetarum, qui ponebant, animas occisorum circuire sepulchrum vsque ad vindictam mortis; & iterùm, non redire ad comparem stellam ante complectam periodum vitæ, quæ ante terminum in natura, morte finita est. *Oppositum autem mysticè innuitur Eccle.* 11. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem: in quocunque loco ceciderit, ibi erit. *Infernus inquam, locus est damnatorum: qui à Saluatore dicitur &* Gehenna, *Matth.* 5. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. *Vbi Author*: Gehenna D ex Hieronymo dicitur à *Ge*, quod est terra, & *Ennom* (*siue Hennom*) qui est locus juxta Ierusalem, vbi Iudæi idolis immolabant. Sed tempore captiuitatis repletus est locus ille cadaueribus mortuorum: cui comparat Christus Infernum, vocando pœnam æternam *Gehennam*. *Et hoc ex illo Ier.* 19. Egredere ad vallem filij *Ennom*, quæ est juxta introitum portæ fictilis: & prædicabis ibi verba, quæ ego loquar ad te. Eo quòd dereliquerint me, & alienum fecerint locum istum: & libauerunt in eo dijs alienis, & repleuerunt locum istum sanguine inno-

Locus damnatorum, Infernus.

C 2. d. 6. 1. 3. ad 5. Ham. d. 11. 2. 2. c. In 4. d. 11. 2. 1. c. & d. 45. 1. 1. q. 2. c. & 1. p. 64. 4. ad 3. & 3. p. 50. 5. ad 1. & 4. cont. G. c. 91. Io. 14. l. 1. st. & c. 19 l. 5. lit. c.

Error Græcorum de animabus post mortem, & vnde deriuatus.

Gehenna vnde dicatur.

D Matth. 5. lit g ibi. & cap. 10. lit. h. ibi, in gehennam.

Digitized by Google

centum &c. Propterea, ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non vocabitur ampliùs locus iſte, Topheth, & Vallis filij *Ennom*: ſed Vallis occiſionis. *Verùm, quamuis Inferni nomen pluribus ſubterraneis locis poſſit aptari: principaliter tamen de infimo ſub terra animarum nunc, & corporum poſt iudicium receptaculo damnatorum ſolet intelligi, ceu qui cæteris profundior creditur ac tenebroſior. Quocirca recolenda ſunt quæ diximus A. LXVIII. lit. r. quid ſcilicet* Quadruplex E eſt Infernus.

Infernus quadruplex.
E 3. d. 22. 2. 1. q. 2. c. In 4. d. 45. 1. 3. c.

Vnus eſt Infernus, in quo ſunt tenebræ & quantum ad carentiam viſionis, & quantum ad carentiam gratiæ, & eſt ibi pœna ſenſibilis: & hic Infernus eſt locus damnatorum. Alius eſt Infernus ſupra iſtum, in quo ſunt tenebræ & propter carentiam diuinæ viſionis, & propter carentiam gratiæ, ſed non eſt ibi pœna ſenſibilis: & dicitur limbus puerorum. Alius ſupra hunc eſt, in quo ſunt tenebræ quantum ad carentiam diuinæ viſionis, ſed non quantum ad carentiam gratiæ, ſed eſt ibi pœna ſenſus: & dicitur Purgatorium. Alius magis ſupra eſt, iu quo eſt tenebra quantum ad carentiam diuinæ viſionis, ſed non quantum ad carentiam gratiæ, neque eſt ibi pœna ſenſibilis: & hic eſt Infernus Sanctorum Patrum. (*Quo autem pacto hæc loca diſtinguantur, vide ibid. lit. t. u.*)

Infernus damnatorum cæteris inferior.

Ex quo deducitur, Infernum damnatorum reſpectiuè ad cætera loca eſſe infimum: non ideò tamen firmiter aſſerendum, eſſe in centro, vel circa centrum terræ. Dicendum F videtur, *inquit Author*, quòd locus Inferni ſit infra terram (*vt & ipſum nomen ſonat:*) Vnde Auguſtinus in lib. Retract. dicit: *De inferis magis, vt videtur, dicere debuiſſem, quòd ſub terris ſint, quàm rationem reddere, cur ſub terris eſſe dicantur.*

F Op. 10. a. 31. & op. 11. a. 34. In 4. d. 44. 3. 2. q. 3. c.

Vbi ſpecialiter Infernus ſit, ſciri niſi ex reuelatione non poteſt.
G In 4. loc. cit. init. c.

Vbi tamen ſit Infernus, an circa centrum terræ, vel circa ſuperficiem, nihil arbitror ad doctrinam fidei pertinere: & ſuperfluum eſt de talibus ſolicitari aſſerendo, vel improbando. *Et alibi*: Dicendum G quòd ſicut *Auguſtinus* dicit, in qua parte Mundi Infernus ſit, ſcire neminem arbitror, niſi cui diuinus Spiritus reuelauit. *Primum igitur, quod damnatis erit afflictionis cauſa & triſtitiæ, erit infernus locus: docemur enim, quòd* maxima H afflictio damnatorum erit ex eo quod à Deo ſeparabuntur: ſecunda verò ex hoc, quòd rebus corporalibus ſubdentur, & infimo & abiectiſſimo loco: *qui & naturaliter ex ſuo ſitu tenebroſus eſt; vnde Iob c. 10. vocat Infernum terram tenebroſam*: Antequam vadam, & non reuertar, ad terram tenebroſam; *videlicet*, quantum I ad ipſam proprietatem terræ, quæ in ſe opaca eſt.

H An. a. 21. ſ. c. & 4. cont. G. c. 89. ſ.

Locus Inferni tenebroſus.
I Iob 10. l. 3. ibi.

Hinc illud Apoc. 9. Habebant ſuper ſe Regem Angelum abyſſi, *exponitur*: ideſt L Angelum de Inferno, ſcilicet Diabolum. Ratione ergo tenebroſitatis, ratione infinitatis, ratione profunditatis pœnarum dicitur Infernus abyſſus. *Et paulò ante eod. cap. dicitur puteus abyſſi*: Data eſt illi clauis putei abyſſi. *Quo loci Author*: Puteus *inquit*, profundus M eſt, vnde ſignat profunditatem. Abyſſus cum profunditate habet obſcuritatem; vnde dicitur ab *a*, quod eſt ſine, & *byſſo*, ideſt candore, quaſi ſine candore; vnde abyſſus ſignat & obſcuritatem. *Subditque*: Et aperuit puteum abyſſi, & aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ; *vt nimirùm gehennales flammas innuat & obſcuritatem: qualem ſignabat & obſcura Gomorrhæi incendij fauilla Geneſ. 19.* Viditque (*Abraham*) aſcendentem fauillam de terra, quaſi fornacis fumum: *etenim* flamma N illius incendij erat multùm fumoſa, qualis ſuo modo eſt in Inferno. *Et alibi*: Ignem, *inquit*, quem O in medio Vniuerſi ponebat Pythagoras, hunc nos dicimus eſſe ignem Inferni, qui eſt horridus & tenebroſus, & locus pœnalis dæmonum. *Quod innuitur Iob c. 10. cit.* Vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. *Et Apoc. 16.* Et factum eſt regnum ejus tenebroſum. *In Epiſtola tandem Iudæ*: Vinculis æternis ſub caligine reſeruauit. *Ex quo perpetua erit damnatis teterrima nox, ſed ſpiritualis præſertim, de qua dicitur Io. 9.* Venit nox, quando nemo poteſt operari. *Et hoc quidem* intelligendum eſt P de nocte, quæ eſt per ſeparationem Solis iuſtitiæ, ſcilicet per ſubtractionem gratiæ.

L Apoc. 9. c. 1. ibi. & ibi, putei abyſſi.

M Apoc. loc. cit. ibi.

Cur abyſſus dicatur.

Abyſſus vnde.

N Gen. 19. ibi.

O 2. d. 6. 1. 3. ad 1. & ſ. c.

P Io. 9. l. 1. ibi. a.

Nox in Inferno duplicitet.

Quæ quidem nox duplex eſt. Vna per ſubtractionem actualis gratiæ, quam inducit peccatum mortale: & quando hæc *nox venit, nemo poteſt operari* opera meritoria vitæ æternæ. Alia eſt nox conſummata, quando non ſolùm priuatur quis actuali gratia per p. m. ſed etiam facultate adipiſcendi per æternam damnationem in Inferno, vbi profunda nox eſt, quæ erit illis, quibus dicetur: *Ite maledicti in ignem æternum*, Matth. 25. Et tunc *nemo poteſt operari*, quia non eſt tempus merendi, ſed ſecundùm merita recipiendi. (Dum ergo viuis, *ſubdit Author*, fac ſicut facturus es, *Eccle. 9.* Quodcunque facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia, erunt apud inferos, quò tu properas.)

In Inferno nõ eſt tempus merendi.

Hinc ad illud Iſ. 30. Erit lux Lunæ ſicut lux Solis, *docemur, quòd* poſt reſurrectionem Q quando lux Lunæ augmentabitur ſecundum rei veritatem, non erit alicubi nox ſuper terram, ſed ſolùm in centro terræ, vbi eſt Infernus; *Eo tamen ſenſu, quo dictum eſt. Quòd ſi aliquid inibi luminis eſſe videatur ex illo Sap. 5.* Videntes turbabuntur timore horribili &c. *adhoc dicendum, quòd* diſpoſitio R Inferni talis erit, quòd maxime miſeriæ damnatorum competet.

Q 4. d. 48. 2. 3. ad 4.

Quo ſenſu ibi aliquid luminis.
R 4. d. 50. 2. 3. q. 4. c. ad Haun. 4. d. vlt. a. 2.

Vnde ſecundùm hoc ſunt ibi lux & tenebræ, prout maximè ſpectant ad miſeriam damnatorum. Ipſa autem viſio ſecundum ſe eſt delectabilis: vt enim dicitur in principio Metaphyſices, ſenſus oculorum eſt maximè diligibilis, eo quòd per ipſum plura cognoſcimus. Sed per accidens contingit viſionem eſſe afflictiuam, inquantum videmus aliqua nobis nociua, vel noſtræ voluntati repugnantia. Ideò & in Inferno hoc modo debet eſſe locus diſpoſitus ad videndum ſecundùm lucem & tenebras, quòd ibi nihil perſpicue videatur, ſed ſolummodo ſub quadam vmbroſitate videantur illa, quæ afflictionem cordi ingerere poſſunt. Vnde ſimpliciter loquendo, locus eſt tenebroſus: ſed tamen ex diuina diſpoſitione eſt ibi aliquid luminis, quantum ſufficit ad videndum illa, quæ animam torquere poſſunt. Et adhoc ſatisfacit naturalis ſitus loci, quia in terræ medio, vbi Infernus ponitur, non poteſt eſſe ignis, niſi fæculentus & turbidus & quaſi fumoſus. *Hinc illud Apoc. 14.* Nec habent requiem die ac nocte, *exponitur*: In Inferno S ſemper erit nox, & dies ſimul, quia ibi erunt denſiſſimæ tenebræ; & etiam erit quædam lux: quia ignis ille aliquid lucis habebit, non ad conſolationem eorum, ſed vt videant, & inde magis doleant.

S Apoc. 14. l. 2. ibi. & c. 18. circ. ſ.

Infernus, Mũdi ſentina.
T Quol. 8. a. 18. c. In 4. d. 47. 2. 2. q. 3. ad 3. & 4. 3. q. 3. c. & d. 50. 2. 3. q. 1. c. ſ.

Sed & locus ille totius erit Mundi purgamenti ſentina fœdiſſima, ad damnatorum vtique maiorem pœnam: Sicut enim T dicit *Baſilius*, exponens illud Pſ. 28. *Vox Domini intercidentis flammam ignis*; in fine Mundi ignis diuidetur & alia elementa: & quicquid eſt in eis pulchrum & clarum, remanebit ſuperiùs ad gloriam beatorum: quod vero eſt in eis fæculentum & pœnoſum, deſcendet in Infernum ad pœnam damnatorum. Et ita fæx totius creaturæ in Infernum colligetur, & erit damnatis in pœnam. *Neque ex glorioſo Chriſti ad inferos deſcenſu qui tunc erant in Inferno damnatorum aut illuminati credantur aut confortati*: Nam Chriſto V deſcendente ad inferos, omnes qui erant in quacunque parte Inferni, ſunt aliqualiter viſitati: ſed quidam ad ſuam conſolationem & liberationem (*ſicut SS. Patres*) quidam autem ad ſuam confutationem & confuſionem, ſicut damnati. *Sanè* lux illa X vt inſtrumentum diuinæ miſericordiæ agens, illos

Ex Chriſti deſcenſu ad Inferos, confuſionem non lumen aut cõſolationem experti ſunt damnati.
V 3. p. 52. 6. ad 1. Op. 3. c. 235. & Op. 6. 5. 7.
X In 3. d. 22. 2. 1. q. 1. ad 1.

tantùm

Digitized by Google

Duplex conuenientia loci damnatorum.

Y *In 4. d. 44. 3. 2. q. 3. c.*

tantùm illuminabat exteriùs, qui interiùs erant illuminati: *non ita qui priuati interiori lumine gratiæ. Conuenientia tandem infimi in Mundo loci pro damnatis, duplex* ex Augustino *ab Authore assignatur*. Vna est Y vt quoniam defunctorum animæ amore carnis peccauerunt; hoc eis exhibeatur, quod ipsi carni mortuæ solet exhiberi, scilicet sub terra recondantur. (*Hinc Luc.* 16. Mortuus est diues, & sepultus est in Inferno.) Alia est, quòd sicut est grauitas in corporibus, ita tristitia in spiritibus, & lætitia sicut leuitas. Vnde sicut secundùm corpus, si ponderis sui ordinem teneant, inferiora sunt omnia grauiora: ita secundùm spiritum, inferiora sunt omnia tristiora. Et sic, sicut conueniens locus gaudio electorum est Cœlum Empyreum: ita conueniens locus tristitiæ damnatorum est infimum terræ. *Et quidem* conueniens est Z vt qui suo superiori, scilicet Deo, subdi noluerunt, rebus inferioribus subdantur per pœnam: *proinde* anima A præmiatur per hoc, quòd fruitur eo, quod est supra se; punitur autem per hoc, quòd subditur his, quæ sunt infra ipsam.

Z *An. a. 21. ad 9.*

A *Ibid, ad 12.*

Descendendum ad Inferos cogitatione in vita, ne descendamus in morte.

B *Op. 6. §. 5. circ. fi.*

Cæterum, ne in locum illum tot ex capitibus perpetuò afflictiuum, post mortem in puncto descendamus: Frequenter B debemus soliciti esse illuc descendere, considerando pœnas illas, sicut faciebat ille Sanctus Ezechias, dicens Is. 38. *Ego dixi: in dimidio dierum meorum vadam ad portas Inferi*. (*Sic & Iacob Gen. 37. dicebat*: Descendam lugens in Infernum.) Nam qui illuc frequenter per cogitationem descendit in vita, non descendit de facili in morte: quia huiusmodi consideratio retrahit à peccato. Videmus enim, quòd homines hujus Mundi cauent sibi à maleficiis propter temporalem pœnam: quanto ergo magis debent sibi cauere propter pœnam Inferni, quæ major est & quantum ad diuturnitatem, & quantum ad acerbitatem, & quantum ad multiplicitatem? Eccli. 7. *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis*. *Profectò* sic C & æternæ pœnæ reproborum, à Deo inflictæ, sunt medicinales his, qui consideratione pœnarum abstinent à peccatis, secundùm illud Ps. 59. *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui*.

C *1. 2. 87. 3. ad 2.*

Triplex pœnæ infernalis conditio: & prima acerbitas.

Pœnæ huius Mundi minimæ respectu infernalium.

c *Quoniam verò triplicem tangit Author in præallegata sententia infernalium pœnarum conditionem, videlicet acerbitatem, multiplicitatem, & diuturnitatem: de singulis instituendus sermo est. Quod igitur spectat ad acerbitatem, considerandum est, pœnas hujus seculi, à Deo inflictas, nihil aut minimum acerbitatis habere respectu infernalium. Quod innuitur* Apoc. 2. *ijs verbis*: Et qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt: *quia nimirùm* in hoc Mundo D est tribulatio magna, in Purgatorio major, in Inferno maxima. Item magna erit tribulatio Inferni propter pœnarum diuersitatem, major propter acerbitatem, maxima propter æternitatem. Vel tribulatio magna erit in morte, major in judicio, maxima in Inferno. *Et Apoc. 20. vbi dicitur*: Vidi Angelum descendentem de Cœlo habentem catenam magnam in manu sua; *exponitur*: Aliquando E pœna temporalis, aliquando etiam pœna Inferni significatur nomine catenæ: *at pœna huius seculi, lignea catena est, ferrea infernalis*; vnde Ier. 28. *Catenas ligneas contriuisti*; idest, pœnitentiam hìc facere noluisti: *& facies pro eis catenas ferreas*; idest, incurres in pœnas æternas. *Quin & per ferreum excruciatiuum instrumentum non satis exprimitur pœnarum acerbitas infernalium: quæ immò æneo vltori arcui meliùs æquiparantur* Iob 20. *vbi dicitur*: Fugiet arma ferrea; *idest*, pœnas F præsentis vitæ, impatienter eas sustinendo, quæ ad modum gladij ferrei feriunt de propinquo: *& irruet in arcum æreum*, idest in pœnas futuræ vitæ, quæ quasi feriunt à remotis ad modum arcus æreì, qui est infrangibilis, vt futurarum pœnarum interminabilitas designetur. *Sanè tanta in his consideratur acerbitas, vt nec omnium Martyrum pœnæ infernalibus æquari possint, nec ipsa Christi passio Saluatoris: qui tamen* secundùm genus G passus est omnem passionem humanam: & sensibilis dolor, & interior, scilicet tristitia, in Christo fuit maximus inter dolores præsentis vitæ. *Profectò* sicut gaudium H comprehensoris superat omne gaudium viatoris: ita dolor & tristitia damnati superat omnem dolorem viatoris. Vnde cum Christus non assumpserit nisi dolorem viatoris, dolor damnati siue quem habet quantùm ad pœnam damni, siue quem habet quantùm ad pœnam sensus, est major, quàm fuerit dolor Christi; quia ille dolor facit damnatum miserum, quod absit, vt de Christo dicatur. *Ratio autem prædictorum vno verbo adducitur*: Nam hìc I quanto plus acerbiores pœnæ, tantò sunt breuiores, quia extinguuntur: (*Psal.* 2. Cum exarserit in breui ira ejus; *& Ps.* 76. Etenim sagittæ tuæ transeunt; *& Ps.* 87. In me transierunt iræ tuæ:) sed illæ, *infernales scilicet*, sunt grauissimæ, quia sunt pœnæ mortis, & sunt interminabiles; vnde dicitur, quòd semper erunt quasi in morte, *Psal.* 48. Mors depascet eos. *Sed priùs præmittit Psaltes*: sicut oues in Inferno positi sunt. *Verùmtamen cum pro electis soleant oues accipi in scripturis, ex illo Matth.* 25. Statuet oues quidem à dextris suis &c. *quid est quòd vocat* oues *damnatos? Profectò non sine causa: quandoquidem* oues L non habent auxilium à natura ad defendendum, & ideò expositæ sunt ad cædem, Ps. 43. *Æstimati sumus sicut oues occisionis*. Quia ergo mali in Inferno sunt omnino pœnis expositi, ideò sunt sicut oues, Ier. 12. *Congrega eos quasi gregem ad victimam*. Item oues tondentur, & tonsæ occiduntur. Ita priùs tondentur à lana mali, idest priuantur siue expoliantur exterioribus bonis: & posteà occiduntur in Inferno. *Mors depascet eos*: & dicit, *depascet*, quia etsi mors inferat pœnam, non tamen totaliter auferet, sed reseruat semper ad pœnam. *Quocirca docemur ex* 9. *Ethic. quòd* sicut viuere M simpliciter est delectabile, non autem vita quæ est in tristitijs: ita & mors, quæ est priuatio vitæ, simpliciter est pœnosa, & maxima pœnarum, in quantum subtrahit primum bonum, scilicet esse, cum quo omnia alia subtrahuntur. Sed in quantum tollit malam vitam, & quæ est in tristitijs, est in remedium pœnarum, quas terminat; & per consequens mortis subtractio est (*in damnatis*) in augmentum pœnarum, quas perpetuas facit. Si autem dicatur mors esse pœnalis propter corporalem dolorem, quem sentiunt morientes: non est dubium, quòd multò majorem dolorem damnati continuè sustinebunt, vnde in perpetua morte esse dicuntur *Ps. cit.* Mors depascet eos. *Et Apoc.* 2. Filios ejus interficiam in morte: *nimirùm*, quia N semper morientur, & nunquam perimentur; Psal. 48. *Laborabit in æternum*; idest O punietur supplicio æterno; *& viuet adhuc in finem*; idest, vita ejus non deficiet in pœnis. *Et hoc est, quod ait Apostolus 2. Thess.* 1. Pœnas dabunt in interitu æternas. *Dabunt*, idest P sustinebunt, *pœnas æternas*; *& hoc in interitu*, quia semper morientur. *De qua morte loquitur Ecclesia, dum orat*: A morte perpetua libera nos Domine.

D *Apoc. 2. c. 2. ibi.*

E *Apoc. 20. c. 2. ibi.*

Mundanæ, ligneæ catenæ: infernales, ferreæ.

F *Iob 20. l. 2. ibi.*

Immò arcus ærei.

G *3. p. 46. a. 5 & 6. c. In 3. d. 15. q. 2. a. 2. & 3.*

Dolor Christi maximus.

H *In 3. d. c. a. 3. q. 3. ad 5. & 3. p. 46. 6. ad 3.*

Sed acerbior damnatorum dolor.

I *2. Thess. 1. l. 2. ibi, vindictam.*

Mundanæ & infernales pœnæ qualiter differant.

Damnati cur oues dicantur.

L *Ps. 48. lit. b.*

Viuere simpliciter delectabile: non ita viuere in tristitijs.

M *4. d. 44. 1. 1. q. 2. ad 3. & q. 3. ad 4.*

Subtractio mortis in damnatis, pœnosum.

Nunquam moriuntur, & semper periuntur.

N *Apoc. 2. c. 2. ibi.*

O *Ps. 48. lit. c.*

P *2. Thess. 1. l. 2. ibi. Op. 6. §.*

d *Et illa quidem intoleranda pœna est, nil prorsus objectari damnato posse, quo perpetuus illius dolor atque tristitia vel in minimo mitigari valeat, vt in hac vita contingit*: (*de quo vide* Q.) *Quinimmò* cognoscent R omnia bona, quæ fecerunt, & ex hoc non minuetur eorum dolor, sed magis augebitur, quia maximus est dolor multa bona perdidisse: propter quod *Boetius* dicit in 2. de Consol. quòd summum infortunij genus est, fuisse felicem. *Et alibi*. Considerabunt S & mala quæ gesserunt, ex quibus damnati sunt; & bona dilecta quæ ami

Maximus dolor, multa amisisse bona.

Q *1. 2. q. 38.*

R *4. d. 43. 1. 5. q. 1. ad 4.*

S *4. d. 50. 2. 2. q. 1. c.*

ſeruoti: & ex vtroque torquebuntur. *Sic pariter docemur ex illo Pſal.* 10. Pluet ſuper peccatores laqueos, *quòd* punientur ibi T motus, quia ligabuntur, vt nec mala vitare, nec bona conſequi poſſint. *Inſuper, plurimùm intenditur cruciatus, ab inimicis, quales ſunt hominum cacodæmones, inceſſanter torqueri*; habet enim V hoc ordo juſtitiæ, vt cujus ſuggeſtioni quis conſenſit in culpa, ejus poteſtati ſubdatur in pœna, *ſecundùm illud* 2. *Pet.* 2. A quo quis ſuperatus eſt, ejus & ſeruus eſt: *Videlicet*, quòd *impij* ſint X ſerui *diaboli*, probat per jus commune: & loquitur ad ſimilitudinem ſeruitutis acquiſitiuè, qua olim capti ab hoſtibus, eorum ſerui efficiebantur. Similiter capti à diabolo & à peccato, ſerui ſunt & diaboli & peccati; *conſequenter diabolo ſubduntur in pœna. Quam tangit & Pſaltes ris.* Pſalm. 10. *cum ait*: Spiritus procellarum, pars calicis eorum: *ideſt*, dæmones Y inquietantes, moleſtantes, & affligentes. *Iob pariter c.* 20. Vadent, & venient ſuper eum (*damnatum*) horribiles: *ideſt*, liberam Z poteſtatem accipient ſuper eum dæmones: *Et Pſ.* 48. *ſuprà allegato*: Mors depaſcet eos; *Mors*, ideſt A diabolus, *Apoc.* 6. Nomen illi Mors, *depaſcet eos*; ideſt, deducet de paſcuis ad paſcua, ideſt de pœnis ad pœnas. Vnde & alia litera habet: *Mors Paſtor eorum erit*: quia in vita iſta ſunt ſicut oues deputandi ad Infernum, & diabolus eſt Paſtor eorum.

T *Pſ.* 10. *ſ.*

Et ab inimicis ſpiritibus torquen.

V 1. *p.* 63. 8. *ſi.*

Peccator, diaboli ſeruus.

X 2. *Pet.* 2. *ibi.* *In* 4. *d.* 47. 1. 2. *q.* 4.

Y *Pſ.* 10. *ſi.*

Z *Iob* 20. *l.* 2. *ibi.*

Diabolus mors, & paſtor malorum.

A *Pſ.* 48. *lit. h.*

c *Hinc damnatorum Infernus, lacus dicitur iræ Dei, in quo veluti congregantur omnis generis tribulationes, per aquas communiter ſignificatæ, quas poteſt Dei juſta ira coadunare*; *Apoc.* 14. Et miſit in lacum iræ Dei magnum: *ideſt*, dejiciet B in Infernum, in quo mali ſentiunt iram, ideſt vindictam Dei: (*immò nec iram tantùm, ſed & furorem, Pſ.* 68. Et furor iræ tuæ comprehendat eos: *nam* furor C Dei ardet in Inferno, ira in Purgatorio, ſagitta, ſiue correptio amoris in hoc Mundo.) Dicitur autem Infernus lacus propter vilitatem, & illic inuoluentur miſeri, & ſuffocabuntur, Iſ. 24. *Congregabuntur in congregatione vnius faſcis in lacum, & claudentur ibi in carcere.* Et dicit, *magnum*, quia magnam hominum multitudinem capere poteſt, Iſ. 5. *Dilatauit Infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino.* Vel, ibi mali ſicut in torculari prementur, vnde alia litera habet, *in torcular. Cui bene cohæret quod ſequitur*: Et calcatus eſt lacus, *ideſt* calcabitur torcular, ideſt illud, quod erit in torculari, ſcilicet damnati, *Malach.* 4. Calcabitis impios, cum fuerint cinis, ſub planta pedum veſtrorum. *De hoc miſeriæ lacu*, de hac D fæce ſe gloriatur *per pœnitentiam* ereptum Pſalmiſta, *cum ait Pſ.* 39. Eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis; *deque eodem animas liberari orat inceſſanter Eccleſia*: Libera Domine animas omnium fidelium defunctorum de manu Inferni, & de profundo lacu; *ne ſcilicet in eum detrudantur: quamuis & de lacu Purgatorij expenatur. Sed & lacum locumque hunc, afflictiuum magis reddit non exigua confuſio, eo quòd ordo ibi nullus, Iob* 10. Vbi vmbra mortis, & nullus ordo. *Sanè* in Inferno E dicitur ordo non eſſe, tum quia voluntas damnatorum non ordinat aliquid in bonum: tum quia res pœnales, quæ ibi ſunt, naturalem ordinem non vſquequaque ſeruant: quia & ignis ardet, & non conſumit, & non lucet; & alia huiuſmodi ſunt ibi contra conſuetum curſum naturæ. Eſt tamen ibi ordo diuinæ juſtitiæ vindicantis in malos per malorum miniſterium. *Vnde & cohærenter docemur, quòd* ſicut hominibus F per Angelos diuinæ illuminationes deferuntur: ita etiam dæmones ſunt executores diuinæ juſtitiæ in malos. Nec in hoc aliquid minuetur dæmonum pœna: quia in hoc, quòd etiam alios torquent, ipſi torquebuntur. Ibi enim miſerorum ſocietas miſeriam non minuet, ſed augebit. *Sicut & alibi inſtruimur, quòd*

Infernus, lacus iræ Dei, immò furoris.

B *Apoc.* 14. *c.* 1. *& a. ibi.*

C *Op.* 58. *c.* 25. *poſt med.*

Et torcular damnatorum.

D *Apoc.* 14. *c.* 2. *ibid. & Pſ.* 39. *lit. a.*

Nullus ordo in Inferno.

E *Ambr.* 2. *d.* 6. 1. 3. *ad* 1. *&* 1. *p.* 63. 8. *fi. c.*

Præter ordinem diuinæ juſtitiæ.

F 4. *d.* 47. 1. 2. *q.* 4. *c.*

Miſerorum ſocietas augebit, non minuet damnatorum miſeriam.

Tunc G dolebunt qui gaudent modò de ſocietate (*malorum*:) in Inferno ſiquidem omnes odient ſe; & quanto plures erunt, tanto majus erit odium eorum, & ita major pœna. *Et nihilominus*, quamuis H ex damnatorum multitudine pœna ſingulorum augeatur: tamen tantum ſuperexcreſcent odium & inuidia, quòd magis eligerent torqueri magis cum multis, quàm minus ſoli. *Ex quo ſequitur, quòd* ſicut I pœnitentes in hac vita dolent, & de dolore gaudent: ita damnati in Inferno gaudent de pœnis inimicorum ſuorum: & tamen de ipſo gaudio magis dolent: & præcipuè, ſi præſtiterint eis damnationis cauſam. *Sic verum ibi non habet commune illud proloquium*: Solatium eſt miſeris ſocios habere pœnarum: *ſiquidem omnia in eorum juſtè cedunt pœnam majorem.*

G *Apoc.* 17. *c.* 2. *non longè ab.*

H 4. *d.* 50. 2. 1. *q.* 4. *ad* 3.

I *Quol.* 3. *a.* 24. *&* 1. *p.* 64. 3. *ad* 1. *In* 4. *d.* 50. 2. 4. *q.* 3.

f *Grauatur vlteriùs eorum pœna ex hoc quòd &* Sancti L de pœnis impiorum gaudebunt, conſiderando in eis ordinem diuinæ juſtitiæ, & ſuam liberationem, de qua gaudebunt: & ſic diuina juſtitia & ſua liberatio erunt per ſe cauſa gaudij bonorum, ſed pœnæ damnatorum per accidens. *Id quod ad beatos Angelos pariter extende, & præcipuè cuſtodes, qui non minùs, ac cæteri beati, diuinæ ſe in omnibus conformant voluntati. Vnde in Pſ.* 51. Videbunt juſti, & timebunt, & ſuper eum ridebunt: *Timebunt*, ſcilicet M timore & reuerentia filiali, & reuerebuntur Dei juſtitiam: *& ſuper eum*, ideſt contra eum, ſcilicet peccatorem, *ridebunt*, ideſt contemnent ejus fiduciam & proſperitatem (*hujus vitæ*) & hoc ſpecialiter fiet in futuro, Pſ. 57. *Lætabitur juſtus, cum viderit vindictam.* Et primò ridebunt ejus ſuperbiam; *& dicent: Ecce homo, qui non poſuit Deum adjutorem ſuum*; quia non ſperabat in Deo, ſed de ſe confidebat. Secundò ridebunt de vana fiducia: *ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum.* Tertiò de vana gloria, ob quam mala facere Deo permittente præualuit: *& præualuit in vanitate ſua*; & de hoc deridetur. Vel *præualuit*, vt ſcilicet referatur ad auarum, qui quantùm ad aliquid præualet omnibus alijs peccatoribus, Eccli. 10. *Auaro nihil eſt ſceleſtius*: & ex quo ad hoc inducitur, incidit facilè in alia: (*diuitiæ enim occaſionem præſtant multa mala patrandi.*) *Cui conſonat illud Iob* 22. Videbunt juſti, & lætabuntur: & innocens ſubſannabit eos: *ſiquidem* in hoc N juſti congaudent diuinæ juſtitiæ. *Quò facit & illud Pſ.* 33. Vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra (*viuentium*) memoriam eorum: *quandoquidem* habebunt O Sancti memoriam eorum, ſed non in bonum: quia non habebunt memoriam compaſſionis & miſerationis eorum, nec orabunt pro eis, Luc. 16. *Inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt.* q. d. Etſi vellent, non poſſunt miſereri, quia ſunt ibi conjuncti Deo, vbi non poſſunt velle, niſi quod Dei juſtitia decreuit, *Iſ.* 26. Contriuiſti eos, & perdidiſti omnem memoriam eorum. *Ex quo deducitur, nulla ſuffragia neque in Cœlo, neque in terra poſſe illis prodeſſe: ſic enim (rejectis quæ ibi recenſentur aliquorum opinionibus) aſſeueranter Author decernit, cum ait*: Tutius eſt P ſimpliciter dicere, quòd ſuffragia non proſunt damnatis, nec pro eis Eccleſia orare intendit. *Quod ſatis innuitur illis verbis Apoc.* 14. Et calcatus eſt lacus (*ſiue torcular, vt ſuprà viſum eſt*) extra ciuitatem, *hoc eſt extra Ieruſalem, ideſt Eccleſiam tam triumphantem, quàm militantem: nimirùm* quia Q nec Patriæ, nec Eccleſiæ ſubſidia valent eis, qui ibi (*in Inferno*) ſunt: ſed in perpetua pœna & conculcatione remanebunt. *Et alibi.* Quia R poſt hanc vitam decedentibus ſine gratia tempus conuerſionis non erit, nulla pro eis fiet oratio nec ab Eccleſia militante, nec à triumphante: hic enim pro eis orandum eſt, *vt Apoſtolus dicit* 2. *Tim.* 2. vt det illis Deus pœnitentiam, & reſipiſcant à laqueis diaboli. *Neque oppoſitum ſuadet quod communiter*

narrant,

Qualiter Sancti de pœnis gaudeant damnatorum.

L 4. *d.* 50. 2. 4. *q.* 3. *c. Quol.* 8. *a.* 16. *ad* 1. 4. *d.* 21. 1. 3. *Pſ.* 36. *ibi, cum perierint; & Pſal.* 51. *lit. d.*

M *Pſ.* 51. *l. cit.*

N *Iob.* 22. *l. b. ibi.*

O *Pſ.* 33. *lit. ſ.*

Suffragia nulla proſunt damnatis.

P 4. *d.* 45. 2. 2. *q.* 1. *ſi. c. In* 4. *d.* 45. *expoſ. tex. Ma.* 3. 15. *ad* 3.

Q *Apoc.* 14. *c.* 2. *ibi.*

R 4. *d.* 46. 2. 3. *q.* 1. *ad* 2.

Digitized by Google

Quid de Trajano, & alijs, qui de Inferno liberati traduntur.

S 4. d. 45. 2. a. q. 1. ad 5. & q. 3. a. 1. q. 3. c. In 1. d. 43. a. 3. ad 5. Ver. 6. 6. ad 6.

T In 1. d. 43. loc. cit.

narrant, Trajanum scilicet Imperatorem ab Inferni pœnis precibus B. Gregorij fuisse ereptum, cum illud è Cœlis responsum accepit: Vocem tuam audiui, & veniam Trajano do. *Siquidem* potest S probabiliter æstimari, quòd Trajanus precibus B. Gregorij ad vitam fuerit reuocatus (& fortè T post 300. annos suscitatus est:) & ibi gratiam consecutus sit, per quam remissionem peccatorum habuit, & per consequens immunitatem à pœna: sicut etiam apparet in omnibus illis, qui fuerunt miraculosè à mortuis suscitati, quorum plures constat idololatras & damnatos fuisse. De omnibus enim similiter dici oportet, quòd non erant in Inferno finaliter deputati, sed secundum præsentem justitiam propriorum meritorum: secundum autem superiores causas, quibus præuidebantur ad vitam reuocandi, erat de eis aliter disponendum. Vel dicendum secundum quosdam, quòd anima Trajani non fuit simpliciter à reatu pœnæ æternæ absoluta: sed ejus pœna fuit suspensa ad tempus, scilicet vsque ad diem judicij. Nec tamen oportet, quòd hoc fiat communiter per suffragia: quia alia sunt quæ lege communi accidunt, & alia quæ singulariter ex priuilegio aliquibus conceduntur. Sicut, *alij sunt humanarum limites rerum; alia, diuinæ signa virtutum*, vt Augustinus dicit in lib. de cura pro mortuis agenda.

Quænam de hoc Mundo manifestentur damnatis.

V 4. d. 50. 2. 1. q. 3. ad 1.

X 4. loc. cit. q. 1. 6.

Verùm damnatis, quæ hic aguntur, minimè manifestantur, nisi quæ pœnam adaugeant: cum eorum V quæ hic aguntur, ostendantur eis ea, quæ in eis tristitiam agere (*vel, augere*) possunt, *non cætera. Et sic etiam* in damnatis X erit actualis consideratio eorum, quæ priùs sciuerunt, vt materia tristitiæ, non autem vt delectationis causa.

An, quando, & quomodo videant gloriam Beatorū.

Y 4. loc. cit. a. 2. q. 3. c. quol. 8. a. 16.

Illud vero potissimùm damnatos turbabit, quòd beatorum gloriam ad sui majorem pœnam suspicient: siquidem damnati Y ante diem judicij videbunt beatos in gloria; non hoc modo, quòd gloria eorum qualis sit cognoscant: sed solùm cognoscent, eos esse in gloria quadam inæstimabili; & ex hoc turbabuntur, tum propter inuidiam, dolentes de felicitate bonorum, tum propter hoc quòd ipsi talem gloriam amiserunt: vnde dicitur Sap. 5. *Videntes turbabuntur timore horribili &c.* Sed post diem judicij omnino beatorum visione priuabuntur: nec tamen ex hoc eorum pœna minuetur, sed augebitur, quia memoriam habebunt gloriæ beatorum, quam in judicio viderunt, vel ante judicium: (*quod colligitur ex illo* Luc. 16. *de Epulone*: Cum esset in tormentis, eleuans oculos suos, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu ejus:) & hoc erit eis in tormentum. Sed vlteriùs affligentur in hoc, quòd videbunt indignos se reputari etiam videre gloriam, quam Sancti meruerunt habere. *Et sic* Gloria Z electorum erit occasio quædam augens pœnam reproborum: sicut è conuerso pœna reproborum erit occasio augens gloriam electorum.

Z Apoc. 8. c. 2. fi.

Æterna damnatio cur vinum iræ Dei dicatur.

A Apoc. 14. c. 1. & 2. ibi. & c. 16. c. 1. & 2. ibi, calicem. Ierem. 25. lo. c. ibi, calicem.

g *Porrò vehementissima pœna hæc mysticè describitur Apoc. 14. cit. sub his verbis*: Si quis adorauerit bestiam &c. hic bibet de vino iræ Dei: *idest*, de æterna A damnatione, quasi inebriante, idest replente & dejiciente & subuertente vtrunque hominem ad modum vini. Cum autem dicit, *bibet*, loquitur per similitudinem hominis, qui bibit malum vinum & multum, vnde inebriatur: & per hoc intelligitur multiplicitas & magnitudo pœnæ, quæ impios implebit, dejiciet, & sepeliet, Is. 24. *Amara erit potio bibentibus illam. (Non secus ad exprimendam ab opposito magnitudinem gloriæ beatorum dicitur in Ps. 35.* Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.) Additur autem, *quod mistum est mero;* idest conjunctum vino puro, scilicet pœnæ temporali, quæ infertur hic ad correctionem, *in calice iræ ipsius*, idest in vindicta justitiæ Dei. Calix enim Dei (*ex glossa*) est vindicta, qua potat peccantes siue ad correctionem in præsenti, siue ad damnationem in Inferno. Iste est *calix iræ Dei*, quia hæc vindicta prouenit ex diuina justitia.

Calix, vindicta justitiæ Dei.

Quid per merum, quid per mistum intelligatur.

In hoc calice est quasi merum desuper, scilicet pœna temporalis, quæ hic infertur ad correctionem: quando autem non vult impius corrigi, tunc Dominus adjungit mero, siue admiscet, vinum amarum damnationis. Nam si aliquis vino puro adjungat, siue admisceat vinum malum, sic fit vinum turbidum. Merum gratiæ est pęna præsens, quæ infligitur ad correctionem: vinum mistum est damnatio æterna, quæ adjungitur in futuro. *Quoniam verò, cum in calice bonum vinum malo admiscetur, fit turbidum, & deponitur in fundo quod impurius est, fiuntque fæces: idcircò absona non erit expositio, si dicatur: quòd* de mero B potat amicos in Cęlo, de misto potat omnes in Mundo, de fæce potat inimicos in Inferno. Sunt enim in calice (*post pauca*) merum vinum, mistum, & fæx. Vinum merum propinat nobis calix iste vbi Cęli gaudia tractat: mistum propinat vbi ad pęnitentiam hortatur: fæcem propinat vbi Inferni supplicia comminatur. *Et bene fæx gehennali adaptatur pœnæ: diximus enim suprà, in purgatione Mundi, quicquid fæculentum erit, in Inferno colligendum ad majorem damnatorum cruciatum. Eapropter cohærenter dicitur Ezech. 23.* Calicem mœroris & tristitiæ bibes, & epotabis vsque ad fæces. *Et clariùs Is. 51.* Bibisti de manu Domini calicem iræ ejus: vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces. *Cohæret pariter ad literam his, quæ dicta sunt, quod habetur Psal. 74.* Calix in manu Domini vini meri plenus misto: *& mox adijcit de gehennali pœna, propter indeficientiam illius & perpetuitatem*: verumtamen fæx ejus non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ, *qui videlicet impœnitentes decedent. Et huc forsasse respexit Ieremias cap. 48. cum ait:* Requieuit Moab in fæcibus suis. *Siquidem Moab pro reprobis ponitur, & ab Ecclesia triumphante exclusis: dicitur enim Deut.* 23. Ammonites, & Moabites, etiam post decimam generationem non intrabunt in Ecclesiam Domini in æternum: *nimirùm* perpetuò C excludebantur (*sicut & damnati*) in detestationem culpæ præteritæ. *Hisce in fæcibus æternùm defigendos* (*Soph.* 1. Viros defixos in fæcibus suis: *& Ps.* 9. Infixæ sunt gentes in interitu, quem fecerunt:) *proijciet Christus impios à se: proijciet inquam atque deijciet quodammodo, cum ad Infernum damnauerit: non secus ac ponderosi lapides in mare jaciuntur, suaque grauitate delabuntur in profundum. Peccatum namque, grande pondus est, quo magis impij grauantur, Ps.* 37. Iniquitates meæ sicut onus graue grauatæ sunt super me, *vnde & faciliùs in profundum abyssi descendunt, Exod.* 15. Descenderunt in profundum quasi lapis. *Id quod mysticè innuitur* Apoc. 18. *sub his verbis:* Sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon, & vltrà jam non inuenietur. *Sustulit*, idest D eleuauit, hoc est, eleuari in prosperitatem permisit; & ex hoc secuturus est grauior casus: (Tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant, *cecinit ille profanus:*) *Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui: & ecce non erat &c.* Psalm. 36. *vnus*, non habens parem, *Angelus*, scilicet Christus, qui est *magni consilij Angelus*, Isa. 9. *fortis*, cui non poterit resisti, cum eleuatos damnabit, qui & dæmones sua passione deuicit: *Si fortitudo quæritur, robustissimus est*, Iob 9. *lapidem*, idest malos vitijs induratos: *quasi molarem*, à mola, quæ grana conterit, & per hoc seipsam consumit: sic mali per mundana voluuntur, *in circuitu impij ambulant*, Psal. 11. Conterunt etiam bonos persequendo; & in hoc consumunt animas suas: *magnum*, propter magnitudinem vitiorum, & obstinationis in eis: & sic tangitur prosperitas tem-

B Apoc. 14. c. 2. ibid.

Per calicis fæces pęna damnatorum exprimitur.

Moabitæ, reproborum figura.

C 1. 2. 105. 3. ad 1. & incorp.

Peccatum pōdus, quo impij faciliùs in Infernum descendunt.

D Apoc. 18. c. 1. & 2. ibi.

Impiorum damnatio describitur.

Digitized by Google

temporalis, & obstinatio mentalis. Deinde ostenditur finalis retributio, cum subditur: *& misit*, idest mittet in judicio, *in mare*, idest in Infernum profundissimum & amarissimum, *Currus Pharaonis, & exercitum ejus projecit in mare*, Exod. 15. *dicens*: *Hoc impetu*, idest subitò, & fortiter, & profundè: lapis enim cum impetu jactatus vadit vsque ad fundum, *mittetur*, idest demergetur in Infernum, *Babylon* (idest E multitudo peruersorum, qui in vitijs sunt confusi: *Babylon* enim interpretatur *confusio*:) *Sic submergetur Babylon, & non consurget*, Ierem. 51. *& vltrà non inuenietur*, idest in perpetuum non videbitur in statu mundanæ jucunditatis, quia non redibit illuc, sed æternaliter peribit, *Ezech.* 26. In nihilum redigam te, & non eris, & requisita non inuenieris vltrà in sempiternum. *Cui consonat illud cit. Ps.* 36. Transiui: & ecce non erat (*impius*:) & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.

E *Apoc. eod. cap. c.* 1. & 2. *ibi*, Babylon. & *cap.* 16. *c.* 1. & 2. *ibi*, Babylon.

h *Sanè vel ex eo vehemens infernalis cruciatus acerbitas deducenda est, quòd cùm maxima proculdubio sit gloria beatorum & ineffabilis, maximam consequens est fore ab opposito damnatorum miseriam, & quodammodo vel infandam. Eapropter Is. 6. dicuntur Seraphim* duabus alis velare faciem Domini, & duabus pedes ejus; & duabus volare: *quia nimirùm, ex Dionysio*, facies F ipsam diuinam essentiam designat, & ea quæ in æternitate fuerunt ante Mundi constitutionem: pedes verò ea, quæ post Mundum erunt in gloria beatorum, & in pœnis damnatorum: media verò, ea quæ cursu temporis medio aguntur. Seraphim ergo *faciem & pedes sedentis super thronum velare* dicuntur: quia mysteria æternæ Deitatis, & futuræ beatitudinis, & miseriæ, nobis ad plenum non reuelant. Sed *duabus alis volabant*: quia de his, quæ in medio tempore aguntur, nos quantum opus est, Angelorum ministerio instruimur, inter quos Seraphim primatum tenent. *Iob similiter cap.* 20. *ad illud*: Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis ejus; *erudimur, quòd* sicut G Sanctorum claritas in hac vita nobis occulta est: ita & tenebrositas impiorum, *in Inferno videlicet damnatorum. Igitur, quoniam* mali H qui erunt in morte æterna, non minus habebunt de dolore & pęna, quàm boni de gaudio & gloria: *cum hæc maxima & ineffabilis sit, & pœna pariter damnatorum quàm maxima erit, ac vehementissimus dolor. Vnde & docemur, quòd* sicut Sancti I gaudebunt de omnibus bonis: ita etiam mali (*in Inferno*) de omnibus bonis dolebunt: *quanto magis de omnibus malis, sibi à Deo inflictis? Bene ergo à principio expressit Author*: Sicut L propter perfectam Sanctorum beatitudinem nihil erit in eis, quod non sit gaudij materia: ita nihil erit in damnatis, quod non sit eis materia & causa tristitiæ: nec aliquid, quod ad tristitiam pertinere possit, deerit, vt sit eorum miseria consummata. *Tangitur veritas hæc* Apoc. 17. *vbi dicitur*: Et desolatam facient illam (*Babylonem*) & nudam: *videlicet*, facient M eam esse sine consolatione omnis boni in Inferno, *& nudam* omni bono, quod ante habuerat vel dilexit: omni enim bono, quod cedat in complacentiam, nudi erunt damnati in Inferno, *Ezech.* 23. Dimittent te nudam & ignominia plenam. *Et memores bonorum, quæ poterant facere, nec fecère, vehementiùs dolebunt*: In memoria veniet eis (*ex glossa*) quòd possent pęnas, quas sustinent, euitasse, & per eleemosynas redemisse: (*Dan.* 4. Peccata tua eleemosynis redime:) quod erit eis magna pęna.

F 4. *d.* 50. *exp. tex.*
Mysteria futuræ retributionis, gloriæ scilicet & damnationis, nobis plenè non reuelantur.
G *Iob* 20. *l.* 2. *ibi*.
H *Op.* 6. 4. *vlt. circ. fi.*
Quanta beatorum gloria, tanta damnatorum pœna.
I 4. *d.* 50. 2. 1. *q.* 4. *c.*
L 4. *d.* 50. 2. 2. *q.* 1. *c.*
Omnia Beatis in gloriam, damnatis in pœnam cedēt.
M *Apoc.* 17. *c.* 2. *ibi*.
Eleemosynas non fecisse, magna horum pœna.

i *Sed & vsque ad vniuersale judicium incrementum aliquod suscipiet damnatorum cruciatus, si de pœna accidentali loquamur. Quocirca sciendum, quòd sicut duplex est Beatorum præmium, videlicet* præmium N essentiale, quod est gaudium de Deo, & respondet charitati: & accidentale, quod est gaudium de quocumque bono creato: (& dicitur O præmium accidentale, ad quod merita directè non ordinantur, sed superadditur ex liberalitate retribuentis:) *Ita duplex est damnatorum pœna, nimirùm* pęna essentialis, quæ consistit in separatione à Deo, & dolore exinde prouenientę; & accidentalis, siue secundaria, quæ est dolor de quocumque alio malo. *Igitur, quemadmodum* quantum P ad præmium essentiale, secundùm probabiliorem opinionem, Sanctorum gloria augeri non potest: sed quantum ad præmium accidentale vsque ad diem judicij augeri potest; alioquin tunc non augeretur gaudium de gloria corporis: *Sic pariter* quidam Q dicunt, ante diem judicij & beatos mereri, & damnatos demereri; sed hoc non potest esse respectu præmij essentialis, vel pęnæ principalis, cum quantum adhoc vterque ad terminum peruenerint: potest tamen hoc esse respectu præmij accidentalis, vel pęnæ secundariæ, quæ possunt augeri vsque ad diem judicij; & hoc præcipuè in dæmonibus, vel Angelis bonis, quorum officio aliqui trahuntur ad salutem, ex quo bonorum Angelorum gaudium crescit: vel ad damnationem, ex quo crescit pęna dæmonum. *Quod & ad damnatos homines potest extendi. Et ita*, sicut gloria R electorum post judicium erit major, quàm ante: ita & pęna reproborum. Et ideò sicut claritas superiori creaturæ addetur ad augmentandum gloriam electorum: ita & quicquid est turpe in creaturis, retrudetur in Infernum ad augmentandum miseriam damnatorum, *vt & superiùs visum est. Et quidem* beatitudinem S Sanctorum post resurrectionem augeri extensiuè, manifestum est, quia beatitudo tunc erit non solùm in anima, sed etiam in corpore: & etiam ipsius animæ beatitudo augebitur extensiuè, in quantum anima non solùm gaudebit de bono proprio, sed etiam de bono corporis. *Ex quo ab opposito & pœnam in damnatis extensiuè augeri, sine dubio asserendum est. At de pœna corporis fusiùs* Numero sequenti.

Duplex Beatorum præmium.
N *Ma.* 2. 1. *ad* 8. *In* 4. *d.* 12. 2. 1. *q.* 2. *c.* & *d.* 45. 2. 1. *q.* 4. *ad* 1. *Ram.* 8. 1. 5.
O 3. *d.* 31. 2. 2. *ad* 1.
Duplex item damnatorum pœna, essentialis & accidentalis, siue secundaria.
Sicut gaudiū, siue præmium accidentale, crescit in Beatis: ita in damnatis pœna secundaria vsque ad diem judicij.
P 4. *d.* 12. 2. 1. *q.* 2. *c.* & *d.* 22. 2. 1. *ad* 3. & *d.* 47. 1. 3. *q.* 4. *c.* & *q.* 2. 3. *q.* 3. *ad* 3. & *d.* 49. 1. 4. *q.* 1. *c.* & *q.* 4. 5. *q.* 2. *ad* 1. & *exp. tex.* & *d.* 50. *q.* 2. 1. *q.* 6. *c.* & 1. *p.* 62. 9. *ad* 2. & 1. *Cor.* 6. *l.* 1.
Q 4. *d.* 50. 2. 1. *q.* 6. *c.* & *loc. allegatis. Apoc.* 16. *c.* 2. *fin.*
R 4. *d.* 47. 2. 3. *q.* 3. *ad* 3.
S 4. *d.* 49. 1. 4. *q.* 1. *c.* & *q.* 4. 5. *q.* 2. *ad* 1.

l *Cæterùm præfatam pœnam incessanter experiuntur damnati. Quamuis enim animæ separatæ siue Sanctorum, siue damnatorum, de suis quandoque locis, quibus deputatæ sunt, egrediantur, & viuentibus appareant: non ideò siue illorum gloria minuitur, siue istorum calamitas. Verumtamen sciendum, quòd hoc* T quòd mortui viuentibus apparent qualitercumque, vel contingit per specialem Dei dispositionem, vt animę mortuorum rebus viuentium intersint; & est inter diuina miracula computandum: vel hujusmodi apparitiones fiunt per operationes Angelorum bonorum vel malorum, etiam ignorantibus mortuis: sicut etiam viui ignorantes alijs viuentibus apparent in somnis, vt *Augustinus* dicit in lib. de cura pro mortuis agenda. *Profectò in Inferni receptaculo damnati ita sunt* V pœnis oppressi, vt de sua miseria magis doleant, quàm curent alijs apparere. *Supposito nihilominus, quomodocunque aliquando apparere*, dicendum est X quòd sicut locus cœlestis pertinet ad gloriam Angelorum, gloria tamen eorum non minuitur, cum ad nos veniunt; quia considerant, illum locum esse suum, eo modo quo dicimus, honorem Episcopi non minui, dum actu non sedet in cathedra. Similiter dicendum est, quòd dæmones, licèt non actu alligentur gehennali igni, dum sunt in aere isto caliginoso: tamen ex hoc ipso, quod sciunt, illam alligationem sibi deberi, eorum pœna non diminuitur. Vnde dicitur in quadam glossa Iac. 3. quòd *portant secum ignem gehennæ, quocumque vadant*. Nec est contra hoc, quòd rogauerunt Dominum, vt non mitteret eos in abyssum, vt dicitur *Luc.* 8., quia hoc petierunt, reputantes sibi pœnam, si excluderentur à loco, in quo possent hominibus nocere. Vnde *Marc.* 5. dicitur, quòd

T 1. *p.* 89. 8. *ad* 2. *In* 4. *d.* 45. 1. 1. *q.* 3. *ad vlt.*
Animæ defunctorum vel præsentialiter apparent non sine miraculo, vel hoc fit bonorum aut malorum Angelorum ministerio.
V *In* 4. *l.* 1. *c. ad* 1.
X 1. *p.* 64. 4. *ad* 3. *In* 4. *d.* 1. *a. ad* 3. & *d.* 44. 3. 3. *q.* 3. *ad* 8.
Propter Angelorum vel dæmonum de suis locis egressum, non ideo eorum gloria vel pœna minuitur.

Digitized by Google

Animæ defunctorum quandoque in loco nostræ habitationis puniuntur.

Y 4. d. 45. 1. 3. ad 1. & a. 1. q. 3. & d. 21. 1. 1 q. 2. & d. 44. 3. 2. q. 3. ad 4. & a. 3. q. 3. ad 8.

quòd *deprecabantur eum, ne se expelleret extra regionem. Immediatè verò antè, præmiserat*, quòd idem judicium fit de malis animabus, & de malis Angelis: sicut idem judicium est de bonis animabus, & de bonis Angelis. *Idcircò*, *etsi* animę Y separatę aliquando in loco nostrę habitationis puniuntur (*vt ex Greg. 4. Dial.*) non propter hoc est, quòd locus iste sit proprius locus pœnarum: sed hoc fit ad nostram instructionem, vt earum pœnas videntes, retrahamur à culpis. *Nec exinde sequitur, tunc temporis (quanquam & præsentialiter ibi adessent) infernali pœna non excruciari, vel diminui cruciatum: nam, quemadmodum prætactum est*, sicut gloria Z electorum in nullo minuitur nec quantum ad pręmium essentiale, nec quantum ad accidentale, si aliquando extra Cœlum Empyreum sint, quod quodammodo in gloriam eorum cedit: ita etiam in nullo minuitur pœna damnatorum, si extra Infernum ex diuina dispositione ponantur, *siue ad puniendum, siue ad viuentes sua apparitione instruendos. Verùm, quoad defunctorum apparitiones, clarioris gratia notitiæ sciendum*, *quòd* aliquem A exire de Inferno, vel de Paradiso, potest intelligi dupliciter. *Vno modo*, vt simpliciter inde exeat, vt jam ejus locus non sit Paradisus, vel Infernus: & sic nullus, Inferno, vel Paradiso finaliter deputatus, inde potest exire. *Alio modo* potest intelligi, vt exeat inde ad tempus: & in hoc distinguendum est, quid eis conueniat secundum legem naturę, & quid secundum ordinem diuinę justitię. Secundùm ergo naturalem cursum, animę separatę receptaculis proprijs deputatę, à conuersatione viuentium penitùs segregantur. Sed secundum dispositionem diuinę prouidentię (*ex quo inter miracula, dixit superiùs Author, fore computandum*) aliquando animę separatę à suis receptaculis egressę, conspectibus hominum pręsentantur, sicut Augustinus in prędicto libro *de cura pro mortuis agenda* narrat de Felice martyre, qui ciuibus Nolanis visibiliter apparuit, cum à Barbaris oppugnarentur. Et hoc etiam credi potest, quòd aliquando de damnatis contingat: quòd ad eruditionem hominum & terrorem permittuntur viuentibus apparere: aut etiam ad suffragia expetenda, quantum ad illos, qui in Purgatorio detinentur, vt per multa, quæ *in 4. Dialog. Gregorij* narrantur, patet. Sed hoc interest inter Sanctos, & damnatos: quòd Sancti, cum voluerint, apparere possunt viuentibus, non autem damnati. Sicut enim viuentes Sancti in carne, per donum gratię gratis datę accipiunt, vt sanitates & signa perficiant, quę nonnisi diuina virtute mirabiliter fiunt; quę quidem signa ab alijs hoc dono carentibus perfici non possunt: Ita etiam non est inconueniens, vt ex virtute glorię aliqua potestas animabus Sanctorum detur, per quam possunt mirabiliter apparere viuentibus, cum volunt: quod alij non possunt, nisi interdum permissi, *sicut animæ purgantium & damnatorum. Vide plura V. Anima separata, Tom. 1.*

Z 4. d. 44. 3. 3. q. 3. ad 8. & locis mox citatis.

Non ideò, quòd damnati appareant, & præsentialiter nobis adsint, eorum pœna minuitur.

A 4. d. 45. 1. 1. q. 3. c.

Paradiso, vel Inferno finaliter deputati, nonnisi ad tempus inde possunt egredi ex diuina dispensatione.

Et hoc ad viuentium eruditionem, & quoad damnatos ad terrorem.

Quoad animas in Purgatorio, ad expetenda suffragia.

Quo discrimine appareant Sancti, & damnati.

Pœnæ damnatorum acerbitas describitur.

Babylon, idest confusio.

B Apoc. 16. c. 1. & 2. fi.

m *Describitur tandem pœnæ damnatorum acerbitas Apoc. 16. vbi dicitur*: Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis irę eius. Et grando magna, sicut talentum, descendit de Cœlo in homines: & blasphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis, quoniam magna facta est vehementer. *Babylon*, idest B multitudo impiorum confusorum & inuolutorum peccatis: Babylon enim interpretatur confusio: *magna*, propter magnitudinem vitiorum, & multitudinem iniquorum: *venit in memoriam ante Deum*. q. d. Deus recordabitur numerositatis impiorum ad condemnandum, Osee 9. *Recordabitur iniquitatis eorum*. Venit inquam in memoriam Dei, *dare illi*, idest ad dandum, *calicem*, idest potum, pœnę mensuratę justa mensuram peccatorum, *vini*, idest damnationis inebriantis & replentis sua amaritudine vtrunque hominem. Dicit autem, *vini*, non aquæ, quia aqua non inebriat, sicut pœna inebriat æterna, idest totaliter replet, & etiam deijcit hominem, & sui impotentem reddit. *Vini* inquam *indignationis*, idest quod ministratur ex magna irritatione, *iræ ejus*, idest justitiæ Dei, qui cum per justitiam punit, videtur indignatus & iratus. Nota autem, quòd cum sufficeret alterum dicere, scilicet *indignationis*, vel *iræ*; vtrunque tamen ponit, ad ostendendum districtionem diuinæ justitię, quę impios punit, sicut grauiter punit homo iratus. Per hoc autem, quòd dicit, *indignationis iræ*, notat irę magnitudinem; sicut si dicatur *decor pulchritudinis*, licèt vtrunque idem sit. *Et grando magna*, idest pœna ęterna, grauiter malos contundens, *descendit de Cœlo*, idest descendet à Deo, qui habitat in Cœlo per majorem manifestationem, *in homines*, idest in eos, qui humum dilexerunt: (*homo enim ab humo dictus est*:) *sicut talentum*, idest secundùm mensuram culpę: talentum enim genus est mensurę; *quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum*, Apoc. 18. *Et blasphemauerunt*, idest blasphemabunt in Inferno, quia ex magnitudine pœnę prouocabuntur ad blasphemandum, *homines*, idest humana sapientes, *Deum*, qui scilicet sic eos puniet: *propter plagam*, idest magnam percussuram lędentem ipsos, *grandinis*, idest pœnę grauissimę; & hanc magis exprimit: *quoniam facta est magna vehementer*, scilicet plaga damnationis. (*Quod dicitur ad intensionem pœnæ innuendam: vehementer enim &* valdè, magno *adjuncta, hoc exprimunt. Sic de Magis stellam iterum videntibus dicitur Matth. 2. quòd* gauisi sunt gaudio magno valdè. *Vbi Author*: Addit, *valdè*, quia C intensè gaudebant.) Damnatos enim *ex Gregorio* mors perimit, & non extinguit: dolor cruciat, sed nullatenus pauorem fugat: flamma comburit, sed nequaquam tenebras discutit. *Idcircò Apoc. 2. minatur Dominus*: Ecce mittam eam in lectum; & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, *scilicet*, gehennę: tribulatio enim D magna est in dissolutione animę & corporis: major in anima posita in Inferno: maxima in anima & corpore in Inferno. *Sanè adeò acerbus est damnatorum cruciatus, vt vel ipsis dæmonibus, excellentis virtute naturæ tam fortibus, intolerandus videatur. Id quod expressit Apostolus Petrus in sua Can. 2. c. 2. cum ait*: Vbi Angeli fortitudine & virtute cum sint majores, non portant aduersùm se execrabile judicium. *Quod exponitur. Angeli*, scilicet E mali, *cum sint majores*, scilicet hominibus, quantitate non molis, sed virtutis, *fortitudine* ad operandum, & *virtute* ad sustinendum, quia nihil habent de carne, quę infirma est: *non portant*, idest vix portant, tanquam onus importabile: (& dicit, *non portant*, quamuis re vera portent, vt magis innuat pęnam eorum intolerabilem:) *execrabile judicium*, idest judicij Domini pęnam, quam ipsi execrantur: *aduersùm se*, quia etsi consonum culpę, tamen contrarium naturę: vel, *aduersùm se*, idest contra ipsos in eorum damnationem. *Ex quo infert & optimè Author*: Si Angeli vix possunt pęnam Inferni tolerare: quomodo poterunt homines pęnam Inferni sustinere? *Vel alio sensu*: Si dęmones tantùm suggestores sic torquentur importabiliter: quanto magis homines hęc facientes? *peccata videlicet, quæ immediatè ante ibi Petrus enumerat. Quòd si intoleranda dæmonibus, multoque magis hominibus, infernalis pœna est: temporales hic à Deo ad emendationem nobis inflictas, æquanimiter promptoque animo sustinere non pigeat, vt perpetuas euitemus Inferni. Ad hoc proderit frequens, dum viuimus, gehennalis pœnæ memoria, & sina consideratio. Et hoc est, quod Ioannes* Apoc.

C Matth. 2. lit. c. ibi.

D Apoc. 2. c. 1. ibi.

Pœna Inferni vel dæmonibus intoleranda: quanto magis hominibus?

E 2. Pet. 2. ibi

Digitized by Google

F Apoc. 14. c. 2. ibi.

Pœnæ infernalis consideratio facit hic aduersa patienter tolerari.

Apoc. 14. *postquam de damnatis pronunciauit*: Nec habent requiem die ac nocte; *subjecit*: Hic est patientia Sanctorum. *Hic*, idest F in consideratione hujus pęnę prędictæ, *est patientia*, idest materia patientiæ *Sanctorum*, idest justorum: consideratio enim pęnæ perpetuæ, materia est, siue occasio, patientię in aduersis. *Profectò, si & ipsæ tribulationes ac pœnæ, quæ in præsenti vita, iusta Dei indignatione immittuntur, timorem nobis, immò & tremorem incutiunt, quamuis temporaneæ & transitoriæ: quid erit de infernalium acerbitate atque æternitate pœnarum? De illis loquitur Psaltes Psal. 87. cum ait*: In me transierunt irę tuę: *& priùs Psal. 76.* Etenim sagittę tuę transeunt; *hoc est, tribulationes quas ad tempus immittit Deus ad correctionem: quo sensu dicebat idem Psalmista temporaliter à Deo afflictus, Ps. 37.* Quoniam sagittę tuę infixę sunt mihi; *& Iob cap. 6.* Sagittę Domini in me sunt. *At hæ, quamuis graues & acutæ, sunt* sagittę, *quæ* transeunt; *quia ad tempus infiguntur.* Vox tonitrui tui in rota: *Quod Author exponens*: Hoc *inquit* tonitruo G vtitur Deus ad instructionem bonorum, & ad terribilem increpationem malorum: *in rota*, scilicet H in Orbe terrarum; *vnde & sequitur*: Illuxerunt coruscationes tuę Orbi terrę; *fulgetra videlicet, diuini duntaxat furoris minæ, non fulmina euertentia. Et tamen subditur*: commota est *propter hæc*, & contremuit terra. *Quanto ergo magis timendum nobis est de fulmine damnationis æternæ? De qua dicitur Sap. 5.* Ibunt directè emissiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur. *Hinc ad Deum justum judicem Dauid conuersus, admirandus exclamat Ps. 89.* Quis nouit potestatem irę tuę, & prę timore tuo iram tuam dinumerare? *vt nimirum ineffabilem innuat harum acerbitatem pœnarum.*

Tribulationes & pœnæ temporales timorem ac tremorem incutiũt: quanto magis infernales?

G Iob 40. l. 1. ibi, tonas, & Apoc. 4. c. 1. ibi, tonitrua.

H Apoc. 6. c. 2. ibi, tonitrui, Amib. Prol. in 3. Sent.

Infernalium pœnarum secunda conditio, multiplicitas.

I 4. d. 15. exp. tex. & Ier. 17. hi lit. e.

Duplex pœna peccatori debetur multiplici ex capite.

n *Secunda gehennalis cruciatus conditio, est earundem pœnarum multiplicitas. Et in primis* Ier. 17. *dicitur*: Duplici contritione contere eos. *Quod Author exponens*: Peccatori *inquit* duplex pęna I debetur: vel secundum duas partes peccantis, pęna corporis & animę: vel secundum duo quę sunt in peccato, scilicet auersio & conuersio, pęna sensus & damni: (*de qua specialiùs* Numero sequenti) vel secundum duas radices peccati, quę sunt amor & timor, ignis & frigus: vel secundum duos status, pręsens pęna & futura. *Et licèt Is. 24. legatur*: Congregabuntur congregatione vnius fascis; *videlicet*, simul L in Infernum, vt sint similes in pęna qui fuerunt similes in culpa: *non ideò vni tantum pœnæ obnoxij dicendi sunt*: *nam* in supplicio M damnatorum est aliquid commune omnibus, quod respondet contemptui Dei, putà carentia visionis diuinę, & perpetuitas pęnę; & quantum ad hoc dicuntur *congregari congregatione vnius fascis*: & est aliquid, in quo differunt, secundum quod quidam magis torquentur, quàm alij; & quantum ad hoc *Matth. 23.* dicuntur colligari, sicut zizaniorum fasciculi, ad comburendum: *Alligate* (*inquit*) *ea* in fasciculos, *non in fascem vnum, propter demeritorum videlicet diuersitatem. Ex quo refellitur aliquorum error dicentium, gehennales pœnas in omnibus pares esse*: Opinio *siquidem* Stoicorum N fuit, quòd omnia peccata sunt paria: & ex hoc etiam deriuatus est quorundam hęreticorum error, qui ponentes, omnia peccata esse paria, dicunt etiam, omnes pęnas Inferni esse pares. *Quorum confutationem vide* O. *Igitur cum pœna debeatur culpæ, & culpæ diuersæ sint, majoresque ac minores, diuersæ quoque statuendæ pœnæ sunt.* In peccato autem P est duo considerare, scilicet conuersionem, & auersionem. Secundùm conuersionem quidem peccata ab inuicem distinguuntur: sed in auersione sunt connexa, in quantum homo per quodlibet peccatum mortale à bono incommutabili auertitur. *Et alibi*: Quamuis Q omnia peccata mortalia conueniant in auersione; tamen differunt in causa & modo auersionis, & quantitate elongationis à Deo: & hoc est secundum diuersitatem conuersionis. *Et sic* charitas R est vna, quę inhęret summo bono: sunt autem diuersa vitia charitati opposita, quę per conuersionem ad diuersa bona temporalia, recedunt ab vno summo bono, & iterum secundùm diuersas habitudines inordinatas ad Deum. *Ex quo, si ad objecta rationi dissona multiplex est conuersio (vnde & specifica insurgit peccatorum distinctio) multiplex pariter in Inferno pœna statuenda venit. Vnde & docetur, quòd* in damnatis S erit successio pęnarum: *immò* est T in pęnis eorum transmutatio, *Iob 24.* Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. *Et Psalm. 48.* Mors depascet eos, *idest* diabolus V (*Apoc. 6.* Nomen illi Mors:) deducet de pascuis ad pascua, & de pęnis ad pęnas, *vt superiùs dictum est.*

L Is. 24. lit. d. ibi.

M Ma. 2. 9. ad 3. Ver. 12. 2. ad 8.

Exponitur illud Matth. 23. Alligate ea in fasciculos &c.

N 1. 2. 73. 2. init. c. Opusc. 5. §. 6.

O 1. 2. l. c. In 2. d. 42. 2. 5. Ma. 2. 9. & 3. cont. G. c. 139.

P Ver. 27. 5. ad 8. & 15. & q. 28. 2. ad 2. & 3. & 2. 2. 10. 5. ad 1.

Duo sunt in peccato, scilicet auersio & conuersio: ex hac diuersificantur peccata, non ex illa.

Q 4. d. 17. 2. 1. q. 6. ad 2.

R 2. 2. 10. 5. ad 1.

S 1. 2. 67. 4. ad 2.

In damnatis successio pœnarum est, & transmutatio.

T 1. p. 10. 3. ad 2.

V Ps. 48. lit. h.

o *Huc facit quod habetur Iob 20.* Luet quę fecit omnia; *idest*, pro singulis X peccatis suis pęnam patietur: *juxta multitudinem adinuentionum suarum*, idest peccatorum, *sic & sustinebit*, scilicet quia pęna *& multiplex & varia* per quandam conuenientiam culpę respondebit, *inordinato v. g. amori ignis, timori frigus, vt prætactum est. Quod &* Ier. 50. *innuitur*: Reddite ei secundùm opus suum: juxta omnia, quę fecit, facite illi. *Et Apoc. 18.* Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum, *in quantitate, scilicet & qualitate: quia enim diuersa sunt peccata, diuersis quoq; pœnis debet conuenienter subjacere damnatus. Et quidem in anima cruciabitur & corpore*: quia *enim* homo Y aut bene aut malè operatus est in anima simul & corpore, justum est, vt in vtroque damnetur, aut pręmietur. *Hac de causa Is. 40. dicitur*: Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. *Siquidem* Duplicia Z dicuntur quantum ad pęnam corporis & animę, sicut & culpa in vtrisque est. *Sic & de Beatis ab opposito dicitur Is. 61.* Duplicia possidebunt: lętitia sempiterna erit eis. *Sed & Apoc. 18. legimus*: Cecidit cecidit Babylon magna; *idest*, damnabitur A corpore & anima: bis enim dicitur, *cecidit*, propter animę & corporis pęnam. *Et iterum ibidem*: duplicate duplicia; *idest*, duplices pęnas inferte impijs; illi enim afflixerunt vos corpore: vos autem adjudicate eis pęnas corporis & animę. *Et inferiùs*: Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum; *tormentum* scilicet in corpore, *& luctum* in anima, quia corpore & anima se glorificauit & oblectauit. (*Quomodo autem ab igne corporeo pati animæ possint, fusè* Numero sequenti.) *Rationem verò ejusmodi diuersitatis pœnarum pulchrè Author adducit, cum ait*: In vltima B Mundi purgatione *secundùm Basilium* fiet quędam separatio in electis, vt quicquid est purgatum & nobile, remaneat superiùs ad gloriam Beatorum; quicquid verò est ignobile & fęculentum, in Infernum projciatur ad pęnam damnatorum: vt sicut omnis creatura Dei est Beatis materia gaudij, ita damnatis ex omnibus creaturis tormentum accrescat, secundum illud Sap. 5. *Pugnabit cum illo Orbis terrarum contra insensatos.* Hoc etiam diuinę justitię competit, vt sicut ab vno recedentes per peccatum, in rebus materialibus, quę sunt multa & varia, finem suum constituerunt: ita etiam multipliciter affligantur, & ex multis.

X Iob 20. l. 2. ibi.

Pro singulis peccatis punietur damnatus, & variè.

In anima & corpore.

Y Op. 23. §. 2. non long. à fi. An. 21. ad 18. Op. 3. c. 179.

Z Is. 40. lit. a. ibi. In 4. d. 46. 2. 2. q. 1. ad 2.

A Apoc. 18. c. 1. & 2. ibi, cecidit, duplicate, tantum date.

B 4. d. 50. 2. 3. q. 1. c. & d. 47. 2. 1. q. 3. Quol. 8. 4. 18. c.

Damnati multipliciter cruciandi.

p *Ex quo, in Inferno nedum pœna ignis (qualis solummodo est in Purgatorio, ex illo 1. Cor. 3.* Vniuscujusque opus quale sit, ignis probabit: *etenim* pęna C Purgatorij non est principaliter ad affligendum, *sicut est in Inferno*, sed ad purgandum: vnde per solum ignem fieri debet, qui habet maximam vim purgatiuam:) *sed & aliarum rerum erit cruciatus.*

Pœna purgatorij per solum ignem, & cur.

C In 4. d. 50. l. c. ad 2. & d. 21. 1. 1. q. 2. ad 2.

Digitized by Google

D *An. 27. ad 28. In 4. d. 50. l. c. ad 1. Matth. 8 lit b. ſi. & c. 22. lit. a. ſi.* Non ita in Inferno, ſed per plura alia.

tare Et quamuis Matth. 25. *de ſolo igne mentio fiat:* Diſcedite à me maledicti in ignem æternum: *dicendum tamen, quòd* propter hoc D ponitur ignis maximè pęna gehennalis, quia ignis eſt maximè corporum afflictiuus. Nihilominus tamen & alia erunt afflictiua, ſecundum illud Pſ. 10. *Ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.* Competit etiam amori inordinato, qui eſt peccandi principium: vt ſicut Cęlum Empyreum (*ideſt ignitum*) reſpondet igni charitatis: ita ignis Inferni reſpondeat inordinatę cupiditati. *Neque ex hoc, quòd ex vna ad aliam contrariæ qualitatis pœnam procedant* (ad nimium calorem *v.g.* ab aquis niuium, *vt dicitur Iob 24.*) *refrigerium aliquod experientur damnati.* Ignis enim E & aqua, & huiuſmodi, non agent in corpora damnatorum actiuitate naturę, ita quod relinquant ſuas qualitates in corporibus damnatorum ſecundum eſſe naturę, ſicut ignis relinquit calorem in lignis, quę facit eſſe calida: alioquin, cum contraria non poſſint eſſe ſimul in eodem, oporteret corpora damnatorum ſuas qualitates perdere; & ſic tranſmutata natura organorum, fieret pęna minùs ſenſibilis: ſed agent in corpora damnatorum actiuitate ſpirituali, imprimendo ſcilicet ſuas qualitates in corporibus damnatorum ſecundùm eſſe ſpiritualem per modum quo ſpecies colorum eſt in aere, vel etiam in pupilla, non ita quòd fiant colorata. Vnde corpora damnatorum ſentient afflictionem ignis ſine hoc quòd conuertantur in naturam ignis. Et ideò varietas pęnarum non faciet eis aliquod refrigerium. Refrigerium enim nunc ex alternatione pęnarum prouenięns cauſatur ex tranſmutatione naturę, inquantum per frigus aquę ſuperfluitas calefactionis remittitur; & ſic ad medium venitur, quod eſt delectabile. *Sanè iſt hæc pœnarum diuerſitas ſatis innuitur Pſ. 10. cit. ijs verbis:* Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. *Pluet* (*ſcilicet multipliciter cruciabit*, Pluat ſuper illum bellum ſuum, *Iob* 20. In hoc F quod dicit, *pluat*, deſignat malorum abundantiam; & in hoc quod dicit, *ſuper illum*, ideſt ſuper peccatores, *in Inferno damnandos*; in hoc autem, quod dicit, *bellum ſuum*, oſtendit, quòd mala non inferentur eis ad correctionem per modum diſciplinę, qua Pater caſtigat filium, ſed per modum exterminij, quo hoſtes perduntur, *quales ſunt peccatores.*) Pluet *inquam* ſuper peccatores *in Inferno* laqueos; *ideſt*, colligantes G ſenſus; & ſic referuntur, ad odoratum ſulphur, ad tactum ignis: item affectus, quia non quieſcunt: *& ſpiritus procellarum pars calicis eorum*, ideſt dęmones inquietantes, moleſtantes, & affligentes. *Sic legimus Gen. 19. quòd* Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham, *infernalis loci figuram*, ſulphur & ignem.

Conuenientia pœnæ ignis præ cæteris afflictiuis.

E *Quod. 8 a. 18. ad arg. In 4. l. c. ad 3. & d. 44. q. 3. a. 1.* Ex contrarietate pęnarum, non refrigerium ſentient damnati, ſed tormentum majus.

F *Iob 20. l. 2. ibi.*

G *Pſ. 10. ſ. In 4. d. 50. q. 2. l. c. in ſed contra. An. 21. ad 18. & 3. cont. G. c. 145. n. 4. Apoc. 21. c. 1. ibi, mendacibus.*

H *Op. 6. ſ. vlt. fin.* Ex quatuor præcipuè pęna exaggeratur damnatorum.

q *Hinc exaggeratur, inquit Author*, pęna H damnatorum. *Primò* ex ſeparatione Dei & omnium bonorum; & hęc eſt pęna damni, quę reſpondet auerſioni, quę major eſt, quàm pęna ſenſus: (*de quibus in ſeqq.*) Matth. 25. *Inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores*: in vita enim iſta habent mali tenebras interiores, ſcilicet peccati, ſed tunc habebunt etiam exteriores. *Secundò* ex remorſu conſcientię, Pſ. 49. *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* (*Arguam te*, ideſt I condemnabo te; *& ſtatuam contra faciem tuam*: quia etiam ipſe homo contra ſe pugnat per remorſum conſcientię; & ſic *ſtatuam contra faciem tuam*; ideſt, tu ipſe te condemnabis. Vel, *ſtatuam contra faciem tuam*, ſcilicet creaturas, vt dicitur *Sap.* 5. ſiue rationales, ideſt Angelos & Sanctos, ſiue irrationales, quibus malè vſus eſt in peccatis, Iob 7. *Poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi grauis*: quia peccator contra ſeipſum dicet: *Errauimus à via veritatis &c.* Sap. 5. cit.) *Tertiò* ex immenſitate pęnę ſenſibilis, ſcilicet ignis Inferni, qui animam & corpus cruciabit, quę eſt acerbiſſima pęnarum; & erunt ſicut ſemper morientes, & numquam mortui, nec morituri: vnde dicitur mors ęterna, quia ſicut moriens eſt in acerbitate pęnarum, ſic & illi, qui ſunt in Inferno, Pſal. 48. *Mors depaſcet eos. Quartò* ex deſperatione ſalutis. Nam ſi eis daretur ſpes liberationis à pęnis, eorum pęna mitigaretur: ſed cum ſubtrahitur eis omnis ſpes, pęna efficitur grauiſſima, *Iſ. 66.* Ignis eorum non extinguetur. *Et has quidem pœnas tangere myſticè videtur Ioannes in ſua* Apoc. c. 15. *extendendo ad ſeptem, cum ait:* Et vidi aliud ſignum in Cęlo magnum & mirabile: Angelos ſeptem, habentes plagas ſeptem nouiſſimas. *Vbi Author conſiderat, quòd* pęnarum reproborum L vniuerſitas per ſeptenarium ſignatur, ſiue ſint in pręſenti, ſiue ſint in futuro. Si autem ad Infernum referamus, ſeptem pęnę poſſent notari in eodem. Vna eſt carentia diuinę viſionis, Iſ. 26. v. 10. ſecundum aliam literam: *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* Secunda, anxietas vermis, Iſ. vlt. *Vermis eorum non morietur.* Tertia eſt ardor ignis, Matth. 3. *Paleas autem comburet igni inextinguibili.* Quarta, vehementia frigoris, Iob 24. *Ad calorem nimium tranſeat ab aquis niuium.* Quinta, horror caliginis, Matth. 25. *Eijcite in tenebras exteriores.* Sexta, fętor intolerabilis, Iſ. 34. *De cadaueribus eorum aſcendet fœtor.* Septima, ſocietas abominabilis: quod ſignatur *Sap.* 17. Perſonę triſtes illis apparentes, pauorem illis pręſtabant. *Et addit, nec perperam,* nouiſſimas: *videlicet*, quia poſt pęnas, quę inferentur malis à Deo in die judicij, non inferet Deus alias. Verè autem dico *nouiſſimas*, quoniam (*vt ibid. ſubijcit*) in illis plagis conſummata eſt ira Dei; *ideſt* complebitur juſtitia Dei in effectu, *Ezech. 7.* Nunc finis ſuper te, & immittam furorem meum in te, & judicabo te juxta vias tuas. *Infelices damnati, tot acerbiſſimis pœnis obnoxij*, ad quorum vltionem, *vt dicitur Sap.* 5. armabit Deus omnem creaturam! *Sanè* ab octo M partibus venient mala reprobis. Primò a terra, quę eos deuorabit, Pſ. 105. *Aperta eſt terra, & deglutiuit eos.* Secundò ab aqua, quę eos ſuffocabit, Sap. 5. *Excandeſcet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter.* Tertiò ab aere, qui eos fulgurabit, Sap. eod. cap. *Ibunt directè emiſſiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur &c.* Quartò ab igne, qui eos comburet, ſed non conſumet, Pſalm. 96. *Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus.* Quintò à Sole, Luna, & Stellis, quę ſe eis obſcurabunt, Ioel. 3. *Sol & Luna obtenebrati ſunt, & Stellæ retraxerunt ſplendorem ſuum.* Sextò à Sanctis, qui eos condemnabunt; Matth. 19. *Sedebitis & vos judicantes &c.* Septimò à Domino Ieſu Chriſto, qui eos judicabit, Matth. 25. *Tunc dicet his, qui à ſiniſtris ejus erunt: diſcedite à me maledicti in ignem æternum.* Octauò ab Angelis, qui eos in Infernum portabunt, Matth. 13. *Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio juſtorum, & mittent eos in caminum ignis.*

I *Pſ. 49. lit. k. ibi.*

Septem plagæ damnatorum myſticè deſcribuntur.

L *Apoc. 15. c. 1. & 2. ibi.* Per ſeptenarium vniuerſitas deſignatur.

M *Serm. ex Eu. Dom. 10. poſt Pent.* Ab octo partibus prouenient damnatis mala.

r *Quòd ſi res ita ſe habet*, quàm ſtulti N ſunt (*concludit ibid. Author*) qui ad tot mala perpetua obligant ſe pro momentaneis delectationibus! *Cum tamen fide teneant, cuilibet vel vni mortali peccato infernales pœnas deberi: ex quo peccatum abſque dubio grauatur magis.* Fidelis O ex hoc ipſo videtur peccare grauiùs, quòd majores pęnas (*quales Inferni ſunt*) contemnit, vt impleat voluntatem peccati. *Nec dolendum, aut indebitè de juſtitia Dei conquerendum nobis eſt, ſi ad gehennam damnamur: nos enim nobiſmetipſis Infernum recludimus, non Deus parat. Quod colligitur ex Saluatoris ſententia contra impios in judicio proferenda Matth. 25.* Diſcedite à me maledicti in ignem ęternum. *Vbi Author aduertit, quòd* hęc ſententia P differt à prima, quia dixi-

N *Serm. eod.* Stultè tot malis ſubijciuntur peccatores pro momentanea delectatione.

O *1a 2. 73. 8. ſ. c.*

Nos nobis metipſis Infernum aperimus.

P *Mat h. 25. lit. c. ibi.*

Digitized by Google

dixit in prima: *Venite benedicti Patris mei*: hic autem non dicit, *maledicti Patris mei*; quia nimirum benedictio nostra *& salus* à Deo est: maledictio autem, *siue damnatio*, à nobis. *Quod iterum magis ex seqq. innotescit*. Nam supra dixit: *Possidete paratum vobis Regnum ab origine Mundi*; hic autem dicit: *Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis ejus*. Et quę est ratio? quia Deus *ex Origene* pęnas non fecit propter homines, sed homines fecit propter bonum; sed ipsi acquirunt sibi mortem manibus suis, *Sap.* 1. Impij autem manibus & verbis (*opere videtur, & locutione peccaminosis*) accersierunt illam. *Ideircò & concluditur*: Ibunt hi in supplicium ęternum. *Quòd electi sponte & libenter eant ad præmium, mirum non est: sed quòd sponte sua vadant reprobi ad supplicium, videtur mirabile. Et tamen sponte ire bene dicuntur qui sibi jam Infernum comparauerant. Sic & Io.* 5. Procedent qui mala egerunt, in resurrectionem judicij. *Et hoc sensu videtur loqui Apostolus Rom.* 2. *cum ait*: Qui reddet vnicuique secundum opera ejus, ijs quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quęrunt, vitam ęternam: ijs autem, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. *Cur quæso per accusatiuum vitam ęternam, ira verò & indignatio per nominandi casum? Profectò nonnisi ex præfata causa: quia nimirùm* vitam ęternam reddit *quidem nobis Deus: atqui æterna damnatio, per Dei* indignationem *expressa, nobis ex nobis obuenit, scilicet ex peccato, cui justè pœna debetur. Nos inquam nobismetipsis Infernum aperimus per peccata, quæ committimus. Quod, literaliter veluti, de damnato peccatore tangit Ps.* 7. *Regius Psalmista, cum ait*: Ecce parturijt injustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. *Siquidem* in progressu Q peccati tria occurrunt: malum propositum, conatus, & effectus. Propositum est sicut conceptio, conatus sicut parturitio, effectus sicut partus. *Ad partum peccatum consequitur in peccatore damnatio: ex quo bene sequitur*: Lacum aperuit (*Infernus enim lacus nomine signatur, vt supra visum est, Psal.* 39. Eduxit me de lacu miseriæ & de luto fęcis:) & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit *peccato suo*, quia cogitauit R occidere, & fuit occisus; *vnde bene & justè infertur*: Conuertetur dolor ejus in caput ejus, & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet, *naturali quidem pondere, quia peccatum grauat, Is.* 24. Grauabit eum iniquitas sua, & corruet, & non adijciet vt resurgat: (in Inferno *enim* nulla est redemptio.) *Figuraliter verò dicitur* iniquitas descendere, *quia vt hactenus dictum est, ex vi ponderis peccati grauantis homo ad inferna descendit, & secum peccatum trahit, Ezech.* 32. Descenderunt ad Infernum cum armis suis; *hoc est*, cum S affectionibus prauis, *quas secum peccatores impęnitentes ferunt. Cui consonat illud Io.* 8. In peccato vestro moriemini; *quia videlicet* in peccatis suis T moritur qui vsque ad mortem perseuerat in eis: & sic exaggerat eorum obstinatam pertinaciam, *cum qua & ad infernum descendunt. Sic verum habet quod dicitur Psal.* 9. Infixę sunt gentes in interitu, quem fecerunt. *Et iterum*: In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

Tria in progressu peccati considerantur. Q Ps. 7. lit. b.

R Ibid, lit. i.

Quid, cum armis suis ad Infernum descendere.

S Quol. 3. a. 24. c. & Quol. 8. a. 17. c. Apoc. 16. c. 2. fi.

T Ioan, 8, l. 3. lit. a.

¶ *Ad infernalium multiplicitatem pęnarum sequitur diuturnitas, quam illius cruciatus tertiam conditionem statuimus, juxta illud Is.* 66. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: *quod & ter repetitur Marc.* 9. *& apertè Matth.* 25. Discedite à me maledicti in ignem ęternum. *Ignem inquam æternum, hoc est, pœnam perpetuam. Neque enim audiendi sunt, qui erroneè senserunt, ijs verbis ignis quidem æternitatem signari, non combustionis: hoc enim præuidens Euangelista, vt & pœnam perpetem innuat, tandem concludit*: & ibunt hi in supplicium ęternum, justi autem in vitam ęternam. *Quod & Author perpendit, cum ait*: Suprà V dixerat, *in ignem æternum*, quia stare posset, quòd esset ignis ęternus, & tamen non ęternè cruciaret; ideò dicit: *in supplicium æternum*. Quòd autem sit supplicium ęternum, habetur Dan. 12. *Multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in vitam æternam, & alij in approbrium vt videant semper*. Quidam tamen voluerunt, quòd non esset ęternum supplicium: vnde ponunt, quòd omne supplicium terminatur, & dicunt, quod dictum est hic, dictum esse per exaggerationem. Sed Augustinus arguit: *Si hoc ita est, ergo quod dicitur*, justi ibunt in vitam ęternam, *similiter diceretur secundùm exaggerationem. Sed hoc dicitur secundùm diuturnitatem: & hoc est detestabile, quòd in eadem Scriptura sit talis diuersitas*. Et quòd hoc non possit esse, patet: quia in hoc consistit justitia, vt culpæ pęna respondeat æqualis, *Matth.* 7. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. *De quo infrà. Quocirca*, ex Augustino *lib. de Ciuit. Dei*, *quatuor recensentur ab Authore opiniones erroneæ: Et primò quidem*, error X Origenis fuit, quod dęmones quandoque per Dei misericordiam liberandi sunt à pęnis. Sed iste error ab Ecclesia reprobatus est propter duo. Primo quia manifestè authoritati Scripturæ repugnat, quæ habetur Apoc. 20. *Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum*: per quod in Scriptura significari æternitas consueuit. Secundo quia ex vna parte Dei misericordiam nimis extendebat, & ex alia parte nimis eam coarctabat. Ejusdem enim rationis esse videtur, bonos Angelos in æterna beatitudine permanere, & malos Angelos in æternum puniri. Vnde sicut ponebat, dæmones & animas damnatorum quandoque à pęna liberandas: ita ponebat, Angelos & animas beatorum quandoque à beatitudine in hujus vitæ miserias deuoluendas. *Et vtrunque absurdum est. Certè quoad damnatos, diuinam eis non suffragari misericordiam, habetur* Iob 24. *Vbi, postquam præmisit de pœna damnati*: Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, *subdit*: obliuiscatur ejus misericordia: *Ejus*, scilicet Y peccatoris in Inferno damnati, *misericordia*, scilicet Dei, vt nunquam exinde liberetur. *Secundò*, Quidam Z in hoc ab errore Origenis declinauerunt, quod dæmones posuere in perpetuum puniri: sed omnes homines quandoque liberari à pęna, etiam infideles: (*ex hoc fortasse, quòd* Verbum caro factum est, *Ioan.* 1. *&* nusquam Angelos apprehendit, *Hebr.* 2. *ad hominem redimendum: item ex illo Ps.* 77. Recordatus est, quia caro sunt.) Sed hæc positio est omnino irrationabilis. Sicut enim dæmones sunt in malitia obstinati, & ita perpetuò puniendi: sic & animæ hominum, qui sine charitate decedunt; cum hoc sit hominibus mors, quod Angelis casus, vt Damascenus dicit. *Vnde David post admissum peccatum dicebat ad Deum, Ps.* 6. Conuertere Domine, & eripe animam meam: *q. d.* Eripe me A tractum ad peccatum, ductum ad mortem: *Saluum me fac propter misericordiam tuam* (*nunc scilicet dum viuo*) *quoniam non est in morte qui memor sit tui*, idest post mortem, cogitando bonitatem tuam (*hoc est, misericordiam tuam*) si de ea non fuit memor in vita. Et hoc ideò, quia anima rationalis non habet flexibilitatem arbitrij post mortem, *Eccle.* 11. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem (*per Austrum, Dei gloria signatur, Abac.* 3. Deus ab Austro veniet: *per Aquilonem, Inferni miseria, Ierem.* 1. Ab Aquilone pandetur malum:) in quocunque loco ceciderit, ibi erit. *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Quia in Inferno est obstinatio, & non est ibi confessio illa, de qua Apostolus *Rom.* 10. Ore autem confessio fit ad salutem:

Tertia gehennalis pœnæ conditio, diuturnitas.

V Matth. 25. fi. Io. 15. l. 3. lit. f.

Non solum ignis in Inferno æternus erit, sed & supplicium.

De pœna damnatorum errores quatuor, & primus Origenis. Confutatio.

X 4. d. 46. a. 3. q. 1. c. & 1. p. 64. 2. c. & 3. cont. G. c. 144. n. 5. Ma. 16. 5. c. Ver. 24. 10. s. Op. 5. §. 6. Op. 13. §. 2. Apoc. 14. c. 1. ibi. Requiem. & cap. 18. c. 2. fi.

Y Iob 24. l. 1. lit.

Z 4. d. 46. a. 3. q. 2. c.

Error secundus.

Confutatio.

A Ps. 6. lit. 6. c. Apoc. 7. c. 2. ibi, Ceciderunt. 4. con. G. c. 93. Opusc. 3. c. 174.

Anima post mortem habet inflexibilitatē arbitrij.

Digitized by Google

Error tertius multiplex.
B 4.d.46.2.3.q.3.c.

tem: neque enim ibi salutis spes vlla est. *Tertiò*, Quidam B fuerunt, qui non omnibus hominibus promiserunt absolutionem à pena æterna, sed solis Christianis: & in hoc respectu diuersificati sunt. Quidam enim dixerunt, quòd quicunque Sacramenta fidei perceperunt, ab æterna pena erunt immunes. Sed hoc est contrarium veritati: quia quidam Sacramenta fidei recipiunt, & fidem non habent, *sine qua impossibile est placere Deo*, Hebr.11. Et ideò alij dixerunt, quòd solùm illi ab æterna pena erunt immunes, qui Sacramenta fidei sunt consecuti, & fidem Catholicam tenuerunt. Sed contra hoc esse videtur, quòd aliquando aliqui Catholicam fidem tenent, & postea ab ea resiliunt, qui non minori pena sunt digni, sed majori: quia 2. Pet.2. *Melius erat illis non cognoscere viam justitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti*. Planum est etiam, plus peccare hæresiarchas, qui de fide Catholica recedentes, nouas hæreses hugunt, quàm illos, qui à principio aliquam hæresim sunt secuti. Et ideò alij dixerunt, quòd illi soli sunt à pena æterna immunes, qui in fide Catholica finaliter perseuerant, quantumcunque alijs criminibus inuoluantur. Sed hoc manifestè contrariatur Scripturæ, quia Iac.1. dicitur: *Fides sine operibus mortua est*, & Matth.7. *Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in Regnum cælorum, sed quicunque fecerit &c.* Vnde non omnes finaliter in fide persistentes à pena æterna erunt immunes, nisi & ab alijs criminibus inueniantur finaliter absoluti. *Ideircò non casu, nec perperam, de finali præmio, siue pena recipienda dicitur Ioan.5.* Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem judicij. *Præmiserat autem*: Qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam. *Ex quo Author*: Suprà (*inquit*) fecit C mentiorem de fide tantùm: *qui verbum meum audit &c.* Hìc, ne credas, solam fidem sine operibus ad salutem sufficere, facit mentionem de omnibus operibus, *dicens*: Procedent qui bona fecerunt &c.

C Ioan.5.l.5. lit.c.
Fides sine operibus non sufficit ad salutem.
D 4.d.46.a.3.q.4.c.
Quartus error.

Quartò tandem, Quidam D posuerunt, non omnes, qui Catholicam fidem tenent, à pœna æterna esse liberandos; sed solùm illos, qui misericordiæ operibus insistunt, quamuis etiam alijs criminibus sint subjecti. Sed istud non potest stare: quia sine charitate non potest aliquid Deo esse acceptum, nec sine ea prodest aliquid ad vitam æternam. Contingit autem, aliquos operibus misericordiæ insistere, qui charitatem non habent, vnde his nihil prodest ad vitam æternam promerendam, vel ad immunitatem pœnæ æternæ, vt patet 1.Cor.13. *Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest*. Et præcipuè hoc apparet absurdum in raptoribus, qui multa rapiunt, & tamen aliqua misericorditer largiuntur. Et ideò dicendum, quòd quicunque cum peccato mortali decedunt, nec fides, nec opera misericordiæ eos liberabunt à pœna æterna, etiam post quantumcunque spatium temporis. *Neque oppositum suadent verba Saluatoris Matth.5.* Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: *nam de illis loquitur*, qui misericordiam E ordinatè impendunt: non autem ordinatè misericordiam impendunt qui seipsos in miserendo negligunt, sed magis se impugnant malè agendo. *Misericordia enim sine justitia non prodest*: *nam* justitia F sine misericordia crudelitas est; misericordia sine justitia mater est dissolutionis; & ideò oportet, quòd vtrunque conjungatur, secundùm illud Prou.3. *Misericordia & veritas te non deserant*. Est autem duplex miseria: prima in istis rebus temporalibus: secunda, qua homo per peccatum miser efficitur; quia sicut beatitudo est in operibus virtutum: ita miseria propria est in vitijs. *Verè ergo misericors est qui ad propriam in primis miseriam respicit, & sui ipsius miseretur, juxta illud Eccli.30.* Miserere animæ tuæ; placens Deo. *De Misericordia fusiùs suo loco.*

Confutatio.
Opera misericordiæ sine charitate non prosunt ad vitam æternam.
E In q.1.c.ad 2. Matth.25. lit.c. ibi, Esurini.
Misericordia non est sine justitia.
F Matth.5. lit.b. ibi.
Miseria duplex.

1 *Ex hoc autem* pœna G Inferni dicitur æterna, tum quia in eo, qui punitur, non est virtus ad liberandum se à pœna illa: tum quia non est dispositio, vt virtus liberans, in eo effectum habere possit; & ideò nullo modo terminari potest. Pœna autem limbi (*Patrum*) erat æterna, in quantum deficiebat in punito virtus ad liberandum: vnde in æternum durasset, nisi liberatio adfuisset; quamuis esset dispositio ad recipiendum effectum liberantis: & ideò liberari poterant. *Ea propter bene ab Ecclesia dicitur*: In inferno nulla est redemptio. *Etenim* licet H Christus passus sit pro peccatoribus, & ad Infernum descenderit: non tamen liberauit omnes, sed illos tantùm, qui sine peccato mortali erant: illos verò qui in mortali decesserant, dimisit. *Quò facit & illud Psalmi 48.* Frater non redimit, redimet homo. *Frater*, idest I Christus, qui est verus frater noster, *Psalm.21.* Narrabo nomen tuum fratribus meis; *& Cant.8.* Quis mihi det, te fratrem meum &c. *non redimit* (*in Inferno damnatos*:) *& redimet homo?* q.d. Si non redimit iste: (*solùm enim* apud eum redemptio, *Psal.129.*) quis alius redimet? q.d. Nullus. Vnde dicit: *non dabit Deo placationem suam: & pretium redemptionis animæ suæ*; scilicet purus homo non potest dare, & ideò non potest liberare à pœna; *Psal.88.* Qui est homo qui viuet, & non videbit mortem; eruet animam suam de manu Inferi? (*Vnde & Iob cap.7.* Qui descenderit ad inferos, non ascendet; nec reuertetur vltrà &c. *& Ps.49.* Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum: ne quando rapiat; *scilicet* L diabolus, *& non sit qui eripiat*, scilicet de ejus potestate. Quando diabolus rapit ad pœnam Inferni, non est qui eripiat. Aliquando rapit ad peccatum, & Deus eripit peccatorem, Psal.90. *Eripiam eum*. Quòd non eripiat de potestate diaboli ad pœnam, non est ex impotentia, sed ex justitia sua non vult.) *Ex quo damnatus, vt præfatus Psalmus prosequitur*, laborabit in æternum; *idest*, punietur supplicio æterno, *& viuet adhuc in finem*; idest, vita ejus non deficiet in pœnis, *quia sempiternis*. *Cui respondet illud Is.66.* Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. *Et in Euangelio Marc.9. ter repetitur*: Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. *Innuitur & hæc tormenti perpetuitas Is.24.* Congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere: & post multos dies visitabuntur: *videlicet*, quia M post quantumlibet tempus tormentis punientur in æternum. Vel *visitabuntur* in die judicij, vt statim ad Infernum peracto judicio redeant. *Satis quoque veritas hæc aperitur in parabola de seruo nequam Mateh.18. cum* Dominus tradidit eum tortoribus, *scilicet dæmonibus*, quoad vsque redderet vniuersum debitum. *Vbi Author*: In hoc *inquit* tangitur N pœnæ perpetuitas: & hoc erit in infinitum. Si enim pœna cessare non debet, donec fiat satisfactio debiti: & nullus sine gratia potest satisfacere; qui decedit sine charitate, nunquam poterit satisfacere, *quamuis incessanter excrucietur*. *Quam vtique penam, nullo vel temporis momento suspensam, signant verba Apoc.14.* Nec habent requiem die ac nocte; *idest*, in aliquo O momento temporis. q.d. continuè sine intermissione cruciabuntur. Et ita ostenditur supplicij continuitas. Posset enim aliqua pœna esse æterna, & non continua: sicut febricitans tertianarius semper dicitur habere febrim, quia semper habet causam febris; non tamen continuè dolet. At non sic erit ibi, sed continuè dolebunt. Quod nolunt, *ait Augustinus*, modò salubriter cogitare, necesse habent sine vllo remedio sustinere. *Et in hoc sensu, ratione scilicet perpetuæ durationis, pena damnati infinita dici potest.*

G 3.d.19.1.3.q.1.ad 3. & d.20.1.1.q.1.ad 4 & 1.p.64.a.c.
Cur Inferni, non limbi Patrum, pœna æterna.
H Op.6.§.7. circ.fi. & 3.p. 52.2. In 3.d.22.2.1.q.2.
Nullum de Inferno Christus illuc descendens liberauit.
In Inferno nulla redemptio.
I Ps.48. lit.c.
L Ps.49.fi.
Pœna æterna
M Is.24. circ fi.
N Matth.18.fi.
Sine charitate & gratia non fit satisfactio.
O Apoc.14.c.1.ibi. Ma.7.8.c. Serm 1. ex Ep. Dom.5. post Pent.
Damnatorum pœna perpetua, & continua.

Ex

Digitized by Google

Quo sensu infinita.

P 2. d. 42. 1. 5. ad 2. & 1. 2. 87. 1. ad 3. & 4. 4. c. & 3. p. 86. 4. Op. 3. c. 183. In 3. d. 1. 1. 2. ad 5.

Duratio in infinitum quomodo respondeat culpę durationi.

Q 1. 2. 87. 4. ad 3. In 4. d. 46. 2. 2. 1. ad 1.

Acerbitas pœnæ respondet grauitati culpæ.

Culpæ ex parte conuersionis non debetur pœna infinita secundum quantitatem.

R 1. 2. 1. c. in c. & 2. 2. 79 4. ad 4. & 3. p. 86. 4. c. In 4. d. 15. 1. 2. ad 1. Ma. 5. 2 ...

In peccato auersio & conuersio, quibus duplex respondet pœna.

Cur mortali peccato debeatur pœna æterna.

S 2. d. 42. 1. 5. c. & ad 4. & 1. 2. 87. 3. & 3 p. 86. 4. Ma. 7. 1. & 10. c. Op. 3. c. 183. & 3. cont. G. c. 144.

Ex hoc enim P quòd contra infinitum quis peccat, debetur sibi pœna infinita. Non autem potest esse infinita acerbitate, quia in creatura finita non potest esse qualitas infinita: sed recompensatur per durationem infinitam, quia creatura rationalis durationis in infinitum capax est. *Et quidem* duratio Q pœnæ respondet durationi culpæ, non quidem ex parte actus, sed ex parte maculæ, qua durante manet reatus pœnæ: sed acerbitas pœnæ respondet grauitati culpæ. Culpa autem, quæ est irreparabilis, de se habet, quòd perpetuò duret; & ideò debetur ei pœna æterna: non autem ex parte conuersionis habet infinitatem, & ideò non debetur ei ex hac parte pœna infinita secundùm quantitatem. *Dicit autem*, non ex parte conuersionis: *quandoquidem* in peccato R duo sunt: quorum vnum est auersio ab incommutabili bono, quod est infinitum; vnde ex hac parte peccatum est infinitum. Aliud, quod est in peccato, est inordinata conuersio ad commutabile bonum; & ex hac parte peccatum est finitum, tum quia ipsum bonum commutabile est finitum; tum etiam quia ipsa conuersio est finita: non enim possunt esse actus creaturæ infiniti. Ex parte igitur auersionis respondet peccato pœna damni, quæ etiam est infinita; est enim amissio infiniti boni, scilicet Dei: ex parte autem inordinatæ conuersionis respondet ei pœna sensus, quæ etiam est finita: *de qua duplici pœna* Numero sequenti.

u *Cæterum, quo magis circa præfata veritas innotescat, sciendum, quia* ratio S quare mortale peccatum ad æternam pœnam obligat, potest sumi ex tribus. *Primò* ex parte ejus, in quem peccatur, qui est infinitè magnus, scilicet Deus; vnde & offensa illius infinita pœnâ digna est: quia quanto dignior est in quem peccatur, tanto peccatum magis punitur. *Secundò* ex voluntate peccantis: constat enim quòd peccans mortaliter, finem delectationis suæ in eo, in quo mortaliter peccat, ponit, vt etiam Deum pro illo contemnat: (*quo sensu venter dicitur gulosorum Deus, ad Philipp. 3.* Quorum Deus venter est.) Constat autem, quod quicunque summè diligit aliquid, sicut finem suæ voluntatis, ex hoc ipso vellet semper illi adhærere: & ideo peccans mortaliter, illo actu voluntatis, quo peccatum mortale eligit, eligit peccato semper adhærere, nisi per accidens retrahatur vel timore pœnæ vel aliquo huiusmodi: sed si infinite adhærere posset, semper adhæreret; & ideò in suo æterno peccat, & propter hoc æterna pœna est dignus. *Tertiò* ex ipso statu peccantis mortaliter, qui per peccatum gratia priuatur. Vnde cum sine gratia non possit fieri remissio culpæ; si in peccato mortali moriatur, semper in culpa remanebit, cum vlteriùs non sit gratiæ susceptibilis. Manente autem culpa, semper est obnoxius pœnæ: aliàs remaneret aliquid inordinatum in Vniuerso. Et ideo talis in æternum punietur. Et T sicut homo, qui se in puteum projiceret, vnde per se non posset exire, quantum in se ipso est, faceret vt in perpetuum esset ibi: ita etiam qui mortaliter peccat, quantum in ipso est, se in pœnam æternam inducit. Veniale autem peccatum, cum non sit contra charitatem, non meretur pœnam æternam ex specie peccati; nec ex parte inhærentiæ ad subjectum, per se loquendo, quia non priuat gratiam; sed per accidens fit irremissibile, peccato mortali conjunctum, in quantum est in subjecto priuato gratia: & sic per accidens punitur pœna æterna. *Enimuerò* perpetuitas V pœnæ consequitur perpetuitatem culpæ, quæ prouenit ex carentia gratiæ, quia culpa non potest remitti, nisi per gratiam. Vnde quia per peccatum originale excluditur gratia, non autem per peccatum veniale: ideo peccato originali debetur pœna perpetua, non autem peccato veniali, *quod non punitur nisi per accidens perpeti pęna, vt dictum est. Neque oppositio valet, quòd pæna debet culpæ proportionari: culpa autem temporalis est: talis igitur esse debet & pęna. Non valet inquam:* quia nec secundùm leges X humanas hoc exigitur, vt pœna commensuretur culpæ in tempore. Nam pro peccato adulterij, vel homicidij, quod in tempore breui committitur, lex humana infert quandoque perpetuum exilium, aut etiam mortem, per quæ aliquis in perpetuum à societate ciuitatis excluditur: & quod exilium non in perpetuum duret, hoc per accidens contingit, quia vita hominis non est perpetua: sed intentio judicis adhoc esse videtur, vt eum, sicut potest, perpetuò puniat. Vnde etiam non est injustum, si pro momentaneo peccato & temporali Deus æternam pœnam infert. *Cui accedit, quod Deus offenditur infinitè bonus & magnus, vt visum est.*

T Ma. 7. 10. f. c. & 1. 2. 87. 3. ad 3. In 2. 1. c. & d. 33. 2. 1 ad 2. In 4. d. 21. 1. 2. q. 3. & d. 22. 1. 1. ad 5. & d. 45. 1. 3. ad 6. Ma. 5. 2. ad 8. & 4. 10. Op. 3. c. 182.

Exemplum clarum.

Peccatum veniale non punitur pœna æterna, nisi per accidens.

V Ma. 5. 1. ad 10. & 3. cont. G. c. 141. & locis mox cit.

Perpetuitas pœnæ ex carentia gratiæ.

Neque secundùm humanas leges debet pœna commensurari culpæ in tempore.

X Op. 3. c. 183. & 1. 2. 87. 3. ad 1. In 4. d. 46. 2. 2. q. 1. ad 2. & locis sup. cit.

x *Cum autem in æternum excrucientur damnati, non ideò viuere dicendi sunt, sed perpetuò mori, & mors æterna, eorum vita est, vt & suprà tetigimus. Quò faciunt verba Ioannis cap. 5.* Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem judicij. *Vbi Author:* Suprà *inquit* loquens Y de resurrectione animarum, dicit: *Et qui audierint, viuent.* Hic verò dicit: *procedent &c.* Et hoc propter malos, qui vadunt in condemnationem. Nam vita eorum non est dicenda vita, sed potiùs mors æterna. *Eapropter Apoc. 2. (& 20.) vocatur mors secunda:* Qui vicerit, non lædetur à morte secunda. *Qui vicerit* Mundum Z carnem, diabolum, *non lædetur à morte secunda*, idest à morte æterna. Prima mors animæ est in peccatis: secunda in pœnis. Item mors prima corporis est, quando dissoluitur anima ab eo: secunda, quando damnabitur in Inferno. Et ita duplex est mors animę: vna in culpa, alia in gehenna. Similiter est duplex mors corporis: Vna est in dissolutione, alia in æterna damnatione. Assimilatur autem prima mors animę, primæ morti corporis in multis. Sicut enim corpus primò distemperatur, posteà infirmatur, deinde moritur, postea effertur, postea sepelitur, deinde lapide operitur. Ita anima primò distemperatur per malam cogitationem, postea infirmatur per noxiam delectationem, postea moritur per consensum, postea effertur per operis efficaciam, postea sepelitur per consuetudinem, ad vltimum operitur per obdurationem. Item, sicut mors corporis separat ipsum ab anima, ita mors animę separat ipsam à Deo, If. 59. *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum.* Item mors corporis separat à parentibus, & amicis carnalibus: & mors animę ab Angelis & à Sanctis, Iob 19. *Fratres meos*, idest Angelos, *longè fecit à me; & noti mei*, idest Sancti, *quasi alieni recesserunt à me.* Et non solùm derelinquunt Angeli animam peccatricem, immò fiunt aduersarij, & stabunt contra ipsam in judicio, Thren. 1. *Omnes amici ejus spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.* Item mors corporis facit amittere diuitias Mundi: & mors animę aufert diuitias Cęli, Thren. vlt. *Hereditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos.* Item mors corporis priuat visum corporalem: & mors animę visum & omnem sensum spiritualem, Psalm. 48. *Vsque in æternum non videbit lumen.* Item mors corporis dolorem facit, & mors animę majorem, Eccli. 41. *O mors, quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis &c.* Pręterea mors animę lędit, quia mittit in ignem æternum. Tamen ista læsio, quandiu est anima in corpore, sanabilis est, Sap. 14. *Sanabiles fecit nationes Orbis terrarum:* sed postquam exiet a corpore, fiet insanabilis, *If. 17.* Ablata est messis in die hereditatis, & dolebit grauiter. *Et hæc est mors animæ secunda, scilicet æterna damnatio: anima enim*

Damnatorum perpetua mors.

Y Io. 5. l. 5. lit. a.

Mors secunda quid.

Z Apoc. 2. c. 2. & 1. ibi, & c. 20. & 21. c. 1. & 2. ibi, Mors secunda.

Mors animæ duplex, sicut & corporis.

Prima mors animę in multis primę morti corporis assimilatur.

mors

mors vna est in culpa, alia in gehenna, *vt dictum est. Quò respexit & Psaltes, cum ait Ps. 54.* Veniat mors super illos, & descendant in Infernum viuentes. *Et ijs quidem, qui hac secunda morte moriuntur, condignum Infernus sepulchrum est, Luc.16.* Mortuus est diues, & sepultus est in Inferno. *Vbi Author*: Ecce *inquit* ipse Dominus A immediatè conjungit mortem diuitis, & sepulturam Inferni. *Quæ cum ita sint, ad nostram instructionem concludit Author*: Quicunque B igitur non vult lædi à secunda morte, quærat hic sanari à læsione primæ mortis, & ostendat Samaritano plagas suas, qui curabit eas, infundens vinum compunctionis (*Ps.54.*) & oleum consolationis (*Psal. 44. & Hebr. 1.*) *vt dicitur Luc. 10.* Si quis cognouerit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in Cœlo, & repropitiaberis, *vt habetur* 3. Reg. 8.

Vt secundæ damnationis mors euitetur, sanari oportet à prima morte.
A *Apoc. 16. c. 2. ibi*, Væ habitantibus.
B *Apoc. 2. c. 3. ibi*, Lædetur.

y *Porrò hanc diuturnitatem supplicij atque æternitatem consequitur in damnatis desperatio: siquidem nulla eis relinquitur spes eas pœnas euadendi. Sicut enim* requiritur C ad perfectam & veram beatitudinem, vt aliquis certus sit de suæ beatitudinis perpetuitate; alioquin voluntas non quietaretur: Ita similiter cum perpetuitas damnationis pertineat ad pœnam damnatorum, non rectè haberet rationem pœnæ, nisi voluntati repugnaret; quod esse non posset, si perpetuitatem suæ damnationis ignoraret. Et ideò ad conditionem miseriæ damnatorum pertinet, vt ipsi sciant, quòd nullo modo possunt damnationem euadere, & ad beatitudinem peruenire. Vnde dicitur *Iob* 15. Non credit, quod reuerti possit de tenebris ad lucem. *Idcircò Apoc.16. dicitur*: Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ ejus. *Vbi Author*: Vide, *inquit*: pœnam D reproborum nominat per calicem vini, ad notandum, quod desperata est plaga eorum. Sicut signum est, quòd infirmitas sit desperata, quando vinum datur infirmo febre laboranti acuta. *Sanè, quousque ægrotus spem euadendi nutrit, tolerabilior sibi redditur morbi cruciatus: cum verò percipit insanabilem, experitur proculdubio acerbiorem. Ita & damnatus infelix; vnde* Ier. 10. *ex ejus ore promitur*: Væ mihi super contritione mea: pessima plaga mea. *Cui quasi respondens Dominus, ait Ier.30.* Quid clamas super contritione tua? insanabilis est dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi. *Ex quo docemur, quòd* sicut E ad augmentum felicitatis bonorum pertinet securitas de perpetuitate gloriæ: ita ad augmentum miseriæ damnatorum pertinet certitudo de interminabilitate miseriæ. *Quòd si quis infernalium terminabilitatem pœnarum erroneè sibi suadeat, hoc diaboli inuidiæ attribuendum*: qui *ex Gregorio* opinionem F terminabilitatis pœnarum mentibus hominum ingerit in hoc Mundo, vt minùs peccare formident. *Hinc* Dan.3. *in pœnæ infernalis figuram dicitur, quòd postquam tres pueri* missi sunt in medium fornacis ignis ardentis, effundebatur flamma super fornacem cubitis 49., & erupit, & incendit quos reperit juxta fornacem de Chaldæis. *Quod ab Authore exponitur*: Flamma G quæ vsque ad quadragintanouem cubitos geometricales ascendit, & malos consumit, pœnæ sunt infernales, quæ nunquam ad numerum quinquaginta, qui est numerus remissionis, ascendunt, idest ad numerum Iubilæi: *qui in veteri lege quinquaginta quibusque annis celebrabatur, Leu.25.* Sanctificabis annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: ipse est enim Iubilæus. *Quæ quidem vox ab hebræa* Iobel (*vnde &* Iobelæum *vocant nonnulli*) *deriuatur: neque jubilum significat, sed remissionem.* Lex enim H concedebat possessionum venditionem; præcipiens tamen, vt certo tempore possessio vendita ad vendentem rediret. *Et hoc erat anno quinquagesimo. Vnde Leu. cap. cit. dicitur*: Reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque redies ad familiam pristinam: quia jubilæus est, & quinquagesimus annus. *Et cum hic buccinarum clangore promulgaretur*, jubilæus *dictus est, qui* buccina *interpretatur. Quod nomen & ad remissionem spiritualium debitorum in præsenti Ecclesia extensum est. Igitur hic remissionis jubilæus damnatis non datur: neque enim vlla eis relinquitur spes euadendi.* Et ideò I nullus, qui cum peccato mortali illuc descendit, speret veniam: sed tantum in Inferno erit, quantum Sancti Patres in Paradiso, scilicet in æternum.

Nulla spes damnatis euadendi.
C 2.2. 18. 3.c. In 1.d.16. 2.5. q.4. Op.6.fi.
D *Apoc. 16. c. 3. ibi.*
Exemplum de infirmo.
Certitudo in damnatis de æternitate pœnæ est in augmentum miseriæ.
E *Ma. 16. 6. ad 1.*
F *Ibid.*
Diabolus terminabilitaté pœnarum hominibus suadet.
G *Dan. 3. circ. fi.*
Non est damnatis jubilæus, hoc est, spes remissionis.
Iubilæus vnde, & quid significet.
H 1.2. 105. 2. ad 3. & in c.
I *Opusc. 6. §. 7. circ. fi.*
Damnatus veniam non speret.

2 *Ex præfatis omnibus deducitur, qualis & quantus sit infernalis cruciatus, ceu reliquis pœnis acerbior, multiplicior, atque diuturnior, vt visum hucusque est. Sed & ejusmodi æstimandus ex illo Apoc.16.* Blasphemauerunt Deum propter plagam grandinis, quoniam magna facta est vehementer. *Magna (inquit) vehementer*, quia L æterna, quia acerba, quia varia. *Et priùs cap. 2.* Qui vicerit, non lædetur à morte secunda, *gehennali scilicet pœna; &* hæc M lædit propter acerbitatem, diuersitatem, perennitatem. Quæ tria notantur in illo verbo Psal. 54. *Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus.* Notatur enim diuersitas, cum dicit, *deduces*; idest, de pœna ad pœnam duces. Perennitas notatur, cum dicit, *in puteum*, vnde exire non potest qui semel illic ceciderit. Acerbitas, cum dicit, *interitus: damnati enim jugiter dolorem mortis experiuntur, & nunquam intereunt, vt superiùs tactum est.*

Pœna damnati æterna, acerba, varia.
L *Apoc. 16. c. 2. fi.*
M *Apoc. 2. c. 2. ibi.*

a *Quamuis autem adeò acerba, multiplex, & perennis, infernalis pœna sit: aliquid tamen diuinæ adhuc misericordiæ in damnatos elucet. Nam ex illo Ps.* 24. Vniuersæ viæ Domini, misericordia & veritas, *manifestum est, & oportet* N quòd in omni diuina operatione aliquid misericordiæ, & aliquid justitiæ inueniatur. Nec justitia misericordiæ repugnat, quia misericordia non est laudabilis, nisi sit secundùm rationem rectam, quæ est regula justitiæ, siue secundùm ordinem sapientiæ in diuinis: nec misericordia repugnat justitiæ, quia elargiri aliquid supra debitum de bonis, vel citra debitum de malis, non est contra justitiam, sed præter eam; & ideò nec immensitas misericordiæ excludit justitiam à diuino opere, nec immensitas justitiæ misericordiam. *Ex quo*, & in damnatione O reproborum apparet misericordia, non quidem totaliter relaxans, sed aliqualiter alleuians, dum punit citra condignum. *Hinc in Psal.76.* Non P dicitur *continebit ab ira sua misericordias suas*, sed *in ira sua*: quia non totaliter pœna tolletur, sed ipsâ pœnâ durante, misericordia operabitur, eam diminuendo. *Ad quod cohærenter dicitur Psal. 77.* Abundauit, vt auerteret iram suam: & non accendit omnem iram suam. *Et Habac.3.* Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. *Et super illud Psalm.47.* Iustitia plena est dextera tua, *docemur, quòd* manus Dei Q dicitur virtus ejus operatiua. Et Deus habet duas manus: scilicet dexteram, qua remunerat bonos, & sinistram, qua punit malos; Matth. 25. *Statuet oues à dextris, hædos autem à sinistris.* In vtraque manu est justitia: sed in sinistra non est plena justitia, quia punit citra condignum: sed in dextera est plena justitia, quia abundanter remunerat, *Luc.6.* Mensuram bonam, & super effluentem dabunt in sinum vestrum. *Cui adijci potest illud Ps. 54.* Extendit manum suam in retribuendo; *vitam scilicet sempiternam: vnde & Ps. 15. dicitur*: Delectationes in dextera tua vsque in finem, *videlicet* indeficientes. *Hæc autem citra condignum punitio apparet tum in pueris sine baptismo decedentibus, tum in damnatis. In pueris quidem: quia* pro peccato R originali

Misericordia & justitia in omni Dei opere:
N 4.d.46. 2.2. q.2.c. & 1.p. 21. 4. *Psal.24. lit.h. & 1.cont. G.c.28. Ver.28. 1. ad 8. Pot. 5. 4. ad 6.*
Etiam in damnatione reproborum.
O 1 p.21. 4.ad 1. In 4. d. 15. exp. tex. & d. 46. 1.2. q.1. & 4. 3. q. 1. ad 1. & q.2. ad 4. & d.50. 2. 4. q.2. ad 2.
P 4. d.46. 2.3. q.2. ad 4.
Manus Dei dicitur virtus ejus operatiua.
Q *Ps 47. lit. c. Psal. 15. fi. & Ps 20. lit. f.*
Manus Dei duplex.
In quo consistat punitio damnatorum & puerorum in limbo citra condignum.
R 4.d.46. 2.2. q.1. ad 4.

Digitized by Google

secundùm rigorem justitiæ non solùm debetur naturæ pro pœna carentia visionis diuinæ, sed etiam ipsius annihilatio: & ideò ex hoc ipso, quòd conseruantur pueris non baptizatis naturalia bona, citra condignum puniuntur. Vnde dicitur *Thren. c.3.* Misericordiæ Domini, quòd non sumus consumpti. *Misericordiæ Domini* (*supple, attribuendum est*) quasi S non puniens ac si immisericors: *quòd non sumus consumpti*; quia citra condignum puniuit, non ad nihilum redigens nos. *Et sic justitia Dei apparet, & misericordia. Sed & in damnatis vtrunque resplendet attributum: misericordiæ scilicet ex illo Ier.10.* Corripe me Domine: verumtamen in judicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. *In judicio*, consuetæ scilicet T misericordiæ, *& non in furore*, secundùm debitæ vindictæ mensuram, *ne forté ad nihilum redigas me*: justum enim esset, vt peccans in Deum, ab ipso relinqueretur; & sic in nihilum tenderet. *Simul autem & justitiæ attributum micat: quia* licet Deus V de justitia creaturæ contra se peccanti posset esse subtrahere, & eam in nihilum redigere: tamen conuenientior justitia est, vt eam in esse reseruet ad pœnam. Et hoc propter duo: Primò, quia illa justitia non haberet aliquid misericordiæ admistum, cum nihil remaneret, cui posset misericordia adhiberi: dicitur autem Psal. 24. quod *vniuersæ viæ Domini, misericordia & veritas.* Secundò, quia ista justitia congruentiùs respondet culpæ in duobus. In vno quidem, quia in culpa voluntas contra Deum agit, non autem natura, quæ ordinem sibi à Deo inditum seruat: & ideò talis debet esse pœna, quæ voluntatem affligat, naturæ nocendo, qua voluntas abutitur. Si autem creatura omnino in nihilum redigeretur, esset tantùm nocumentum naturæ, & non afflictio voluntatis. In altero verò, quia cum in peccato duo sint, scilicet auersio ab incommutabili bono, & conuersio ad bonum commutabile, conuersio post se auersionem trahit: nullus enim peccans intendit auerti a Deo; sed quærit frui temporali bono, cum quo simul Deo frui non potest. Vnde cum pœna damni auersioni culpæ respondeat, conuersioni verò ejus pœna sensus, pro actuali culpa conueniens est, vt pœna damni non sit sine pęna sensus. Si autem in nihilum creatura redigeretur, esset quidem pœna damni æterna, sed non remaneret pœna sensus. *Neque punitioni citra condignum officit quod dicitur Apoc. 18.* Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit: tantum date illi tormentum & luctum; *& Matth. 7.* In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. *Non inquam officit: quia* tantum X & quantum non important æqualitatem quantitatis, sed proportionis. Pœnæ autem proportio ad culpam potest intelligi dupliciter: vel in generali, vel in speciali. In generali quidem, vt qui peccauit, puniatur; & qui multùm peccauit, multùm puniatur. In speciali autem dupliciter, vel accipiendo proportionem pęnæ ad culpam secundùm debitum culpæ absolute: vel præsupposita mitigatione diuinæ misericordiæ, quæ aliquid de pœna remittit. Primo igitur & tertio modo nunquam Deus punit citra condignum: quia semper peccantes multùm, multùm punit: nec aliquid de pœna dimittitur, quæ post mitigationem diuinæ misericordiæ remanet. Sed quantùm ad secundum modum, semper punitur aliquis citra condignum: quia non tantum punitur quis, quantum per culpam meruit. Vel dicendum, & meliùs: quòd æqualitas ista proportionalitatis est, non æqualitatis; & attendenda est, non secundùm comparationem pœnæ ad culpam, sed secundùm proportionem duorum peccantium ad duas pœnas, vt scilicet qui plus peccauit, plus puniatur; & secundùm quod exceditur in peccato, ita excedatur in pœna. Et sic etiam intelligendæ sunt omnes authoritates, quæ videntur æqualitatem culpæ & pœnæ demonstrare. *Huc facit & quam alibi affert Author doctrinam: quòd scilicet* illi Y qui in Infernum detrudentur, non erunt immunes ab omni bono: quia in Inferno existentes præmium bonorum suorum recipere possunt, in quantùm bona præterita eis valent ad mitigationem pœnæ. *Quocirca sciendum, quòd* diminuere Z pœnam infernalem, potest intelligi dupliciter. *Vno modo*, ita quòd quis liberetur à pœna, quam jam meruit: & sic cum nullus liberetur à pœna, nisi sit absolutus à culpa (quia effectus non diminuuntur, neque tolluntur, nisi diminutâ vel ablatâ causâ) per opera extra charitatem facta, quæ neque culpam tollere neque diminuere possunt, pœnæ Inferni non possunt mitigari. *Alio modo*, ita quòd meritum pœnæ impediatur: & sic hujusmodi opera diminuunt pœnam Inferni. Primò, quia homo reatum omissionis euadit, quæ hujusmodi opera perficit. Secundò, quia hujusmodi opera aliquo modo ad bonum disponunt, vt homo ex minori contemptu peccata faciat, & vt etiam à multis peccatis per hujusmodi opera retrahatur. Sed diminutionem, vel dilationem temporalis pœnæ merentur hujusmodi opera (sicut dicitur de Achab 3. Reg. 21. fi. cap.) eodem modo, sicut & bonorum temporalium consecutionem. *Quod profectò diuinæ bonitati & liberalitati attribuendum. Nam* opera A extra charitatem facta, non sunt meritoria ex condigno neque æterni neque temporalis alicujus boni apud Deum. Sed quia diuinam bonitatem decet, vt vbicunque dispositionem inuenit, perfectionem adjiciat: ideò ex merito congrui dicitur aliquis mereri aliquod bonum per opera extra charitatem facta. Et secundùm hoc, opera ista valent ad triplex bonum: scilicet ad temporalium consecutionem, ad dispositionem ad gratiam, & ad assuetudinem bonorum operum. *Ex quo sequitur, quòd* Deus B recordatur bonorum, quæ quis fecit in statu peccati, non vt remuneret ea in vita æterna, quod debetur solis operibus viuis, idest ex charitate factis: sed remunerat ea temporali remuneratione, sicut *Gregorius* dicit in hom. de Diuite & Lazaro, quòd *nisi diues ille aliquod bonum egisset, & in præsenti seculo remunerationem accepisset, nequaquam ei Abraham diceret: Recepisti bona in vita tua.* Vel etiam hoc potest referri ad hoc, quòd patietur tolerabilius judicium. Vnde dicit *Augustinus* in lib. de Patientia: *Non possumus dicere: Schismatico meliùs fuisset, vt Christum negando, nihil eorum pateretur, quæ passus est confitendo. Sed æstimandum est, tolerabilius ei futurum judicium, quàm si Christum negando, nihil eorum pateretur*: vt illud, quod ait Apostolus 1. Cor. 13. *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest*; intelligatur ad Regnum cœlorum obtinendum, non ad extremi supplicij judicium tolerabiliùs subeundum.

b *Cæterùm, hoc etiam stante, non ideò tollitur, quin gehennalis cruciatus, acerbissimus sit ac vehementissimus, vt ex hactenus dictis satis colligere est. Igitur* intelligite hæc (*Psal.49.*) qui obliuiscimini Deum: *hoc est*, quæ C dicta sunt, considerate: (*præmiserat enim*, Peccatori autem dixit Deus: Tu verò odisti disciplinam &c. Arguam te, & statuam contra faciem tuam; *idest*, condemnabo te:) *ne ad perpetuas Inferni pœnas damnemini*: ne quando rapiat, *scilicet diabolus*, & non sit qui eripiat, *quia nimirùm* in Inferno nulla est redemptio. Intelligite hæc, *idest fixè perpendite, quòd in momento temporis, quo mortaliter delinquitis, æternitatem vobis supplicij comparatis. Hoc est* momentum, in quo pendet æternitas *perpetuæ miseriæ, siue sit momentum peccandi, siue mortis momentum cum peccato.* Itaque qui se existimat stare (1. *Cor.* 10.) videat, ne cadat

peccan-

S *Thren. 3. lit. e.*

Iustitia Dei quomodo laudetur in damnatione peccatorum cum punitione citra condignũ.

T *Ier. 10. lit. d. ibi.*

V *Pet. 5. 4. ad 6. & 1. p. 21. 4. ad 1. In 4. d. 46. 2. 1. q 2. ad 2. Rem. 9. l. 3. ibi*, Excitaui.

Quonam sensu dicatur Deus punire citra condignum.

X *4. d. 46. 2. 2. q. 1. ad 1. & in corp. & ad 4. & 5. & a. 3. q. 1. ad 1.*

Qualis comparatio, & proportio inter pœnam & culpam.

Y *4. d. 45. 2. 3. ad 9.*

Z *4. d. 15. q. 1. a. 3. q. 5. c. & d. 22. 1. 1. ad 5.*

Qualiter per bona opera extra charitatem facta diminui dicatur pœna damnatì.

A *In 4. d. 1. c. a. 3. q. 4. c. In 2. d. 27. 1. 4. c. Ma. 1. 5. ad 7. & 2. 2. 113. 3. & 10. c.*

Opera extra charitatem facta aliquid de congruo dicuntur mereri, & quid.

B *1. p. 89. 6. ad 3.*

Propter eadem opera forte tolerabilior damnatis pœna.

C *Ps. 49. fi.*

Cogitandæ infernales pœnæ, ne peccando in eas incurramus.

peccando; & quòd deterius est, ne peccatum iterans, aut in eo perseuerans, conteratur per æternam damnationem, & collidatur, Ier. 10. sup. cit. Væ mihi super contritione mea. *Cadit enim & justus vel venialiter peccans, vel etiam lethaliter:* Septies cadet justus, *Prou. 24. sed* & resurget; *non colliditur: Ps. 36.* Cum ceciderit, non collidetur, *quia erigitur iterum ex gratia Dei manum dantis; vnde & subditur:* quia Dominus supponit manum suam. *At qui perseuerat in culpa, vel de venia desperat, conteritur & colliditur in Inferno.* Peccatores D ex casu colliduntur, dum desperati nolunt ad pœnitentiam redire. Sed justus non colliditur per desperationem, sed redit ad pœnitentiam. Vnde David dixit: *Peccaui Domino*; & dictum est ei 2. Reg. 12. *Dominus transtulit peccatum tuum.* Item Petrus *fleuit amarè*, Matth. 26. Idcircò *Mich. 7. ex ore justi cadentis dicitur:* Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi: consurgam &c. *Disce hinc, eos solummodo damnari, qui de diuina desperant misericordia. Allusit ad præfatam in Inferno collisionem Ioannes in sua Apoc. c. 18. ijs verbis:* Hoc impetu mittetur Babylon, & vltrà jam non inuenietur: *vas etenim* luteum, & in contumeliam (*Rom. 9.*) *quale est peccator*, cum impetu *projectum, necessariò colliditur atque conteritur. Et vt de diuturnitate pœnæ sermonem claudamus, è memoria non excidat, quòd* cum malis E associatio, pœna maxima est. Si autem, ad horam esse cum malis, magna pœna est: quantò magis esse perpetuò cum pessimis hominibus & dæmonibus? *DISCE in Infernum cogitatione descendere, ne post mortem vi detrudaris.*

D *Ps. 36. lit. r.*
Desperantes de diuina misericordia, dũtaxat damnantur.

E *Ioan. 15. l. 1. lit. f.*
Maxima pœna, esse perpetuò cum malis hominibus & dæmonibus.

II. Secundùm duo, quæ sunt in peccato, scilicet auersio, & conuersio, duplex pœna debetur, scilicet pœna sensus, & damni. 4. *d. 15. exp. tex. init.*

Duplex peccati pœna, damni scilicet & sensus: illa auersioni, hæc conuersioni respondet.

F 4 *cont. G. c. 90. & 1. 2. 87. 4. & 2. 2. 79. 4. ad 4. In 3. d. 21. 2. 1. q. 1. In 4. d. 21. 1. 1. q. 3. & d. 44. 3. 2. q. 1. c. Ma. 5. 2. c. 2. Thess. 1. l. 2. Op. 3. c. 174. Op. 6. fi.*

Pœna damni conuenientia.

G 3. *cont. G. c. 143. n. 1. & seqq.*

Quid mortale peccatum, quid veniale.

SIcut in superioribus prætactum est, Peccato F quod in Deum committitur, non solùm pœna damni, sed etiam pœna sensus debetur. Pœna enim sensus (*quæ est sensibilis afflictio*) respondet culpæ quantùm ad conuersionem inordinatam ad bonum commutabile: sicut pœna damni (*quæ est carentia diuinæ visionis*) respondet culpæ quantùm ad auersionem ab incommutabili bono. *Et conuenienter quidem hæc damni pœna statuitur:* Manifestum G est *enim*, quòd dupliciter contingit peccare. Vno modo sic, quòd totaliter intentio mentis auertatur ab ordine ad Deum, qui est vltimus finis bonorum: & hoc est peccatum mortale. Alio modo sic, quòd manente ordine humanæ mentis ad vltimum finem, impedimentum aliquod afferatur, quo retardatur, ne liberè tendat in finem: & hoc dicitur peccatum veniale. Si ergo secundum differentiam peccatorum oportet esse differentiam pœnarum: consequens est, quòd ille, qui mortaliter peccat, sit puniendus sic, quòd excidat ab hominis fine: qui autem peccat venialiter, non ita, quòd excidat, sed ita, quòd retardetur, aut difficultatem patiatur in adipiscendo finem. Sic enim justitiæ seruatur æqualitas, vt quomodo homo peccando voluntariè à fine se diuertit: ita pœnaliter contra suam voluntatem in finis adeptione impediatur. *Sic pariter pœna sensus conueniens est ei, qui contra Deum peccat.* Pœna *enim* debet H proportionaliter culpæ respondere. In culpa autem non solùm auertitur mens ab vltimo fine, sed etiam indebitè conuertitur in alia, quasi in fines: non solùm ergo puniendus est qui peccat, per hoc quòd excludatur à fine, sed etiam per hoc, quòd ex alijs rebus sentiat nocumentum. Item, si quis eo, quod est ad finem, inordinatè vtitur, non solùm fine priuatur, sed etiam aliud nocumentum incurrit, vt patet in cibo inordinatè assumpto, qui non solùm sanitatem non affert, sed etiam ægritudinem inducit. Qui autem in rebus creatis finem constituit, eis non vtitur secundum quod debet, referendo scilicet ad vltimum finem: non ergo solùm debet puniri per hoc, quòd beatitudine careat, sed etiam per hoc, quòd aliquod nocumentum ab ipsis experiatur. *Cæterùm, sicut mortali culpæ debetur vtraque pœna, non ita originali peccato, cui sola debetur pœna damni.* Nam quia I in peccato mortali actuali inuenitur auersio ab incommutabili bono, & conuersio ad bonum commutabile, debetur ei & pœna damni, scilicet carentia visionis diuinæ, respondens auersioni: & pœna sensus, respondens conuersioni. Sed in peccato originali non est conuersio, sed sola auersio, vel aliquid auersioni respondens, scilicet destitutio animæ à justitia originali: & ideò peccato originali non debetur pœna sensus, sed solùm pœna damni, scilicet carentia visionis diuinæ. *Sanè* carentia L hujus visionis est propria & sola pœna originalis peccati post mortem: si enim alia pœna sensibilis pro peccato originali post mortem infligeretur, puniretur iste non secundùm hoc, quòd culpam habuit: quia pœna sensibilis pertinet ad id, quod personæ proprium est, quia per passionem hujus particularis, talis pœna est. Vnde, sicut culpa non fuit per operationem ejus, ita nec pœna per passionem ipsius esse debet. *Nec desunt in sacris literis testimonia, vtramque pœnam hanc referentia. Nam Matth. 8. 22. & 25. sub ijsdem ferè verbis dicitur:* Mittite, *vel* ejicite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. *Siquidem per ejectionem pœna damni, quæ est expulsio à Regno (vnde & Matth. 8. cit.* Filij autem Regni ejicientur &c.) *per cætera pœna sensus, vt liquet, manifestè describitur. Quò spectat & illud Ioan. 15.* Si quis in me non manserit, mittetur foras &c. & in ignem mittent, & ardebit. *Mittetur foras*, quod M pertinet ad pœnam damni, scilicet expulsio à gloria: *in ignem mittent*, scilicet æternum: *& ardebit*: quod pœna est sensus. *Item 2. Thess. 1.* Pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini. *Vbi Author:* De pœna N sensus potest intelligi sic: *dabunt*, idest sustinebunt, *pœnas æternas*: de pœna damni, quia separabuntur à visione Dei, vnde dicit, *à facie Domini*, scilicet remoti; *Non veniet in conspectu ejus omnis hypocrita*, Iob 13. *Apoc. pariter 14.* Et calcatus est lacus extra Ciuitatem. *Quod exponitur.* Hic O ostenditur pœna damnatorum. Et primò pœna sensus: *& calcatus est lacus*, idest calcabitur, *lacus*, idest torcular (*secundum aliam literam*) illud scilicet quod erit in torculari, scilicet damnati. q. d. Damnati grauiter affligentur, & pœnis seu labori subdentur: & ponitur continens pro contento. *Extra ciuitatem*: hic notatur pœna damni, quia in Inferno semper punientur, ita quod semper erunt exclusi à Ciuitate cœlesti, *quæ ab Ecclesia* Vrbs Ierusalem beata *nuncupatur. Et cap. 18. dicitur:* Cecidit cecidit Babylon magna; *ad duplicem vtique pœnam hanc innuendam.* Bis P dicitur, *cecidit*, propter amissionem gloriæ, & supplicium gehennæ, *Ier. 17.* Duplici contritione contere eos. *Quæ duplex contritio subjicitur eod. cap. ijs verbis:* Væ væ Ciuitas illa magna Babylon &c. *Væ* quantùm Q ad amissionem gloriæ: *væ* quantùm ad passionem gehennæ. *Consonat & his quod legitur in Canonica Iudæ:* Quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. *Procella tenebrarum*, idest R magnitudo pœnarum infernalium. Per hoc, quod dicitur, *procella*, intelligitur pœna sensus: per hoc quod dicitur, *tenebrarum*, intelligitur pœna damni, idest carentia visionis diuinæ: per hoc quod dicitur, *seruata in æternum*, intelligitur æternitas vtriusque. *Tandem, vt plura testimonia prætercam, eadem duo ex*

Conuenientia pœnæ sensus.

H *Ibid. cap. 145. n. 1. & 3.*

Exemplum.

Originali peccato sola debetur pœna damni.

I *Ma. 5. 2. c. Ver. 24. 12. ad 2.*

L *2. d. 33. 2. 1. c. Ma. l. c. In 4. d. 4. exp. tex.*

Pœnæ vtriusque in sacris literis testimonia.

M *Io. 15. l. 1. lit. f.*

N *2. Thess. 1. l. 2. ibi.*

O *Apoc. 14. c. 1. & 2. ibi.*

P *Apoc. 18. c. 1. ibi.*

Q *Ibid. ibi.*

R *Ep. Iud. ibi.*

Digitized by Google

pęna ſatis exprimitur Iob 20. cum ait: Omnes tenebræ abſconditæ ſunt in occultis ejus: deuorabit eum ignis, qui non ſuccenditur: affligetur relictus in tabernaculo ſuo. *Omnes tenebræ abſconditæ ſunt in occultis ejus*: Ponit S pœnam damni, quia ſcilicet perfectas tenebras exteriores & interiores patietur (*damnatus*) elongatus à claritate Dei. Quod quidem *in occultis* dicit eſſe: quia ſicut Sanctorum claritas in hac vita nobis occulta eſt, ita & tenebroſitas impiorum. Deinde ponit pœnam ſenſus, cum dicit: *Deuorabit eum*, non quidem conſumendo, ſed ſua afflictione abſorbendo: *ignis*, ſcilicet gehennæ: *qui non ſuccenditur*, ſcilicet humano ſtudio, ſed diuina virtute, Iſ. 30. *Flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam*. In his autem pœnis nullum auxilium ſibi aderit; vnde ſubdit: *affligetur relictus in tabernaculo ſuo*; ex hoc ſcilicet quòd relinquitur ſine auxilio in loco pœnarum ſibi deputato. *Vtraque tandem pęna hæc apertè ſatis exprimitur in finali Domini ſententia, in reprobos pronuncianda Matth. 25.* Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. *Pęnam ſiquidem damni, hoc eſt, ſeparationis à Deo, manifeſtant prima verba*, Diſcedite à me maledicti: *ſenſus verò pęnam declarant ſequentia*, in ignem æternum. *Et hoc eſt, quod ait Iſaias c.40.* Suſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis.

S *Iob 20. l. 2. ibi. In 4. d. 50. exp. tex.*

Pœna damni principalior, & extrema hominis miſeria.

T *Op. 3. c. 174. In 1. d. 48. 1. 3. ad 21 In 4. d. 17. 2. 3. q. 1. ad 4. & d. 46. exp. tex. An. 21. ſi. c. & 3. cont. G. c. 141. ſub init.*

d *Quòd ſi quæras, ex duabus hiſce pęnis vtra major ſit*: *Reſpondet Author, quòd* quia T miſeria, ad quam ducit malitia, contrariatur felicitati, ad quam ducit virtus: oportet ea, quæ ad miſeriam ſpectant, ſumere per oppoſitum eorum, quæ de felicitate ſunt dicta. Dictum eſt autem ſuperiùs, quòd vltima hominis felicitas quantùm ad intellectum quidem, conſiſtit in plena Dei viſione: quantùm ad affectum verò, in hoc, quòd voluntas hominis in prima bonitate ſit immobiliter firmata. Erit igitur extrema miſeria hominis in hoc, quòd intellectus totaliter diuino lumine priuetur, & affectus à Dei bonitate obſtinatè auertatur. Et hæc eſt præcipua miſeria damnatorum, quæ vocatur pœna damni. *Enimuerò* per viſionem Dei V non ſolùm ipſa ratio glorificatur, ſed etiam totus homo: vnde carentia diuinæ viſionis non eſt pœna tantùm rationis, ſed totius hominis. *Nec dubium, quòd animæ* maxima X pœna eſt, cum conſiderat ſe infimis rebus ſubdi, quæ nata fuit, Deo per fruitionem vniri. *Sed & hæc* pœna Y damni eſt duplex: *pęnas dabunt in interitu æternas à facie Domini* (*2. Theſſ. 1. ſup. cit.*) quia ſcilicet ſeparabuntur à viſione Dei. Alia eſt priuatio viſionis gloriæ Sanctorum, *Matth. 25.* Separabit eos ab inuicem; & *Iſ. 26. v. 10.* (*ſecundùm aliam literam*) Tollatur impius, ne videat gloriam Sanctorum: *quod deducitur ex illo, quod ſequitur*: & à gloria virtutis ejus, *in ipſis videlicet beatis diffuſa*. *Nec tamen æqualiter hanc damni pęnam ſubeunt in peccato mortali decedentes, & cum originali ſolummodo, ſicut pueri ſine baptiſmo. Ex hoc enim quòd damnati beata viſione priuantur, ſpirituali præter ſenſibilem adhuc grauiſſima pęna affliguntur: non ita pueri ante vſum rationis cum ſolo originali decedentes. Et ratio adducitur: quia* ex hoc Z quòd caret aliquis eo, quod ſuam proportionem excedit, non affligitur, ſi ſit rectæ rationis; ſed tantùm ex hoc, quòd caret eo, ad quod aliquo modo proportionatus fuit: ſicut nullus ſapiens homo affligitur de hoc, quòd non poteſt volare ſicut auis, vel quia non eſt Rex aut Imperator, cum ſibi non ſit debitum: affligeretur autem, ſi priuaretur eo, ad quod habendum aliquo modo aptitudinem habuit. Dico ergo, quòd omnis homo, vſum liberi arbitrij habens, proportionatus eſt ad vitam æternam conſequendam, quia poteſt ſe ad gratiam præparare, per quam vitam æternam merebitur: & ideò, ſi ab hoc deficiant, maximus erit dolor eis, quia amittunt illud, quod ſuum eſſe poſſibile fuit. Pueri autem nunquam fuerunt proportionati adhoc, quod vitam æternam haberent: quia nec eis debebatur ex principijs naturæ, cum omnem facultatem naturæ excedat, nec actus proprios habere potuerunt, quibus tantum bonum conſequerentur; & ideò nihil omnino dolebunt de carentia viſionis diuinæ: immò magis gaudebunt de hoc, quòd participabunt multum de diuina bonitate, & perfectionibus naturalibus. *Et quamuis ex Magiſtro Sent.* Alienari à Regno Dei, & carere magna multitudine dulcedinis Dei, tam grandis pœna ſit, vt ei poſſint nulla tormenta, quæ nouimus, comparari, ſi illa ſit ęterna: *Nihilominus* dicendum A quòd hoc intelligendum eſt de illis, qui carent diuina viſione, & habent conſcientiæ remorſum, quòd ex propria culpa eâ priuentur. *Quod vtique in pueris non eſt, vt ex præfatis liquet: neque enim perſonali ſunt culpæ obnoxij, ſicut damnati. Et hoc ſenſu* Auguſtinus B dicit, pœnam paruulorum, qui originali tantùm tenentur, omnium eſſe mitiſſimam. *Quo circa docemur vlteriùs, quòd* grauitas C alicujus pœnæ poteſt attendi dupliciter. *Vno modo* ex parte ipſius boni, quod priuatur per malum pœnæ: & ſic carentia viſionis diuinæ, & fruitionis Dei, eſt grauiſſima pœnarum. *Alio modo* per comparationem ad eum, qui punitur: & ſic tantò eſt grauior pœna, quantò id, quod ſubtrahitur, eſt magis proprium & connaturale ei, cui ſubtrahitur. Sicut magis diceremus puniri hominem, ſi auferretur ei patrimonium ſuum, quàm ſi impediretur, ne perueniret ad regnum, quod ei non debetur. Et per hunc modum dicitur eſſe mitiſſima omnium pœnarum ſola carentia viſionis diuinæ, in quantum viſio diuinæ eſſentiæ eſt quoddam bonum omnino ſupernaturale: *vt jam jam præmiſſum eſt*.

V *2. d. 31. 2. 1. ad 3.*

X *An. 21. ſi. c.*

Duplex pœna damni.

Y *2. Theſſ. 1. l. 3. ibi. Matth. 22. lit. a. ibi.* Exteriores. & *cap. 25. lit. c. ibi*, Separabit. *Io. 15. l. 1. lit f. Apoc. 14. c. 1. ibi*, Calcatus.

Pœnam damni non æqualiter ſubeunt damnati, atque pueri in limbo.

Z *2. d. 33. 2. 2. c. & d. 32. 1. 2. ad 1. Ma. 4. 1. ad 14. & q. 5. 1. ad 3. & a. 3. c.*

Hi ſpiritualem afflictionem non habent, ſicut damnati, & quare.

A *4. d. 46. exp. text.*

Mitiſſima paruulorum in limbo pœna.

B *2. d. 33. 2. 1. in ſed contra. 4. d. 46. l. c.*

C *Ma. 5. 1. ad 3.*

e *Pœna autem ſenſus eſt damnatorum ſenſibilis afflictio: quam, vt vidimus, non ſolùm ab igne patientur, ſed & à cæteris corporalibus*: quia *enim* ignis D eſt maximè afflictiuus propter hoc quòd abundat virtute actiua; ideò nomine ignis omnis afflictio deſignatur, vt ſit vehemens. *Nec dubium, ignem illum corporeum fore: nam* quicquid E dicatur de igne, qui animas ſeparatas cruciat: de igne tamen, quo cruciabuntur corpora damnatorum poſt reſurrectionem, oportet dicere, quòd ſit corporeus: quia corpori non poteſt conuenienter pœna aptari niſi corporea. Vnde *Gregorius in 4. Dialog.* ex hoc ipſo probat, Inferni ignem eſſe corporeum, quod reprobi poſt reſurrectionem in eum detrudentur. *Auguſtinus etiam in lib. de Ciuit. Dei dicit*: Gehenna illa corporeus ignis erit, & cruciabit corpora damnatorum. *Et vlteriùs, quòd* ignis Inferni F quantùm adhoc quod habet de natura ignis, ſit ejuſdem ſpeciei cum igne, qui apud nos eſt, manifeſtum eſt. Vtrùm autem ignis ille ſit in propria materia exiſtens, aut in aliena: (dupliciter enim inuenitur, ſcilicet vel in propria materia, prout eſt in ſphæra ſua, vel in materia aliena, ſiue terreſtri, vt patet in carbone, ſiue aerea, ſicut patet in flamma:) in qua materia ſit, nobis ignotum eſt. Et ſecundùm hoc poteſt ab igne, qui apud nos eſt, ſpecie differre, materialiter conſideratus. Quaſdam tamen proprietates differentes habet ab igne iſto, ſicut quòd ſuccenſione non indiget, nec lignis nutritur: ſed iſtæ differentiæ non oſtendunt diuerſitatem in ſpecie quantùm ad id, quod pertinet ad naturam ignis. *Et quia* damnatorum G corpora, quantùm ad aliquas conditiones, non erunt animæ totaliter ſubjecta, affligentur ſecundùm ſenſum à contrarietate ſenſibilium: affligentur enim ab igne corporeo, in quantum qualitas ignis propter ſui excellentiam contrariatur æqualitati complexionis & harmoniæ, quæ eſt ſenſui connaturalis; licèt eam

Pœna ſenſus eſt ſenſibilis afflictio per ignem & alia.

D *4. d. 50. 2. 3. q. 1. ad 3. An. 21. ad 18. Matth. 8. lit. b. ſi. & cap. 22. lit. a ſi.*

Nomine ignis ob ejus actiuitatem cæteræ afflictiuæ intelliguntur.

E *4. d. 44. 3. 2. q. 1. ſi. c. Amb. ad 44. 2. 4. & 4. cont. G. c. 89. & 90. Ver. 26. 1. c. Quol. 2. a. 13.*

An ignis ille, corporeus, & ejuſdem ſpeciei cum noſtro.

F *4. d. 44. 3. 2. q. 2. c. & locis cit.*

G *4. cont. G. c. 89. Amb. 4. d. 44. a. 4. Quol. 7. a. 11. Op. 3. c. 177.*

Affligentur damnati à contrarietate ſenſibilium.

ſoluere

Digitized by Google

soluere non possit: non tamen talis afflictio animam à corpore poterit separare, cum corpus semper sub eadem forma necesse sit remanere. *Cæterùm* in loco H illo (*Inferni*) conseruabitur ignis in æternum ex ordine diuinæ justitiæ, quamuis secundùm naturam suam non possit extra locum suum aliquod elementum in æternum durare, præcipuè statu generationis & corruptionis manente in rebus. Ignis autem ibi erit fortissimæ caliditatis: quia calor ejus erit vndique congregatus propter frigus terræ, vndique ipsum circumstans. *Quoniam verò Deut. 25.* pro mensura peccati erit & plagarum modus: *non plenè intelligitur, quomodo ab eodem igne magis & minùs excrucientur damnati. Idcircò sciendum*, quòd ignis ille I erit instrumentum diuinæ justitię punientis: instrumentum autem non solùm agit in virtute propria, & per proprium modum, sed etiam in virtute principalis agentis, & secundùm quod est regulatum ab eo. Vnde quamuis ignis secundùm propriam virtutem non habeat, quòd aliquos cruciet magis vel minùs secundùm modum peccati: habet tamen hoc, secundùm quod ejus actio modificatur ex ordine diuinæ justitiæ: sicut etiam ignis fornacis modificatur ex industria fabri in sua actione, secundùm quod competit ad effectum artis. *Verùm, nedum in corpora post vniuersale judicium, sed & in animas damnatorum, tunc vt & modò, infernus aget ignis. Sed quomodo id contingat, hoc opus, hic labor est explicare.* Potest, *inquit Author*, venire L in dubium, quomodo diabolus, qui incorporeus est, & animæ damnatorum ante resurrectionem (*eadem enim vtrobique militat ratio*) ab igne corporali possint pati, à quo patiuntur in Inferno corpora damnatorum, sicut & Dominus dicit Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis ejus.* Non igitur sic æstimandum est, quòd substantiæ incorporeæ ab igne corporeo pati possint, quòd earum natura corrumpatur per ignem, vel alteretur, aut qualitercunque aliter transmutetur, sicut nunc nostra corpora corruptibilia patiuntur ab igne: substantiæ enim incorporeæ non habent naturam corporalem, vt possint à rebus corporeis immutari: neque etiam formarum sensibilium susceptiuæ sunt, nisi intelligibiliter: talis autem susceptio non est pœnalis, sed magis perfectiua & delectabilis. Neque etiam potest dici, quòd patiantur ab igne corporeo afflictionem ratione alicujus contrarietatis, sicut corpora post resurrectionem patientur: quia substantiæ incorporeæ organa sensuum non habent, neque potentijs sensitiuis vtuntur. Patiuntur igitur ab igne corporeo substantiæ incorporeæ per modum alligationis cujusdam. Possunt enim alligari spiritus corporibus vel per modum formæ, sicut anima corpori humano alligatur, vt det ei vitam: vel etiam absque hoc quòd sit ejus forma, sicut Necromantici virtute dæmonum spiritus alligant imaginibus, aut hujusmodi rebus. Multò igitur magis virtute diuina spiritus damnandi igni corporeo alligari possunt: & hoc ipsum est eis in afflictionem, quòd sciunt, se rebus infimis alligatos in pœnam. *Quod vt clariùs elucescat, alibi instruimur, quòd* substantiam M incorpoream corpori vniri, contingit dupliciter: vno modo, vt formam, in quantum viuificat corpus: alio modo, vt motorem mobili, vel locatum loco, per aliquam operationem, siue per aliquam habitudinem. Quia verò formæ, & ejus, cujus est forma, est vnum esse: vnio substantiæ spiritualis ad corporalem per modum formæ, est vnio quantùm ad esse. Nullius autem rei esse est suæ potestati subjectum; & ideò non est in potestate substantiæ spiritualis vniri corpori, vel ab eo separari per modum formæ: sed hoc lege naturæ agitur, vel virtute diuina. Sed quia operatio rei est in potestate operantis voluntariè: ideò in potestate naturę spiritualis est vniri corpori per modum motoris aut locati, & separari ab eo secundùm ordinem naturę. Sed quòd substantia spiritualis hoc modo corporali vnita, ab ea detineatur, & impediatur, & quasi ligetur, est supra naturam. Ignis ergo ille corporeus, agens vt instrumentum diuinę justitię, facit aliquid supra virtutem naturę, scilicet animam detinere vel ligare: sed ipsa vnio per modum prędictum est naturalis. Et sic patitur anima ab igne corporeo, prout dicimus pati omne id, quod impeditur à propria actione, vel ab alio sibi competente. *Ex qua doctrina resoluitur difficultas, an ignis affligens animas, corporeus sit, sicut quo corpora excruciantur: quam veluti indecisam reliquisse videbatur Author superiùs, cum dixit*: quidquid dicatur de igne, qui animas separatas cruciat &c. *Quandoquidem* in pœna N animę separatę duo est considerare, scilicet affligens primum, & proximum. Affligens primum est ipse ignis corporalis, detinens animam per modum prędictum: sed hoc tristitiam animę non ingereret, nisi esset ab anima apprehensum. Vnde proximum affligens est ignis ipse detinens apprehensus: & iste ignis non est materialis, sed spiritualis. Et sic potest verificari dictum Damasceni *in fine 4. lib.* Tradetur diabolus, & dęmones ejus, & impij in ignem ęternum, non materialem, qualis est qui apud nos est: sed qualem vtique nouit Deus. *Sicut & dictum Augustini 12. super Genes. ad lit.* Non sunt corporalia, sed corporalibus similia, quibus animę corporibus exutę afficiuntur seu bene seu malè. *Postremò*, quamuis O non sit aliquis tactus corporalis inter animam, & corpus, *siue rem corporalem*: tamen est inter ea aliquis tactus spiritualis. Sicut etiam motor Cœli, cum sit spiritualis, spirituali tactu tangit Cœlum, ipsum mouens per modum, quo dicitur contristans tangere, sicut dicitur in primo de generatione. Et hujusmodi modus sufficit ad actionem.

† *Cum igitur in Inferno ipsa sit diuina justitia, quæ supra humanum punit, considerare oportet, quàm* horrendum est (*ad Hebr. 10.*) incidere in manus Dei viuentis. *Quod quidem* verum est P quantùm ad statum futurę vitę, vbi habet locum principaliter justitia: quia in hac vita, vbi est locus misericordię, verum est quod dicitur: *Melius mihi est incidere in manus Domini, quàm in manus hominum, 2. Reg. vlt. Horrendum* inquam *est incidere in manus Dei viuentis*, propter pœnę Q interminabilitatem: vel etiam propter remotionem resistentię, quia ejus irę nemo resistere potest, cum sit omnipotens; nec ab eo fugere, cum sit vbique præsens (*Psal. 138.* Si ascendero in Cœlum, tu illic es: si descendero in Infernum, ades:) nec coram eo fallaciter se excusare, cum omnia sciat. *Horrendum* inquam *est incidere in manus Dei viuentis*: Quanto enim R judex justior & fortior est, tanto magis timendum. *Deus* autem est *judex justus & fortis*, Ps. 7. *Horrendum non est* vsque ad judicium, quandiu est Pater misericordiarum: sed post judicium, *horrendum est*, quando sicut Deus vltionum justitias judicabit. *Sanè, nihil est, quod magis à peccato justum retrahat: aut peccantem, dextera Dei adjuuante, mirabili mutatione citiùs ad pœnitentiam reuocet, quàm fixa Inferni consideratio. Id quod satis exprimi videtur Psal. 76. cum dicitur*: Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui: *ex quo statim mouetur quis ad diligens conscientiæ examen*: Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum. *Considerat deinde diuinæ æternitatem vltionis, suæque ibi veluti obliuionem misericordiæ*: (videtur enim S Deus obliuisci, quando actu non miseretur:) *cum subdit*: Nunquid in ęternum projiciet Deus: aut non apponet,

Ex ordine diuinæ justitiæ durabit in æternum ignis in loco damnatorum.
H 4. d. 44. q. 3. a. 3. q. 3. ad 2.
Erit fortissimæ caliditatis.

I 4. loc. cit. a. 3. q. 1. ad 3 & q. 2. ad 3. Quol. 8. a. 13. fi. c.
Quomodo inæqualiter ab eodem igne excrucientur damnati.

Quomodo dæmones & animæ pati possint ab igne corporeo.
L 4. cont. G. c. 90. Cp 3. c. 180. Ver. 26. 1. c. & ad 5. An. 21. c. In 4. d. 44. 3. 3. q. 3. Quol. 2. a. 13. & Quol. 3. a. 21.

M Ver. 26. 2. fi. c. In 4. l. c. fin.

An ignis animas affligens, sit corporeus, qualis excruciat corpora.
N Ver. l. c. ad 5. & 6. & in 4. l. c. a. 2. q. 1. ad 1. & q. 3. a. 3. q. 3. ad 1. An. 21. ad 19.

O In 4. l. c. ad 7.
Tactus duplex, corporalis & spiritualis.

P 4. d. 20. exp. tex. lec. 16. fi.
Horrendum, incidere in manus Dei, in Inferno punientis.

Q 4. d. 46. a. 2. q. 3. ad 1.

R Hebr. 10. l. 3. fi.

Inferni consideratio ad pœnitentiam inducit.

S Ps. 24. lin. 0.

Digitized by Google

ponet, vt complacitior ſit adhuc? Aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet a generatione in generationem? Aut obliuiſcetur miſereri Deus: aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? *Ex quorum fixa meditatione, ſi non* virtutis amore, *ſaltem* formidine pœnę, *mutatur per pœnitentiam in ſtatum gratiæ; vnde ſubditur*: Et dixi: Nunc cœpi: hęc mutatio dexterę Excelſi: *ſine dextera enim Dei excitantis primùm, deinde operantis, nemo juſtificatur. Vel juuat conſideratio hæc, ſi de juſto loquamur, vt in melius proficiat: nam* verbum T illud Pſalmi pertinet ad vaſa miſericordię, quę ſe indigna miſericordiâ non fecerunt: quia in hac vita, quę quędam ira Dei eſt propter vitę miſerias, vaſa miſericordię *tali conſideratione* mutat in melius; vnde ſequitur (*in eod. Pſal. 76.*) Hęc mutatio dexterę Excelſi. *Et huc fortaſſe Pſal. 9. reſpexit Pſaltes, cum ait*: Conuertantur peccatores in Infernum; omnes gentes, quę obliuiſcuntur Deum. *Quaſi diceret: Adhuc*, vt Deum non obliuiſcantur *peccatores*, conuertantur *meditatione* in Infernum, *& cogitatione frequenti* deſcendant (*Pſal. 54.*) in Infernum viuentes: *nam, vt dicitur Eccli. 7.* Memorare nouiſſima tua, & in ęternum non peccabis; *hoc eſt, Deum nunquam obliuiſceris. Vel*, conuertantur peccatores in Infernum, *id eſt*, in Inferno V puniantur *qui obliuiſcuntur Deum*. Cauſa pęnę (*infernalis*) eſt obliuio Dei. Qui enim recedit ab vno termino, diſponit ſe ad tendendum in alium. Duo termini hominis ſunt, Dei fruitio, & gehenna. Et hoc eſt, quod dicit: *conuertantur in Infernum*, ſcilicet illi peccatores, qui obliuiſcuntur *Dei mandatorum, & beneficiorum ejus*; *Deut. 32.* Deum, qui te genuit, dereliquiſti: & oblitus es Domini Creatoris tui. *Sequitur*: Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt; & ait: Abſcondam faciem meam ab eis; *quod eſt pœna damni: en* cauſa pęnę, obliuio Dei. *Deinde*: Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad Inferni nouiſſima: *Ecce pœnam ſenſus; vnde ſequitur*: Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis. Conſumentur fame, & deuorabunt eos aues morſu amariſſimo, *qui eſt conſcientiæ remorſus*. Foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor &c. *cum ijs, quæ ſequuntur. Et concludit*: Vtinam (*in præſenti vita, ad hæc euitanda poſt mortem*) ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent! *Q. d. Si hæc facerent, minimè damnarentur. DISCE viuens ad Deum conuerti, ne in Infernum conuertaris.*

T 4. d. 46. 2. 3. q. 1. ad 4.
Vel vt in melius proficiamus.

V Pſ. 9. lit. m.
Cauſa infernalis pœnæ, obliuio Dei.

III. Illi, qui ſunt in Inferno, retinebunt peruerſam voluntatem, auerſam à Dei juſtitia in hoc, quòd diligunt ea, pro quibus puniuntur; & vellent eis vti, ſi poſſent; & odiunt pœnas, quæ pro hujuſmodi peccatis infliguntur. Dolent tamen etiam de peccatis, quæ commiſerunt, non quia ipſa odiant, ſed quia pro eis puniuntur. 2. 2. 13. 4. c.

8 Q*Vamuis tum animæ tum corporis in damnatis qualitates prætactæ ſint: hic tamen placet eas ordinatiùs examinare. Et quidem quoad corpora, cum finale judicium præcedere debeat ad Mundi purgationem ignis conflagratio (ex illo Pſal.* 96. Ignis ante ipſum præcedet &c. *Et priùs Pſal. 49.* Ignis in conſpectu ejus exardeſcet; *& poſt pauca*: Aduocabit Cœlum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuum. Et annunciabunt Cœli juſtitiam ejus: quoniam Deus judex eſt; *ecce finale judicium*:) *ſciendum in primis, quòd* ignis ille X finalis conflagrationis aget vt inſtrumentum diuinæ juſtitiæ, & iterum per virtutem naturalem ignis. Quantum ergo pertinet ad virtutem naturalem ipſius, ſimiliter aget in bonos, & malos, qui viui reperientur, vtrorumque corpora in cinerem reſoluendo. In quantum verò aget vt inſtrumentum diuinæ juſtitiæ, diuerſimodè aget in diuerſos quantùm ad ſenſum pœnæ. Mali enim per actionem ignis cruciabuntur: boni verò, in quibus nihil purgandum inuenietur, omnino nullum dolorem ex igne ſentient, ſicut nec pueri ſenſerunt in camino ignis *Dan. 3.* quamuis eorum corpora non ſeruentur integra, ſicut puerorum ſeruata fuerunt. Et hoc diuina virtute fieri poterit, vt ſine doloris cruciatu reſolutionem corporum patiantur. Boni verò, in quibus purgandum reperietur, ſentient cruciatum doloris ex illo igne plùs vel minùs pro meritorum diuerſitate. Sed quantùm ad actum, quem poſt judicium ille ignis habebit, in damnatos tantùm aget, quia omnes boni habebunt corpora impaſſibilia. *Nam ita poſt judicium corpora damnatorum: quæ quidem incorruptibilia erunt, ſed paſſibilia*; 1. *Cor.* 15. Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur; *& paulò poſt*: mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. *Quod dicitur*: quia illa Y mutatio non erit, niſi ſecundùm corpora beatorum, quia immutabuntur ad illa quatuor, quæ dicuntur dotes corporum glorioſorum. Et hanc deſiderabat Iob c. 14. *Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea*: Expecto ſcilicet Z immutari in ſtatum alterius vitæ, quæ ſit ſine labore & anguſtia. *Hanc autem immutationem minimè experientur damnati, ſed ſoli electi. Vnde quia Apoſtolus de numero erat electorum, poſtquam dixit*: mortui reſurgent incorrupti; *ſubjicit*: & nos immutabimur; *ſcilicet*, nos A Apoſtoli, non ſolùm erimus *incorrupti*, ſed etiam *immutabimur*, ſcilicet de ſtatu miſeriæ ad ſtatum gloriæ, quia *ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale*. Et ſic verum eſt: *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur*: quia licet omnes reſurgent, tamen ſoli ſancti & electi immutabuntur. *Igitur mortui omnes reſurgent incorrupti tam boni quàm mali. Nam &* corpora B damnatorum, quantùm ad id, quod naturæ eſt, integra reparabuntur: quia videlicet in ætate perfecta reſurgent abſque omni diminutione membrorum, & abſque omni defectu & corruptione, quem error naturæ aut infirmitas introduxit. (*Sanè*, quicquid C defectus, vel turpitudinis ex corruptione vel debilitate naturæ ſiue principiorum naturalium in corpore fuit, totum in reſurrectione remouebitur, ſicut febris, lippitudo, & ſimilia: defectus autem, qui ex naturalibus principijs in humano corpore naturaliter conſequuntur, ſicut ponderoſitas, paſſibilitas, & ſimilia, in corporibus damnatorum erunt: quos defectus ab electorum corporibus gloria reſurrectionis excludit.) Quia verò anima eorum erit ſecundùm voluntatem à Deo auerſa, & fine proprio deſtituta: eorum corpora non erunt ſpiritualia, quaſi ſpiritui omnino ſubjecta; ſed magis eorum anima per affectum erit carnalis. Nec ipſa corpora erunt agilia, quaſi ſine difficultate animæ obedientia: ſed magis erunt ponderoſa & grauia, & quodammodo animæ importabilia, ſicut & ipſæ animæ per inobedientiam à Deo ſunt auerſæ. Remanebunt etiam paſſibilia, ſicut nunc, vel etiam magis; ita tamen, quòd patientur quidem à rebus ſenſibilibus afflictionem, non tamen corruptionem: ſicut & ipſorum animæ torquebuntur à naturali deſiderio beatitudinis totaliter fruſtratæ. (*Hujus porrò* incorruptibilitatis D prima cauſa & principalis eſt juſtitia diuina, quæ conſeruabit corpora damnatorum in perpetuis pœnis: ſed cauſa ſecundaria, & quaſi coadiuuans, erit quies motus Cœli; quo quieſcente, nulla actio vel paſſio poterit eſſe in corporibus, pertinens ad tranſmutationem naturæ.) Erunt etiam eorum corpora, opaca & tene-

In igne conflagrationis finalis duplex virtus.

X 4. d. 47. 2. 3. q. 2. & 3. c. Hebr. 10. l. 3. ib. Ignis. Ver. 26. 1. & Quol. 3. a. 23.

Qualiter ab eo patientur boni & mali.

Omnium corpora reſurgent incorrupta; ſed non omnium immutabuntur.

Y 1. Cor. 15. l. 8. ib.

Z Iob 14. l. 3. ib.

A 1. Cor. 15. l. 8. ib.

Damnatorum corpora qualia.

B 4. cont. G. c. 89. In 4. d. 44. 3. 1. q. 1. 2. & 3. Op. 3. c. 176. & 177. Quol. 7. a. 11. & 1. Cor. 15. l. c.

C 4. d. 44. 3. 1. q. 1. ib. c. Quol. 7. a. 11. & 4. cont. G. c. 88. & 1. Cor. 15. l. 1.

Incorruptibilitatis corporum damnatorum duplex cauſa.

D Quol. 7. a. 11. c. In 2. d. 11. 2. 6. ad 3. In 4. d. 44. 3. a. q. 1. ad 3. Pot. 5. 10. c.

Digitized by Google

tenebrosa: sicut & eorum animæ à lumine diuinæ cognitionis erunt alienæ.

Damnati in singulis sensibus torquebantur.

h *Passibilia proculdubiò erunt damnatorum corpora, & in singulis sensibus torquebuntur. In visu quidem per spectra, & visiones horribiles*, Iob 20. Vadent & venient super eum horribiles; *& Sap.* 17. Personæ tristes illis apparentes, pauorem illis præstabant; *vnde & cap.* 5. Videntes turbabuntur timore horribili. *In tactu per ignis cæterorumque cruciatus*, Iob 24. Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. *In auditu per dolorosos desperatorum clamores & vlulatus continuos*, Is. 65. Clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis. *In gustu per famem & sitim, fellisque amaritudinem in lingua & palato*, Deut. 32. Consumentur fame: vua eorum, vua fellis, & botri amarissimi: fel draconum vinum eorum. *In odoratu per sulphuris & immunditiarum fœtorem*, Psalm. 10. Ignis, & sulphur; & spiritus procellarum, pars calicis eorum; *& Apoc.* 21. Pars illorum erit in stagno ardenti igno & sulphure. *Et priùs cap.* 2. Ecce mittam eam in lectum: & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt. *Vbi Author*: Alia inquit translatio E habet *luctum* pro *lectum*: quod æternam miseriam designat, de qua miseria Iob 17. dicitur: *In tenebris straui lectulum meum*, & Is. 14: *Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes*. Hic lectus est valdè durus, fœtidus, immundus, in turpi loco paratus, & tumultuoso, vbi nulla quies, vbi videntur horribiles visiones. *Et qui mœchantur cum ea (Iezabel)* idest conformes illi in peccatis, pro quibus punietur, *in tribulatione maxima erunt*, scilicet in Inferno. In hoc enim Mundo est tribulatio magna, in Purgatorio major, in Inferno maxima. *Corporeus etiam fletus videtur in damnatis futurus ex illo Matth.* 8. 22. & 25. Ibi erit fletus & stridor dentium. *Vbi Author*: Fletus F nunciat dolorem. Item ostenditur passio in corpore, quia *stridor dentium*. Quæ indicia doloris pertinent ad concupiscibilem, stridor ad irascibilem. Vel vtrunque *ex Hieronymo* pertinet ad pœnam corporalem: resurrectio enim non erit solùm in anima, sed & in corpore, quia erit & multus calor, & multum frigus, Iob 20. Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium: (*ex nimio nempe frigore, dentium stridor enascitur*:) *Cæterùm, propriè loquendo, non erit ejusmodi fletus, corporalis*; Apoc. 18. Date illi tormentum & luctum, *tormentum* G in corpore, *luctum* in anima. *Quocirca sciendum, quòd* in fletu H corporali duo inueniuntur: quorum vnum est lachrymarum resolutio; & quantùm ad hoc, fletus corporalis in damnatis esse non potest, quia post diem judicij, quiescente motu primi mobilis, non erit aliqua generatio & corruptio, vel corporalis alteratio. In lacrymarum autem resolutione oportet esse illius humoris generationem, qui per lacrymas distillat; vnde quantùm ad hoc, corporalis fletus in damnatis esse non poterit. Aliud, quod inuenitur in corporali fletu, est quædam commotio & perturbatio capitis & oculorum: & quantum ad hoc, fletus in damnatis esse poterit post resurrectionem. *Certè, flere non posse, cruciatum adauget; & ex opposito dolorem lenit lacrymarum resolutio. Igitur* ibi erit fletus & stridor dentium; *in quantum* fletus I procedit ex tristitia, stridor ex ira, Act. 7. *Stridebant dentibus in eum*. Aliqui flent pro peccatis, & humiliantur, & mundantur. Ibi erit tristitia (*per fletum expressa*) non ad humilitatem, sed vertetur in iram; & stridor propter impatientiam; *videlicet quia* superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper, Psalm. 73. *Dolebunt ergo ac tristabuntur damnati; & ex hoc memoratur* fletus: *simulque irascentur; & ex hoc* stridor dentium *exprimitur; eo sensu quo dicitur* Psal. 36. Obseruabit peccator justum (Sap. 5. Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum &c.) & stridebit super eum dentibus suis. *Ex hac vlteriùs ira; nedum mentalis, sed & vocalis quoque blasphemia in damnatis post resurrectionem astruitur*. Detestatio L diuinæ justitiæ, est in damnatis interior cordis blasphemia: & credibile est, quòd post resurrectionem erit in eis etiam vocalis blasphemia, sicut in Sanctis vocalis laus Dei. *Enimuerò aliquando* homines M deterrentur in præsenti (*quamuis experientia tempore nostro contrarium edoceat*) à blasphemia propter timorem pœnarum, quas se putant euadere: sed damnati in Inferno non sperant se posse euadere: & ideò, tanquam desperati, feruntur ad omne, quod eis peruersa voluntas suggerit; Apoc. 16. *Et blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas*: quia *videlicet* præ impatientia N dicent verba magnæ injuriæ contra Deum, qui habet potestatem super illas tribulationes corporales: quia permittit eas inferri quibus vult, & non quibus non vult: & tamen illos non liberauit. *Et iterum eod. cap.* Blasphemauerunt Deum propter plagam grandinis; *nimirùm*, quia O tantam pœnam eis inflixit: in Inferno enim positi, quamuis sciant, se pro merito puniri; dolebunt tamen, quòd Deus tantam potentiam habeat, quòd eis plagas inferat: & hæc est blasphemia.

E Apoc. 2. c. 2. ibi.

Inferni tribulatio maxima.

F Matth. 8. lit. b. fi. & cap. 22. lit. a. fi.

An in damnatis fletus corporeus.

G Apoc. 18. c. 1. & 2. ibi.

H 4. d. 50. 2. 3. q. 3. c. & 4. con. Gent. c. 90. fi. Quod. 7. a. 13. Apoc. 18. c. 1. & 2. l. c.

I Matth. 22. lit. a. fi.

Fletus procedit ex tristitia, stridor ex ira.

L 2. 2. 13. 4. fi. c.

M Ibid. ad 1.

An in damnatis blasphemia vocalis.

N Apoc. 16. c. 1. & 2. ibi, & fi. cap. ibidem, Blasphemauerunt.

O Apoc. eod. cap. c. 2. fi.

I *Dolebunt inquam ex hac parte damnati & de peccatis suis; etsi enim* descenderunt in Infernum, *vt dicitur* Ezech. 32. cum armis suis; *idest*, cum affectionibus P prauis: *nihilominus*, sic in eis prauæ affectiones remanent, quòd tamen de eis dolent ad punitionem, non ad purgationem, *secundùm illud Sap.* 5. Pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. *Et sic de peccato per accidens pœnitent, non per se*. Per se quidem Q de peccato pœnitet quis, qui peccatum in eo quod est peccatum, abominatur: per accidens verò qui illud odit ratione alicujus adjuncti, vtpotè pęnæ, vel alicujus hujusmodi. Igitur non pęnitebunt damnati per se loquendo de peccatis, quia voluntas malitiæ peccati in eis remanet: pęnitebunt autem per accidens, in quantùm affligentur de pęna, quam pro peccato sustinent. *Et hoc docuit ab initio Author, cum ait*: Dolent etiam de peccatis, quæ commiserunt: non quia ipsa odiant, sed quia pro eis puniuntur. *Et alibi*: Dolent R ergo mali, quia peccata commiserunt: non propter hoc, quia peccata eis displiceant; quia etiam tunc mallent peccata illa committere, si facultas daretur, quàm Deum habere; sed propter hoc, quòd illud, quod elegerunt, habere non possunt; & illud, quod respuerunt, possent habere. Sic igitur & voluntas eorum perpetuò manebit obstinata in malo: & tamen grauissimè dolebunt de culpa commissa, & de gloria amissa. Et hic dolor vocatur remorsus conscientiæ, qui metaphoricè in Scripturis vermis nominatur, *secundùm illud* Is. 66. Vermis eorum non morietur; *& ne caro immunis à tormento credatur, subjicitur*: & ignis eorum non extinguetur. *Quod & Eccli.* 7. *exprimitur*: Vindicta carnis impij, ignis & vermis. *Igitur* vermis S qui in damnatis ponitur, non debet intelligi esse materialis, sed spiritualis; qui est conscientiæ remorsus: qui dicitur vermis, in quantum oritur ex putredine peccati, & animam affligit, sicut corporalis vermis, ex putredine ortus, affligit pungendo. *Nihilominus*, si sustineretur T quòd vermis & fletus essent corporales: posset dici, quòd diuinâ virtute & vermis ille sustentaretur, & lacrymarum deperditio restauraretur.

An & quomodo de peccatis dolent.

P Quod. 3. a. 24. & Quod. 8. a. 17.

Q 4. d. 50. a. 2. q. 2. c. & d. 14. 1. 3. q. 4. c. & 2. a. 13. 4. c.

Dupliciter quis de peccato pœnitet.

R Op. 3. c. 175. In 4. d. 50. 2. 3. q. 2. c. Quod. 7. a. 13. c. Is. 66. fi.

S 4. d. 50. 2. 3. q. 2. fi. c.

Vermis damnatorum spiritualiter intelligitur pro conscientiæ remorsu.

T Quod. 7. a. 13. ad 2.

An possit materialiter accipi.

I *Hoc autem, quod adduximus, ideò est: quia, vt præallegato ab initio loco Author præmittit*, qui sunt in Inferno, retinebunt peruersam voluntatem auersam à Dei justitia: *ex quo sunt in peccato obstinati*. Quia enim anima V separata Angelo conformatur & quantùm ad modum intelligendi, & quan-

V Ver. 24. 11. fi. c. & 1. p. 64. a. 2. In 2. d. 7. 1. 2. & d. 39. 3. 1. ad 5. & 4. con. G. c. 93. Ma. 16. 5. Op. 3. c. 174.

Digitized by Google

ponet, vt complacitior sit adhuc? Aut in finem misericordiam suam abscindet a generatione in generationem? Aut obliuiscetur misereri Deus: aut continebit in ira sua misericordias suas? *Ex quorum fixa meditatione, si non* virtutis amore, *saltem* formidine pœnę, *mutatur per pœnitentiam in statum gratiæ; unde subditur*: Et dixi: Nunc cœpi: hęc mutatio dexterę Excelsi: *sine dextera enim Dei excitantis primùm, deinde operantis, nemo justificatur. Vel iuuat consideratio hæc, si de justo loquamur, vt in melius proficiat: nam verbum* T illud Psalmi pertinet ad vasa misericordię, quę se indigna misericordiâ non fecerunt: quia in hac vita, quę quędam ira Dei est propter vitę miserias, vasa misericordię *tali consideratione* mutat in melius; vnde sequitur (*in eod. Psal. 76.*) Hęc mutatio dexterę Excelsi. *Et huc fortasse Psal. 9. respexit Psaltes, cum ait*: Conuertantur peccatores in Infernum; omnes gentes, quę obliuiscuntur Deum. *Quasi diceret: Adhoc*, vt Deum non obliuiscantur *peccatores*, conuertantur *meditatione* in Infernum, *& cogitatione frequenti* descendant (*Psal. 54.*) in Infernum viuentes: *nam, vt dicitur Eccli. 7.* Memorare nouissima tua, & in ęternum non peccabis; *hoc est, Deum nunquam obliuiscêris. Vel*, conuertantur peccatores in Infernum, *idest*, in Inferno V puniantur *qui obliuiscuntur Deum*. Causa pęnę (*infernalis*) est obliuio Dei. Qui enim recedit ab vno termino, disponit se ad tendendum in alium. Duo termini hominis sunt, Dei fruitio, & gehenna. Et hoc est, quod dicit: *conuertantur in Infernum*, scilicet illi peccatores, qui obliuiscuntur *Dei mandatorum, & beneficiorum ejus*; *Deut. 32.* Deum, qui te genuit, dereliquisti: & oblitus es Domini Creatoris tui. *Sequitur*: Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est; & ait: Abscondam faciem meam ab eis; *quod est pœna damni: en causa pęnę*, obliuio Dei. *Deinde*: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad Inferni nouissima: *Ecce pœnam sensus; vnde sequitur*: Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo, *qui est conscientiæ remorsus*. Foris vastabit eos gladius, & intus pauor &c. *cum iis, quæ sequuntur. Et concludit*: Vtinam (*in præsenti vita, ad hæc euitanda post mortem*) saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent! *Q. d. Si hoc facerent, minimè damnarentur. DISCE viuens ad Deum conuerti, ne in Infernum conuertaris.*

T 4 d 46. 2. 3. q. 1. ad 4

Vel vt in melius proficiamus.

V Ps. 9. lit. m.

Causa infernalis pœnæ, obliuio Dei.

III. Illi, qui sunt in Inferno, retinebunt peruersam voluntatem, auersam à Dei justitia in hoc, quòd diligunt ea, pro quibus puniuntur; & vellent eis vti, si possent; & odiunt pœnas, quæ pro hujusmodi peccatis infliguntur. Dolent tamen etiam de peccatis, quæ commiserunt, non quia ipsa odiant, sed quia pro eis puniuntur. 2. 2. 13. 4. c.

8 Q*Vamuis tum animæ tum corporis in damnatis qualitates prætactæ sint: hic tamen placet eas ordinatiùs examinare. Et quidem quoad corpora, cum finale judicium præcedere debeat ad Mundi purgationem ignis conflagratio (ex illo Psal. 96.* Ignis ante ipsum præcedet &c. *Et priùs Psal 49.* Ignis in conspectu ejus exardescet; *& post pauca*: Aduocabit Cœlum desursum, & terram discernere populum suum. Et annunciabunt Cœli justitiam ejus: quoniam Deus judex est; *ecce finale judicium:*) *sciendum in primis, quòd* ignis ille X finalis conflagrationis aget vt instrumentum diuinæ justitiæ, & iterum per virtutem naturalem ignis. Quantum ergo pertinet ad virtutem naturalem ipsius, similiter aget in bonos, & malos, qui viui reperientur, vtrorumque corpora in cinerem resoluendo. In quantum vero aget vt instrumentum diuinæ justitiæ, diuersimodè aget in diuersos quantùm ad sensum pœnæ. Mali enim per actionem ignis cruciabuntur: boni verò, in quibus nihil purgandum inuenietur, omnino nullum dolorem ex igne sentient, sicut nec pueri senserunt in camino ignis *Dan. 3.* quamuis eorum corpora non seruentur integra, sicut puerorum seruata fuerunt. Et hoc diuina virtute fieri poterit, vt sine doloris cruciatu resolutionem corporum patiantur. Boni vero, in quibus purgandum reperietur, sentient cruciatum doloris ex illo igne plùs vel minùs pro meritorum diuersitate. Sed quantùm ad actum, quem post judicium ille ignis habebit, in damnatos tantum aget, quia omnes boni habebunt corpora impassibilia. *Nam ita post judicium corpora damnatorum: quæ quidem incorruptibilia erunt, sed passibilia*; 1. *Cor.* 15. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur; *& paulò post*: mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. *Quod dicitur*: quia illa Y mutatio non erit, nisi secundùm corpora beatorum, quia immutabuntur ad illa quatuor, quæ dicuntur dotes corporum gloriosorum. Et hanc desiderabat Iob c. 14. *Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea*: Expecto scilicet Z immutari in statum alterius vitæ, quæ sit sine labore & angustia. *Hanc autem immutationem minimè experientur damnati, sed soli electi. Vnde quia Apostolus de numero erat electorum, postquam dixit*: mortui resurgent incorrupti; *subjicit*: & nos immutabimur; *scilicet*, nos A Apostoli, non solùm erimus *incorrupti*, sed etiam *immutabimur*, scilicet de statu miseriæ ad statum gloriæ, quia *seminatur corpus animale, surget corpus spirituale*. Et sic verum est: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*: quia licet omnes resurgent, tamen soli sancti & electi immutabuntur. *Igitur mortui omnes resurgent incorrupti: tam boni quàm mali.* Nam & corpora B damnatorum, quantùm ad id, quod naturæ est, integra reparabuntur: quia videlicet in ætate perfecta resurgent absque omni diminutione membrorum, & absque omni defectu & corruptione, quem error naturæ aut infirmitas introduxit. (*Sanè*, quicquid C defectus, vel turpitudinis ex corruptione vel debilitate naturæ siue principiorum naturalium in corpore fuit, totum in resurrectione remouebitur, sicut febris, lippitudo, & similia: defectus autem, qui ex naturalibus principijs in humano corpore naturaliter consequuntur, sicut ponderositas, passibilitas, & similia, in corporibus damnatorum erunt: quos defectus ab electorum corporibus gloria resurrectionis excludit.) Quia verò anima eorum erit secundùm voluntatem à Deo auersa, & fine proprio destituta: eorum corpora non erunt spiritualia, quasi spiritui omnino subjecta; sed magis eorum anima per affectum erit carnalis. Nec ipsa corpora erunt agilia, quasi sine difficultate animæ obedientia: sed magis erunt ponderosa & grauia, & quodammodo animæ importabilia, sicut & ipsæ animæ per inobedientiam à Deo sunt auersæ. Remanebunt etiam passibilia, sicut nunc, vel etiam magis; ita tamen, quòd patientur quidem à rebus sensibilibus afflictionem, non tamen corruptionem: sicut & ipsorum animæ torquebuntur à naturali desiderio beatitudinis totaliter frustratæ. (*Hujus porrò* incorruptibilitatis D prima causa & principalis est justitia diuina, quæ conseruabit corpora damnatorum in perpetuis pœnis: sed causa secundaria, & quasi coadiuuans, erit quies motus Cœli: quo quiescente, nulla actio vel passio poterit esse in corporibus, pertinens ad transmutationem naturæ.) Erunt etiam eorum corpora, opaca &

In igne conflagrationis finalis duplex virtus.

X 4. d. 47. 2. 3. q. 2. & 3. c. Hebr. 10. l. 3. ibi, Ignis. Ver. 26. 1. & Quol. 3. a. 23.

Qualiter ab eo patientur boni & mali.

Omnium corpora resurgent incorrupta, sed non omnium immutabuntur.

Y 1. Cor. 15. l. 8. ibi.

Z Iob 14. l. 3. ibi.

A 1. Cor. 15. l. 8. fi.

Damnatorum corpora qualia.

B 4. cont. G. c. 89. In 4. d. 44. 3. 1. q. 1. 2. & 3. Op. 3. c. 176. & 177. Quol. 7. a. 11. & 1. Cor. 15. l. 6.

C 4 d. 44. 3. 2. q. 1. 2. c. Quol. 7. a. 12. & 4. cont. G. c. 81. & 1. Cor. 15. l. 5.

Incorruptibilitatis corporum damnatorum duplex causa.

D Quol. 7. a. 11. c. In 2. d. 11. 2. 6. ad 3. In 4. d. 44. 3. a. 9. 2. ad 3. Pot. 5. 10. c.

tene-

Digitized by Google

tenebrosa: sicut & eorum animæ à lumine diuinæ cognitionis erunt alienæ.

Damnati in singulis sensibus torquebantur.

In *Passiuis proculdubio erunt damnatorum corpora, & in singulis sensibus torquebantur. In visu quidem per spectra, & visiones horribiles, Iob 20.* Vadent & venient super eum horribiles; *& Sap.17.* Personæ tristes illis apparentes, pauorem illis præstabant; *vnde & cap. 5.* Videntes turbabuntur timore horribili. *In tactu per ignis cæterorumque cruciatus, Iob 24.* Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. *In auditu per dolorosos desperatorum clamores & vlulatus continuos, Is.65.* Clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis. *In gustu per famem & sitim, fellisque amaritudinem in lingua & palato, Deut. 32.* Consumentur fame: vua eorum, vua fellis, & botri amarissimi: fel draconum vinum eorum. *In odoratu per sulphuris & immunditiarum fœtorem, Psalm. 10.* Ignis, & sulphur; & spiritus procellarum, pars calicis eorum; *& Apoc.21.* Pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure. *Et priùs cap.2.* Ecce mittam eam in lectum: & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt. *Vbi Author:* Alia *inquit* translatio E habet *luctum* pro *lectum*: quod æternam miseriam designat, de qua miseria Iob 17. dicitur: *In tenebris straui lectulum meum*, & Is.14: *Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Hic lectus est valde durus, fœtidus, immundus, in turpi loco paratus, & tumultuoso, vbi nulla quies, vbi videntur horribiles visiones. *Et qui mœchantur cum ea (Iezabel)* idest conformes illi in peccatis, pro quibus punietur, *in tribulatione maxima erunt*, scilicet in Inferno. In hoc enim Mundo est tribulatio magna, in Purgatorio major, in Inferno maxima. *Corporeus etiam fletus videtur in damnatis futurus ex illo Matth.8. 22. & 25.* Ibi erit fletus & stridor dentium. *Vbi Author:* Fletus F nunciat dolorem. Item ostenditur passio in corpore, quia *stridor dentium*. Quæ indicia doloris pertinent ad concupiscibilem, stridor ad irascibilem. Vel vtrunque *ex Hieronymo* pertinet ad pœnam corporalem: resurrectio enim non erit solùm in anima, sed & in corpore, quia erit & multus calor, & multum frigus, *Iob 20.* Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium: (*ex nimio nempe frigore, dentium stridor enascitur:*) *Cæterùm, propriè loquendo, non erit ejusmodi fletus, corporalis; Apoc.18:* Date illi tormentum & luctum, *tormentum* G in corpore, *luctum* in anima. *Quocirca sciendum, quòd* in fletu H corporali duo inueniuntur: quorum vnum est lachrymarum resolutio; & quantùm ad hoc, fletus corporalis in damnatis esse non potest, quia post diem judicij, quiescente motu primi mobilis, non erit aliqua generatio & corruptio, vel corporalis alteratio. In lacrymarum autem resolutione oportet esse illius humoris generationem, qui per lacrymas distillat; vnde quantùm ad hoc, corporalis fletus in damnatis esse non poterit. Aliud, quod inuenitur in corporali fletu, est quædam commotio & perturbatio capitis & oculorum: & quantum ad hoc, fletus in damnatis esse poterit post resurrectionem. *Certè, flere non posse, cruciatum adauget; & ex opposito dolorem lenit lacrymarum resolutio. Igitur* ibi erit fletus & stridor dentium, *in quantum* fletus I procedit ex tristitia, stridor ex ira, Act.7. *Stridebant dentibus in eum.* Aliqui flent pro peccatis, & humiliantur, & mundantur. Ibi erit tristitia (*per fletum expressa*) non ad humilitatem, sed vertetur in iram; & stridor propter impatientiam; *videlicet quia* superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper, *Psalm.73. Dolebunt ergo ac tristabuntur damnati; & ex hoc memoratur* fletus: *simulque irascentur; & ex hoc* stridor dentium *exprimitur; eo sensu quo dicitur Psal.36.* Obseruabit peccator justum (*Sap. 5.* Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum &c.) & stridebit super eum dentibus suis. *Ex hac vlteriùs ira; nedum mentalis, sed & vocalis quoque blasphemia in damnatis post resurrectionem astruitur.* Detestatio L diuinæ justitiæ, est in damnatis interior cordis blasphemia: & credibile est, quòd post resurrectionem erit in eis etiam vocalis blasphemia, sicut in Sanctis vocalis laus Dei. *Enimuerò aliquando* homines M deterrentur in præsenti (*quamuis experientia tempore nostro contrarium edoceat*) à blasphemia propter timorem pœnarum, quas se putant euadere: sed damnati in Inferno non sperant se posse euadere; & ideò, tanquam desperati, feruntur ad omne, quod eis peruersa voluntas suggerit; Apoc.16. *Et blasphemauerant nomen Dei habentis potestatem super has plagas;* quia *videlicet* præ impatientia N dicent verba magnæ injuriæ contra Deum, qui habet potestatem super illas tribulationes corporales: quia permittit eas inferri quibus vult, & non quibus non vult: & tamen illos non liberauit. *Et iterum eod. cap.* Blasphemauerunt Deum propter plagam grandinis; *nimirùm*, quia O tantam pœnam eis inflixit: in Inferno enim positi, quamuis sciant, se pro merito puniri; dolebunt tamen, quòd Deus tantam potentiam habeat, quòd eis plagas inferat: & hæc est blasphemia.

Damnati in singulis sensibus torquebantur.

E *Apoc.2. c. 2. ibi.*

Inferni tribulatio maxima.

F *Matth. 8. lit. b. fi. & cap. 22. lit. a. fi.*

An in damnatis fletus corporeus.

G *Apoc. 18. c. 2. & 2. ibi.*

H *4. d. 50. 2. 3. q. 3. c. & 4. con. Gent. c. 90. fi. Quol 7. a. 13. Apoc. 18. c. 1. & 2. l. c.*

I *Matth. 13. lit. a. fi.*

Fletus procedit ex tristitia, stridor ex ira.

L *2. 2. 13. 4. fi. c.*

M *Ibid. ad 1.*

An in damnatis blasphemia vocalis.

N *Apoc. 16. c. 1. & 2. ibi. & fi. cap. ibidem. Blasphemauerunt.*

O *Apoc. eod. cap. c. 2. fi.*

I *Dolebunt inquam ex hac parte damnati & de peccatis suis: etsi enim* descenderunt in Infernum, *vt dicitur Ezech.32.* cum armis suis; *idest*, cum affectionibus P prauis: *nihilominus*, sic in eis prauæ affectiones remanent, quòd tamen de eis dolent ad punitionem, non ad purgationem, *secundùm illud Sap.5.* Pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. *Et sic de peccato per accidens pœnitent, non per se.* Per se quidem Q de peccato pœnitet quis, qui peccatum in eo quod est peccatum, abominatur: per accidens verò qui illud odit ratione alicujus adjuncti, vtpotè penæ, vel alicujus hujusmodi. Igitur non penitebunt damnati per se loquendo de peccatis, quia voluntas malitiæ peccati in eis remanet: penitebunt autem per accidens, in quantùm affligentur de pena, quam pro peccato sustinent. *Et hoc docuit ab initio Author, cùm ait:* Dolent etiam de peccatis, quæ commiserunt: non quia ipsa odiant, sed quia pro eis puniuntur. *Et alibi:* Dolent R ergo mali, quia peccata commiserunt: non propter hoc, quia peccata eis displiceant; quia etiam tunc mallent peccata illa committere, si facultas daretur, quàm Deum habere: sed propter hoc, quòd illud, quod elegerunt, habere non possunt; & illud, quod respuerunt, possent habere. Sic igitur & voluntas eorum perpetuò manebit obstinata in malo: & tamen grauissimè dolebunt de culpa commissa, & de gloria amissa. Et hic dolor vocatur remorsus conscientiæ, qui metaphoricè in Scripturis vermis nominatur, *secundùm illud Is.66.* Vermis eorum non morietur; *& ne caro immunis à tormento credatur, subijcitur:* & ignis eorum non extinguetur. *Quod & Eccli.7. exprimitur:* Vindicta carnis impij, ignis & vermis. *Igitur* vermis S qui in damnatis ponitur, non debet intelligi esse materialis, sed spiritualis; qui est conscientiæ remorsus: qui dicitur vermis, in quantum oritur ex putredine peccati, & animam affligit, sicut corporalis vermis, ex putredine ortus, affligit pungendo. *Nihilominus*, si sustineretur T quòd vermis & fletus essent corporales: posset dici, quòd diuinâ virtute & vermis ille sustentaretur, & lacrymarum deperditio restauraretur.

An & quomodo de peccatis dolent.

P *Quol. 3. a. 24. & Quol. 8. a. 17.*

Q *4. d. 50. 2. 1. q. 2. c. & d. 14. 1. 3. q. 4. c. & 3. 2. 13. 4. c.*

Dupliciter quis de peccato pœnitet.

R *Op. 3. c. 175. In 4. d. 50. 2. 3. q. 2. c. Quol. 7. a. 13. c. Is. 66. fi.*

S *4. d. 50. 2. 3. q. 2. fi. c.*

Vermis damnatorum spiritualiter intelligitur pro conscientiæ remorsu.

T *Quol. 7. a. 13. ad 2.*

An possit materialiter accipi.

I *Hoc autem, quod adduximus, ideò est: quia, vt præallegato ab initio loco Author præmittit*, qui sunt in Inferno, retinebunt peruersam voluntatem auersam à Dei justitia: *ex quo sunt in peccato obstinati.* Quia enim anima V separata Angelo conformatur & quantùm ad modum intelligendi, & quan-

V *Ver. 24. 11. fi. c. & 1. p. 64. a. In 2. d. 7. 1. 2 & d. 39. 3. 1. ad 5. & 4. con. G. c. 93. Ma. 16. 5. Op. 3. c. 174.*

Damnatorum animæ in malo obstinatæ.

quantum ad indiuisibilitatem appetitus, quæ sunt causa obstinationis in Angelo peccante: per eandem rationem in anima separata obstinatio erit. In resurrectione autem corpus sequetur animæ conditionem; & ideò non redibit anima ad statum, in quo modò est, in quo à corpore necesse habet accipere, quamuis corporeis instrumentis vtetur: & ita tunc eadem obstinationis ratio manebit. *Cæterùm* in damnatis X potest duplex voluntas considerari, scilicet voluntas deliberatiua, & voluntas naturalis. Naturalis quidem non est eis ex ipsis, sed ex Authore naturæ, qui in natura hanc inclinationem posuit, quæ naturalis voluntas dicitur; vnde cum natura in eis remaneat, secundùm hoc bona poterit in eis esse voluntas naturalis. Sed voluntas deliberatiua est eis ex seipsis, secundùm quod in potestate eorum est inclinari per affectum adhoc vel illud: & talis voluntas in eis est solùm mala; & hoc ideò, quia sunt perfectè auersi à fine vltimo rectæ voluntatis: nec aliqua voluntas potest esse bona, nisi per ordinem ad finem prædictum. Vnde etiamsi aliquod bonum velint, non tamen bene bonum volunt illud, vt ex hoc voluntas eorum bona dici possit. *Et hoc est, quod dicitur Ezech. 32. sup. cit.* Descenderunt ad Infernum cum armis suis, *idest*, cum affectionibus Y prauis. *Id quod diuina justitia exposcit:* justum Z est enim, vt qui bene velle, dum possent, noluerunt; ad hanc miseriam deducantur, vt bene velle omnino non possint. *Quin & ipsum bonitatis fontem D. O. M. odio habebunt; nec mirum: nam* affectus A mouetur ex bono vel malo apprehenso. Deus autem apprehenditur dupliciter, scilicet in se, sicut à Beatis, qui cum per essentiam vident: & per effectus, sicut à nobis, & à damnatis. Ipse igitur in se ipso, cum sit per essentiam bonitas, non potest alicui voluntati displicere: vnde quicunque eum per essentiam videret, cum odio habere non posset. Sed effectuum ejus aliqui sunt voluntati repugnantes, in quantum contrariantur alicui volito: & secundùm hoc, aliquis non in seipso, sed ratione effectuum Deum odire potest. Vnde damnati Deum percipientes in effectu justitiæ, qui est pęna, cum odio habent, sicut & pęnas, quas sustinent. *Quod patet ex illo Rom. 8.* Sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subjecta; nec enim potest. *Vnde & hæc est* B ratio, quare impossibile est, quòd malus Deum videat: impossibile est enim, Deum videri ab aliquo, quin diligatur. Qui autem Deum diligit, bonus est: vnde hæc sunt incompossibilia, scilicet quòd aliquis Deum videat, & quòd sit malus. *Quòd si Deum odio habent damnati: quanto magis homines, & beatos scilicet, & secum damnatos? Profectò* vitia C spiritualia in damnatis consummantur, Ezech. 32. *Descenderunt ad Infernum cum armis suis.* Et ideò in eis perfecta inuidia est, ad quam pertinet dolere de bono alterius, quod ipse non habet; & sic etiam vellet, omnes pati malum, quod ipse patitur: liberari enim à malo, quoddam bonum est. Quæ quidem inuidia in aliquibus, etiam in hac vita, tantum inualescit, vt suis propinquissimis etiam inuideant de bonis, quæ non habent ipsi. Vnde multò amplius damnati, inuidia stimulante, vellent suos propinquos cum omnibus alijs esse damnatos; & dolebunt, si sciant aliquos esse saluatos. Sed tamen, si non omnes debent damnari, sed aliqui saluari; magis vellent, suos propinquos, quàm alios, à damnatione liberari: quia in hoc etiam inuidiâ torquebuntur, si videant, saluari alios, & suos damnari. Et per hunc modum diues ille damnatus (*Luc. 16.*) nolebat suorum damnationem. *Sed & tantùm* D superexcrescet odium eorum & inuidia, quòd magis eligerent torqueri magis cum multis, quàm minùs soli. *Id quod exprimitur Apoc. 17. cum dicitur:* Hi odient fornicariam, & carnes ejus manducabunt &c. *Siquidem* in Inferno E omnes odient se, & quanto plures erunt, tantò majus erit odium eorum, & ita major pęna. *Et carnes ejus manducabunt:* quia vnus odiet alium in Inferno; &, si posset, vellet vnus alium deuorare. *Et quamuis videantur posse de pęna inimicorum suorum gaudere*, in quantum F impletur voluntas damnati de malo inimici sui: *non tamen gaudent*, in quantum in pęna inimici impletur diuina justitia, quam odiunt & blasphemant (*vt initio tetigit Author:*) vnde sicut pęnitentes in hac vita dolent, & de dolore gaudent: ita damnati in Inferno gaudent de pęnis inimicorum suorum; & tamen de ipso gaudio magis dolent: & præcipuè, si præstiterint eis damnationis causam, *vt præmissum est.*

X 4. d. 50. a. 1. q. 1. c. & 1. p. 64. 2. Ver. 24. 21.

Duplex in eis voluntas.

Nulla voluntas bona, nisi in ordine ad vltimũ finem.

Y Quol. 3. a. 24. c. & Quol. 8. a. 17.

Nota justum Dei judicium.

Z Ver. 24. 10. c. sub init.

A 4. d. 50. 2. 1. q. 5. c. & 2. 2. 34. 1. c. Io. 5. l. 7. lit. a. fi. & cap. 15. l. 5. lit. c. Rom. 8. l. 2. ibi, Subjecta.

Damnati quomodo Deum oderint.

B Io. 15. l. 5. lit. c.

Odium eorum, & inuidia respectu hominum.

C Quol. 8. a. 17. Quol. 3. a. 24. In 4. d. 50. 2. 1. q. 4. c. & ad 1.

D In 4. l. c. ad 3.

E Apoc. 17. c. 2. ibi.

F Quol. 3. a. 24. In 3. d. 26. 1. 2. In 4. d. 44. 3. 1. q. 2. ad 5.

An gaudeant de pœnis inimicorum.

m *Ad hæc, in damnatis ad miseriæ incrementum verè inesse videtur & passio timoris, ex illo Sap. 5.* Videntes turbabuntur timore horribili. *Et iterum Apoc. 18.* Flebunt & plangent se super illam (*Babylonem*) Reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, cum viderint fumum incendij ejus, longè stantes propter timorem tormentorum ejus. *Vbi Author:* Hic G ostenditur *inquit* horror & timor, qui generabitur in ipsis (*damnatis*) quando videbunt incendium ignis æterni. *Longè stantes*; voluntate, non actu, scilicet interiùs voto, siue affectu, licèt non exteriùs in effectu: & in hoc notatur magnus horror pęnæ, quam vellent fugere, si possent, Iob 10. *Vbi sempiternus horror inhabitat.* Sed objicitur de hoc, quod dicitur: *propter timorem tormentorum ejus*: quia timor est respectu futuri mali: ipsi autem erunt actualiter in tormentis; ergo debet dici, propter sensum, non *propter timorem tormentorum.* Item, cum jam incipit quis pati plenè quod timebat, dolor generatur, & timor cessat: ergo, cum in Inferno sit plena passio pœnæ, non est ibi timor, sed dolor. *Et Respondetur*: quòd ad cumulum pœnæ ex ordine diuinæ justitiæ est in Inferno dolor acerbissimæ angustiæ, & timor cum dolore; ex ipsa enim acerbitate doloris, siue afflictionis, quam in se & in alijs vident, generatur horror & timor ipsius continuandæ afflictionis: hujusmodi autem timor acerbissimè cruciat eos. Et ad illud, quod objicitur, quòd timor est respectu futuri mali: dicendum, quòd est verum secundùm ordinem naturæ; ibi autem dominatur ordo diuinæ justitiæ. *Sanè, cum malum est præsens, timor abest, & succedit tristitia, (quam sine dubio perpetuam in damnatis asserimus:) quia* sicut tristitia H causatur ex apprehensione mali præsentis: ita timor causatur ex apprehensione mali futuri. Apprehensio autem mali futuri, si omnimodam certitudinem habeat, non inducit timorem; vnde Philosophus dicit in 2. Rhet. quòd *timor non est, nisi vbi est aliqua spes euadendi*: nam quando nulla est spes euadendi, apprehenditur malum vt præsens; & sic magis causat tristitiam, quàm timorem. *Et hinc est, quòd* quia æstimatur I aliquod malum, quod est futurum, vt non futurum, propter necessitatem, quæ facit ipsum æstimare vt præsens: ideò illi, qui jam decapitantur, non timent, videntes sibi necessitatem mortis imminere. *Igitur ex vna parte timor videtur damnatis inesse, eo quòd* in damnatis L potest esse timor pœnæ, quia in ipsis erit (*vt suprà tactum est*) successio pœnarum; & sic remanet ibi ratio futuri, quod est objectum timoris: *ex alia parte in eis non est propriè timor*; nam timor nunquam est sine aliqua spe euasionis, quæ omnino in damnatis non erit. *Porrò, ad tot tantosque euitandos cruciatus, appetent miseri potiùs non esse, Matth. 26.* Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. *Quocirca notandum venit, quòd* non esse M dupliciter potest considerari. Vno modo secundùm se; & sic nullo modo potest esse appetibile, cum non habeat aliquam rationem boni, sed sit pura

G Apoc. 18. c. 1. & 2. ibi.

An in eis timor.

H 1. 2. 15. 7. c. & a. 6. In 3. d. 15. a. 2. q. 1. & 3. & locis mox citandis.

Tristitia de malo præsenti, timor de futuro.

I 1. 2. 42. 2. c. & q. 43. 2. ad 2.

Decapitandi cur non timeant.

L 1. 2. 67. 4. ad 2.

M 4. d. 50. 2. 1. q. 3. c. In 3. d. 28. exp. tex. Pot. 5. 4. ad 8. Ver. 22. 1. ad 7. & 1. 2. 29. 4. ad 2. & q. 73. 8. ad 2. Iob 3. & 10. init.

An & quo sensu appetant damnati non esse.

Digitized by Google

pura boni priuatio. *Alio modo* potest considerari, in quantum est ablatiuum pœnalis, vel miseræ vitæ; & sic non esse accipit rationem boni: carere enim malo, est quoddam bonum, vt dicitur 5. *Ethicorum*. Et per hunc modum melius est damnatis non esse, quàm miseros esse; & sic possunt præeligere non esse secundùm deliberatiuam rationem. *Et alibi adducitur ratio: quia nimirùm* electio N accipitur ab eo, quod est apprehensum: ideò carere malo, accipit vt bonum. Dico ergo, quòd illud, quod magis remouet à malo, accipitur vt magis propinquum felicitati; vnde homini febrienti, carere febri, videtur esse felicitatem, quia sub miserijs videtur non esse: vnde melius est non esse, quàm sub miserijs esse.

N *Matth. 26. lit. b. fi.*

n *Verùm in tali ac tanta constitutos miseria* infusio *quidem* donorum O gratuitorum non pertingit ad eos, qui sunt in Inferno: sed eorum, quæ ad statum naturæ pertinent, participatione non priuantur: nihil enim est vniuersalis boni participatione priuatum, vt Dionys. dicit in 2. cap. Cœl. Hier. *Quin & habitus intellectuales, hic acquisiti, remanebunt in ipsis. Vnde docemur, quòd* in Patria P quantùm ad animas separatas erit alius modus intelligendi, quia sine phantasmate considerabunt. Sed post resurrectionem poterit esse vterque modus, in quantum anima non subjacebit corpori, sed ex toto ei dominabitur. Actus autem mutabitur, quia remanebit quantùm ad terminum, sed non quantùm ad discursum in Sanctis. In damnatis autem, non est remotum, quin etiam collationis necessitas remaneat: & ideò remanent habitus scientiæ quantùm ad substantiam. Dicere enim, quòd habitus remaneat, & actus nullo modo, videtur absurdum: quia habitus nihil aliud est, quàm habilitas ad actum. *Verumtamen* non erit Q actus scientiæ quantùm ad discursum, sed quantùm ad terminum certitudinis. Et præterea non oportet ibi esse studium, vel disputationem quantùm ad bonos: quia omnium illorum, quæ considerare vellent, in Verbo cognitionem possent accipere, vel per illuminationem superiorum habere. Damnatis autem non vacabit disputare, pœnarum pondere pressis. *Et in hoc sensu dicitur Apoc.* 18. Et omnis artifex omnis artis non inuenietur ampliùs, *juxta illud Eccle.* 9. Nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud *inferos*. *Ex quo* argumentum est R quòd Philosophi obliuiscentur scientiæ suæ in Inferno; & hoc satis probabile est: cum enim sit aliqua infirmitas, quæ hominem adhuc viuentem facit amittere scientiam; multò fortiùs videtur, quòd pœna Inferni, quæ excedit omnem infirmitatem, hoc faciat. Habebunt tamen recordationem multorum, ex quibus aggrauabitur eorum pœna. *Caeterùm, quicquid cognitionis habent infelices* damnati S de hoc ipso bono cognitionis, quod habent, tristantur, in quantum cognoscunt se destitutos esse summo bono, ad quod per alia bona ordinabantur. *Et alibi pariter instruimur, quòd* in damnatis T erit actualis consideratio eorum, quæ priùs sciuerunt, vt materia tristitiæ, non autem vt delectationis causa. Considerabunt enim & mala, quæ gesserunt, ex quibus damnati sunt; & bona dilecta, quæ amiserunt: & ex vtroque torquebuntur. Similiter etiam torquebuntur de hoc, quòd considerabunt notitiam, quam de rebus speculabilibus habuerunt, imperfectam esse, & amisisse summam perfectionem ejus, quam potuerant adipisci. *Sic pariter* in Deo V non delectantur, nec cum considerant, nisi ad suam tristitiam, *ceu pœnas sibi infligentem, vt visum est. An verò norint quæ hic in Mundo aguntur, vide* Anima separata *Tomo* 1.

O *Ver. 19. 1. ad 13. An. 18. ad 9.*

Qualiter in cognitione naturali se habeant.

An maneant in eis habitus intellectuales hic acquisiti.

P *3. d. 31. 2. 4. fi. c. & 1 p. 89. 5. & 6. In 4. d. 50. 1. b. & 2. cont. G. c. 81. Quol. 12. a. 12. Ver. 20. 3. ad 1. An. 15. c.*

Q *In 3. l. c. ad 3.*

R *Apoc. 18. c. 2. & etiam 1. ibi.*

De bono ipso cognitionis tristantur, & torquentur.

S *An. 18. ad 13.*

T *4 d. 50. 2. 1. q. 2. c. & d. 48. a. 5. q. 1. ad 4. Op. 3. c. 175.*

V *4. d. 50. exp. tex.*

o *Cum igitur ejusmodi sint damnatorum corporis & animæ qualitates atque cruciatus: cur non metuat fidelis, tam horrida sibi mente objectans spectacula?* Et tamen nescit homo (*Eccle.* 9.) vtrùm amore, an odio dignus sit: *nec dubium, quin ex omni statu damnentur, ex illo Matth.* 24. Tunc duo erunt in agro; vnus assumetur, & vnus relinquetur: duæ molentes in mola; vna assumetur, & vna relinquetur. *Tertium addit Lucas c.* 17. Erunt duo in lecto vno; vnus assumetur, & alter relinquetur: *Videlicet, ex Chrysostomo*, ex omni conditione X hominum, & omni officio, quidam erunt reprobi, quidam electi. Sed potest & aliter exponi, vt ad tres status fidelium referatur. Quia tria sunt genera hominum: quidam contemplatiui, quidam actiui, quidam Prælati. Nullus status securus est, quin aliqui damnentur in statu aliquo. Status contemplationis per lectum significatur, Cant. 1. *Lectulus noster floridus*: & tamen aliqui in hoc statu damnantur. Status actiuorum per molentes in mola signatur, quia ponderositatem habent, & sunt soliciti, Luc. 10. *Martha Martha solicita es &c.* vnde inuoluuntur in sæcularibus; & inter eos aliqui damnantur. Per agrum, in quem homines exeunt ad laborandum, signantur Prælati (*qui laborant in agro Ecclesiæ*) Cant. 7. *Veni dilecte mi: egrediamur in agrum*: & in talibus quidam assumuntur, & quidam relinquuntur. Vnus *inquam* assumetur, & vnus relinquetur, *vt de duobus latronibus contigit Christo concrucifixis, quorum vnus ab eo secum in Paradisum* assumptus, *alter in suo peccato atque damnatione* relictus; *vt nimirùm inter spem incedamus & metum, juxta illud Philipp.* 2. Cum metu & tremore vestram salutem operamini. *At sunt nonnulli, qui infernalium pœnarum nil prorsus certitudine obstante, ac si Poetarum fabellæ enarrarentur, & mors nullo vnquam tempore esset eos inuasura, perseuerant in vitijs obstinatiores; nec terrentur, illud audientes Deut.* 32. juxta est dies perditionis: *vt euènit ante diluuium, & nefandarum vrbium subuersionem: de quo Lucas c.* 17. Sicut factum est in diebus Noe: Edebant & bibebant: vxores ducebant, & dabantur ad nuptias, vsque in diem qua intrauit Noe in arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus Loth: Edebant & bibebant: emebant & vendebant: plantabant & ædificabant: qua die autem exijt Loth à Sodomis, pluit ignis & sulphur de Cœlo, & omnes perdidit: secundùm hæc erit qua die Filius hominis reuelabitur: *nedum videlicet in vniuersali, sed & in particulari vniuscujusque tempore mortis judicio. Frustrà piorum exempla contumacibus exhibentur: frustrà interiùs à Deo per inspirationes vocantur: frustrà exteriùs per comminationes à prædicatoribus excitantur: quos quidem, septem Angeli hæc impijs denunciantes signant* Apoc. 15. *de quibus dicitur*: Nemo poterat introire in Templum, donec consummarentur septem plagæ septem Angelorum: *idest*, donec Y impletæ essent comminationes omnium prædicatorum de malis puniendis, & ad Infernum retrudendis. Tunc enim sensus experientiæ pœnarum faciet eos intelligere quod modò nolunt etiam audire. Vnde tunc *de Sanctis & Electis* dicent illud Sap. 5. *Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est. Ergo errauimus à via veritatis, & justitiæ lumen non luxit nobis. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum jactantia quid contulit nobis? &c.* Hæc est confessio reproborum in Inferno: sed nimis tarda, & non valebit eis: quia à mortuo, quasi ab eo qui non est, vel quasi nihil, perit confessio, *vt dicitur Eccli.* 17. In partes vade seculi Sancti, cum viuis & dantibus confessionem Deo. Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil perit con-

Ex omni hominum conditione damnantur.

X *Matth. 24. lit. c fi.*

Tres hominum status delineantur.

Comminationes prædicatorum in contumaces frustranea.

Y *Apoc. 15. c. 2. & etiam 1. fi.*

Serò damnati propriam ruinam cognoscunt.

Damnatorum confessio inutilis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

confessio. Confiteberis viuens, viuus & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miserationibus illius. *Quod exprimitur & Psal.* 6. In Inferno autem quis confitebitur tibi? *Item Psal.* 87. Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?

Quæ peccata specialiter ad Infernum trahant.

P *Quamuis autem omnia & singula mortalia peccata, cujuscunque generis sint, ad Infernum deducant: specialiùs tamen tria sunt, quæ ad tartara trahunt; videlicet, diuitum in pauperes tenacitas, potentum violentia, & abusus diuinæ misericordiæ. Et hæc enumerat* Iob c. 24. *Postquam enim de peccatore præmisit:* Vsque ad inferos peccatum illius: obliuiscatur ejus misericordia: dulcedo illius vermes: non sit in recordatione, sed conteratur sicut lignum infructuosum; *quod de Inferni exponitur pœna: mox causam depromit, cum subdit:* Pauit enim sterilem, quæ non parit: & viduæ bene non fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam. *Obliuiscatur ejus*, scilicet peccatoris Z in Inferno damnati, *misericordia*, scilicet Dei, vt nunquam exinde liberetur. *Dulcedo illius vermes*; idest conscientiæ remorsus: *non sit in recordatione*; idest, ita totaliter relinquatur à Deo sine remedio liberationis, ac si ejus esset oblitus: *sed conteratur quasi lignum infructuosum*: quia scilicet *arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur*, Matth. 3. Quare autem infructuoso ligno comparetur, manifestat ex duobus: primò quidem, quia bona sua in res inutiles consumpsit, vnde dicit: *Pauit enim sterilem, quæ non parit*, ad similitudinem ejus, qui vxorem sterilem inutiliter nutrit. (*Tu dic, etiam fornicariam mulierem, quæ non parit, sed tamen bona animæ & corporis & fortunæ consumit.*) Secundò quia indigentibus non subuenit, quod ei esse poterat fructuosum; vnde subdit: *& viduæ bene non fecit*: per viduam enim homines indigentes signat. (*Clarum habemus exemplum in diuite illo* Luc. 16. *de quo legimus, quòd* epulabatur quotidie splendidè: & erat quidam mendicus, qui jacebat ad januam ejus, cupiens saturari de micis: & nemo illi dabat. *At mox subijcitur*: Mortuus est diues, & sepultus est in Inferno.) *Detraxit fortes in fortitudine sua*; idest, potestate sua vsus est, non ad subueniendum oppressis, sed magis ad opprimendum etiam fortes. Causam autem, quare absque misericordia sit puniendus, assignat ex hoc, quia misericordiâ noluit vti, dum potuit; vnde subdit: *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ*, scilicet differens pœnam: & hæc est ratio, quare permissus est in prosperitate aliquis diu viuere. Sed hoc, quod Deus exhibuit ei in bonum, ipse peruertit in malum; vnde subditur: *& ille abutitur eo in superbiam*, non attribuens diuinæ misericordiæ, quòd post peccatum non statim punitur; sed ex hoc sumit peccandi audaciam vsque ad Dei contemptum. *Ex quo in peccato perseuerans, justè in Inferno damnatur. Tribus his criminibus, propter quæ specialiùs quis damnatur pœnis æternis, additur quartum, quod est peccatum publicum prauumque Majorum exemplum, sicut Prælatorum præsertim, Præsidum, Doctorum, & hujusmodi, ceu quorum culpa in multitudinem redundat populorum. Hinc* Apoc. 11. *dicebant vigintiquatuor Seniores illi*: Gratias agimus Tibi, Domine Deus noster omnipotens, quia aduenit ira tua &c. & tempus exterminandi eos, qui corruperunt terram. *Exterminandi eos*; idest, extra A terminum ponendi, scilicet eijciendo eos à consortio Sanctorum, vt in perpetuum gloriâ priuentur; & à vanitate mundanorum, quæ dilexerunt, vt in æternum crucientur: (*idcircò exterminans dicitur pœna infernalis:*) *qui corruperunt terram*, idest homines habitantes in terra: *corruperunt* inquam per documenta & per exempla, sicut illi qui per hæreses corrumpunt alios, *vel per opera scandalosa*, Ier. 51. *Ecce ego ad te mons pestifer (per montes, Majores intellige:) qui corrumpis vniuersam terram: & extendam manum meam super te, &c. & perditus in æternum eris*. Sed objicitur de hoc, quod dicit: *qui corruperunt terram*; quia non solùm illi damnantur, qui alios documento vel exemplo, aut corpora sua, quæ terrea sunt, peccato carnali corruperunt; sed etiam alij, qui occultè peccatis spiritualibus peccauerunt. Et dicendum videtur, quòd de istis loquitur antonomasicè, qui alios corruperunt per exemplum vitæ, & errorem doctrinæ; vnde & major eis pœna debetur: non tamen propter hoc à damnatione excluduntur alij, cum dicatur etiam de eis, qui bona omittunt, *Matth.* 3. *cit.* Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. *Cui consonat quod dicebat Iob c.* 24. *cit.* Conteratur, sicut lignum infructuosum; *& illud Ioan.* 15. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardebit. *Profectò, peccatum scandali, in Majoribus præsertim, condigniùs, quàm cætera, Inferni pœnam meretur; Matth.* 18. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris; *idest, in profundum Inferni: Quia videlicet præ cæteris* dignus est B pœna æternâ. *Qua pariter molæ similitudine vsus est Ioannes Apoc. c.* 18. *vbi dicitur*: Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon, & vltrà jam non inuenietur; *vt & superiùs expositum est. Vnum superest pro coronide vt vestigemus: an scilicet possit quis suam damnationem nosse. Et dicendum, quòd sicut nemo, nisi per diuinam reuelationem, potest esse de sua æterna salute securus, quia* Eccle. 9. *neque pro præsenti vita, neque pro futura* nescit homo, vtrùm amore, an odio dignus sit: *ita neque de sua damnatione. Et* quamuis C de potentia absoluta Deus possit reuelare suam damnationem alicui: non tamen hoc potest fieri de potentia ordinata; quia talis reuelatio cogeret eum desperare. Et, si alicui talis reuelatio fieret, deberet intelligi, non secundum modum prophetiæ prædestinationis vel præscientiæ: sed per modum prophetiæ comminationis, quæ intelligitur, supposita conditione meritorum. Sed dato quòd esset intelligenda secundùm præscientiæ prophetiam, adhuc non teneretur ille, cui talis reuelatio fieret, velle suam damnationem absolutè, sed secundùm ordinem justitiæ, quo Deus vult persistentes in peccato damnare: non enim vult Deus ex parte sua aliquem damnare, (omnes *immò* homines vult saluos fieri, 1. *Tim.* 2.) sed secundùm id, quod ex nobis est. Vnde velle suam damnationem absolutè, non esset conformare voluntatem suam diuinæ, sed voluntati peccati. *DISCE hîc vitis veræ fructifer esse palmes, si non vis æternùm infructuosus ardere. Vide*, Anima separata, Christi descensus ad inferos, Diabolus.

Margin notes:

Z. Iob 24. *l.* 1. *ibi.*

1. In pauperes tenacitas.

2. Aliorum oppressio.

3. Abusus diuinæ misericordiæ.

4. Peccatum publicum prauumque Majorum exemplum.

A Apoc. 11. *c.* 1. & 2. *ibi.*

B Matth. 18. *lit. a. ibi.*

An quis possit scire suam damnationẽ.

C Ver. 23. 8. *ad* 2. *In* 1. *d.* 48. 1. 4. *ad* 2.

Quidnam sit prophetia cõminationis.

DAMNVM. Vide FVRTVM, HOMO, LINGVA.

DAVID. Vide CANTVS ECCLESIASTICVS, PROPHETIA.

Digitized by Google

DECALOGVS.

IV. Per decem chordas Psalterij decem præcepta legis intelliguntur. Sicut enim Dauid, egregius Psaltes, sono citharæ & psalterij spiritum malum à Saul expellebat, & vrsum & leonem interfecit: ita Christus, qui per Dauid significatur, corda nostra, quasi psalterium his decem præceptis percutiens, omnium mortalium peccatorum feras in nobis occidit, & virtutes perficit, quibus ad vitam peruenitur æternam. *3. d. 40. exp. tex.*

D 1.2.q.92. a. 1. & q. 90. 1. in sed contra.

Triplex humanorum actuum differentia.

Quinam legis actus.

¶ PRæceptum *in ordine ad legem dicitur: nam* præcepta D legis sunt de actibus humanis, in quibus lex dirigit. Sunt autem tres differentiæ humanorum actuum. Nam quidam actus sunt boni ex genere, qui sunt actus virtutum; & respectu horum ponitur legis actus *præcipere*, vel *imperare*: præcipit enim lex omnes actus virtutum, vt dicitur *in 5. Ethic.* Quidam verò sunt actus mali ex genere, sicut actus vitiosi; & respectu horum lex habet *prohibere*. Quidam verò ex genere suo sunt actus indifferentes; & respectu horum lex habet *permittere*. Et possunt etiam indifferentes dici omnes illi actus, qui sunt vel parum boni, vel parum mali. Id autem, per quod inducit lex ad hoc, quòd sibi obediatur, est timor pœnę: & quantùm adhoc ponitur legis effectus *punire*. *Inter hos verò legis actus, præcipuus videtur esse* præcipere; *finis enim legis potissimus est ad virtutem inducere, vnde & actus præcipit virtutum. Hinc* lex *quamuis ex Isidoro 2. Etym.* à legendo E vocata sit, quia scripta est: *magis tamen propriè* dicitur F lex à ligando, quia obligat ad agendum, *virtuosè nimirùm*. *Vnde &* præceptum G dicitur quasi *præcisè captum*, scilicet ad agendum, quasi præcise teneamur illud agere. *Et sic* præceptum H importat applicationem legis ad ea, quæ ex lege regulantur. *Consequenter* præceptum I importat rationem debiti: *Etenim* præceptum L legis cum sit obligatorium, est de aliquo, quod fieri debet: quòd autem aliquid debeat fieri, hoc prouenit ex necessitate alicujus finis. Vnde manifestum est, quòd de ratione præcepti est, quòd importet ordinem ad finem, in quantum scilicet illud præcipitur, quod est necessarium, vel expediens ad finem. Contingit autem ad vnum finem multa esse necessaria, vel expedientia: & secundùm hoc possunt de diuersis rebus diuersa dari præcepta, in quantum ordinantur ad vnum finem. *Ex quo multiplex insurgit præceptum, sicuti & lex multiplex est. Et quidem, præter legem æternam, quæ est* ipsa M ratio gubernationis rerum in Deo, sicut in Principe vniuersitatis existens, (*vnde & quia* in omnibus N mouentibus ordinatis, oportet, quòd virtus secundi mouentis deriuetur à virtute mouentis primi, quia mouens secundum non mouet, nisi in quantum mouetur à primo: necesse est, quòd omnes rationes gubernationis, quæ sunt in inferioribus gubernantibus, à lege æterna deriuentur:) *triplex assignatur lex, scilicet naturalis, humana, & diuina, juxta triplex jus, naturale scilicet, diuinum, & humanum siue positiuum.*

Lex vnde dicatur.

E 1. 2. q. 90. 4. ad 3.

Vnde Præceptum.

F 1. 2. l. c. a. 1. c.

G Ps. 18. lit. e.

H 1. 2. l. c. a. 2. ad 1.

Præceptum rationem debiti importat.

I Quol. 5. a. 19. c. & 1. 2. 99. 5. c. & q. 100. 5. ad 1. Ps. 18. lit. e.

L 1. 2. 99. 1. c. & 92. 2. c.

M 1. 2. 91. 1. c.

Lex æterna quid.

N 1. 2. 93. 3. c.

Ab hac omnis lex deriuatur.

Lex triplex, & triplex jus, naturale, diuinum, humanum, siue positiuum.

Præcepta legis naturalis.

O 1. 2. 94. 2. c. & q. 90. 1. ad 2. & q. 91. 2. c.

Dupliciter aliquid per se notum.

¶ *Quoad præcepta legis, siue juris naturalis, sciendum, quòd* præcepta O legis naturæ hoc modo se habent ad rationem practicam, sicut principia prima demonstrationum se habent ad rationem speculatiuam: vtraque enim sunt quædam principia per se nota. Dicitur autem aliquid per se notum dupliciter. Vno modo secundùm se: alio modo quoad nos. Secundùm se quidem quælibet propositio dicitur per se nota, cujus prędicatum est de ratione subjecti. Contingit tamen, quòd ignoranti diffinitionem subjecti, talis propositio non erit per se nota: sicut ista propositio, *homo est rationale*, est per se nota secundùm sui naturam: quia qui dicit hominem, dicit rationale; & tamen ignoranti quid sit homo, hęc propositio non est per se nota. Et inde est, quòd sicut dicit *Boetius in lib. de Hebdomad.* quędam sunt dignitates vel propositiones per se notę communiter omnibus; & hujusmodi sunt illę propositiones, quarum termini sunt omnibus noti, vt *Omne totum est majus sua parte*; &, *Quæ vni & eidem sunt æqualia, sibi inuicem sunt æqualia*. Quędam verò propositiones sunt per se notę solis Sapientibus, qui terminos propositionum intelligunt, quid significent: sicut intelligenti, quòd Angelus non est corpus, per se notum est, quòd non est circumscriptione in loco: quod non est manifestum rudibus, qui hoc non capiunt. In his autem, quę in apprehensione hominum cadunt, quidam ordo inuenitur. Nam illud, quod primò cadit in apprehensione, est ens: cujus intellectus includitur in omnibus quęcunque quis apprehendit: & ideò primum principium indemonstrabile est, quòd *non est simul affirmare & negare*: quod fundatur supra rationem entis, & non entis; & super hoc principio omnia alia fundantur, vt dicitur *in 4. Metaph.* Sicut autem ens est primum, quod cadit in apprehensione simpliciter; ita bonum est primum, quod cadit in apprehensione practicę rationis, quę ordinatur ad opus: *Omne enim agens agit propter finem*, qui habet rationem boni. Et ideò primum principium in ratione practica est, quod fundatur supra rationem boni, quod est: *Bonum est, quod omnia appetunt*. Hoc est ergo primum pręceptum legis, quòd *bonum est faciendum & prosequendum, & malum vitandum*: & super hoc fundantur omnia alia pręcepta legis naturę, vt scilicet omnia illa facienda, vel vitanda pertineant ad pręcepta legis naturę, quę ratio practica naturaliter apprehendit esse bona humana. Quia verò bonum habet rationem finis, malum autem rationem contrarij: inde est, quòd omnia illa, ad quę homo habet naturalem inclinationem, ratio naturaliter apprehendit vt bona, & per consequens vt opere prosequenda; & contraria eorum, vt mala, & vitanda. Secundùm igitur ordinem inclinationum naturalium, est ordo pręceptorum legis naturę. Inest enim *Primò* inclinatio homini ad bonum secundùm naturam, in qua communicat cum omnibus substantijs, prout scilicet quęlibet substantia appetit conseruationem sui esse secundùm suam naturam: & secundùm hanc inclinationem pertinent ad legem naturalem ea, per quę vita hominis conseruatur, & contrarium impeditur. *Secundò* inest homini inclinatio ad aliqua magis specialia secundùm naturam, in qua communicat cum cęteris animalibus: & secundùm hoc dicuntur ea esse de lege naturali, quę natura omnia animalia docuit, vt est commistio maris & fœminę, & educatio liberorum, & similia. *Tertio modo* inest homini inclinatio ad bonum secundùm naturam rationis, quę est sibi propria; sicut homo habet naturalem inclinationem adhoc, quòd veritatem cognoscat de Deo, & adhoc, quòd in societate viuat: & secundùm hoc ad legem naturalem pertinent ea, quę ad hujusmodi inclinationem spectant, vtpote quòd homo ignorantiam vitet, quòd alios non offendat, cum quibus debet conuersari, & cętera hujusmodi, quę adhoc spectant.

Primum principium indemonstrabile in apprehensione rationis speculatiuæ quid.

Quid nam primum principium in ratione practica.

Primum legis naturæ præceptum quid.

Cætera omnia super hoc fundantur.

Ordo præceptorum legis naturæ juxta ordinem naturalium inclinationum.

¶ *Quoad præcepta legis, siue juris diuini, in veteri testamento multiplicia dantur præcepta, & in triplici quidem differentia: dantur enim* moralia, cæremonialia, & judicialia. *Nec perperam triplicis generis*

Præcepta juris diuini in veteri testamento, triplicis generis.

Digitized by Google

P 1.2. 99. 4. c. & 2. 2. 122. 1. ad 2. Rom. 7. l. 2. ibi. Gal. 5. l. 3.

neris statuta sunt. Nam Moralia P sunt de dictamine legis naturæ: cæremonialia sunt determinationes cultus diuini: & judicialia sunt determinationes justitiæ inter homines obseruandæ. Vnde Apostolus cum dixisset Rom. 7. *Lex quidem sancta*, subjungit, quòd *mandatum est sanctum, & justum, & bonum*: justum quidem quantùm ad judicialia, sanctum quantùm ad cæremonialia, (*sanctum* dicitur quod est Deo dicatum:) bonum, idest honestum, quantùm ad moralia. Porrò *conuenientia cæremonialium præceptorum ex eo deducitur*, *quòd* lex diuina Q principaliter instituitur ad ordinandum hominem ad Deum: lex autem humana principaliter ad ordinandum homines ad inuicem. Et ideò leges humanæ non curauerunt aliquid instituere de cultu diuino, nisi in ordine ad bonum commune hominum: & propter hoc etiam, multa confinxerunt circa res diuinas, secundùm quod videbatur eis expediens ad informandos mores hominum, sicut patet in ritu Gentilium. Sed lex diuina è conuerso homines ad inuicem ordinauit, secundùm quod conueniebat ordini, qui est in Deum, quem principaliter intendebat. Ordinatur autem homo in Deum non solùm per interiores actus mentis, qui sunt credere, sperare, & amare, sed etiam per quædam exteriora opera, quibus homo diuinam seruitutem profitetur. Et ista opera dicuntur ad cultum Dei pertinere: qui quidem cultus *cæremonia* vocatur, quasi *munia*, idest dona, *Cereris*, quæ dicebatur Dea frugum, eoquòd prima ex frugibus oblationes Deo offerebantur: siue (vt *Maximus Valerius* refert) nomen *cæremoniæ* introductum est ad significandum cultum diuinum apud Latinos à quodam oppido juxta Romam, quòd *Cære* vocabatur; eoquod, Româ captâ à Gallis, illic Sacra Romanorum oblata sunt, & reuerendissimè habita. Sic igitur illa præcepta, quæ in lege pertinent ad cultum Dei, specialiter *cæremonialia* dicuntur. *Hæc autem cæremonialia diuidebantur* in Sacrificia R Sacramenta, Sacra, & Obseruantias. *At de cæremonialibus tum in communi tum in singulari fusam & verè admirabilem habes doctrinam* 1. 2. q. 101. 102. 103. *Iudicialium pariter præceptorum ea ratio est*: *quia* ad legem S diuinam pertinet, vt ordinet homines ad inuicem, & ad Deum. Vtrunque autem horum, in communi quidem pertinet ad dictamen legis naturæ, ad quod referuntur moralia præcepta: sed oportet, quòd determinetur vtrunque per legem diuinam vel humanam, quia principia naturaliter nota, sunt communia tam in speculatiuis, quàm in actiuis. Sicut igitur determinatio communis præcepti de cultu diuino fit per præcepta cæremonialia: sic & determinatio communis præcepti de justitia obseruanda inter homines determinatur per præcepta judicialia. *De quibus vide* 1. 2. q. 104. & 105.

Cæremonialium præceptorum conuenientia.

Q 1. 2. 99. 3. c. & q. 101. a. 1. 2. & 4. Et 2. 2. 122. 1. ad 2. In 4. d. 1. q. 1. exp. tex.

Differentia inter diuinam legem & humanam.

Homo dupliciter ordinatur in Deum, duplici scilicet cultu, interiori, & exteriori.

Cæremonia vnde dicatur.

R 1. 2. 101. 4. c.

Iudicialium præceptorum conuenientia.

S 1. 2. 99. 4. c. & q. 101. 1. & 103. 1. & 104. 1. c. & 2. 2. 87. 1. c.

Præcepta moralia ad dictamen legis naturæ referuntur.

t *In hoc autem Decalogi præcepta à cæteris distinguuntur*, *eorumque dignitas eiucescit*, *quòd* præcepta T Decalogi per seipsum Deus dicitur populo proposuisse: alia verò præcepta proposuit populo per Moysen. *Quocirca sciendum*, *quòd* in lege V ponuntur aliqua tanquam præcepta: aliqua verò, tanquam ad præceptorum impletionem ordinata. *Præcepta* quidem sunt de his, quæ sunt agenda, ad quorum impletionem ex duobus homo inducitur, scilicet ex authoritate præcipientis, & ex vtilitate impletionis, quæ quidem est consecutio alicujus boni vtilis, delectabilis, vel honesti, aut fuga alicujus mali contrarij. Oportuit igitur in veteri lege proponi quædam, quæ authoritatem Dei præcipientis indicarent, sicut illud Deuter. 6. *Audi Israel: Dominus Deus noster, Dominus vnus est*; & illud Genes. 1. *In principio creauit Deus Cœlum & terram*: & hujusmodi, dicuntur *Testimonia*. Oportuit etiam, quòd in lege proponerentur quædam præmia obseruantium legem, & pœnæ transgredientium, vt patet Deuter. 28. *Si audieris vocem Domini Dei tui, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus &c.* Et hujusmodi, dicuntur *Iustificationes*, secundùm quod Deus aliquos justè punit, vel præmiat. Ipsa autem agenda sub præcepto non cadunt, nisi in quantùm habent aliquam debiti rationem. Est autem duplex debitum: vnum quidem secundùm regulam rationis: aliud autem secundùm regulam legis determinantis: sicut Philosophus *in* 5. *Ethic.* distinguit duplex justum, scilicet morale, & legale. Debitum autem morale est duplex: dictat enim ratio aliquid faciendum, vel tanquam necessarium, sine quo non potest esse ordo virtutis; vel tanquam vtile ad hoc, quòd ordo virtutis meliùs conseruetur: & secundùm hoc, quædam moralium præcisè præcipiuntur vel prohibentur in lege; sicut, *Non occides*, *Non furtum facies*: & hæc, propriè dicuntur *Præcepta*. Quædam verò præcipiuntur vel prohibentur, non quasi præcisè debita, sed propter melius; & ista possunt dici *Mandata*: quia quandam inductionem habent & persuasionem, sicut illud Exod. 22. *Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante Solis occasum reddes ei*; & aliqua similia. Vnde *Hieronymus* dicit, quòd *in Præceptis* est justitia, *in Mandatis* verò charitas. Debitum autem ex determinatione legis, in rebus quidem humanis pertinet *ad Iudicialia*: in rebus autem diuinis *ad Cæremonialia*. Quamuis etiam ea, quæ pertinent ad pœnam vel præmium, dici possint *Testimonia*, in quantùm sunt protestationes quædam diuinæ justitiæ. Omnia verò præcepta legis possunt dici *Iustificationes*, in quantùm sunt quædam executiones legalis justitiæ. Possunt etiam aliter *Mandata à Præceptis* distingui, vt *Præcepta* dicantur, quæ Deus per se ipsum jussit: *Mandata* autem, quæ per alios mandauit, vt ipsum nomen sonare videtur. Ex quibus omnibus apparet, quòd omnia legis præcepta continentur sub moralibus, cæremonialibus, & judicialibus: alia verò non habent rationem præceptorum, sed ordinantur ad præceptorum obseruationem. *Hæc omnia ad jugem meditationem memorat*, *repetit*, *sæpiùsque frequentat David Psal.* 118. *per totum*. *Verùm*, *bonum occasione quæritur*, *an liceat modò fidelibus præfata seruare?* *Et respondet Author*: *quòd* in lege X fuerunt quædam purè cæremonialia, sicut Circumcisio, immolare Agnum, & hujusmodi: & ista, quia erant figuratiua tantùm, non licet modò seruare; erant enim figura futuri: vnde qui modò seruaret, significaret Christum adhuc futurum. Quædam verò erant purè moralia: & ista modo seruanda sunt: *quia*, *vt vidimus*, *ad dictamen legis naturæ omnia moralia præcepta reducuntur*. *Sed de his*, *& de tempore cessationis legalium*, *fusiùs alibi*, *& opportuniùs*.

Præceptorum Decalogi dignitas, & ab alijs differentia.

T 1. 2. 100. 3. init. c. & a. 11. c.

V 1. 2. 99. 5. c. Ps. 118. lit. c.

Differentia inter præcepta, testimonia, mandata, & justificationes.

Duplex debitum, & justum.

Duplex debitum morale.

Omnia præcepta veteris legis continentur sub moralibus; cæremonialibus, & judicialibus: alia ordinantur ad eorum obseruationem.

X Hebr. 7. l. 2.

An ea liceat modò seruare.

u *Cæterùm in Sacro Decalogo potissimùm imponuntur moralia præcepta*. Nam Y omnia præcepta (*vt visum est*) vel sunt moralia, vel cæremonialia, vel judicialia. Moralia quidem sunt præcepta Decalogi: quorum tria pertinent ad dilectionem Dei, alia septem ad dilectionem proximi. Iudicialia autem sunt, vt quicunque furatur aliquid, reddat quadruplum, & his similia, quæ pariter ad dilectionem proximi pertinent. Cæremonialia verò sunt Sacrificia, & hujusmodi, quæ reducuntur ad dilectionem Dei. *Nec tamen quæcunque traduntur in Decalogo*, *sed primaria tantùm*, *ad quæ cætera cuncta reducuntur*. *Et ratio adducitur*, *quia* Præcepta Z judicialia & cæremonialia ex sola institutione vim habent: quia antequam instituerentur, non videbatur differre, vtrùm sic vel aliter fieret. Sed præcepta moralia ex ipso dictamine naturalis rationis efficaciam habent, etiamsi nunquam in lege statuantur. Horum autem triplex est gradus. Nam quædam sunt communissi-

Moralia præcepta potissimè in Decalogo traduntur.

Y Gal. 5. l. 3. ibi. Lex. & 1. 2. 99. 4. a. 3. 4.

Z 1. 2. 100. 11. c. & a. 3. c. & 2. 2. 122. 1. c. & a. 6. ad 2. In 3. d. 37. 1. 2. q. 1.

Triplex moralium præceptorum gradus.

Digitized by Google

munissima, & adeò manifesta, quòd editione non indigent, sicut mandata de dilectione Dei & proximi, & alia hujusmodi, quæ sunt quasi fines præceptorum: unde in eis nullus potest errare secundùm judicium rationis. (*Hinc Apostolus* 1. *Tim.* 1. Finis præcepti est charitas de corde puro; *nimirùm, quia* adhoc A omnis lex intendit, vt amicitiam constituat vel hominum ad inuicem, vel hominis ad Deum; & ideò tota lex impletur in dilectionis mandato, *Matth.* 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. & proximum tuum, sicut te ipsum. *Et mox subjicit*: In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetę.) Quędam verò sunt magis determinata, quorum rationem statim quilibet, etiam popularis, potest de facili videre: & tamen, quia in paucioribus circa hujusmodi contingit judicium humanum peruerti, hujusmodi editione indigent: & hæc sunt pręcepta Decalogi. Quędam verò sunt, quorum ratio non est adeò cuilibet manifesta, sed solùm Sapientibus: & ista sunt pręcepta moralia, superaddita Decalogo, tradita à Deo populo per Moysen & Aaron. Sed quia ea, quę sunt manifesta, sunt principia cognoscendi eorum, quę non sunt manifesta: alia pręcepta moralia, superaddita Decalogo, reducuntur ad pręcepta Decalogi per modum cujusdam additionis ad ipsa, *vt singillatim videre est in corpore præfati articuli. Et hinc est, quòd Decalogi præcepta in tabulis lapideis conscripta traduntur; non ita cæremonialia & judicialia: quia nimirùm* precepta B judicialia & cęremonialia erant mutabilia secundùm diuersos status & conditiones hominum: sed pręcepta ista legis naturę immobiliter permansura erant: in cujus signum in tabulis lapideis Deus ea scribi voluit. *Hinc, non sine mysterio*, Deut. 27. *legalia, siue Legis præcepta, jussit Moyses populo, in tabulis quidem vt scriberent; sed adjecit prius, bisque repetit*: calce leuigabis eos; *vt scilicet in illis calce incrustatis facilè obliteranda agnoscerentur, in noua scilicet Christi lege; quod non dicitur de verbis Decalogi: quæ immò, ob populi idololatriam à Moyse tabulis lapideis confractis, voluit Dominus in nouis lapideis rescribi; nec addit*: calce leuigabis; *Deut.* 10. Dola tibi duas tabulas lapideas, sicut priores fuerunt, & scribam verba, quę fuerunt in his, quas ante confregisti, ponesque eas in Arca; *nempè, vt innotesceret, Decalogi præcepta in perpetuum duratura: cessare quippe debebat legis obseruantia & ritus, non substantia quoad moralia.*

Omnium finis præceptorum, charitas.
A 1. 2. 99. 1. ad 2. 1. Tim. 1. l. 2. ibi. & Gal. 5. l. 6.
Qualia sint præcepta Decalogi.
Quænam præcepta moralia eis superaddita.
Omnia ad ea reducuntur.
B 3. d. 37. 1. 1. ad 2. In 4. d. 2. 2. 4. q. 1. ad 2. & 1. Cor 3. l. 1.
Præcepta Decalogi cur in tabulis lapideis.

x *Sanè hæc moralia Decalogi præcepta, ex eo quòd in naturæ lege fundantur, quamuis à Deo tradita sint, ad legem, seu jus naturæ, quodammodo reducuntur. Et sic* jus diuinum C partim est de his, quę sunt naturaliter justa, sed tamen eorum justitia homines latet: partim autem de his, quę sunt justa institutione diuina. Vnde etiam jus diuinum per hęc duo distingui potest, sicut & jus humanum: sunt enim in diuina lege quędam pręcepta, quia bona; & prohibita, quia mala: quędam verò bona, quia precepta; & mala, quia prohibita. *Nec dubium, fuisse legem diuinam necessariam, præter naturalem & humanam, ad directionem humanæ vitæ.* Et hoc D propter quatuor rationes. *Primò* quidem, quia per legem dirigitur homo ad actus proprios in ordine ad vltimum finem. Et si quidem homo ordinaretur tantùm ad finem, qui non excederet proportionem naturalis facultatis hominis, non oporteret, quod homo haberet aliquid directiuum ex parte rationis supra legem naturalem, & legem humanitus positam, quę ab ea deriuatur: sed quia homo ordinatur ad finem beatitudinis ęternę, quę excedit proportionem naturalis facultatis humanę; ideo necessarium fuit, vt supra legem naturalem & humanam dirigeretur etiam ad suum finem lege diuinitus data. *Secundò* quia propter incertitudinem humani judicij, pręcipuè de rebus contingentibus & particularibus, contingit de actibus humanis diuersorum esse diuersa judicia, ex quibus etiam diuersę & contrarię leges procedunt. Vt ergo homo absque omni dubitatione scire possit, quid ei sit agendum, & quid vitandum, necessarium fuit, vt in actibus proprijs dirigeretur per legem diuinitus datam, de qua constat quòd non potest errare. *Tertiò* quia de his potest homo legem facere, de quibus potest judicare: judicium autem hominis non potest esse de interioribus motibus, qui latent, sed solùm de exterioribus actibus, qui apparent: & tamen ad perfectionem virtutis requiritur, quòd in vtrisque actibus homo rectus existat. Et ideò lex humana non potuit cohibere & ordinare sufficienter interiores actus: sed necessarium fuit, quòd ad hoc superueniret lex diuina. *Quartò*, quia sicut dicit *Augustinus in* 1. *de lib. arb.* lex humana non potest omnia, quę malè fiunt, punire vel prohibere: quia dum auferre vellet omnia mala, sequeretur, quòd etiam multa bona tollerentur, & impediretur vtilitas boni communis: quod est necessarium ad conuersationem humanam. Vt ergo nullum malum improhibitum & impunitum remaneat, necessarium fuit superuenire legem diuinam, per quam omnia peccata prohibentur. Et ita quatuor causæ tanguntur in Psal. 18. vbi dicitur: *Lex Domini immaculata*; idest, nullam peccati turpitudinem permittens: *conuertens animas*; quia non solùm exteriores actus, sed etiam interiores dirigit: *Testimonium Domini fidele*, propter certitudinem veritatis & rectitudinis: *Sapientiam præstans paruulis*, in quantùm ordinat hominem ad supernaturalem finem & diuinum. *Hoc autem diuinum jus tum ad veterem, tum ad nouam legem extenditur: quandoquidem* jus E diuinum est, quod pertinet ad legem nouam, vel veterem. Sed hæc est differentia inter legem vtramque: quia lex vetus determinabat multa tam in præceptis cæremonialibus pertinentibus ad cultum Dei, quàm etiam in judicialibus pertinentibus ad justitiam inter homines conseruandam: sed lex noua, quæ est lex libertatis, hujusmodi determinationes non habet; sed est contenta præceptis moralibus naturalis legis (*in quibus fundatur & Decalogus*) & articulis fidei, & sacramentis gratiæ. Cætera verò, quæ pertinent ad determinationem humanorum judiciorum, vel diuini cultus, liberè permisit Christus, qui est nouæ legis lator, Prælatis Ecclesiæ, & Principibus Christiani populi determinanda; vnde hujusmodi determinationes pertinent ad jus humanum.

C 2. 2. 57. 2. ad 3.
Jus diuinum de quibus sit.
Quædam prohibita, quia mala: quædam mala, quia prohibita.
D 1. 2. 91. 4. c. & Ps. 18. lit. c. & 1. p. 1. 1. In 3. d. 37. 1. 1.
Conuenientia de lege diuina prima ratio.
Ratio secunda.
Ratio tertia.
Ratio quarta.
Ius diuinum ad vtramque pertinet legē.
E Quol. 4. a. 13. & 1. 2. 99. 4. & q. 108. 2.
Differentia inter vtramque.

y *Et hoc est jus positiuum, vt contradistinguitur à naturali: jus enim in duo prædicta diuiditur. Etenim* jus F siue justum, est aliquod opus adæquatum alteri secundùm aliquem æqualitatis modum. Dupliciter autem potest alicui homini esse aliquid adæquatum: vno modo ex ipsa natura rei, putà, cum aliquis tantum dat, vt tantundem recipiat; & hoc vocatur *jus naturale*. Alio modo, aliquid est adæquatum, vel commensuratum alteri ex condicto, siue ex communi placito; quando scilicet aliquis reputat se contentum, si tantum accipiat: quod quidem potest fieri dupliciter. Vno modo per aliquod priuatum condictum, sicut quod firmatur aliquo pacto inter priuatas personas. Alio modo ex condicto publico, putà, cum totus populus consentit, quòd aliquid habeatur quasi adæquatum, & commensuratum alteri; vel, cum hoc ordinat Princeps, qui curam populi habet, & ejus personam gerit: & hoc, *jus positiuum* dicitur. *Hinc* duplex G est præceptum, scilicet juris naturalis, & juris positiui. Præcepto juris naturalis prohibentur ea, quæ sunt secundùm se mala: sed præceptis juris positiui prohibentur ea, quæ possunt esse occasiones malorum; vel præcipiuntur aliqua ordinantia ad virtutem, quam legis positor indu-

Aliud jus naturale, aliud positiuum, siue humanum.
F 2. 2. 57. 2. & 3. c. & 1. 2. 95. 4.
Quid naturale.
Quid positiuum.
G ad 15. 3. 2. q. 4. c. & a. 2. q. 4. ad 1.
Quid naturali, quid positiuo præcepto inhibeatur.

Digitized by Google

Lex humana à lege naturæ deriuatur.
H 1.2. 95. 4.c. & a. 2. c. & q. 97. 3. c. & a. 3. 57. 2. In 4. l. c. a. 1. q. 4. c. & a. 3. q. 1. c.
Ius gentium, & jus ciuile quid.

cere intendit. *Quoniam verò* de ratione H legis humanæ est, quòd sit deriuata à lege naturæ: secundùm hoc diuiditur jus positiuum in *jus gentium*, & *jus ciuile*, secundùm duos modos, quibus aliquid deriuatur à lege naturæ: nam ad jus gentium pertinent ea, quæ deriuantur ex lege naturæ, sicut conclusiones ex principijs, vt justæ emptiones, venditiones, & alia hujusmodi, sine quibus homines ad inuicem conuiuere non possunt: quod est de lege naturæ, quia homo est naturaliter animal sociale, vt probatur *in 1. Polit.* Quæ verò deriuantur à lege naturæ per modum particularis determinationis, pertinent ad jus ciuile, secundùm quod quælibet ciuitas aliquid sibi accommodè determinat.

I 1. 2. 147. 3. init. c.
Ius positiuum Ecclesiasticū, siue Canonicum.

2 *Porrò* sicut I ad seculares Principes pertinet præcepta legalia, juris naturalis determinatiua, tradere de his, quæ pertinent ad vtilitatem communem in temporalibus rebus: ita etiam ad Prælatos Ecclesiasticos pertinet ea statutis præcipere, quæ ad vtilitatem communem fidelium pertinent in spiritualibus bonis. *Et hoc dicitur jus Canonicum, siue Ecclesiasticum: nam potiori jure ac necessitate, quàm Principes seculares*, Ecclesia L habet potestatem condendi legem in his, quæ pertinent ad cultum Dei, *& ad regimen spirituale populi Christiani. Et quidem*, si leges M humanitus positæ justæ sint, habent vim obligandi in foro conscientiæ, à lege æterna, à qua deriuantur, secundùm illud Prou. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores justa decernunt*. Si verò injustæ sint, v. g. (*præter cæteras injustitiæ causas*) cum inæqualiter onera multitudini dispensantur, etiamsi ordinentur ad bonum commune, sunt magis violentiæ, quàm leges: quia, sicut dicit Augustinus in lib. de lib. arb. *Lex esse non videtur, quæ justa non fuerit*. Vnde tales leges non obligant in foro conscientiæ, nisi fortè propter vitandum scandalum, vel turbationem, propter quod homo etiam juri suo debet cedere, *secundùm illud Matth. 5.* Qui vult tecum in judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo. *Quoad Canonicas verò ordinationes, & Ecclesiastica statuta, nedum eadem ratione in foro conscientiæ obligant: sed* Ecclesiæ N præceptum eandem habet obligandi efficaciam, quam & præceptum diuinum: *censetur enim à Deo factum ex illo Matth. 23.* Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in Cœlo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in Cœlo. *Vtrunque autem tangitur Rom. 13.* Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas, nisi à Deo. Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. *Vbi Author*: Si enim (*inquit*) potestas O Principum (*tum Secularium, tum Ecclesiasticorum*) in quantùm talis est, à Deo est, & nihil est à Deo sine ordinatione, consequens est, quòd etiam ordo, quo inferiores potestatibus superioribus subjiciuntur, sit à Deo. *Itaque qui* contra hunc ordinem *resistit potestati, Dei ordinationi resistit*, 1. Reg. 8. *Non te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos*; & Luc. 10. (*de Ecclesiasticis potestatibus*) *Qui vos spernit, me spernit*. Resistere autem diuinæ ordinationi contrariatur honestati virtutis: vnde contra virtutem agit quicunque potestati resistit. *At de Legibus fusius suo loco V.* Lex, & Princeps.

L Quol. 2. a. 8. c.
Lex humana obligat in foro conscientiæ, si justa sit.
M 1. 2. 96. 4. c. & a. 6. c. & q. 93. 3. ad 2. & 3. 2. 60. 5. ad 1.
N 4. d. 40. 1. 4. ad 1. & 2. 2. 147. 3. c.
Potiori jure Ecclesiastica, sicut præceptum diuinū.
O Rom. 13. l. 1. ibi.

Lex Diuina in Decalogo præcepta justitiæ tradit.
P 2. 2. 122. 1. c. & 1. 2. 100. 2. c. & a. 3. ad 1.

a *Cæterùm diuina lex, quæ potissimùm in Decalogo exprimitur, solius tradit præcepta justitiæ. Nam* præcepta P Decalogi sunt principia legis, & quibus statim ratio naturalis assentit sicut manifestissimis principijs. Manifestissimè autem ratio debiti, quæ requiritur ad præceptum, apparet in justitia, quæ est ad alterum: quia in his, quę sunt ad seipsum, videtur primo aspectu, quòd homo sit sui dominus, & quòd liceat ei facere quod libet: sed in his, quæ sunt ad alterum, manifestè apparet, quòd homo est alteri obligatus ad reddendum ei quod debet: & ideò præcepta Decalogi oportuit ad justitiam pertinere. Vnde tria prima præcepta sunt de actibus Religionis, quæ est potissima pars justitiæ. Quartum autem præceptum est de actibus Pietatis, quę est pars justitię secunda. Alia verò sex dantur de actibus justitię communiter dictę, quę inter ęquales attenditur. *Sed & eadem præcepta Decalogi sunt de actibus omnium virtutum*. Est enim Q alius modus communitatis, ad quam ordinatur lex humana, & ad quam ordinatur lex diuina. Nam lex humana ordinatur ad communitatem ciuilem, quę est hominum ad inuicem: homines autem ordinantur ad inuicem per exteriores actus, quibus homines sibi inuicem communicant: hujusmodi autem communicatio pertinet ad rationem justitię, quę est propriè directiua communitatis humanę; & ideò lex humana non proponit pręcepta, nisi de actibus justitię: &, si pręcipiat actus aliarum virtutum, hoc non est, nisi in quantùm assumunt rationem justitię, vt patet per Philosophum *in 5. Ethic.* Sed communitas, ad quam ordinatur lex diuina, est hominum ad Deum vel in pręsenti, vel in futura vita: & ideò lex diuina proponit pręcepta de omnibus illis, per quę homines bene ordinentur ad communicationem cum Deo. Homo autem Deo conjungitur ratione, siue mente, in qua est Dei imago; & ideò lex diuina, pręcepta proponit de omnibus illis, per quę ratio hominis bene ordinata est: hoc autem contingit per actus virtutum. Nam virtutes intellectuales ordinant bene actus rationis in se ipsis: virtutes autem morales ordinant bene actus rationis circa interiores passiones, & exteriores operationes. Et ideò manifestum est, quòd lex diuina communiter proponit pręcepta de actibus omnium virtutum: ita tamen, quòd quędam, sine quibus ordo virtutis, qui est ordo rationis, obseruari non potest, cadunt sub ratione pręcepti: quędam verò, quę pertinent ad bene esse virtutis perfectę, cadunt sub admonitione consilij. *Verumtamen* non oportuit R in pręceptis Decalogi omnium virtutum actus pręcipi, quia hoc pertinet ad perfectionem vitę virtuosę: sed oportuit tantùm in illis hominem dirigi per pręcepta Decalogi, quę primò facienda occurrunt tendentibus in virtutem. *Et hoc est, quod ajebat initio Author*: His decem S pręceptis Christus virtutes in nobis perficit, quibus ad vitam peruenitur ęternam. *Idcircò & Psalm. 18. dicitur* pręceptum Domini lucidum: *videlicet, quia* moralia T pręcepta (*qualia Decalogi sunt*) sunt lucida, & illuminatiua *humanæ mentis*; *vnde & subdit*: illuminans oculos, *scilicet* rationis.

Religio, prima justitiæ pars: Pietas, secunda.
Q 1. 2. 100. 2. c.
Decalogi præcepta de omnibus virtutibus.
Lex humana solius tradit præcepta justitiæ.
R 3. d. 37. 1. 2. q. 2. ad 6.
S 3. d. 40. exp. tex.
T Ps. 18. lit. e. & 1. 2. 102. 1. in sed contra.

b *Quoniam verò ista hæc præcepta, vt supra tactum est, immediatè à Deo tradita sunt, existunt idcircò omninò indispensabilia*. Tunc enim V in pręceptis debet fieri dispensatio, quando occurrit aliquis particularis casus, in quo si verbum legis obseruaretur, contrariaretur intentioni legislatoris. Intentio autem legislatoris cujuslibet ordinatur primò quidem & principaliter ad bonum commune: secundò autem ad ordinem justitię & virtutis, secundùm quem bonum commune conseruatur, & ad ipsum peruenitur. Si qua ergo pręcepta dentur, quę contineant ipsam conseruationem boni communis, vel ipsum ordinem justitię & virtutis, hujusmodi pręcepta continent intentionem legislatoris, & ideò indispensabilia sunt. Putà, si poneretur in aliqua communitate hoc pręceptum, quòd nullus destrueret Rempublicam, neque proderet ciuitatem hostibus; siue, quòd nullus faceret aliquid injustè, vel malè: hujusmodi pręcepta

Decalogi præcepta indispēsabilia.
V 1. 2. 100. 8. c. & ad arg. & q. 96. a. 4. & 6. c. & 97. 4. & 2. 2. 147. 4. c. In 1. d. 47. 1. 4. c. In 3. d. 37. 1. 4. c.
Quando fieri debeat dispensatio.
Vnde dispensabilitas, vel indispensabilitas oriatur.

Digitized by Google

essent indispensabilia. Sed si aliqua alia pręcepta traderentur ordinata ad ista pręcepta, quibus determinantur aliqui speciales modi: in talibus præceptis dispensatio posset fieri, in quantum per omissionem hujusmodi præceptorum in aliquibus casibus non fieret præjudicium primis præceptis, quæ continent intentionem legislatoris: putà, si ad conseruationem Reipublicæ statueretur in aliqua ciuitate, quòd de singulis vicis aliqui vigilarent ad custodiam ciuitatis obsessæ, posset cum aliquibus dispensari propter aliquam majorem vtilitatem. Pręcepta autem Decalogi continent ipsam intentionem Legislatoris, scilicet Dei: nam pręcepta primę tabulę, quę ordinant ad Deum, continent ipsum ordinem ad bonum commune & finale, quod Deus est. Pręcepta autem secundę tabulę continent ordinem justitię inter homines obseruandę, vt scilicet nulli fiat indebitum, & cuilibet reddatur debitum: secundùm hanc enim rationem sunt intelligenda pręcepta Decalogi; & ideò præcepta Decalogi sunt omnino indispensabilia.

X 1.2. 100. 8. in sed contra.

Eapropter Isa. 24. quidam X reprehenduntur de hoc, quòd *mutauerunt jus, dissipauerunt fœdus sempiternum*: quod maximè videtur intelligi de præceptis Decalogi. *Proinde, si quando contra Decalogi præceptum (vt videtur) operantes, à culpa excusantur: non ideò dispensatio dicenda est, sed justa interpretatio, vt contigit de Machabæis, paratis & in die Sabbati bellum contra hostes inire, 1. Machab. 2.* Cogitauerunt in die illa dicentes: Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello die Sabbatorum, pugnemus aduersùs eum.

Y loco cit. ad 4. & 2. 2. 40. 4. c. & 122. 4. ad 3.

Siquidem illa Y excogitatio magis fuit interpretatio præcepti, quàm dispensatio. Non enim intelligitur violare Sabbatum qui facit opus, quod est necessarium ad salutem humanam, sicut Dominus probat Matth. 12.

Z 1. Machab. 2, ibi.

Et alibi. Propriè Z non fuit ibi Sabbati violatio, nec dispensatio, sed omnimoda ejus obseruatio: quia licitum & justum est, etiam Sabbato fieri charitatis opera: & isti mouebantur charitate, & zelo legis. Vnde videtur mihi, sine præjudicio, quòd ipsi fecerunt meliùs, quàm primi, de quibus bene dictum est (*ibidem*) quòd mortui sunt in simplicitate sua. *Non fuit igitur dispensatio, sed nec violatio legis: at plena potiùs obseruatio, non propriè interpretatio*:

A 2. 2. 120. 1. ad 3.

Interpretatio in quibus locum habeat.

nam interpretatio A locum habet in dubijs, in quibus non licet absque determinatione Principis à verbis legis recedere: sed in manifestis non est opus interpretatione, sed executione: *quod fideles aduertant*.

Isaaci occisio, Osee concubitus, & hujusmodi, quomodo inculpabilia.

Neque opponuntur præfatæ indispensabilitati actiones quædam, in sacris literis expressæ, in quibus sine culpa contra Decalogi præcepta actum videtur. Ejusmodi sunt, innocentis Isaaci occisio, Osee prophetæ cum fornicaria, siue adultera concubitus, ablatio rerum Ægyptiorum ab Iudæis facta, & hujusmodi. In primis enim sciendum, quòd

B 1. 2. 100. 8. ad 3. & 94. 5. ad 2. & 1. p. 105. 6. ad 1. & 2. 2. 104. 4. ad 2. & 154. 2. ad 2. Ma. 3. 1. ad 17.

occisio B hominis prohibetur in Decalogo, secundùm quod habet rationem indebiti: sic enim præceptum continet ipsam rationem justitiæ. Lex autem humana hoc concedere non potest, quòd licitè homo indebitè occidatur: sed malefactores occidi, vel hostes Reipublicæ, hoc non est indebitum; vnde hoc non contrariatur præcepto Decalogi, *Non occides*; nec talis occisio est homicidium, quod præcepto Decalogi prohibetur. Et similiter, si alicui auferatur quod suum erat, si debitum est quòd ipsum amittat, hoc non est furtum, vel rapina, quæ præcepto Decalogi prohibentur. Et ideò quando filij Israel præcepto Dei tulerunt Ægyptiorum spolia, non fuit furtum, quia hoc eis debebatur ex sententia Dei. Similiter & Abraham, cum consensit occidere filium, non consensit in homicidium: quia debitum erat eum occidi per mandatum Dei, qui est Dominus vitæ & mortis. Ipse enim est, qui pœnam mortis infligit omnibus hominibus justis & injustis pro peccato primi parentis: cujus sententiæ si homo sit executor authoritate diuina, non erit homicida, sicut nec Deus. Et similiter etiam Osee accedens ad vxorem fornicariam, vel mulierem adulteram, non est mœchatus, nec fornicatus: quia accessit ad eam, quæ sua erat secundùm mandatum diuinum, qui est actor institutionis matrimonij.

Quo sensu præceptum Decalogi dicatur immutabile, & mutabile.

Sic igitur præcepta ipsa Decalogi quantùm ad rationem justitiæ, quam continent, immutabilia sunt: sed quantùm ad aliquam determinationem per applicationem ad singulares actus, vt scilicet hoc, vel illud, sit homicidium, furtum, vel adulterium, aut non; hoc quidem est mutabile quandoque sola authoritate diuina, in his scilicet, quæ à solo Deo sunt instituta, sicut in matrimonio & in alijs hujusmodi: quandoque etiam authoritate humana, sicut in his, quæ sunt commissa hominum jurisdictioni: quantùm enim ad hoc, homines gerunt vicem Dei; non autem quantùm ad omnia.

C 1. 2. 94. 5. ad 2. & locis cit.

D 1. p. 105. 6. ad 1. & locis cit.

Quod præter ordinem naturæ quod à Deo fit, naturale est rei, non contra naturam.

Quinimmò, vt alibi subijcit Author, non solùm C in rebus humanis, quicquid à Deo mandatur, hoc ipso est debitum: sed etiam in rebus naturalibus, quicquid à Deo fit, est naturale quodammodo. *Etenim* cum D naturæ ordo sit à Deo rebus inditus, si quid præter hunc ordinem faciat, non est contra naturam. Vnde Augustinus dicit *lib. 26. contra Faustum*: Id est cuilibet rei naturale, quod ille fecerit, à quo est omnis modus, numerus, & ordo naturæ.

Decalogi præcepta conuenienter scripto tradita.

E 3. d. 37. 1. 1. c. & 1. 2. 90. 4. ad 3.

c *Oportuit præterea Decalogi præcepta scripta esse; & hoc quadruplici ex causa.* Primò E quia per contrariam consuetudinem, qua multi in peccata præcipitabantur, jam apud multos ratio naturalis, in qua scripta erant, obtenebrata erat. Secundò quia etsi in aliquibus vigebat ratio: tamen amor boni in eis deficiebat; vnde per quandam coactionem legis obligatoriæ ad bonum inducendi erant. Tertiò vt ad opera virtutis non solùm natura inclinaret, sed etiam reuerentia diuini imperij. Quartò vt magis memoriâ tenerentur, & frequentiùs versarentur in cogitatione. *Nec dubium, quin præcepta hæc conuenienter enumerentur, ordinentur, atque tradantur.*

Conuenienter enumerantur.

F 1. 2. 100. 5. c. & 4. 4. c. In 3. d. 37. exp. text. & 9. 1. 2. q. 2. & 3. sen. G. c. 120. & 128. Rom. 13. l. 2.

Conuenienter quidem enumerantur: quia sicut præcepta F legis humanæ ordinant hominem ad quandam communitatem humanam: ita præcepta diuinæ legis ordinant hominem ad quandam communitatem seu Rempublicam hominum sub Deo. Ad hoc autem, quòd aliquis in aliqua communitate bene commoretur, duo requiruntur: quorum primum est, vt bene se habeat ad eum, qui præest communitati: aliud autem est, vt homo bene se habeat ad alios communitatis consocios & comparticipes. Oportet igitur, quòd in lege diuina primò ferantur quædam præcepta ordinantia hominem ad Deum: & inde alia quædam præcepta ordinantia hominem ad alios proximos simul conuenientes sub Deo.

Tria Dèo debentur.

Principi autem communitatis tria debet homo, primò fidelitatem, secundò reuerentiam, tertiò famulatum. Fidelitas quidem ad Dominum in hoc consistit, vt honorem principatus ad alium non deferat; & quantùm ad hoc, accipitur primum præceptum, cum dicitur: *Non habebis Deos alienos*. Reuerentia autem ad Dominum requiritur, vt nihil injuriosum in eum committatur; & quantùm ad hoc, accipitur secundum præceptum, quod est: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum*. Famulatus autem debetur Domino in recompensationem beneficiorum, quæ ab ipso percipiunt subditi; & adhoc pertinet tertium præceptum: *Memento, vt diem Sabbati sanctifices*; in memoriam creationis rerum. Ad proximos autem aliquis bene se habet & specialiter & generaliter. Specialiter quidem quantùm ad illos, quorum est debitor, vt eis debitum reddat; & quantùm adhoc, accipitur quartum præceptum: *Honora patrem*

tuum & matrem tuam. Generaliter autem, quantùm ad omnes, vt nulli nocumentum inferatur neque opere neque ore neque corde. Opere quidem infertur nocumentum proximo, quandoque quidem in propriam personam quantum ad consistentiam personæ; & hoc prohibetur per hoc, quòd dicitur: *Non occides*. Quandoque autem in personam conjunctam quantùm ad propagationem prolis; & hoc prohibetur, cum dicitur: *Non mœchaberis*. Quandoque autem in rem possessam, quæ ordinatur ad vtrunque; & quantum ad hoc dicitur: *Non furtum facies*. Nocumentum autem oris prohibetur, cum dicitur: *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium*. Nocumentum autem cordis prohibetur, cum dicitur: *Non concupisces*. Et secundùm hanc etiam differentiam, possent distingui tria præcepta ordinantia in Deum: quorum primum pertinet ad opus; vnde ibi dicitur: *Non facies sculptile*: Secundum ad os; vnde dicitur: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum*: Tertium pertinet ad cor, quia in sanctificatione Sabbati, secundùm quod est morale præceptum, præcipitur quies cordis in Deum. Vel *secundùm Augustinum* per primum præceptum reueremur vnitatem primi principij: per secundum veritatem diuinam: per tertium ejus bonitatem, qua sanctificamur, & in qua quiescimus sicut in fine. *Conuenienter itidem ordinantur*: *quia* præcepta G Decalogi dantur de his, quæ statim in promptu mens hominis suscipit. Manifestum est autem, quòd tanto aliquid magis à ratione suscipitur, quantò contrarium est grauius, & magis repugnans rationi. Cum autem rationis ordo à fine incipiat, maximè est contra rationem, vt homo inordinatè se habeat circa finem. Finis autem humanæ vitæ & societatis est Deus: & ideò primò oportuit per præcepta Decalogi hominem ordinare ad Deum, cum ejus contrarium sit grauissimum: sicut etiam in exercitu, qui ordinatur ad Ducem, sicut ad finem, primum est, quòd miles subdatur Duci, & hujus contrarium est grauissimum: Secundum verò, vt alijs coordinetur. Inter ipsa autem, per quæ ordinamur in Deum, primum occurrit, quòd homo fideliter ei subdatur, nullam participationem cum inimicis habens. Secundum autem est, quòd ei reuerentiam exhibeat. Tertium autem est, quòd etiam famulatum impendat. Majusque peccatum est in exercitu, si miles infideliter agens, cum hoste pactum habeat, quàm si aliquam irreuerentiam faciat Duci: & hoc est etiam grauius, quàm si in aliquo obsequio Ducis deficiens inueniatur. In præceptis autem ordinantibus ad proximum, manifestum est, quòd magis repugnat rationi, & grauius peccatum est, si homo non seruet ordinem debitum ad personas, quibus est magis debitor: & ideò inter præcepta ordinantia ad proximum primò ponitur præceptum pertinens ad parentes. Inter alia verò præcepta etiam apparet ordo secundùm ordinem grauitatis peccatorum. Grauius est enim, & magis rationi repugnans, peccare opere, quàm ore; & ore, quàm corde: & inter peccata operis grauius est homicidium, per quod tollitur vita hominis jam existentis, quàm adulterium, per quod impeditur certitudo prolis nasciture: & adulterium grauius est, quàm furtum, quod pertinet ad bona exteriora. *Postremò, conuenienter etiam hæc præcepta traduntur*. Nam in præceptis H diuinæ legis maxima Sapientia continetur, vnde dicitur Deut. 4. *Hæc est vestra Sapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa præcepta hæc, dicant: En populus sapiens & intelligens*. Sapientis autem est, omnia debito modo, & ordine disponere; & ideò manifestum esse debet, quòd præcepta legis conuenienti modo fuit tradita. *Et quidem*, si Deus *omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit*, vt dicitur *Sap.* 11. multò magis in præceptis suæ legis congruum modum tradendi seruauit.

Decalogi præcepta conuenienter ordinantur.
G 1. 2. 100. 6. c. In 3. d. 37. 1. 2. q. 3. Ephes. 6. l. 1.

Conuenienter traduntur.
H 1. 2. 100. 7. c. & in sed contra, & 102. 1. c. In 3. d. 37. 1. 2. q. 1. & 2. 2. q. 122.

d *Inter hæc verò præcepta, quædam dicuntur primæ tabulæ, quædam secundæ*: *eoquòd duabus in tabulis pluries legimus Decalogi præcepta Moysi data; præsertim Exod.* 31. Deditque Dominus Moysi in monte Sinai duas tabulas Testimonij lapideas, scriptas digito Dei. *Vel per duas tabulas figuraliter intellige legem veterem & nouam*: *vtraque enim quoad substantiam eadem est*: *nam* lex noua I non est alia à lege veteri, quia vtriusque est vnus finis, scilicet vt homines subdantur Deo. Est autem vnus Deus & noui & veteris Testamenti, *secundùm illud Rom.* 3. Vnus est Deus, qui justificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem. *Et alibi*: Est L lex noua in veteri, sicut fructus in spica. Vnde *Chrysostomus* exponens illud, quod habetur Marci 4. *Vltrò terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica*; sic dicit: Primò herbam fructificat in lege naturæ, postmodum spicas in lege Moysi, postea plenum frumentum in Euangelio. *Et ex Gregorio illud Ezech.* 1. Rota in medio rotæ, *exponitur*: idest, nouum Testamentum in veteri. *Ex quo Apostolus ad Gal.* 1. Miror, quod sic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium: quod non est aliud &c. *Vbi Author*: Licèt M sit aliud Euangelium secundùm traditionem pseudo: tamen secundùm meam prædicationem, non. Est enim aliud in promissis, sed non est aliud in figura; quia idem continetur in veteri Testamento & in nouo: in veteri quidem, vt in figura; in nouo verò, vt in re & expressè. Et sic est aliud Euangelium quantùm ad ea, quæ exteriùs apparent; sed quantùm ad ea, quæ interiùs sunt, & continentur, non est aliud. *Dicit autem*, scriptas digito Dei: *Nam* per brachium N potentia diuinæ virtutis exprimitur, *Iob* 40. Si habes brachium sicut Deus, & *Luc.* 1. Fecit potentiam in brachio suo. *Per manum, diuinam Sapientiam intellige*, *Psal.* 103. Omnia in Sapientia fecisti; & *Iob* 12. Quis ignorat, quòd omnia hæc manus Domini fecerit? *Quod exponitur*: Tanta O ordinatio & conuenientia, quæ inuenitur in dispositione partium in ordine Vniuersi, nullo modo posset esse, nisi ab aliqua superiori *Sapientia* dispensante. *Per digitum verò diuina bonitas innuitur & dulcedo operandi*: *quæ etenim digitis facimus*, *inquit Author*, subtilia P opera sunt. *Vt hinc eluceat, à tota Trinitate legem datam*: *nam Sapientia Filio attribuitur, qui est veluti* manus Q *juxta illud Ps.* 142. Emitte manum tuam de alto, *per quam scilicet* omnia facta sunt: *cujus* brachium *est Pater, cui attribuitur Potentia*: Manus *autem* digitus *est Spiritus Sanctus, cui attribuitur bonitas*. *Vnde & Author concludit*: Lex est R à Spiritu Sancto, qui *digitus Dei* dicitur in Scripturis. *Igitur in duas tabulas partitur diuina lex*: *dirigendus enim erat homo in ordine ad Deum, & in ordine ad proximum*. *Et sic* præcepta S primæ tabulæ (*vt prætactum est*) quæ ordinant ad Deum, continent ipsum ordinem ad bonum commune & finale, quod Deus est: præcepta autem secundæ tabulæ continent ordinem justitiæ inter homines obseruandæ, vt scilicet nulli fiat indebitum, & cuilibet reddatur debitum. *Et hinc est*, *quòd* Ephes. 6. *præceptum de honoratione parentum dicitur primum*: quod est mandatum primum in promissione; *ea vtique de causa*, *quia* Mandata T continentur in duabus tabulis. Prima continet ea, quæ ordinantur ad Deum: Secunda ea quæ ad proximum. Et in hac secunda *Primum* mandatum est de honoratione parentum. Et hoc duplici de causa. Primò quia in illa secunda tabula nullum est præceptum affirmatiuum, nisi istud: quia naturale est nobis, vt parentibus seruiamus; non sic autem alijs proximis:

Cur dicantur, primæ & secundæ tabulæ præcepta.

Lex noua non est alia à veteri.
I 1. 2. 107. 1. fi. c. & articulis seqq. & q. 91. 5. L Ibid. a. 3. c. & in sed contra.
Est in veteri, sicut fructus in spica.

M Ad Gal. 1. l. 2. ibi.

Quid signet, digito Dei legem scribi.
N Iob 40. l. 2. ibi.
Per brachium potentia diuinæ virtutis, per manum diuina sapientia, per digitum diuina exprimitur bonitas.
O Iob 12. l. 1. ibi
P Ps. 8. lit. c.

Q Ier. 16. fi.

Pater diuinus brachium. Filius manus. Spiritus Sanctus digitus in lege tradenda.
R Rom. 7. l. 3.
Cur duæ legis tabulæ.
S 1. 2. 100. 8. fi. c. In 3. d. 37. 1. 2. q. 2. c. Quod. 3. a. 12. Ephes. 6. l. 1. ibi. Mandatum.
Mandatum quartum de honoratione parentum cur ab Apostolo dicatur primum.
T Ephes. 6. l. 1. ibi In 3. l. c. 2. 2. q. 1. ad 3.

Digitized by Google

mis: ideò nullum est aliud affirmatiuum. Quia ergo plus & priùs habet de debito, ideò *primum* dicitur. Secundò, quia Deus honorandus est, sicut principium nostri esse (vt enim dicitur in 6. Ethic. *Tria habemus à parentibus, scilicet esse, viuere, & disciplinam:*) ideò conueniens est, vt post mandata ordinata ad Deum, *primum* esset ordinatum ad parentes. Vel *primum* ad promissionem: quia illi soli additur promissio. *Adde, quòd* sicut ad Religionem V pertinet, cultum Deo exhibere: ita secundario gradu, ad Pietatem pertinet, exhibere cultum parentibus. *Et quia, vt prætactum est*, Religio X est potissima justitiæ pars; *idcircò primum, in prima tabula præceptum ponitur cultus Dei*: *quia verò* Pietas est pars justitiæ secunda, *ideò præceptum de honore parentum, in secunda tabula ponitur primum. Horum vlteriùs præceptorum quædam negatiua, quædam affirmatiua rationabiliter traduntur: videlicet*, vt gradatim Y homines inducerentur ad virtutem, priùs quidem abstinendo à malo, ad quod inducimur per præcepta negatiua; & postmodum faciendo bonum, ad quod inducimur per præcepta affirmatiua. *Quod quidem exprimitur in præcepto Adæ facto initio Mundi, Genes.* 2. Præcepitque ei, dicens: Ex omni ligno Paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. *Vbi Author*: Ponitur *inquit* præceptum Z & affirmatiuum & negatiuum. Non fecit autem Deus (*post pauca*) aliquod præceptum morale homini, sed præceptum disciplinæ: quia ad præcepta moralia erat per virtualem & naturalem rectitudinem sufficienter inclinatus: & ad illa, quæ sunt à natura, non oportet tantum insistere; sicut non habent homines præceptum de amore filiorum. Item dedit illi præceptum cæremoniale, nullam in se bonitatem includens: vt probaretur ejus obedientia, retrahendo se ab appetibili materia secundùm gustum, sensum, vel tactum. Fuit autem præceptum in materia gulæ magis, quàm alterius sensus: quia gustus alijs sensibus subseruit, & ex ejus ordinatione, vel deordinatione, aliorum sensuum ordinatio vel deordinatio multùm dependet. Et si contra hoc objiciatur: cur ergo ponitur præceptum de alijs fructibus comedendis, cum de se esset adhoc inclinatus, vt quantùm expediebat suæ necessitati, sumeret? Ad hoc dicendum, quòd hoc fuit factum, & prohibitioni ligni vetiti adnexum: vt ex hoc conuinceretur magis illius contumacia, quando pro sua necessitate haberet cibaria ita delectabilia, & ita varia. Nec est intelligendum, quòd esset coactus de omnibus comedere: sed tantum de aliquibus eorum, quantum sufficiebat nutritioni suæ. Vnde aliud erat ibi præceptum, aliud concessum & suæ libertati commissum. Præceptum, quòd comederet quantum suæ necessitati expediret: liberum, quòd acciperet de quibus vel et, excepto ligno scientiæ boni & mali. *Plura insuper sunt Decalogi præcepta negatiua, quàm affirmatiua: quia* Legislator A in istis decem præceptis, quæ sunt quasi prima legis initia, illa prohibuit, vel præcepit, quæ primò occurrunt facienda vel dimittenda eunti ad virtutem; & ex his alia intelligi voluit, quæ in eis, quasi in suis principijs, includuntur. Et propter hoc plura negatiua posuit, quàm affirmatiua: quia magis in promptu est & facile, vt mala dimittantur, quàm vt bona perficiantur. *Sanè* sicut B præcepta negatiua legis prohibent actus peccatorum: ita præcepta affirmatiua inducunt ad actus virtutum. Actus autem peccatorum sunt secundùm se mali, & nullo modo bene fieri possunt, nec aliquo tempore aut loco, quia secundùm se sunt conjuncti malo fini, vt dicitur *in* 2. *Ethic.* Et ideò præcepta negatiua obligant semper, & ad semper. Sed actus virtutum non quolibet modo fieri debet, sed obseruatis debitis circumstantijs, quæ requiran-

V 2.2. q. 101. a. 1. c. & q. 122. 5. & 1. Tim. 4. l. 2.

X 2.2. q. 122. 1. c.

Cur quædam affirmatiua, quædam negatiua tradantur præcepta.

Y 1.2. q. 72. 6 ad 2. In 3. d. 37. a. 2. q. 1. c. & 2. 2. 79. 3. ad 3. Rom 13. l. 2. Eph. 6. l. 1.

Præceptum Adæ factum affirmatiuum & negatiuum.

Z Gen. 2. ib.

Non fuit morale præceptú, sed disciplinæ.

Gulæ alij sensus subseruiunt.

A In 3. d. 37. a. 2. & locis cit.

Cur plura negatiua præcepta, quàm affirmatiua.

B 2.2. 33. 2. c. & q. 79. 3. ad 3. In 4. d. 15. q. 2. q. 4. c. Virt 3. 1. c. Rom 13. l. 2.

Negatiua obligant semper & ad semper: affirmatiua semper, sed non ad semper.

tur ad hoc, quòd sit actus virtuosus, vt scilicet fiat vbi debet, & quando debet, & secundùm quod debet. *Et sic* præcepta C affirmatiua obligant quidem semper, sed non ad semper, sed pro loco & tempore: non enim tenetur homo, vt omni tempore honoret parentes, sed pro loco & tempore. *Ex quibus deducitur, quòd* sicut peccatum D transgressionis opponitur præceptis negatiuis, quæ pertinent ad declinandum à malo: ita peccatum omissionis opponitur præceptis affirmatiuis, quæ pertinent ad faciendum bonum. *Porrò* nomen E transgressionis à corporalibus motibus ad morales actus deriuatum est. Dicitur autem aliquis secundùm corporalem motum transgredi, ex eoquòd *graditur trans* terminum sibi præfixum. Terminus autem præfigitur homini, vt vltrà non transeat in moralibus per præceptum negatiuum: & ideò transgressio propriè dicitur ex eo, quòd aliquis agit aliquid contra præceptum negatiuum. *Ex alia verò parte* omissio F importat prætermissionem boni, non autem cujuscunque, sed boni debiti, *ad differentiam consilij*. *Igitur, sicut* transgressio G contrariatur actui virtutis: *ita* omissio importat negationem ipsius: putà, peccatum omissionis est, si quis debitam reuerentiam parentibus non exhibeat: peccatum autem transgressionis, si contumeliam vel quamcunque injuriam eis inferat. Vnde manifestum est, quòd simpliciter & absolutè loquendo, transgressio est grauius peccatum, quàm omissio: licèt aliqua omissio possit esse grauior aliqua transgressione. *Quemadmodum autem* peccato H transgressionis respondet & pœna damni propter auersionem à Deo; & pœna sensus propter inordinatam conuersionem ad bonum commutabile; similiter etiam omissioni non solùm debetur pœna damni, sed etiam pœna sensus, secundùm illud Matth. 7. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur*. Et hoc propter radicem, ex qua procedit, licèt non habeat ex necessitate actualem conuersionem ad aliquod bonum commutabile.

c *Quoniam verò in lege diuina, vt prætactum est*, Quædam I sine quibus ordo virtutis, qui est ordo rationis, obseruari non potest, cadunt sub obligatione præcepti: quædam verò, quæ pertinent ad bene esse virtutis perfectæ, cadunt sub admonitione consilij: *sciendum est, in eo consilium à præcepto distingui, quòd* præceptum L importat necessitatem: consilium autem in optione ponitur ejus, cui datur. Et ideò conuenienter in lege noua, quæ est lex libertatis, supra præcepta sunt addita consilia; non autem in veteri lege, quæ erat lex seruitutis. *Si autem quæras, an consilia præcedantur à præceptis, vel è contra: Respondet Author, quòd* præceptorum M quædam sunt principalia, quæ sunt quasi fines præceptorum & consiliorum, scilicet præcepta charitatis, ad quæ consilia ordinantur, non ita quòd sine consilijs seruari non possint, sed vt per consilia perfectiùs obseruentur. Alia verò sunt præcepta secundaria, quæ ordinantur ad præcepta charitatis, vt sine quibus præcepta charitatis seruari non possunt omnino. Sic ergo perfecta obseruantia præceptorum charitatis præcedit intentione consilia, sed interdum tempore sequitur. Hic est enim ordo finis respectu eorum, quæ sunt ad finem. Obseruantia verò præceptorum charitatis secundùm communem modum, & similiter alia præcepta, comparantur ad consilia, sicut commune ad proprium: quia obseruantia præceptorum potest esse sine consilijs, sed non conuertitur. Sic ergo obseruantia præceptorum communiter sumpta præcedit ordine naturæ consilia: non tamen oportet, quòd tempore: quia non est aliquid priùs in genere, quàm sit in aliqua specierum. Obseruantia verò præceptorum sine consilijs ordinatur ad obseruantiam præceptorum cum consi-

C Rom. 13. l. 2. & locis cit.

D 2. 2. 79. 3. ad 3. & a. 4. ad 3.

Peccati transgressionis & omissionis differentia

E Ibid. a. 2. c. & a. 3. ad 3.

Transgressio quid dicat.

F Ibid. a. 3. c. & ad 2.

Quid omissio.

G Ibid. a. 4. c.

An grauior omissione transgressio.

H Ibid ad 4.

Omissioni etiam, respondet pœna sensus.

I 1. 2. 100. 2. & c.

L 1. 2. 108. 4. init. c. & 2. 2. 43. 7. ad 4. Quol 5. a. 19. & 3. cont. G. c. 130.

Præceptum in quonam à consilio distinguatur.

M 1. 2. 189. 1. ad 5 Quol. 4. a. 24. Quol. 5. a. 19. Opusc. 17. c. 6.

Cur consilia præceptis addantur in noua lege, non in veteri.

An præcepta præcedant consilia.

Digitized by Google

lijs, sicut species imperfecta ad perfectam, sicut animal irrationale ad rationale. Perfectum autem naturaliter prius est imperfecto. Natura enim, vt *Boetius* dicit, à perfectis sumit initium. Nec tamen oportet, quòd priùs obseruentur præcepta sine consilijs, & postea cum consilijs: sicut non oportet, quòd aliquis priùs sit asinus, quàm homo; vel quod priùs sit conjugatus, quàm sit virgo. Et similiter non oportet, quòd aliquis priùs seruet præcepta in seculo, quàm transeat ad Religionem, præsertim quia conuersatio secularis non disponit ad perfectionem Religionis, sed magis impedit: *ad quam vtique omnia reducuntur consilia.* Nam bona N hujus Mundi, quæ pertinent ad vsum humanæ vitæ, in tribus consistunt: scilicet in diuitijs exteriorum bonorum, quæ pertinent ad concupiscentiam oculorum: & in delicijs carnis, quæ pertinent ad concupiscentiam carnis: & in honoribus, qui pertinent ad superbiam vitæ, sicut patet 1. *Ioan.* 2. Hæc autem tria totaliter derelinquere, secundùm quod possibile est, pertinet ad consilia Euangelica: in quibus etiam tribus fundatur omnis Religio, quæ statum perfectionis profitetur. Nam diuitiæ abdicantur per paupertatem: deliciæ carnis per perpetuam castitatem: superbia vitæ per obedientiæ seruitutem. *Præterea, ex præceptis obligant quædam secundùm animi præparationem duntaxat. Quocirca sciendum, quòd* aliquid O cadit sub præcepto dupliciter: vno modo absolutè: alio modo secundùm animi præparationem. Quia enim præceptum importat rationem debiti, illud absolutè cadit sub præcepto, quod est debitum propter aliquod præexistens: sicut præceptum de honoratione parentum, vel de amando Deum. Sed quandoque contingit, quòd id, quod facit aliquid esse debitum, nondum præcessit, sed potest occurrere: vnde hoc cadit sub præcepto, non absolutè, sed secundùm præparationem animi, ita scilicet vt homo habeat animum paratum ad faciendum illud, quod debitum redditur ex aliqua causa occurrente. Et hoc modo exponit *Augustinus* illa Domini præcepta, quę ponuntur Matth. 5. *Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram:* quia scilicet si opus esset, & hoc exigeret salus aliorum, homo debet esse paratus ad hoc faciendum. Et per hunc modum, sustinere martyrium propter Christum, cadit sub præcepto: quia scilicet homo debet habere animum paratum, vt priùs permitteret se occidi, quàm Christum negaret, vel mortaliter peccaret. Et sic etiam, relinquere bona propria, cadit sub præcepto: quia debet esse paratus animus Christiani magis sustinere rapinam bonorum suorum, quàm Christum negare, vel mortaliter peccare: *quod tangit Apostolus ad Hebr.* 10. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. *Et sic* illa eadem P quæ sunt consilia, cadunt sub præcepto secundùm animi præparationem. Nullum enim consilium est perfectius, quàm quòd homo tradat animam suam pro fratribus suis: & tamen hoc cadit sub præcepto secundùm animi præparationem, secundùm illud 1. Ioan. 3. *Et nos debemus pro fratribus animas ponere*; hoc est, vitam Q corporalem pro vita spirituali fratris, *si necessitas immineat. Ex quibus deducitur, quòd* consilium R nunquam obligat, nisi per hoc, quòd in præceptum transit ex aliquo accidente.

N 1. 2. 108. 4. c. & 1. cont. G. c. 130.

In statu Religionis omnia includuntur Euangelica consilia.

Quædam præcepta obligant solummodo secundùm animi præparationem.

O Quol. 4. a. 20. Quol. 6. a. 12. ad 1. & 2. Et 1. 2. 108. 3. ad 2. & a. 4. ad 4. & 2. 2. 40. 1. ad 2. Rom. 12. l. 3. ibi, Benedicite. 1. Cor. 6. l. 2. sub init. Op. 17. c. 6.

Explicatur exemplis.

Martyrium quomodo cadat sub præcepto.

P Quol. 6. a. 12. ad 1. & locis cit.

Q 1. Io. 3. ibi, R 4. d. 19. 2. 2. q. 1. ad 3. & 2. 2. 124. 3. ad 1. Et Quol. 4. a. 20.

Consilium nūquam obligat, nisi transeat ex aliquo accidente in præceptum.

f *Quæri etiam solet, cur in aliquibus Decalogi præceptis nedum opus probibeatur, sed & concupiscentia siue desiderium, sicut circa proximi res, & alienam vxorem: non ita in cæteris. Et dicimus cum Authore, hoc ideò esse: quia* delectatio S adulterij, & vtilitas diuitiarum, sunt propter se ipsa appetibilia, in quantùm habent rationem boni delectabilis, vel vtilis: & propter hoc oportuit in eis prohiberi non solùm opus, sed etiam concupiscentiam.

Cur in aliquibus Decalogi præceptis, præter opus, inhibeatur concupiscentia.

S 1. 2. 100. 5. ad 5. & 6. & q. 108. 3 ad arg. & 2. 2. 122. 6. ad 4. In 3. d. 37. 1. 2. q. 1. ad 4. & ad 40. 1. 1. c. & ad 2.

Sed homicidium & falsitas sunt secundùm se horribilia, quia proximus & veritas naturaliter amantur (*& tamen à plurimis ex electione odio habentur*) & non desiderantur, nisi propter aliud: & ideò non oportuit circa peccatum homicidij & falsi testimonij prohiberi peccatum cordis, sed solùm operis. *Vlteriùs, quia* omnes passiones irascibilis deriuantur à passionibus concupiscibilis: ideò in præceptis Decalogi, quæ sunt quasi prima elementa legis, non erat mentio facienda de passionibus irascibilis, sed solùm de passionibus concupiscibilis. *Sed & in primo, & quarto duntaxat, apponitur præmium, sicut & pœna adnectitur in primo tantùm, & secundo: quia nimirùm, quantùm ad præmium,* homines T vt plurimùm actus suos ad aliquam vtilitatem ordinant: & ideò in illis præceptis necesse fuit promissionem præmij apponere, ex quibus videbatur nulla vtilitas sequi, vel aliqua vtilitas impediri. Quia verò parentes sunt jam in recedendo, ab eis non expectatur vtilitas: & ideò præcepto de honore parentum additur promissio. Similiter etiam in præcepto de prohibitione idolatriæ: quia per hoc videbatur impediri apparens vtilitas, quam homines credunt se posse consequi per pactum cum dæmonibus initum. *Vel, vt alibi, dicendum: quòd* quartum præceptum V maximè videtur habere de debito, & de naturali inclinatione, & priuato amore; & ideò minùs videbatur esse meritorium, quàm alia: & propter hoc oportuit, vt ei adderetur præmium. Vel dicendum, quòd quartum præceptum est primum secundæ tabulæ, vnde ipsi præmium additur: sicut & in primo præcepto primæ tabulæ præmium innuitur ex hoc, quòd Dei misericordia commemoratur, vt ex his duobus mandatis ostendantur omnia sequentia præmiabilia esse. *Quoad pœnam verò, in aliquibus appositam: quia* pœnæ X præcipuè necessariæ sunt contra illos, qui sunt proni ad malum, vt dicitur *in* 10. *Ethic.* Et ideò illis solis præceptis legis additur comminatio pœnarum, in quibus erat pronitas ad malum. Erant autem homines proni ad idololatriam propter generalem consuetudinem Gentium. Et similiter sunt etiam homines proni ad perjurium propter frequentiam juramenti (*experientia notissimum:*) & ideò primis duobus præceptis adjungitur comminatio. *Præterea primo & tertio præcepto, non alijs, ratio adijcitur: quia nimirùm* illa Y præcepta, quæ sunt purè moralia, habent manifestam rationem, vnde non oportuit, quòd in eis aliqua ratio adderetur. Sed quibusdam præceptis additur cæremoniale determinatiuum præcepti moralis communis, sicut in primo præcepto, *Non facies sculptile*; & in tertio præcepto determinatur dies Sabbati: & ideò vtrobique oportuit rationem assignari. *Cujus occasione notandum, quòd* quædam Z præcepta legis sunt purè moralia, vt *Non occides, Non furtum facies*: quædam autem purè sunt cæremonialia, vt immolatio Paschalis Agni, & Circumcisio: quædam autem sunt media, secundùm aliquid moralia, & secundùm aliquid cæremonialia; sicut præceptum de obseruatione Sabbati est morale quantùm adhoc, quòd aliquod tempus quieti deputetur ad vacandum diuinis; hoc enim ratio naturalis habet: sed quòd dies septima sit deputata, hoc est ex determinatione Dei propter aliquam figuram, vnde hoc est cæremoniale. *Quinimmò & secundùm* quod habet A pro causa conditionem illius populi, cui subueniendum erat per hoc præceptum, judiciale est. *Imponitur etiam soli huic præcepto memoria: quia* præceptum B de Sabbato ponitur vt commemoratiuum beneficij præteriti (*scilicet creationis*) & ideò specialiter in eo fit mentio de memoria. Vel quia præceptum de Sabbato habet determinationem adjunctam, quæ non est de lege naturæ; & ideò hoc præceptum speciali admonitione

Et in aliquibus præmium addatur.

T 1. 2. 100. 7. ad 3. In 3. d. 37. 1. 2. q. 1. ad 5. Eph. 6. l. 1.

V In 3. l. c.

Et in aliquibus pœna.

X 1. 2. 100. 7. ad 4.

Ex frequentia juramenti facilè in perjurium ruimus.

Y 1. 2. l. c. ad 2.

Cur in aliquibus & ratio adjungatur.

Quædam legis præcepta purè moralia, quædam purè cæremonialia: quædam de vtroque habent.

Z Quol. 2. a. 8. c. & 122. l. c. & a. 4. ad 2. & 2. 2. 122. 4. ad 1. In 2 d. 15. 3. 4. f. c. In 3. d. 37. 1. 5. q. 2. c. Is. 56. ibi, Sabbatum. Matth. 23. lit. b. ibi.

Hæc opportuit. Præceptum de obseruatione Sabbati partim morale, partim cæremoniale.

A In 3. l. c. & ad 3.

Cur eidem præcepto imponatur & memoria.

B 1. 2. 100. 7. ad 5. In 3. d. 37. 1. 2. q. 1. ad 3.

tione

In eo, vt morale est, præcipitur quies mentis in Deo.
C 1. 2. 100. 5. ft. c. & 2. 2. 122. 4. ad 1. In 3. d. 1. a. 5. q. 3. D a. d. 15. 3. 3. ft. c. Tet. 4. 2. ad 5.

tione indiguit. *Et quidem hoc præcepto, vt morale est, potissimùm nobis præcipitur quies mentis in Deo*: In sanctificatione C Sabbati, secundùm quod est morale præceptum, præcipitur quies cordis in Deum: *videlicet*, vt sicut Deus D qui res condidit, non in ipsis rebus conditis, quasi in fine quieuit; sed à rebus conditis in se ipso, in quo beatitudo consistit: ita etiam & nos, non in operibus ejus, aut in operibus nostris discamus quiescere sicut in fine, sed ab operibus in ipso Deo, in quo beatitudo consistit: propter hoc enim institutum est, vt homo sex diebus laborans in operibus proprijs, septimo die quiesceret, ejus cultui vacans. Hæc autem quies in Deo Christianis, non ad tempus, sed perpetuò indicitur, quibus indicitur *sine intermissione orare* 1. Thess. 5.

An modus virtutis cadat sub legis præcepto.
E 1, 2, 100. 9. ad 2. & 2. 2. 44. 1. ad 1. In 2. d. 28. 1. 3. c.

g *Quod verò spectat ad omnium impletionem præceptorum, quæri solet: an modus virtutis sub legis cadat præcepto. Et dicimus cum Authore, quòd* intentio E Legislatoris est de duobus: de vno quidem, ad quod intendit per præcepta legis inducere; & hoc est virtus. Aliud autem est, de quo intendit præceptum ferre: & hoc est, quod ducit vel disponit ad virtutem, scilicet actus virtutis. Non enim idem est finis præcepti, & id, de quo præceptum datur: sicut neque in alijs rebus idem est finis, & quod est ad finem. *Vnde & alibi docemur, quòd* aliquis actus F dicitur esse virtutis dupliciter. Vno modo, ex eo, quòd homo operatur virtuosa, sicut actus virtutis justitiæ est facere recta, & actus fortitudinis facere fortia: & sic lex præcipit actus virtutum. Alio modo dicitur actus virtutis, quia aliquis operatur virtuosa eo modo, quo virtuosus operatur (*hoc est, promptè, faciliter, & delectabiliter*:) & talis actus semper procedit à virtute, nec cadit sub præcepto legis: sed est finis, ad quem legislator ducere intendit. *Et in idem videtur coincidere quod pariter vestigari solet: Vtrùm modus charitatis sub legis præcepto cadat. Cui satisfit dicendo; quòd* actus charitatis G dupliciter considerari potest. Vno modo, secundùm quòd est quidam actus per se; & hoc modo cadit sub præcepto legis, quod de hoc specialiter datur, scilicet *Diliges Dominum Deum tuum &c. & proximum tuum &c.* Non enim est impossibile hoc præceptum obseruare, quod est de actu charitatis: quia homo potest se disponere ad charitatem habendam, & quando habuerit eam, potest eâ vti. Alio modo potest considerari actus charitatis, secundùm quòd est modus actuum aliarum virtutum, hoc est, secundùm quod actus aliarum virtutum ordinantur ad charitatem, quæ est finis præcepti, vt dicitur 1. *ad Tim.* 1. Intentio enim finis est quidam modus formalis superioris ordinis actus ordinati in finem; & hoc pacto modus charitatis non cadit sub præcepto: hoc est dictu, quòd in hoc præcepto, v. g. *Honora patrem*, non includitur, quòd honoretur pater ex charitate, sed solùm quòd honoretur pater. Vnde qui honorat patrem, licèt non habeat charitatem, non efficitur transgressor hujus præcepti, etsi sit transgressor præcepti, quod est de actu charitatis, propter quam transgressionem meretur pœnam. *Itaque* modus H sub necessitate præcepti includitur, secundùm quod præceptum ordinatur ad consecutionem beatitudinis: non autem, secundùm quod ordinatur ad vitandum reatum pœnæ. *Et alibi clariùs*: Præceptum I dupliciter obseruatur. Vno modo sic, quòd obseruatum est meritum gloriæ: & sic nullus potest sine gratia præceptum de dilectione, nec alia obseruare. Alio modo sic, quòd obseruatum facit vitare pœnam: & sic sine gratia gratum faciente obseruari potest. Primo modo obseruatur, quando substantia actus impletur cum modo conuenienti, quem charitas ponit: & sic etiam præceptum de dilectione, non tam est præceptum, quàm

Dupliciter aliquis actus dicitur esse virtutis.
F 1. 2. 96. 3. ad 2. & l. c. ad 3. & q. 107. 4. c. & 2. 2. 44. 4. ad 1. & 4. 8. c. In 2. d. 28. 1. 3. c.

An modus charitatis sub præcepto cadat.
Actus charitatis dupliciter considerandus.
G 1. 2. 100. 10. c. & ad 2. In 3. d. 27. 3. 4. & d. 36. 1. 6. c. & 2. 2. 44. 4. 1. & 2. Ver. 24. 12. ad 16. & locis cit.

H Mal. 2. 5. ad 7.

Præceptum dupliciter obseruatur.
I Ver. 24. 12. ad 16. & q. 21. 7. ad 8. & locis cit. lit. L.

finis præcepti, & forma aliorum præceptorum. Secundo modo obseruatur, solâ substantia actus adimpletâ: quod contingit omnino in eo, qui non habet habitum charitatis: potest enim & injustus justa agere, secundùm Philosophum *in* 2. *Ethic. Illud etiam aduerte, quòd* obseruantia L præceptorum secundùm imperfectum modum (*scilicet sine consilijs*) est minimum in vita spirituali: sed est maximum, si obseruentur perfectè (*scilicet cum consilijs*.)

L Quol. 4. a. 24. ad 14. & per totum. & Quol. 5. a. 19.

h *Hæc sunt, quæ de sacri præceptis Decalogi dicenda occurrunt: quæ prout moralia sunt, nulli dubium est, ad nouam non minùs, quàm ad legem veterem pertinere. Vnde & Christus Dominus, noui Legislator Testamenti, eadem in Euangelio commemorat, potissimùm* Matth. 19. & 22. *& ejus Apostolus* Rom. 13. & ad Gal. 5. *Et hæc quidem, si Deum diligimus, facilè obseruamus. Nam, vt Philosophus dicit in* 5. *Ethic.* Operari ea, quæ justus operatur, facile est: sed operari ea eo modo, quo justus operatur, *scilicet delectabiliter & promptè*, est difficile non habenti justitiam. *At justo & amanti facillimum. Vnde* 1. *Ioan.* 5. *dicitur*: Et mandata ejus grauia non sunt; *idest*, non sunt M difficilia. *Et secundùm Augustinum*, non sunt N grauia amanti, sed non amanti sunt grauia. *Ex quo dicitur Psal.* 93. Qui fingis laborem in præcepto: *re vera enim ex amore seruanti labor non est, sicut verè inest labor transgredienti, Sap.* 5. Lassati sumus in via iniquitatis: *nam peccatores vbi non est, laborem confingunt, eo sensu quo dicitur Psal.* 13. Trepidauerunt timore vbi non erat timor. *Neque (vt impij aliqui falsò autumant) impossibilia præcipit Dominus*: omnia enim O præcepta cujuslibet legis sunt ordinata ad aliquod bonum inducendum, vel malum tollendum; nec aliquid impossibile præcipi potest. Vnde dicit *Hieronymus*: Qui dicit, Deum aliquid præcepisse impossibile, anathema sit. *Hinc docemur, quòd* cum homines P in statu isto non habeant liberum arbitrium determinatum, non exigitur, quòd totum posse expendatur in seruitium Dei: (hoc enim erit in Patria, quando jam defectus incidere non poterit:) sed sufficit, quòd nihil de posse nostro contra Deum expendamus; & illa, quæ nobis determinata sunt, faciamus: aliàs periret ratio nostri status. Vnde, sicut Deus non exigit à nobis quantum ipse dedit nobis, quia non possumus: ita non exigit à nobis quantum possumus, quia hoc esset contra rationem nostri status. *Seruanda igitur Dei præcepta, ad illius vtique gloriam, & profectum nostrum: ad nostram quippe salutem ea implenda proposuit, Psalm.* 43. Qui mandas salutes Iacob; *& Matth.* 13. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. *Quæ ad finem & jugiter meditanda sunt, & piè assiduèque recolenda, Deut.* 6. *&* 11. Erût verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos: scribesque ea in limine & ostijs domus tuæ. *Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo*: quod pertinet Q ad disciplinam: pertinet enim ad discipulum, vt cor suum applicet ijs, quæ dicuntur. Quod verò subditur: *& narrabis ea filijs tuis*; pertinet ad doctrinam. Vsus verò scientiæ, vel intellectus, est meditatio eorum, quæ quis scit, vel intelligit. Et quantùm ad hoc subdit: *& meditaberis in eis sedens in domo tua &c.* Conseruatio autem fit per memoriam: & quantùm ad hoc subdit: *Et ligabis ea quasi signum in manu tua; eruntque & mouebuntur inter oculos tuos: scribesque ea in limine & ostijs domus tuæ*: per quæ omnia jugem memoriam mandatorum Dei significat. Ea enim quæ continuè sensibus nostris occurrunt, vel tactu, sicut ea, quæ in manu habemus: vel visu, sicut ea, quæ ante oculos

Diligenti Deum facile, præcepta ejus seruare.
M 1. Io. 5. ibi.
N 1. 2. 107. 4. ft. c. & 3. cont. G. c. 151. n. 3. Matth. 11. ft.

Deus impossibilia non præcipit.
O Quol. 7. a. 17. ad 9.

P 3. d. 29. 1. 3. q. 2. ad 4.

Ad ejus gloriam nostrumque profectum implenda.

Iugiter meditanda.

Q 2. 2. 16. 2. c.

Digitized by Google

oculos mentis sunt continuè: vel ad quę oportet nos sępè recurrere, sicut ad ostium domus: à memoria nostra excidere non possunt. *Et Deut. 4. manifestiùs dicitur*: Ne obliuiscaris verborum, quę viderunt oculi tui: & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitę tuę. *Ita jugiter meditabatur Dauid Rex pijssimus; Psalm.* 118. Meditabar in mandatis tuis: (*& addit*, quę dilexi; *quia ad meritum sunt ex charitate seruanda; vnde Ecclesia in Collecta orat*: vt mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod pręcipis.) *Id quod exprimit milliesque repetit citato Psalmo, recolendo diuina* mandata, verba, judicia, testimonia, & justificationes. *Eundem idcircò Psalmum quotidie ad matutinas horas recitare consueuit Ecclesia: vt semper in diuinorum meditatione mandatorum persistamus. Veruntamen, vt ad æternam perueniatur beatitudinem, nedum per intellectum meditatio exigitur & memoria, sed & obedientia per voluntatem. Quod satis innuitur Psal.* 1. Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum &c. sed in lege Domini voluntas ejus. *Vbi Author*: Est *inquit* processus R rectus ad beatitudinem, vt subdamus nos Deo primò per voluntatem, obediendo mandatis ejus; & ideò dicit: *sed in lege Domini voluntas ejus*: & dicit, *in lege*, per dilectionem, non *sub lege* per timorem. Secundò per intellectum, jugiter meditando; & ideò dicit: *& in lege ejus meditabitur die ac nocte*; idest continuè, vel certis horis diei ac noctis: vel in prosperis & aduersis. *Sic canebat faciebatque Dauid: nam Psalm. cit.* Leuaui *inquit* manus meas (*per manus opera intellige*) ad mandata tua, quę dilexi: & exercebar (*en opus*) in justificationibus tuis. *Cæterùm* hoc S quod dicitur: *ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos*; Pharisęi malè interpretabantur, scribentes in membranis Decalogum Moysi, & ligabant in fronte quasi coronam, vt ante oculos moueretur: cum tamen intentio Domini mandantis fuerit, vt signarentur *in manu*, idest in operatione, & essent *inter oculos*, idest in meditatione, *vt dictum est. Sed & circa quædam particularia Decalogi præcepta*, Scribę T & Pharisęi non rectum intellectum habebant. Nam circa prohibitionem adulterij & homicidij, ęstimabant solùm exteriorem actum prohiberi, non autem interiorem appetitum: quod magis credebant circa homicidium & adulterium, quàm circa furtum, vel falsum testimonium: quia motus irę in homicidium tendens, & concupiscentiæ motus in adulterium, videntur aliqualiter nobis à natura inesse, non autem appetitus jurandi, vel falsum testimonium dicendi. Circa perjurium verò habebant falsum intellectum, credentes, perjurium quidem esse peccatum, juramentum autem per se esse appetendum, & frequentandum. Et ideò Dominus ostendit, juramentum non esse appetendum tanquam bonum, sed meliùs esse absque juramento loqui, nisi necessitas cogat. *Verùm & inter fideles non desunt, in quibus vel ex malitia, vel ex ignorantia (ob incuriam fortasse Parochorum) prauum eundem intellectum agnouimus, vt experientia mihi confessiones audienti probatum est: cum tamen quilibet strictiùs, quàm omnes fidei articulos, omnia & singula Decalogi præcepta teneatur explicitè scire. Ignorantia enim cujuslibet præcepti Decalogi nullum siue doctum siue indoctum excusat à culpa: sicut excusat (simplices saltem & minores) ignorantia alicujus articuli, qui tamen non sit de necessariò explicitè credendis. Et ratio adducitur: quia* mandata V Decalogi sunt de his, quæ naturalis ratio dictat; & ideò quilibet tenetur ea explicitè cognoscere: nec est similis ratio de articulis fidei, qui sunt supra rationem. *Plures hinc Decretistæ, & morales Doctores, moderni præsertim (Pharisæorum & Scribarum more, qui se* Videntes, *& in lege doctissimos reputabant) facilè in prauum sacrarum legum intellectum labuntur, vt ex plurimis à Sancta Sede damnatis propositionibus satis liquet: & hoc, quia (vt docet Author noster)* ipsi X plùs assentiunt in his, & sequuntur jus humanum, quàm diuinum: cum tamen plùs sit assentiendum diuino, quàm humano; *Act. cap.* 5. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. *Id quòd satis innuitur Deut. 4. cum dicitur*: Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.

i *Ergo cæca omnino voluntate præcepta diuina seruanda sunt, non falsò ac temerè interpretanda. Eapropter dicitur 1. Reg.* 15. Nunquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potiùs vt obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia, quàm victimæ; & auscultare magis, quam offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare; & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. *Et quidem, D.O.M. præ cunctis obtemperandum est, tanquam primo præcipienti: etenim* ille Y qui obedit, mouetur per imperium ejus, cui obedit, sicut res naturales mouentur per suos motores. Sicut autem Deus est primus motor omnium, quæ naturaliter mouentur: ita etiam est primus motor omnium voluntatum. Et ideò, sicut naturali necessitate omnia naturalia subduntur diuinæ motioni: ita etiam quadam necessitate justitiæ omnes voluntates tenentur obedire diuino imperio. *Et hoc innuunt Mariæ verba de Christo ad ministros in prandio nuptiarum Ioan.* 2. Quodcunque dixerit vobis, facite. *Vbi Author*: In quo *inquit* consistit Z totius justitiæ perfectio. Perfecta namque justitia est, Christo in omnibus obedire. Hoc autem verbum, *quodcunque dixerit vobis, facite*, non conuenit dici, nisi de solo Deo: homo enim aliquando potest errare. Deo autem, qui non errat, nec falli potest, in omnibus obedire debemus. *Idcircò, vt alibi instruimur*, per se A loquendo, laudabilior est obedientiæ virtus, quæ propter Deum contemnit propriam voluntatem, quàm aliæ virtutes morales (*si theologicas excipias*) quæ propter Deum aliqua alia bona contemnunt. Vnde etiam quæcunque alia virtutum opera ex hoc meritoria sunt apud Deum, quòd fiunt, vt obediatur voluntati diuinæ. Nam si quis etiam martyrium sustineret, vel omnia sua pauperibus erogaret; nisi hæc ordinaret ad impletionem diuinæ voluntatis (quod rectè ad obedientiam pertinet) meritoria esse non possent: sicut nec si fierent sine charitate, quæ sine obedientia esse non potest: *dicitur enim 1. Ioan. 2.* Qui dicit se nosse Deum, & mandata ejus non custodit, mendax est. Qui autem seruat verbum ejus, verè in hoc charitas Dei perfecta est. *Hinc Apostolus Philip. cap. 2.* volens B ostendere perfectionem humilitatis & passionis Christi, dicit quòd *factus est obediens*: quia si fuisset passus non ex obedientia, non fuisset ita commendabilis: quia obedientia dat meritum passionibus nostris. *Cohærenter & Ioan. 6. dicebat Christus*: Descendi de Cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me. *Sed priùs immediatè præmiserat*: Eum qui venit ad me, non ejiciam foras: quia descendi &c. *Ex quo infertur*: Illi ergo C non ejiciuntur foras, qui non faciunt voluntatem suam, sed voluntatem Dei. Nam diabolus volens facere voluntatem suam, quod est superbiæ, ejectus est de Cœlo: & primus homo de Paradiso; *sicque omnes, qui Dei præceptis non obedunt. Vt enim quis ad vitam ingrediatur æternam, neque exinde ejiciatur, seruare eum oportet mandata Dei, Matth.* 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. *Cui consonat illud Matth.* 7. Non omnis, qui dicit mihi, *Domine, Domine*, intrabit in Regnum Cœlorum. *Vbi Author*: Quis ergo D intrabit? Non *qui dicit*, sed *qui facit* voluntatem Patris mei; Ioan. 3. *Nemo ascendit in Cœlum, nisi qui descendit de Cœlo &c.* Vnde nemo potest ascendere

Psalmum 118. cur Ecclesia quotidie recitet.

R *Ps. 1. lit. a.*

S *1. 2. 102. 6. ad 7. Matth. 23. lit. a. ibi, Phylacteria.*

Pharisæorum mala interpretatio de legis meditatione.

T *1. 2. 108. 3. ad 1. & alia arg. Quol. 4. a. 24. c.*

Et de sensu aliquorum præceptorum.

Iuramentum absque necessitate non assumendum.

Quilibet tenetur explicitè singula scire præcepta Decalogi.

V *Ver. 14. 11. ad 3. in contrar.*

Modernorum aliquot prauus de præceptis intellectus.

X *Quol. 11. a. 9. ad 1.*

Cæca voluntate diuinis præceptis obtemperandū.

Y *2. 2. 104. 4. & 5. c. & 154. 2. ad 2. In 2. d. 44. exp. tex.*

Omnes voluntates tenentur obedire diuino imperio.

Z *Ioan. 2. l. 1. lit. c.*

Totius justitiæ perfectio, Christo obedire.

Obedientia melior virtus, quam cæteræ morales, si theologicas excipis.

A *2. 2. 104. 3. c. & ad 2. Et 1. Ioan. 2. ibi, Mandata.*

Charitas sine obedientia esse non potest.

B *Philip. 2. l. 2. ibi, Obediens.*

Humilitatis & passionis Christi perfectio ex obedientia.

C *Ioan. 6. l. 4. lit. i.*

Qui Dei præceptis & voluntati non obedit, ejicitur de Paradiso.

D *Matth. 7. lit. b. ibi. Psal. 1. lit. a. ibi, In lege.*

Nec ascendit in Cœlum.

Digitized by Google

in Cœlum, nisi descendat vt Christus, de quo dicitur Ioan.6. *Descendi de Cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me*: vnde oportet facere voluntatem Dei, *vt cum Christo in Cœlum ascendamus: quæ vtique impletur in obseruantia mandatorum.*

Mandata Dei seruanda, quia immaculata & suauia.

E *Psal.18. lit. e. & g.*

l *Sanè vel ex eo præcepta Domini custodienda, quòd immaculata, quòd suauia.* *Hinc Psaltes Psal.* 18. Lex Domini immaculata; *idest*, omnia E mala excludens: *Testimonium Domini fidele*; idest, mandatum diuinum habet veritatem: *justitiæ Domini rectæ*, quia continent justitiam: *præceptum Domini lucidum*, quia in se manifestum & euidens (*vt suprà dictum est.*) Sequitur: *Desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multùm*: (*cui respondet illud Psal.* 118. Dilexi mandata tua super aurum & topazion:) quia, vt dicitur Prou. 8. *Melior est sapientia cunctis opibus pretiosissimis: & omne desiderabile ei non potest comparari.* Et tangit duo, quæ homines desiderant. *Et dulciora super mel & fauum*: (*cui respondet illud Psal.* 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo.) Dicit, *super mel & fauum*, quantùm ad delectationes corporales (*quibus sine dubio præferuntur spirituales*) mel enim extrahitur à cera: sed fauus est mel & cera. Delectationes corporales quandoque sunt manifestæ; & sic est mel: quandoque sunt absconditæ & dulciores; & sic est fauus, Prou. 9. *Aquæ furtiuæ dulciores sunt.* Vel præferuntur fauo propter vetus testamentum, in quo est mel in fauo, veritas in figura: melli propter nouum, vbi est veritas manifesta. Vel sancti homines plùs diligunt præcepta Dei, quàm seipsos, qui designantur per aurum & lapidem pretiosum. Item per mel significantur illi, qui alieni sunt à rebus Mundi: sed fauus sunt illi, qui adhuc rebus Mundi delectantur. Et tales, quia non sunt totaliter alieni, diligunt plùs se, quàm Dei præcepta: alij diligunt plùs præcepta, quàm se. Et hoc probat dupliciter, ex experimento scilicet & ex effectu. Ex experimento, cum dicit: *Etenim seruus tuus custodit ea.* q.d. Possum dicere, quòd dulcia sunt, quia probaui ea; nam ea diligo & experior: nullus autem testimonium potest ferre, nisi qui experitur. Ex effectu, idest remuneratione, probat idem, cum dicit: *In custodiendis illis retributio multa*; Matth. 5. *Merces vestra copiosa est in Cælis*: (*cohæret & illud Psal.* 118. Inclinaui cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum propter retributionem:) Et non dicit, *pro custodia*, sed *in custodiendis illis*, quia ipsa custodia eorum est magna retributio, scilicet gloria & munditia cordis, 2. Corinth.1. *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Et sic commendatur lex ab honestate, quando dicit: *in custodiendis illis retributio multa*; quia honestum idem est, quod virtus: & est per se appetibilis. *Si ergo mandata Dei delectabilia sunt, quia dulcia; adeòque vtilia, vt & in præsenti & in futuro magnam habeant retributionem, cur ea omni studio seruare non adnitimur, & custodire? Atqui ex eo aliquibus Dei præcepta desiderabilia non sunt*, & dulciora super mel & fauum: *quia nimirùm* palato non sano pœna est panis, qui sano est suauis (1. *Pet.* 2. Si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus; *videlicet*, palato F sano *mentis*, quamuis amarus videatur palato febricitanti *ex morbo peccati*:) *nec* præceptum Domini *quibusdam* lucidum *est* illuminans oculos: *quia scilicet* oculis ægris odiosa lux, quæ puris est amabilis: *nam* qui malè agit, odit lucem; *nec vult peccator intelligere, vt bene agat. Idcircò orat Ecclesia in Collecta Deum*: vt fideles, *corporales delectationes*, quæ tibi non placent, respuentes, tuorum potiùs repleantur delectationibus mandatorum. *Quòd si quæras: vnde fit, quòd imò ex eo, quòd aliqua præceptis negatiuis prohibentur, faciliùs in ea ferimur, ex communi proloquio*:

Magna retributio Mandata seruanti.

Ipsa eorum custodia, retributio.

Cur aliquibus dulcia non sunt neque lucida, præcepta diuina.

F *1.Pet.2. ibi.*

Nitimur in vetitum semper, cupimusque negatum. Cum alicui G prohibetur id, quod concupiscit (*ait Author ad illud Rom.* 5. Lex autem subintrauit, vt abundaret delictum:) vehementiùs in concupiscentiam illius exardescit: & sicut fluuius, apposito objice, fortiùs fluit, & objicem frangit. Cujus ratio potest esse triplex. *Vna* quidem: quia illud, quod subjacet hominis potestati, non reputat aliquis pro magno: sed illud, quod est extra hominis potestatem, apprehenditur ab homine quasi magnum. Prohibitio autem ejus, quod concupiscitur, ponit illud, quod prohibetur, quasi extra hominis potestatem: & ideò concupiscentia magis exardescit in rem concupitam, dum prohibetur. *Secunda* ratio est: quia interiores affectiones, quando interiùs retinentur, ita quod exteriùs non deriuentur, ex hoc ipso magis, interiùs incenduntur; sicut patet in dolore & ira, quæ dum interiùs clausa tenentur, magis augentur: si autem exteriùs quoquo modo prodeant, eorum virtus diminuitur. Prohibitio autem propter timorem pœnæ cogit hominem, vt concupiscentiam suam ad exteriora non producat: & ideò ipsa concupiscentia interiùs retenta, magis inflammatur. *Tertia* ratio est: quia illud, quod non est nobis prohibitum, apprehendimus quasi possibile fieri, quandocunque nobis placuerit; & ideò multoties opportunitate existente illud vitamus. Sed quando aliquid est prohibitum, apprehenditur à nobis, vt non semper à nobis haberi possit: & ideò, quando opportunitas datur sine timore pœnæ illud consequendi, promptiores ad hoc sumus. Et inde est, quòd data lege, quę concupiscentię vsum prohibebat, & tamen ipsam concupiscentiam non mitigabat, concupiscentia ipsa magis feruenter homines ad peccata ducebat.

G *Rom. 5. l.6. sub initio.*

Cur in vetitum nitamur.

m *Quoniam verò Deus, nedum per se ipsum, sed & per ministros suos, Ecclesiasticos præsertim, nobis aliquid præcipit; non minùs, quàm ipsi Deo, his quoque obediendum promptè est*, *Hebr.* 13. Obedite Præpositis vestris, & subjacete eis. *Et hoc ideò, quia quicquid rationi consonum siue Princeps, siue Prælatus mandat, Deus ipse mandare censetur*, Prou. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores justa decernunt: per me Principes imperant, & potentes decernunt justitiam. *Per consequens qui Dei ministrorum* potestati resistit (*Rom.* 13.) Dei ordinationi resistit: *hosque contemnens, Deum contemnit; & hos audiens, Deum audit; vnde* Luc. 7. *dicebat Christus ad Apostolos ministros suos*: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. *Et vt de hoc, suo nos exemplo informaret, Ioan.6. ajebat*: Descendi de Cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me. In quo, *subjicit Author*, nobis H dedit exemplum, vt sicut ipse suam voluntatem humanam abnegabat, supponendo eam diuinæ: ita & nos nostram voluntatem Deo totaliter supponamus, & hominibus, qui nobis præponuntur tanquam Dei ministri. *Monendi verumtamen sunt Prælati, vt à multitudine abstineant præceptorum: quidam enim* alligant onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, *vt dicitur Matth.* 23. *Cùm tamen Christus Dominus* jugum suaue *fecerit legem suam*, & onus leue: *nam* lex noua I præter præcepta legis naturę, paucissima superaddidit in doctrina Christi & Apostolorum; licèt aliqua sint postmodum superaddita ex institutione Sanctorum Patrum: in quibus etiam *Augustinus* dicit esse moderationem attendendam, ne conuersatio fidelium onerosa reddatur. Dicit enim ad inquisitiones Ianuarij de quibusdam: quòd *ipsam Religionem nostram, quam in manifestissimis, & paucissimis celebrationum Sacramentis, Dei voluit misericordia esse liberam, seruilibus premunt oneribus, adeò vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui legalibus Sacramentis, non humanis* præ-

Nedum ipsius Dei, sed & ministrorum ejus obtemperandum mandatis.

H *Opusc.* 18. *c.* 10. *fi.*

Abstinendum Prælatis à multitudine præceptorum.

I 1. 2. 107. 4. *c. In* 3. *d.* 40. 1. 2. *Quol.* 4. 4. 13. *c. Matth.* 11. *fi.*

Ex doctrina Christi & Apostolorum præcepta paucissima.

Digitized by Google

L 2. 2. 105. 1. ad 3.
Multiplicitas præceptorum onerosa, & multoties à peccato excusat.

præsumptionibus subijciuntur. Hæc Augustinus. *Ex quibus instruimur*, *quòd* si tot L præcepta Prælatus aliquis ingerat, seu injungat, quòd subditus ea implere non possit, excusatur à peccato. Et ideò Prælati abstinere debent à multitudine præceptorum: *de quo & in nostris Dominicanis Constitutionibus seriò admonentur. Nec tamen impossibilitas hæc temerè aut faciliter est à subditis diffinienda: ait enim B. Benedictus, quòd* si Prælatus aliquid impossibile præceperit, tentandum est. *Verumtamen* hoc M ideò dicitur: quia, an aliquid sit possibile, subditus non debet suo judicio diffinire, sed in vnoquoque, judicio superioris stare; *vel eum humiliter monere de impossibilitate executionis. Nec tam facilè à Prælatis deueniendum ad præcepta est, ne conscientia oneretur subditorum: sed per admonitiones & obsecrationes (nisi contumacia deprehendatur) id præstandum; præsertim cum senioribus magnisque viris. Vnde Apostolus 1. Cor. 16.* De Apollo fratre (*inquit*) vobis notum facio, quoniam multùm rogaui eum, vt veniret ad vos cum fratribus. *Vbi notat Author, quòd* iste N Apollo fuit quasi specialis Doctor Corinthiorum post Apostolum, 1. Cor. 3. *Ego plantaui, Apollo rigauit*: Et *ex glossa* Episcopus erat. De quo dicit: *multùm rogaui eum, vt veniret*; licet enim posset præcipere, tamen rogauit: quia magnis viris non de facili debet fieri præceptum, 1. *ad Timoth.* 5. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt Patrem.

M 1. 2. 13. 5. ad 3.
Subditus non diffiniat impossibilitatem præcepti.

Ad præcepta non tam facilè deueniendum, præcipuè cum magnis viris.

N 1. Cor. 16. l. 3. ibi.

Decalogus psalterium.
O 3. d. 40. exp. text.

n *Cæterùm, vt redeamus ad primum*, sicut Christus O corda nostra, quasi psalterium, his decem preceptis (*Decalogi*) percutiens, omnium mortalium peccatorum feras in nobis occidit, & virtutes perficit; *quod ajebat initio Author: Ita & nos, psalterium hoc, ad peccatorum feras mactandas, jugiter manu tangere debemus impletione præceptorum.* Est *enim* psalterium P quoddam instrumentum decachordum, quod manu tangitur; vnde dicitur à *psallere*, quod est manu tangere; & habet tactum à superiori. Mysticè autem per decachordum psalterium signatur Lex Dei, quę in decem pręceptis consistit: & oportet, quòd tangatur manu, idest bona operatione; & à superiori: quia pręcepta sunt implenda propter spem ęternorum (*Psal.* 118. Inclinaui cor meum ad faciendas justificationes tuas in ęternum propter retributionem, *æternam vtique*:) aliàs tangeretur ex inferiori. *Et hoc est, verè & sapienter Domino psallere, sicut hortabatur David Psal.* 46. Psallite sapienter; *& Psalm.* 32. Confitemini Domino in cithara: in Psalterio decem chordarum psallite illi. *Vbi Author*: Cithara *inquit* habet Q sonum ab imo: & significat laudem, quę surgit ab imis, idest terrenis (*cum scilicet Deum non plenè propter cœlestia, sed & propter temporalia laudamus*:) psalterium verò habet sonum à supremo: & signat laudem, quę est de bonis cœlestibus. Dicit autem, *decem chordarum*, quia per eas signantur decem pręcepta Decalogi, in quibus tota doctrina spiritualis consistit, *si vt par est, impleamus*. Mystica *tandem* ratio, *cur decem, non plura aut minora præcepta Deus tradiderit*, ex proprietatibus R numeri denarij sumpta est: quia scilicet super septenarium, in quo Deus compleuerat opera Vniuersi, addit ternarium; & ita quasi comprehendit vniuersitatem rerum, & Deum trinum: & hoc modo currit Decalogus preceptorum, quia tria prima sunt ad Deum; septem verò alia sunt ad proximum pertinentia, *vti visum est. DISCE, si vis ad vitam ingredi, Dei mandata seruare. Vide*, Cantus Ecclesiasticus, Consilium, Episcopus, Lex, Lex vetus & noua, Peccatum, Princeps, Religiosus.

P Psal. 2. lit. a. Ps. 9. lit. b. Ps. 12. ƒ.
Psalterium quid.
Quid mysticè.

Psalterium tangimus, cum præcepta implemus.

Q Ps. 32. lit. b.

Præcepta Decalogi mysticè cur decem.
R Genes. 21. circ. ƒ.

DECIMÆ.

V. In noua lege decimæ dantur Clericis, non solùm propter sui sustentationem, sed etiam vt ex eis subueniant pauperibus: & ideò non superfluunt, sed ad hoc necessariæ sunt possessiones Ecclesiasticæ, & oblationes, & primitiæ simul cum decimis. 2. 2. 87. 3. ad 1.

Differentia inter Sacrificia, oblationes, primitias, & decimas.
S 2. 2. 85. 3. ad 3.

o Q*Vatuor sunt, quæ in Dei cultum consueuerunt ab hominibus exhiberi, scilicet sacrificia, oblationes, primitiæ, & decimæ.* Sacrificia *autem* propriè S dicuntur, quando circa res Deo oblatas aliquid fit, sicut quòd animalia occidebantur & comburebantur: quòd panis frangitur, & comeditur, & benedicitur; & hoc ipsum nomen sonat: nam *Sacrificium* dicitur ex hoc, quòd homo facit aliquid sacrum. *Oblatio* autem directè dicitur, cùm Deo aliquid offertur, etiamsi nihil circa ipsum fiat: sicut dicuntur offerri denarij, vel panes in altari, circa quos nihil fit: vnde omne sacrificium est oblatio, sed non conuertitur. *Primitiæ* autem oblationes sunt, quia Deo offerebantur, vt legitur *Deuter.* 26. Non autem sunt sacrificia, quia nihil sacrum circa eas fiebat. *Decimæ* autem propriè loquendo non sunt sacrificia, neque oblationes: quia non immediatè Deo, sed ministris diuini cultus exhibentur. *Et sacrificium quidem offerre, de lege naturæ est: nam* ex naturali T ratione procedit, quòd homo quibusdam sensibilibus vtatur, offerens ea Deo in signum debitę subjectionis & honoris, secundùm similitudinem eorum, qui dominis suis aliqua offerunt in recognitionem dominij. *Quoniam verò* aliqua in communi sunt de jure naturali, quorum determinationes sunt de jure positiuo: sicut quòd malefactores puniantur, habet lex naturalis; sed quòd tali pœna vel tali puniantur, est ex constitutione diuina vel humana: similiter & oblatio Sacrificij in communi est de lege naturali; & ideò in hoc omnes conueniunt: sed determinatio Sacrificiorum est ex institutione humana, vel diuina; & in hoc differunt. *Ex quo Sacrificium soli Deo debetur: siquidem* oblatio V Sacrificij fit ad aliquid significandum. Significat autem Sacrificium, quod offertur exteriùs, interius spirituale Sacrificium, quo anima seipsam offert Deo, secundùm illud Psal. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*; quia exteriores actus religionis ad interiores ordinantur. Anima autem se offert Deo in Sacrificium, sicut principio suæ creationis, & sicut fini suæ beatificationis. Secundùm autem veram fidem, solus Deus est Creator animarum nostrarum. In solo etiam Deo animæ nostræ beatitudo consistit. Et ideò, sicut soli Deo summo debemus Sacrificium spirituale offerre: ita etiam soli ei debemus offerre exteriora Sacrificia. *Et hoc propriè Sacrificium est*: Est enim X quidam specialis actus, laudem habens ex hoc, quòd in diuinam reuerentiam fit, propter quod ad determinatam virtutem pertinet, scilicet ad religionem. Contingit autem, & ea, quæ secundùm alias virtutes fiunt, in diuinam reuerentiam ordinari: putà, cum aliquis eleemosynam facit de rebus proprijs propter Deum; vel cum aliquis proprium corpus alicui afflictioni subijcit propter diuinam reuerentiam: & secundùm hoc, etiam actus aliarum virtutum Sacrificia dici possunt. Sunt tamen quidam actus, qui non habent ex alio laudem, nisi quia fiunt propter reuerentiam diuinam: & isti actus propriè Sacrificia dicuntur, & pertinent ad virtutem religionis. *At, cum esse dicatur Sacrificium de lege naturæ, curiosè quis vestigabit: Cur non legimus, Adam humani generis Caput*,

Sacrificium vnde dicatur.
Quid oblatio.

Quid primitiæ.

Decimæ quid.

Sacrificium est de lege naturæ.
T 2. 2. 85. 1. ƒ. c. & ad 1.

Si consideretur in communi.

V Ibid. a. 2. c. & a. 4. c.
Soli Deo debetur interius, & exterius sacrificium.

Quid propriè sacrificium.
X Ibid. a. 3. c. & ad 2.
Ad virtutem specialem religionis.

Alia impropriè sacrificia.

Digitized by Google

Caput, & Isaac Patriarcham pientissimum, Sacrificium obtulisse, sicut de alijs traditur? Cui respondet Author: quòd omnes justi Y Deo Sacrificium obtulerunt secundùm sui temporis congruentiam: nó tamen de omnibus justorum Sacrificijs fit mentio in Scriptura, sed solùm de illis, circa quæ aliquid speciale accidit. Potest tamen esse ratio, quare Adam non legitur Sacrificium obtulisse: ne, quia in ipso notatur origo peccati, simul etiam in eo sanctificationis origo signaretur. Isaac verò significauit Christum, in quantùm ipse oblatus est in Sacrificium: vnde non oportebat, vt significaretur quasi Sacrificium offerens.

Y Ibid. a. 1. ad 2.

Adam & Isaac cur non legamus sacrificiū obtulisse.

p *Quoad oblationes verò, sciendum, quòd* nomen Z oblationis commune est ad omnes res, quæ in cultum Dei exhibentur: ita quòd si aliquid exhibeatur in cultum diuinum, quasi in aliquid sacrum, quod inde fieri debeat, consumendum, & oblatio est & Sacrificium. Vnde Exod. 29. dicitur: *Offeres totum arietem in incensum super altare: oblatio est Domino, odor suauissimus victimæ Domini.* Et Leuit. 2. dicitur: *Anima cum obtulerit oblationem Sacrificij, simila erit ejus oblatio.* (*Hinc & in Missæ Sacrificio à Sacerdote præmittitur:* Suscipe, Sancta Trinitas, hanc *oblationem,* quam Tibi offero &c. *Et in progressu Canonis:* Quam *oblationem* Tu Deus in omnibus quæsumus benedictam &c. acceptabilemque facere digneris.) Si verò sic exhibeatur, vt integrum maneat diuino cultui deputandum, vel in vsus ministrorum expendendum, erit oblatio, & non Sacrificium. Hujusmodi ergo oblationes de sui ratione habent, quòd voluntariè offerantur, secundùm illud Exod. 25. *Ab omni homine, qui offeret vltroneus, accipietis eas.* (*Hinc* Principes Sacerdotum *Matth.* 27. acceptis argenteis *ab impio Iuda restitutis,* dixerunt: Non licet eos mittere in Corbonam, quia pretium sanguinis est: *Siquidem* in Corbonam A ponebatur oblatio gratificationis, vel donum gratiæ. Vnde quædam erant voluntaria, quæ offerebantur; alia ex debito. Voluntaria in Corbonam mittebantur; alia verò alibi. Potest tamen contingere, quòd aliquis ad oblationes teneatur quadruplici ratione. *Primò* quidem ex præcedenti conuentione: sicut cum alicui conceditur aliquis fundus Ecclesiæ, vt certis temporibus certas oblationes faciat: quod tamen habet rationem census. *Secundò* propter præcedentem deputationem, siue promissionem: sicut cum aliquis offert donatione inter viuos, vel cum relinquit in testamento Ecclesiæ aliquam rem mobilem, vel immobilem in posterum soluendam. *Tertiò* propter Ecclesiæ necessitatem: putà, si ministri Ecclesiæ non haberent, vnde sustentarentur. *Quartò* propter consuetudinem. Tenentur enim Fideles in aliquibus solemnitatibus ad aliquas oblationes consuetas. Tamen in his duobus vltimis casibus remanet oblatio quodammodo voluntaria, scilicet quantùm ad quantitatem, vel speciem rei oblatæ. *Sanè oblationes hæ solis debentur Sacerdotibus:* Sacerdos *enim* quodammodo B constituitur *sequester & medius* inter populum & Deum, sicut de Moyse legitur *Deuter.* 5. Ideò ad eum pertinet, diuina dogmata & Sacramenta exhibere populo: & iterum ea, quæ sunt populi, putà preces & Sacrificia & oblationes, per eum Domino debent exhiberi, secundùm illud Apostoli ad Hebr. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & Sacrificia pro peccatis.* Et ideò oblationes, quæ à populo Deo exhibentur, ad Sacerdotes pertinent: (*at nota quod Author subjicit:*) non solùm vt eas in suos vsus conuertant, verùm etiam vt fideliter eas dispensent, partim quidem expendendo eas in ijs, quæ pertinent ad cultum diuinum: partim verò in ijs, quæ pertinent ad proprium victum: (quia *qui altari deseruiunt, cum altari participant,* vt dicitur 1. ad Corinth. 9.) partim etiam in vsus pauperum, qui sunt quantùm fieri potest, de rebus Ecclesiæ sustentandi: quia & Dominus in vsum pauperum loculos habebat, ex Hieronymo super Matthæum. *Præfatæ autem* oblationes C postquam fuerint consecratæ, non possunt cedere in vsum laicorum, sicut vasa & vestimenta sacra. Illa verò, quæ non sunt consecrata, possunt in vsum laicorum cedere ex dispensatione Sacerdotum, siue per modum donationis, siue per modum venditionis.

Z 2. 2. 86. 1. c.

Oblatio in quo à sacrificio differat.

A Matth. 27. lit. a. ibi.

Voluntariè tantùm oblata in Corbonam mittebantur.

Oblationes de se voluntariæ; sed ex quadruplici capite potest quis ad eas teneri.

B 2. 2. 86. 2. c.

Sacerdos sequester & medius inter Deū & populum.

Sacerdotibus debentur oblationes, & quomodo hæ distribuendæ.

Pauperes de rebus Ecclesiæ sustentandi.

C Ibid. ad 3. & ad 1. & 2. An oblationes possint cedere in vsum laicorum.

q *Sed & ad primitias soluendas non minùs tenemur. Et quidem* primitiæ D ad quoddam genus oblationum pertinent: quia Deo exhibentur cum quadam professione, vt habetur *Deuter.* 26. Vnde & ibidem subditur: *Suscipiens Sacerdos cartallum* (*canistrum* scilicet primitiarum) de manu ejus, *qui* defert primitias, *ponet ante altare Domini Dei tui.* Et postea mandatur ei, quòd dicat: *Idcircò nunc offero primitias frugum terræ, quas Dominus dedit mihi.* Offerebantur autem primitiæ ex speciali causa, scilicet in recognitionem diuini beneficij, quasi aliquis profiteatur, se à Deo fructus terræ percipere, & ideò se teneri ad aliquid de hujusmodi Deo exhibendum, secundùm illud 1. Paralip. 29. *Quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi.* Et quia Deo debemus exhibere id, quod præcipuum est: ideò primitias, quasi præcipuum aliquid de fructibus terræ præceptum fuit Deo offerri. Et quia *Sacerdos constituitur pro populo in ijs, quæ sunt ad Deum:* ideò primitiæ oblatæ à populo, in vsum Sacerdotum cedebant. Vnde Num. 18. *Locutus est Dominus ad Aaron: Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum.* Pertinet autem ad jus naturale, vt homo ex rebus sibi datis à Deo, aliquid exhibeat ad ejus honorem: sed quòd talibus personis exhibeatur, aut de primis fructibus, aut in tali quantitate; hoc quidem fuit in veteri lege jure diuino determinatum: in noua autem lege definitur per determinationem Ecclesiæ, ex qua homines obligantur, vt primitias soluant secundùm consuetudinem Patriæ, & indigentiam ministrorum Ecclesiæ. Offerebantur *autem* in veteri lege, non solùm propter beneficium fructuum terræ promissionis datæ à Deo, sed etiam propter beneficium fructuum terrę à Deo datorū. Et hæc secunda causa apud omnes est communis. Potest etiam dici, quòd sicut Iudæis speciali quodam beneficio terram promissionis contulit Deus: ita generali beneficio toti humano generi contulit terræ dominium, *secundùm illud Psal.* 113. Terram autem dedit filijs hominum. *Sanè* ex Majorum E traditione *secundùm Hieronymum* introductum est, quòd qui plurimum, quadragesimam partem dabant Sacerdotibus loco primitiarum: qui minimū, sexagesimam. Vnde videtur, quòd inter hos terminos sint primitiæ offerendæ, secundùm consuetudinem Patriæ. Rationabiliter tamen primitiarum quantitas non fuit determinata in lege: quia primitiæ dantur per modum oblationis, de cujus ratione est, quòd sint voluntariæ.

D Ibid. a. 4. c. & ad 2.

Quid de primitijs, earumque solutione in vtraque lege.

Vnde primitiæ soluendæ, & quantum.

E Ibid. ad 3.

r *Quoad Decimas tandem, de quibus in præsenti præcipuè; quamuis earum redditio ex lege sit, tamen redditæ voluntariè leguntur & ante legem.* Nam ante tempus F veteris legis non erant determinati ministri diuini cultus: sed dicitur, quòd primogeniti erant Sacerdotes, qui duplicem portionem accipiebant. Et ideò etiam non erat determinata aliqua pars exhibenda ministris diuini cultus: sed vbi aliquis occurrebat, vnusquisque dabat ei propriâ sponte quod sibi videbatur. Sicut Abraham quodam prophetico instinctu dedit decimas Melchisedech Sacerdoti Dei Summi, vt dicitur *Genes.* 14. Et similiter Iacob, decimas vouit se daturum, quamuis non videatur decimas vouisse, quasi aliquibus ministris exhibendas, sed in diuinum cultum, putà ad Sacrificiorum consummationem: vnde & signanter dicit: *Decimas offeram tibi,* Gen. 28.

Decimæ & ante legem voluntariè solutæ.

F 2. 2. 87. 1. ad 3.

Digitized by Google

Hine & Apoſtolus, præfati Sacerdotis Melchiſedech Hebr. 7. *memoriam faciens, ſubijcit de Abraham*: Cui & decimas omnium diuiſit. *Quem ad locum, iterum Author*: Cæremonialia *inquit* veteris G teſtamenti ſunt quædam determinationes præceptorum juris naturalis & præceptorum moralium. Et ideò quantùm adhoc, quod habebant de jure naturali, ſeruabantur ante legem tantùm pro voto obſeruantium, & ſine aliquo præcepto. Quòd enim aliquid offeratur Deo in recognitionem creationis & dominij, hoc eſt naturale: ſed quòd offeratur vitulus & hœdus, hoc eſt cæremoniale. Similiter de jure naturali eſt, quòd miniſtri ſeruientes Deo, ſuſtententur à populo, ſicut patet *Gen.* 47. quòd hoc ſeruabatur etiam apud Gentiles. Vnde Sacerdotes, qui paſcebantur de horreis publicis, non ſunt compulſi vendere poſſeſſiones ſuas: & ideò fuerunt ante legem. Sed determinatio hujus partis eſt per legem Leuit. 27. *Omnes decimæ Domini ſunt*. Et in hujus ſignum, Iacob ante legem, in loco in quo poſtea fuit ædificatum Templum, vouit ſe daturum decimas: & hoc ſpecialiter, quia ad hoc Dei cultus propriè exhibetur, vt ſignificetur, quòd homo quicquid habet, à Deo accepit, & totam perfectionem ſuam ab ipſo expectat. Numerus enim denarius eſt perfectus, quia conſurgit ex partibus ſuis aliquotis: quia vnum, duo, tria, quatuor, faciunt decem. Vſque etiam ad ipſum aſcendit numerus, & omnes alij non ſunt, niſi quædam repetitio, & additio ſuper denarium. Omnes ergo ſunt imperfecti vſque dum perueniatur ad ipſum. Et ſimiliter à Deo eſt omnis perfectio. Vt ergo ſignificaret, quòd à Deo eſt complementum omnis perfectionis, ideò dedit decimas. *En myſtica decimarum ſignificatio. Sed & ex lege, ad hoc innuendum myſterium, præceptum de decimis ſoluendis extabat: quod expreſsè habet Apoſtolus cit. ad Hebr. cap. 7. cum ait*: Et quidem de filijs Leui Sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas ſumere à populo ſecundùm legem &c. *Quod & legitur* Num. 18. Leuit. 27. Deut. 12. 14. 26.

G Hebr. 7. l. 1. ibi. & Gen. 28. ... fi. Rom. 13. l. 1.

Myſtica Decimarum ſignificatio.

Numerus denarius perfectus.

Præceptum de Decimis & ex lege.

¶ *Igitur*, ſicut præceptum H de obſeruatione Sabbati eſt morale quantùm adhoc, quòd aliquod tempus quieti deputetur ad vacandum diuinis: hoc enim ratio naturalis habet; ſed quòd dies ſeptima ſit deputata, hoc eſt ex determinatione Dei propter aliquam figuram, vnde hoc eſt cæremoniale: Sic & præceptum de decimis perſoluendis, eſt quidem ſecundùm aliquid morale, vt ſcilicet qui pro toto populo diuino obſequio vacant, ſtipendijs populi ſuſtententur: ſicut & qui in alijs Officijs Reipublicæ ſeruiunt, à populo ſuſtentantur. Et ſecundùm hunc modum proponitur hoc præceptum in nouo teſtamento. Dicit enim Dominus Matth. 10. *Dignus eſt operarius cibo ſuo*. Et Apoſtolus dicit 1. ad Cor. 9. *Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere: & qui altari deſeruiunt, de altari viuant*. Sed quantùm ad determinatum numerum decimæ, non eſt de jure naturali, neque eſt præceptum morale, ſed eſt cæremoniale, in quantùm refertur ad figurandum aliquid circa Chriſtum: vel etiam eſt judiciale ſecundùm conuenientiam ad illum populum, in quo quia erat multitudo miniſtrorum, tali taxatione opus erat ad miniſtrorum Dei ſuſtentationem. (Cum enim I populus ille in duodecim tribus eſſet diuiſus, duodecima tribus, ſcilicet Leuitica, quæ tota erat miniſterijs diuinis mancipata, poſſeſſiones non habebat: vnde conuenienter inſtitutum eſt, vt reliquæ vndecim tribus decimam partem ſuorum prouentuum Leuitis darent, vt honorabiliùs viuerent.) Sic ergo hoc commune, quod eſt prouidere miniſtris Dei in neceſſarijs vitæ, eſt de jure diuino, quaſi morale præceptum & de jure naturali exiſtens. Ad quemlibet autem Principem, qui poteſt leges condere, pertinet jus naturale commune per jus poſitiuum determinare: nihil enim eſt aliud jus poſitiuum, quàm determinatio juris naturalis: ſicut jus naturale habet, quòd malefactor puniatur; ſed quòd tali pœna puniatur, hoc determinatur per jus poſitiuum. Quia ergo Eccleſia habet poteſtatem condendi legem in ijs, quæ pertinent ad cultum Dei: potuit per Eccleſiæ ſtatutum taxari quantitas eorum, quæ ſunt danda miniſtris Dei à populo: & vt eſſet quædam conſonantia noui & veteris teſtamenti, ſtatuit Eccleſia, vt taxatio veteris teſtamenti ſeruaretur etiam in nouo. Vnde omnes tenentur ad decimas, velint, nolint. Poſſet autem Eccleſia ſtatuere, ſi cauſa ſubeſſet, vel in majori, vel in minori numero: putà quòd daretur octaua, vel duodecima, ſicut & quòd detur decima. Patet ergo, quòd nulla conſuetudo contraria ſoluit hominem ab obligatione reddendi decimas, quia hęc obligatio fundatur ſupra jus diuinum, & ſupra jus naturale: vnde ſemper tenentur homines reddere decimas, ſi Eccleſia exigat, etiam contraria conſuetudine non obſtante; & in terris, in quibus eſt conſuetudo, quòd decimę ſoluantur, ipſa conſuetudo quaſi expoſtulat decimas, vnde peccaret qui non redderet: ſed in terris, in quibus non eſt conſuetudo communis, quòd decimę dentur, & Eccleſia non petit, videtur Eccleſia remittere, dum diſſimulat: & ideò homines in terris illis non peccant decimas non dando. Durum enim eſſet dicere, quòd omnes homines Italię, & Orientalium partium damnarentur, qui decimas non ſoluunt. Et hujuſmodi argumentum poſſumus ab Apoſtolo accipere: cui cum deberentur neceſſaria victus ab ijs, quibus prędicabat: tamen non accipiebat; nec tamen peccabant qui ei non dabant: alioquin malè cum eis egiſſet, non accipiendo; pręſertim cum ipſe dicat Act. 20. *Non enim ſubterfugi quo minùs annunciarem vobis omne conſilium Dei*. Et ideò Apoſtolus non exigebat quod ſibi debebatur, ne daretur aliquod offendiculum Euangelio, vt ipſe ibi dicit: (*& 2. Theſſ. 3. & 1. Cor. 4. & 9. vbi ait*: Non vſi ſumus hac poteſtate: ſed omnia ſuſtinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Chriſti.) Vnde non bene facerent Rectores Eccleſiarum, ſi in terris illis decimas exigerent, in quibus non eſt conſuetudo dari, ſi probabiliter crederent, quòd ex hoc ſcandalum naſceretur.

Declaratur præceptum de decimis in vtraque lege. H Quol. 2. a. 8. c. & 1. 2. 87. 1. c. & ad 3. Hebr. 7. l. 2 ibi, Accipientes. Quol. 6. a. 10. c. & ad 2. Matth. 23. lit. 6. ibi, Oportuit.

I 2. 2. 87. 1. c. Tribus Leuitica ſuſtentabatur ab alijs 11. Tribubus.

An decimarum ſolutio de jure diuino.

Ius poſitiuum eſt determinatio juris naturalis.

Omnes ad decimas tenentur.

Quid circa conſuetudinē.

¶ *Hinc decimæ præfatæ ſoli debentur Eccleſiæ. Verumtamen* circa decimas L duo ſunt conſideranda: ſcilicet ipſum jus accipiendi decimas, & ipſę res, quę nomine decimę dantur. Ius autem accipiendi decimas ſpirituale eſt: conſequitur enim illud debitum, quo miniſtris altaris debentur ſumptus de miniſterio, & quo ſeminantibus ſpiritualia debentur temporalia: quod ad ſolos clericos pertinet habentes curam animarum; & ideò eis ſolùm competit hoc jus habere. Res autem, quę nomine decimarum dantur, corporales ſunt: vnde poſſunt in vſum quorumlibet cedere; & ſic poſſunt etiam ad laicos peruenire. *Ex qua doctrina deducitur Primò, quòd ſolis Sacerdotibus decimæ dabantur. Et quamuis* Num. 18. *habeatur, quòd Leuitis deſtinarentur*: Filijs Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionem pro miniſterio, quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis: *Nihilominus* Leuitę M non accipiebant eas, niſi quia miniſtrabant Sacerdotibus: & ita non propter ſe, ſed propter Sacerdotes dabantur eis. Item Leuitę accipiebant decimas decimatas, ſicut habetur cit. *Num.* 18. Et ita ſoli Sacerdotes accipiebant, & non ſoluebant. *Vnde & alibi ad hunc eundem ſenſum docemur, quòd* in veteri N lege primitię debebantur Sacerdotibus, decimę autem Leuitis. Et quia ſub Sacerdotibus Leuitę erant, Dominus mandauit (*ex eod. cap. Num.* 18.) vt ipſi loco primitiarum ſoluerent Summo Sacerdoti decimam decimę. Vnde &

L 2. 2. l. c. a. 3. c.

Ius accipiendi decimas ſpirituale eſt: non ita res, quæ nomine decimæ dantur.

Primum ſolis clericis, ſecundum & laicis poteſt conuenire.

M Hebr. 7. l. 2. ibi, Leui.

Decimæ debentur Sacerdotibus.

Leuitæ ſummis Sacerdotibus decimam decimæ ſoluebant.

N 1. 2. 87. 4. ad 3.

nunc

Digitized by Google

Eadem ratione clerici decimam debent Papæ, si exigat.

num eadem ratione tenentur clerici Summo Pontifici ecimam dare, si exigeret. Naturali enim ratio ctat, quòd illis, qui habent curam animarum, e communi multitudinis statu prouideatur: vt e possint exequi ea, quæ pertinent ad communem salutem. *Secundò deducitur, quòd* jus O percipiendi decimas sequitur spirituale officium, quia debur ministris Ecclesiæ: nec laici possunt habere husmodi jus; quamuis aliquando ad tempus fructu decimarum laicis concessus sit propter aliquam eclesiæ necessitatem. Et tunc hoc modo, quo leis dari potest, ab eis potest redimi ex authorita Episcopi. Tamen vna Ecclesia non potest ab ia emere jus percipiendi decimas. *Tertiò deducitr, quòd* clerici P in quantum clerici sunt, idem quantum habent Ecclesiasticas possessiones, ecimas soluere non tenentur. Ex alia verò caus, scilicet propter hoc quod possident proprio ju, vel ex successione parentum, vel ex emptione, el quocunque hujusmodi modo, sunt ad decima soluendas obligati. Religiosi *verò* qui sunt Q cleci, si habeant curam animarum, spiritualia poulo dispensantes, non tenentur decimas dare, id possunt eas recipere. De alijs verò Religiosis, tiamsi sint clerici, qui non dispensant populo spirua ia, est alia ratio. Ipsi enim tenentur de jure ommuni decimas dare. Habent tamen aliquam immunitatem secundùm diuersas concessiones eià Sede Apostolica factas.

O 4. d. 25. 3. 2. q. 3. ad 4. & 2. 2. l. c. a. 3. ad 3. & q. 100. 4. ad 3. Quol. 2. a. 8. f.

Fructus decimarum conceditur laicis, non jus eas percipiendi.

P 2. 2. 87. 4. c.

Clerici ad decimas tenentur de ijs, quæ proprio jure possident.

Q 2. 2. l. c. ad 2. & a. 3. ad 3.

Quid de claustralibus.

De omni re decimæ soluendæ.

R 2. 2. l. c. a. 2. c.

11 *Porrò decimæ de quacunque possessa re veniunt soluendæ, vt patet cit.* Numer. 18. *Et ratio ipsa suadet. Nam* radix R solutionis decimarum est debitum, quo ẽminantibus spiritualia debentur carnalia, securdùm illud Apostoli 1. Cor. 9. *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra m tamus?* Super hoc enim debitum fundauit Ecclsia determinationem solutionis decimarum. Omnia autem quæcunque homo possidet, sub carnilibus continentur: & ideò de omnibus possessis decimæ sunt soluendæ. *Nec tamen de minimis exigendæ sunt:* Decimarum enim S solutio est debita non propter se, sed propter ministros, quorum honestati non conuenit, vt etiam minima exactâ diligentiâ requirant. Hoc enim in vitium computatur, vt patet per Philosophum *in 4. Ethic.* Et ideò lex vetus non determinauit, vt de hujusmodi minutis rebus decimæ dentur: sed reliquit hoc arbitrio dare volentium, quia minima quasi nihil computantur. Vnde & nunc de hujusmodi minutis rebus non tenentur homines decimas dare, nisi fortè propter consuetudinem Patriæ. *An verò & de malè acquisitis soluendæ sint?* Dicendum T quòd aliqua malè acquiruntur dupliciter. Vno modo, quia ipsa acquisitio est injusta, putà quia acquiruntur per rapinam aut furtum aut vsuram, quæ homo tenetur restituere, non autem de eis decimas dare: tamen si aliquis ager sit emptus de vsura, de fructu ejus tenetur vsurarius decimas dare, quia fructus illi non sunt ex vsura, sed ex Dei munere. Quædam verò dicuntur malè acquisita, quia acquiruntur ex turpi causa, sicut de meretricio, & histrionatu, & alijs hujusmodi, quæ non tenentur restituere: vnde de talibus tenentur decimas dare secundùm modum aliarum personalium decimarum. Tamen Ecclesia non debet eas recipere, quamdiu sunt in peccato, ne videatur eorum peccatis communicare: sed postquam pœnituerint, possunt ab eis de his recipi decimæ. *Postremò* de his V quæ furto vel rapina tolluntur, ille à quo auferuntur, decimas soluere non tenetur, antequam recuperet, nisi fortè propter culpam, vel negligentiam suam damnum incurrerit: quia ex hoc Ecclesia non debet damnificari. Si vero vendat quis triticum non decimatum, potest Ecclesia decimas exigere & ab emptore, quia habet rem Ecclesiæ debitam: & à venditore, quia quantùm est de se, Ecclesiam defraudauit. Vno tamen soluente, alius non tenetur. Debentur autem decimæ de fructibus terræ, in quantum proueniunt ex diuino munere: & ideò decimæ non cadunt sub tributo, nec etiam sunt obnoxiæ mercedi operariorum. Et ideò non debent priùs deduci tributa, & pretium operariorum, quàm soluantur decimæ: sed ante omnia debent decimæ solui ex integris fructibus. *Et quidem Sacerdoti etiam diuiti vnusquisque etiam pauper soluere debet. Et ratio adducitur: quia* in justitia X non variatur medium secundùm diuersas personæ conditiones, sicut in alijs virtutibus, sed attenditur solùm ad quantitatem rei: qui enim emit rem aliquam, debet tantum soluere, quantum valet, siue à paupere, siue à diuite emat. Reddere autem debitum, est actus justitiæ: & ideò ad hoc quòd reddatur alicui quod ei debetur, non refert, vtrùm sit diues vel pauper. Decimæ autem Sacerdotibus debentur. Ideò, quamuis Sacerdos sit diues, nihilominus pauper tenetur ei decimas soluere.

S Ibid. ad 3.

Non ita de minimis quibusque, nisi forte ex consuetudine Patriæ.

Quid de malè acquisitis.

T Ibid. ad 2.

V Ibid. ad 4.

Priusquam deducantur tributa & mercedes operariorum, de fructibus terræ debent decimæ reddi.

X Quol. 6. a. 10. c. & 2. 2. 87. a. 1. & a. 3. ad 1. & a. 4. ad 4.

Pauper tenetur Sacerdoti etiam diuiti decimas soluere.

12 *Ex his habemus, quòd decimarum aliæ sunt prædiales, quas prædia habentes, de fructibus soluunt & de animalibus: aliæ personales, quas prædia non habentes, de cæteris reddunt humanæ industriæ lucris.* Specialis autem Y ratio fuit, quare in veteri lege non fuit datum præceptum de personalibus decimis secundùm conditionem populi illius: quia scilicet omnes aliæ tribus certas possessiones habebant, de quibus poterant sufficienter prouidere Leuitis, qui carebant possessionibus: non autem interdicebatur eis, quin de alijs operibus honestis lucrarentur, sicut & alij Iudæi. Sed populus nouæ legis est vbique per Mundum diffusus, quorum plurimi possessiones non habent, sed de aliquibus negocijs viuunt, qui nihil conferrent ad subsidium ministrorum Dei, si de eorum negocijs decimæ non soluerentur. Ministris etiam nouæ legis arctiùs interdicitur, ne se ingerant negocijs lucratiuis, secundùm illud 2. ad Tim. 2. *Nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus.* Et ideò in noua lege tenentur homines ad decimas personales, secundùm consuetudinem Patriæ, & indigentiam ministrorum. *Porrò in veteri lege ad triplices decimas homines tenebantur: quarum quasdam soluebant Leuitis: dicitur enim Num.* 18. Erunt Leuitæ decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria separaui. *Erant quoque aliæ decimæ, de quibus Deut.* 14. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos (*ex quo habetur annua decimarum solutio*) & comedes in conspectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit &c. *Erant & aliæ decimæ, de quibus eod. cap. dicitur:* Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus, quæ nascuntur tibi eo tempore: & repones intra januas tuas. Venietque Leuites, qui aliam non habet partem, nec possessionem tecum, & peregrinus, ac pupillus, & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent, & saturabuntur. *Ex quibus* secundæ Z decimæ (*nam primæ sunt ordinariæ, quas Ecclesiæ nunc soluimus:*) quæ reseruabantur ad sacrificia offerenda, locum in noua lege non habent, cessantibus legalibus victimis. Tertiæ vero decimæ, quas cum pauperibus comedere debebant, in noua lege augentur per hoc, quòd Dominus non solùm decimam partem, sed omnia superflua pauperibus jubet exhiberi, *secundùm illud Luc.* 11. Quod superest, date eleemosynam. *Immò & subijcitur ab Authore:* Ipsæ etiam decimæ, quæ ministris Ecclesiæ dantur, per eos debent in vsus pauperum dispensari. *Et hoc est, quod ajebat initio Author:* In noua A lege decimæ dantur clericis, non solùm propter sui sustentationem, sed etiam vt ex eis subueniant pauperibus. *Verùm à quibusdam minùs pijs Sacerdotibus cura omnis impenditur, vt decimas, etiam de minimis, exigant:*

Cur in veteri lege non soluerentur decimæ personales, sed prædiales tantùm: vtrasque autem soluamus in noua.

Y 2. 2. 87. 2. ad 1.

In lege veteri ad triplices decimas tenebantur.

An ad easdem & in noua teneamur.

Z Ibid. a. 1. ad 4. & a. 3. ad 3. & a. 4. ad 4. Quol. 6. a. 10. ad 1.

A Ibid. a. 3. ad 1.

Ex decimis debent clerici & pauperes alere.

Digitized by Google

gant: at de subuentione pauperum nihil cogitant, nec de justitia seruanda. Id quod, futurorum in noua lege præscius, exprobrat Dominus Pharisæis, ejusmodi Sacerdotum typum gerentibus, Matth. 23. ijs verbis: Væ vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, judicium & misericordiam & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere. *Qui decimatis mentam &c.* Potest intelligi B qui decimas datis: (*scilicet etiam de minimis, vt exactissimi appareatis legis obseruatores, ad simulandam per hypocrisim sanctitatem*:) vel *ad remonstram* qui decimas exigitis. Plurimi enim erant Sacerdotes & Leuitæ, ad quos pertinebat decimas exigere, quæ eis debebantur. Ideò diligentissimi erant ad exigendum, & vsque ad minima exigebant, vt de cymino & anetho. *Et reliquistis quæ grauiora sunt legis, judicium & misericordiam & fidem*. Quædam enim debebantur Sacerdotibus propter se, vt decimæ, ex quibus debebant viuere: ad quædam verò tenebantur propter Deum, vt facere judicium & misericordiam; vnde Dominus ab eis ista requirebat, scilicet judicium & misericordiam. Item vult fidem propter gloriam suam. Illa autem, ad quæ tenebantur propter Deum, non curabant: sed de decimis, ad quas tenebantur propter se, bene curabant, secundùm illud ad Philip. 2. *Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi*. Quia verò dixit: *Væ vobis, qui decimatis &c.* posset aliquis dicere, quòd prohiberet Dominus decimas dare; ideò subdit: *hæc oportuit facere*. q. d. Non peccastis in istis, sed in omittendo ea, ad quæ magis tenemini. Vnde *hæc oportuit facere*, idest decimas exigere: *& illa*, scilicet judicium & misericordiam & fidem, *non omittere*. *Quod pro clericis exigentibus dictum sit*.

B *Matth. 23. lit. b. ibi. & 2. 2. 87. 2. ad 3.*

Sacerdotes quidam, sicut Pharisæi, etiam de minimis decimas exigunt: at grauiora legis non curant.

y *Veruntamen & debitum soluendi habentes, meminerint solutionem non negligere: negligunt enim reddere quæ Dei sunt, dum Ecclesiæ debent. A Deo autem quicquid possidere datur, liberaliter habemus. Nec de inferioribus aut deterioribus decimæ soluendæ sunt, sed de optimis quibusque*, Num. 18. Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini separabitis, optima & electa erunt. *Sic Abraham legimus Hebr. 7. Regi ac Sacerdoti Melchisedech decimas dedisse*: Intuemini, quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha. *Vbi Author*: Et C hoc (*inquit*) *de præcipuis*: quia *Malach. 1.* Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens, immolat debile Domino. *Et tamen hodie ab hominibus quod debilius est ac deterius, Deo immolatur: fortius autem Mundo deuouetur & melius. Hinc fruges imperfectiores Ecclesiæ redduntur: & filij ac filiæ, spiritualibus & corporalibus defectibus magis obnoxij, Deo passim in Religione destinantur: vegetiores ac meliores in seculo relinquuntur. De quo Malach. 1. cit. conqueritur & iustè Dominus, cum ait*: Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? Et, si offeratis claudum & languidum, nonne malum est? Et nunc deprecamini vultum Dei, vt misereatur vestri (de manu enim vestra factum est hoc) si quomodo suscipiat facies vestras? *q. d. Id minimè expectetis. Vnde & subdit*: Munus, *scilicet hujusmodi*, non suscipiam de manu vestra. *Quòd si ab opposito, promptè quis ac de melioribus (hoc enim sonat, Sacerdotibus primitias deberi, vt visum est:) quicquid debet de oblationibus & decimis, Ecclesiæ Deoque reddat, prosperitatem, abundantiam & benedictionem à Deo expectet. Ita habetur* Deut. 14. *vbi postquam de decimis reddendis præcepta data sunt, fine capitis concluditur*: Vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, quæ feceris. *Et Malach. 3.* Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea: & probate me super hoc, dicit Dominus: si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. *Quo loci Author*: Quod D ibi (*inquit*) subdit: *& probate me &c.* non est intelligendum causaliter, quasi adhoc soluere deberent decimas, vt probarent, si Deus aperiret eis cataractas cœli &c. Sed consecutiuè: quia scilicet si decimas suerent, (*nota*) experimento probaturi erant beneficia, quæ eis Deus conferret. *Si autem contrarium quis fecerit, denegans nimirum Ecclesiæ decimarum solutionem: penuriam simul & maledictionem expectet, quasi iterum hoc pacto Christum Dominum non semel ex auaritia traditum, Cruci affigens*: (*Hebr. 6.* Rursùm crucifigentes Filium Dei:) *præmitit enim immediatè ante, cit. cap. Malachias*: Reuertimini ad me, & non reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixistis: In quo reuertemur? Si affiget homo Deum, quia vos configitis me? Et dixistis: In quo configimus te? In decimis & in primitijs. *Moxque subijcitur*: Et in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. *Sanè ex hac vnica fortasse causa sæpe eueniunt mercíferarum nauium naufragia, siccitates, grandines, presteres, inundationes, & hujusmodi. Sibi ideo consulat vnusquisque. DISCE D. O. M. optima dare. Vide* Bona Ecclesiastica, Clericus *Tom. I.* Sacerdos, Sacrificium *Tom. III.*

Decimæ & obligationes de optimis Deo soluendæ, non de imperfectioribus.

C *Hebr. 7. l. 2. initio.*

Decimas soluentes, benedictionem à Deo expectēt: nō soluentes, vel de imperfectis, maledictionem.

D *2. 2. 97. 2. ad 1.*

VI. Qui præsidet, curam debet habere de subditis: ideò ei seruire debeat subditi, sicut membra corpori. Sicut enim membra corporis ex sibi proprio seruiunt toti corpori: sic quilibet subditus ex proprijs bonis debet seruire communitati. Matth. 17. lit. b. ibi, *Reges terræ*.

z **Q***Vemadmodum propter spirituale ministerium, decimæ à populo Sacerdotibus debentur: ita propter ministerium temporale, siue gubernium, debentur Principibus tributa. Vnde & Rom. 13. dicitur, quòd Princeps* Dei minister est in bonum: *Siquidem Principes* sunt E sub regimine Dei, quasi supremi Principis, tanquam ministri ordinati, Sap. 6. *Cum essetis ministri Regni illius &c.* Ad idem autem tendit Minister & Dominus, *Eccli. 10.* Secundùm judicem populi, sic & ministri ejus. *Idcircò, cùm non minùs* quę Dei sunt, Deo, *quàm ea* quę sunt Cęsaris, Cęsari reddenda *præcipiat Dominus Matth. 22. non abs re, decimarum occasione, aliquid & de Regijs tributis bene ducimus impræsentiarum dicendum. Sanè exhibito sibi denario*, Cujus est (*ajebat Christus loc. cit. ad Pharisæorum discipulos*) imago hęc, & superscriptio? Dicunt ei: Cęsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quę sunt Cęsaris Cęsari, & quę sunt Dei Deo. *Quasi diceret*: Vos estis F Dei & Cęsaris: & habetis in vsu vestro & quę Dei sunt & quę Cęsaris. Diuitias naturales habetis à Deo, scilicet panem & vinum: & de his date Deo. Habetis & ista artificialia, vt denarios, à Cęsare: & hęc Cęsari reddite. (Mysticè: habemus animam, quę est ad imaginem Dei, ideò eam Deo reddere debemus: *Principi autem quæ Principis sunt.*) *Cui respondet illud Apostoli cit. Rom. 13.* Ideò necessitate subditi estote, non solùm propter iram, sed propter conscientiam. *Necessitate subditi estote*, scilicet G Principibus ex necessitate, quia scilicet hoc est de necessitate salutis. Vel, *subditi estote* voluntariè *necessitati*, quę vobis imminet potentiâ Principum, vt faciatis de necessitate virtutem, *non solùm propter iram*, idest vindictam vitandam, *sed* etiam *propter conscientiam*, quia *qui potestati resistit (vt præmittebatur) Dei ordinationi resistit*. Deinde cum subdit: *ideò enim & tributa præstatis*, idest

Sicut decimæ Sacerdotibus, propter spirituale ministerium debentur: ita propter temporale tributa Principibus.

E *Rom. 13. l. 1. ibi.*

F *Matth. 22. lit. b. ibi.*

G *Rom. 13. b. 1. ibi. Matth. 17. lit. b & cap. 22. l. c. Op. 20. l. 3. c. 11. Opusc. 21. non long. à fi.*

pręsta-

Vnde dicatur tributum.

præstare debetis, in signum scilicet subjectionis, *tributa*: quæ dicuntur *tributa*, eoquòd subditi dominis ea tribuunt. *Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes: in hoc ipsum*, idest pro ipso, scilicet tributa recipiendo, *seruientes*, scilicet Deo & populo. Quasi dicat: Vnusquisque de suo ministerio viuere debet, secundùm illud 1. Cor. 9. *Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?* Et ideò cum Principes suo regimine Deo ministrent, à populo debent tributa suscipere, quasi stipendia sui ministerij: non autem ita, quòd hoc debeant sibi computare pro præmio: proprium enim præmium Principis est laus & honor, vt Philosophus dicit *in 5. Ethic.* Et cum hoc non sufficit, tyrannus fit. Sed hoc non est intelligendum de laude humana solùm, vel honore, quia tale præmium esset vanum: sed de laude & honore diuino, qui Principibus bene gubernantibus exhibetur Sap. 6. *O' Reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis.* Hujusmodi autem tributa recipiunt ad sustentationem. Laborant autem Principes ad omnium pacem, vnde dicitur 1. Tim. 2. *Obsecro primùm omnium fieri obsecrationes pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus*; Et Bar. 1. *Orate pro vita Nabuchodonosor Regis Babylonis, vt viuamus sub vmbra ejus.* Sed attendendum est, quòd cum dicat, tributa Regibus esse debita quasi laboris stipendium, dupliciter peccare possunt Principes accipiendo tributa. Primò quidem, si vtilitatem populi non procurent, sed solùm ad diripiendum bona eorum intendant: vnde dicitur Ezech. 34. *Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis.* Alio modo ex eo quòd violenter diripiunt supra statutam legem (quæ est quasi quoddam pactum inter Regem & populum) & supra populi facultatem. Vnde dicitur Mich. 3. *Audite Principes Iacob, & duces domus Israel.* Et postea subdit: *Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum.* Deinde monet ad reddendum prædictum subjectionis signum, cum dicit: *Reddite ergo omnibus debita (cui cohæret illud Christi Domini: Matth. 22.* Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari:) q. d. *Ergo*, ex quo tributum debetur Principibus, *reddite omnibus debita*. Ex quo patet, quòd ex necessitate justitiæ tenentur subditi sua jura Principibus exhibere, Matth. 18. *Oblatus est Regi vnus, qui debebat ei centum millia talenta.* Et primò ea, quæ sunt exteriora, dicens: *cui tributum*, scilicet debetis, reddite *tributum*, quia scilicet Principi tribuitur pro generali regimine, quo patriam in pace & quiete gubernat, Gen. 49. *Vidit requiem, quòd esset bona: factusque est tributis seruiens.* (Differentia autem H est inter tributum & censum. Tributum enim de agris & vineis: census autem de capite datur. Vnde in signum suæ subjectionis debet aliquid homo subjectus: & hoc census dicitur.) *Cui vectigal*, scilicet debetis, reddite *vectigal*: quod scilicet redditur Principi in aliquibus certis locis de mercimonijs, quæ deferuntur, pro reparatione viarum & custodia: (*quod & pedagium dicunt, alij* portorium: *vnde & docemur, quòd* vt stratæ I in sua communitate sint liberæ, & transeuntibus securæ, jura Principibus permittunt pedagia, *à peditibus dicta*: & Officiales Principum ipsa meritò possunt exigere, & proficiscentes debitè obligantur persoluere:) Vel *vectigal* dicitur quod datur Principi, quando per Patriam deuehitur, sicut sunt procurationes, & alia hujusmodi. Deinde ponit ea, quæ sunt interiùs exhibenda. Est autem considerandum, quòd Principi debetur & timor & honor. Timor quidem, in quantum est dominus sua potestate malos coercens à malis, Malach. 1. *Si ego Dominus, vbi est timor meus?* In quantum autem quasi Pater prouidet bonis quæ sunt in laudem eorum, debetur illi honor, Mal. 1. cit. *Si ego Pater, vbi est honor meus?* Et ideò dicit, *cui timorem*, scilicet debetis, reddite *timorem*; & *cui honorem, honorem*, 1. Pet. 2. *Regem honorificate: subditi estote in omni timore dominis.*

Principi debentur tributa quasi stipendia sui ministerij.

Principis proprium præmium, laus & honor.

Qualiter Reges tributa accipiant.

H *Matth. 17. lit. b. ibi*, Reges. Discrimen inter tributum & censum.

Quid vectigal, pedagium, & portorium.

I *Opusc. 20. l. 3. c. 11.*

Principi & timor debetur & honor.

a *Verùm quoad præfata tributa & exactiones, notat Author, quòd* constituti sunt L reditus terrarum Principibus, vt ex illis viuentes, à spoliatione subditorum abstineant. Vnde *Ezech. 45.* Domino mandante dicitur: *Principi de terra erit possessio in Israel: & non depopulabuntur vltrà Principes populum meum.* Contingit tamen aliquando, quòd Principes non habent sufficientes reditus ad custodiam Terræ, & ad alia quæ imminent rationabiliter Principibus expetenda: & in tali casu, justum est, vt subditi exhibeant, vnde possit communis eorum vtilitas procurari. Et inde est, quòd in aliquibus terris ex antiqua consuetudine domini suis subditis certas collectas imponunt: quæ, si non sunt immoderatæ, absque peccato exigi possunt, quia secundùm Apostolum 1. Cor. 9. *Quis militat suis stipendijs vnquàm?* Vnde Princeps, qui militat vtilitati communi, potest de communibus viuere, & communia negocia procurare vel per reditus deputatos; vel, si hujusmodi desint, aut sufficientes non fuerint, per ea quæ à singulis colliguntur. Et similis ratio esse videtur, si aliquis casus emergat de nouo, in quo oportet plura expendere pro vtilitate communi, vel pro honesto statu Principis conseruando, ad quæ non sufficiunt reditus proprij, vel exactiones consuetæ, putà si hostes Terram inuadant, vel aliquis similis casus emergat. Tunc enim & præter solitas exactiones possent licitè terrarum Principes à suis subditis aliqua exigere pro vtilitate communi. *Porrò* Officium M publicanorum, qui scilicet vectigalia publica exigunt, ex propinquo habet peccatum adnexum, quamuis sine peccato quandoque exerceri possit. *Pauldque post subduntur conditiones: si videlicet* de authoritate Principis fiat, & causâ communis vtilitatis, & non immoderata recipiantur telonia, *hoc est, vectigalia. Eapropter autem vsurpat Author verbum illud* quandoque: *quia ex Chrysostomo publicani*, cum tributa N recipiunt, *vt plurimùm* multa sibi acquirunt, & vltra quàm commissum sit, sibi recipiunt. *Ex quo hujusmodi ministri, publici dicuntur peccatores, & cum publicis meretricibus* Matth. 21. *numerantur & nominantur*: Publicani & meretrices. *Hinc Matth. 18.* Sit tibi sicut ethnicus & publicanus, *idest sicut publicus peccator*: Ethnici enim O sunt Gentiles & infideles: *publicani* verò, qui tributa recipiunt, qui sunt publici peccatores. *Et hac quidem de causa, admirabilis censetur præ cæteris Matthæi vocatio, quòd actualiter in telonio sedens, vocatus à Christo, ipsi confestim adhæserit, Matth. 9.* Surgens secutus est eum. *Siquidem* telonium P erat locus, vbi vectigalia recipiebantur: vnde erat in quodam statu, vbi vix homo viuere potest sine peccato. *Et quidem* inter Q peccatores, illi maximè sunt, qui vectigal recipiunt. *Radix autem est ex occasione lucri: communis namque* peccatum R hominum est auaritia, *sicut* peccatum mulierum est luxuria, cum sint ociosæ. *Experientia vtrorunque quotidiana.*

L *Op. 21. circ. fi. Opusc. 20. l. 3. c. 5. & 11. & l. 4. c. 20.*

Iuxta exigentiam & necessitatem Principis, ei à populo subueniendum.

M *q. d. 16, 4. 2. q. 3.* An sine peccato possit officium publicanatus exerceri.

N *Matth. 21. lit. b. ibi*, Publicani.

Publicani, publici peccatores.

O *Matth. 18. lit. b. ibi & cap. 21. l. c.*

Cur mirabilis Matthæi vocatio.

P *Matth. 9. lit. b. ibi.*

Q *Ibid. post pauca.*

R *Matth. 21. lit. b ibi*, Publicani.

Communius virorum peccatum auaritia, mulierum luxuria.

b *Cæterùm alicubi* ab hoc S debito (*tributa scilicet Principibus reddendi*) liberi sunt Clerici ex priuilegio Principum (*Principum inquam priuilegio: sub quorum enim tutela & ipsi viuunt, debent non secus ac cæteri subditi, quod par est, ipsis reddere:*) quod quidem æquitatem naturalem habet. Vnde etiam apud Gentiles liberi erant à tributis illi, qui vacabant rebus diuinis. Legitur enim Gen. 47. quòd *Ioseph subjecit Pharaoni omnem Terram Ægypti, præter Terram Sacerdotum, quæ à Rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur.* Et infrà dicitur, quòd *in vniuersa Terra*

S *Rom. 13. l. 1. ibi*, Tributa, *Hebr. 7. l. 1.*

Clerici ex Principum priuilegio à tributis exempti.

Digitized by Google

Ægypti, quinta pars soluitur, absque terra Sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Hoc autem ideò æquum est: quia sicut Reges solicitudinem habent de bono publico in bonis temporalibus; ita ministri Dei in spiritualibus: & sic per hoc, quòd Deo in spiritualibus ministrant, recompensant Regi quod pro eorum pace laborat. *Clarum autem rei hujus exemplum præbuit & ipse Dominus Matth. 17. Nam*, cum venisset Capharnaum, accesserunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachma? Ait: etiam. Et cum intrasset in domum, præuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur, Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum? à filijs suis, an ab alienis? & ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. *Quo loci Author*: Soluebatur inquit census T ex lege Imperatoris: Iudæa enim nuper tributaria erat Romanorum, vt pro capite censum solueret. *Ergo liberi sunt filij.* Ex hoc vult Christus argumentari, quòd cum filij Regum non soluant tributum, ipse non tenetur. Est enim Rex regum, per quem omnes regnant. Item secundùm carnem erat ex semine Regio, Rom. 1. *Qui factus est ex semine David secundùm carnem.* Sed & istud (*post pauca*) veritatem habebat de illo, qui per naturam erat Filius: ille enim verè erat liber. *Verumtamen* (*subjicit ibi*) *vt non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore ejus, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te.* Verum quidem est, quòd Dominus liber est: sed quia *formam serui accepit*, vt habetur *Philip.* 2. ideò non recusauit soluere. Et in hoc dedit exemplum humilitatis: (*simulque docuit fortiori jure promptè Principibus reddere quod debemus*:) Item, admiranda est paupertas Christi: quia ita pauper fuit, quòd non habuit vnde solueret, 2. Cor. 8. *Propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis.* Sed potest quis objicere: Nonne *ex Ioan.* 12. loculos habebat? Verum est: sed omnia data, erant in vsus pauperum. Rapinam autem arbitrabatur, quod erat ad vsus pauperum, in alios vsus expendere. *Cum verò dixerit Dominus*: ergo liberi sunt filij; *non ideò Christianos omnes, qui secundùm spiritum sunt filij* (*ad Gal.* 4. Non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit:) *eximere à tributis intendit. Ibi enim* loquitur V de se, & suis discipulis, qui nec seruilis conditionis erant, nec res temporales habebant, quibus suis dominis obligarentur ad tributa soluenda. Et ideò non sequitur, quòd omnis Christianus, hujusmodi libertatis sit particeps: sed solùm illi, qui sequuntur Apostolicam vitam, nihil in hoc Mundo possidentes, & à conditione seruili immunes. *Neque enim habent quod reddant. Quòd si Christicolæ à tributis eximerentur soluendis: plures fortasse infideles, non ex veræ Religionis motiuo, sed vt hac exemptione gauderent, Christianam fidem amplexarentur.*

c *Nemo igitur, nisi ex speciali Principum priuilegio, à soluendis cui temporaliter subjacet tributis eximitur. Et hoc est, quod aiebat initio Author*: Sicut membra X corporis ex sibi proprio seruiunt toti corpori: sic quilibet subditus ex proprijs bonis debet seruire communitati, *cui Princeps præsidet: ob cujus temporale ministerium sibi tributa debentur, vt visum est. Nonsecus & de mystico Ecclesiæ corpore, cujus Caput est Christus, scribit Apostolus ad Ephes.* 4. Crescamus in illo per omnia, qui est Caput Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem juncturam subministrationis, secundùm operationem in mensuram vniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. *Verùm* (*quod indecens valdè & injustum est*) *Principibus dulciter suauiterque regentibus debita tributa negemus, vel saltim diminuere quantum possumus atque subtrahere aduitimur: diabolo autem, crudeli animarum tyranno, quæ Dei sunt atque Principis, tam promptè tributa reddimus, cor nostrum & mentem, atque temporalem substantiam impiè per peccatum donantes: nec sacrificio submoto, cui ignem suppetit luxuria, fumum superbia, thus fama graueolens: in quo victima cæditur miserabiliter anima, à Deo creata & redempta,* Deut 32. Immolauerunt dæmonijs, & non Deo. *Dei autem ministri sunt, Mundani Principes, vt in superioribus præstatum est. DISCE ergo reddere quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Vide* Princeps *Tom.* III.

De censu reddendo exemplum Christi.

T Matth. 17. lit. b. ibi. Iudæi Romanorum tributarij.

Humilitatis & paupertatis exemplum in Christo.

Quia Christus à tributis liber, non ideò liberi omnes Christiani.

V 1. d. 44. 2. 1. ad 1. & Matt. 17. l. c.

Sed solùm Apostolicam vitam sectantes, nihil possidentes: neque enim habent quod reddant.

Nemo à tributis soluendis, nisi ex priuilegio, eximitur.

X Matth. 17. lit. A. ibi, Reges terræ.

Tributa diabolo reddimus, Deo & Principibus negamus.

DEDICATIO. Vide ECCLESIA.
DEFENSIO. Vide JUDEX.

DEFUNCTI.

VII. Qui Purgatorium negant, contra diuinam justitiam loquuntur: & propter hoc, erroneum est negare, & à fide alienum. 4. d. 21. 1. 1. q. 1. c.

d Plura circa Defunctos *V.* Anima separata, & *V.* Damnatus, *tum primo, tum hoc secundo tomo prætacta sunt. Nunc verò specialiùs de animabus flammæ purgatoriæ addictis, atque in loco, quem* Purgatorium *vocant, detentis disserendum est. Sanè Purgatoria hæc pœna adumbrari videtur Matth.* 5. *cum dicitur*: Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via cum eo: ne fortè tradat te aduersarius judici, & judex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi: non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. *Quæ verba licèt & de Inferni pœna exponantur* (vnde Y Augustinus: Donec *inquit* non significat hic finem pœnæ, sed continuationem miseriæ. q. d. Semper solues, & nunquam persolues: sicut in Psal. 109. *Sede à dextris meis, donec ponam &c.* idest, semper sedebis:) *nihilominus & de pœna potest intelligi purgatoria, cum dicitur*: donec reddas nouissimum quadrantem; *idest* (*vt ibid. exponitur*) minutissima peccata: *vt noueris, hominem de rigore diuinæ justitiæ, pœnæ fore purgatoriæ obnoxium pro minimis etiam venialibus, quæ dicuntur* minutissima peccata *respectu mortalium; quorum tamen reatum, non minùs quàm lethalium, debet homo post hanc vitam purgare. Immò* quædam sunt Z grauissima in genere venialium, & difficillimè purgabilia: & hæc per lignum significantur: quædam minima, quæ per stipulam: quædam media, quæ per fœnum significantur, *vt tangit Apostolus* 1. *Cor.* 3. *Igitur nedum pro mortalibus, sed & pro venialibus animæ torquentur. Et ratio adducitur*. Contingit enim A quandoque aliquos pro peccatis commissis, de quibus tamen finaliter pœnitent, pœnitentiam non impleuisse in hac vita. Et quia ordo diuinæ justitiæ habet, vt pro culpis pœnæ reddantur: oportet dicere, quod post hanc vitam animæ pœnam exsoluunt, quam in hoc Mundo non exsoluerunt. Similiter etiam contingit, aliquos ex hac vita decedere sine peccato mortali, sed tamen cum peccato veniali, per quod ab vltimo fine non auertuntur, licèt circa ea, quæ sunt ad finem, indebitè inhærendo peccauerint. Quæ quidem peccata in quibusdam viris perfectis ex feruore charitatis purgantur. In alijs autem oportet per aliquam pœnam hujusmodi peccata purgari: quia ad vitam æternam consequendam non perducitur, nisi qui ab omni peccato, & defectu fuerit immunis, *juxta illud Apoc.* 21. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum. (*Quod quidem significatur Matth.* 13. Colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum. *Vbi Author*: Nota inquit quòd B zizania fuit colligata, ideò non fuit exclusa: triticum

Purgatorij figura.

Y Matth. 5. lit. g. In 4. d. 21. 1. 2. q. 1. in sed contra.

Etiam venialia peccata purgantur.

Z In 4 l. c. in corp.

Venialium alia majora, alia minora.

A Op. 3 c. 181. & 182 & Op. 2. cap. 9. In 4. d. 21. 1. 1. q. 1. ad Amb. ibid. a. 1. c. Purgatorij necessitas.

B Matth. 13. lit. b. ibi.

cum verò fuit excussum. Et hoc significat, quòd mali cum suis inquinamentis in Infernum mittentur: sed boni penitùs erunt purgati.) *Hoc autem idcircò est: quia deleta etiam per gratiam culpa tam mortali quàm veniali, remanet reatus:* qui *nihil aliud* est, *quàm* obligatio C ad pœnam propter actus inordinatè commissos. *Quod innuitur satis 2. Mach.* 12. Salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur; *hoc est, à reatu peccatorum, videlicet à pœna debita pro culpis admissis, quanquam deletis per gratiam. Pro quorum clariori notitia sciendum, quòd* in peccato D mortali duo sunt, scilicet auersio ab incommutabili bono, & conuersio ad bonum commutabile inordinata. Ex parte ergo auersionis ab incommutabili bono, consequitur peccatum mortale reatus pœnæ æternæ: vt qui contra bonum æternum peccauit, in æternum puniatur. Ex parte autem conuersionis ad bonum commutabile, in quantum est inordinata, consequitur peccatum mortale reatus alicujus pœnæ: quia inordinatio culpæ non reducitur ad ordinem justitiæ, nisi per pœnam: justum est enim, vt qui voluntati suæ plùs indulsit, quàm debuit, contra voluntatem suam aliquid patiatur: sic enim erit æqualitas; vnde Apoc. 18. dicitur: *Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit: tantum date illi tormentum & luctum.* Quia tamen conuersio ad bonum commutabile est finita, non habet ex hac parte peccatum, quòd debeatur ei pœna æterna: vnde si sit inordinata conuersio ad bonum commutabile sine auersione à Deo, sicut est in peccatis venialibus, non debetur peccato pœna æterna, sed temporalis. Quando igitur per gratiam remittitur culpa, tollitur auersio animæ à Deo, in quantum per gratiam anima Deo conjungitur; vnde & per consequens simul tollitur reatus pœnæ æternæ. Potest tamen remanere reatus alicujus pœnæ temporalis. *Et hæc, nisi in vita exsoluatur, debet post mortem in Purgatorio exsolui, vt prætactum est, ad hoc vt justitiæ seruetur æqualitas. Et notandum (ne tam facilè venialia etiam peccata paruipendas) quòd* quædam E venialia sunt majoris adhærentiæ, quàm alia, secundùm quod affectus magis ad ea inclinatur, & fortiùs in eis figitur. Et quia ea, quæ sunt majoris adhærentiæ, tardiùs purgantur: ideò quidam in Purgatorio diutiùs, quam alij, torquentur. *Et quidem* acerbitas F pœnæ propriè respondet quantitati culpæ: sed diuturnitas respondet radicationi culpæ in subjecto. Vnde potest contingere, quòd aliquis diutiùs moretur, qui minùs affligitur: & è conuerso.

Remissa culpa, remanet reatus.

C 3.d.36.1.5. ad 2. In 2.d. 30.1.2.c. In 4. d.14.2.1.q.2. c. & d.21.1.3. q.2.c.

Reatus quid.

Pro reatu tam mortalis, quàm venialis peccati animæ purgantur.

D 3.p.86.4.c. & 88.1.c. & 1.2.87.4.3.4. 5. & 6. In 2.d. 32.1.1.c. & d.42.1.2.c. & alibi.

E 4.d.21.1.3. q.3.c.

Aliqui propter sola venialia diutius torquentur propter radicationem affectus in illis.

F Ibid. ad 1. & d.46.1.1. [illegible] c. & q.2. a.2. q.1. ad 2. Ma.7.10.ad 2. & 1.2.87. 4. ad 1.

e *Hujus autem occasione doctrinæ, ea offertur quæstio discutienda: an & quonam modo remitti in Purgatorio possit, etiam quoad culpam, veniale peccatum, cum quo contingat quis è vita decedere, at sine mortali. Et Respondet in primis Author, quòd* in futura G vita mortale peccatum nunquam potest remitti quantùm ad culpam: non enim post hanc vitam anima immutatur essentiali immutatione per gratiæ & charitatis infusionem de nouo. Culpâ autem non dimissâ, nec pœna remittitur. Sed de peccato veniali quidam dixerunt, quòd in habentibus charitatem semper dimittitur in hac vita quantùm ad culpam: sed post hanc vitam dimittitur quantùm ad pœnam, per pœnæ scilicet solutionem. Sed hoc quidem satis probabile videtur in ijs, qui cum vsu rationis ex hac vita recedunt: non enim est probabile, quòd aliquis in charitate existens, & cognoscens sibi mortem imminere, non moueatur motu charitatis & in Deum & contra omnia peccata, quæ fecit, etiam venialia. Et hoc sufficit ad remissionem venialium quantùm ad culpam, & fortassis etiam quantùm ad pœnam, si sit intensa dilectio. Sed quandoque contingit, quòd aliqui in ipsis actibus peccatorum venialium, vel in proposito venialiter peccandi, occupantur somno, vel aliqua passione auferente vsum rationis, & præueniuntur morte antequam possint habere vsum rationis: (*quod non rarò contingit in subitaneo interitu.*) Quibus, manifestum est, quòd in hac vita peccata venialia non dimittuntur: & tamen propterea non impediuntur perpetuò à vita æterna: ad quam nullo modo perueniunt, nisi omnino immunes ab omni culpa effecti. Et ideò oportet dicere, quòd venialia dimittuntur eis post hanc vitam, etiam quantùm ad culpam, eo modo quo remittuntur in hac vita, scilicet per actum charitatis in Deum, repugnantem venialibus in hac vita commissis. Quia tamen post hanc vitam non est status merendi; ille dilectionis motus in eis tollit quidem impedimentum venialis culpæ: non tamen meretur absolutionem vel diminutionem pœnæ, sicut in hac vita. *Vel dicendum, quòd* post hanc H vitam non potest esse meritum respectu præmij essentialis: sed respectu alicujus accidentalis potest esse, quandiu manet homo in statu viæ aliquo modo. Et ideò in Purgatorio potest esse actus meritorius quantùm ad remissionem culpæ venialis.

An quoad culpam venialia possint in Purgatorio remitti; & quomodo.

G Ma.7.11.f. c. In 2.d.43. exp. tex. In 4. d.16.1.2.q.4. ad 1. & d.21. 1.3.q.1.

H In 4.d.21. 1.3.q.1.ad 4. & d.45.2.1.q. 2.ad 3.

Num in Purgatorio detur locus merito.

f *Porrò* in Purgatorio erit I duplex pœna. Vna damni, in quantum scilicet retardantur à diuina visione: (*ad differentiam damnatorum, qui ab ea non retardantur, sed in perpetuum excluduntur:*) alia sensus, secundùm quòd ab igne corporali punientur. Et quantùm ad vtrunque pœna Purgatorij minima excedit maximam pœnam hujus vitæ. Quanto enim aliquid magis desideratur, tantò ejus absentia est molestior: & quia affectus, quo desideratur summum bonum post hanc vitam, in animabus sanctis est intensissimus, quia non retardatur affectus mole corporis; & etiam quia terminus fruendi summo bono jam aduenisset, nisi aliquid impediret: ideò de tardatione maximè dolent. (*Hujus prætulit vmbram pœnæ Absalom, qui licèt in gratiam redijsset Patris: vti sunt in Dei gratia & animæ illæ: eam tamen audiuit ab illo latam fuisse sententiam 2. Reg. 14.* Reuertatur in domum suam, & faciem meam non videat; *vnde & fin. cap. ad hujus pœnæ atrocitatem innuendam:* Obsecro, *dicebat*, vt videam faciem Regis. Quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me.) Similiter etiam, cum dolor non sit læsio, sed læsionis sensus, tantò aliquis magis dolet de aliquo læsiuo, quantò magis est sensitiuum: vnde læsiones, quæ fiunt in locis maximè sensibilibus, sunt maximum dolorem causantes. Et quia totus sensus corporis est ab anima: ideò, si in ipsam animam aliquod læsiuum agat, de necessitate oportet, quòd maximè affligatur. Anima autem ab igne corporali patitur, vt ad presens supponimus (*de quo vide suprà N. III. lit. e.*) & ideò oportet, quòd pœna Purgatorij quantùm ad pœnam damni & sensus excedat omnem pœnam istius vitæ. *Omnem inquam pœnam istius vitæ, etiam quam sustinuit nedum quilibet Martyr, sed & Martyrum omnium Rex, Saluator noster. Siquidem* dolor L animæ separatæ patientis pertinet ad statum futuræ damnationis, quæ excedit omne malum hujus vitæ: sicut Sanctorum gloria excedit omne bonum præsentis vitæ. Vnde cum dicimus, Christi dolorem fuisse maximum, non comparamus ipsum dolori animæ separatæ. *Quod valdè menti imprimatur. Nam* pro eadem M culpa grauiùs punitur quis in Purgatorio, quàm in hac vita, ratione alterius fori (*in quo scilicet suas agit sola justitia partes:*) tamen illa aggrauatio proportionaliter respondet pœnæ, cujus homo in hac vita reus erat. Et hoc debet homo sibi imputare: quia illic reseruauit sibi pœnam pro culpa accipiendam: *cum posset hìc soluere. Sanè si leuis manus Domini tactus, acriter adeò excruciabat Iobum, vt clamaret afflictus, non secus ac animæ è Purgatorijs flammis, ad amicos suos:* Miseremini mei, saltem vos

Duplex inibi pœna, damni & sensus.

I In 4.d.21.1. 1.q.3.c. & d. 20.1.1.q.3. ad 2.

Minima Purgatorij pœna maximam hujus vitæ excedit.

Pœnas etiam Martyrum, & Christi patientis.

L 3.p.46.6.ad 3. In 4.d.20.1. c. ad 3. & d. 21.1.c.

Ex Dei justitia.

M 4.d.20.1.1. q.3.ad 2.

Digitized by Google

amici mei, quia manus Domini tetigit me: *quid dicemus de igneo diuinæ justitiæ gladio animas illas ad plenam purgationem percutiente? Justa enim ira omnipotentis Dei habet inibi actionem; vnde & docemur, quòd* furor Dei N ardet in Inferno, ira in Purgatorio, sagitta siue correptio amoris in hoc Mundo. *An verò pœnas hasce voluntariè sustineant: Respondet Author: quòd* aliquid O dicitur voluntarium dupliciter. Vno modo voluntate absoluta: & sic nulla pœna est voluntaria, quia ex hoc est ratio pœnæ, quòd voluntati contrariatur. Alio modo dicitur aliquid voluntarium voluntate conditionata, sicut vstio est voluntaria propter sanitatem consequendam: & sic aliqua pœna potest esse voluntaria dupliciter. Vno modo, quia per pœnam aliud bonum acquirimus: & sic ipsa voluntas assumit pœnam aliquam, vt patet in satisfactione. Vel etiam, quia ille libenter eam accipit, & non vellet, eam non esse, sicut accidit in martyrio. Alio modo, quia quamuis per pœnam nullum bonum nobis accrescat: tamen sine pœna ad bonum peruenire non possumus, sicut patet de morte naturali: & tunc voluntas non assumit pœnam, & vellet ab ea liberari; sed eam supportat: & quantùm adhoc voluntaria dicitur. Et sic pœna Purgatorij est voluntaria.

N Op. 58. c. 13. post med.

An animæ purgatorias pœnas voluntariè sustineant.

O 4. d. 21. 1. 1. q. 4. c. & 1. 2. 87. 6. c.

Pœna voluntati contrariatur.

Potest hæc esse dupliciter voluntaria.

g *Exercetur autem ibi pœna sensus per solum ignem, non per cætera, quibus damnatos in Inferno excruciari, suprà docuimus, ex illo Psal.* 10. Pluet super peccatores laqueos: ignis & sulphur & spiritus procellarum, pars calicis eorum. *Et ratio adducitur: quia* pœna P Purgatorij non est principaliter ad affligendum, sed ad purgandum: vnde per solum ignem fieri debet, qui habet maximam vim purgatiuam. Sed damnatorum pœna non ordinatur ad purgandum, *sed præcipuè ad affligendum; idcircò per plura cruciantur: ita tamen*, vt idem ignis Q sit, qui damnatos cruciat in Inferno, & qui justos in Purgatorio purgat. *Et quidem sola Dei justitia est, qua per flammas illas animæ purgantur, non aliorum ministerio. Etenim* sicut R post diem judicij diuina justitia incendet ignem, quo damnati in perpetuum punientur: ita etiam nunc solâ justitiâ diuinâ electi post hanc vitam purgantur. Non ministerio dæmonum, quorum victores extiterunt: nec ministerio Angelorum, quia ciues suos non tam vehementer (*nota pœnæ acerbitatem*) affligerent. *Non inquam ministerio dæmonum:* Injustum *enim* est S vt qui de aliquo triumphauit, ei subjiciatur post triumphum. Illi autem, qui sunt in Purgatorio, de dæmonibus triumphauerunt, sine peccato mortali decedentes. *Verùm, nedum ratione suadetur isthæc sensus pœna per ignem: sed & ex Sacra Scriptura euidenter innotescit. Nam Zach.* 13. *dicitur:* Et erunt in omni terra, dicit Dominus: partes duæ in ea dispergentur & deficient: & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem: & vram eos, sicut vritur argentum; & probabo eos, sicut probatur aurum. Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. *Cujus expositionem verè auream vide infrà N. IX. lit. u. Sap. item* 6. Tanquam aurum in fornace probauit illos Deus: *& Job* 23. Ipse scit viam meam: & probabit me quasi aurum, quod per ignem transit. *Apostolus tandem* 1. *ad Cor.* 3. *inquit.* Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, lignum, fœnum, stipulam: vniuscujusque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuscujusque opus quale sit, ignis probabit. Si cujus opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cujus opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem. *Quorum primorum expositionem verborum vide pro nunc* T. *Nos quoque de his alibi ex instituto.*

Pœna ibi sensus per solum ignem, & quare.

P 4. d. 50. 2. 3. q. 1. ad 2. & d. 21. 1. 1. q. 2. ad 2.

Q In 4. d. 21. 1. c. in corp.

Idem ignis damnatos cruciat in Inferno, & justos in Purgatorio.

R Ibid. quæstiunc. 3.

Nec Angelorum, nec dæmonum ministerio torquentur.

S Ibid. in sed contra.

Ignis pœna ibi ex Apostolo.

T 1. Cor. 3. l. 2. ibi. & 1. 2. 89. 2. c. & ad 1. In 4. d. 21. 1. 2. q. 2. ad 3.

h *Quoad ea verò, quæ sequuntur:* Dies Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuscujusque opus quale sit, ignis probabit &c. *Author noster:* Sciendum *inquit* quòd tunc V dicitur esse tempus & dies alicujus rei, quando est in optimo statu, & maximo sui posse; vnde & Eccle. 3. dicitur: *Omnia tempus habent.* Quando ergo homo suam voluntatem implet, etiam contra Deum; tunc est dies hominis. Vnde Ierem. c. 17. *Diem hominis non desideraui: tu scis.* Dies verò Domini dicitur, quando voluntas Domini completur de hominibus, qui per ejus justitiam vel præmiabuntur, vel damnabuntur, secundùm illud Psal. 74. *Cum accepero tempus, ego justitias judicabo.* Vnde secundùm triplex Dei judicium, tripliciter potest intelligi *dies Domini.* Erit enim quoddam judicium generale omnium, secundùm illud Matth. 12. *Viri Niniuitæ surgent in judicio &c.* Et secundùm hoc *dies Domini* dicitur nouissimus dies judicij, de quo 2. Thess. 2. *Non terreamini, quasi instet dies Domini.* Et secundùm hoc intelligitur, *dies Domini declarabit:* quia in die judicij manifestabitur differentia humanorum meritorum, Rom. 2. *In die, cum judicabit Deus occulta hominum.* Aliud autem est particulare judicium, quòd fit de vnoquoque in morte sua, de quo habetur Luc. 16. *Mortuus est diues, & sepultus est in Inferno. Mortuus est autem mendicus, & portatus est ab Angelis in sinum Abrahæ.* Et secundùm hoc, *dies Domini* potest intelligi dies mortis, secundùm illud 1. Thess. 5. *Dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.* Sic ergo *dies Domini declarabit:* quia in morte vniuscujusque ejus merita patent; vnde dicitur Prou. 11. *Mortuo homine impio, nulla erit vltra spes;* & cap. 14. *Sperat autem justus in morte sua.* Tertium autem est judicium in hac vita, in quantum Deus per tribulationes hujus vitæ interdum homines probat; vnde dicitur 1. Cor. 11. *Cum judicamur à Domino corripimur, vt non cum hoc Mundo damnemur.* Et secundum hoc dicitur *dies Domini*, dies temporalis tribulationis, de quo dicitur Soph. 1. *Vox diei Domini amara: tribulabitur ibi fortis. Dies* ergo *Domini declarabit:* quia in tempore tribulationis affectus hominis probatur, Eccli. 27. *Vasa figuli probat fornax: & homines justos tentatio tribulationis.* Deinde ostendit, per quod fiet ista declaratio, quia per ignem: *quia in igne reuelabitur;* scilicet *dies Domini.* Nam dies judicij (*generalis*) *reuelabitur in igne*, qui præcedet faciem judicis, exurens faciem Mundi, & inuoluens reprobos, & justos purgans: de quo in Psal. 96. *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus. Dies* autem *Domini*, qui est dies mortis, *reuelabitur in igne* Purgatorij, de quo potest intelligi quod dicitur Iob 23. suprà cit. *Probabit me quasi aurum, quod per ignem transit. Dies* verò *Domini*, qui est dies tribulationis, diuino judicio permissæ, *reuelabitur in igne* tribulationis, de quo dicitur Eccli. 2. *In igne probatur aurum & argentum; homines verò receptibiles in camino humiliationis.* Et sic *vniuscujusque opus quale sit, ignis probabit:* quia scilicet per quemlibet ignium prædictorum probantur merita hominis vel demerita; vnde Psal. 16. dicitur: *Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.* Deinde, cum dicit: *si cujus opus manserit;* idest alicujus opus, quod ipse superædificauit, *manserit*, scilicet in igne: *ille*, scilicet qui superædificauit, *mercedem accipiet*, Ier. 31. *Est merces operi tuo;* Et Isa. 40. *Ecce merces ejus cum eo.* Dicitur autem aliquod opus in igne permanere illæsum dupliciter. Vno modo ex parte ipsius operantis: quia scilicet ille, qui hoc facit opus, scilicet bonæ doctrinæ, vel quodcunque bonorum operum, propter hujusmodi opus non punitur: in quantum scilicet nec torquebitur igne Purgatorij, nec igne qui præcedet faciem judicis, nec etiam æstuat igne tribulationis. Qui enim non immo-

derate

V 1. Cor. 3. l. 2. ibi. In 4. l. c. 2. 1. q. 2. ad 3. Op. 3. c. 9. Serm. 1. & 2. ex Epist. Dom. 1 Adu.

Quis Domini, & quis hominis dies.

Dies Domini triplex.

Dies generalis judicij.

Dies mortis, siue judicij particularis.

Dies temporalis tribulationis.

Dies judicij generalis reuelabitur in igne vltimæ conflagrationis.

Dies mortis, siue judicij particularis, in igne Purgatorij.

Dies tribulationis in igne tribulationis.

Opus dupliciter illæsum dicitur in igne manere.

Digitized by Google

deratè temporalia dilexit, consequens est, quòd non nimis doleat de eorum amissione: dolor enim causatur ex amore rei, quæ amittitur; vnde superfluus amor superfluum generat dolorem. Alio modo potest intelligi ex parte ipsius operis: quolibet enim prædictorum judiciorum superueniente homini, permanet & opus bonæ doctrinæ, & quodcunque aliud bonum opus. Nam igne tribulationis superueniente, non cessat homo neque à vera doctrina, neque à bono opere virtutis. Vtrunque autem hoc permanet homini quantùm ad meritum & in igne Purgatorij, & in igne, qui præcedet faciem judicis. Deinde, cum dicit: *Si cujus opus arserit*, scilicet per aliquem ignium prædictorum, *detrimentum patietur*, scilicet qui hoc operatus est: non tamen vsque ad damnationem; vnde subdit: *Ipse autem saluus erit*, scilicet salute æterna, secundùm illud Is. 45. *Israel saluatus est in Domino salute æterna*; & addit: *sic tamen quasi per ignem:* quem scilicet priùs sustinuit vel in hac vita, vel in fine hujus vitæ, vel in fine Mundi (*qui est triplex præfatus ignis:*) *vnde dicitur Psalm. 65.* Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium; *Et Is. 43.* Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te: quia Ego Dominus Deus tuus Sanctus Israel Saluator tuus. *Profectò illud Apostoli:* Si cujus opus arserit, detrimentum patietur; *nonnisi de purgatorio igne intelligendum venit:* non enim X potest hoc intelligi de igne Inferni, quia qui illum ignem patiuntur, non saluantur. *Ait autem Apostolus:* Ipse autem saluus erit; sic tamen quasi per ignem, *vt ibidem subijcitur.* Oportet ergo, quod intelligatur de aliquo igne purgante. *Nec propter id, quod præmittitur:* Dies Domini declarabit, quia in igne reuelabitur; *exponendum hoc est de igne vltimæ conflagrationis.* Nam dies *quidem* Domini Y quoad vniuersale judicium *in igne reuelabitur*, qui faciem judicis præcedet, quo reprobi ad judicium trahentur; & justi, qui viui reperientur, purgabuntur: sed & dies Domini, quo vnumquemque in sua morte judicat, *in igne reuelabitur*, qui purgat bonos, & impios condemnat, *vt jam jam dictum est. Cujus occasione, obiter sciendum, quòd* illi qui Z in fine Mundi viui reperientur, parùm habebunt de cremabilibus, præcedentibus tribulationibus prępurgati. Poterit etiam fieri, vt acerbitas pœnæ modici temporis (*breuis enim* ex Augustino *erit mora inter eorum mortem, & resurrectionem*) recompenset diuturnitatem pœnæ in alijs. *Et, vt ad primum regrediamur*, per hoc A excluditur error quorundam Græcorum, qui Purgatorium negant: & dicunt, animas ante corporum resurrectionem neque ad Cœlum ascendere, neque in Infernum demergi. *Igitur bene asserebat ab initio Author:* Qui Purgatorium negant, contra diuinam justitiam loquuntur: & propter hoc, erroneum est, & à fide alienum.

X *Op. 2. l. c. fi.*

Y *Ibid.*

Homines in fine Mundi viuentes, quia mox resurrecturi, an in Purgatorio purgandi.

Z *Quol. 2. a. 14. ad vlt. In 4. d. 45. expos. tex. circ. fi.*

Græcorum error de Purgatorio.

A *4. cont. G. c. 91. fi. Op. 1. fi. & Op. 2. c. 9.*

i *Quòd si quæras, vbi locus Purgatorij situs? Respondet primò Author: quòd* quadruplex B est Infernus. Vnus est Infernus, in quo sunt tenebræ & quantùm ad carentiam diuinæ visionis, & quantùm ad carentiam gratiæ; & est ibi pœna sensibilis: & hic *Infernus* est locus damnatorum. Alius est Infernus supra istum, in quo sunt tenebræ & propter carentiam diuinæ visionis, & propter carentiam gratiæ; sed non est ibi pœna sensibilis: & hic dicitur *Limbus puerorum.* Alius supra hunc est, in quo sunt tenebræ quantùm ad carentiam diuinæ visionis, sed non quantùm ad carentiam gratiæ; sed est ibi pœna sensus: & dicitur *Purgatorium.* Alius magis supra est, in quo est tenebra quantùm ad carentiam diuinæ visionis, sed non quantùm ad carentiam gratiæ: neque est ibi pœna sensibilis: & hic est *Infernus Sanctorum Patrum. Horum verò locorum vlteriùs conuenientia assignatur.* Nam receptacula animarum C distinguuntur secundùm diuersos status earum. Anima autem conjuncta mortali corpori habet statum merendi: sed exuta à corpore, est in statu recipiendi pro meritis bonum vel malum. Ergo post mortem vel est in statu recipientis finale præmium, vel est in statu, quo impeditur ab illo. Si autem est in statu recipientis finalem retributionem, hoc est dupliciter, vel quantùm ad bonum; & sic est Paradisus: vel quantùm ad malum; & sic ratione actualis culpæ (*intellige, mortalis*) est Infernus (*damnatorum:*) ratione autem originalis est Limbus puerorum. Si autem est in statu, quo impeditur à finali retributione consequenda, vel hoc est propter defectum naturæ; & sic est Limbus Patrum, in quo detinebantur Patres à consecutione gloriæ propter reatum humanæ naturæ, qui nondum poterat expiari. Vel hoc est propter defectum personæ; & sic est Purgatorium, in quo detinentur animæ, ne statim præmium consequantur propter peccata, quæ commiserunt, *nondum videlicet debita eis pœna persoluta. Verumtamen, absolutè loquendo*, de loco D Purgatorij non inuenitur aliquid expressè determinatum in Scriptura: nec rationes possunt adhoc efficaces induci. Tamen probabiliter, & secundùm quòd consonat magis Sanctorum dictis, & reuelationi factæ multis, locus Purgatorij est duplex. Vnus secundùm legem communem: & sic locus Purgatorij est locus inferior, Inferno conjunctus, ita quòd idem ignis sit, qui damnatos cruciat in Inferno, & qui justos in Purgatorio purgat: quamuis damnati, secundùm quòd sunt inferiores merito, & loco inferiores ordinandi sint. Alius est locus Purgatorij secundùm dispensationem: & sic quandoque in diuersis locis aliqui puniti leguntur, vel ad viuorum instructionem; vel ad mortuorum subuentionem: vt viuentibus eorum pœna innotescens (*nota*) per suffragia Ecclesiæ mitigetur. *DISCE, perfecta charitate feruere, ne te oporteat purgatorijs ardere flammis.*

B *3. d. 22. a. 1. q. 2. c.*

Infernus quadruplex.

Vbi situs Purgatorij locus.

C *4. d. 45. 1. 3. c.*

Horum locorum conuenientia.

D *4. d. 21. 1. 1. q. 2. c.*

Purgatorij duplex locus.

Idem ignis damnatorum, & purgandorum.

Damnati in loco inferiori, quàm qui purgantur.

Aliqui extra Purgatorium puniuntur, & quorsum.

VIII. Ideò SS. Patres de suis corporibus tumulandis curauerunt, vt ostenderent, corpora mortuorum ad Dei prouidentiam pertinere: non quòd corporibus mortuis aliquis sensus insit; sed propter fidem resurrectionis astruendam. *In 4. d. 45. 2. 3. q. 3. ad 2.*

I *Cvm de fidelibus defunctis, qui in charitate decesserunt, sermonem impræsentiarum instituamus, nulli dubium est, quin ipsi ad Ecclesiam pertineant: est enim hæc, fidelium congregatio, qui vinculo charitatis tanquam membra connectuntur in vno mystico corpore, cujus Caput Christus est, Ephes. 4.* In charitate crescamus in illo per omnia, qui est Caput Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem juncturam &c. *Et quia eadem charitas manet, vt docuimus, etiam in Patria: hinc est, quòd* habet E Ecclesia tres partes. Vna est in terra, alia est in Cœlo, tertia est in Purgatorio: *vbi animæ fidelium omni procul dubio existunt in charitate. Mysticam ad hoc allusionem sacra demonstrat hostia, in Missæ Sacrificio tres in partes à Sacerdote diuisa:* in signum *videlicet*, quòd tres sunt F partes mystici corporis. Prima est in Cœlo, siue in Patria, scilicet Ecclesia triumphans: secunda est in terra, scilicet Ecclesia militans: tertia est in Purgatorio; & dicitur purgans. *Et sic prima pars hostiæ Christum significat cum beatis omnibus Ecclesiæ triumphantis: secunda defunctos in Purgatorio detentos: tertia in Ecclesia militante viuentes; vnde versus:*

E *Op. 6. §. 121*

Tres Ecclesiæ partes.

F *Durand. in Ration. l. 4. c. 51.*

Hostia in tres partes diuisa quid signet.

Tres

Tres partes factæ de Christi corpore signant
Prima suam carnem Sanctosque: secunda sepultos:
Tertia viuentes; hæc est in sanguine tincta:
Martyrij calicem gustant in carne fideles.

G 3. p. 83. 5. ad 8.

Author autem noster: Sicut *inquit* Sergius Papa G dicit: (*& habetur de consecr. d. 2.*) *Triforme est Corpus Domini. Pars oblata in Calicem missa, Corpus Christi, quod jam resurrexit, monstrat*; scilicet ipsum Christum, & B. Virginem, vel si qui alij Sancti cum corporibus jam sunt in gloria. *Pars comesta ambulantem adhuc super terram*: quia scilicet viuentes in terra Sacramento vtuntur, & passionibus conteruntur, sicut & panis conteritur dentibus. *Pars in altari vsque ad finem Missæ remanens*, Corpus in sepulchro: quia vsque in finem seculi corpora Sanctorum in sepulchris erunt; quorum tamen animæ sunt vel in Purgatorio vel in Cœlo. Hic tamen ritus non seruatur modò, vt scilicet vna pars seruetur vsque in finem Missæ (*pro ministris aut infirmis*) propter periculum. Manet tamen eadem significatio partium: quam quidam metricè expresserunt, dicentes:

Hostia diuiditur in partes: tincta beatos
Plenè: sicca notat viuos: seruata sepultos.

Quidam tamen dicunt, quod pars in calicem missa significat eos, qui viuunt in hoc Mundo: pars autem extra calicem seruata significat plenè beatos, scilicet quantùm ad animam & corpus: pars verò comesta significat cæteros. *Igitur defunctorum fidelium animæ sanctæ adhuc Ecclesiæ membra sunt. Ex quo nec despicienda sunt fidelium corpora mortuorum. Sanè (ajebat* Augustinus *in Enchir. cap.* 108.) non sunt contemnenda & abjicienda corpora defunctorum, maximèque justorum atque fidelium: quibus tanquam organis & vasis ad omnia opera bona sanctus vsus est spiritus. *Non sunt inquam contemnenda ab hominibus, cum & ab ipsis Angelis honorentur, dum &* solemnes H exequias celebrant eis. *Hinc idem Augustinus* Præclaras *inquit* exequias purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorum: sed multò clariores pauperi vlceroso ministerium præbuit Angelorum, qui eum extulerunt, non in marmoreum tumulum, sed in Abrahæ gremium; *vt dicitur Luc.* 16. Factum est, vt portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. *Sanè* illi I qui sunt in Purgatorio, peracta pœnitentia deferuntur ministerio Angelorum in Paradisum. (*Vide A. LX. lit. d. e. & LXII. lit. n. & LXIII. lit. f.*) *Quin & ad tumulandum piorum præsertim virorum corpora sunt pretio redimenda, vti de Iuda Machabæo legitur* 1. *Mach. 9.* Et Iudas cecidit, & cæteri fugerunt. Et Ionathas & Simon tulerunt Iudam fratrem suum (*idest*, cadauer L Iudæ redemptum ab hostibus pretio) & sepelierunt eum in sepulchro Patrum suorum. *Sic & à filio Ioseph de sepeliendo corpore suo in tumulo Majorum suorum promissum cum juramento Iacob exegit* Gen. 47. *Vnde & inter corporalia misericordiæ opera, siue eleemosynas corporales, mortuorum adnumeratur tumulatio. Et quidem* in pluribus M Scripturæ locis talis eleemosyna commendatur, sicut patet de Tobia, & Simone Machabæo, qui parentibus, & fratribus suis sepulchra solemnia ædificauerunt: & etiam Ioseph (*ab Arimathæa*) qui Corpus Domini sepeliuit; & ex hoc laudatur. *Sed & Iacob præfatus* Gen. 49. *præcepit filijs suis, dicens*: Sepelite me cum Patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi &c. *Vbi notat Author, quòd* tantam N curam suæ sepulturæ in loco Patrum non habuit ex aliqua carnali cura, siue post mortem, gloriæ temporalis: sed potiùs ex deuotione ad Sanctos Patres suos, & ad Christum in terram illam venturum. *Et alibi cohærenter*: Hujusmodi *inquit* singulares O deuotiones solent in Sanctis Patribus à Deo quodam speciali modo immitti ad honorandos ipsosmet Sanctos: vel, vt eorum memoria sit posteris notior, ac celebrior, & per consequens etiam vtilior: vel in exemplum infirmioribus, vt Sanctorum meritis religiosè afficiantur ad loca sacra, & ad sepulchra Sanctorum, sicut Abraham ad sepulchrum Sancti Adæ. *An verò hunc ad finem liceat emere sepulturam, aut vendere*: *Respondemus, quòd si terra sit consecrata, non licet. Et quamuis habeatur* Gen. 23. cit. *quòd Abraham emit ab Ephron præfatam speluncam duplicem, in sepulturam*: Non *tamen* habetur P quòd erat terra consecrata ad sepeliendum; & ideo licebat Abrahæ terram illam emere ad vsum sepulturæ, vt ibi institueret sepulchrum: sicut etiam nunc liceret emere aliquem agrum communem ad instituendum ibi cœmeterium, vel etiam Ecclesiam. Tamen, quia apud Gentiles loca sepulturæ deputata, religiosa reputabantur: si Ephron pro loco sepulturæ intendit pretium accipere, peccauit vendens; licèt Abraham non peccauerit emens, quia non intendebat emere nisi terram communem. Licet enim etiam nunc terram, vbi quondam fuit Ecclesia, vendere aut emere in casu necessitatis: (*sicut* pro necessitate Q Ecclesiæ & pauperum, materia sacrorum vasorum vendi potest, dummodo præmissa oratione priùs confringantur.) Vel excusatur Abraham, quia in hoc redemit suam vexationem: quamuis enim Ephron gratis ei sepulturam offerret; perpendit tamen Abraham, quod gratis recipere sine ejus offensa non posset.

H Serm. 2. de Mort. post Dom. 4. Quadr.
Fidelium corpora defunctorum non contemnenda, quæ ab Angelis honorantur.
Et eorum animæ in Paradisum deferuntur ab eis.
I Apoc. 14. com. 2. §. 5. ibi, Mortui.
Idcirò antiqui Patres de tumulandis suis corporibus mandauerunt.
L 1. Machab. 9. ibi.
M 4. d. 15. 2. 3. q. 1. ad 2. & 2. 2. 32. 2. ad 1.
Defunctorum tumulatio, opus misericordiæ corporale.
N Gen. 49. ibi, & c. 23. ibi, Spelunca. 4. d. 45. 2. 3. q. 3. ad 2.
O Gen. 23. l. c. & init. cap.
In locis sacris piè & laudabiliter tumulantur.
An emere liceat aut vendere sepulturam.
P 2. 2. 100. 4. ad 3.
Q Ibid. ad 2.
Vasa sacta pro necessitate Ecclesiæ & pauperum, priùs confracta, vendi possunt.

m *Cæterùm, si pientissimè hujus operis finem disquiramus*, sepultura R adinuenta est & propter viuos & propter mortuos. Propter viuos quidem, ne eorum oculi ex turpitudine cadauerum offendantur, & corpora fœtoribus inficiantur; & hoc quantùm ad corpus. Sed spiritualiter etiam prodest viuis, in quantum per hoc astruitur resurrectionis fides. Sed mortuis prosunt ad hoc, quòd inspicientes sepulchra, memoriam retinent defunctorum, vt pro defunctis orent; vnde & monumentum à memoria nomen accepit: dicitur enim *monumentum* ex Augustino, quia *monet mentem*. Paganorum tamen error fuit, quòd ad hoc sepultura mortuo prosit, vt ejus anima quietem accipiat: non enim credebant, priùs animam quietem accipere posse, quàm corpus sepulturæ daretur: quod omnino ridiculum & absurdum est. Sed quòd vlteriùs sepultura in loco sacrato, mortuo prodest: non quidem est ex ipso opere operato, sed magis ex ipso opere operantis; dum scilicet vel ipse defunctus, vel alius, corpus ejus tumulari in loco sacro disponens, patrocinio alicujus Sancti eum committit, cujus precibus per hoc credendus est adjuuari: (*de quo & supra dictum est*:) & etiam patrocinio eorum, qui loco sacro deseruiunt, qui pro apud se tumulatis frequentiùs & specialiùs orant: (*vnde & in nostro Prædicatorum Ordine laudabilis consuetudo est, quotannis* Anniuersarium sepultorum in cœmeterijs nostris, *mense Iulio in omnibus Ecclesijs celebrare.*) Sed illa, quæ ad ornatum sepulturæ exhibentur, prosunt quidem viuis, in quantum sunt viuorum solatia: sed possunt & defunctis prodesse, non quidem per se, sed per accidens, in quantum scilicet per hujusmodi, homines excitantur ad compatiendum, & per consequens ad orandum: vel in quantum ex sumptibus sepulturæ vel pauperes fructum capiunt, vel Ecclesia decoratur. Oleum pariter & cera, ad sepulchra defunctorum perlata, per accidens defuncto prosunt, vel in quantum Ecclesiæ offeruntur, siue pauperibus dantur: vel in quantum hujusmodi in Dei reuerentiam fiunt. *Quæcunque enim facimus, ad meritum valere possunt, dum in Deum ordinamus, ex illo Coloss.* 3. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo &c. *Idem dic de vestibus lucinosis, & campanarum sonitu*

R 4. d. 45. 2. 1. q. 3. c. & ad 1. & q. 2. ad 3. & d. 15. 2. 3. q. 1. ad 1. & 2. 2. 32. 2. ad 1.
Sepultura & propter viuos adinuenta & propter mortuos: & quorsum.
Monumentum vnde dicatur.
Paganorum error circa sepulturam.
An prosit defuncto, in loco sacro tumulari.
Quo sensu juuent defunctos sepulchrorum sumptus.
Et oleum, vel cera.

pro

pro defunctis: excitant enim haec viuorum memoriam ad preces & suffragia pro ipsis exhibenda.

n Verumtamen praefata omnia circa fidelium cadauera potissimùm exhibemus (vt praemissum est) propter fidem resurrectionis. Vnde & in charitate decedentes, non mortui, sed dormientes ab Apostolo 1. ad Thess. 4. vocantur. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini: quia videlicet ad aeternam vitam resurrecturos speramus; idcircò & subdit: sicut & caeteri, qui spem non habent. Mors enim somnus quidam est ijs, qui in Domino moriuntur. Ex quo Io. 11. dictum est à Christo de mortuo Lazaro: Lazarus amicus noster dormit: sed vado, vt à somno excitem eum. Hinc prosequitur ibidem Apostolus: Si enim credimus, quòd Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Dicit autem prophetice Psaltes in persona Christi Psal. 3. Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi; consequenter dormiunt & illius membra fideles, in illo & cum illo morientes. Dormiens enim S tria facit. Cubat in spe surgendi, Psal. 40. Nunquid qui dormit, non adijciet, vt resurgat? Sic & qui moritur in fide. Item in dormiente anima vigilat, Cant. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Item postea homo resurgit magis refectus & vegetus. Sic Sancti resurgent incorruptibiles, 1. Cor. 15. Et hac de causa non vult Apostolus, vt de mortuis contristemur, vt non contristemini, nimirùm inordinata tristitia. Videtur ergo Apostolus T benè concedere tristari pro mortuis: aliquid tamen prohibere, ne scilicet inordinatè tristemur; vnde dicit: sicut & caeteri; quòd enim aliquis tristetur, scilicet de mortuis habeat pietatem: Primò est propter defectum corporis deficientis; debemus enim eos diligere, & corpus propter animam, Eccli. 41. O' Mors, quàm amara est memoria tua homini pacem habenti &c. Secundò propter discessum & separationem, quae dolorosa est amicis, 1. Reg. 15. Siccine separat amara mors! Tertiò quia per mortem fit commemoratio peccati, Rom. 6. Stipendia peccati, mors. Quartò quia fit commemoratio mortis nostrae, Eccle. 7. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat, quid futurum sit. Sic ergo tristandum, sed moderatè, Eccli. 22. Modicum plora supra mortuum, quoniam requieuit: (Apoc. 14. Vt requiescant à laboribus suis.) Et ideo dicit: Sicut & caeteri, qui spem non habent; scilicet qui credunt hujusmodi defectus perpetuos; sed nos non; Philip. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae; vnde signanter dicit, de dormientibus, Ioan. 11. Lazarus amicus noster dormit. Igitur ex praefatis capitibus, humanitati indulgentes, debemus de charis nostris defunctis tristari; sic enim Gen. 23. legimus, quòd mortua Sara, venit Abraham, vt plangeret & fleret eam; quod magis ad pietatis officium erga defunctam, quàm ad fletum exprimendum dicitur. Quamuis (ait ibi Author) mos V antiquorum fuerit, mortuos ad literam plangere: nihilominus per hoc significatur hic religiosum officium funeri exhibitum; vnde mox subjungitur: Cumque surrexisset ab officio funeris &c. (Per quod monentur pietatis ac humanitatis officia in defunctos exercere, associando, vel assistendo illorum funeri, & hujusmodi impendendo.) Verumtamen non debet homo ex hoc tristitia absorberi: quinimmò in Domino consolari; vnde & sermonem claudit Apostolus cit. cap. ad Thess. per verba consolatoria, dicens: Itaque consolamini inuicem in verbis istis. Quasi diceret: Ex quo X Sancti resurgunt, & nullum detrimentum consequuntur: ergo de mortuis consolamini. Ita & Martham solabatur Dominus de morte Lazari, Ioan. 11. Resurget frater tuus. Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet &c. Eapropter Ier. 22. dicitur: Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum fletu: videlicet, Primò Y propter planctus inutilitatem, Eccli. 38. Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam à te. Secundò propter mortis communitatem, 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquae dilabimur in terram, quae non reuertuntur. Tertiò propter culpae immunitatem, Sap. 4. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus: aut ne fictio deciperet animam illius. Quartò propter laboris quietem, Apoc. 14. Vt requiescant à laboribus suis: (Idcircò consueuit Ecclesia Deum precari, vt animabus fidelium Requiem aeternam donet: de qua fusiùs infrà.) Quintò propter gloriae consecutionem; Scimus, quòd si terrestris domus nostra hujus habitationis dissoluatur, quòd aedificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, aeternam in Caelis, vt dicitur 2. Cor. 5. Hoc enim potissimè debet à fletu cohibere: quia nimirum defuncti ad perpetuam sunt vitam resurrecturi, vt ajebat initio Author. Et quidem de ijs specialiter, qui ante mortem sacra Eucharistia refecti sunt, congaudendum potiùs nobis est, quàm lugendum: quia qui manducat (ait Dominus Ioan. 7.) meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. Vbi Author: Satis Z ostendit hic Dominus, quòd qui sumunt corpus Domini dignè, cum moriuntur, non debemus contristari de morte eorum, sed potiùs laetari: quia scimus, eos habere vitam aeternam. Est enim Corpus Christi panis vitae, Ioan 6. Hic verò obiter nota, quòd fletus A dicitur cum emissione lacrymarum: luctus autem addit quandam solemnitatem: (quod & propriè in funeribus demonstratur:) sed planctus adhuc addit conquestionem per verba.

o Et hinc est, quòd hominum pietas in defunctos plurimis Sacrae Scripturae locis maximè commendatur: Propterea Eccli. 38. monemur. Fili, in mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus, incipe plorare, & secundùm judicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius. Vnde & Ioseph Genes. 50. mortuo Patre Iacob, praecepit seruis suis medicis, vt aromatibus condirent Patrem. Et (post pauca) cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique majores natu Terrae Aegypti, domus Ioseph cum fratribus suis, venerunt ad Aream Arad: vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt septem dies. Et quidem pietas haec, quam ad defunctos ostendimus, vtilis animae est, & quandoque temporaliter etiam proficua. Ex hoc enim, Tobiae filio datus est comes peregrinationis Angelus Raphael, qui eum sanum duxit & reduxit, praeter caetera illius domui beneficia collata: quod ipse testatus est Angelus, cum seniori antea excaecato Tobiae dixit cap. 12. Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos: ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Et nunc misit me Dominus, vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à daemonio liberarem. En in defunctos pietatem etiam temporaliter remuneratam. Sed & magnificentia cum pietate in eosdem conjuncta commendatur in Iuda Machabaeo 2. Mach. 12. qui facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum (in bello) sacrificium, bene & religiosè de resurrectione cogitans. Et lib. 1. cap. 13. legitur de Simone, quòd accepit ossa Jonathae fratris sui, & sepeliuit ea in Modin ciuitate Patrum ejus: & planxerunt eum omnis Israel planctu magno, & luxerunt eum dies multos. Et aedificauit Simon super sepulchrum Patris sui, & fratrum suorum, aedificium altum visu, lapide polito retrò & ante. Et statuit septem pyramides, vnam contra vnam Patri & Matri, & quatuor fratribus: & his circumposuit columnas magnas, & super columnas arma, ad memoriam aeternam: & juxta arma naues sculptas,

Fideles defuncti, dormientes.

S 1. Thess. 4. l. 1. ibi, Dormientibus.

Ex tribus dicitur fidelis defunctus, dormiens.

An & quomodo tristari de mortuis debeamus.

T Ibid. init. cap.

Quadruplex tristandi causa.

Moderatè tristandum.

V Gen. 23. sub initio.

Pietatis in defunctos officia commendantur.

X Ad Thess. 1. c. 5.

Y Ier. 22. 5.

Ex quinque capitibus non tristandum de mortuis.

Gaudendum, non tristandū de mortuis, qui panem vitae ante obitum receperunt.

Z Serm. 4. de Mortuis post Dom. 4. Quadr.

Differentia inter fletum, luctum, & planctum.

A Ier. 22. ibi, Nolite flere.

Pietatis in defunctos exempla in Sacra Scriptura.

Tobias.

Iudas Machabaeus.

Simon frater ejus.

Non improbātur & Mausolaea.

ptas, quæ viderentur ab omnibus nauigantibus mare. *Præterea in nouo Testamento commendatur in defunctos liberalitas & obsequium. Quod quidem præsignauit Magdalena Matth. 26. cum scilicet* habens alabastrum vnguenti, effudit super caput ipsius (*Christi*) recumbentis. *Pretiosi inquam vnguenti, non qualiscumque; & Ioannes c. 12. addit*, nardi pistici pretiosi: *quia nimirùm*, confectum erat B ex spica nardi, ex qua pretiosum vnguentum fit: & fortè admistis alijs pretiosis rebus. *Quòd autem tale esset vnguentum, comprobat effectus; nam sequitur:* Et domus impleta est ex odore vnguenti: *nempe*, insinuatur per hoc vnguenti bonitas, cujus odor totam domum impleuit. *Et vt suam magis liberalitatem ostenderet*, fracto alabastro (*ait Marcus c. 14.*) effudit: *vt videlicet nihil non effusum remaneret in vase. Nam ex Augustino* sicut accidit C aliquando, quòd aliquis effundit sic, vt nihil remaneat, & post frangit; sic fecit & ista: & effudit & fregit. *At quòd liberalitatem hanc, & obsequium, in defunctos præmonstraret, Christi verba manifestant subijcientis*: Mittens hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. *Vnde & Author*: Expositio D allegorica est, quòd significat sepulturam Christi, quia antiquitus corpora solebant inungi; *Marci* 14. Præuenit vngere corpus meum in sepulturam. (*Quod & pius præstitit Nicodemus Ioan.* 19. Ferens misturam myrrhæ & aloes quasi libras centum, *vt sua nimirùm in defunctos liberalitas innotesceret & obsequium; vnde sequitur*: Acceperunt ergo *Ioseph ab Arimathæa & Nicodemus* corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. *Hinc* 2. Paralip. 16. *de Asa Rege Iuda mortuo legimus, quòd* sepelierunt eum, posueruntque eum super lectum suum plenum aromatibus & vnguentis &c. *Et Ioseph quoque* Gen. 50. *suprà cit.* præcèpit seruis suis medicis, vt aromatibus condirent Patrem.) *Et Ioan. 12. cit.* Sinite illam, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. *Quibus in verbis* prænunciat E Christus suam mortem imminere, & obsequium hujus mulieris, quod parata fuit ei impendere in sepultura, nisi præuenta fuisset celeri Christi resurrectione: nam, vt Marci 14. legitur, *Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum.* Ideò ergo dicit: *vt in diem sepulturæ meæ seruet illud*; scilicet, non idem quod effusum fuit: sed simile in specie, vel in genere, vel etiam opere. Q. d. Non prohibeatis eam facere mihi jam viuo, quod non poterit facere mortuo. Et hoc magis exprimitur *Marc. 14.* Præuenit vngere &c. *Sed & subijcit Author*: Quid est F quod ait Christus: *ad sepeliendum me fecit?* Nunquid intendit sepelire Christum? *Et respondet: quòd* ista mulier bonum opus intendebat: (*opus enim bonum operata est;*) sed Spiritus Sanctus illud ordinabat ad sepulturam. *Vt hinc ediscas, quanti faciendum pietatis opus in defunctos, quod nempe à Spiritu Sancto est; & æterna quidem memoria dignum ac laude, propter id, quod sequitur*: Vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto Mundo, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam ejus; *idest*, in commendationem illius. *Verùm de modo sepeliendi cadauera apud antiquos, specialiter Iudæos, videlicet cum aromatibus, cum sudario super faciem, & cum linteis, siue fascijs, vide* Tomo I. *Verbo*, Christi sepultura. *Et quidem legitur de Lazaro Ioan.* 11. Prodijt qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis; *idest*, fascijs G quibus antiqui mortuos inuoluebant. *Quem adhuc morem hìc Venetijs aliqualiter seruari videmus, vbi cadaueri in feretro jacenti quædam veluti fascia consueuit substerni, qua defuncti in tumulando corpus inuoluitur. Vel hoc fortassis ad moralem alludit fabulam de Parcis: quarum prima* Clotho *stamen fingitur super colum tenere; quod nostræ indicat vitæ principium: secunda* Lachetis *net, siue texit; & cursum præsentis vitæ designat: tertia* Atropos *staminis filum, siue telam præcidit; quod terminum innuit humanæ vitæ, mortem nimirùm. Et hac quidem metaphora vsus est Rex Ezechias Isa.* 38. Præcisa est velut à texente vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me. *Et Iob cap.* 7. Dies mei velociùs transierunt, quàm à texente tela succiditur. *Siquidem* vita H hominis quantùm ad aliquid similis est texturæ. Sicut enim ille, qui texit telam, fila filis adjungit, vt ad perfectionem telæ perueniatur; qua perfecta, eam succidit: sic ad hoc, vt vita hominis perficiatur, dies diebus adduntur; cum autem fuerit perfecta totaliter, succidetur. *Haud perperam igitur ad hanc vitalis staminis præcisionem, hoc est, mortem signandam, præfata fascia cadaueribus supponitur: quam idcircò* stamigna *vulgò dicunt. At quæres: Cur defunctorum resoluta corpora, cum non omnia comburantur, cineres communiùs appellari consueuerunt? Respondet Author, duplici ex ratione procedere.* Primò I quia mos erat apud antiquos, corpora mortuorum comburere, & cineres conseruare: vnde inoleuit modus loquendi, vt ea, in quæ corpus humanum resoluitur, cineres dicantur. *Secundò* propter causam resolutionis, quæ est incendium fomitis, quo corpus humanum radicitus est infectum: vnde ad purgationem hujus infectionis oportet vsque ad prima componentia corpus humanum resolui. Quod autem per incendium resoluitur, dicitur in cineres resolui: & ideò ea, in quæ corpus humanum dissoluitur, cineres dicuntur. *DISCE pietatem & obsequium, quantùm potes, in defunctos exhibere.*

Magdalena.

B Ioan. 12. l. 1. lit. d.

C Matth. 26. lit. a. ibi.

Exponitur illud: *ad sepeliendum me fecit.*

D *Ibid.*

Corpora defunctorum antiquitus vngebantur.

Ioseph & Nicodemus.

E Ioan. 12. l. 2. lit. a. & Matt. loc. cit.

F Matth. & Io. locis cit.

Opus pietatis in defunctos quàm bonum.

Æterna dignum memoria & laude.

Modus sepeliendi apud Iudæos.

G Ioan. 11. l. 6. lit. e. & 3. p. 51. 2. ad 3.

H Iob 7. l. ad ibi.

I 4. d. 43. 1. 4. q. 2. ad 2.

Cur defunctorum resoluta corpora cineres appellentur.

IX. Suffragia Ecclesiæ sunt pro defunctis quasi quædam satisfactiones viuentium vice mortuorum: & secundùm hoc mortuos à pœna absoluunt, quam non soluerunt. *4. d. 45. 3. 3. ad 6.*

P CONSUETUDO *in Ecclesia animabus defunctorum suffragandi* ab ipsis L Apostolis *ex Augustino* inchoauit, vt dicit *Damascenus* in quodam Sermone *de suffragijs mortuorum*: Mysteriorum conscij discipuli Saluatoris, & sacri Apostoli, in tremendis & viuificis mysterijs memoriam fieri eorum, qui fideliter dormierunt, sanxerunt. *Sed & in veteri lege 2. Machab. 12. legimus, quòd* Iudas duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium. *Et quidem fideles defuncti, ex eo quòd non sunt in statu merendi, sine dubio pro se satisfacere nullatenus possunt.* Postquam *enim* homo M per gratiam remissionem peccati consecutus est, & ad statum gratiæ reductus, remanet obligatus ex Dei justitia ad aliquam pœnam pro peccato commisso. Quam quidem pœnam si propria voluntate à se exegerit, per hoc Deo satisfacere dicitur, in quantum cum labore & pœna ordinem diuinitus institutum exequitur, pro peccato se puniendo, quem peccando transgressus fuerat, propriam voluntatem sequendo. Si autem à se hanc pœnam non exigat, cum ea quæ diuinæ prouidentiæ subjacent, inordinata remanere non possint: hæc pœna infligetur ei à Deo (*vtique in Purgatorio*) nec talis pœna satisfactoria dicetur, cum non fuerit ex electione patientis; sed dicetur purgatoria, quia alio puniente quasi purgabitur, dum quicquid inordinatum fuit in eo, ad debitum ordinem reducetur. Hinc est, quòd Apostolus dicit 1. *Corinth.* 11. Si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique judicaremur: dum judicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc Mundo damnemur. *Ex quo sequitur, quòd* pœna illa N quam animæ in Purgatorio sustinent, non potest propriè dici satisfactio, quia satisfactio opus meritorium requirit: sed largo modo

Consuetudo animabus defunctorum suffragandi ab Apostolis incepit.

L 4. d. 45. 2. 2. q. 2. in 2. Sed contra.

Defuncti non possunt pro se satisfacere.

M 3. cont. G. c. 158. ad 5. In 3. d. 21. 2. 1. q. 4. c.

Pro reatu peccati debet homo pœnam exsoluere, vel à se hic, vel à Deo in Purgatorio inflictã.

N 4. d. 17. 2. 4. q. 3. ad 1.

Pœna Purgatorij non est propriè satisfactio.

dicitur

Digitized by Google

dicitur satisfactio, debitæ pœnæ solutio. *Potest nihilominus pro illis à proximis viuentibus satisfieri. Et quidem* vnus C pro peccato alterius satisfacit, dum pœnam, pro peccato alterius debitam, in se suscipit. *Et ratio adducitur.* Quamuis *enim* in puniendo P peccato oporteat illum puniri, qui peccauit: tamen in satisfaciendo vnus potest alterius pœnam ferre: quia dum pœna pro peccato infligitur, pensatur ejus qui punitur iniquitas. In satisfactione verò, dum quis ad placandum eum, quem offendit, voluntariè pœnam assumit, satisfacientis charitas, & beneuolentia æstimatur: quæ maximè apparet, cum quis pro alio pœnam assumit; & ideò Deus satisfactionem vnius pro alio acceptat. *Et, vt alibi docemur,* Opus Q vnius potest valere alteri non solum per viam orationis, sed etiam per viam meriti. Quod quidem dupliciter contingit: vel propter communicationem in radice operis, quæ est charitas in operibus meritorijs; & ideò omnes, qui inuicem charitate connectuntur, aliquod emolumentum ex mutuis operibus reportant, tamen secundùm mensuram status vniuscujusque, quia etiam in Patria vnusquisque de bonis gaudebit alterius: & inde est, quòd articulus Fidei ponitur *Sanctorum communio.* Alio modo, ex intentione facientis, qui aliqua opera specialiter ad hoc facit, vt talibus prosint: vnde ista opera quodammodo efficiuntur eorum, pro quibus fiunt, quasi eis à faciente collata; vnde possunt eis valere vel ad impletionem satisfactionis, vel ad quicquid hujusmodi, quod statum non mutat. *Quod vno verbo expressè tradidit Author:* In quantum R duo homines sunt vnum in charitate, vnus pro alio satisfacere potest. *Nec obest præfatæ doctrinæ, quòd ad justitiam diuinam pertinet similiter bona reddere pro bonis, & mala pro malis, vnde & Luc. 16. diuiti illi ab Abraham dictum est:* Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. *Cum igitur pro malis alterius nullus, saltem in anima, puniatur: nec pariter vnus per alium poterit juuari. Non obest, inquam:* Nam auferre S alicui quod sibi debetur, hoc directè justitiæ repugnat: sed dare aliquid alicui, quod ei non debetur, hoc non est justitiæ contrarium, sed justitiæ metas excedit; est enim liberalitatis. Non autem posset aliquis lædi ex malis alterius, nisi aliquid ei de suo subtraheretur: & ideò non ita contingit, quòd aliquis puniatur pro peccato alterius, sicut quòd emolumentum percipiat ex alterius bonis. *Itaque ex præfatis* opus T quod pro aliquo fit, efficitur ejus, pro quo fit: & similiter opus, quod est ejus, qui mecum est vnum, est quodammodo & meum; vnde non est contra diuinam justitiam: sed vnus fructum percipit de operibus factis ab eo, qui est vnum secum in charitate, vel ab operibus pro se factis. Hoc etiam secundùm humanam justitiam contingit, vt satisfactio vnius pro alio accipiatur. *Veruntamen pro clariori horum cognitione notandum, quòd* pœna V satisfactoria est ad duo: scilicet ad solutionem debiti, & ad medicinam pro peccato vitando. In quantum est ad remedium sequentis peccati, sic satisfactio vnius non prodest alteri: quia ex jejunio v. g. vnius caro alterius non domatur; nec ex actibus vnius alius bene agere consueuit, nisi secundùm accidens, in quantum aliquis per bona opera potest alteri mereri augmentum gratiæ (*de quo suo loco*) quæ efficacissimum remedium est ad peccatum vitandum. Sed hoc est per modum meriti magis quàm per modum satisfactionis. Sed quantùm ad satisfactionem debiti, vnus potest pro alio satisfacere, dummodo sit in charitate, vt opera ejus satisfactoria esse possint.

O 3. p. 14. 1. c. Potest à viuentibus pro defunctis satisfieri.

P 4. cont. G. c. 54. ad 20. & lib. 3. c. 158. ad 3. & 3 p l. c. & q. 48. 2. ad 1. In 4. d. 20. 1. 2. q. 3. & d. 45. 2. 1. q. 1. c. & 4. 2. q. 2. c. Ver. 29. 7. c. Quol. 2. 14. & Quol. 8. a. 9.

Dupliciter opus vnius potest alteri valere.

Q 4. d. 45. 2. 3 q. 1. c. & ad 4.

R 3. p. 48. 2. ad 1.

S In 4. loco cit. ad 4.

T Ibid. ad 2.

V 4. d. 20. 1. 2. q. 3. c. Pœna satisfactoria ad duo est.

Pro pœna medicinali in remedium culpæ non potest vnus pro alio satisfacere.

9 *Igitur* communicatio X operum contingit dupliciter. Vno modo ex vnione charitatis, qua omnes Christi fideles efficiuntur vnum corpus; & sic actus vnius quodammodo redundat in juuamentum alterius, sicut etiam in membris nostris corporalibus videmus: & sic juuatur aliquis ex actu alterius, in quantum quilibet existens in charitate, gaudet de quolibet bono opere; & quantò est majoris charitatis, tantò ampliùs gaudet, siue sit in Purgatorio, siue in Paradiso, siue etiam in Mundo. Alio modo actus vnius fit communis alteri per intentionem facientis, quia facit pro illo, vel vice illius: quod valet præcipuè in debitis soluendis. Et sic suffragia Ecclesiæ valent defunctis, in quantum viuus soluit Deo satisfactionem, quam mortuus soluere tenebatur. Et sic valor suffragij sequitur intentionem facientis. *Ex quibus deducitur, quòd* pœna Y Purgatorij est in supplementum satisfactionis, quæ non fuerat plenè in corpore consummata: & ideò, quia opera vnius possunt valere alteri ad satisfactionem, siue viuis, siue mortuis: non est dubium, quin suffragia per viuos facta existentibus in Purgatorio prosint. *Prosunt inquam & ex radice charitatis, & ex intentione satisfaciendi pro ipsis: siquidem* Charitas Z quæ est vinculum vniens membra Ecclesiæ, non solùm ad viuos se extendit, sed etiam ad mortuos, qui in charitate decedunt; (*vt & præcedenti Numero tactum est:*) Charitas enim vitâ corporis non finitur, 1. Corinth. 13. *Charitas nunquam excidit.* Similiter etiam mortui in memorijs hominum viuentium viuunt; & ideò intentio viuentium ad eos dirigi potest: & sic suffragia viuorum dupliciter mortuis prosunt, sicut & viuis, & propter charitatis vnionem, & propter intentionem ad eos directam, *satisfaciendi scilicet pro ipsis, vt sic eos à* pœna absoluant, quam non soluerunt: *quod ajebat initio Author noster.*

X Quol. 4. a. 9. c. & locis cit. lit. P. Operum communicatio dupliciter contingit.

Y 4. d. 45. 2. 2. q. 2. c.

Z In 4. loc cit. a. 1 q. 2. c. & 1. Cor. 13. l. 4. ibi. Pro mortuis.

Dupliciter defunctis suffragia prosunt.

1 *Cæterùm ex præmissis, an suffragia magis prosint eis, pro quibus specialiter fiunt, quàm alijs:* Circa hoc A fuit duplex opinio. Quidam enim (vt *Præpositinus*) dixerunt, quòd suffragia pro vno aliquo facta non magis prosunt ei, pro quo fiunt, sed eis, qui sunt magis digni. Et ponebant exemplum de candela, quæ accenditur pro aliquo diuite, quæ non minùs alijs prodest, qui cum eo sunt, quàm ipsi diuiti, & fortè magis, si habeant oculos clariores. Et etiam de lectione, quæ non magis prodest ei, pro quo legitur, quàm alijs, qui simul cum eo audiunt; sed fortè alijs magis, qui sunt sensu capaciores. Et si eis objiceretur, quòd secundùm hoc Ecclesiæ ordinatio esset vana, quæ specialiter pro aliquibus orationes instituit: *Dicebant,* quòd hoc Ecclesia fecit ad excitandas deuotiones fidelium, qui promptiores sunt ad facienda specialia suffragia, quàm communia, & feruentiùs etiam pro suis propinquis orant, quàm pro extraneis. Alij è contrario dixerunt, quòd suffragia magis valent ei, pro quo fiunt. Vtraque autem opinio secundùm aliquid veritatem habet. Valor enim suffragiorum potest pensari ex duobus. Valent enim vno modo ex virtute charitatis, quæ facit omnia bona communia: & secundùm hoc verum est, quòd magis valent ei, qui magis charitate est plenus, quamuis pro eo specialiter non fiant; & sic valor suffragiorum attenditur magis secundùm quandam interiorem consolationem, secundùm quod vnus in charitate existens de bonis alterius delectatur post mortem, quàm quantùm ad diminutionem pœnæ: post mortem enim non est locus acquirendi gratiam, vel augmentandi, ad quod valent nobis in vita opera aliorum ex virtute charitatis. Alio modo valent suffragia ex hoc, quòd per intentionem vnius alteri applicantur; & sic satisfactio vnius alteri computatur. Et hoc modo, non est dubium, quòd magis valent ei, pro quo fiunt: immò sic ei soli valent. Satisfactio enim propriè ad pœnæ dimissionem ordinatur: vnde quantùm ad dimissionem pœnæ præcipuè valet suffragium ei, pro quo fit.

An suffragia prosint magis eis, pro quibus specialiter fiunt, quàm cæteris.

A 4. d. 45. 2. 4. q. 1. 2. & 3. c. & 4. 3. q. 1. c. Quol. 2. a. 14. c.

Opinio Præpositini.

Opinio aliorum.

Opinio Authoris.

Et

B 1. Cor. 15. l. 4. ibi, Pro mortuis.

C Quol. 2. l. cit.

D In 4. d. 45. a. 4. q. 1. ad 2. & a. 1. q. 3. ad 6.

Et secundùm hoc secunda opinio plus habet de veritate, quàm prima. *Sicut*, si ego B dicerem psalterium pro aliquo, qui est in Purgatorio, qui tenebatur dicere, vt satisfaciam pro eo: valet quidem quantùm ad satisfactionem solùm illi, pro quo dico. *Igitur* suffragia C per istum modum non valent, nisi illis, pro quibus fiunt. Et secundùm hoc, si pro aliquo fiunt multa suffragia, citiùs liberatur à pœna Purgatorij, quàm alij, pro quibus non sunt, etiamsi æqualia peccata detulerint. *Nec obest, quòd illi, pro quibus suffragia non fiunt, cum viuerent, vt sibi possent prodesse suffragia, plùs fortasse, quàm pro quibus fiunt, promeruerunt, vt sensit Augustinus. Non obest, inquam: quia* illud D meritum est conditionatum, quo sibi meruerunt; hoc enim modo sibi meruerunt, vt sibi prodessent, si pro eis fierent: quod nihil aliud fuit, quàm facere se habiles ad recipiendum. Vnde patet, quòd non directè meruerunt illud juuamen suffragiorum, sed per merita præcedentia se habilitauerunt, vt fructum suffragiorum susciperent: & ideò non sequitur, quòd meritum eorum frustretur. *Neque idcircò ij, pro quibus specialia non fiunt, penitùs priuantur suffragijs: nam & Ecclesia pro regeneratis omnibus defunctis orat in dies & sacrificat. Vnde & in Canone ad* Memento, *quod* defunctorum *dicunt, rogat Sacerdos*: Ipsis, Domine, & omnibus in Christo quiescentibus, locum refugij, lucis, & pacis, vt indulgeas, deprecamur. *Priuatim quoque sæpiùs fideles pro omnibus consueuerunt suffragia facere: immò à non paucis nouimus pro animabus magis derelictis preces effundi, ac sacrificia offerri. Sed & vlteriùs* credibile est E quod per diuinam misericordiam, si aliquid de specialibus suffragijs supersit his, pro quibus fiunt, vt scilicet eis non indigeant, alijs dispensetur, pro quibus non fiunt, si eis indigeant. *Nec diuites, pro quibus sine dubio solent plura fieri suffragia, melioris idcircò conditionis absolutè dicantur, quàm pauperes, pro quibus tot certè non fiunt*. Nihil enim F prohibet, diuites quantùm ad aliquid esse melioris conditionis, quàm pauperes, sicut quantùm ad expiationem pœnæ. Hoc enim quasi nihil est, comparatum possessioni Regni Cœlorum, in qua pauperes melioris conditionis esse ostenduntur per illud, quod dicitur *Luc.* 6. Beati pauperes, quoniam vestrum est Regnum Dei. *Quamuis & diuites juxta charitatis mensuram & ipsos pauperes possint in æterna excellere beatitudine, vt alibi visum est*.

E In 4. l. c. a. 4. q. 1. ad 2.

Suffragia specialia alicui superflua, ex Dei misericordia indigentibus applicantur.

F In 4. l. c. a. 4. q. 1. ad 3.

An suffragia per peccatores facta, defunctis prosint.

G In 4. l. c. a. 1. q. 3. c. & a. 2. q. 2. ad 4.

In suffragio considerantur & opus operatum, & opus operans, siue operantis.

¶ *Difficultas verò hic non leuis insurgit, an suffragia per malos (hoc est, in peccato mortali existentes) facta, prosint defunctis. Quocirca sciendum, quòd* in suffragijs G quæ fiunt per malos, duo possunt considerari. Primò ipsum opus operatum, sicut Sacrificium altaris: & quia nostra sacramenta ex se ipsis efficaciam habent absque opere operantis, quam æqualiter explent per quoscunque fiant; quantùm ad hoc, suffragia per malos facta, defunctis prosunt. Alio modo quantùm ad opus operans: & sic distinguendum est. Quia operatio peccatoris suffragia facientis potest vno modo considerari, vt est ejus: & sic nullo modo meritoria esse potest nec sibi, nec alij. Alio modo, in quantum est alterius: quod dupliciter contingit. Vno modo, in quantum peccator suffragia faciens gerit personam totius Ecclesiæ, sicut Sacerdos cum dicit in Ecclesia exequias mortuorum. Et quia ille intelligitur facere, cujus nomine vel vice fit, vt dicit *Dionysius cap. 13. de Cœlest. Hierarch.* inde est, quòd suffragia talis Sacerdotis, quamuis sit peccator, pro defunctis prosunt. Alio modo, quando agit vt instrumentum alterius: opus enim ministerij est magis principalis agentis; vnde quamuis ille, qui agit vt instrumentum alterius, non sit in statu merendi; actio tamen ejus potest esse meritoria respectu principalis agentis: sicut si seruus in peccato existens, quodcunque opus misericordiæ facit ex præcepto domini sui charitatem habentis. Vnde si aliquis in charitate decedens præcipiat, sibi fieri suffragia vel alius præcipiat charitatem habens: illa suffragia valent defuncto; quamuis illi, per quos fiunt, in peccato existant. Magis tamen valerent, si in charitate essent: quia tunc ex duabus partibus opera illa meritoria essent. *Ex quibus clarè deducitur, quòd si quis tanquam causa principalis suffragium impendens, in mortali existat, tale defunctis suffragium minimè prodest. Et hoc eodem sano sensu intelligenda est quæ traditur Authoris doctrina* in 2. d. 40. 1. 4. ad 5. *Vbi ad argumentum de existente in peccato mortali, & suffragia pro defunctis faciente, respondet*: Dicendum H quod de hoc duplex est opinio. Quidam enim dicunt, quòd suffragia, quæ facit in peccato mortali existens, si opus operans consideretur, non sunt meritoria nec agenti nec ei, pro quo fiunt. Si autem consideretur opus operatum, vt ipsum Sacrificium, vel aliquid hujusmodi: sunt meritoria ei, pro quo fiunt, & non operanti. Sed quia efficacia suffragiorum mensuratur secundùm charitatem ejus, pro quo fiunt, quia tantum valent vnicuique, quantum meruit vt sibi valerent, vt *Augustinus* dicit: ideò ab alijs veriùs dicitur, quòd etiam ipsa operatio sine charitate facta valet ei, pro quo fit, virtute charitatis ejus, & non operantis. *Quod vtique eadem, qua suprà, intelligentia exponendum est (quamuis aliqui oppositum fortasse putent) ne sibi Author contrarius videatur. Vnde &* in 4. sent. cit. *conformiter docemur præter cætera, quòd* ad hoc I vt suffragium alicui valeat, requiritur & ex parte ejus, pro quo fit, capacitas hujus valoris: & hanc homo acquisiuit per opera propria, quæ gessit in vita; & sic loquitur *Augustinus*. Requiritur nihilominus qualitas operis, quæ prodesse debet: & hæc non pendet ex eo, pro quo fit, sed magis ex eo, qui facit, vel exequendo, vel imperando. *Quòd si Author clariùs, vt materia videbatur exigere, inibi non distinxit: id fuit, quia ad proprium locum, vbi nimirùm specialiter* de suffragijs *sibi erat tractandum, fusiorem doctrinam reseruauit. Neque hoc à suffragijs pro defunctis impendendis debet pium fidelem retrahere, si culpæ fortè sit obnoxius mortali: aut enim peccatum per pœnitentiam tollat: aut saltem, si Confessarij copia in promptu non est, conterat cum proposito confitendi: & sic salubre erit pro defunctis suffragium. Quòd si ad neutrum interiorem sentiat dispositionem: non ideò suffragari desistat. Quamuis enim in ordine ad Dei justitiam inualida suffragia sint, nec vllatenus meritoria: ex diuina tamen misericordia, quæ terminum nescit, ejusque profusissima liberalitate, quis scit, an reddi saltem possint impetratoria? & sic defunctis prodesse, qui scilicet* ex Augustino *vt sibi prodesse possent, meruerunt; hoc est, ex eorum dispositione, quia in gratia existunt & charitate. Quo sensu docemur, quòd* malorum L Orationes infructuosæ *quidem* sunt, quantùm ex eis est: sed possunt esse fructuosæ alijs, pro quibus oratur, propter eorùm deuotionem. *Et quidem cohærenter ad id, quod alibi traditur.* Orationem *siquidem & ipsius* peccatoris M ex bono naturæ desiderio procedentem Deus audit; non quasi ex justitia, quia peccator hoc non meretur: sed ex pura misericordia. Et quamuis ejus oratio non sit meritoria; potest tamen esse impetratoria: quia meritum innititur justitiæ, sed impetratio innititur gratiæ; *hoc est, misericordiæ & liberalitati diuinæ. Quod confirmat Author præcipuo laudato loco* in 4. dist. 45. *considerando in primis, quòd* Oratio N per peccatorem facta, quandoque non est peccatoris, sed alterius; & ideò secundùm hoc digna est, vt à Deo exaudiatur. *Subdit autem*: Tamen, etiam quandoque Deus peccatores audit, quando scilicet peccatores petunt aliquid Deo acceptum: non enim justis solis,

H 2. d. 40. 1. 4. ad 5.

I 4. d. 45. 2. 1. q. 3. ad vlt.

Quid requiritur ad valorem suffragi.

L 4. d. 5. 2. 2. q. 2. ad 2.

Oratio peccatoris prodesse potest alijs ex eorum deuotione.

Impetratoria potest esse, non meritoria.

M 2. 2. q. 83. 16. c. & ad 2. & q. 178. 2. ad 1. In 4. d. 15. 4. 7. q. 3. c. Pot. 6. 9. ad 5. Io. 9. l. 3. lit. b.

N 4. d. 45. 2. 1. q. 3. ad 1.

sed

sed etiam peccatoribus, Deus bona sua prouidet, vt patet *Matth.* 5. (*& multò magis in defunctorum suffragium, qui Deo in charitate copulantur:*) non autem ex eorum meritis, sed ex sua clementia. *Securiùs tamen valebit suffragium defuncto, si in gratia illud peragat, sublata per pœnitentiam culpa. Verumtamen*, quia nemo O scit pro certo, se esse in gratia Dei (*admonens ait doctissimus* Porrecta *noster ad cit. Authoris locum in* 4.) bonum est, quando facit aliquod suffragium pro defunctis, facere illud tanquam instrumentum vel ipsius defuncti, olim aliquo modo adhoc inuitantis (siue per legatum, siue aliter suam voluntatem exprimendo) vel Sanctæ Ecclesiæ: *quæ semper Deo grata est, vt prætactum fuit superiùs. Ita enim suffragium, suum certiùs consequetur effectum. Vide &* Durandum *in Ration. lib.* 7. *cap.* 35. *num.* 22. *&* 23.

O In addit. ad 3. p. q. 71. a. 3. Monitum ad suffragantes defunctis.

† *Num verò priuetur defunctus suffragiorum fructu, & detrimentum sentiat ex defectu exequentis, qui ea, ex negligentia nimiùm differt, v. g. eleemosynas legatas, vt non rarò contingit*: Dicendum P quòd hic est opus duplici distinctione. Primò quidem ex parte ipsius detrimenti: distinguendum est enim duplex detrimentum. Nam quoddam detrimentum est, quod pertinet ad tolerantiam pœnæ, secundùm illud 1. Cor. 3. *Si cujus opus arserit, detrimentum patietur*. Aliud autem est, quod pertinet ad subtractionem remedij. Secundò etiam distinguendum est ex parte eleemosynæ. Circa quam potest considerari etiam detrimentum ipsius eleemosynæ, & effectus ipsius: (*idem dic de cæteris operibus.*) Quantùm ergo ad meritum eleemosynæ, nullum detrimentum patitur defunctus ex prædicta tarditate; maxime si quantùm in ipso fuit, curam adhibuit, vt hujusmodi eleemosynæ citò darentur: quia meritum principaliter ex voluntate & intentione dependet. Sed quantùm ad effectum eleemosynæ, patitur detrimentum; non quidem, vt pro hujusmodi tarditate puniatur: sed quia remedium ei non adhibetur, dum suffragia differuntur, ex quibus plurimùm juuaretur. *At væ pia defunctorum legata differenti, & multò magis deneganti!* Nam hoc Q quòd fraudabitur (*defunctus*) suffragiorum fructu, redundabit ad illos, quorum culpâ defraudatur: (*bene nota.*) Nec est inconueniens, quod aliquis defraudetur per culpam alterius in temporalibus; pœna autem Purgatorij temporalis est: quamuis quantùm ad æternam retributionem nullus defraudari possit, nisi per propriam culpam. *Quòd si testamentarius executor differat eleemosynarum piorumque legatorum distributionem, quò res defuncti meliùs vendantur, vt ampliores proinde eleemosynas valeat erogare*: In mora *quidem* modici R temporis non videtur esse magnum periculum. Vnde, si executor per modicum tempus eleemosynam dare differat, vt rebus defuncti meliùs venditis, ampliores eleemosynas dare possit: laudabiliter hoc facit. Si verò è conuerso per multum tempus differat eleemosynas distribuere, vt non multò ampliores eleemosynas faciat: non videtur esse absque culpa, quia fortè defunctus à Purgatorio liberaretur, in quo existenti remedium suffragiorum maximè necessarium erat. Hoc autem requirit prudentis executoris examen: vt scilicet consideratis dilatione temporis & conditione personæ (quæ creditur citiùs vel tardiùs liberanda) & etiam quantitate augmenti eleemosynarum, faciat quod videbitur expedire defuncto. *Bene id aduertant instituti ex testamento Commissarij.*

An defunctus priuetur suffragiorũ fructu ex defectu executoris ea differentis.
P Quol. 6. a. 13. c. In 4. d. 45. 2. 3. q. 2. ad 4.
Væ legata suffragia differenti.
Q In 4. loc. cit. §. c. & Quol. 6. loc. cit. ad 1.
R Quol. 6. a. 14. c.
An differri possint, vt res defuncti melius vendantur.

†† *Quamuis autem* quæcunque S bona ex charitate fiant pro defunctis, eis valere credenda sint: *nihilominus tria præcipuè specialiora sunt suffragia, quæ conuenientiùs simul & vtiliùs eis applicantur; videlicet Sacrificium, Oratio, & Eleemosyna. Et ratio quidem affertur.* Nam, *vt vidimus*, suffragia T viuorum prosunt defunctis secundùm quòd vniuntur viuentibus charitate, & secundùm quod intentio viuentium refertur in mortuos: & ideo illa opera præcipuè nata sunt mortuis suffragari, quæ maxime ad communicationem charitatis pertinent, vel ad directionem intentionis in alterum. Ad charitatem autem Sacramentum Eucharistiæ præcipuè pertinet, cum sit Sacramentum Ecclesiasticæ vnionis, continens illum, in quo tota Ecclesia vnitur & consolidatur, scilicet Christum. Vnde Eucharistia est quasi quædam charitatis origo, siue vinculum: sed inter charitatis effectus præcipuum est eleemosynarum opus; & ita ista duo ex parte charitatis præcipuè mortuis suffragantur, scilicet sacrificium Ecclesiæ, & eleemosynæ. Sed ex parte intentionis directæ in mortuos, præcipuè valet oratio: quia oratio secundùm suam rationem non solùm dicit respectum ad orantem, sicut & cætera opera; sed directiùs ad id, pro quo oratur. Et ideò ista tria ponuntur quasi præcipua mortuorum subsidia; quamuis quæcunque alia bona ex charitate fiant pro defunctis, eis valere credenda sint. *Vnde, secundùm Gregorium*, etiam V jejunium potest prodesse defunctis ratione charitatis & intentionis in defunctos directæ: sed tamen jejunium in sui ratione non continet aliquid, quod ad charitatem, vel ad directionem intentionis pertineat; sed hæc sunt ei quasi extrinseca.

S 4. d. 45. 2. 3. q. 1. c.
Quanam specialiora pro defunctis suffragia, & vtiliora.
T In 4. l. c. & Op. 6. § 7. 6.
Ex parte charitatis, Eucharistia, & eleemosynæ.
Ex parte intentionis directæ, oratio: sed & quæcũque alia bona, vt jejunium, & hujusmodi.
V Ibid. ad 2. & Op. 6. loc. cit.

Et quidem, quoad Eucharistiæ Sacramentum, plurimum suffragij per illud sine dubio defunctorum animæ consequuntur; vnde contra quorundam errorem, Purgatorium negantium, scribit Author: Diminuitur X virtus hujus Sacramenti (*Eucharistiæ* ab ijs, qui Purgatorium negant post mortem. Nam in Purgatorio existentibus præcipuum remedium in hoc Sacramento confertur. *Quod quidem, filium suum monens, mysticè signare voluit pius in defunctos* Tobias, *cum cap.* 4. *ait*: Panem tuum & vinum tuum super sepulturam justi constitue. *Quamuis enim textum hunc* Maluenda *noster cum alijs pluribus* (*reprobatis Gentilium superstitionibus, qui super tumulos defunctorum ex Augustino cibos & vina conferunt*) *de eleemosyna exponat, in justorum suffragium defunctorum pauperibus eroganda, vt pro eisdem Deum orent: alludi nihilominus videtur per eum & saluberrimo Missæ sacrificio, de quo scriptum est*: Docti Y sacris institutis, panem vinum in salutis consecramus hostiam. *Et alibi*: Offertur Z in Ecclesia pro viuis & mortuis: vt omnibus prosit quod est pro salute omnium institutum. *Consonat & Tobiæ dicto illud Ier. c.* 16. Non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo: & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre. *Ideirco alio in loco Author*: Corpus A Domini (*ait*) nominatur Sacramentum Altaris: & secundùm hoc habet triplicem effectum, scilicet in triplici statu fidelium, idest in hoc Mundo, in Purgatorio, in Cœlo. De secundo autem (*missis alijs*) dicitur Leuit. 17. *Dedi vobis sanguinem, vt super altare in eo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit*. In hoc figuratum est, quòd Sacrificium Carnis & Sanguinis Christi valet animabus in pœna Purgatorij. *Dedi vobis Sanguinem*: Sanguinem, idest (*post pauca*) Sacrificium Corporis & Sanguinis Christi. *Sanguinem* scilicet pro corpore simul & sanguine, pars pro toto: & quia sanguis in altari non est sine corpore, nec corpus sine sanguine: *pro animabus*, scilicet quæ sunt in Purgatorio. *Hinc Zachar. c.* 13. Et erunt in omni terra, dicit Dominus: partes duæ in ea dispergentur & deficient: & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem; & vram eos, sicut vritur argentum: & probabo eos, sicut probatur aurum: (*quibus in verbis clarè Purgatorium describitur, & stabilitur.*) Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum.

X Op. 1. § penult.
Eucharistia plurium cõferi suffragij defunctis.
Y Opusc. 57. in Seq. Miss.
Z Op. 57. lect. 3. ad Mat.
A Op 58. c. 25. & c. 10.

Digitized by Google

Partes duæ, idest, infideles & mali Christiani, *dispergentur & deficient*, idest, damnabuntur: *& tertia pars relinquetur in ea*; idest, pœnitentes: *& ducam tertiam partem per ignem*; idest, animas pœnitentium per Purgatorium: *& vram eos, sicut vritur argentum; & probabo eos, sicut probatur aurum (igne eodem purgatorio:) Ipse vocabit nomen meum*: Ipse, scilicet populus Christianus in terra relictus, inuocabit me orationibus, & eleemosynis, & Sacrificio Altaris *pro parte ducta per ignem*, idest, pro animabus, quæ sunt in Purgatorio: *& ego exaudiam eum*, alleuiando scilicet pœnam illorum & abbreuiando. *Cæterùm*, quamuis B virtus Christi, quæ continetur sub Sacramento Eucharistiæ, sit infinita: tamen determinatus est effectus, ad quem illud Sacramentum ordinatur. Vnde non oportet, quòd per vnum Altaris Sacrificium (*vt soluatur objectio*) tota pœna eorum, qui sunt in Purgatorio, expietur: sicut etiam nec per vnum Sacrificium, quod aliquis homo offert, liberatur à tota satisfactione debita pro peccatis; vnde & quandoque plures Missæ in satisfactionem vnius peccati injunguntur. *Hinc & cohærenter ad hæc de Christi ad inferos descensu docemur, quòd* illi C qui fuerunt tales, quales nunc sunt qui in Purgatorio detinentur, non fuerunt à Purgatorio liberati per descensum Christi ad inferos. Si qui autem inuenti sunt tales, quales etiam nunc virtute passionis Christi à Purgatorio liberantur, nihil prohibet, per descensum Christi ad inferos à Purgatorio esse liberatos. *Et alibi addit:* Nisi D dicatur, quòd in vita sua hoc meruerunt, vt per passionem Christi liberarentur. Vel hoc ex speciali gratia fuit, quòd illi, qui in Purgatorio inuenti fuerunt, absoluti sint per passionem Christi: quamuis nunc illi, qui sunt in Purgatorio, non consequantur effectum plenæ liberationis ex sola passione Christi: *cujus commemoratiuum & repræsentatiuum profectò est incruentum Missæ Sacrificium. An verò in majus sit defunctorum subsidium Missa de* Requiem, *quàm cæteræ: Dicimus cum Authore, quòd* in Missa E non solùm est Sacrificium, sed etiam sunt ibi orationes; & ideò Missæ suffragium continet duo, scilicet Orationem, & Sacrificium. Ex parte igitur Sacrificij oblati Missa æqualiter prodest defuncto, de quocunque dicatur: & hoc est præcipuum, quod fit in Missa. Sed ex parte orationum, magis prodest illa, in qua sunt orationes adhoc determinatæ. Tamen iste defectus (*nota*) recompensari potest per majorem deuotionem vel ejus, qui dicit Missam, vel ejus qui facit dici: (*Vnde & in Canone orat Sacerdos:* Memento Domine famulorum tuorum &c. & omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio:) vel iterum per intercessionem Sancti, cujus suffragium in Missa imploratur. *Hinc deducitur, quòd Eucharistia prodest quidem defunctis: sed hoc specialiter efficit, vt Sacrificium est; idcircò ajebat consultò Author Op. 57. cit.* Offertur pro viuis & mortuis. *Siquidem* virtus Christi F operatur in Sacramētis per modum sanationis, & expiationis cujusdam. Vnde & Sacramentum Eucharistiæ liberat hominem à Purgatorio, in quantum est sacrificium quoddam satisfactorium pro peccato. *Ex quo laicus non debet pro defunctis Eucharistiam sumere. Sumitur enim per modum cibi: cibus autem sumentem, non cæteros, nutrit & juuat. Quocirca notandum iterum, quòd* aliter est G in isto Sacramento, & aliter in alijs. Nam alia Sacramenta habent singulares effectus, sicut in baptismo solus baptizatus suscipit gratiam: sed in immolatione hujus Sacramenti (*quod est Sacrificium*) est vniuersalis effectus: quia non solùm Sacerdos effectum consequitur, sed etiam illi, pro quibus orat, & Ecclesia tota tam viuorum quàm mortuorum. Cujus ratio est, quia continetur in ipso ipsa causa vniuersalis omnium Sacramentorum; scilicet Christus. Non tamen si laicus sumat hoc Sacramentum, prodest alijs, quantùm est ex opere operato, in quantum consideratur vt perceptio: quamuis ex intentione operantis & percipientis possit communicari omnibus, ad quos dirigit suam intentionem. Ex quo patet, quòd laici sumentes Eucharistiam pro his, qui sunt in Purgatorio, errant: (*quod bene nota pro mulierculis:) ait enim & suprà Author*: Offertur *pro viuis & defunctis, non* sumitur. *Hinc reprobatur & illorum error, qui pro mortuis baptizabantur:* Quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? *vt dicitur 1. Cor. 15.* Quod potest H dupliciter intelligi. Vno modo, vt per hoc, quòd dicit *mortui*, intelligantur opera peccati, quæ sunt mortua, quia carent vitâ gratiæ, & ducunt ad mortem; Hebr. 9. *Sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis &c.* Et secundùm hoc plana est litera: *Quid facient illi, qui baptizantur pro mortuis?* idest, pro peccatis abluendis, si non sint vitam gratiæ habituri? Alio modo: quia quidam tunc temporis volebant, quòd homines possent primò baptizari, vt sibi ipsis remissionem peccatorum consequerentur: & iterum baptizabantur pro aliquo consanguineo suo defuncto, vt etiam post mortem dimitterentur ei peccata. Et secundùm hoc sit litera: *Quid facient qui baptizantur pro mortuis*, scilicet consanguineis, pro quorum salute baptizantur, si non sit resurrectio mortuorum? Sed si oratio vnius (*subdit Author*) prodest alteri: quare non etiam baptismus? Ad hoc est duplex responsio. Vna est: quòd opera, quæ faciunt viui, prosunt mortuis propter vnionem charitatis & fidei: (*vt pluries suprà dictum est:*) vnde infidelibus nec oratio, nec baptismus viuorum prosunt: tamen oratio prodest illis, qui sunt in Purgatorio. Alia responsio, & melior, est: quia bona opera valent mortuis, non solùm ex vi charitatis, sed etiam ex intentione facientis. Dicendum est ergo secundùm hoc, quòd baptismus non habet virtutem ex intentione nostra, sed ex intentione Christi. Intentio autem Christi est, vt baptismus illis proficiat, qui in Christi fide baptizantur. *Et sic soli baptizato prodest baptismus, non alijs: qui præterea pluries vni adhiberi non valet, eoquòd non iterabile Sacramentum. Baptizentur potiùs fideles baptismo pœnitentiæ: ex quo gratiam consecuti, possint pro defunctis vtiliùs orare, vt à peccatorum reatu absoluantur. Vide*, Baptismus. *Et hæc quoad suffragium Sacramenti Eucharistiæ.*

x *Sequitur ex parte charitatis, eleemosynarum suffragium; & ex parte intentionis directæ, suffragium Orationis. Profectò tres consueuerunt assignari satisfactionis partes per aliquas pœnalitates: & congrua quidem ratione.* Nam pœna I dicitur malum, in quantum subtrahit aliquid bonum, quia sic naturæ nocet: vnde sicut est diuersa ratio boni in diuitijs, quas appetit *concupiscentia oculorum*; & delicijs, quas appetit *concupiscentia carnis*; & honoribus, in quos tendit *superbia vitæ*: Ita est diuersa ratio pœnæ in *eleemosyna*, quæ subtrahit diuitias, & in *jejunio*, quod subtrahit delicias, & in *oratione*, quæ altitudinem superbi spiritus deprimit per humilitatem. Et propter hoc sunt diuersæ partes satisfactionis. *Verumtamen inter has præeminere videtur eleemosyna. Siquidem* efficacia L satisfactionis inuenitur in tribus satisfactionis partibus, sicut virtus potentialis in partibus ejus; quæ quidem complete in vna inuenitur, & in alijs diminutè: sicut tota virtus animæ inuenitur in rationali; sed in sensibili anima inuenitur diminutè, & adhuc magis diminutè in vegetabili: quia anima sensibilis includit in se virtutem animæ vegetabilis, & non conuertitur. Eleemosyna enim includit in se virtutem orationis & jejunij duplici ratione. Primò, quia eleemosyna eum constituit, cui datur, debi-

B *4. d. 45. q. 1. a. 3. ad 2 & d. 12. a. 2. q. 3. ad 2.*
Sacrificium altaris habet effectum finitum, licèt virtus Christi infinita sit. Ex quo per vnam missam non tollitur tota Purgatorij pœna.

C *3. p. 52. 8. c. In 3. d. 22. 2. 2. q. 4. c.*
An animæ Purgatorij ex Christi descensu ad inferos fuerint tunc liberatæ.

D *In 3. loc. cit. f. c.*

Num Missa de *Requiem* prosit magis defunctis, quàm cætera.

E *4. d. 45. 2. 3. q. 1. ad 3.*
Duo in Missa consideranda.

F *3. p. 52. 8. ad 2.*
Prodest Eucharistia defunctis, vt Sacrificium est.

G *Io. 6. l. 6. f.*
Effectus Sacramenti Eucharistiæ vniuersalis, aliorum Sacramētorum singularis.

Laici non debent pro defunctis Eucharistiam sumere.

H *1. Cor. 15. l. 4. ibi.*
Exponitur illud: *Qui baptizantur pro mortuis* 1. Cor. 15.

Tres satisfactionis partes.

I *4. d. 15. a. 1. q. 3. ad 3.*

L *In 4. l. c. a. 3. q. 2. c.*
Alijs videtur eleemosyna præminere, scilicet orationi, & jejunio.

Digitized by Google

debitorem ad orandum & jejunandum & alia bona, quæ potest, faciendum pro eo, qui dedit. Secundò, quia eleemosyna propter Deum data, est quasi quædam oblatio Deo facta: vnde Philosophus etiam dicit *in 1. Ethic. c. 14.* quòd *bona opera habent aliquid simile Deo sacratis*. Oblatio autem ipsi Deo facta vim orationis habet. Et similiter, in quantum bona exteriora ad corporis conseruationem ordinantur, subtractio exteriorum bonorum per eleemosynam quasi virtute continet jejunium, quo maceratur corpus. Similiter etiam oratio virtute continet jejunium: quia extensio intellectus ad Deum debilitatem corporis parit. Vnde eleemosyna completiùs habet vim satisfactionis, quàm oratio; & oratio, quàm jejunium: & ideò dicit Apostolus 1. ad Tim. 4. *Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: Pietas autem ad omnia vtilis est*. Corporalis enim M exercitatio jejunij, & hujusmodi in suâ natura non sunt bona, sed pœnalia; &, si homo non peccasset, nihil horum fuisset: sed bona sunt medicinalia. Sicut enim Rheubarbarum est bonum, in quantum releuat à cholera: sic & ista, in quantum comprimunt concupiscentias. Et ideò si homo esset in statu, in quo non posset peccare, non indigeret jejunio, & hujusmodi. Ergo *ad modicum vtilis est*: quia tantùm ad morbum peccati carnalis, non spiritualis: quia *immò* aliquando propter abstinentiam homo iracundiam, inanem gloriam, & hujusmodi incurrit. *Pietas autem ad omnia vtilis est*: & accipitur hic vtroque modo, scilicet pro cultu Dei, & misericordia. Est autem *vtilis ad omnia*: quia ad omnia peccata delenda, Eccli. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis*. Item ad bona promouenda, Eccli. 17. *Eleemosyna viri quasi sacculus (vel, signaculum) cum ipso: & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit &c.* Item promeretur specialem Dei misericordiam, Matth. 5. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*. Et ideò adhoc designandum Dominus *Matth. 25.* specialiter commemorat opera misericordiæ: *Esuriui, sitiui, & dedistis mihi &c.* Quod probat, *subdens*: promissionem habens vitæ, quæ nunc est; *en fructus misericordiæ temporalis*: & futuræ; *en spiritualis & cœlestis. Quòd si tanti facimus eleemosynam erga viuos, qui adhuc in statu sunt semetipsos juuandi: quantò majoris meriti credenda est eleemosyna, quam in defunctos per pauperes dirigimus, cum sibi nullatenus valeant prodesse, nisi à nobis juuentur?*

Verùm nec minoris efficaciæ videtur Oratio: quia potest N mortuos de Purgatorio educere, *Eccli. 48.* Qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei. *Vnde & 2. Machab. 12. postquam de Iuda Machabæo dictum est*, quòd Misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, *quasi in commendationem præfigurati Sacrificij Eucharistici, defunctos potissimùm juuantis; subijcitur & de Oratione*: Sancta ergo & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. *Sanè* illud O debemus orando petere, quod debemus desiderare. Desiderare autem debemus bona non solùm nobis, sed etiam alijs: hoc enim pertinet ad rationem dilectionis, quam proximis debemus impendere. Et ideò charitas hoc requirit, vt pro alijs oremus. *Vnde Chrysostomus*. Pro se orare necessitas cogit: pro altero autem charitas fraternitatis hortatur. Dulcior autem ante Deum (*nota*) est oratio, non quam necessitas transmittit, sed quam charitas fraternitatis commendat. *Et quidem potiori motiuo pro mortuis, quibus majus non possumus desiderare bonum vitâ ipsa æterna, quam anxiè adeò expectant. Certè oratio, pro viuis effusa (quamuis oranti semper proficua) ex defectu illius, pro quo oratur, reddi pro eo potest inanis: non ita pro mortuis in gratia & charitate existentibus (si vti par est, dirigatur)* qui P non sunt

M 1. Tim. 4. l. 2. ibi.

Eleemosynæ vtilitas & fructus.

N Serm. 1. ex Ep. in Reg.

Oratio educit de Purgatorio.

O 2. 2. q. 83. a. 7. c. Ibi 4. d. 15. q. 4. a. 3. 1.

Oratio pro alijs dulcior ante Deum; & eo magis pro mortuis.

P 2. 2. q. 83. a. 11. ad 3. & a. 4. ad 1. In 4. d. 45. q. 3. a. 2.

in statu orandi, sed magis vt oretur pro eis: *cum certo tamen effectu diminutionis, vel absolutionis pœnarum.* (Non sunt *inquam* in statu orandi: *quod dicitur ad tollendam quorundam opinionem, putantium defunctos, ex eo quòd sunt in gratia, pro nobis orare. Quòd si quis per suffragia eis præstita, quam à Deo petit, gratiam obtineat: non ex eo est, quòd animæ illæ pro eo orauerint, sed quia Deus pium in defunctos charitatis actum remunerat.*) *Commendatur hinc pro defunctis oratio in sacris literis. Nam* Gen. 50. *mortuo Patre Iacob, subijcit textus*: Q Quod cernens Ioseph (*ejus filius*) ruit super faciem Patris flens, & deosculans eum. *Vbi Author*: Vt doceat, *inquit*, quòd pro mortuis est cum luctu orandum, & supplicandum ad Dominum. *Ad quod cohærenter dicitur Thren. 2.* Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame. *Infame, inquam: nam fame veluti deficere dicuntur animæ illæ, ex consanguineorum, immò & filiorum crudelitate, suffragia denegantium. Id quod Iobus, defunctorum personam induens, ipsis improperat, cum ait cap. 19.* Quare persequimini me sicut Deus (*qui ad virtutum profectum cum affligebat*) & carnibus meis saturamini? *Q. d. Hereditate potimini nostra: & tamen ingrati neque spontaneum neque legatum exhibetis suffragium? Hinc ex Ps. 119. ad filium, heredem bonorum, Mater clamat, exclamat indolens Pater*: Heu mihi: quia *ex culpa & incuria tua*, *immemor sis*, *acerbissimis hisce in pœnis* incolatus meus prolongatus est. *Quod & Psaltes tangit Psal. 48.* Et relinquent alienis diuitias suas: *Vbi Author*: Dicit *alienis*: quia R si etiam filijs dimittat (*Pater*) diuitias; tamen *alieni* sunt: (*ille enim est* proximus *Luc. 10.* qui fecit misericordiam in illum:) quia contingit, quod filij & nepotes nihil boni faciant mortuis; *juxta illud Eccle. 9.* Obliuioni tradita est memoria eorum; *mortuorum scilicet, de quibus est hîc sermo. Ex quo priùs ad amicos Iobus recurrerat, consanguineis misericordiam denegantibus*: Miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me, *atrocissimis animas cruciatibus punientis, vt suprà prætactum est. Quò facit illud Tren. 4.* Paruuli petierunt panem: & non erat qui frangeret eis. *Paruuli enim justos designant* (*Matth. 18.* Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in Regnum Cœlorum) *quales sunt Christi fideles, in Purgatorio degentes. Tangit detestandam hanc viuorum de mortuis obliuionem idem Psaltes &* Psal. 30. *cùm in persona Christi prophetice dicebat*: Obliuioni datus sum, tanquam mortuus à corde. *Nimirùm*, quia homo S quantumcunque diligat aliquem, post mortem tradit cum obliuioni, *Psal. 87.* Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor ampliùs. *Legit Author*; Quorum non est memor; *videlicet, non vxor mariti, non vxoris vir, non parentum filij, non filiorum parentes, non amicorum amici, vt experientia satis notum*. Dormientes *inquam* in sepulchris: *super quæ tam frequenter incedentes fideles quidam, nec semel requiem æternam cum signo crucis adprecantur: quibus bene aptatur illud Ps. 128.* Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Domini super vos. *Hoc enim sensu* benedicere T est bonum alicui velle, & quasi bonum pro aliquo precari. *Vnde ex suprà cit. Psal. 87. bene asseri potest, animam in Purgatorio patientem verè* in terra obliuionis *detineri*: Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & justitia tua in terra obliuionis? *hoc est, in Purgatorio: vbi procul dubio diuina justitiâ purgantur animæ illæ (vt visum est) Isa. 57.* Iustus perit: & non est qui recogitet in corde suo, *Non ita pijssimus Iacob, qui mortuum credens filium suum*: Descendam *aiebat* ad filium meum lugens in Infernum. *Descendunt autem ad defunctum filium in Infernum purgantium parentes superstites, vel ad amicum amici, frequentibus suffragijs adjuuando. Et quidem*

Qui non sunt in statu orandi, sed vt oretur pro eis.

Q Gen. 50. ibi.

Consanguineorum in defunctos ingratitudo.

R Psal. 48. lit. e. ibi.

Et obliuio.

S Psal. 30. lit. 1. f.

T Rom. 12. l. 3. ibi. Benedicere.

Digitized by Google

dem adeò nobis vtilis est, pro eis ad Deum precis effusio, vel erogata eleemosyna, vt ex debito gratitudinis tuis anima quæpiam suffragijs, à pœnis illis erepta, Deum pro te orare in cœlesti Ierusalem teneatur locata: quia, vt vidimus, Eleemosyna V eum constituit, cui datur, debitorem ad orandum pro eo, qui dedit. *Bene igitur dicebatur 2. Mach.* 12. Sancta & *salubris* est cogitatio, pro defunctis exorare.

V 4.d.15. 2.2. q.1.c. & Serm. 1. de Mortuis.

2 *Præfata cuncta colligit & confirmat alibi Author, cum super illud Eccli. 7.* Mortuo non prohibeas gratiam; *ita scribit.* Quadruplicem X gratiam debemus mortuis. Primò, debitis eos obsequijs sepelire. Secundò, pro eis orare. Tertiò, pro eis eleemosynas facere. Quartò, pro eis Sacrificium Altaris offerre. Debemus mortuos cum obsequijs sepelire: Primò, vt nos morituros cogitemus, Eccle. 7. *Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij: ibi enim finis cunctorum admonetur hominum.* Secundò, vt meritum pro eo, cum sit opus misericordiæ, recipiamus, Tob. 12. *Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos &c. obtuli orationem tuam Domino &c.* Propter tria orare debemus pro mortuis. Primò, vt nostram charitatem eis demonstremus. Secundò, vt pœnas eorum mitigemus. Tertiò, vt à pœnis eos liberemus. Tria debent nos mouere ad faciendas eleemosynas pro mortuis. Primò pœnarum, quas patiuntur, acerbitas: libenter enim faciunt homines eleemosynas leprosis, & ijs qui patiuntur magnas pœnas & infirmitates. Minor autem pœna Purgatorij est major omnibus pœnis præsentis vitæ, sicut dicit *Augustinus*. Secundò magna eorum necessitas: quando enim vident homines valdè mendicos, libenter faciunt eis eleemosynas. Illi autem, qui sunt in Purgatorio, sunt in maxima paupertate: quia nihil possunt mereri, cum non sint in statu merendi. Tertiò, debet nos mouere nostra vtilitas: cum enim oramus pro illis, qui sunt in Purgatorio, & eleemosynas facimus; quando liberantur & sunt in Patria, libenter *gratoque animo* orant pro nobis. Tria etiam debent nos mouere ad celebrandum pro mortuis. Primum est, quia *ex Augustino* pro illis, qui sunt in Purgatorio, est propitiatio. Secundò, quia pro illis, qui sunt in Patria, est gratiarum actio. Tertiò, quia illis, qui peregrinantur in Mundo, est consolatio. Ergo virtutem hujus Sacramenti sentiunt qui sunt in Purgatorio, qui sunt in Cœlo, qui sunt in Terra.

X Serm. 1. de Mortuis citat. Op. 58. c. 15.
Quatuor debemus defunctis.
Obsequium sepulturæ.
Orationes.
Eleemosynas.
Sacrificia Altaris.

a *Sed præter suffragia præfata, extant & indulgentiæ, quæ à Summo Pontifice pro defunctis consueuerunt non rarò concedi (vnde & altaria pro defunctis priuilegiata Apostolica authoritate destinantur) animabus Purgatorij per modum suffragij applicandæ.* Ratio autem Y quare valere possunt, est vnitas corporis mystici, in qua multum de operibus pœnitentiæ supererogauerunt Sancti ad mensuram debitorum suorum, & multas etiam tribulationes injustè sustinuerunt patienter, per quas multitudo pœnarum poterat expiari, si eis deberetur: quorum meritorum tanta est copia, quòd omnem pœnam debitam nunc viuentibus excedunt; & præcipuè propter meritum Christi, quod etsi in Sacramentis operatur, non tamen efficacia ejus in Sacramentis includitur, sed sua infinitate efficaciam Sacramentorum excedit. Dictum est autem, quòd vnus pro alio satisfacere potest. Sancti autem, in quibus superabundantia operum satisfactionis inuenitur, non determinatè pro isto, qui remissione indiget, hujusmodi opera fecerunt; (alias absque omni indulgentia remissionem consequeretur:) sed communiter pro tota Ecclesia: sicut Apostolus dicit, se *adimplere ea, quæ desunt passionum Christi in carne sua pro corpore ejus, quod est Ecclesia (Coloss. 1.)* ad quam scribit. Et sic prædicta merita sunt communia totius Ecclesiæ. Ea autem, quæ sunt communia multitudinis alicujus, distribuuntur singulis de multitudine secundùm arbitrium ejus, qui multitudini præest. Vnde sicut aliquis consequeretur remissionem pœnæ, si alius pro eo satisfecisset: ita, si satisfactio alterius sibi per eum, qui potest, distribuatur. *Nec tamen Episcopus, & multò minus inferior Prælatus potest Indulgentias concedere: sed hoc propriè ad solum Summum Pontificem spectat. Solus enim* Papa Z habet plenitudinem Pontificalis potestatis, quasi Rex in Regno: sed Episcopi assumuntur in partem sollicitudinis, quasi judices, singulis ciuitatibus Præpositi: propter quod etiam solos eos in suis literis *fratres* vocat; reliquos autem omnes vocat *filios*. Et ideò potestas faciendi Indulgentias plenè residet in Papa, quia potest facere quod vult, causa tamen existente legitima: sed in Episcopis est taxata secundùm ordinationem Papæ; & ideò possunt dare secundùm quod eis taxatum est, non ampliùs.

Y 4.d.20. 1.3. q.1.c.
Indulgentiarum valor, & vnde sit.
Z Ibid. a. 4. q. 3. c.
Papa solus eas dispensare valet.
Papa vocat Episcopos fratres, cæteros filios.

Porrò, ad rem nostram, sciendum, quòd Indulgentia A dupliciter alicui prodesse potest. Vno modo principaliter: alio modo secundario. Principaliter quidem prodest ei, qui Indulgentiam accipit, scilicet qui facit hoc, pro quo Indulgentia datur, vt qui visitat limina alicujus Sancti. Vnde cum mortui non possint aliquid facere eorum, pro quibus Indulgentiæ dantur: eis Indulgentiæ directè valere non possunt. Secundario autem & indirectè prosunt ei, pro quo aliquis facit illud, quod est Indulgentiæ causa: quod quandoque contingere potest; quandoque autem non potest, secundùm diuersam Indulgentiæ formam. Si enim sit talis Indulgentiæ forma: *Quicunque facit hoc, vel illud; habebit tantum de Indulgentia:* ille qui hoc facit, non potest fructum Indulgentiæ in alium transferre, quia ejus non est applicare ad aliquid intentionem Ecclesiæ, per quam communicantur communia suffragia, ex quibus Indulgentiæ valent. Si autem Indulgentia sub hac forma fiat: *Quicunque fecerit hoc vel illud; ipse, & Pater ejus, vel quicunque ei adjunctus, in Purgatorio detentus, tantum de Indulgentia habebit:* talis Indulgentia non solùm viuo, sed etiam mortuo proderit: (*& quidem, si plenaria fuerit, defuncto proderit ad totam sibi debitam pœnam tollendam:*) non enim est aliqua ratio, quare Ecclesia possit transferre merita communia (quibus Indulgentiæ innituntur) in viuos, & non in mortuos. Nec tamen sequitur, quòd Prælatus Ecclesiæ possit pro arbitrio animas à Purgatorio liberare: quia adhoc, quod Indulgentiæ valeant, requiritur causa conueniens Indulgentias concedendi. *Et præterea, alia sunt, ex quibus potest talis Indulgentiæ effectus præpediri: vel ex parte defuncti, qui fortasse* secundùm Augustinum *non tantum meruit, vt sibi Indulgentiarum suffragia prodessent: vel ex parte Indulgentias suscipientis pro illo. Ideircò consultò Ecclesia Indulgentias pro defunctis elargiri duntaxat consueuit* per modum suffragij; *idest, per modum auxilij Ecclesiastici eis applicandas, modò Deus acceptare dignetur: (est enim velut memoriale, Dei misericordiæ exhibitum, dilectæ Ecclesiæ manu signatum:) non per modum judicij & authoritatis. Cæterùm ex ijs, quæ dicta sunt, de mente videtur Authoris, defunctis ijs Indulgentias valere ac prodesse, quibus etiam singulariter applicantur, si debitæ seruentur circumstantiæ, non minus ac viuentibus, quando eis conceduntur: quamuis non desint oppositum sentientes, saltem quoad certitudinem remissionis pœnarum respectu horum, & horum: quos vide. An verò animabus in Purgatorio degentibus notum sit, à quibus sibi suffragia fiant? Respondemus in primis, quòd* mortui B ea, quæ in hoc Mundo aguntur, considerata eorum naturali conditione, non cognoscunt; & præcipuè interiores motus cordis. *Verumtamen alibi docemur, quòd animæ* C mortuorum possunt habere curam de rebus viuentium, etiamsi ignorent eorum statum, sicut nos habemus de mortuis, eis suffra-

A 4.d.45. 2.3. q.2.c. & d.20. 1.3. q.3. ad 2.
Dupliciter indulgentia prodest.
Indulgentiæ directè non possunt valere defunctis: sed indirectè.
Quænam Indulgentiæ eis valeant.
Non possunt pro arbitrio liberari.
Indulgentiæ pro defunctis conceduntur ab Ecclesia, per modum suffragij duntaxat.
An nouerint defuncti, a quibus sibi fiant suffragia.
B 1.2. E3. 4. ad 2.
C 1.p. 89. 8. ad 1.

Digitized by Google

ſuffragia impendendo, quamuis eorum ſtatum ignoremus. Poſſunt etiam facta viuentium, non per ſeipſos cognoſcere, ſed vel per animas eorum, qui hinc ad eos accedunt: vel per Angelos, ſeu dæmones, vel etiam ſpiritu Dei reuelante, ſicut *Auguſtinus* dicit. *Hinc per Angelos, & ſpecialiter cuſtodes (quamuis in morte cuſtodia ceſſauerit) piè dixerim, animas in Purgatorio detentas admoneri, à quibus exoptata ſibi ſuffragia exhibeantur: reſultat enim in eis quoddam accidentale gaudium de cuſtoditorum ſalute, & eò magis æterna: de quo vide V.* Angelus, & Angelus cuſtos. *Beatorum autem animæ, & damnatorum, an & qualem de viuentibus notitiam habeant, vide V.* Anima ſeparata, & *V.* Damnatus.

Defunctis Christi exemplo ſuffragandum.
D Op.6. § 7. ff.

b *Monemur autem defunctis ſuffragari, potiſſimùm Chriſti exemplo.* Chriſtus enim D deſcendit ad inferos, vt liberaret ſuos; & ideò debemus & nos illuc deſcendere, vt ſubueniamus noſtris: ipſi enim nihil poſſunt; & ideò debemus eis ſubuenire, qui ſunt in Purgatorio. Nimis eſſet durus, qui non ſubueniret charo ſuo, qui eſſet in carcere terreno: multò ergo magis eſt durus, qui non ſubuenit amico, qui eſt in Purgatorio, cum nulla ſit comparatio pœnarum Mundi ad illas; *vt in ſuperioribus viſum eſt. Et tamen in cœmeterijs, ac Templis, defunctorum fidelium corpora conculcantes, crudeliùs eorum animas premimus, dum debita ſubtrahentes ſuffragia, eis quodammodo pœnas aggeramus ingrati. Profectò, longè gratius Deo eſt ſuffragium pro defunctis, quàm pro viuentibus.* Magis inquit *Author* acceptatur E ſuffragium pro mortuo, quàm pro viuo: quia magis indiget, cum non poſſit auxiliari ſibi, ſicut viuus poteſt. *Igitur, quandiu viuis, ſuffragia mortuis libens impende, vt ſuffragiorum & ipſe poſt mortem capax reddaris, Matth. 7.* In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis: *eò vel maximè, quòd (vt pluries tactum eſt) ij ſuffragiorum* ex Auguſtino *fructus percipiunt, qui viuentes*, vt ſibi poſſent prodeſſe, meruerunt. Non enim *inquit* omnibus proſunt. Et quare non omnibus proſunt? niſi propter differentiam vitæ, quam quiſque geſſit in corpore? *Hoc autem meritum, inter cætera, defunctis ſuffragando comparatur. Qui ſecus facit, non tam facilè poſt mortem ſuffragia ſperet, quamuis fortaſſe millena ſacrificia mandauerit pro ſe celebranda Miſſarum: quæ fortè alijs indigentibus, qui meruerunt, ex diuina liberalitate diſtribuentur. Sicut enim* credibile eſt F quòd per diuinam miſericordiam, ſi aliquid de ſpecialibus ſuffragijs ſuperſit his, pro quibus fiunt, vt ſcilicet eis non indigeant, alijs diſpenſetur, pro quibus non fiunt, ſi eis indigeant: *Ita ea diſtribuentur indigentibus, quæ fiunt pro ijs, qui ſibi ea profutura non meruerunt: vt nimirùm hoc pacto per diuturnitatem pœnæ animaduertatur qui diuturna in defunctos obliuione peccauit.* Poteſt enim G contingere, quòd aliquis diutiùs moretur, qui minùs affligitur, & è conuerſo. *Et hoc propter majorem ad peccatum, etiam veniale, adhæſionem. Nam & quædam* H venialia ſunt majoris adhærentiæ, quàm alia, ſecundùm quòd affectus magis ad ea inclinatur, & fortiùs in eis figitur: & quia ea, quæ ſunt majoris adhærentiæ, tardiùs purgantur; ideò quidam in Purgatorio diutiùs, quàm alij, torquentur, ſecundùm quod affectus eorum ad venialia fuit magis immerſus. *Profectò* affligitur I aliquis igne tribulationis propter immoderatum affectum, quo ſuperfluè terrena diligit: & punitur igne Purgatorij propter peccata venialia, quæ circa curam temporalium commiſit, ſiue etiam per friuola (*nota*) & vana quæ docuit.

Durus nimis eſt, qui defunctis non ſubuenit.
E 4. d. 45. a. 2. q. 1. ad 3.
Tale ſuffragium gratius Deo eſt, quàm pro viuentibus.
Non tam facilè ſuffragia ſperet poſt mortem, qui ante non fuerit ſuffragatus defunctis.
F Ibid. a. 4. q. 3. ad 2.
G In 4. d. 21. a. 3. q. 3. ad 1.
Diutiùs quis in Purgatorio morari poteſt, qui minùs affligitur, & è contra.
H Ibid. in corp.
I 1. Cor. 3. l. 2. ff.

c *Hinc vides (cum ejuſmodi ſit; tamque diuturna, etiam pro venialibus, Purgatorij pœna eſſe poſſit) quantùm referat & ad ſalutem propriam, & ad defunctorum leuamen, bene operari:* Opera enim illorum (*hominum*) *cum moriuntur*, ſequuntur illos, *Apocalyp. 14. Videlicet*, ſicut famuli L dominum ſuum ſequuntur. Et benè dicit, *ſequuntur*; non *præcedunt*: quia Sancti non vident opera ſua, vt Deus videt; Matth. 6. *Cum facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt.* Item, *Opera illorum ſequuntur illos*; id eſt, reddetur in futuro, non in præſenti (ſicut hypocritis, quibus ſtatim redditur) merces eorum, *Matth. loc. cit.* Amen dico vobis: receperunt mercedem ſuam. *Et hos quidem cum cæteris peccatoribus mala opera ſequuntur: vt nimirùm ſicut bonis præmium, ita ipſis reddatur pœna condigna & ſupplicium. Curemus igitur, vt & nos poſt mortem bona ſequantur opera, quibus ſcilicet & in ſalutem animæ operati fuerimus, & in defunctorum ſuffragium. Cætera enim opera ad nihilum valent: qualia ſunt quæ ad vanam duntaxat recordationem conſueuerunt aliqui in morte legare, vel ante mortem ſibi conſtruere, ſicut magnifica Mauſolæa, & hujuſmodi. Id quod non omnino damnamus, vt ſupra vidimus, ſi ex pietate fiat: at, ſi cætera pia opera obſint*, vt quid diligitis vanitatem, *vanaque captatur memoria, quæ perit cum* ſonitu *campanarum? Quod tangit & Pſaltes Pſal. 48. ijs verbis:* Sepulchra eorum, domus eorum in æternum. *Videlicet*, ex hoc M quòd faciunt curioſa ſepulchra, credunt habitare in æternum: ſed decipiuntur, quia & ſepulchra deſtruentur. Hieronymus habet: *Interiora domus illorum in æternum*: quia homo habet duplicem domum, exteriorem ſcilicet; & hæc non manet in æternum: & interiorem, ſcilicet conſcientiam; & hæc manet, Iſ. 38. *Diſpone domui tuæ*: hæc, ſiue bona, ſiue mala, ſemper manet. *Tabernacula eorum (ſequitur textus) in progenie & progenie.* Q. d. Ita ædificantur, ac ſi ſint duratura vſque in finem: ſed decipiuntur, quia deſtruuntur; Iob 21. *Vbi eſt domus Principis, & vbi tabernacula impiorum?* Et dicit, *tabernacula*: quia non diu manent in eis: (*ex quo*, per tabernaculum N quod eſt mutabile, non fixum & ſtans, ſignificatur ſtatus præſentis vitæ mutabilis.) *Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis.* Q. d. Hæc eſt intentio hujuſmodi ædificationis, vt eſſent nominati in terris ſuis, *Gen. 11.* Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim &c. & celebremus nomen noſtrum. *Atqui toto Cœlo aberrant: nam nomen æternum, non* in terris, *ſed* in Cœlis *duntaxat, per bona opera comparatur, Luc. 10.* Gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in Cœlis. *Vbi profectò* In memoria æterna erit juſtus, *Pſal. 111. Non ita peccatores: nam, vt dicitur Pſal. 33.* Oculi Domini ſuper juſtos: Vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. *Hoc autem* dupliciter O poteſt intelligi. Vel quia poteſt referri ad terram præſentem: & dupliciter perditur memoria eorum de terra. Vno modo, vt omnino non ſit; Eccli. 10. *Ceſſare fecit Dominus memoriam eorum à terra*: alio modo, vt malè ſit; Prou. 10. *Memoria juſti cum laudibus: & nomen impiorum putreſcet.* Multi mali quæſierunt, vt eorum memoria maneret: & tamen perijt. Sed ſi aliquorum permanet memoria: tamen perijſſe dicitur, quia putrida eſt & mala; Pſal. 9. *Perijt memoria eorum cum ſonitu.* Vel poteſt intelligi, *vt perdat memoriam eorum de terra* viuentium; hoc eſt, de Patria Cœleſti, de qua dicitur *Pſal. 26.* Credo videre bona Domini in terra viuentium: *vbi non tantùm corporis, ſed & animæ, vera in æternum poſſidetur requies & pax.*

Exponitur illud: Opera enim illorum ſequuntur illos.
L Apoc. 14. com. 3. & etiam 1. ibi.
Speciosa ſepulchra ſine bonis operibus vanum opus.
M Pſ. 48. lit. e.
Duplex hominis domus.
N 1. 2. 102. ad 1.
O Pſ. 33. lit. p.
Nomen, & memoria æterna ſolummodo in Cœlis acquiritur.

d *Et hæc quidem, pax ea eſt, & requies, quam Eccleſia defunctis adprecari conſueuit, cum Sacerdos dicit*: Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace; *& iterum*: Requiem æternam dona eis Domine. *Quibus in verbis & requies innuitur & pax. Pax inquam, non hujus ſeculi, de qua dicitur Ier. 6.* Pax, pax; & non erat pax: *ſed ea pax* P quæ eſt vltimum, quod in beatitudine perficitur, Pſalm. 147. *Qui poſuit fines tuos pacem.* Tunc enim erit perfecta pax, quando voluntas requie-

Cur defunctis requiem adprecemur & pacem.
P Rom. 1 l. 4. ff.
Quid Pax.

scet in plenitudine omnis boni, consequens immunitatem ab omni malo, *Is.* 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. *Docemur enim, quòd* sequela Q charitatis est gaudium: perfectio autem gaudij est pax quantùm ad duo, scilicet vt neque ab exterioribus perturbemur, & vt desideria nostra conquiescant in vno; vnde post charitatem & gaudium, tertiò ponitur pax. *Hæc autem optatissima* Pax R nihil aliud est, quàm tranquillitas ordinis: tunc enim aliqua dicuntur pacem habere, quando eorum ordo imperturbatus manet. Hinc ex D. Augustino *Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis:* ita vt *serenitas mentis* referatur ad rationem, quæ debet esse libera, non ligata, neque absorpta aliqua inordinata affectione: *tranquillitas animi* referatur ad sensitiuam, quæ debet à molestatione passionum quiescere: *simplicitas cordis* referatur ad voluntatem, quæ debet in Deum objectum suum totaliter ferri: *amoris vinculum* referatur ad proximum: *consortium charitatis* ad Deum. Hanc autem pacem hic Sancti habent, & habebunt in futuro: sed hic quidem imperfectè, quia nec ad nos, nec ad Deum, nec ad proximum, pacem sine perturbatione aliqua possumus habere. Sed in futuro habebimus eam perfectè, quando sine hoste regnabimus. In *hac igitur* Pace requiescant *defuncti, postulat Ecclesia à Deo, ex illo fortassis Is.* 57. Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua. *Quò facit & illud Psal.* 149. Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis; *ad innuendam nimirùm beatam imperturbabilem requiem Sanctorum in cœlis: nam in cubilibus propriè requiescunt homines. Vnde & cohærenter exponitur:* In cubili suo; *idest*, in domo S sua securus erit. (*Eccle.* 12. Ibit homo in domum æternitatis suæ:) Vel, in quiete cordis sui; *qua in Deo quiescet ab hujus Mundi ereptus turbinibus & ærumnis*; *Is.* 14. Cum requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concussione tua &c. *Quod solummodo in Cœlis habebitur, vbi* absterget Deus *Apoc.* 21. omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà. *Quam profectò veram æternamque defunctorum requiem tangit & Ioannes* Apoc. 14. *cum ait:* Audiui vocem de Cœlo dicentem mihi. Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur: amodò jam dicit Spiritus vt requiescant à laboribus suis. *Vbi Author:* Sic T ordina (*inquit*) constructionem. Verè *beati* sunt qui in Domino moriuntur: quia *Spiritus dicit, vt jam amodò*, idest post mortem, *requiescant* æternaliter *à laboribus suis*, idest post labores suos; *neque hoc tantummodo, sed &* pro laboribus suis (*ita vt requies æterna, digna pro laboribus illis merces sit*) Sap. 3. *Bonorum laborum gloriosus est fructus*; & Matth. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Quia tunc mirabitur anima, quomodo potuit à tot periculis liberari. Illi autem, qui *in labore hominum non sunt* (Psal. 72.) *& cum hominibus non flagellabuntur*, non terminabitur in requiem labor eorum, sed erit perpetuus; vnde Psal. 48. *Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem:* (*quod exponitur:* idest, punietur V supplicio æterno, & vita ejus non deficiet in pœnis.) Beati igitur dicuntur Sancti, cum moriuntur, propter præteritorum malorum euasionem; & non solùm propter hoc, immò potiùs propter bonorum omnium adeptionem: *quod est transire* de labore ad requiem, *æternam vtique: quæ & requies tertia ab Authore nuncupatur. Siquidem* triplex est X requies. Vna est temporalis, de qua Luc. 12. *Habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce &c.* Secunda est requies conscientiæ, Eccli. 51. *Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem.* Tertia est requies gloriæ æternæ: *In pace in idipsum dormiam & requiescam*, Psal. 4. *Id quod summoperè expetebat Simeon, cum Luc.* 2. *clamabat:* Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundùm verbum tuum in pace. *Et hoc sensu*, Requiescant in pace *defuncti, Deum cum Ecclesia exoramus.* Ingrediemur enim in requiem, qui credidimus (*vt ait Apostolus ad Hebr.* 4.) *de qua dicitur Iob* 11. Requiesces: & non erit qui te exterreat. *Hæc est illa requies, quæ per Sabbatum mysticè innuitur:* quia Y in sanctificatione Sabbati, secundùm quod est morale præceptum, præcipitur quies cordis in Deum. *Etenim* sicut Deus Z in se solo requiescit, & se fruendo beatus est: ita & nos per solam Dei fruitionem beati efficimur. Et sic etiam facit nos à suis & nostris operibus requiescere. Est ergo conueniens expositio (*Requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat*, Gen. 2.) vt dicatur Deus requieuisse, quia nos requiescere facit: *videlicet à laboribus nostris, æterna in sui fruitione requie: & hæc est, quam defunctis adprecamur.*

Q 1.2.70.3.c.

R Ioan.14.d 7. 9in.o.

Hic imperfectè habetur pax: in Patria perfectè.

S Is.57. ibi.

Quæ & qualis requies desideretur defunctis.

T Apoc. 14. com. 2. & etiam 1. ibi.

V Ps.48. lit.c. fi.

X Hebr. 3. l. 2. fi.

Requies triplex.

Y 1.2. 100. 5. fi. c. & 2.2.122. 4. ad 1. fi.

In solo Deo verà requies.

Z 1.2.73.2. ad 3. In 2. d.15.3. a 2. & 3. & Hebr. 4. li.

c *Verùm animabus illis, præter æternam requiem, perpetem quoque adprecatur Ecclesia lucem:* Et lux perpetua luceat eis. *Per quam quidem lucem*, lumen *illud, quod* gloriæ *vocant* (*de quo vide V.* Beatus) *intelligit, beatis animabus in Cœlesti Patria æternùm affulgens. Vnde Apoc.* 21. *dicitur:* Et Ciuitas non eget Sole neque Luna, vt luceant in ea: nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna ejus est Agnus. *Claritas Dei*, quæ scilicet A tantùm, lux mentium est: *& lucerna ejus est Agnus*; idest, Christi humanitas, continens diuinitatem, sicut testa nucem; Is. 60. *Non erit tibi ampliùs Sol ad lucendum per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam.* Lucerna *inquam* ejus est Agnus; *idest, Christus* (*in Paschali accenso cereo, tanquam fulgidissima in vtraque Ierusalem lucerna, præsignatus: vnde & vna lampas ante Eucharistici altare Sacramenti accendi olim consueuerat, quamquam hodie alicubi plures contra mysterium accendantur, sicut figuraliter in veteri lege vna ardebat lucerna in tabernaculo, de qua dicitur Exod.* 27. *fin.* Vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij:) *in quo indeficiens perpetuumque perseuerat lumen Diuinitatis: de quo canitur Psalm.* 35. In lumine tuo videbimus lumen: (*ex opposito, de reprobo peccatore dicitur Psal* 48. Et vsque in æternum non videbit lumen; *vt nimirùm* per quæ peccat, per hæc & torquentur. Quia enim B in vita noluit sequi lumen rationis, ideò *in æternum non videbit lumen*; Matth. 25. *Inutilem seruum ejicite in tenebras exteriores.*) *In lumine tuo*, idest C in Christo, qui est lumen de lumine: *videbimus lumen*, quod est veritas increata: lumen enim spirituale, veritas est: *vnde & beatitudo nostra in clara Dei visione & cognitione consistit*, Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. *Sanè hoc absque lumine vera non potest requies haberi sempiterna; idcircò* Is. 58. *vtrumque conjungitur:* Et requiem tibi dabit Dominus semper; *moxque subijcitur:* & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, *nimirùm à sepulchro, in vniuersali resurrectione. Sed & hoc lumen, licèt de longinquo & confusè, viderunt inter ignorantiæ tenebras vel ipsi Gentiles, dum intra sepulchra mortuorum lucernas occludentes perpetuas* (*quarum aliquæ & nostris temporibus in antiquorum apertione tumulorum repertæ sunt; adhuc quidem accensæ, at illicò ad aeris immutationem extinctæ*) *lumen aliquod animabus post mortem indeficienter affulsurum, aliquali pietate credebant. Et hoc est lumen; hæc illa perpetua, nedum lucerna, sed lux: quam præter requiem, & pacem, defunctis cum Ecclesia exoptamus:* Et lux perpetua luceat eis. *Quæ vtique tria* (*requiem nimirùm, pacem, & lucem sempiternam*) *simul memorat ad altare, orans pro defunctis, Sacerdos; cùm in Canone, vt supra innuimus, dicit:* Ipsis Domine, & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerij, lucis, & pacis,

Quænam perpetua lux defunctis exoptetur, præter requiem.

A Apoc. 21. com. 2 & etiam 1. ibi.

Mysticè in ara major lampas vna, sicut & cereus Paschalis, accenditur.

Damnatus nõ videbit lumẽ.

B Ps. 48. fi.

C Ps. 35. lit. e.

Lucernæ perpetuæ antiquorum quid præsignarent

Digitized by Google

& pacis, vt indulgeas deprecamur. Locum *inquam* refrigerij: *de quo Psal 65.* Transiuimus per ignem, & aquam: & eduxisti nos in refrigerium. *Nam* per ignem, *flammæ notantur purgatoriæ: quibus adduntur tribulationes, in præsenti vita æquanimiter toleratæ, quæ sanè ad pœnas faciunt peccatis debitas minuendas: & hæ per aquas signantur.* Per aquas D significantur tribulationes. (*Id quod immediatè ante eodem Psal. præmittitur:* Igne nos examinasti, sicut examinatur argentum: posuisti tribulationes in dorso nostro.) *Vnde & benè deducitur:* & eduxisti nos in refrigerium, *sempiternæ nimirùm beatæ vitæ. Et nos igitur rogemus Altissimum, vt & defunctos* in pacis ac lucis regione constituat, *& nos post hanc vitam* Sanctorum suorum faciat esse consortes. *Quod vtique ex Dei misericordia assequemur, si per bona opera & nobis simul atque defunctis studeamus prodesse. DISCE, defunctorum simul* misereri, & animæ tuæ, placens Deo, *Eccli. 30. Vide,* Anima separata, Beatus, Damnatus.

D 1. Thessal. Prol. & Op. 4. 5. 1. 5. & alibi.

DEGRADATIO. Vide, ORDO.
DELECTATIO. Vide, PECCATVM.
DENVNCIATIO. Vide, IVDEX.
DEPRECATIO. Vide, ORATIO.
DERISIO. Vide, LINGVA.
DESIDERIVM. Vide, VOLVNTAS.
DESPERATIO. Vide, BLASPHEMIA, DAMNATVS, PECCATVM, SPES.
DESPONSATIO. Vide, MATRIMONIVM.
DETRACTIO. Vide, LINGVA.
DEVOTIO. Vide, ECCLESIA.

DEVS VNVS.

X. Nulla nostra locutio de Deo potest esse propria ad plenum. *Ver. 23. 3. init. 6.*

f PLurima iterumque plurima, ac penè innumera sunt, quæ de Deo Optimo Maximo dici possent. Nos tamen (præter ea, quæ sparsim toto hoc in opere adducuntur) præcipuas hîc tantummodò veritates primoribus, vt aiunt, labris attingere intendimus: Metaphysicis sacrisque Theologis immensam veluti fusioris doctrinæ supellectilem relinquentes. Et in primis, Deum esse, nemo potest rationis compos diffiteri: solus enim* dixit insipiens in corde suo: Non est Deus, *Psal. 52. quod & antea præmiserat Psaltes ijsdem omnino verbis* Psal. 13. *In cujus Author expositione, causam adducens:* In corporibus *inquit* sequitur E corruptio per exhalationem naturalis caloris expulsi à calore extraneo. Calor autem naturalis animæ est amor Dei. Quando ergo subintrat extraneus amor concupiscentiæ & aliorum peccatorum, recedit Deus. Et ideò, cum dixit: *Non est Deus;* statim subdit: *Corrupti sunt;* Ierem. 5. *Negauerunt Dominum, & dixerunt: Non est ipse;* scilicet, peccatorum damnator, justorum remunerator. *Corrupti* ergo *sunt* peccatores per malum actum: quia, postquam per consensum amittunt bona gratuita, corrumpuntur in eis naturalia. *Et abominabiles facti sunt in studijs suis (qualia impiorum nouatorum sunt)* quia per ea deueniunt ad abominabilia; *sicuti est, Deum negare. Et benè dicitur* insipiens: *quoniam* omnis malus est ignorans. *Nec tamen dici potest, quòd Deum esse, omnimodè per se notum sit.* Contingit *namque* F aliquid esse per se notum dupliciter: vno modo secundùm se, & non quoad nos: alio modo secundùm se, & quoad nos. Ex hoc enim aliqua propositio est per se nota, quod prædicatum includitur in ratione subjecti; vt, *homo est animal:* nam animal est de ratione hominis. Si igitur notum sit omnibus de prædicato & subjecto, quid sit: propositio illa erit omnibus per se nota, sicut patet in primis demonstrationum principijs, quorum termini sunt quædam communia, quæ nullus ignorat, vt ens & non ens, totum & pars, & similia. Si autem apud aliquos notum non sit de prædicato & subjecto, quid sit: propositio quidem, quantùm in se est, erit per se nota; non tamen apud illos, qui prædicatum & subjectum ignorant. Et ideò contingit, vt dicit *Boetius in lib. de hebd.* quòd quædam sunt communes animi conceptiones, & per se notæ apud Sapientes tantùm: vt, incorporalia in loco non esse. Dico ergo, quòd hæc propositio, *Deus est*, quantùm in se est, per se nota est; quia prædicatum est idem cum subjecto: Deus enim est suum esse. Sed quia nos non scimus de Deo, quid est: non est nobis per se nota; sed indiget demonstrari per ea, quæ sunt magis nota quoad nos, & minùs nota quoad naturam, scilicet per effectus. *Et sic, Deum esse, demonstrari potest. Verum, quia* duplex est G demonstratio: vna, quæ est per causam, & dicitur *propter quid;* & hæc est per priora simpliciter: alia per effectum, & dicitur demonstratio *quia;* & hæc est per ea, quæ sunt priora quoad nos: (cùm enim effectus aliquis nobis est manifestior, quàm sua causa, per effectum procedimus ad cognitionem causæ: ex quolibet autem effectu potest demonstrari, propriam causam ejus esse: si tamen ejus effectus sint magis noti quoad nos: quia, cum effectus dependeant à causa; posito effectu, necesse est causam præexistere:) dicendum est, quòd Deum esse, secundùm quod non est per se notum quoad nos, demonstrabile est per effectus nobis notos: *quod est à posteriori demonstrare. Et quidem pluribus vijs, Deum esse, demonstratur: videlicet, per viam motus, ex ratione causæ efficientis, ex possibili & necessario, ex gradibus rerum, & ex earum gubernatione.* Prima autem H & manifestior via, est quæ sumitur ex parte motus. Videmus enim I omnia quæ mouentur, ab alijs moueri: inferiora quidem per superiora, sicut elementa per corpora cœlestia: & in elementis quod fortius est mouet id, quod est debilius: & in corporibus etiam cœlestibus inferiora à superioribus aguntur. Hoc autem in infinitum procedere, impossibile est. Cum enim omne, quod mouetur ab aliquo, sit quasi instrumentum quoddam primi mouentis: si primum mouens non sit, quæcunque mouent, instrumenta erunt. Oportet autem, si in infinitum procedatur in mouentibus & motis, primum mouens non esse: igitur omnia mouentia & mota, erunt instrumenta. Ridiculum est autem, etiam apud indoctos, ponere instrumenta moueri non ab aliquo principali agente. Simile enim est hoc, ac si aliquis circa constructionem arcæ vel lecti, ponat serram vel securim absque carpentario operantem. Oportet igitur, primum mouens esse, quod sit omnibus supremum: & hoc dicimus Deum. Quinta L via (*missis alijs, quas vide* M) sumitur ex gubernatione rerum. Videmus enim, quod aliqua, quæ cognitione carent, scilicet corpora naturalia, operantur propter finem: quod apparet ex hoc, quòd semper aut frequentiùs eodem modo operantur, vt consequantur id, quod est optimum. Vnde patet, quòd non à casu, sed ex intentione perueniunt ad finem. Ea autem, quæ non habent cognitionem, non tendunt in finem, nisi directa ab aliquo cognoscente & intelligente; sicut sagitta à sagittante. Ergo est aliquid intelligens, à quo omnes res naturales ordinantur ad finem: & hoc dicimus Deum. *Et id est, quod inquit Author:* Est autem in his N quæ de Deo confitemur, duplex veritatis modus. Quædam namque vera sunt de Deo, quæ omnem facultatem humanæ rationis excedunt, vt Deum esse trinum & vnum: (*de quibus in seqq. & V.* Fides infusa.) Quædam verò sunt, ad quæ etiam ratio naturalis pertingere potest: sicut est, Deum esse, Deum esse vnum, & alia hujusmodi: quæ etiam Philosophi demon-

Solus insipiens Deum esse negat.

E Ps. 13. lit. a. ibi.

Et hoc propter corruptionem ex peccato.

Dupliciter aliquid per se notum.

F 1. p. 2. 1. c. & loc. cit. V er. 10. 12. c. In 1. d. 3. 1. a. 2. Pot. 7. 2. ad 11.

Deum esse, qualiter per se notum.

G 1. p. 2. 2. c. & 1. cont. G. c. 12. & 13. In 1. d. 3. 1. a. 3.

Demonstratio duplex, scilicet propter quid, & quia. Et quid vtraque.

Deum esse, à posteriori demonstrabile.

Et hoc quintupliciter.

H 1 p. 2. 3. c. in initio c. & locis infr. cit.

I Op. 1. c. 3. & 1 p. 2. 3. corp.

L 1. p. 2. 3. c. fi. c.

M 1. p. 2. 3. corp. Psal. 47. lit. b. Prol. in Io. & 1. cont. G. c. 13.

N 1 cont. G. c. 3. initio.

Circa Dei cognitionem duplex veritatis modus.

Digitized by Google

demonstratiuè de Deo probauerunt, ducti naturalis lumine rationis; *juxta illud Psal.* 4. Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. *Itaque Deum esse, potest homo lumine naturali cognoscere: Dei verò essentiam, & vt ajunt, quid est, nonnisi altiori illustratus lumine nosse valet*. Naturalis *enim* nostra O cognitio à sensu principium sumit: vnde in tantum se extendere potest, in quantum potest manuduci per sensibilia. Ex sensibilibus autem non potest vsque adhoc intellectus noster pertingere, quòd diuinam essentiam videat: quia creaturæ sensibiles sunt effectus Dei, virtutem causæ non adæquantes. Vnde sensibilium cognitione non potest tota Dei virtus cognosci: & per consequens nec ejus essentia videri. Sed quia sunt ejus effectus à causa dependentes, ex eis ad hoc perduci possumus, vt cognoscamus de Deo, *an est*: & vt cognoscamus de ipso ea, quæ necesse est ei conuenire, secundùm quòd est prima omnium causa, excedens omnia causata. Vnde cognoscimus de ipso habitudinem ipsius ad creaturas, quòd scilicet omnium est causa: & differentiam creaturarum ab ipso, quòd scilicet ipse non est aliquid eorum, quæ ab eo causantur: & quòd hæc non remouentur ab eo propter ejus defectum, sed quia superexcedit. *Vnde & Dionysius* de diu. Nom. *dicit: quòd* Deus P cognoscitur ex omnium causa, & excessu, & ablatione. *Ad quorum robur, & clariorem notitiam, docemur: quòd* tripliciter Q aliquid videtur, *vel cognoscitur*. Vno modo per essentiam suam: sicut quando essentia visibilis conjungitur visui, sicut oculus videt lucem. Alio modo per speciem: quando scilicet similitudo ipsius rei ab ipsa re imprimitur in visum, sicut cum video lapidem. Tertiò per speculum: & hoc est, quando similitudo rei, per quam cognoscitur, non fit in visu immediatè ab ipsa re, sed ab eo, in quo similitudo rei repræsentatur: sicut in speculo resultant species sensibilium. Primo modo videre Deum est naturale soli Deo: supra naturam verò hominis & Angeli. Sed secundo modo videre Deum est naturale Angelo. Tertio autem modo videre Deum est naturale ipsi homini, qui venit in cognitionem Dei ex creaturis, vtcunque Deum repræsentantibus. *Cui bene cohæret illud Apostoli* 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem (*quando scilicet erimus in Patria*) facie ad faciem: *non quidem per naturale lumen, sed gloriæ illustrati lumine & confortati. De quo V. Beatus. Igitur quoad an est, naturaliter potest Deus cognosci: non ita quid sit, & quoad essentiam. Hinc filiæ Ierusalem* Cant. 5. *quærebant à sponsa*: Quò abijt Dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? quò declinauit Dilectus tuus, & quæremus eum tecum? *Quia videlicet* Christus R secundùm diuinitatem *abit* & eleuatur à nobis: secundùm verò humanitatem descendit, & *declinat* ad nos. *Vnde & cap* 6. *respondet sponsa*: Dilectus meus descendit in hortum suum &c. *Vbi Author*: Non respondet Sponsa ad quæstionem illam; *Quò abijt Dilectus tuus*? vbi quæritur de Diuinitate (*quia hæc nimirùm imperscrutabilis à nobis*:) sed respondet ad illam: *quò declinauit*, vel quò descendit, *Dilectus tuus?* vbi quærebatur de ejus humanitate. *Quod roboratur magis inferiùs ijs verbis*: Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. *Ac si diceret Sponsus*: Ego quidem S dedi tibi oculos columbinos, quibus me intueri, & arcana Scripturarum penetrare valeres. Sed caue, ne illos ad me videndum intendere velis: quia, dum in præsenti viuis, non potes. *Non enim videbit me homo, & viuet*, Exod. 33. Cum autem vinculis carnis absoluta, ad me perueneris: tunc me aperta visione videbis; & implebitur quod in Euangelio repromittitur: *Qui diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum*, Ioann. 14. Quod autem dicit: *ipsi me auolare fecerunt*; non est putandum, quòd quærentes se deserat, & ab illis recedat, cum ipse præcipiat: *Quærite, & inuenietis*; sed ita potiùs accipiendum est: quia quantò ampliùs quis diuinitatem Majestatis ejus perscrutari voluerit, eò ampliùs intelligit, quòd inscrutabilis, & incomprehensibilis sit. Et hoc est, quod Psalmista dicit Psal. 63. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*. Ac si diceret: Licèt homo ad videndum Deum cor subleuet, *exaltatur Deus*: quia quantus sit, comprehendi non potest. *Vnde ex effectibus tantùm, & participatione infinitæ illius bonitatis in creaturis*, an sit dignosci potest, *vt diximus*: *non* quid sit, *& quo ad essentiam. Hac de causa dicebat Apostolus* Rom. 1. Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus & diuinitas. *Diuinitas* (*inquam*) quia T diuinum bonum dicitur bonum commune, quod ab omnibus participatur: & propter hoc potiùs dixit *diuinitatem*, quæ participationem significat, quàm *Deitatem*, quæ significat essentiam Dei, *Coloss.* 2. In ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. *Cohærenter adhæc dicitur Iob* 11. Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad perfectum Omnipotentem reperies? *Vbi Author*: Vestigia *inquit* Dei V sunt signa quædam in creaturis inuenta, ex quibus per eas Deus aliquatenus cognosci potest. Sed cum humana mens nec ipsas creaturas totaliter & perfectè cognoscere possit: multò minùs & de ipso Creatore perfectam notitiam potest habere. Et ideò interrogando subdit: *Et vsque ad perfectum Omnipotentem reperies?* Q. d. Si creaturas perfectè cognoscere non potes: multò minùs nec Creatorem. Et signanter dicit, *reperies*: quia per quandam inquisitionem ratio ab effectibus procedit ad causam: quam dum per effectus cognoscimus, eam dicimur inuenire. Nec est mirum, si creaturis non perfectè cognitis, Creator non perfectè cognoscitur: quia etiam creaturis perfectè cognitis, adhuc Creator non perfectè cognosceretur. Tunc enim per effectus perfectè causa cognosci potest, quando effectus adæquantur causæ in virtute: quod de Deo dici non potest. *Et ideò subdit*: Excelsior Cœlo est: & quid facies? profundior Inferno: & vnde cognosces? &c. *Hinc Eccli.* 43. *dicitur*: Exaltantes eum, replemini virtute: ne laboretis; non enim comprehendetis. Multa abscondita sunt majora his: pauca enim vidimus operum ejus. *Idque confirmatur ejusdem Iob cap.* 36. Omnes homines vident eum: vnusquisque intuetur procul. Ecce Deus magnus, vincens scientiam nostram. *Omnes vident eum*, scilicet X per sua opera: nullus enim adeò in Sapientia deficit, quin aliqua diuinorum percipiat: & rursus nullus est adeò Sapiens, cujus cognitio non multùm vincatur ab excellentia diuinæ claritatis. Vnde dicit: *Vnusquisque intuetur procul*; idest, cognitio hominis longè distat à perfecta comprehensione diuinæ essentiæ. Et ex hoc concludit, quòd Deus per suam excellentiam hominis cognitionem excedit, juxta illud Psal. 138. *Mirabilis scientia tua*; vnde subdit: *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram*. Quòd enim a nobis perfectè Deus cognosci non potest, non contingit propter defectum ipsius, sed propter ejus excellentiam, *& ignorantiam nostram*. *Etenim* nostra Y cognitio est adeò debilis, quòd nullus Philosophus potuit vnquam perfectè inuestigare naturam vnius muscæ: vnde legitur, quòd vnus Philosophus fuit triginta annis in solitudine, vt cognosceret naturam apis. Si ergo intellectus noster est ita debilis: nonne stultum est nolle credere de Deo, nisi illa tantùm, quæ potest cognoscere per se? *Et ideò bene dicitur Iob* 36. *cit.* Ecce Deus magnus, vincens scientiam nostram. *Ex quo alibi dicebat ex Dionysio Author*: Deus Z cognoscitur per ignorantiam nostram, in quantum scilicet

An est, de Deo naturaliter cognoscimus: nō ita quid est.

O 1. p. 12, 12. c. *In* 1. *d.* 3. 1. *a.* 1. *Ver.* 10. 11. *Opusc.* 70. *q.* 1. *a.* 2.

Quid nam de Deo cognoscamus.

P *Opusc.* 70. *l. c. fi. c.*

Tripliciter aliquid videtur & cognoscitur: & ita Deus.

Q *Ver.* 8. 3. *ad* 17. *Op.* 70. *l. c. corp. Ps.* 47. *lit. b. Rom.* 1. *l.* 6. *circ. fi.* 1. *Cor.* 13. *l.* 4.

R *Cant.* 5. *fi. &* *c.* 6. *init. com.* 1.

Deus per essentiam à nobis in via imperscrutabilis.

S *Cant.* 6. *c.* 1. *&* 2. *ibi.*

T *Rom.* 1. *l.* 6. *ibi.*

V *Iob* 11. *l.* 2. *ibi.*

X *Iob* 36. *l.* 2. *ibi.*

Y *Op.* 6. *§.* 6.

Z *De diu. Nom. c.* 7. *l.* 4. *ibi, per ignorantiam.*

Qualiter Deus per ignorantiam nostram dicatur cognosci.

licet

Digitized by Google

licet hoc ipsum est Deum cognoscere, quòd scimus nos ignorare de Deo, quid sit. *Et alibi*: Illud A est vltimum cognitionis humanæ de Deo, quòd sciat, se Deum nescire, in quantum cognoscit illud, quod Deus est, omne ipsum, quod de eo intelligimus, excedere. *Idcircò bene ajebat ab initio Author*: Nulla nostra locutio de Deo potest esse propria ad plenum. *Cæterùm per gratiam & fidem infusam, nulli dubium est, quin & in via possit clarior & altior de Deo haberi cognitio, quàm per solum naturæ lumen*. Cognitio enim B quam per naturalem rationem habemus, duo requirit, scilicet phantasmata ex sensibilibus accepta, & lumen naturale intelligibile, cujus virtute intelligibiles conceptiones ab eis abstrahimus. Et quantùm ad vtrunque juuatur humana cognitio per reuelationem gratiæ. Nam & lumen naturale intellectus confortatur per infusionem luminis gratuiti: & interdum etiam phantasmata in imaginatione hominis formantur diuinitus magis exprimentia res diuinas, quàm ea quæ naturaliter à sensibilibus accipimus, sicut apparet in visionibus prophetalibus. Et interdum etiam aliquæ res sensibiles formantur diuinitus, aut etiam voces ad aliquid diuinum exprimendum: sicut in baptismo (*Christi*) visus est Spiritus Sanctus in specie Columbæ, & vox Patris audita est: *Hic est Filius meus dilectus*, Matth. 3. *Verùm de hoc fusiùs infrà, cum de Fide infusa*.

A *Pat. 7. 5. ad 14.*

Per gratiam elatius, etiam in via, Deus cognoscitur.

B *1. p. q. 12. a. 13. c. & q. 32. 1. Op. 70. q. 1. a. 4. In 2. d. 3. 1. 4. Ver. 10. 13.*

g *Porrò Dei nomina apud Hebræos vsitatiora recenset eruditissimus Angelus Caninius* de locis Sac. Script. hebr. *cap.* 2. Nomina *inquit* hæc C sunt. *Ioua* (vel *Iehoua* D nomen quatuor literarum, vel *tetragrammaton*, quòd quatuor literis *Iod*, *He*, *Vau*, *He* constet: & hoc à Iudæis aliter pronunciatur, quàm scribatur. Ajunt enim, suos majores ab ipso vsque Mose, cui primùm traditum est, semper pronunciare solitos *Adonai*, quod est *Dominus*: Deo tamen soli tribuitur, vt *Adon* quemlibet *dominum* significat. *Et infra*. Iehoua simplex est, facilemque etymi habet rationem. Nam thema Hebraicè atque Chaldaicè significat *est*, vel *fuit*: cui præfixa litera *Iod*, nomen deriuatum format *Iehoua*. *Iehoua* ergo significat *Qui est*; vel, vt Platonicè loquar, ipsum *Ens*, vel *Essentiæ* ideam. Sic *Exod.* 3. dixit Deus Mosi: *Ego sum qui sum*. Sic dices filijs Israel: *Qui est, misit me ad vos*. Ex quibus verbis dilucidè ac simpliciter etymologiam nominis habemus. Cum enim Moses Dei primum imperium detrectans, scire ejus Nomen, si id fortè populus quæreret, ad quem legabatur, percuperet: Respondit Deus, se eum esse *Qui est*, hocque suum nomen esse. Deus quippe solus absolutè *est*: cætera omnia, quòd sunt, Deo acceptum referre debent.) *Ia*, Dominus: *El*, Fortis: *Eloah*, *Elohim*, Iudex, Princeps: *Saddai*, Omnipotens, vel se contentus: *Elion*, excelsus, summus, supremus. *Hæc Caninius*. *Cæterùm*, si nominetur E Deus quantùm ad id, quod in ipso est, erit triplex diuersitas nominum, secundùm tria quæ in vnaquaque re inueniuntur, scilicet essentia, virtus, & operatio: quæ quidem in alijs realiter differunt; in ipso autem sunt vnum re, & distincta ratione. Et secundùm essentiam accipitur hoc nomen, *Qui est*: secundùm virtutem, accipiuntur ea, quæ se habent per modum assequentium substantiam, vt justus, sapiens, & hujusmodi: & secundùm operationem, nomina operationis, vt *Deus*. Si autem nominetur Deus per acceptionem intellectus in comparatione ad creaturam, hoc erit dupliciter. Vel in quantùm ea, quæ sunt creaturæ, remouentur ab ipso: & sic erunt nomina negatiua (*vt infinitus, immensus, & hujusmodi*:) Vel secundùm quod importatur in nominibus aliquis respectus causalitatis ad creaturam, cujus conditiones à Deo remouentur: & sic erunt illa nomina, quæ important habitudinem ad alia, à quibus Deus distinguitur per essentiam. *Docemur autem*, *quòd* non est F semper idem id, à quo imponitur nomen ad significandum, & id ad quod significandum nomen imponitur. Quia igitur Deus non est notus nobis in sua natura, sed innotescit nobis ex operationibus vel effectibus ejus: ex his possumus eum nominare. Vnde hoc nomen *Deus* est nomen operationis quantùm ad id, à quo imponitur ad significandum: imponitur enim hoc nomen ab vniuersali rerum prouidentia. Omnes enim loquentes de Deo, hoc intendunt nominare Deum, quod habet prouidentiam vniuersalem de rebus. Vnde dicit *Dionysius cap.* 12. *de diu. Nom.* quòd *Deitas est quæ omnia videt prouidentia & bonitate perfecta*. Ex hac autem operatione hoc nomen *Deus* assumptum, impositum est ad significandum diuinam naturam. *Ex præfatis verò nominibus quodnam magis Dei proprium sit, si quæras*: *Dicimus*, *quòd* hoc G nomen *Qui est*, est magis proprium nomen Dei, quàm hoc nomen, *Deus*, quantùm ad id, à quo imponitur, scilicet ab esse: & quantùm ad modum significandi, & consignificandi: Sed quantùm ad id, ad quod imponitur nomen ad significandum, est magis proprium hoc nomen, *Deus*, quod imponitur ad significandum naturam diuinam. Et adhuc magis proprium nomen est *Tetragrammaton*: quod est impositum ad significandam ipsam Dei substantiam incommunicabilem, & (vt sic liceat loqui) singularem. *Et ex hoc nomen Dei incommunicabile dicitur, quòd nulli potest conuenire: id quod tangitur* Sap. 14. *cum dicitur, quòd* homines incommunicabile nomen (*scilicet diuinitatis*) lapidibus & lignis imposuerunt. *Quoad etymon verò hujus nominis*, Deus: *ex Damasceno* Theos H quod est *Deus*, dicitur ab *ethim*, quod est *ardere*: quia Deut. 4. *Dominus Deus tuus ignis consumens est*. Dicitur etiam à *theaste*, quod est *considerare*, vel *videre*: quia omnia videt. Vel à *thein*, quod est *currare*, vel *fouere*: quia per omnia vadit, omnia saluans & continens: quæ omnia operationem important; *ignota enim prorsus est nobis diuina natura & essentia, vt pluries dictum est*. Est autem I nomen Dei primò mirabile: quia in omnibus creaturis mirabilia operatur, Marc. vlt. *In nomine meo dæmonia eijcient &c.* Secundò est amabile, Act. 4. *Non est aliud nomen, in quo oporteat nos saluos fieri*: salus autem est ab omnibus diligenda. Tertiò est venerabile, Philipp. 2. *Vt in eo omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum*. Quartò (*ad rem nostram*) est inexplicabile: quia à narratione ejus deficiunt omnes linguæ. Vnde istud nomen petimus manifestari (*sanctificetur nomen tuum*:) vt cognoscatur, & teneatur sanctum. *Tandem est terribile*, *Psalm.* 110. Sanctum & terribile nomen ejus; *quod* Ioan. 18. *satis expertus est impius Iudas cum satellitio, quando, hoc audito nomine*, Ego sum (*quod proprium Dei est*) abierunt retrorsum &c. *Vna ergo diuina majestas recognoscenda nobis est, & humiliter reuerenda: quam vbi resipiscens & humiliatus Nabuchodonosor recognouit, multò ampliùs, quàm priùs esset, exaltatus ab ea est*. Quia (*inquit Author*) potentiam L & dominium Altissimi recognouit, majestatemque ipsius adeò supplex ac humilis laudauit, magnificauit, & exaltauit (*vt patet Daniel.* 4.) ideò restituta sunt ei omnia bona & honores cum Regno, & plùs magnificatus est, quàm antea: *cum priùs diuinam potestatem despiciens, mente Regnoque justè priuatus est, & fœnum vt bos comedit*. *Hinc* 1. *Regum* 2. *ex ore Domini dicitur*: Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. *Et ideò docemur, quòd* quamuis sit M Deus omnium per creationem & gubernationem: specialiter tamen dicitur esse Deus justorum: *qui videlicet eum, vti par est, recognoscunt*.

Dei nomina apud Hebræos.

C *Ang. Can. de loc. Sac. Script. hebr. cap.* 2.

D *Idem ib. c.* 6.

E *In* 1. *d.* 22. 1. 4. *ad* 4. & *d.* 18. 1. 5. *c.* & *ad* 6. & 1. *p.* 13. 8. *c.*

Vnde nominum diuersitas respectu Dei.

F 1. *p. loc. cit.* *In* 1. *d.* 2. *expo. tex. ad* 1. & *d.* 18. 1. 5. *c.* & *ad* 6. *Op.* 3. *à c.* 24.

Nomen Deus impositum est ad significandum diuinam naturam, quamuis nomen sit operationis.

G 1. *p.* 13. *a.* 11. *ad* 1. & *a.* 9. *fi. c. In* 1. *d.* 8. 1. 1.

Quodnam magis Dei proprium nomen.

Nomen *Deus*, vnde dicatur.

H 1. *d.* 2. *exp. tex.* 1. *p.* 13. *a.* 8. *ar.* 1. *Cp.* 1. *c.* 13. *Ps.* 34. *lit. A.* & 1. *cont. G. c.* 44. *fi.*

I *Opusc.* 7. 5. *Prima petitio.*

L *Dan.* 4. *ibi*, Quia potestas ejus.

Diuina recognoscenda Majestas.

M *Rom.* 1. *l.* 5. *ibi*, Deo meo. & *c.* 8. *l.* 6. *init. In* 1. *d.* 18. 1. 5. *ad vlt. In* 2. *d.* 11. 1. 4. 1. & 3. *p.* 8. 3. *ad* 4.

h Ex

Digitized by Google

Deus mouens primum, immobilis.
N Op. 3. c. 4. & 5. 1. p. q. 9. & 10. In 1. d. 8. 3. 8. 1. & 2.

h *Ex præfatis sequitur, quòd* necesse est N Deum mouentem omnia immobilem esse. Cum enim sit primum mouens, necesse est, seipsum vel à seipso, vel ab alio moueri. Ab alio quidem moueri non potest: oporteret enim esse aliquid mouens prius eo; quod est contra rationem primi mouentis. A seipso autem si mouetur, hoc potest esse dupliciter: vel quòd secundùm idem sit mouens & motum: aut ita quòd secundùm aliquid sui sit mouens, & secundùm aliquid, motum. Horum quidem primum esse non potest: cum enim omne quod mouetur, in quantum hujusmodi, sit in potentia; quod autem mouet, sit in actu: si secundùm idem esset mouens & motum, oporteret quòd secundùm idem esset in potentia & in actu: quod est impossibile. Secundum etiam esse non potest: si enim esset aliquod mouens, & alterum motum, non esset ipsum secundùm se primum mouens, sed ratione suæ partis, quæ mouet. Quod autem est per se, prius est eo, quod non est per se. Non potest igitur primum mouens esse, si ratione suæ partis hoc ei conueniat. Oportet igitur, primum mouens omnino immobile esse. Ex hoc autem apparet, vlteriùs Deum esse æternum. Omne enim quod incipit esse vel desinit, per motum vel mutationem hoc patitur. Deus autem est omnino immobilis, est ergo æternus. *Et quidem* per hoc ostenditur O quòd Deum esse, sit necessarium. Omne enim, quod possibile est esse & non esse, est mutabile. Deus autem est omnino immutabilis, vt ostensum est: ergo Deum non est possibile esse & non esse. Omne autem, quod est, & non est possibile, ipsum non esse, necesse est ipsum esse: quia necesse esse, & non possibile non esse, idem significant. *Sequitur etiam ex immobilitate in Deo simplicitas.* Nam in omni P compositione oportet esse duo, quæ ad inuicem se habeant sicut potentia ad actum. In primo autem mouente, si sit omnino immobile, impossibile est esse potentiam cum actu: nam vnumquodque ex hoc quod est in potentia, mobile est. Impossibile igitur est, primum mouens compositum esse. *Et hinc tres confutantur antiquorum errores.* Quidam Q posuerunt, quòd Deus esset anima Mundi, vt patet per August. *in lib. 7. de Ciuit. Dei.* Et adhoc etiam reducitur, quod quidam dixerunt, Deum esse animam primi Cœli. Alij autem dixerunt, Deum esse principium formale omnium rerum. Et hæc dicitur fuisse opinio *Almarianorum*. Sed tertius error fuit *Dauid de Dinando*, qui stultissimè posuit, Deum esse materiam primam. Omnia enim hæc manifestam continent falsitatem. Neque est possibile, Deum aliquo modo in compositionem alicujus venire, nec sicut principium formale, nec sicut principium materiale. Primò quidem, quia Deus est prima causa efficiens: (*ex cujus effectibus in ejus cognitionem deueniri, demonstratur, vt visum est:*) Causa autem efficiens cum forma rei factæ non incidit in idem numero, sed solùm in idem specie: homo enim generat hominem. Materia verò cum causa efficiente non incidit in idem numero, nec in idem specie: quia hoc est in potentia, illud verò in actu. Secundo, quia cum Deus sit prima causa efficiens, ejus est primò & per se agere: quod autem venit in compositionem alicujus, non est primò & per se agens, sed magis compositum: non enim manus agit, sed homo per manum; & ignis calefacit per calorem. Vnde Deus non potest esse pars alicujus compositi. Tertiò, quia nulla pars compositi potest esse simpliciter prima in entibus: neque etiam materia & forma, quæ sunt primæ partes compositorum. Nam materia est in potentia: potentia autem est posterior actu simpliciter. Forma autem, quæ est pars compositi, est forma participata. Sicut autem participans est posterius eo, quod est per essentiam: ita & ipsum participatum. Sicut ignis in ignitis est posterior eo, quod est per essentiam. Deus autem est primum ens simpliciter.

Deus æternus.

Deum esse, per se necessarium.
O Opus. 3. c. 6. Iob 4. l. 3. ibi. Stabiles. & 1. Tim. 6. l. 3. & 1. cont. Gen. c. 16. n. 3.

Deus simplex.
P Op. 3. c. 9. & 1. p. q. 3. In 1. d. 8. q. 4.

Tres errores circa simplicitatem Dei.
Q 1. p. q. 3. 8. c & q. 51. 1. ad 2.

Almarianorum error, & Dauid de Dinando.

Non potest Deus in alicujus compositionem venire.

i *Et hinc patet vlteriùs, quòd* impossibile est R ipsum Deum esse corpus. Nam in omni corpore compositio aliqua inuenitur: omne enim corpus est partes habens. Id igitur, quod est omnino simplex, corpus esse non potest. *Nec obstat quòd dicatur Iob 11. supra cit.* Excelsior Cœlo est: & quid facies? profundior Inferno: & vnde cognosces? Longior terrâ mensura ejus, & latior mari. *Non obstat inquam: nam* Sacra Scriptura S tradit nobis spiritualia & diuina sub similitudinibus corporalium. Vnde cum trinam dimensionem Deo attribuit sub similitudine quantitatis corporeæ, quantitatem virtualem ipsius designat: vtpote, *per profunditatem*, virtutem ad cognoscendum occulta: *per altitudinem*, excellentiam virtutis super omnia: *per longitudinem*, durationem sui esse: *per latitudinem*, affectum dilectionis ad omnia. Vel, vt dicit *Dionysius c. 9. de diu. Nom. per profunditatem* Dei, intelligitur incomprehensibilitas ipsius essentiæ: *per longitudinem*, processus virtutis ejus, omnia penetrantis: *per latitudinem* verò, superextensio ejus ad omnia, in quantum scilicet sub ejus protectione omnia continentur. *Ex quibus* destruitur T error primorum Philosophorum naturalium, qui non ponebant nisi causas materiales, vt ignem vel aquam vel aliquid hujusmodi: & sic prima rerum principia, corpora dicebant, & eadem vocabant Deos. Inter quos etiam quidam fuerunt ponentes causas mouentes, amicitiam & litem: qui etiam propter prædictas rationes confutantur. Nam cum lis & amicitia sint in corporibus secundùm eos, sequitur prima principia mouentia esse virtutes in corpore. Ipsi etiam ponebant, Deum esse compositum ex quatuor elementis & amicitia: per quod datur intelligi, quòd posuerunt, Deum esse corpus cœleste. Inter antiquos autem solus *Anaxagoras* ad veritatem accessit, ponens intellectum mouentem omnia, separatum. Hac etiam veritate redarguuntur Gentiles, ponentes ipsa elementa Mundi, & virtutes in eis existentes, Deos esse, vt Solem, Lunam, Terram, Aquam, & hujusmodi, occasionem habentes ex prædictis Philosophorum erroribus: (*de quibus Sap. 13. manifestè dicitur*: De his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, *Qui est*: neque operibus attendentes, agnouerunt, quis esset Artifex. Sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut Solem & Lunam, rectores Orbis terrarum Deos putauerunt.) Prædictis etiam rationibus excluduntur deliramenta *Iudæorum* simplicium, *Tertulliani*, *Vadianorum*, siue *Anthropomorphitarum*, hæreticorum, qui Deum corporalibus lineamentis figurabant: nec non & *Manichæorum*, qui quandam infinitam lucis substantiam, per infinitum spatium distentam, Deum existimabant. Quorum omnium error fuit occasio: quòd de diuinis cogitantes, ad imaginationem deducebantur, per quam non potest accipi nisi corporis similitudo; & ideò eam in corporeis meditandis derelinquere oportet.

R Op. 3. c. 16. & sum. 1. cont. Gen. c. 20. & 1. p. 3. 1.
Deus incorporeus.

S 1. p. 3. 1. ad 1.
Trina in Deo dimensio quid signet.

Antiquorum errores de Deo.
T 1. cont. G. c. 20. fi. & lib. 3. c. 3. & 1. p. 51. 1. ad 1. & q. 90. 1. c. & in 2. d. 1. q. 1. a. 1. c.

Anaxagoras solus inter antiquos magis ad veritatem accessit.

Error Iudæorum, Tertulliani, Vadianorum, siue Anthropomorphitarum, & Manichæorum.

l *Præterea, Dei essentia non est aliud, quàm suum esse.* In quocunque enim V aliud est essentia, & aliud esse ejus, oportet, quòd aliud sit, quo sit, & aliud, quo aliquid sit: nam per esse suum de quolibet dicitur quod est; per essentiam verò suam de quolibet dicitur quid sit: vnde & diffinitio significans essentiam, demonstrat quid est res. In Deo autem non est aliud, quo est, & aliud, quo aliquid est, cum non sit in eo compositio. Non est igitur ibi aliud ejus essentia, quàm suum esse. *Hinc Deus non potest esse in aliquo genere sicut species.* Cum enim genus X contineat differentias potestate, in omni constituto ex genere & differentijs, est

Dei essentia est suum esse.
V Op. 3. c. 11. & 1. cont. G. c. 22. & 1. p. 3. 4. In 1. d. 8. 1. 2. Pot. 7. 2.

X Op. 3. c. 12. & 1. p. 3. 5. & 1. cont. G. c. 25. Pot. 7. 3. In 1. d. 8. 4. 2.
Deus non est in aliquo genere sicut species.

actus

Digitized by Google

actus permistus potentiæ. Deus autem est purus actus absque permistione potentiæ: non est igitur ejus essentia constituta ex genere & differentijs; & ita non est in genere. *Sed* neque Y possibile est, Deum esse genus. Ex genere enim habetur quid est res, non autem rem esse: nam per differentias specificas constituitur res in proprio esse. Sed hoc quòd Deus est, est ipsum esse; impossibile est ergo quòd sit genus. *Ex quo* necesse est Z vnum Deum solum esse. Nam si sint multi dij, aut æquiuocè, aut vniuocè dicuntur. Si æquiuocè, hoc non est ad propositum: nihil enim prohibet, quod nos appellamus lapidem, alios appellare Deum. Si autem vniuocè, oportet, quod conueniant vel in genere vel in specie. Ostensum est autem, quod Deus non potest esse genus neque species plura sub se continens: impossibile est igitur, esse plures Deos; *Ephes.4.* Vnus Deus & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia. *Exinde sequitur, quòd & infinitus sit*: non priuatiuè A quidem, secundùm quod infinitum est passio quantitatis, prout scilicet infinitum dicitur quod est natum habere finem ratione sui generis, sed non habet: sed negatiuè, prout infinitum dicitur quod nullo modo finitur. Nullus enim actus inuenitur finiri, nisi per potentiam, quæ est ejus receptiua: inuenimus enim, formas limitari secundùm potentiam materiæ. Si igitur primum mouens est actus absque potentiæ permistione: necessarium est, ipsum infinitum esse. Nec mirum, si id, quod est simplex, & corporea quantitate caret, infinitum ponatur, & sua immensitate omnem corporis quantitatem excedere: cum intellectus noster, qui est incorporeus & simplex, omnium corporum quantitatem vi suæ cognitionis excedat, & omnia circumplectatur. Multò igitur magis id, quod est omnium primum, sua immensitate vniuersa excedit, omnia complectens. *Quoniam verò* virtus B consequitur essentiam rei: nam vnumquodque secundùm modum, quo est, agere potest: si Deus secundùm essentiam infinitus est, oportet quod ejus virtus sit infinita. *Ex quibus deducitur, quòd & Deus omnimodè perfectus sit*. Nam omne C quod mouet aliquid ad perfectionem, priùs habet in se perfectionem, ad quam mouet: sicut Magister priùs habet in se doctrinam, quam alijs tradit. Cum igitur Deus sit primum mouens, & omnia alia moueat in suas perfectiones, necesse est, omnes perfectiones rerum in ipso præexistere superabundanter. Si ergo diuina essentia infinita est, impossibile est, quòd alicujus tantùm generis vel speciei perfectionem habeat, & alijs priuetur: sed oportet, quòd omnium generum vel specierum perfectiones in ipso existant. Vbi autem est simplicitas, diuersitas eorum, quæ insunt, esse non potest. Si ergo in Deo sunt omnium perfectiones, impossibile est, quòd sint diuersæ in ipso: relinquitur ergo, quod omnes sint vnum in eo.

Y *Op.* 3. *c.* 13. *& locis cit.* Nec est genus.

Deus vnus. Z *Op.* 3. *c.* 15. *&* 1. *p.* 11. 3. *In* 1. *d.* 2. 1. 1. *&* 1. *cont. G. c.* 42.

Infinitus. A *Op.* 3. *c.* 18. 1. *p.* 7. 1. *In* 1. *d.* 43. 1. 1. *Pot.* 1. 2. *&* 1. *cont. G. c.* 43.

Immensus.

Infinitæ virtutis. B *Op.* 3. *c.* 19. *& locis cit.*

Omnimodè perfectus. C *Op.* 3. *c.* 21. *&* 22. *&* 1. *p.* 4. 1. *Ver.* 2. 3. *ad* 13. *&* 1. *cont. G. c.* 28.

Omnes rerum perfectiones in Deo vnum sunt.

m *Adhæc, quia* in ipso D præexistunt omnes perfectiones quorumlibet entium superabundanter: inter omnes autem perfectiones entium, ipsum intelligere præcellere videtur, cum res intellectuales sint omnibus alijs potiores, oportet Deum esse intelligentem. Item Deus est actus purus absque potentialitatis permistione; materia autem est ens in potentia: oportet igitur, Deum esse omnino immunem à materia. Immunitas autem à materia est causa intellectualitatis: cujus signum est, quòd formæ materiales efficiuntur intelligibiles actu per hoc quod abstrahuntur a materia, & à materialibus conditionibus. Est igitur Deus intelligens: *consequenter & summè Sapiens & omniscius: de quo suo loco. Veruntamen* Deus E non intelligit per aliam speciem, quàm per essentiam suam. Omnis enim intellectus intelligens per speciem aliam à se, comparatur ad illam speciem intelligibilem, sicut potentia ad actum, cum species intelligibilis sit perfectio ejus, faciens ipsum intelligentem actu. Si igitur in Deo nihil est in potentia, sed est actus purus, oportet, quòd non per aliam speciem, sed per essentiam suam intelligat. Oportet etiam, quòd ipse Deus sit suum intelligere. Cum enim intelligere sit actus secundus, vt considerare (primus enim actus est intellectus vel scientia) omnis intellectus, qui non est suum intelligere, comparatur ad suum intelligere, sicut potentia ad actum. (Nam semper in ordine potentiarum & actuum, quod est prius, est potentiale respectu sequentis, & vltimum est completiuum, loquendo in vno & eodem, licèt in diuersis sit è conuerso: nam mouens & agens comparatur ad motum & actum, sicut agens ad potentiam.) In Deo autem, cum sit actus purus, non est aliquid, quod comparetur ad alterum, sicut potentia ad actum: oportet ergo, quod Deus sit suum intelligere. *Sed & necesse est* F Deum esse volentem. Ipse enim se ipsum intelligit, qui est bonum perfectum: bonum autem intellectum ex necessitate diligitur. Hoc autem fit per voluntatem: necesse est igitur, Deum volentem esse. Item, Deus est primum mouens: intellectus autem non vtique mouet, nisi mediante appetitu; appetitus verò sequens intellectum est voluntas: oportet igitur Deum esse volentem. (*Vnde & amor verè & propriè ponitur in Deo: de quo V.* Amor Dei: *& infra*: Deus trinus.) *Duplex autem in Deo voluntas distinguitur, antecedens videlicet & consequens.* Quæ quidem G distinctio non accipitur ex parte ipsius voluntatis diuinæ, in qua nihil est prius, vel posterius: sed ex parte volitorum. Ad cujus intellectum considerandum est, quòd vnumquodque, secundùm quod bonum est, sic est volitum à Deo. Aliquid autem potest esse in prima sui consideratione, secundùm quod absolutè consideratur, bonum vel malum: quod tamen, prout cum aliquo adjuncto consideratur, quæ est consequens consideratio ejus, è contrario se habet. Sicut hominem viuere, est bonum; & hominem occidi, est malum, secundùm absolutam considerationem. Sed si addatur circa aliquem, quòd sit homicida, vel viuens in periculum multitudinis: sic bonum est, eum occidi; & malum est, eum viuere. Vnde potest dici, quòd judex justus antecedenter vult, omnem hominem viuere: sed consequenter vult, homicidam suspendi. Similiter Deus antecedenter vult, omnem hominem saluari (1. Tim. 2. *Omnes homines vult saluos fieri*:) sed consequenter vult, quosdam damnari secundùm exigentiam suæ justitiæ. Neque tamen id, quod antecedenter volumus, simpliciter volumus, sed secundùm quid: quia voluntas comparatur ad res, secundùm quod in seipsis sunt: in seipsis autem sunt in particulari. Vnde simpliciter volumus aliquid, secundùm quod volumus illud consideratis omnibus circumstantijs particularibus: quod est, consequenter velle. Vnde potest dici, quòd judex justus simpliciter vult, homicidam suspendi: sed secundùm quid vellet, eum viuere, scilicet in quantum est homo. Vnde magis potest dici velleitas, quam absoluta voluntas. Et sic patet, quòd quicquid Deus simpliciter (*quod est consequenter velle*) vult, fit: licèt illud, quod antecedenter vult, non fiat. *Et hoc sensu dicebat Apostolus* 1. *Cor.* 7. Volo, omnes vos esse, sicut me ipsum: *scilicet*, vt contineant H sicut ego contineo. Volebat autem omnes homines esse continentes, *voluntate antecedente*, non autem *voluntate consequente*. Est autem voluntas antecedens de eo, quod absolutè consideratum, est melius, sicut omnes homines esse saluos, vel continentes. Voluntas autem consequens est de eo, quod est melius, consideratis circumstantijs perso-

Deus est intelligens. D *Op.* 3. *c.* 28. *&* 1. *p.* 14. 1. *ad* 2. *Ver.* 2. 2. *&* 1. *cont. G. c.* 47. *&* 48. *In* 1. *d.* 35. 1. 2.

E *Op.* 3. *c.* 30. *&* 31. *& locis cit.* Et quidem per suam essentiam.

Deus est suum intelligere.

Deus est volens. F *Op.* 3. *c.* 32. 1. *p.* 19. 1. *In* 1. *d.* 45. 1. 1. *&* 1. *cont. G. c.* 72. *&* 73.

Duplex in Deo voluntas, antecedens & consequens: & quid vtraque. G 1. *p.* 19. 6. *ad* 1. *&* 9. 23. 4. *ad* 3. *In* 1. *d.* 47. 1. 1. *Ver.* 23. 2. *&* 1. *Tim.* 2. *l.* 1. *ibi*, vult.

Exemplum ex Apostolo. H 1. *Cor.* 7. *l.* 1. *ibi*, volo.

personarum & negociorum. Et secundùm hoc Deus vult quosdam damnari, & Apostolus quosdam matrimonio jungi. *Sed & iterum duplex consideratur voluntas in Deo, scilicet voluntas beneplaciti, & voluntas signi. Pro cujus notitia sciendum, quòd* in Deo I quædam dicuntur propriè, & quædam secundùm metaphoram. Cum autem aliquæ passiones humanæ in diuinam prædicationem metaphoricè assumuntur, hoc fit secundùm similitudinem effectus. Vnde illud, quod est signum talis passionis in nobis, in Deo nomine illius passionis metaphoricè significatur. Sicut apud nos irati punire consueuerunt: vnde ipsa punitio est signum iræ. Et propter hoc ipsa punitio nomine iræ significatur, cum Deo attribuitur. Similiter id, quod solet esse in nobis signum voluntatis, quandoque metaphoricè in Deo voluntas dicitur: sicut cum aliquis præcipit aliquid, signum est, quòd velit illud fieri. Vnde præceptum diuinum quandoque metaphoricè voluntas Dei dicitur, secundùm illud Matth. 6. *Fiat voluntas tua, sicut in Cœlo, & in terra*. Sed hoc distat inter voluntatem & iram: quia ira de Deo nunquam propriè dicitur, cum in suo principali intellectu includat passionem: voluntas autem propriè de Deo dicitur. Et ideò in Deo distinguitur voluntas propriè, & voluntas metaphoricè dicta. Voluntas enim propriè dicta, vocatur *voluntas beneplaciti*: voluntas autem metaphoricè dicta, est *voluntas signi*; eo quod signum voluntatis, voluntas dicitur. *Sunt autem hæc signa quinque: videlicet prohibitio, præceptum, consilium, operatio, & permissio. Quocirca, si quæras, vtrum nihil fiat præter Dei voluntatem? Respondet Author, quòd* fieri aliquid L præter voluntatem, est dupliciter. Aut quòd voluntas sit de opposito: & hoc est non tantùm præter voluntatem, sed etiam contra voluntatem. Aut ita quòd voluntas nec sit de hoc, nec de opposito: & hoc est præter voluntatem, sed non contra. Possumus ergo loqui de voluntate vel beneplaciti vel signi, & voluntate beneplaciti vel antecedente vel consequente. Loquendo ergo de voluntate beneplaciti consequente, aliquid fit præter eam, sed non contra eam: quia totum impletur, quod voluntate consequente Deus vult. Sed oppositum ejus quod vult voluntate antecedente fieri potest, cum non semper impleatur: & ideò & præter eam & contra eam fieri potest. Signa autem voluntatis quædam respondent voluntati antecedenti, vt præceptum, consilium, & prohibitio, quibus omnibus ordinatur rationalis natura in salutem, quod est voluntatis antecedentis. Sed alia duo, scilicet permissio & operatio, respondent voluntati consequenti, sed diuersimodè: quia operatio pertinet ad ipsum effectum, de quo est voluntas consequens; & ideò, sicut non potest aliquid fieri contra voluntatem consequentem, sed præter eam: ita nec etiam contra operationem, sed præter eam. Non enim potest esse oppositum ejus, quod Deus operatur: quia sic opposita simul essent. Sed multa fiunt, quæ Deus non operatur. Sed permissio pertinet vel ad causam, quæ voluntati consequenti subjicitur, vt sit potens deficere & non deficere; cujus tamen effectus, scilicet deficere, non pertinet ad voluntatem consequentem neque antecedentem: sed tamen pertinet ad causam illam, cujus est permissio facultatem respiciens. Vnde præter permissionem non fit quod fit præter voluntatem consequentem. Vnde præter permissionem nihil potest fieri, nec contra eam: tamen potest fieri oppositum ejus, quod permissum est; quod tamen fit secundùm permissionem, quia permissio respicit potentiam causæ, ad vtrunque oppositorum se habentem: vnde neutrum oppositorum contra permissionem est; sed vtrunque est secundùm eam. *Ex his sequitur, quòd* illi M qui contraire nituntur voluntati Dei, implent ipsam præter intentionem suam. Sicut judæi occidentes Christum, impleuerunt voluntatem Dei de redemptione humani generis præter suam intentionem. Sic autem implere Dei voluntatem, neque bonum est, neque laudabile. *Obseruandum tamen, quòd* Deus vult N quòd aliquid quandoque sit futurum secundùm causam inferiorem, quod tamen futurum non sit secundùm causam superiorem, vel è conuerso. Sic ergo dicendum est, quòd Deus aliquando pronunciat aliquid futurum, secundùm quod continetur in ordine causarum inferiorum, vt puta, secundùm dispositionem naturæ, vel meritorum; quod tamen non fit, quia aliter est in causa superiori diuina. Sicut cum prædixit Ezechiæ: *Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues*, vt dicitur Is. 38. Neque tamen ita euenit: quia ab æterno aliter fuit in scientia & voluntate diuina, quæ immutabilis est. Propter quod dicit Gregorius, quòd *Deus mutat sententiam, non tamen mutat consilium*, scilicet voluntatis suæ. *Vide V.* Prophetia. *Cæterùm, cum duplex sit malum, culpæ videlicet & pœnæ:* Deus O non vult malum alicujus, loquendo de malo culpæ, sed permittit: & hæc permissio bona est: (*ordinat enim eam ad bonum finem.*) Malum autem pœnæ, cujus ipse est actor, vult non in quantum malum, quia non delectatur in pœnis: (*Sap. 1.* Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum: *& postea subdit:* Impij autem manibus & verbis, *scilicet ore vel opere peccando*, accersierunt illam:) sed in quantùm justum. *Vide V.* Actio, Peccatum, Pœna. *Porrò ex his* P omnibus, quæ prædicta sunt, colligere possumus, quòd Deus est *vnus, simplex, perfectus, infinitus, intelligens & volens*. Quæ quidem omnia in Symbolo Fidei breui articulo comprehenduntur, cum nos profitemur *credere in Deum vnum omnipotentem*. Cum enim hoc nomen *Deus* à nomine Græco, quod dicitur *Theos*, dictum videatur (quod quidem à *Theasthe* dicitur, quod est *videre*, vel *considerare*) in ipso Dei nomine patet, quòd sit *intelligens*, & per consequens *volens*. In hoc autem, quòd dicimus eum *vnum*, excluditur & deorum pluralitas, & omnis compositio: non enim est simpliciter *vnum*, nisi quod est *simplex*. Per hoc autem, quòd dicimus *Omnipotentem*, ostenditur quòd sit infinitæ virtutis, cui nihil subtrahi possit: in quo includitur, quòd sit & *infinitus*, & *perfectus*: nam virtus rei perfectionem essentiæ ejus consequitur.

n *Et quia* Deus Q cum sit simpliciter perfectus, sua perfectione omnes rerum perfectiones comprehendit: bonitate sua omnes etiam bonitates comprehendit, & ita est omnis boni bonum. *Vlterius*: Cùm vnumquoque R appetibile sit propter finem; boni autem ratio consistat in hoc, quòd est appetibile: oportet quòd vnumquodque dicatur bonum, vel quia est finis, vel quia ordinatur ad finem. Finis igitur vltimus est, à quo omnia rationem boni accipiunt: hoc autem Deus est (*vt nunc ex dicendis supponitur:*) est igitur Deus omnis boni bonum. Hinc est, quòd Dominus suam visionem Moysi promittens, dicit *Exod. 33.* Ego ostendam omne bonum tibi. *Et Sap. 7. de diuina Sapientia dicitur:* Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. *Ex quo bene sequitur, quòd Deus sit summum bonum.* Nam bonum S vniuersale præeminet omni bono particulari; sicut bonum gentis est melius, quàm bonum vnius: bonitas enim totius & perfectio, præeminet bonitati & perfectioni partis. Sed diuina bonitas comparatur ad omnia alia, sicut vniuersale bonum ad particulare, cum sit omnis boni bonum, vt ostensum est: est igitur ipse summum bonum. Præterea, id quod per essentiam dicitur, veriùs dicitur, quàm id, quod est per participationem dictum: sed Deus est bonus per suam essentiam; alia verò per participatio-

Duplex item voluntas in Deo, beneplaciti scilicet & signi.
I 1. p. 19. 11. & 12. c. In 1. d. 45. 1. 4. c. Ver. 23. 3. c.

Quinque voluntatis Dei signa.

An nihil fiat præter Dei voluntatem.
L 1. d. 47. 1. 2. c. & d. 45. 3. 3. c. & 1. p. 19. 6. c. Ver. 23. 3. c.

Præceptum, consilium, prohibitio respondent voluntati antecedenti. Permissio & operatio consequenti.

M Ma. 2. 5. ad 10. & 9. 6. ad 5. Ver. 23. 7. ad 11. In 1. d. 47. 1. 3. ad 4.

N 1. p. 19. 7. ad 2. & 2. 2. 171. 6. ad 2. & 3. cont. G. c. 96. fi. Ver. 6. 4. ad 7. & q. 12. 11. ad 3. Hebr. 6. lit.

Deus mutat sententiam, sed non consilium voluntatis suæ.

Malum pœnæ vult, non item culpæ.
O 3. d. 30. 1. ad 5. Ma. 1. 1. ad 18. & 1. 2. 79. 1. c. & 2. 2. 19. 1. fi. c. & alibi.

Præfata omnia in primo Symboli articulo continentur.
P Op. 3. c. 35. & 1. p. 13. 8. arg. 1. In 1. d. 2. exp. tex. Ps. 13. lit. 4.

Q 1. cont. G. c. 40. n. 1. de Ver. 21. 4. ad 3.
Deus omnis boni bonum.
R Ibidem. 1.

Et summum bonum.
S 1. cont. G. c. 41. n. 1. & 2. & seqq. & c. 101. & 1. p. 6. 2. In 1. d. 1. 2. 2. Ma. 5. 1. c.

Digitized by Google

cipationem: est igitur ipse summum bonum *Neque ex eo, quòd permittit mala, deperit aliquid suæ bonitati*. Cum *enim* Deus T sit vniuersalis prouisor, ad ipsius prouidentiam pertinet, vt permittat quosdam defectus esse in aliquibus particularibus rebus, ne impediatur bonum Vniuersi perfectum. Si enim omnia mala impedirentur, multa bona deessent Vniuerso. Non enim esset vita leonis, si non esset occisio animalium: nec esset patientia Martyrum, si non esset persecutio tyrannorum. *Sic immò suam magis bonitatem ostendit*. Hoc ergo V ad infinitam Dei bonitatem pertinet; vt esse permittat mala, vt ex eis eliciat bona. (*Vide*, Bonum.)

Permittit Deus mala, ne impediantur bonum Vniuersi.

T *1. p. 22. 2. ad 2. & q. 19. 9. Io. 11. l. 3. fi. lo. 10. l. 1. a. & c.*

V *1. p. 1. 3. ad 1. & 3. p. 1. 3. ad. 3.*

Non potest à nobis per rationem naturalem quidditatiuè cognosci.

Cum autem infinitæ sit Deus bonitatis & perfectionis, non potest per naturalem rationem quidditatiuè (vt ajunt) à nobis cognosci; sed à posteriori & per effectus, vt in superioribus visum est. Profectò satis Creaturæ X docent: Primò Deum esse, secundò vnum Deum esse, tertiò summum bonum esse. Quia Mundus est, docet eum esse, sicut opus Opificem, Sap. 13. *A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri.* Quia vnum sunt, & vno modo seruantur, docent vnum Deum esse. Si enim plures dij essent, jam Mundus destructus esset, cum diuisio sit causa destructionis, Luc. 11. *Omne Regnum in seipsum diuisum desolabitur*. Quia omnia bona sunt, docent summum bonum esse illud, à quo tot bona procedunt. Ideò enim, quia Deus bonus est, nos sumus, *& omnia sunt*. *Sed neque per gratiam hìc in via datur completè & per essentiam Deum nosse, nisi miraculosè, vt Moysi & Paulo felicissimè contigit: nam* sicut Deus Y miraculosè aliquid supernaturaliter in rebus corporeis operatur: ita etiam & supernaturaliter, & præter communem ordinem, mentes aliquorum in hac carne viuentium, sed non sensibus carnis vtentium, vsque ad visionem suæ essentiæ eleuauit, vt dicit Augustinus 12. *Super Gen. ad lit. & in lib. de videndo Deum*, de Moyse, qui fuit Magister Iudæorum, & Paulo, qui fuit Magister Gentium: *de quo alibi fusiùs*. *In Patria verò cognoscent omni procul dubio beati Deum sicuti est, & vt ait Apostolus*, facie ad faciem: *in hoc enim hominum beatitudo consistit, Io. 17.* Hæc est Vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. *Hinc Io. 14. dicebat Christus*: Ego sum Via, & Veritas, & Vita: *quibus nempe verbis & viam & terminum & objectum se manifestat beatarum mentium in Patria. Præmiserat enim ibi Apostolus Thomas*: Nescimus quò vadis: & quomodo possumus viam scire? *Q. d. In præsenti vita non potest homo id agnoscere*. Cognitio enim Z viæ dependet ex cognitione termini: quia ergo terminus ignotus est nobis, 1. Tim. 6. *Lucem inhabitat inaccessibilem*: ideò & via eius est nobis inuestigabilis, *secundùm illud Rom. 11.* Inuestigabiles viæ ejus. *Ea propter respondit Dominus*: Ego sum via. *Via* enim est ipse Christus: *nam per ipsum habemus accessum ad Patrem*, vt dicitur *Rom. 5.* Sed quia via ista non est distans à termino, sed conjuncta, addit: *& veritas & vita*. Et sic ipse simul est via, veritas, & vita. Via quidem secundùm humanitatem, terminus secundùm diuinitatem. Sic ergo, secundùm quòd homo, dicit: *Ego sum via;* secundùm quòd Deus, addit: *& veritas & vita*. Per quæ duo terminus hujus viæ conuenienter designatur. Nam terminus hujus viæ, finis est desiderij humani: homo autem duo præcipuè desiderat. Primò quidem veritatis cognitionem, quæ est sibi propria. Secundò sui esse continuationem, quod est commune omnibus rebus. Christus autem est via perueniendi ad veritatis cognitionem, cum tamen ipse sit veritas, Ps. 85. *Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua*. Christus etiam est via perueniendi ad vitam, cum tamen ipse sit vita, Ps. 15. *Notas mihi fecisti vias vitæ*. (*Vnde & docemur, quòd* Deus A est vita animæ per modum causæ efficientis, *Deut.* 30. Ipse est vita tua.) Et ideò hujus vitæ terminum per veritatem & vitam designauit. Quæ duo *Io.* 1. de Christo dicta sunt: primò quidem, quòd ipse sit vita, *In ipso vita erat;* deinde quòd sit veritas, quia *erat lux hominum*: lux autem veritas est. *Et alibi vtrunque vniens Saluator ait*: Qui sequitur me (*Io.* 8.) non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. *Vbi Author*: Lumen, *inquit*, visibile A non dat vitam, sed coadjuuat exteriùs operationes vitæ corporalis. Lumen verò illud vitam dat: quia viuimus, in quantùm intellectuum habemus, qui est participatio quædam illius lucis. Quando autem lux illa perfectè irradiabit, tunc habebimus vitam perfectam, Ps. 35. *Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*. Q. d. Tunc ipsam vitam perfectè habebimus, quando ipsum lumen per speciem videbimus. Vnde dicitur: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum &c.* Io. 17. suprà cit. *Ex quibus deducitur, quòd in Deo perfectissima vita sit, & quòd est summa Veritas, à quo omnes veritates. Quòd si Deus suo nos beat in Patria lumine: multò magis ipse beatus erit: & hoc, se ipsum cognoscendo;* 1. *ad Tim.* 6. Quem (*scilicet Christum*) suis temporibus ostendet beatus & solus potens, Rex Regum &c. *Siquidem* Beatitudo B est operatio perfecta, quæ est supremæ virtutis operatiuæ, optimè dispositæ: & hæc est beatitudo nostra. Dei autem beatitudo est, qua cognoscit se: si enim se non cognosceret, Deus non esset. Deus, *inquit Gregorius*, dum seipso perfruitur, perfectè gloriosus est. *At heu! declamat Ioannes cap. 3.* Dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem *hanc indeficientem, atque vitæ fontem; & rationem adducit*: Erant enim *inquit* eorum mala opera. Omnis enim qui malè agit, odit lucem. *Vbi notat Author, quòd* non C dicit *egit*, sed *agit*: quia si quis malè egit; tamen pœnitens, & videns se malè fecisse, dolet: *non odit lucem*, sed ad lucem venit. Sed *qui malè agit*, idest in malo perseuerat, non dolet nec ad lucem venit, sed eam odit. *Ergo* abijciantur opera tenebrarum; *hoc est*, opera D peccatorum, *& potiùs* induantur arma lucis; *idest*, virtutes, quæ & *arma* dicuntur, in quantum nos muniunt; & *lucis arma* dicuntur, tum quia lumine rationis decorantur & perficiuntur; tum quia per opera virtutum alij illuminantur: *tum quia ad indeficientem increatæ veritatis lucem conducunt: quæ est Deus O. M. terminus & objectum beatitudinis nostræ, & completæ humanæ felicitatis*.

X *Serm. 1. ex Ep. Dom. 2. Adu.*

Nec per essentiam hìc in via videri, nisi miraculosè.

Y *1. p. 12. 11. ad 2.*

Sed solùm in Patria.

Z *Io. 14. l. 1. lit. 6. & c. & Io. 1. l. 2. lit. c. & l. 3. l. a. & 1. p. 16. 3. & 18. 3.*

Christus vt homo via, vt Deus veritas & vita.

A *1. 2. 110. 1. ad 1.*

A *Io. 8. l. 2. lit. c.*

Quid beatitudo.

B *1. Tim. 6. l. 3. ibi. 1. p. 26. 2. & 3. in 4. d. 49. 1. a. 2.*

Deus perfectè beatus.

Diuinum lumen oderunt homines, ex quo æterna vita.

C *Io. 3. l. 3. lit. f.*

D *Rom. 13. l. 3. ibi.*

O *Et hinc elucet ratio vltimi finis in Deo, ad quem omnia ordinantur: sicut & primum principium est, & prima causa, à qua & omnes causæ, & omnia causata procedunt. Hinc Apoc. 1.* Ego sum Alpha, & Omega, Principium & Finis. *Quocirca notat Author, quòd* Alpha E est primum elementum apud Græcos; & ponitur pro principio: *Omega*, vltimum, & ponitur pro fine. Ex quo sequitur expositio: *Principium*, ante quem scilicet nullus: *Finis*, post quem nullus. *Principium*, à quo omnia, Io. 1. *Omnia per ipsum facta sunt*. *Finis*, propter quem, & ad quem omnia, Prou. 16. *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus*. Vnde tunc homo est rectus & sua actio, quando non declinat à suo Principio, sciens se nihil habere, nisi à Deo: nec à Fine, ordinans se & omnes actus suos ad Deum, Ps. 7. *Qui saluos facit rectos corde*. Item *Principium*, creans per potentiam: *Finis*, judicans per justitiam. *Quod vnicuiq; firmiter impressum maneat. Ita & Io. cap. 8. Principium, in quantum Deus, se nominat Christus, cum ait*. Principium, qui & loquor vobis. *Pro quo aduertendum, quòd* Principium F in latino est neutrius generis: vnde dubium est, vtrùm sit hic nominatiui vel accusatiui casus. In græco autem est fœminini generis: & in hoc loco est accusatiui casus. Vnde *secundùm Augustinum* non est legendum:

Deus primum omnium principium & causa, & finis.

E *Apoc. 1. c. 1. & ibi & cap. 22. vtroque com. ibi.*

In quo hominis rectitudo consistat.

F *Io. 8. l. 2. lit. f. & Io. 1. l. 1. ibi, in principio.*

Ego sum Principium; sed *Principium* me credite, ne moriamini in peccatis vestris. Dicitur etiam Pater diuinus *Principium*. Et vno quidem modo nomen Principij commune est Patri & Filio, in quantum scilicet sunt vnum *Principium* Spiritus sancti per communem spirationem: & tres personæ simul sunt *Principium* creaturæ per creationem. Alio modo est proprium Patris, in quantum scilicet Pater est *Principium* Filij per æternam generationem. Non tamen plura dicimus Principia, sicut nec plures Deos, Ps. 109. *Tecum Principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te:* (*de quo Num. seq.*) Hic autem se dicit Dominus *Principium* respectu totius creaturæ. Nam quod est per essentiam tale, est principium & causa eorum, quæ sunt per participationem: ipse autem per essentiam est esse suum, *vt in superioribus visum est. Dicit autem*, Principium & causa eorum &c. *quia respectu rerum productarum in tempore in idem videntur coincidere in Deo principium & causa: non ita in diuinis & ab intra. Docemur enim quod* ad significandum ordinem originis G diuinarum personarum non competit nomen causæ propter duo. Primò quia omnis causa vel est extra essentiam rei, sicut efficiens & finis: vel pars essentiæ, sicut materia & forma. Secundò quia omnis causa habet ordinem principij ad esse sui causati, quod per ipsam constituitur. Inuenitur autem aliquod principium, quod non est extra essentiam principiati; sicut punctus, à quo fluit linea: & quod non habet aliquam influentiam ad esse principiati, sicut terminus, à quo dicitur principium motus, & sicut mane dicitur principium diei. *Ex quo Pater in diuinis dicitur principium Filij.* Quamuis autem H Pater dicatur principium Filij, non tamen dicendus est causa, nisi impropriè. Principium enim in plus est, quàm causa: & causa in plus est, quàm elementum, sicut dicit *Comment. 5. Metaph.* Vnde omnis causa est principium, sed non conuertitur. *Est autem Deus primum rerum omnium principium; vnde & Ecclesia canit:* Qui extas rerum omnium sine fine principium: *simulque prima omnium rerum effectrix causa.* Causalitas autem I Dei, qui est primum agens, se extendit vsque ad omnia entia non solùm quantum ad principia speciei, sed etiam quantum ad indiuidualia principia, non solùm incorruptibilium, sed etiam corruptibilium. *Hinc Apostolus ad Rom.* 11. Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Omnia (*inquit Author*) sunt *ex ipso*, scilicet ex Deo, sicut ex prima operatrice Potentia. Omnia sunt *per ipsum*, in quantum omnia facit per suam Sapientiam. Omnia sunt *in ipso*, sicut in Bonitate conseruante. Hæc autem tria, scilicet *Potentia, Sapientia, Bonitas*, communia sunt tribus personis; vnde hoc quod dicitur, *ex ipso, per ipsum, & in ipso*, potest attribui cuilibet trium personarum. Sed tamen *Potentia*, quæ habet rationem principij, appropriatur Patri, qui est principium totius Diuinitatis: *Sapientia* Filio, qui procedit vt Verbum, quod nihil aliud est, quàm Sapientia genita: *Bonitas* appropriatur Spiritui sancto, qui procedit vt Amor, cujus objectum est bonitas. Et ideò appropriando dicere possumus: *Ex ipso*, scilicet ex Patre: *per ipsum*, scilicet per Filium: *in ipso*, scilicet in Spiritu sancto *omnia sunt. Vnde & Col.* 1. Et omnia in ipso constant. *Alibi quoque scribit cohærenter Author:* A Deo L sunt omnia, sicut à principio, quod omnibus esse influit. Ex Deo ordinata sunt omnia, in quantùm in se ordo rerum sumitur ex ipsa ratione diuinæ bonitatis. Per Deum manent omnia, sicut per causam conseruantem. In Deo continentur omnia, sicut effectus in causa. Et ad Deum conuertuntur omnia, sicut ad finem, & perficiuntur. *Et alibi.* Deus M conuertit omnia ad seipsum, in quantum est essendi principium: quia omnia, in quantum sunt, tendunt in Dei similitudinem, qui est ipsum esse. *Vnde & vltimi finis emicat in eo ratio manifesta. Quod adhuc ex eo liquet: quia* (*vt vidimus*) Bonum N particulare ordinatur in bonum commune, sicut in finem: esse enim partis est propter esse totius; vnde & bonum gentis est diuinius, quàm bonum vnius hominis. Bonum autem summum, quod est Deus, est bonum commune: cum ex eo vniuersorum bonum dependeat. Bonum autem, quo quælibet res bona est, est bonum particulare ipsius, & aliorum, quæ ab ipso dependent. Omnes igitur res ordinantur sicut in finem in vnum bonum, quod est Deus. *Item:* Ad ordinem agentium sequitur ordo in finibus: nam sicut supremum agens mouet omnia secunda agentia; ita ad finem supremi agentis, oportet, quod ordinentur omnes fines secundorum agentium: quicquid enim agit supremum agens, agit propter finem suum. Agit autem supremum agens actiones omnium inferiorum agentium, mouendo omnes ad suas actiones, & per consequens ad suos fines. Vnde sequitur, quòd omnes secundorum agentium actiones ordinentur à primo agente in finem suum proprium. Agens autem primum rerum omnium est Deus: voluntatis autem ipsius nihil aliud finis est, quàm sua bonitas, quæ est ipsemet: omnia igitur quæcunque sunt facta vel ab ipso immediatè vel mediantibus causis secundis, in Deum ordinantur sicut in finem. *Ex quo Prou. 16. dicitur.* Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus; *hoc est, propter bonitatem suam.* Qualiter autem O intelligatur, quòd Deus omnia facit & vult propter suam bonitatem: sciendum est, quòd aliqua operari propter finem, potest intelligi dupliciter. Vel propter finem adipiscendum; sicut infirmus accipit medicinam propter sanitatem: vel propter amorem finis diffundendi; sicut medicus operatur propter sanitatem alteri communicandam. Deus autem nullo exteriori à se bono indiget, secundùm illud Ps. 15. *Bonorum meorum non eges:* & ideò, cum dicitur, quòd Deus vult & facit omnia propter bonitatem suam; non intelligitur, quòd faciat aliquid propter bonitatem sibi communicandã, sed propter bonitatem in alios diffundendam. Communicatur autem diuina bonitas creaturæ rationali propriè, vt ipsa rationalis creatura eam cognoscat. Et sic omnia, quæ Deus in creaturis rationalibus facit, creat ad laudem & gloriam suam, secundùm illud Is. 43. *Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum:* vt scilicet cognoscat bonitatem, & cognoscendo laudet eam. *Vnde & Apostolus ait ad Eph.* 1. secundùm propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ; *idest*, vt homo cognoscat, quantùm Deus sit laudandus, & glorificandus. *En quò nos vocat & reuocat diuinæ consideratio majestatis, ad ejus nimirum infinitam bonitatem laudandam, & glorificandam. Et adhoc monebat idem Apostolus* 1. *Cor.* 10. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. *Et* 1. *ad Tim.* 1. *illud exprimebat:* Regi seculorum immortali, & inuisibili, soli Deo honor & gloria. *Q. d.* Exhibendus est ei P honor ex subjectione totius creaturæ: & in manifestationem excellentissimæ ipsius bonitatis, claritas & gloria. *At cæcus homo, ratione non vtens, sed solo vt jumentum sensu, ab vltimo fine summoque bono, peccando se auertit, & in commutabili bono vltimi rationem finis constituit.* Illi enim qui Q peccant, auertuntur ab eo, in quo verè inuenitur ratio vltimi finis: non autem ab ipsa vltimi finis intentione, quam falsò quærunt in alijs rebus, *sicut luxuriosi in venereis, gulosi in cibis, auari in diuitijs: siquidem* Auari R Deus est nummus. *Cujus & alibi affertur ratio: nam* omne id S in quo quis ponit finem suum (*vltimum vtique*) Deus suus est: vnde qui ponit finem

Nomen Principij diuersimodè exponitur.

Nomen principij in diuinis assumitur; non ita nomen causæ.

G 1. d. 29. 1. a. 2. c. & 1. p. 33. ad 1. Op. 1. c. 1. Pot. 10. 1. ad 9.

In quo hæc à principio differat.

H In 1. loc. cit. ad 2. & locis cit.

I Ad Rom. 11. fi. cap.

Exponitur illud Rom. 11. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

L De diu. Nom. c. 1. l. 3. ibi, à quo, & ex quo &c.

M 1. 2. 34. 1. ad 3.

Deus omnium finalis causa.

N 3. con. G. c. 17. n. 5. 6. & toto cap. & 1. p. 44. 4. & 2. 2. 6. c. Op. 3. p. 2. c. 9. In 2. d. 1. 2. 2.

Omnia operatur Deus propter se, scilicet propter suam bonitatem. Et quomodo id intelligatur.

O Eph. 1. l. 1. circ. fi. Rom. 9. l. 4. ibi, volens Deus. Ps. 5. 4. c. circ. fi.

Homo in alijs, quàm in Deo, vltimum finem statuit. Auari finis vltimus, diuitiæ aliorum peccatorum alia bona commutabilia.

P 1. Tim. 1. l. 4. ibi & locis cit.

Q 1. 2. q. 1. a. 7. ad 1.

R Apoc 16. c. 2. ibi, sextus Angelus.

S Matth. 6 lit. e. ibi, nemo potest.

finem suum in diuitijs, Deus suus est; sicut dicitur de illis *ad Philip.* 3. Quorum Deus venter est. *Veruntamen*, quia *re ipsa* nullus T potest in vita ista implere desiderium suum; nec vnquam aliquid creatum satiat desiderium hominis: Deus enim solus satiat, & in infinitum excedit; & inde est, quòd non quiescit nisi in Deo (*Ps.* 16. Satiabor, cum apparuerit gloria tua:) *idcircò ad solum Deum tota nostræ mentis intentio, omnisque operatio dirigenda est, tanquam in vltimum nostrum complementum & finem.* Totum (*inquit Author*) V quod homo est, & quod potest, & habet, ordinandum est ad Deum, *omnium rerum principium, & finem vltimum, omnisque fontem bonitatis. Et quidem*, cum homo X sit compositus ex anima & corpore, vtrunque debet applicari ad colendum Deum: vt scilicet anima colat interiori cultu, & corpus exteriori; vnde dicitur *in Ps.* 83. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. *Ita adhortatur Spiritus sanctus Eccli.* 3. In omnibus vijs tuis cogita illum: & ipse diriget gressus tuos. *Ita faciebat Dauid, vt dicitur Ps.* 15. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. *Et Ps.* 24. Oculi mei semper ad Dominum. *Sic fiet, vt nunquam te Deus derelinquat: neque enim derelinquit, nisi derelinquatur*; 2. *Paral.* 15. Si quæsieritis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. *Et Iac.* 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. *Vnde & Apostolus Act.* 17. *dicebat*: Quærere Deum, si fortè attrectent eum, aut inueniant; quamuis non longè sit ab vnoquoque nostrum: in ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus. *Ex quo concludit Author*: Deus Y non elongatur à nobis, nisi in quantum nos elongamur ab ipso; *vbi nimirum nos ab eo per peccatum auertimus. DISCE, te simul actusque tuos in verum vltimum finem dirigere. Vide*, Actio, Beatitudo, Fides infusa, Religio.

Solus Deus satiat desiderium nostrum.
T Op 6. 5. alt. Op 3.7.3.c.9 & 1.2 9.3 8. & 1. 9.12 4. In 1 d. 1.1.1 In 2 d 4. 1.1. & al. 61.
Ad Deum totus homo ordinandus cum actibus suis.
V 1.2.9 21 4. ad 3. ad Hann. 2. d. 1.1. a. 2. 1. & ad 3.
X 1.2.101.1.1.
Deus non derelinquit, nisi derelinquatur.
Y 3. tom. G. 1. 63. n. 5.

DEI POTENTIA.

XI. In hoc reputatur stulta Mundi sapientia (1. Cor. 1.) quia ea, quæ sunt impossibilia naturæ, etiam Deo impossibilia reputabat. *1. p. 25. 3. ad. 4.*

p POtentia statuatur in Deo, omnino necesse est. *Veruntamen de potentia distinguendum.* Nam duplex est Z potentia, scilicet passiua (quæ nullo modo est in Deo) & actiua, quam oportet in Deo summè ponere. Manifestum est enim, quòd vnumquodque, secundùm quòd est actu & perfectum, secundùm hoc est principium actiuum alicujus. Deus autem est purus actus, & simpliciter & vniuersaliter perfectus, neque in eo aliqua imperfectio locum habet: vnde sibi maximè competit esse principium actiuum, & nullo modo pati. Nam potentia actiua est principium agendi in aliud: potentia verò passiua est principium patiendi ab alio. Relinquitur ergo, quòd in Deo maximè sit potentia actiua. *Et hæc quidem, ipsa Dei substantia est.* Potentia enim actiua A competit alicui, secundùm quòd est actu. Deus autem est actus ipse: non autem est ens actu per aliquem actum, qui non sit quod est ipse, cum in eo nulla sit potentialitas. Est igitur ipse sua potentia. *Sed & diuina potentia, ipsamet est Dei actio: quandoquidem* sicut potentia B actiua est aliquid agens, ita essentia ejus est aliquid ens. Sed diuina potentia est ejus essentia, ergo suum agere est suum esse: sed ejus esse est sua substantia; ergo diuina actio est sua substantia. *Hinc Ps.* 88. Potens es Domine; *& priùs Ps.* 70. Potentiam tuam, & justitiam tuam, Deus, vsque in altissima quæ fecisti magnalia &c. *Cum verò in Deo potentia hæc consideratur, omnipotentiæ ritè nomen sortitur, cum infinita sit; Gen.* 17. *&* 35. Ego Deus omnipotens. *Vnde & Iob* 42. Scio, quia omnia potes &c. *Cæterùm*, cum potentia C dicatur ad possibilia; cum Deus omnia posse dicitur, nihil rectiùs intelligitur, quàm quòd possit omnia possibilia, & ob hoc omnipotens dicatur. Possibile autem dicitur dupliciter secundùm Philos. *in* 5. *Metaph.* Vno modo per respectum ad aliquam potentiam; sicut quod subditur humanæ potentiæ, dicitur esse possibile homini. Non autem potest dici, quòd Deus dicatur omnipotens, quia possit omnia, quæ sunt possibilia naturæ creatæ, quia diuina potentia in plura extenditur. Si autem dicatur, quòd Deus sit omnipotens, quia potest omnia quæ sunt possibilia suæ potentiæ, erit circulatio in manifestatione omnipotentiæ: hoc enim non erit aliud, quàm dicere, quòd Deus est omnipotens, quia potest omnia, quæ potest. Relinquitur igitur, quòd Deus dicatur omnipotens, quia potest omnia possibilia absolutè. *Vel, vt alibi docemur*: Deus D ideò dicitur omnipotens: quia potest omnia, quæ sunt possibilia secundùm se. *Quocirca sciendum, quòd* aliquid E dicitur impossibile fieri tribus modis. Vno modo propter defectum actiuæ potentiæ siue in transmutando materiam, siue in quocunque alio. Alio modo propter aliquod resistens, vel impediens. Tertio modo propter hoc, quòd id, quod dicitur impossibile fieri, non potest esse terminus actionis. Ea ergo, quæ sunt impossibilia in natura primo vel secundo modo, Deus facere potest. Quia ejus potentia, cum sit infinita, in nullo defectum patitur: nec est aliqua materia, quam transmutare non possit ad libitum; ejus enim potentiæ resisti non potest. Sed id, quod tertio modo dicitur impossibile, Deus facere non potest, cum Deus sit actus maximè, & principale ens. Vnde ejus actio non nisi ad ens terminare potest principaliter, & ad non ens consequenter. Et ideò non potest Deus facere, quòd affirmatio & negatio sint simul vera: nec aliquod eorum, in quibus hoc impossibile includitur. *Et ita* quæcunque F contradictionem non implicant, sub illis possibilibus continentur, respectu quorum dicitur Deus omnipotens. Ea verò, quæ contradictionem implicant, sub diuina omnipotentia non continentur, quia non possunt habere possibilium rationem. Vnde conuenientiùs dicitur, quòd ea non possunt fieri, quàm quòd Deus non possit facere. Neque hoc est contra verbum Angeli Luc. 1. *Non erit impossibile apud Deum omne verbum*: id enim, quod contradictionem implicat, verbum esse non potest: quia nullus intellectus potest illud concipere. *Et hoc sensu dicebat Christus Matth.* 19. Apud Deum omnia possibilia sunt; *& Marc.* 14. Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt. *Veruntamen, sicut Deus omnisciens dicitur & omnipotens: non ita omniuolens dici potest. Et ratio adducitur: quia* in his G quæ aguntur per voluntatem (*vt dicitur 9. Metaph.*) potentia & scientia determinantur ad opus per voluntatem: & ideò scientia & potentia in Deo, quasi non determinata, vniuersaliter pronunciantur, vt cum dicitur omnisciens, vel omnipotens. Sed voluntas, qua determinat, non potest esse omnium, sed eorum tantùm, ad quæ potentiam & scientiam determinat. *Hinc necessariò dicendum, & infinitam Dei potentiam esse.* In omnibus enim agentibus H quanto aliquod agens perfectiùs habet formam, qua agit, tanto est major ejus potentia in agendo. Sicut quanto aliquid est magis calidum, tanto habet majorem potentiam ad calefaciendum: & haberet vtique potentiam infinitam ad calefaciendum, si ejus calor esset infinitus. Vnde cum ipsa essentia diuina, per quam Deus agit, infinita sit, sequitur quòd ejus potentia sit infinita.

q *Ex his deducito, sub diuina potentia non posse cadere, quòd aliquid jam præteritum, non fuerit.* Nam sub omnipotentia I Dei non cadit aliquid, quod con-

Potentia est in Deo: actiua tamen, nullo modo passiua.
Z 1. p. 25. 1. c. Pot. 1. 1. In 1. d. 42. 1. 1. & 2. con. Gen. 7.
Quæ, ipsamet Dei substantia est.
A 2. con. G. c. 8. n. 1. & seqq.
Ipsaque Dei actio.
B 2. con. G. c. 9. n. 3.
C p. p. 25. 3. c. & 3. p. 1. 13. 1. Pot. 1. c. 3. & 7 & 2. con. G. c. 22. & 25. In 1. d. 42. 2. 2.
Possibile dupliciter dicitur.
Vnde verè dicatur Deus omnipotens.
D Pot. 1. 7 & c. & alibi.
Impossibile aliquid tripliciter.
E Pot. 1. 3. & c. & 2. con. G. c. 22. & 25.
Quidnam, impossibile dicatur fieri diuina potentia.
F 1. p. 25. 3. & c. Pot. 1. c. & ad In 1. d. 42. 2.
Quæ contradictionem implicant, non possunt fieri à Deo.
Cur Deus omnisciēs & omnipotens dicitur: non ita omniuolens dici potest.
G Pot. 1. 7. ad 5.
Potentia Dei infinita.
H 1 p. 25. 2. c. Pot. 1. 2. In 1. d. 43. 1. 1. & 4. con. G. c. 63. Op. 3. c. 19.
Sub qua non potest cadere, quòd præteritum non fuerit.
I 1. p. 1 c ar. 4. & 2. con. G. c. 25 n. 11. In 1. d. 42. 2. 2.

Digitized by Google

contradictionem implicat (*vt visum est*:) præterita autem non fuisse, contradictionem implicat; sicut enim contradictionem implicat dicere, quòd Sortes sedet & non sedet: ita quòd sederit & non sederit. Dicere autem, quòd sederit, est dicere, quòd sit præteritum: dicere autem, quòd non sederit, est dicere, quòd non fuerit. *Vnde & docemur, quòd* circa materiam L virginitatis est aliquid, quod miraculosè reparari potest diuinitus, scilicet integritas membri. Aliud autem est, quod nec miraculosè reparari potest, vt scilicet quòd qui expertus est voluptatem veneream, fiat non expertus. Non enim Deus potest facere, vt ea quæ facta sunt, non sint facta. *Sequitur itidem, quòd* si Deus M non potest facere, rem simul esse & non esse: nec etiam potest facere, quòd rei desit aliquid suorum principiorum essentialium, ipsa remanente; sicut quòd homo non habeat animam: *neque enim esset homo*. *Veriùm diuinæ* huic potentiæ N absolutè consideratæ quando attribuitur aliquid, quod vult facere, & sapientia sua habet vt faciat: tunc dicitur posse illud secundùm potentiam ordinatam. Quando autem potentia se extendit, quantum in se est, ad illud, quod sibi attribuitur; quamuis non habeat ejus sapientia & voluntas, vt ita fiat: tunc dicitur posse illud de potentia absoluta tantùm. Sed in his distinguendum est. Quia in his sunt quædam, quæ habent aliquid in se, diuinæ sapientiæ & bonitati repugnans, inseparabiliter conjunctum, vt peccare, mentiri, & hujusmodi: & etiam ista dicimus Deum non posse. Quædam verò sunt, quæ de se non habent inconuenientiam ad diuinam sapientiam, sed solùm de ordine aliquo suæ præscientiæ, quem Deus in rebus statuit, vel præuidit, secundùm suam voluntatem, vt quòd caput hominis sit inferiùs: & hæc Deus potest facere; quia potest statuere alium ordinem in rebus, secundùm quem sit conueniens quod nunc secundùm istum ordinem, qui rebus inest, inconueniens videtur. Sic ergo in his, quæ diuinæ potentiæ attribui possunt, est quadruplex distinctio siue ordo. Quædam enim nec ipsi potentiæ absolute attribuuntur: vnde simpliciter dicendum est, Deum ea non posse, sicut pati, & contradictoria simul esse. Quædam verò ex se sapientiæ & bonitati ejus repugnant; & ista non dicimus Deum posse, nisi sub conditione, scilicet si vellet. Non enim inconueniens est, vt in conditionali vera antecedens sit impossibile. Quædam verò de se repugnantiam non habent, sed solùm ab exteriori: & talia absolutè concedendum est Deum posse de potentia absoluta; nec sunt neganda, nisi sub conditione; scilicet, vt dicatur: Non potest, si voluntati ejus repugnat. Quædam verò sunt, quæ attribuuntur potentiæ, ita quòd voluntati & sapientiæ ejus congruunt: & hæc simpliciter dicendum est Deum posse; & nullo modo ea non posse. *Ex quibus manifestè deducitur, quòd plura potest facere præter ea, quæ facit, potentia videlicet absoluta. Vnde & instruimur, quòd* quia potentia O intelligitur vt exequens: voluntas autem vt imperans: intellectus & sapientia vt dirigens: quod attribuitur potentiæ secundùm se consideratæ, dicitur Deus posse secundùm potentiam absolutam: & hujusmodi est omne illud, in quo potest saluari ratio entis. Quod autem attribuitur potentiæ diuinæ, secundùm quod exequitur imperium voluntatis justæ: hoc dicitur Deus posse facere de potentia ordinata. Secundùm hoc ergo dicendum est, quòd Deus potest alia facere de potentia absoluta, quàm quæ præsciuit & præordinauit se facturum: non tamen potest esse, quòd aliqua faciat, quæ non præsciuerit & præordinauerit se facturum: quia ipsum facere subjacet præscientiæ & præordinationi; non autem ipsum posse, quod est naturale. Ideò enim Deus aliquid facit, quia vult: non tamen ideò potest, quia vult, sed quia talis est in sui natura. *Hinc, conformiter ad veramque diuinæ potentiæ considerationē, docemur, quòd* loquendo P absolutè de Dei potentia, sic Deus potest vniuersam creaturam redigere in nihilum. Cujus ratio est: quia creatura non solùm producitur in esse Deo agente, sed etiam per actionem Dei conseruatur in esse, secundùm illud Hebr 1. *Portans omnia Verbo virtutis suæ*. Sicut autem Deus propria voluntate agit, & non ex necessitate naturæ ad rerum productionem: ita etiam ad earum conseruationem. Et ideò potest subtrahere suam actionem à rebus conseruandis: & hoc ipso omnia in nihilum deciderent. Si verò loquamur de potentia Dei in ordine ad ejus sapientiam & præscientiam: sic non potest fieri, quòd res in nihilum redigatur; quia non habet hoc diuina sapientia. *Creauit enim Deus vt essent omnia*, vt dicitur *Sap.* 1. non vt in nihilum cederent. *Vnde & Eccle.* 3. Didici, quòd omnia opera, quæ fecit Deus, perseuerent in perpetuum; *videlicet*: vel Q secundùm se, vel in suis causis. Sic enim & animalia & plantæ remanebunt, manentibus cælestibus corporibus & elementis.

r Neque tamen diuina R potentia est huic ordini (*rerum*) alligata, quin possit quandoque præter ordinem causarum secundarum aliquid agere, cum sibi placuerit, vt patet in operibus miraculosis: (*de quibus fusè V.* Miraculum.) *Cui non obest* Augustini *glossa* ad Rom 11. *quòd scilicet* Deus, cum sit auctor naturæ, non potest facere contra naturam. *Non obest inquam: nam verbum Augustini* S in glossa illa non est intelligendum, quòd Deus non possit facere aliter, quàm natura faciat, cum ipse frequenter faciat contra consuetum cursum naturæ: sed quia quicquid in rebus facit, non est contra naturam, sed est eis natura, eo quòd ipse est conditor & ordinator naturæ. Sic enim in rebus naturalibus videtur, quòd quando aliquod corpus inferius a superiori mouetur, est ei ille motus naturalis, quamuis non videatur conueniens motui, quem naturaliter habet ex seipso: sicut mare mouetur secundùm fluxum & refluxum à Luna; & hic motus est ei naturalis, vt Commen. dicit *in 3 de Cæl. & Mun.* licèt aquæ secundùm seipsam motus naturalis sit ferri deorsum. Et hoc modo omnes creaturæ quasi pro naturali habent quod à Deo in eis fit. Et propter hoc in eis distinguitur potentia duplex. Vna naturalis, ad proprias operationes vel motus. Alia, quæ obedientiæ dicitur, ad ea quæ à Deo recipiunt. *Et alibi.* In qualibet T creatura consideratur duplex potentia passiua: vna quidem per comparationem ad agens naturale: alia vero per comparationem ad agens primum, quod potest quamlibet creaturam reducere in actum aliquem altiorem actu, in quem reducitur per agens naturale. *Et quidem*, secundùm hanc V potentiam, de creatura potest fieri quicquid Deus vult: sicut de ligno potest fieri vitulus, Deo operante. Hæc autem potentia obedientiæ correspondet diuinæ potentiæ, secundùm quòd dicitur, quòd ex creatura potest fieri quod ex ea Deus facere potest. *Iccircò bene dicebat initio Author*: In hoc reputatur *stulta Mundi sapientia*: quia ea, quæ sunt impossibilia naturæ, etiam Deo impossibilia reputabat. *Ex quo Ioannes* Matth. 3. *ad Pharisæos*: Potens est Deus *inquit* de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. *Vbi Author, quoad sacram historiam*: Legitur (*ait*) *Ios.* 4. quòd X quando populus Israel transiuit Iordanem siccis pedibus; in memoriam miraculi, mandauit Iosue, quòd extraherentur 12. lapides ex fundo fluminis, & ponerentur intus. Ioannes autem in illo loco baptizans, eos ostendit. Potest autem hoc intelligi dupliciter. Ad literam primò: Hoc enim est primum Fidei fundamentum, credere omnipotentiam Dei, Iob 42. *Scio, quia omnia potes &c.* (*Et Ecclesia*

in

Virginitas an reparabilis. L 2. 2 152. 1 ad 3. Quol. 5. a. 3.

Non potest Deus facere, quod aliquid remaneat, & desit illi aliquid suorum principiorum essentialium. M 2. con. G. c. 25. n. 9. & locis sup. cit.

Quid sit Dei potentia absoluta, quid ordinata, vel ordinaria & quid vtraque possit. N 3 d 1. 2. 2. c. & d. 1. 1. q. 1. c. & 2. con. G. c. 25. Pot. 1. 5. ad 5. Quol. 4. a. 4 & 1. p. 25. 5.

Quadruplex ordo in his, quæ diuinæ potentiæ possunt attribui.

O 1. p. 25. 5. ad 1. & inc. In 1. d. 43. q. 2 Pot. 1. a. 5. & 2. con. G. c. 23. & lib. 3. c. 98.

An Deus possit facere quæ non facit.

An Deus possit creaturas annihilare. P Quol. 4. a. 4. c. & Pot. 5. 3. c. & 104. a. 3. & 4. Pot. 5. a. 3. & 4. In 1. d. 8. 3. 2.

Q Pot. 5. 9 ad 1.

R Op. 10. a. 1. & 1. p. 25. 5. c. Rat. 1. 3. 4.

Num Deus operetur aliquando contra naturam. S Pot. 1. 6. a. 1. ad 1. & q. 6. 1. ad 18. & 1. 4. 10. q ad 2.

Duplex in creaturis potentia: alia naturalis, alia obedientialis. Et quid vtraque. T 3. p. 11. 1. c. In 1. A. 2. 1. 2. q. 3. Pot. 6. 1. ad 18 Ver. 8. 4. ad 13. Ver. 1. 1. ad 1. & alibi. V In 3. loc. cit. in c. & locis cit.

Exponitur illud Matth. 3. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. X Matth. 3. lit. a. ibi.

Digitized by Google

in Symbolo: Credo in Deum Patrem omnipotentem.) Vel possumus intelligere per lapides, Gentiles: qui dicuntur lapides propter duo. Primò, quia lapides adorant. Secundò propter duritiem: & licèt lapides sint duri, tamen diu conseruant impressionem: & licèt etiam ædificium ex eis factum, tardè fiat: tamen forte est & durabile. Vnde Gentiles, quamuis fuerint duri ad recipiendum fidem Christi, tamen tenuerunt fortiter. Et hoc significatur *Ezechiel.* 36. Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum: & spiritum meum ponam in medio vestri. *Quod & in conuersione peccatoris emicat satis. Vnde & Augustinus super illud Io.* 14. Majora horum faciet, *inquit*: Majus opus est, vt ex impio justus fiat, quàm creare cælum & terram. *Quod vtique ratione termini, non ita ratione modi, intelligi debet: Videlicet, vt exponitur,* in quantum Y ad nobilius esse perducitur quis per justificationem, quàm per creationem. Vel, in quantum (*cohærenter ad dicta de lapidibus*) in creatione non est aliquid, quod repugnet creanti, cum sit ex nihilo: sicut in justificatione repugnat justificanti inordinata voluntas: vnde opus justificationis potentiam manifestat. *Hinc Ecclesia in secreta Deum orans*: Ad te (*inquit*) nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates: *ex eo nimirum, quòd solus Deus potens est humanam voluntatem immutare. Id quod innuitur* Matth. 19. *quando discipuli mirabantur* (*quod scilicet difficilè diues in Regnum Cælorum ingrederetur*:) *dicentes ad Iesum*: Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus dixit illis: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt. *Vbi Author*: Videtur (*inquit*) quòd Z perit liberum arbitrium, si impossibile est apud homines. Verum est, quòd homo à se habet, vt possit peccare: sed resurgere, & opera salutis facere, hoc non habet à se sine auxilio gratiæ Dei: ipse enim Deus est, qui ista potest; Rom. 9. *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Vnde secundùm potentiam humanam impossibile est, hominem saluum fieri: quia potentia humana non immutat voluntatem, sed solius Dei est immutare eam, sicut habetur *ad Philip.* 2. Qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate; & *Prou.* 21. Cor Regis in manu Domini: quocunque voluerit, inclinabit illud. (*De quo vide* A.) *Vel ad illud, quod in collecta itidem premit Ecclesia*: Deus, qui Omnipotentiam tuam parcendo maximè & miserando manifestas; *dic cum Authore: quòd* Dei Omnipotentia B ostenditur maximè in parcendo & miserando: quia per hoc ostenditur, Deum habere summam potestatem, quòd liberè peccata dimittit. Ejus enim, qui Superioris legi astringitur, non est, liberè peccata condonare. Vel quia, parcendo hominibus & miserando, perducit eos ad participationem infiniti boni, qui est vltimus effectus diuinæ virtutis. Vel quia effectus diuinæ misericordiæ est fundamentum omnium diuinorum operum: nihil enim debetur alicui, nisi propter id, quod est datum ei à Deo non debitum. In hoc autem maximè diuina omnipotentia manifestatur, quòd ad ipsum pertinet prima institutio omnium bonorum. *Quòd si tandem inquiras: an Deus possit meliora facere, quàm quæ fecit & facit? Resp. quòd* Bonitas C alicujus rei est duplex. Vna quidem, quæ est de essentia rei; sicut esse rationale est de essentia hominis: & quantùm ad hoc bonum, Deus non potest facere rem meliorem (licèt possit facere aliquam aliam ea meliorem:) sicut etiam non potest facere quaternarium majorem: quia si esset major, jam non esset quaternarius, sed alius numerus. Sic enim se habet additio differentiæ substantialis in diffinitionibus, sicut additio vnitatis in numeris, vt dicitur 8. *Metaph.* Alia bonitas est, quæ est extra essentiam rei; sicut bonum hominis est, esse virtuosum, vel

Iustificatio impij an opus omnipotentiæ Dei, & quo sensu.

Y *In* 4. *d.* 46. *q.* 1. *q.* 3. *ad* 2. & *d.* 17. 1. 5. *q.* 1. *ad* 1. 1. 2. 113. 9. *c.* & 3. *p.* 43. 4. *ad* 2. *Io.* 14. *l.* 3. *lit. c.*

Z *Matth.* 19. *ibi.*

Solus Deus humanam potest immutare voluntatem.

A 1. *p.* 105. 4. & 111. *a.* 2. & 1. 2. 9. 6. & 3. *con. Gen. c.* 88. & *seqq. Ver.* 22. 9.

Quomodo in parcendo, & miserado, Dei omnipotentia manifestetur.

B 1. *p.* 25. 3. *ad* 3.

An meliora, quàm quæ fecit & facit, possit facere Deus.

C *Ibid. a.* 6. *c. In* 1. *d.* 44. *q.* 1. *a.* 1 & 2. *In* 3. *d.* 13. 1. 2 *q.* 2. *ad arg. Pot.* 3. 16. *ad* 17.

sapientem: & secundùm tale bonum potest Deus res à se factas facere meliores. Simpliciter autem loquendo, qualibet re à se facta potest Deus facere aliam meliorem. *Tria veruntamen excipito*: *Nam* Humanitas Christi D ex hoc, quòd est vnita Deo: & beatitudo creata ex hoc quòd est fruitio Dei: & B. Virgo, ex hoc, quòd est Mater Dei habent quamdam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod est Deus: & ex hac parte non potest aliquid fieri melius eis; sicut non potest aliquid melius esse Deo.

Tria excipiuntur.

D *Ibid. ad* 1. *Et in* 1. *d.* 44. *l.* 1. *a.* 3.

¶ *Porrò diuina potentia nulli est creaturæ communicabilis. Nam* Virtus E vel potentia semper consequitur essentiam: vnde impossibile est, vt essentiæ finitæ sit virtus infinita. Impossibile est autem, aliquam essentiam creatam esse infinitam, eo quòd esse suum non est absolutum & subsistens, sed receptum in aliquo: si enim esset absolutum, non differret ab esse diuino. Vnde sicut nulli creaturæ potest communicari, quòd sit Deus: ita non potest sibi communicari, quòd sit infinitæ essentiæ, & infinitæ potentiæ, & quòd omnipotentiam habeat. *Sanè, si alicui communicabilis esset omnipotentia, fuisset proculdubio animæ Christi communicata. At verò,* sicut animæ Christi F non potuit communicari, quòd haberet infinitatem essentiæ: ita nec omnipotentia. Credo tamen, quòd omnis potentia, quæ alicui creaturæ communicari potest, sibi communicata fuit multò abundantiùs. *Hoc tamen de causa intellige principali, de instrumentali non ita. Docemur enim, quòd* nulla creatura G potest agere quæ sunt supra naturam quasi principale agens: potest tamen agere quasi agens instrumentale à virtute increata motum. Quia, sicut creaturæ inest obedientiæ potentia, vt in ea fiat quicquid Creator disposuerit: ita etiam, vt eà mediante fiat: quod est ratio instrumenti. *Et hoc quidem,* quantum H ad aliquos effectus, qui fiunt mediante creatura: non tamen quantum ad illos effectus, qui fiunt immediatè à Deo, vt creatio (*de qua Num. seq.*) & sanctificatio. *Quoniam verò* Virtus I secundùm Philosophum est vltimum in re de potentia: omnibus illis modis, quibus contingit pertingere ad vltimum, est considerare virtutem rei. Hoc autem contingit tripliciter. Primò in operationibus, in quibus contingit gradus perfectionis inueniri. Vnde dicitur habere virtutem ad operandum quod attingit completam operationem: prout dicitur *in* 2. *Ethic.* quòd virtus est quod *bonum facit habentem, & opus ejus bonum reddit.* Secundò etiam respectu ipsius esse rei, secundùm quòd etiam Philosophus dicit 1. *de Cæl. & Mun.* quòd aliquid habet virtutem, vt semper sit. Item secundùm plenitudinem perfectionis respectu ipsius entis, secundùm quòd attingit vltimum naturæ suæ: vnde etiam virtus circuli dicitur secundùm Philosophum, quando attingit completè diffinitionem suam. Si igitur virtus diuina consideretur secundùm perfectionem ad opus, erit virtus potentiæ operatiuæ. Si autem consideretur perfectio quantum ad ipsum esse diuinum, virtus ejus erit æternitas. Si autem consideretur quantum ad complementum perfectionis ipsius naturæ diuinæ, erit magnitudo. Et sicut omnipotentiæ suæ virtute omnes potentias operatiuas fundat, & in eis operatur: ita per virtutem æternitatis suæ instituit & figurat omnem durationem: & per virtutem magnitudinis suæ omnia implet & continet. *Profectò diuinæ figuram potentiæ habemus in veteris Arca testamenti. Instruimur enim, quòd per tria, quæ ibi concludebantur, scilicet Legis Tabulæ, Virga Aaron, & Manna,* significabantur L tria Dei attributa; scilicet, Sapientia in Tabulis: Potentia in Virga: Bonitas in Manna. *Hanc vlteriùs diuinam virtutem & potentiam manifestat satis vniuersitas creaturarum, Rom.* 1. Deus in illis manifestauit: *videlicet*, vel interiùs M infundendo lumen, vel

Dei omnipotentia creaturis incommunicabilis.

E 1. *d.* 43. 1. 2. *c.* & 1. 2. 178. 1. *ad* 1. *Pot.* 3. *a.* 4.

F 3. *d.* 14. 1. 4. *c. In* 1. *d.* 43. 1. 2. *ad* 2 & 3. *p.* 13. 1. *c.* & *q.* 1. *a.* 1. *ad* 1.

Possunt tamen Deo cooperari, quasi instrumenta virtutis ejus.

G 4. *d.* 8. 2. 3. *ad* 4. *Op.* 1. *c.* 23. *Ma.* 16. 9. *ad* 3.

H *Op.* 1. *c.* 23. *ibi.*

I 1. *d.* 19. 3. 1. *c.*

Virtus tripliciter considerata.

Ita & in Deo quoad omnipotentiam, æternitatem, & magnitudinem.

L 1. 2. 102. 4. *ad* 6.

Creaturæ, Dei virtutem manifestant.

M *Rom.* 1. *l.* 4. *ibi.*

exteriùs proponendo visibiles creaturas; in quibus, sicut in quodam libro, Dei cognitio legeretur. *Vnde sequitur*: Inuisibilia enim ipsius, à creatura Mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur. *Quibus in verbis* considerandum est, quæ sint ista, quæ de Deo cognouerunt. Et primò per *inuisibilia ipsius* intelligitur Dei essentia, quæ à nobis videri non potest, Io. 1. *Deum nemo vidit vnquam*, scilicet per essentiam, vita mortali viuens. Est autem manifesta nobis per quasdam similitudines in creaturis repertas, quæ id, quod in Deo vnum est, multipliciter participant. Aliud autē, quod de Deo cognoscitur, est virtus ipsius, secundùm quam res ab eo procedunt, sicut à principio, Ps. 146. *Magnus Dominus, & magna virtus ejus*. Hanc ergo virtutem Philosophi perpetuam esse cognouerunt; vnde dicitur: *sempiterna quoque ejus virtus*. Tertium cognitum, est *Diuinitas*. Ad quod pertinet, quòd cognouerunt Deum, sicut vltimum finem, in quem omnia tendunt. Diuinum enim bonum dicitur bonum commune, quod ab omnibus participatur. Hæc autem tria referuntur ad tres modos cognoscendi supradictos. Nam *inuisibilia Dei* cognoscuntur per viam negationis: *sempiterna virtus* per viam causalitatis: *Diuinitas* per viam excellentiæ. *Et alibi*: Fit ergo N quælibet creatura in testimonium Dei, in quantum quælibet creatura est testimonium quoddam diuinæ bonitatis. Et quidem, magnitudo creaturæ, testimonium quoddam est diuinæ virtutis & omnipotentiæ: pulchritudo verò diuinæ sapientiæ.

Creatura quælibet testimonium Dei est.
N *Io 1. l. 4. lit. a ibi*, testimonium.

1 *Cæterùm diuina hæc potentia, quòd ad homines spectat, tam in bonos exercetur, quàm in malos. Vnde super illud Iob 40.* Si habes brachium, sicut Deus; *docemur*. Per brachium O potentia diuinæ virtutis exprimitur: quo quidem brachio vtitur & ad sustentationem bonorum, secundùm illud Is. 40. *In brachio suo congregabit agnos*: & ad punitionem malorum, secundùm illud Luc. 1. *Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui*. Quis restitit ei, *subijcit idem Iob c. 9.* & pacem habuit? *Quasi dicat*: P nullus. Sciendum est siquidem, quod aliter homo obtinet pacem à potentiori: aliter à minùs potente, vel ab æquè potente. Manifestum est enim, quòd potentior à minùs potente pacem acquirit, contra eum pugnando: sicut cum Rex potens contra aliquem rebellem in suo Regno bellum mouet; & victoriam obtinens, pacem Regni reformat. Similiter etiam ab æquipollente, cum aliquis pacem obtinet pugnando: licèt enim eum superare non possit; tamen assiduitate pugnæ eum fatigat, vt ad pacem reducatur. Sed à magis potente nunquam aliquis pacem obtinet resistendo vel pugnando: sed se ei humiliter subdendo. Hoc est ergo euidens signum, quòd fortitudo Dei omnem humanam fortitudinem excedit: quia nullus cum eo pacem habere potest resistendo, sed solùm humiliter ei obediendo. Vnde dicitur Is. 26. *Seruabis pacem, quia in te sperauimus*. Sed impij, qui Deo resistunt, pacem habere non possunt, Is. 48. *Non est pax impijs*, dicit Dominus. *Hinc, ad peccatorum monitum, eodem Iob capite adijcitur*: Deus, cujus iræ resistere nemo potest. *Vbi loci Author*: Ira (*inquit*) secundùm quòd Q Deo attribuitur in Scripturis, non importat commotionem animi, sed vindictam. Et quia quocunque se vertat homo, nulla astutia, nulla potentia, Dei vindictam declinare potest (*Prou. 21.* Non est sapientia, non est consilium contra Dominum:) secundùm illud Ps. 138. *Quò ibo à spiritu tuo: & quò à facie tua fugiam?* ideò dicit: *Deus, cujus iræ resistere nemo potest*: ex nulla enim creatura potest homo habere auxilium ad effugiendum Dei vindictam, eod. Ps. *Si ascendero in Cælum, tu illic es: si descendero in Infernum, ades*. Quinimò, *vt dicitur Sap. 5.* Pugnabit cum illo Orbis terrarum contra insensatos. *Timeant ergo peccatores omnipotentis dexteræ vindictam, cui nulla valet opponi virtus, aut potentia terrena, Ps. 75.* Tu terribilis es, & quis resistet tibi? *Cum autem dicitur Act. 7.* Vos autem Spiritui sancto resistitis; *& David Ps. 16.* A resistentibus dexteræ tuæ custodi me; *non ideò tollitur veritas prædictorum*. *Nam re vera* nullus R efficaciter potest resistere ei: sed potest habere voluntatem siue propositum resistendi. *Vnde & Act. 5. dicitur*: Si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissoluetur: si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere illud, ne fortè & Deo repugnare inueniamini. *Et in hoc sensu dicitur quis voluntati Dei resistere & potentiæ reniti. Propter cujus infinitatem virtutis, solus ille ab Apostolo dicitur potens*: Quem suis temporibus (*1. Tim. 6.*) ostendet Beatus & solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium. *Quo loci ab Authore quæritur*: Quare S dicit, *solus*? Nunquid non omnia habent potentiam? Immò: *sed* per participationem: *solus* verò Deus à se essentialiter; vnde dicit: *Rex regum, & Dominus dominantium*. Dominus *ex Ambrosio* est nomen potestatis, & Rex similiter. Qui ergo habet Dominum & Regem supra se, est subjectus potestati: & talis non est *potens* à se, sed ab alio. Si ergo Christus est Rex regum &c. necesse est, quòd *solus* habeat *potentiam* non ab alio, sed omnes ab eo. (*Quo sensu & Ecclesia canit*: Tu solus Sanctus, Tu solus Dominus.) Et designatur duplex potentia Dei, scilicet gubernatiua Mundi, cum dicit, *Rex regum*, quasi à regimine dicta, Prou. 20. *Rex, qui sedet in solio judicij, dissipat omne malum intuitu suo*: (*de qua inferiùs.*) Item potentia creandi, cum dicit: *Dominus dominantium*, *Psalm 99.* Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos. *De qua Num. seq.* *DISCE, si non vis Dei timere potestatem, bonum facere*, Rom. 9.

Dei potentia & virtus, in bonos & malos.
O *Iob 40. l. 1. ibi & Ps. 10. lit. c. ibi*, dexteræ.

Cui nemo resistere potest.
P *Iob 9. l. 10. ibi. Et Ps. 16. c.*

Q *Iob ibid. l. 3. ibi.*

R *Ps. 16. lit. c.*

Quo sensu dicatur homo potentiæ Dei reniti.

Cur Deus, *solus potens*, ab Apostolo dicatur.
S *1. Tim. 6. l. 3. ibi.*

XII. *Diuinus Amor non permisit manere ipsum in se ipso sine germine: sed mouit ipsum ad operandum &c.* Dionys. c. 4. de Diu. Nom. *Sine germine*; idest, sine productione creaturarum: *sed* amor *mouit ipsum ad operandum*, secundùm excellentissimum modum operationis; in quantum produxit omnia in esse. Ex amore enim bonitatis suæ processit: quia bonitatem suam voluit diffundere & communicare alijs, secundùm quòd fuit possibile, scilicet per modum similitudinis; & quòd ejus bonitas non tantùm in ipso maneret, sed ad alia efflueret. *Ibid. l. 4. ibi*, bonum operans.

II *Post ea, quæ de diuina Potentia dicta sunt, benè sequitur* de creatione T quæ est primus effectus diuinæ potentiæ. *Et sanè, quoniam effectus* V creationis difficultatem habet propter magnitudinem facti, vel propter modum faciendi, quia ex nihilo fit aliquid: ideò manifestat maximè potentiam. *Difficultatem inquam ingerit: quia virtutem & potentiam exigit infinitam, qualis solius Dei est, vt vidimus. Igitur* creatio X est productio alicujus rei secundùm suam totam substantiam, nullo præsupposito, quod sit vel increatum, vel ab aliquo creatum. Vnde relinquitur, quòd nihil potest aliquid creare, nisi solus Deus, qui est prima causa. *Et alibi*: Nihil est aliud Y creare, quàm absque materia præjacente aliquid in esse producere. Ex hoc autem confutatur error antiquorum Philosophorum, qui ponebant, materiæ omninò nullam causam esse, eo quòd in actionibus particularium agentium semper videbant aliquid actioni præjacere:

Creatio, primus diuinæ effectus potentiæ.
T *Pot. 3. 1. in art.*
V *4 d. 17. 1. 1. q. 4 ad 1. & 1. p. 45. 6. ad 2.*
X *1. p. 65. 3. ft. c.*

Quid sit.

Y *2. con G. c. 16. ft. & 1. p. 45. 1. c. & locis mox citandis.*

Error antiquorum, quòd ex nihilo nihil fit.

cere: ex quo opinionem sumpserunt omnibus communem, quòd *ex nihilo nihil fit*. Quod quidem in particularibus agentibus verum est. Ad vniuersalis autem agentis (quod est totius esse actiuum) cognitionem nondum peruenerant: quem nihil in sua actione præsupponere necesse est. *Si quidem* oportet Z vniuersaliores effectus in vniuersaliores & priores causas reducere. Inter omnes autem effectus vniuersalissimum est ipsum esse: vnde oportet, quòd sit proprius effectus primæ & vniuersalissimæ causæ, quæ est Deus. Vnde etiã dicitur *in lib. de Causis*, quòd *neq; intelligentia, neque anima nobilis dat esse, nisi in quantum operatur operatione diuina*. Producere autem esse absolutè, non in quantùm est hoc vel tale, pertinet ad rationem creationis: vnde manifestum est, quòd creatio est propria actio ipsius Dei. Contingit autem, quòd aliquid participet actionem propriam alicujus alterius, non virtute propria, sed instrumentaliter, in quantum agit in virtute alterius: sicut aer per virtutem ignis habet calefacere & ignire. Et secundùm hoc aliqui opinati sunt, quòd licèt creatio sit propria actio vniuersalis causæ: tamen aliqua inferiorum causarum, in quantum agit in virtute primæ causæ, potest creare. Et sic posuit *Auicenna*, quòd prima substantia separata creata à Deo, creat aliam post se, & substantiam Orbis, & animam ejus: & quòd substantia Orbis creat materiam inferiorum corporum. Et secundùm hunc etiam modum *Magister* dicit *in 4. Sent. Dist.* 5. quòd Deus potest creaturæ communicare potentiam creandi, vt creet per ministerium, non propria authoritate. Sed hoc esse non potest: quia causa secunda instrumentalis non participat actionem causæ superioris, nisi in quantum per aliquid sibi proprium dispositiuè operatur ad effectum principalis agentis. Si igitur nihil ibi ageret secundùm illud, quòd est sibi proprium, frustrà adhiberetur ad agendum: nec oporteret esse determinata instrumenta determinatarum actionum. Sic enim videmus, quòd securis scindendo lignum (quod habet ex proprietate suæ formæ) producit formam scamni, quæ est effectus proprius principalis agentis. Illud autem, quod est proprius effectus Dei creantis, est illud, quod præsupponitur omnibus alijs, scilicet esse absolutè. Vnde non potest aliquid operari dispositiuè & instrumentaliter ad hunc effectum, cum creatio non sit ex aliquo præsupposito: quod possit disponi per actionem instrumentalis agentis. Sic igitur impossibile est, quòd alicui creaturæ conueniat creare, neque virtute propria, neque instrumentaliter, siue per ministerium. Et hoc præcipuè inconueniens est dici de aliquo corpore, quòd creet: cum nullum corpus agat, nisi tangendo vel mouendo; & sic requirit in sua actione aliquid præexistens, quod possit tangi & moueri. Quod est contra rationem creationis. *Solus ergo Deus potentiam habet creatiuam, nulli creaturæ etiam instrumentaliter communicabilem. Quod satis innuitur* Is. 45. *ex ore ipsius Dei dicentis:* Ego Dominus, & non est alter, formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum. Ego Dominus faciens omnia hæc. *Et iterum.* Hæc dicit Dominus, creans Cælum: ipse Deus formans terram, & faciens eam; ipse plastes ejus. Ego Dominus, & non est alius; *subaudi, creator. Ex quibus deducitur, quòd* creatio A non est mutatio, nisi secundùm modum intelligendi tantùm. Nam de ratione mutationis est, quòd aliquid idem se habeat aliter nunc & priùs. Nam quandoque est idem ens actualiter se habens nunc & prius, sicut in motibus secundùm quantitatem & qualitatem. Quandoque verò est idem ens in potentia tantùm, sicut in mutatione secundùm substantiam, cujus est subjectum materia. Sed in creatione (per quam producitur tota substantia rerum) non potest accipi aliquid idem, aliter se habens nunc & priùs, nisi secundùm intellectum tantùm; sicut si intelligatur aliqua res priùs non fuisse totaliter, & postea esse. Sed cum actio & passio conueniant in substantia motus, & differant solùm secundùm habitudines diuersas, vt dicitur *in 3. Physic.* oportet, quòd subtracto motu, non remaneant nisi diuersæ habitudines in creante & creato. Sed quia modus significandi sequitur modum intelligendi: creatio significatur per modum mutationis. Et propter hoc dicitur, quòd creare est, ex nihilo aliquid facere: quamuis facere & fieri magis in hoc conueniant, quàm mutare & mutari: quia facere & fieri important habitudinem causæ ad effectum, & effectus ad causam; sed mutationem ex consequenti. *Et quidem* in his B quæ fiunt sine motu, simul est fieri & factum esse; siue talis factio sit terminus motus, sicut illuminatio (nam simul aliquid illuminatur & illuminatum est) siue non sit terminus motus, sicut simul formatur verbum in corde, & formatum est. Et in his quod fit, est cum dicitur fieri: sed significatur ab alio esse, & priùs non fuisse. Vnde cum creatio sit sine motu, simul aliquid creatur, & creatum est. *Quandoquidem* Opus C creationis consistit in sola Dei actione in instanti rerum substantiam producentis. Et ideò quodlibet opus distinctionis & ornatus dicitur factum *in die*: creatio autem dicitur *in principio* (*Gen.* 1. In principio creauit Deus Cælum & terram:) quod sonat aliquid indiuisibile. *Ex quo differenter loquitur Scriptura de opere creationis, & de opere actualis distinctionis:* Hæc *enim* non est D creatio, cum supponat jam naturam creatam; vnde magis dicitur factio, quàm creatio: propter quod signanter dicitur in sequentibus: *Fiat; & factum est*. Non autem dicitur: *Creauit, & creatum est*.

Z 1. p. 45. 5. c. & ad 3. & 4. 8. 3. c. In 2. d 1. 1. 3 c. & d. 18. 3 2. In 3. d. 16. 1. 3. ad 3 Pot. 3. 4. c. Ver. 27. 3. ad 17.

Solus Deus est Creator.

An creatura possit instrumentaliter creare.

Opinio Auicennæ.

Opinio Magistri Sentent.

Confutantur.

Nulla creatura potest etiã instrumentaliter creare, & præcipuè corporalis.

Creatio propriè non est mutatio, nisi secundum modum intelligendi.

A 1. p. 45. 2. ad 2. & 46. 1. ad 3 In 2. d. 1. 1. 2. ad 2 & 4. 5. ad 8. & 2 cont. G. c. 17. Pot. 3. a. 2. & 3 c.

In ijs, quæ fiunt sine motu, simul est fieri, & factum esse.

B 1 p. l. c. ad 3.

C 1 p. 74. 1. ad 1. & q. 63. 5. c. In 2 d 1. 1. 2. ad 3. & 2. cont. G. c. 19.

D Gen. 1. ibi, Fiat lux.

x *Cum autem dixerimus, solius Dei proprium creationis opus, non alicujus diuinæ personæ esse proprium intelligimus, sed toti commune Trinitati; nam ex communi Theologorum placito:* Opera Trinitatis ad extra indiuisa sunt. *Quod non sine mysterio tangitur in litera, dum* Gen. 1. *ex Hebræo legimus:* In principio creauit Elohim; *quod pluralitatem sonat, trium videlicet personarum: quam non exprimit Latinus interpres ad errorem cauendum. Non enim quocunque idiomate proferretur* Dij, *sicut Hebraico* Elohim *reddit* Dij, *vel* Iudices, *non multiplicatâ essentia, siue substantiâ: quamuis ex* Hieronymo *possit* Elohim *vtriusque esse numeri. Et quidem, si plurali numero latinè exponeretur, videretur id fauere errori* Simonis magi E & Mænandri ejus discipuli, & multorum aliorum hæreticorum eos sequentium, qui creationem Mundi, non Deo, sed Angelis attribuunt (*vt prætactum est:*) contra quos dicit *Paulus Act.* 17. Deus qui fecit Mundum, & omnia, quæ in eo sunt. *Et 2. Mach. 7. mater Machabæa ad filium:* Peto nate, vt aspicias ad Cælum & Terram, & ad omnia, quæ in eis sunt: & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus. *In principio igitur*, idest F in temporis initio, *Deus*; idest, tota Trinitas, ita vt teneatur essentialiter, non pro aliqua persona particulari, *creauit*; idest, de nihilo fecit. *Neque difficultatem ingerat, quòd vna creationis actio à tribus possit suppositis prouenire.* Nam operatio G egreditur ab agente ratione formæ vel virtutis, quæ est principium operationis. Et ideò nihil prohibet, à tribus personis, quæ sunt vnius naturæ & virtutis, vnam creationem procedere: sicut si trium calidorum esset vnus numero calor, vna numero ab eis calefactio proueniret. *Cæterùm, etsi* creare H non est proprium alicui personæ, sed commune toti Trinitati: tamen diuinæ personæ secundùm rationem suæ processionis habent causalitatem respectu creationis rerum. Deus enim est causa rerum per suum intellectum & voluntatem, sicut artifex rerum artificiatarum. Arti-

Opus creationis, non alicujus personæ, sed totius diuinitatis commune opus.

Quod ex litera innuitur.

Error Simonis magi, Mænandri, & aliorũ circa creationem.

E Op. 5. §. 3. Op. 15. c. 17. & 2. 2. 100. 1. ad 1.

F Gen. 1. ibi.

G Pot. 9. 5. ad 20. & 1. p. 45. 6. c.

Respectu cujus, ratione suæ processionis habent diuinæ personæ causalitatem.

H 1 p. l. c. & q. 34. 3. Quol. 4. a. 6.

fex

Digitized by Google

sex autem per verbum in intellectu conceptum, & per amorem suæ voluntatis ad aliquid relatum, operatur. Vnde & Deus Pater operatus est creaturam per suum Verbum, quod est Filius, & per suum Amorem, qui est Spiritus sanctus. Et secundùm hoc, processiones personarum sunt rationes productionis creaturarum, in quantum includunt essentialia attributa, quæ sunt scientia & voluntas. *Et iterùm.* Sicut natura I diuina, licèt sit communis tribus personis, ordine tamen quodam eis conuenit, in quantum Filius accipit naturam diuinam à Patre, & Spiritus sanctus ab vtroque: ita etiam & virtus creandi, licèt sit communis tribus personis, ordine tamen quodam eis conuenit. Nam Filius habet eam à Patre, & Spiritus sanctus ab vtroque. Vnde Creatorem esse, attribuitur Patri; vt ei qui non habet virtutem creandi ab alio. De Filio autem dicitur: *Per quem omnia facta sunt*; in quantum habet eandem virtutem, sed ab alio: nam hæc propositio *per* solet denotare causam mediam; siue principium de principio. Sed Spiritui sancto, qui habet eandem virtutem ab vtroque, attribuitur, quòd dominando gubernet, & viuificet quæ sunt creata à Patre per Filium. Potest etiam hujus attributionis communis ratio accipi ex appropriatione essentialium attributorum. Nam Patri attribuitur & appropriatur potentia, quæ maximè manifestatur in creatione; & ideò attribuitur Patri, Creatorem esse: (*vnde in Symbolo*: Credo in Deum Patrem omnipotentem Creatorem Cæli & Terræ.) Filio autem appropriatur Sapientia, per quam agens per intellectum operatur; & ideò dicitur de Filio: *Per quem omnia facta sunt*. Spiritui sancto autem appropriatur bonitas, ad quam pertinet gubernatio, deducens res in debitos fines; & viuificatio: (*vnde in Symbolo Niceno*: Credo in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem:) nam vita in interiori quodam motu consistit: primum autem mouens est finis & bonitas. *Ex quo*, si ly *In principio creauit &c.* teneatur L causaliter, sic est sensus: *In principio*, idest, in Filio, vel per Filium, qui est Principium, secundùm illud Io. 8. *Ego Principium, qui & loquor vobis*. Et Ps. 103. Omnia in Sapientia fecisti. *Id quod præter* Hilarium *videtur &* Augustinus *sensisse. Quapropter, cohærenter ad præfata, alibi docemur, quòd* illud M verbum: *In principio creauit &c.* tripliciter exponitur, ad excludendum tres errores. Quidam enim posuerunt, Mundum semper fuisse, & tempus non habere principium. Et ad hoc excludendum, exponitur: *In principio*, scilicet temporis. Quidam verò posuerunt, duo esse creationis principia, vnum bonorum, aliud malorum. Et ad hoc excludendum, exponitur: *In principio*, idest in Filio. Sicut enim principium effectiuum appropriatur Patri propter potentiam: ita principium exemplare appropriatur Filio propter sapientiam; vt sicut dicitur: *Omnia in Sapientia fecisti*; ita intelligatur, Deum omnia fecisse *in principio*, idest in Filio, secundùm illud Apostoli Coloss. 1. *In ipso*, scilicet Filio, *omnia creata sunt*. Alij verò dixerunt, corporalia esse creata à Deo mediantibus creaturis spiritualibus. Et ad hoc excludendum, exponitur: *In principio creauit Deus Cælum & Terram*; idest, ante omnia. Quatuor enim ponuntur simul creata: scilicet Cælum Empyreum, Materia corporalis, quæ nomine Terræ intelligitur, Tempus, & Natura Angelica: *Et concludit vbi supra Author*: Mens N tamen literæ magis videtur esse, quòd accipiatur principium, non causaliter, sed initialiter, quod est pro initio temporis. Vnde in Decretali: *Firmiter credimus*, dicitur, *quòd ab initio temporis simul vtramque naturam condidit, spiritualem & corporalem.* Et in Ps. 101. *Initio Tu Domine Terram fundasti*; & Prou. 8. *Antequam quidquam faceret à principio &c.*

I 1. p. q. 45. a. 6. ad 2. & q. 74. a. 3. ad 2. & Fid. in 2. Sent. & 4. con. G. c. 20. n. 2. & 3.

L Gen. 1. ibi In 2. d. 1. q. 1. a. 6. & 11. p. 46. 3 Quo. 5. a. 1.

Tripliciter, ad tres confutandos errores, exponitur illud: *In principio creauit Deus &c.*

M 1. p. l. cit. & Coloss. 1. l. 4.

N Gen. 1. ibi.

Y *Ex quibus adductis authoritatibus clarè deducitur: Primò, Mundum, siue creaturarum vniuersitatem ab æterno non fuisse, sed incepisse in tempore; vnde conformiter ad Decretalem illam*: Firmiter, *inquit Author*, tenendum est O Mundum non semper fuisse, sicut Fides catholica docet: nec hoc potest aliqua physica demonstratione efficaciter impugnari. *Vnde & statuitur articulus Fidei. De quo diffusissimè vide* P. *Et cum affertur authoritas* August. 11. de Ciu. Dei *dicentis*, quòd Angeli semper fuerunt: *exponitur, quòd* Angeli Q dicuntur semper fuisse, non quia ab æterno fuerunt; sed quia omni tempore fuerunt: quia quandocunque fuit tempus, fuerunt Angeli: (*non ante tempus, aut initium temporis.*) Et per hunc etiam modum creaturæ corporales semper fuerunt. *An verò, tam quoad entia permanentia, quàm quoad entia successiua, potuerit Mundus à Deo ab æterno produci: videantur Commentatores 1. p. cit. q. 46. Secundò deducitur ex præfatis authoritatibus, quòd* Angeli R simul cum creatura corporea sunt creati. Angeli enim sunt quædam pars Vniuersi. Nulla autem pars perfecta est à suo toto separata. Non est igitur probabile, vt Deus, cujus perfecta sunt opera, vt dicitur *Deut.* 32. creaturam Angelicam seorsum ante alias creaturas creauerit. Quamuis contrarium non sit reputandum erroneum, præcipuè propter sententiam *Gregorij Nazianzeni*, cujus tanta est in doctrina christiana authoritas, vt nullus vnquam ejus dictis calumniam inferre præsumpserit, sicut nec Athanasij documentis, vt *Hieronymus* dicit. *Porrò* (ex D. Basilio) Moyses S Legislator in principio Genesis exordium visibilis creaturæ incepit exponere, prætermissa creatura spirituali, quæ ante fuerat condita. De qua mentionem non fecit, quia rudi populo loquebatur, qui ad spiritualia capienda idoneus non erat. *Secundùm Augustinum* verò, creaturam spiritualem per *Cælum* intelligit, sicut per *Terram* creaturam corporalem, cum dicit: *In principio creauit Deus Cælum & Terram.* Quare autem sub metaphora Cæli, & non expressè creationem Angelorum tradidit, potest eadem ratio assignari, quæ & suprà; scilicet ex populi ruditate; & iterum, ad vitandum idololatriam, in quam proni erant: Ad quam daretur eis occasio, si plures substantiæ spirituales ponerentur præter vnum Deum, quæ essent Cælo nobiliores: & præcipuè, cum hujusmodi substantiæ à Gentilibus dij dicerentur. *Quòd si quæras: Num qui Gen. 1. enumerantur rerum productionis dies, sex reipsa fuerint, an dies vnus? Sicut & de creatorum distinctione & ornatu: consule Authorem* T. *Sanè illud prætereundum non est, quòd siue vnus fuerit, siue plures: sex tamen non sine mysterio enumerantur dies, vt nimirùm innuatur rerum à Deo creatarum perfectio. Vnde &* Hebr. 4. *cohærenter legitur*: Et quidem operibus ab institutione Mundi perfectis. *Quæ ad verba Author*: Ista V perfectio *inquit* conuenit numero senario, qui consurgit ex suis partibus aliquotis simul sumptis, quæ sunt vnum, duo, tria: quia sexies vnum sunt sex: similiter ter bis; & bis ter, & vnum duo tria, sunt sex. Quia ergo senarius est primus numerus perfectus: (quia licèt ternarius conueniat aliqualiter his, quæ dicta sunt: nam ter vnum, tria sunt; & vnum & duo, tria sunt: tamen bis vnum non faciunt tria; similiter semel duo non faciunt tria, sed tantùm duo:) ideò per ipsum senarium designatur perfectio rerum. *Ex quo post enumeratos creationis dies, immediatè subditur Gen.* 2. Igitur perfecti sunt Cæli & terra, & omnis ornatus eorum.

Mundus non fuit ab æterno; & est articulus Fidei.

O Pot. 3. a. 17. in c.

P 1 p. q. 46. 1. & 2. In 2 d. 1. q. 1. a. 5. & d. 2. q. 1. a. 3. & 2. con. G. à cap. 32. Quol. 3. a. 31. & Quol. 9. a. 31. Pot. 3. a. 17. & 18.

Quo sensu Angeli semper fuisse dicantur.

Qui simul cum creatura corporea creati sunt.

Q Pot. 3. 18. ad 20.

R 1. p. 61. 3. c. Pot. 3. a. 18 & 19. In 2 d. 2. 1. a. 3. Op. 15 c. 19. Gen. 1. ibi, in Principio.

Opinio Nazianzeni.

Cur Gen. 1. de creatura spirituali mentio à Moyse non fiat.

S Pot. 3. a. 18. ad 4. & locis cit.

De sex creationis diebus, rerumque distinctione & ornatu.

T 1. p. q. 67. vsque ad 74. In 2. d. 13. q. 1. 3. & d. 13. 1. 1. Ver. 8. a. 16. & 17. Pot. 4. a. 1. & 2. Hebr. 4. l. 1.

Per sex creationis dies, mysticè rerum creatarum perfectio innuitur.

V Hebr. 4. l. 1. ibi.

2 *Cæterùm rerum omnium creatio omni procul dubio ex diuino amore processit. Generaliter enim*, cum omne agens X agat propter finem aliquem: finis autem est bonum desideratum & amatum vnicuique: manifestum est, quòd omne agens, quodcunque sit, agit quamcunque actionem ex aliquo amore.

Omne agens ex amore agit.

X 1. 2. 28. 6. c. In 3. d. 27. 1. 1. c. de diu. Nom. lect. 9.

Igitur

Digitized by Google

Rerum creatio ex diuino proceſſit amore.

Y 4. con. G. c. 20 n. 1 & c. 17. n. 6. Prol. in 1. Sent. & d. 1 5. 1. c. In 3 d 32. q. 1 & 1. p. 44. 4. ad 1.

Igitur & bonitas Dei Y eſt ratio volendi, quòd alia ſint: & per ſuam voluntatem res in eſſe produ-cit. Amor ergo, quo ſuam bonitatem amat, eſt cauſa creationis rerum. Vnde & quidam antiqui Philoſophi, amorem deorum, cauſam omnium eſſe poſuerunt, vt patet *in 1. Metaph.* Spiritus ſanctus autem procedit per modum amoris, quo Deus amat ſe ipſum: igitur Spiritus ſanctus eſt principiũ creationis rerum. Et hoc ſignatur in Pſ. 103. *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur.* (*Quod & de ſpirituali recreatione exponitur: nam* creabuntur; *ſcilicet*, in eſſe Z ſpirituali, *per gratiam nimirum adoptionis; eo quòd diuinus Amor, adoptionis Spiritus dicitur* Rom. 8. *Accepiſtis Spiritum adoptionis.*) Vnde opus creationis Spiritui ſancto Sacra Scriptura attribuit: dicitur enim Gen. 1. *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Vult enim *Auguſtinus*, per aquas intelligi materiam primam, ſuper quam Spiritus Dei ferri dicitur: non quaſi ipſe moueatur, ſed quia eſt motionis principium. *Et hoc: quia* (*ex Dionyſ. c. 4. de diu. Nom.*) ſicut Sol A radios ſuos emittit ad corporum illuminationem: ita diuina bonitas radios ſuos, ideſt participationes ſui, diffundit ad rerum creationem. Et ideò *Auguſtinus* dicit, quòd in quantum bonus eſt, ſumus. Iſtum Spiritum negauerunt qui poſuerunt, Deum produxiſſe res ex neceſſitate naturæ, & non ex libertate voluntatis: contra quos dicit idem *Dionyſius loc. cit.* quòd amor diuinus non permiſit eum ſine germine eſſe. *Id quod ab initio & Author edocuit: quòd ſcilicet* diuinus amor mouit ipſum ad operandum ſecundùm excellentiſſimum modum operationis, in quantum produxit omnia in eſſe. Ex amore enim bonitatis ſuæ proceſſit; quia bonitatem ſuam voluit diffundere & communicare alijs, ſecundùm quòd fuit poſſibile, ſcilicet per modum ſimilitudinis; & quòd ejus bonitas non tantùm in ipſo maneret, ſed ad alia effluеret. *Et hoc eſt, quod altè effatus eſt Trimegiſtus, cum ait*: Monas genuit monadem, & in ſe ſuum reflexit ardorem. *Quòd quamuis aliqui de Trinitate perſonarum exponant: verus tamen ſenſus eſt, quòd* vnus B Deus produxit vnum Mundum propter ſui ipſius amorem. *Ex quo autem creaturas omnes ex ſuo Deus amore in eſſe produxit, ſortitur reſpectu earum liberaliſſimi Patris nomenclaturam.* Dicitur *autem* Deus C alicujus creaturæ Pater, propter ſimilitudinem veſtigij tantùm, vtpote irrationalium creaturarum, ſecundùm illud Iob 38. *Quis eſt pluuiæ Pater? vel quis genuit ſtillas roris?* Alicujus verò creaturæ, ſcilicet rationalis, ſecundùm ſimilitudinem imaginis, ſecundùm illud: *Nunquid non ipſe eſt Pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?* Deut. 32. *Quid verò importetur nomine veſtigij & imaginis, docet Author, cum ait*: Omnis effectus D aliqualiter repræſentat ſuam cauſam, ſed diuerſimodè: nam aliquis effectus repræſentat ſolam cauſalitatem cauſæ, non autem formam ejus; ſicut fumus repræſentat ignem; & talis repræſentatio dicitur eſſe repræſentatio veſtigij. Veſtigium autem demonſtrat motum alicujus tranſeuntis, ſed non qualis ſit: (*Quo ſenſu dicitur Iob* 11. Forſitan veſtigia Dei comprehendes?) Aliquis autem effectus repræſentat cauſam, quantùm ad ſimilitudinem formæ ejus, ſicut ignis generatus ignem generantem, & ſtatua Mercurij Mercurium; & hæc eſt repræſentatio imaginis. Proceſſiones autem diuinarum perſonarum attenduntur ſecundùm actus intellectus & voluntatis: nam Filius procedit vt Verbum intellectus: Spiritus ſanctus vt Amor voluntatis. In creaturis igitur rationalibus, in quibus eſt intellectus & voluntas, inuenitur repræſentatio Trinitatis per modum imaginis, in quantum inuenitur in eis verbum conceptum, & amor procedens. Sed in creaturis omnibus inuenitur repræſentatio Trinitatis per modum veſtigij, in quantum in qualibet creatura inueniuntur aliqua, quæ neceſſe eſt reducere in diuinas perſonas, ſicut in cauſam. *Quamuis autem homo, non ſolum ad imaginem Dei, ſed & Dei imago ſit, ex illo* 1. *Cor.* 11. Vir eſt imago & gloria Dei: *Veruntamen ſciendum, quòd* ſimilitudo E eſt de ratione imaginis, & imago aliquid addit ſupra rationem ſimilitudinis; ſcilicet quòd ſit ex alio expreſſum: Imago enim dicitur ex eo quòd agitur ad imitationem alterius; vnde ouum, quantumcunque ſit alteri ouo ſimile & æquale: quia tamen non eſt expreſſum ex illo, non dicitur ad imaginem ejus. Æqualitas autem non eſt de ratione imaginis, vt patet in imagine alicuius in ſpeculo relucente: eſt tamen de ratione perfectæ imaginis; nam in perfecta imagine non deeſt aliquid imagini, quod inſit illi, de quo expreſſa eſt. Manifeſtum eſt autem, quòd in homine inuenitur aliqua Dei ſimilitudo, quæ deducitur à Deo, ſicut ab exemplari: non tamen eſt ſimilitudo ſecundùm æqualitatem, quia in infinitum excedit exemplar hoc, tale exemplatum. Et ideò in homine dicitur eſſe imago Dei, non tamen perfecta, ſed imperfecta. Et hoc ſignificat Scriptura, cum dicit *hominem factum ad imaginem Dei.* Præpoſitio enim *Ad* acceſſum quendam ſignificat, qui competit rei diſtanti. *Hoc idem quoque aliàs ex gloſſa Author exponens:* Triplex *inquit* eſt F imago Dei in homine: ſcilicet, creationis, quæ eſt ratio, in quantum appropinquat ad imitationem diuinæ intellectualitatis: & dicitur imago per modum quo truncus in corporalibus poteſt dici imago. Item alia eſt imago ſimilitudinis, quæ conſiſtit in diſtinctione potentiarum, repræſentantium Trinitatem perſonarum. (*Vnde Auguſt. dicit in 14. de Trin.* Mens G meminit ſui, intelligit ſe, & diligit ſe: hoc ſi cernimus, cernimus Trinitatem; non quidem Deum, ſed jam imaginem Dei.) Et hæc aſſimilatur imagini in corporalibus, ſecundùm quòd diſtincta eſt per rationes partium. Item eſt imago recreationis, quæ conſiſtit in habitibus gratuitis, & actu imitatur Deum: & hæc aſſimilatur imagini in corporalibus quantùm ad colores, & alia quæ imaginem decorant: *eo pacto, quo loquitur reſpectiuè Scriptura de ornatu rerum poſt creationem. Ex quibus deducitur, quòd ſolum diuinum Verbum, videlicet æternus* Filius H qui eſt æqualis Patri, eſt imago perfecta, non autem ad imaginem. *Vnde Apoſtolus ad Coloſſ.* 1. Tranſtulit nos in Regnum Filij dilectionis ſuæ, qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ. *Item deducitur, quòd* ſola I rationalis creatura per creationem, filiationis nomen adipiſcitur: *& quòd* filiatio per adoptionem addit ſupra filiationem per creationem, ſicut perfectum ſupra diminutum, & ſicut gratia ſupra naturam. Vnde per creationem homo non efficitur filius naturalis neque adoptiuus: ſed tantùm dicitur filius creatione; creaturæ autem irrationales nullo modo.

a *Hinc vides, quantum homo vel ſolius titulo creationis Deo debeat. Idcircò, vt de hujuſmodi debito ſpecialiter eum admoneret, tertio Decalogi præcepto Deus illud adjecit verbum*, Memento; *Exod.* 20. Memento, vt diem Sabbati ſanctifices. *Quia nimirum* præceptum L de Sabbato ponitur, vt commemoratiuum beneficij præteriti (*ſcilicet creationis*) & ideò ſpecialiter in eo fit mentio de memoria. *Siquidem* inter omnia M futura beneficia, quæ erant præfiguranda, præcipuum & finale erat quies mentis in Deo, vel in præſenti per gratiam, vel in futuro per gloriam: (*eò quod &* Deus die ſeptimo requieuit ab vniuerſo opere, quod patrarat, *vt dicitur Gen.* 2.) quę etiam figurabatur per obſeruantiam Sabbati. *Profectò* duo ſunt N quorum beneficijs ſufficienter nullus recompenſare poteſt, ſcilicet Deus & Pater, vt dicitur *in 8. Ethic.* Et ideò ſola duo præcepta affirmatiua ponuntur, vnum de honoratione parentum, aliud de celebratione Sabbati, in commemora-

Z Io. 14. l. 6. lit. f.

A Prol. in 2. Sent.

B 1. p. 32. 1. ad 1. ſ.

Quomodo Deus creaturæ Pater.

C 1. p 33 3. c. Rom. 8. l. 3. Gal. 4. l 3. ibi, Abba.

Quid ſignetur nomine veſtigij & imaginis.

D 1. p 45 7. c. & 93. 6. In 1. d. 3. q. 2. & 3. In 2. d. 16. 1. 2. In 3. d 10. 1. 2. q. 1. c. Gen. 1. & 5.

In rationalibus tantùm creaturis eſt repræſentatio Trinitatis per modum imaginis: in reliquis per modum veſtigij tantùm.

E 1. p. 93. 1. c. & 4. con. G. c. 26. §. vlt. Ver. 10. 7. & 1. Cor. 11. l. 1. Coloſſ. 1. 4. & loc. cit.

Vnde imago dicatur.

An æqualitas de ratione imaginis.

Homo Dei imago, ſed imperfecta.

Triplex in homine imago Dei.

F 1. d. 3 exp. 2. p. tex. 1. p. 35. 3. c & 45. 7. & 93. 6. Col. 1. l. 4. ibi, imago.

Qualiter homo, Trinitatis imago.

G 1. p 93. 8. ſ. c.

Solus æternus Filius Dei Patris perfecta imago.

H 2. Cor. 4. l. 2. ibi, imago. Et Col. 4. ibi, imago.

Sola creatura rationalis filiationis nomen per creationem ſortitur: non ita irrationales.

I 3. d. 10. 2. 2. q. 1. c. & ad 1.

Cur ad tertiũ præceptum addatur verbũ Memento.

L 1. 2. 100. 7. ad 5.

Quid ſignet Sabbatum, & ejus obſeruantia.

M Ibid. a. 5. ad 2.

N 1. d. 17. 1. 1. ad 7. In 4 d. 15 1. 2. c & a. 3. q 4. ad 1. & 2. 2. 27. 5 c. & 81. 5. ad 3. & 98. 2. c.

Digitized by Google

Deo, & Patri non possumus æquiualens reddere.

morationem diuini beneficij, *creationis nimirùm*. *Igitur* sicut filius nunquam potest Patri carnali reddere aliquid æquiualens ei, quod ab ipso accepit; scilicet esse, & doctrinam, & nutrimentum: multò minùs diuinis beneficijs, & bonitati suę possumus reddere amorem ęquiualentem. *Enim verò*

Rerum consideratio creatarum humanum cor ad Dei reuerentiam excitat & admirationem.
O 2.con.G.c.2. n 2.

hęc *rerum à Deo creatarum* consideratio O in admiratione altissimę Dei virtutis, & per consequens in cordibus hominum reuerentiam Dei parit. Oportet enim, quòd virtus facientis eminentior rebus factis intelligatur. Et ideò dicitur Sap. 13. *Si virtutem & opera eorum*, scilicet Cęli, & stellarum, & elementorum Mundi, *mirati sunt*; scilicet, Philosophi; *intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis*. Et ad Rom. 1. dicitur: *Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus, & diuinitas*. Ex hac autem admiratione, Dei timor procedit & reuerentia, vnde dicitur Ier. 10. *Magnus es tu, & magnum Nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te, ò Rex gentium?* Vlteriùs, hęc consideratio animos hominum in amorem diuinę bonitatis accendit. Quicquid enim bonitatis & perfectionis in diuersis creaturis particulariter distributum est, totum in ipso vniuersaliter est adunatum, sicut in fonte totius bonitatis. Si igitur creaturarum bonitas, pulchritudo, & suauitas, sic animos hominum allicit: ipsius Dei fons bonitatis, riuulis bonitatum in singulis creaturis repertis, diligenter comparatus, animas hominum inflammatas totaliter ad se trahet. Vnde in Ps. 91. dicitur: *Delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo*.

Rebus creatis à Deo abutitur homo in ejus offensam majestatis.

At verò delectantur *homines* in Dei factura, *non quidem ad eum glorificandum, & laudandum, sed ad lædendum potiùs majestatem ejus: siue anxiè nimis procurando, siue libidinosè concupiscendo, siue in animæ detrimentum abutendo. Hic dolo, fraude, res proximi surripit: hic in aperto rapit. Alter prodigus nimis, substantiam suam luxuriosè viuendo dissipat: nimiùm tenax alter, malè acquirendo congregans, Satanæ martyr, vel sibi necessaria subtrahit. De quibus vide V.* Auaritia, Diuitiæ, Luxuria. *Cum tamen tantum Deo pro nostra rerumque omnium liberalissima productione debeamus: ex qua sola deuotus à quolibet homine cultus esset ei incessanter exhibendus*:

Finis diuini cultus quisnam.
P 2.2.q3.2.c. & 81.5.ad 3.

Finis autem P diuini cultus est, vt homo Deo det gloriam, & ei se subijciat mente & corpore: & ideò quicquid homo faciat, quod pertinet ad Dei gloriam, & ad hoc, quòd mens hominis Deo subijciatur, & etiam corpus per moderatam refrenationem concupiscentiarum, secundùm Dei & Ecclesię ordinationem, & consuetudinem eorum, quibus homo conuiuit, non est superfluum in diuino cultu. *Instruimur immò alio in loco, quòd* homo

Nil superfluū in cultu diuino, maximè in actibus virtutum theologalium.
Q Rom. 12. l. 2. ibi, rationabile.
R Serm. 1. ex Ep. Dom. 2. Adu.

Q in fide, in spe, & in charitate nullam mensuram debet adhibere: sed quantò plùs credit, sperat, & diligit, tantò melius est. *Et adhoc quidem peragendum ipsæmet creaturæ excitant nos & admonent*. Quęcunque *enim* scripta sunt *Rom. 15.* ad nostram doctrinam scripta sunt: *scilicet*, in libro R creaturę. Vnde Aristoteles interrogatus: à quo tot & tanta didicisset, A rebus, *respondit*, quę mentiri non nouerunt. Docent autem nos (*præter alia*) Domino obedire, quia sibi omnia obediunt, Ps. 148. *Præceptum posuit, & non præteribit*. Nihil enim

Creaturæ docent hominē, Deo obedire, ipsum diligere &c.

inuenit in creaturis inobediens sibi Creatori, nisi peccatorem & diabolum. Deum amare, docent nos beneficijs & donis, quę nobis exhibent quotidie. *Augustinus*. Cęlum & Terra, & omnia quę in eis sunt, vndique mihi dicunt, vt amem te; nec cessant dicere omnibus, ita vt sim inexcusabilis. Deum timere, docent nos pœnis & supplicijs. Videmus enim, quòd omnis creatura parata est punire rebelles suo Creatori; Sap. 16. *Creatura tibi Factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersùs injustos: & lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt*. Deum laudare, docent nos: quia omnia laudant eum, & inuitant ad laudandum. *Augustinus*. Mirum est, quòd homo non semper laudet Deum, cum omnis creatura inuitet ad eum laudandum.

Nedum rerum productio, sed & earum conseruatio diuinam manifestat potentiam.
S 2.d.15.q.3.3. ad 5.
T Pot.5.1. ad 2. In 2.d.15.1.1.c.

b *Verùm, vt & strictius agnosceretur hominis debitum, nedum ex amore suo res in esse produxit supremus Conditor, sed & in esse perpetuò ex eodem amore conseruat. Et quidem* non magis S ostendit diuinam potentiam productio creaturarum, quàm earum conseruatio. *Veruntamen* Deus T non alia operatione producit res in esse, & eas in esse conseruat. Ipsum enim esse rerum permanentium non est diuisibile, nisi per accidens, prout alicui motui subjacet: secundùm se autem est in instanti. Vnde operatio Dei, quę est per se causa, quòd res sit, non est alia secundùm quòd facit principium essendi, & essendi continuationem.

Eadem est operatio Dei res in esse producentis & conseruantis.
V Ver.5.8. ad 8. & locis citandis.

Ex quo & nos continuò perpetuòque obsequi & colere Deum debemus. Sanè nullus V effectus (*ex Auicenna in sua Metaph.*) potest remanere, si auferatur id, quod erat causa ejus, in quantum hujusmodi. Sed in causis inferioribus quędam sunt causa fiendi, quędam essendi.

Causa duplex, fiendi scilicet & essendi.

Et dicitur causa fiendi, quę educit formam de potentia materię per motum: sicut faber est causa efficiens cultelli. Causa verò essendi rei est illud, à quo esse rei dependet per se: sicut esse luminis in aere, dependet à Sole. Ablato ergo fabro, cessat ipsum fieri cultelli; non autem esse ejus: absente verò Sole, cessat esse luminis in aere.

Cessante Dei actione, esse creaturæ deficeret.

Et similiter, actione diuina cessante, esse creaturę omnino deficeret: cum Deus non solùm sit causa fiendi rebus, sed etiam essendi. *Et hinc est, quòd nulli creaturæ communicari potest, vt conseruetur in esse sine Deo*.

X Pot.5 a.2.c. & 1.p.104.1. ad 2 & a.2.ad 2. In 1.d.37.1.1.c. & ad 3.
Nulli creaturæ communicabile, quòd possit sine Deo conseruari.

Nam ad omnipotentiam Dei X non pertinet, quòd possit facere, duo contradictoria esse simul: (*vt & in superioribus visum est*:) in hoc autem, quòd dicitur, quòd Deus faciat aliquid, quòd ejus conseruatione non indigeat, contradictio implicatur: omnis enim effectus à sua causa dependet, secundùm quod est ejus causa: (*vt jam jam vidimus*.) In hoc ergo, quòd dicitur, quòd Dei conseruatione non indigeat, ponitur non esse creatum à Deo: in hoc, quòd dicitur, quòd Deus faciat ipsum, ponitur esse creatum. Sicut ergo contradictionem implicaret, Deum facere aliquid, quod non esset creatum à Deo: ita si quis diceret, Deum facere aliquid, quod ejus conseruatione non indigeret. *Quamuis autem possit de absoluta potentia vi suæ infinitæ virtutis creaturam quamlibet, immò & simul omnes, diuinum subtrahendo influxum, annihilare: nihilominus ex beneplacito suæ voluntatis non facit: vt pariter ostensum est. Quinimmò, dulcissima veluti obstetrix, creaturas suas fouet perpetuò, regitque. Nam hæc* obstetricatio Y pertinet (*inquit Author*) ad prouidentiæ gubernationem, qua creaturas, per se subsistere non valentes, ad modum obstetricis in esse conseruat, necessaria in finem ministrat, & impedimenta repellit, etiam mala in bonum ordinando.

Deus velut obstetrix creaturas conseruat.
Y Prol. in 3. Sent.

Vnde dicitur *Iob* 38. secundùm similem metaphoram: *Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens: cum ponerem nubem vestimentum ejus, & caligine illud, quasi pannis infantiæ, obuoluerem? Quo loci Author*: Describit *ait* productionem Z maris sub similitudine natiuitatis rei viuentis, scilicet pueri: quia aqua est res maximè formabilis in res viuas; vnde & omnia semina generatiua, humida sunt.

Exemplum in maris productione ex Iob c. 38.
Z Iob, 38. l. 3. ibi.
Semina generatiua, humida sunt.

Puer autem primò de vtero matris progreditur; & hoc significat, cum dicit: *Quando erumpebat, quasi de vulua procedens*. Vtitur autem in productione maris verbo *erumpendi*: quia scilicet proprium est aquę, quasi continuè moueri. Dicitur autem *quasi de vulua procedere*: non quòd ortum habuit ex alia materia corporali; sed quia ex occulto diuinę prouidentię procedebat, quasi ex vtero quodam.

Secun-

Secundò autem puer natus induitur; & quantum ad hoc subdit: *Cum ponerem nubem vestimentum ejus*. Quia enim nubes ex vaporibus resolutis ex aqua generantur: consequens est, vt in locis maritimis hujusmodi nubes magis multiplicentur. Tertiò autem puer natus quibusdam fascijs inuoluitur; & quantum ad hoc subdit: *Et caligine illud, quasi pannis infantiæ, obuoluerem*. Et possunt per caliginem designari vapores non eleuati, nec condensati in nubes: sed super maris superficiem, aerem obscurantes. Et fortè alludit ei, quod dicitur *Gen.* 1. Tenebræ erant super faciem abyssi. *Ergo si vt Pater amantissimus erat, si vt obstetrix suauissima* (disponit enim omnia suauiter, *Sap.* 8.) *creaturas fouet suas: quid est, quod Patri adeò benefico retribuere non debeamus? Mal.* 1. Si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? *Sanè* nihil potest homo A facere, quod non sit minus eo, quod Deo debet. *Idcircò*: Quid retribuam Domino (*ajebat Psaltes Ps.* 115.) pro omnibus, quæ retribuit mihi? *Et respondet in persona omnium*: Calicem Salutaris accipiam. *Per calicem communiter passio significatur*, *Matth.* 20. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? *Quibus verbis* prouocat eos B ad passionem, quia passionem nominat Calicem. *Vnde postquam in Ps. cit. dixit*: Calicem Salutaris accipiam; *prosequitur*: Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. *Igitur signat passionem calix, & quamlibet tribulationem, quam propter Dei amorem, proque illius gloria æquanimiter sustinemus. Et hoc indicat quod subjicitur*: Et nomen Domini inuocabo; *laudando scilicet & glorificando. Et quia ad diuinæ laudis sacrificium* (*Ps.* 49. Sacrificium laudis honorificabit me:) *præuia necessaria est humiliatio: exprimitur hæc, cum ibidem subitur*: O Domine, quia ergo seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. *Deinde*: Tibi sacrificabo hostiam laudis. *Ad quod vtique nouum sacrificium Deo offerendum hortatur & Apostolus Rom.* 12. Vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem &c. *Vt exhibeatis*, scilicet C Deo, *corpora vestra*, sicut quamdam spiritualem *hostiam*. Exhibet autem homo Deo corpus suum, & hostiam, tripliciter. Vno quidem modo, quando aliquis corpus suum exponit passioni & morti propter Deum, sicut dicitur de Christo Eph. 5. *Tradidit semetipsum oblationem & hostiam Deo*. Et Apostolus de se dicit Philip. 2. *Si immolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestræ, gaudeo*. Secundò per hoc, quòd homo corpus suum jejunijs & vigilijs macerat ad seruiendum Deo, secundùm illud 1. Cor. 9. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*. Tertiò per hoc, quòd homo corpus suum exhibet ad opera justitiæ & diuini cultus exequenda, Rom. 6. *Exhibete membra vestra seruire justitiæ in sanctificationem*. *Concluditque* 1. Cor. 10. Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite: *videlicet*, cum inuocatione D *Creatoris* (*cui tantum debemus omnes*) ea intentione, vt Deus laudetur, & glorificetur. *Et Coloss.* 3. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum: *per quem scilicet & in quo omnia à Deo Patre condita sunt, & conseruantur*. DISCE, *vt Creatori tuo perpetuoque Conseruatori aliquid retribuas*, semper orare, & non deficere, *Luc.* 18.

Nihil Deo reddimus, quod non sit minus eo, quod ei debemus.

A 1.2.q.3. a.4. & 2.2.5. ad 3.

Calix passionem signat, & tribulationes.

B Matth. 20. lit. b. ibi.

Tribulationes & passiones nostræ Deo in aliqualem retributionem offerendæ.

Corpus nostrum tripliciter tanquam hostiam Deo in sacrificium exhibemus.

C Rom. 12. l. 1. ibi.

D 1. Cor. 10. l. 7. ibi.

XIII. Deus totus est, vbicunque est: quia per simplicem suam virtutem vniuersa attingit. 3. con. Gen. c. 68. fi.

Deus est vbique.

E 1. p. q. 8. a. 2. c. In 1. d. 37. q. 2. & exp. tex. 3. con. G. c. 68. & lib. 4. c. 17. ad 13. vel 16.) Quodl. 11. a. 1.

DEum O. M. *ceu virtutis infinitæ, omnino vbique & in omnibus esse, fatendum est. Cæterùm*, cum locus E sit res quædam: esse aliquid in loco, potest intelligi dupliciter. Vel per modum aliarum rerum, idest sicut dicitur aliquid esse in alijs rebus quocunque modo, sicut accidentia loci sunt in loco: vel per modum proprium loci, sicut locata sunt in loco. Vtroque autem modo secundùm aliquid Deus est in omni loco: quod est esse vbique. Primò quidem sic est in omnibus rebus, vt dans eis esse, & virtutem, & operationem: sic enim est in omni loco, vt dans ei esse & virtutem locatiuam. Item locata sunt in loco, in quantum replent locum: & Deus omnem locum replet; non sicut corpus (corpus enim dicitur replere locum, in quantum non compatitur secum aliud corpus) sed per hoc quòd Deus est in aliquo loco, non excluditur, quin alia sint ibi; immò per hoc replet omnia loca, quòd dat esse omnibus locatis, quæ replent omnia loca. *Hinc Deus ipse dicit Ier.* 23. Cœlum & Terram ego impleo. *Et Ps.* 138. Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in Cœlum, tu illic es: Si descendero in Infernum, ades. *Veruntamen* non est F æstimandum Deum sic esse vbique, quòd per locorum spatia diuidatur, quasi vna pars ejus sit hic, & alia ibi: sed totus vbique est. Deus enim, cum sit omnino simplex, partibus caret. Neque sic simplex est, sicut punctus, qui est terminus continui, & propter hoc determinatum situm in continuo habet: vnde non potest vnus punctus, nisi in vno loco indiuisibili esse. Deus autem indiuisibilis est, quasi omnino extra genus continui existens: vnde non determinatur ad locum vel magnũ vel paruum ex necessitate suæ essentiæ, quasi oporteat eum esse in aliquo loco, cum ipse fuerit ab æterno ante omnem locum: sed immensitate suæ virtutis attingit omnia, quæ sunt in loco, cum sit vniuersalis causa essendi. *Et quamuis Ioannes cap.* 1. *dicat*: Erat Lux vera, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc Mundo. In Mundo erat. *Attamen* Notandum G quòd in Mundo dicitur aliquid esse tripliciter. Vno modo per continentiam, sicut locatum in loco, Io 17. *Hi in Mundo sunt*. Alio modo, sicut pars in toto: nam pars Mundi dicitur esse in Mundo, etiamsi non sit locata: sicut substantiæ supernaturales, licèt localiter non sint in Mundo; tamen sunt vt partes, Ps. 145. *Qui fecit Cælum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt*. Neutro autem istorum modorum *Lux vera in Mundo erat*: quia nec localis est, nec pars Vniuersi; immò quodammodo (vt ita liceat loqui) totum Vniuersum est pars, bonitatẽ ejus partialiter participans. *Erat ergo in Mundo* tertio modo, sicut causa efficiens & conseruans. *Sed & vlteriùs* in rebus H ab ipso creatis quomodo sit, considerandum est ex his, quæ in rebus humanis esse dicuntur. Rex enim dicitur esse in toto Regno, scilicet per suam potentiam, licèt non sit vbique præsens. Per præsentiam verò suam dicitur aliquid esse in omnibus, quæ in prospectu ipsius sunt: sicut omnia, quæ sunt in aliqua domo, dicuntur esse præsentia alicui, qui tamen non est secundùm substantiam suam in qualibet parte domus. Secundùm verò substantiam vel essentiam dicitur aliquid esse in loco, in quo ejus substantia habetur. Fuerunt ergo aliqui, scilicet *Manichæi*, qui dixerunt, diuinæ potestati subjecta spiritualia esse & incorporalia: visibilia verò & corporalia subjecta esse dicebant potestati principij contrarij. Contra hos ergo oportet dicere, quòd Deus sit in omnibus per potentiam suam. Fuerunt verò alij, qui licèt crederent, omnia esse subjecta diuinæ potentiæ: tamen prouidentiam diuinam vsque ad hæc inferiora corpora non extendebant: ex quorum persona dicitur Iob 22. *Circa cardines Cæli perambulat, nec nostra considerat*. Et contra hos oportuit dicere, quòd sit in omnibus per suam præsentiam. Fuerunt verò alij, qui licèt dicerent, omnia ad Dei prouidentiam pertinere: tamen posuerunt, omnia non immediatè à Deo esse creata: sed quòd immediatè creauit primas creaturas; & illæ creaue-

runt

Quo sensu. F 3. con. G. c. 68 fi. In 1. d. 37. a. 1. ad vlt. & 1. p. l. c. ad 2.

G Io. 1. l. 5. ibi. Tripliciter aliquid dicitur esse in Mundo.

H 1. p. 8. 3. c. In 1. d. 37. q. 1. a. 1. c. 1. Cor. 3. l. 3. ibi. habitas.

Deus per potentiam, præsentiam, & essentiam suam vbique est, & in omnibus rebus.

Error Manichæorum, & aliorum.

runt alias. Et contra hos oportet dicere, quòd sit in omnibus per essentiam. Sic ergo Deus est in omnibus *per potentiam*, in quantum omnia ejus potestati subduntur. Et *per præsentiam* in omnibus, in quantum omnia nuda sunt & aperta oculis ejus. Est in omnibus *per essentiam*, in quantum adest omnibus, vt causa essendi. *Hinc Paulus* Act. 17. *dicebat*: Quærere Deum, si fortè attrectent eum, aut inueniant; quamuis non longè sit ab vnoquoque nostrum: in ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus. *Et altè pronunciauit idem Apostolus de Verbo æterno*: Portans omnia Verbo virtutis suę. *Vbi Author*: Proprium *inquit* Principum I & potentum est portare, Iob. 9. *Sub quo curuantur qui portant Orbem*. Ipse ergo portat: sed videndum est quid portet, & quo, vel per quid. Quantùm ad primum, sciendum est, quòd id, quod de se nec stare nec ambulare potest, indiget portari: omnis autem creatura de se nec subsistere nec operari potest. Primum patet, quia remotâ causâ remouetur effectus. Deus autem est causa omnis substantię: quia non minùs est causa substantię rei quantùm ad fieri, quàm domificator est causa fieri domus: inde, sicut ad absentiam domificatoris cessat fieri domus; & ad absentiam Solis cessat & fieri & esse luminis in aere: ita ad subtractionem virtutis diuinę cessat & fieri & esse & subsistere omnis creaturę. *Portat* ergo *omnia* quantùm ad suum esse. *Portat* etiam *omnia* quantùm ad operari; quia subtractâ influentiâ ejus, cessat omnis motio causarum secundarum, cum ipse sit causa prima: & causa prima plùs influit, quàm secunda; Iob. 38. *Super quo bases illius solidatæ sunt?* Sic ergo patet, quòd *omnia portat*. Sed per quid portat? *Verbo virtutis suæ*. Quia enim Apostolus loquens de creatione rerum, dixit, quòd Deus omnia fecit per Filium; quia scilicet dixerat: *Per quem fecit & sæcula*. Ille autem, per quem aliquis operatur, non videtur virtute sua operari, sed virtute ejus, qui per eum operatur; sicut baliuus, per quem Rex operatur, non operatur virtute propria. Ergo per hoc videtur, quòd Filius non operetur virtute propria. Ideò dicit Apostolus, quòd *portat Verbo virtutis suæ*: quia cum idem sit causa essendi & conseruandi, cum dicit, quòd Filius virtute sua est causa conseruationis, ostendit, quòd etiam est causa essendi. Sed nunquid non Virtute Patris? Vtique & ejus Virtute, quia eadem est Virtus vtriusque. Operatur ergo & Virtute propria & Virtute Patris, quia Virtutem suam habet à Patre. Nec tamen dicit Apostolus, *Virtute sua*; sed *Verbo virtutis suæ*: ad ostendendum, quòd sicut Pater omnia per Verbum produxit; Ps. 148. *Ipse dixit, & facta sunt &c.* in quo ostenditur maxima Virtus Patris: Ita Filius eodem Verbo, quod est Ipse, omnia fecit. Et in hoc ostendit Apostolus potentiam *virtutis suæ*, quia eandem habet cum Patre, quia eadem operatur, & per idem, quo ille. *Omnia, inquam fecit, omnia conseruat, in omnibus est, in omnibus operatur*, Portans omnia Verbo virtutis suę. *Quod ab initio dicebat Author*: Deus totus est vbicunque est: quia per simplicem suam virtutem vniuersa attingit.

Explicatur illud Hebr. 1. *Portans omnia Verbo virtutis suæ*.
I *Hebr. 1. l. 2. ibi.*

d *Per hoc verò, quòd Deus vbique sit per potentiam, præsentiam, & essentiam*, excluditur L error quorundam dicentium, Deum in aliqua parte determinata Mundi esse, putà in primo Cęlo, & in parte Orientis, vnde est principium motus Cęli. Quorum tamen dictum sustineri posset, si sanè accipiatur: vt scilicet non intelligamus, Deum aliqua determinata Mundi parte esse conclusum, sed quia omnium corporearum motionum principium, secundùm naturę ordinem, ab aliqua determinata incipit parte, Deo mouente: propter quod & in Sacra Scriptura Deus dicitur specialiter esse in Cęlo secundùm illud Is. 66. *Cęlum sedes mea*. Et

Excluditur error dicentiũ, Deum esse in aliqua parte determinata Mundi.
L *3. con. G. c. 68. ß.*

Ps. 10. *Dominus, in Cælo sedes ejus*. Et Ps. 113. *Cælum Cæli Domino: Terram autem dedit filijs hominum*. Sed ex hoc quòd præter naturę ordinem etiam in infimis corporibus Deus aliquid operatur, quod virtute cęlestis corporis causari non potest: manifestè ostenditur, Deum non solùm cęlesti corpori, sed etiam infimis rebus immediatè adesse. *Cum autem dicitur, quasi in proprio loco, Deus in Cælis esse*: Pater noster, qui es in Cęlis &c. *vt orare docemur Matth. 6.* eo modo M loquendi, esse in Cęlo Deo attribuitur, non quia corporalibus Cęlis contineatur, sed vt per hoc designetur Dei eminentia super omnem creaturam, sicut Cęli eminent super omnem aliam creaturam corpoream, secundùm illud Ps. 112. *Excelsus super omnes gentes Dominus, & super Cælos gloria ejus. Et alibi*. Hoc N quod dicitur: *qui es in Cælis*; potest pertinere ad efficaciam exaudientis, vt per Cęlos, corporeos Cęlos intelligamus; non quòd corporalibus Cęlis includatur (*nam ex cit. Ps. 112.* Super Cęlos gloria ejus:) secundùm illud 3. Reg. 8. *Cælum & Cæli Cælorum te capere non possunt*: sed vt significetur, quòd Deus est perspicax in consideratione, vtpotè qui de alto videt, Ps. 101. *Prospexit de excelso sancto suo*: & quòd sublimis est in potestate, secundùm illud Ps. 102. *Dominus in Cælo parauit sedem suam*: & quòd stabilis est in æternitate, Ps. 101. *Tu autem Domine in æternum permanes: & anni tui non deficient*; vnde & de Christo dicitur Ps. 88. *Thronus ejus sicut dies Cæli*. Et Philosophus dicit *in 1. de Cælo*, quòd propter incorruptionem Cęli, omnes posuerunt, Cęlum esse locum spirituum. *Præterea verò* Deus O dicitur esse in re aliqua dupliciter: vno modo per modum causę agentis; & sic est in omnibus rebus creatis ab ipso: alio modo, sicut objectum operationis est in operante, quod proprium est in operationibus animę, secundùm quòd cognitum est in cognoscente, & desideratum in desiderante. Et hoc secundo modo Deus specialiter est in rationali creatura, quę cognoscit & diligit illum actu vel habitu. Et quia hoc habet rationalis creatura per gratiam, dicitur esse hoc modo in Sanctis per gratiam. *Hoc sensu igitur & illud*, Qui es in Cęlis, *potest exponi*: vt P intelligatur, *in Cælis*; idest; in Sanctis, in quibus Deus habitat, secundùm illud Ier. 14. *Tu in nobis es Domine*. Sancti enim Cęli dicuntur, secundùm illud Ps. 18. *Cæli enarrant gloriam Dei*. Habitat autem Deus in Sanctis per fidem, Eph. 3. *Habitare Christum per fidem in cordibus vestris*. Per dilectionem, 1. Io. 4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*. Per mandatorum impletionem; *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*, Io. 14. *Neque enim in dubium vertitur, quòd per* gratiam Q gratum facientem tota Trinitas inhabitat mentem; *non vna, vel alia diuina persona; nisi appropriatiuè dicatur: vnde & signanter dicitur* Io. 14. *jam jam cit. pluraliter*: Veniemus, & mansionem faciemus. *Et quidem* secundùm illum R specialem modum Deus non solùm dicitur esse in creatura rationali: sed etiam habitare in ea, sicut in Templo suo. *Quo pacto & Ecclesia in Collecta* Dedicationis Templi *deuotè precatur*: Templum hoc potentia tuę inhabitationis illustra; *non tam de Templo materiali, quàm de mystico; hoc est, de spirituali fidelium cœtu, locuta*. (*Profectò sola* S Trinitas menti illabitur, vt dicitur in lib. de Eccles. dogm. *& humanas animas Deus solus inhabitat*. *Hinc Ecclesia in Hymno Epiph.* Hoc te, Redemptor, quęsumus: Illabere propitius &c) *Ex quo solus Deus scrutator cordium est*, 1. Cor. 2. Quis enim hominum scit quę sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? *Quis hominum*, signanter T dicit, ne ab horum cognitione etiam Deus videatur excludi: dicitur enim Ps. 7. & clariùs Ier. 17. *Prauum est cor omnium*,

Quo sensu dicatur Deus esse specialiter in Cælo.
M *Op. 3. p. 2. c. 9. Matth. 6. lit. c. ibi.*
N *Op. 7. § 4.*

Dupliciter Deus esse dicitur in aliqua re.
O 1. p. 8. 3. c. & 43. 3. c.

Habitat in Cælis, idest in Sanctis per gratiam.
P *Op. 7. § 4. cit. & Op. 3. l. c.*
Sicut & per fidem, charitatem, & mandatorum obseruantiam.

Tota Trinitas Sanctorum mentem inhabitat.
Q 1. p. 43. 5. in. c. *Ver.* 27. 2. *ad* 3. *In* 4. *d.* 9. 1. 2. *q.* 1. *ad* 2.
R 1. p. 43. 3 c. *Et* 4. *con. G. c.* 18. *ß.*
Et sicut in Templo suo.
S 3 p 8. 8. *ad* 1. & 64. 1. c. *Ver.* 28. 2. *ad* 8.
Solus Deus menti illabitur, & corda scrutatur.

T 1. *Cor.* 2. *l.* 2. *ibi*, quis hominum.

omnium, & inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes: quia scilicet secretorum cordis solus Deus est cognitor. Manifesta autem est ratio, quare homo ea, quæ in corde alterius latent, scire non potest: quia cognitio hominis à sensu accipitur; & ideò ea, quæ sunt in corde alterius, homo cognoscere non potest, nisi quatenus per signa sensibilia manifestantur, secundùm illud 1. Reg. 16. *Homo videt ea, quæ parent: Dominus autem intuetur cor*. Sed nec Angelus bonus nec malus ea, quæ in corde hominis latent, scire potest, nisi in quantùm per aliquos effectus manifestantur. Cujus ratio accipi potest ex ipso verbo Apostoli, qui dicit, ea ratione *Spiritum hominis cognoscere* quæ in corde hominis latent, quia *in ipso homine est*. Angelus autem neque bonus neque malus illabitur menti humanæ, vt in ipso corde hominis sit & intrinsecùs operetur: sed hoc solius Dei proprium est. Vnde solus Deus est conscius secretorum cordis hominis; *Iob. 16.* Ecce in Cælo testis meus: & conscius meus in excelsis. (*Hinc ad illud Io.* 13. Post buccellam introiuit in eum (*Iudam*) Satanas; *docemur, quòd* Satanam V intrare in hominem, potest intelligi dupliciter.

Non ita Angelus siue bonus, siue malus.

V *Io. 13. l. 4. f. 3. p. 8. 8. ad 1. & 4. con. G. c. 18. fi.*

Vel intrare in corpus hominis, sicut patet in his, qui corporaliter à dæmonio vexantur: & sic potest diabolus essentialiter in hominem intrare. Vel potest intelligi intrare in mentem, ita quòd menti dæmon essentialiter illabatur: & sic nullus potest intrare in hominem, nisi solus Deus. Anima enim rationalis non habet dimensiones quantitatis, vt aliquid in ea esse dicatur, quasi infra ejus dimensionem contentum sit. Nihil autem potest in ea esse, nisi quod ei dat esse, quod est ibi per virtutem suam. Dico ergo, quòd qui animam in esse producit, est in anima per virtutem suam. Vbi autem est virtus Dei, ibi est & essentia Dei. In Deo enim idem est essentia & virtus. Manifestum est ergo, quòd Deus essentialiter est in anima.

Quo sensu dæmon menti dicatur illabi.

Dicitur tamen diabolus illabi menti humanæ per effectum & affectum malitiæ: in quantùm scilicet homo ab eo seductus, sequitur eum ad perpetrandum malum. Et sic *intrauit in eum*, scilicet Iudam, *Satanas*: vt pleniùs possideret, & ad perpetrandam malitiam duceret, in quem priùs miserat, vt deciperet.) *Cohærenter autem ad præfata concludit Apostolus Eph.* 4. Vnus Deus & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus vobis.

Exponitur illud Eph. 4 *Qui est super omnes, & per omnia &c.*

X *Ephes. 4. l. 2. fi.*

Quibus verbis Dignitatem Dei X commendat ex tribus. Ex altitudine diuinitatis, cum dicit: *Qui est super omnes*; Ps. 112. *Excelsus super omnes gentes Dominus*. Ex amplitudine ejus potestatis, cum dicit: *Et per omnia*; Ier. 23. *Cælum & Terram ego impleo*. Ex largitate gratiæ, cum dicit: *Et in omnibus vobis*; scilicet per gratiam, Ier. 14. *Tu in nobis es Domine*. Primum appropriatur Patri, qui est fontale principium diuinitatis, & omnes creaturas excellit. Secundum Filio, qui est Sapientia, *attingens à fine vsque ad finem fortiter*, Sap. 8. Tertium verò Spiritui sancto, qui *replet Orbem Terrarum*, Sap. 1. *& iustos pariter gratia diuina: quem idcircò inuocat Ecclesia ijs verbis*: Imple supernâ gratiâ quæ Tu creasti pectora. *Ex quo anima iusti Templum dicitur Spiritus sancti*.

Deus tripliciter dicitur in Templo habitare.

Y *1. Cor. 3. l. 3. ibi. In 1. d. 37. q. 2. exp. tex.*

c *Ea propter Apostolus 1. Cor.* 3. Nescitis, quia Templum Dei estis: & Spiritus Dei habitat in vobis? *Vbi Author*: Omne illud, *inquit*, in quo Y Deus habitat, potest dici Templum. (Est enim de ratione Templi, quòd sit habitaculum Dei, secundùm illud Ps. 10. *Dominus in Templo sancto suo*.) Habitat autem Deus principaliter in seipso, quia ipse solus se comprehendit; vnde & ipse Deus Templum Dei dicitur Apoc. 21. *Dominus Deus omnipotens Templum illius est*. Habitat etiam Deus in domo sacrata per spiritualem cultum, qui in ea sibi exhibetur: & ideò domus sacrata dicitur Templum, secundùm illud Ps. 137. *Adorabo ad Templum sanctum tuum &c.* Habitat etiam Deus per fidem, quæ per dilectionem operatur, secundùm illud Eph. 3. *Habitare Christum in cordibus vestris*. Vnde & ad probandum, quòd fideles sint Templum Dei, subjungit, quòd inhabitantur à Deo, cum dicit: *Et Spiritus Dei habitat in vobis*.

Iusti. Dei Templum, & quomodo.

Ex quo patet, quòd Spiritus sanctus est Deus, per cujus inhabitationem fideles dicuntur Templum Dei. Sola enim inhabitatio Dei Templum Dei facit. Est autem considerandum, quòd Deus est in omnibus creaturis, in quibus est per essentiam, potentiam, & præsentiam, implens omnia bonitatibus suis, secundùm illud Ier. 23. pluries cit. *Cælum & Terram ego impleo*: sed spiritualiter dicitur Deus inhabitare, tanquam in familiari domo, in Sanctis, quorum mens capax est Dei per cognitionem & amorem, etiamsi ipsi in actu non cognoscant & diligant, dummodo habeant per gratiam habitum fidei & charitatis, sicut patet de pueris baptizatis. Et cognitio sine dilectione (*nota*) non sufficit ad inhabitationem Dei, secundùm illud 1. Io. 4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*. Inde est, quòd multi cognoscunt Deum vel per naturalem cognitionem, vel per fidem informem: quos tamen non inhabitat Spiritus Dei. *Si quis autem Templum Dei violauerit, disperdet illum Deus*.

Væ spirituale Dei Templum in seipso violanti.

Vbi subjungit pœnam malè operantium: (*quod valdè fideli cauendum*.) Violatur autem Templum Dei dupliciter. Vno modo per falsam doctrinam, quæ non superædificatur fundamento, sed magis fundamentum subruit, & destruit ædificium.

Dupliciter Dei Templum violatur.

Vnde dicitur *Ezech.* 13. *de falsis prophetis*: Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, vt interficerent animas, quæ non moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs: (*Vtinam & modò vaticinium hoc verum non haberet!*) Alio modo violat aliquis Templum Dei per peccatum mortale, per quod aliquis vel seipsum corrumpit, vel alium, opere vel exemplo. Vnde dicitur Malach. 2. *Contaminauit Iudas sanctificationem Domini, quam dilexit*. Sic autem dignum est, vt disperdatur ille à Deo per damnationem æternam, qui violat spirituale Templum Dei, vel qualitercunque polluit. Vnde dicitur Mal. 2. cit. (*& quidem immediatè subjungitur ad pœnam violanti innuendam*:) Disperdet Dominus virum qui fecerit hoc, Magistrum & discipulum. *Vbi eodem verbo* disperdet *vtitur, quo & Apostolus. Qui & hoc innuere voluit* 2. Cor. 6. *cum ait*: Quis autem consensus Templo Dei cum idolis? Vos enim estis Templum Dei viui, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos: & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. *Vbi Author*: Vsus *inquit* Templi Z est, vt Deus habitet in eo: nam Templum est locus Dei, ad inhabitandum sibi consecratus.

Z *2. Cor. 6. l. 3. ibi. Et in 1. l. c.*

Illa autem authoritas sumitur *ex Leu. c. 26.* quæ talis est. *Ponam tabernaculum meum in medio vestri: & non abijciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, & ero Deus vester: vosque eritis populus meus*. In qua authoritate quatuor tangit, quantùm ad hunc vsum pertinet. *Primum* pertinet ad gratiam operationum: quod est, Deum esse in aliquo per gratiam.

Quatuor ad vsum Templi.

Et hoc est, quod dicit: *Inhabitabo in illis*, scilicet in Sanctis per gratiam, excolens eos. Licet autem Deus in omnibus rebus dicatur esse per præsentiam, potentiam, & essentiam: non tamen dicitur in eis inhabitare, sed in solis Sanctis per gratiam. Cujus ratio est: quia Deus est in omnibus rebus per suam actionem, in quantùm conjungit se eis, vt dans esse, & conseruans in esse. In Sanctis autem est per ipsorum Sanctorum operationem, qua attingunt ad Deum, & quodammodo comprehendunt ipsum; quæ est diligere & cognoscere: nam diligens & cognoscens

Deus, quamuis in omnibus rebus sit: non tamen dicitur habitare, nisi in Sanctis per gratiam: & quare.

Digitized by Google

dicitur in se habere dilecta & cognita. *Secundum* pertinet ad gratiam cooperantem, quo scilicet proficiunt Sancti auxilio Dei; & quantùm ad hoc dicit: *Inambulabo inter eos*; idest, promouebo eos de virtute in virtutem: nam hic profectus sine gratia Dei esse non potest, 1. Cor. 15. *Gratia Dei sum id quod sum*. Nam sicut gratia operans facit nos esse aliquid in esse iustitiæ: ita & gratia cooperans facit nos in ipso esse proficere. *Tertium* pertinet ad Dei beneficium. Et hoc Vel protectionis per prouidentiam; & hoc tangit dicens: *Et ero illorum Deus*; idest, prouidentiâ meâ protegam eos, Ps. 143. *Beatus populus, cuius Dominus Deus ejus*. Vel beneficium remunerationis, vt sic dicatur: *Ero illorum Deus*; idest, dabo eis meipsum in mercedem, Gen. 15. *Ego merces tua magna nimis*; & Hebr. 11. *Non confunditur Deus vocari eorum*. *Quartum* pertinet ad debitum cultum & seruitium Sanctorum; & quantùm ad hoc dicit: *Et ipsi erunt mihi populus*; idest, me colent, & mihi obedient vt mei, & non alterius, *Ps.* 94. *&* 99. Nos populus pascuæ ejus, & oues manus ejus. *Igitur, si Deus speciali modo mentem nostram & animam, quasi Templum suum, per gratiam inhabitat*: Quis consensus Templo cum idolis? *Ac si diceret Apostolus quod habetur Matth.* 6. Nemo potest duobus Dominis seruire; *hoc est, Deo per gratiam, & diabolo per peccatum. Et iterùm*: Non potestis Deo seruire & mammonæ; *hoc est, Deo & Mundo, siue diuitijs, quæ sunt auarorum idola: etenim Iac.* 4. Amicitia hujus Mundi inimica est Deo.

Gratiæ operantis & cooperantis effectus.

Non possumus Deo & diabolo, vel Deo & Mundo seruire.

f *Verùm, cum Deus nedum per potentiam & essentiam suam in omnibus rebus & vbique sit, sed & per realem sui præsentiam, vt visum hucusque est: consequenter nihil eum latere poterit, actibusque nostris siue externis siue internis semper præsens aderit; Ier.* 23. *sup. cit.* Si occultabitur vir in absconditis: & ego non videbo eum, dicit Dominus? Nunquid non Cœlum & terram ego impleo? *Impleo inquam; videlicet*, interiùs A penetrans: & ita non est mihi occultum. *Cui consonat illud Apostoli Hebr.* 4. Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu ejus: omnia autē nuda & aperta sunt oculis ejus. *Non est creatura inuisibilis*: quia illud B quod secundùm naturam est inuisibile, non est occultum Deo. Dicit etiam: *omnia nuda & aperta sunt oculis ejus*. Dupliciter enim cognoscitur aliquid. Vno modo in superficie: alio modo in profundo; sicut homo nudus videtur in superficie, non autem vestitus. Sed omnia Deo manifesta sunt quę videntur in superficie. Nihil enim est extra, quod impediat cognitionem Dei, sicut vestis impedit, ne videatur homo. Et ideò dicit, *nuda*; Iob. 26. *Nudus est Infernus coram illo, & nullum est operimentum perditioni*. Dicit etiam, *aperta*: quia nihil est ita occultum in re, quòd Dei cognitionem effugiat. *Sanè sicut* Oculi Domini super iustos (*Ps.* 33.) *ita* Vultus Domini super facientes mala. *Vbi Author*: Posset *inquit* malus C dicere: Si oculi Domini non sunt super me, possum peccare licenter, quia non videt. Sed non ita est: quia *Vultus Domini super facientes mala*; Prou. 15. *Infernus & perditio coram Domino*. Et dicit, *Vultus*; quia designat, cum quadam ira respicere in ipsos malos: (*nam, in peccatores respicit ira illius, Eccli.* 5.) Et certè, *vt perdat de terra memoriam eorum*; idest, de terra viuentium, *quæ est Patria Cælestis, de qua Ps.* 26. Credo videre bona Domini in terra viuentium. *Nec officit quòd dicatur Habac.* 1. Mundi sunt oculi tui, ne videas malum: & respicere ad iniquitatem non poteris. *Nam* in Deo D est scientia simplicis intelligentię, & scientia approbationis. Primo modo cognoscit omnia, etiam mala, & ea, quę non sunt. Secundo modo cognoscit bona quantùm ad ea, quę sunt. *Et omnia igitur & omnes dilucidè, distinctè, exteriùs interiùsque intuetur Deus: sicque omnes & omnia nota sunt soli Deo* E *cujus intelligere*

Nihil Deo occultum, & omnia aperta oculis ejus.
A Ier. 23. ibi.

B Hebr. 4. l. 3. ibi.

Tam super bonos aspectus ejus, quā super malos.
C Ps. 33. lit. p.

D Hebr. 4. l. c.

E 1. p. 14. 13. ad 3.

est in æternitate: sicut ille qui vadit per viam, non videt illos, qui post eum veniunt: sed ille, qui ab aliqua altitudine totam viam intuetur, simul videt omnes transeuntes per viam: *& omnia, quæ circa eos contingunt, singillatim. Quid ergo stultè sibi oppositum suadet peccator, sicut de adultero dicitur Eccli.* 23. Omnis homo, qui transgreditur lectum suum, contemnens in animam suam, & dicens: Quis me videt? tenebrę circundant me, & parietes cooperiunt me: & nemo circumspicit me: quem vereor? *Et Ps.* 93. Et dixerunt: Non videbit Dominus. *Qui & eos immediatè arguit, cum subjicit*: Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanę sunt. *Et Ezech.* 8. Certè vides, fili hominis, quę seniores domus Israel faciunt in tenebris vnusquisque in abscondito cubiculi sui. Dicunt enim: Non videt Dominus nos. *Vbi ex glossa Author*: Si Dominum F pręsentem, & omnia videntem, & judicantem semper cogitaremus: aut vix, aut nunquam peccaremus. *Et Boetius*: Magna nobis indicta est necessitas bene viuendi, cum agamus omnia ante oculos judicis cuncta cernentis. *Idcirco Dauid, jugiter Deum sibi præsentem considerans, mentis oculos ad peccata vitanda incessanter in eum figebat; Ps.* 24. Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. *Et clariùs Ps.* 15. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear, *à justitia nimirùm & veritate*. *At peccator, non Dei, non custodis Angeli reueretur præsentiam; sed diaboli potiùs consortium inquirit, ex cujus suggestione noua scelera admittat; Ps.* 108. Diabolus stet à dextris ejus. *Illud tandem pro omnium coronide menti figendum, quod* cùm Deus G sit vbique, est cum omnibus qui sunt vbicunque: sed tamen non omnes sunt cum Deo, nisi qui ei conjunguntur per fidem & dilectionem, & tandem conjungentur per perfectam fruitionem, *Ps.* 72. Et ego semper tecum; *&* 1. *Thess.* 4. Sic semper cum Domino erimus. Et sic verborum Christi Io. 17. *Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum*; est sensus: *Vt vbi ego sum*; scilicet, in diuinitate tua, quam habeo per naturam; *& illi sint mecum*, per participationem gratiæ, *Ioann.* 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri; *&* 1. *Io.* 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. *Vt ergo cum Deo simus, non sufficit, in omnibus Deum esse per potentiam, essentiam, & præsentiam: sed requiritur gratia, & charitas, quæ nos vnit cum Deo: & vt tollatur peccatum, quod nos immò separat à Deo & elongat, Is.* 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum. *Ex Dei autem absentia omne malum expectet homo atque infortunium, & mortem vtramque, Ier.* 15. Tu reliquisti me, dicit Dominus, retrorsum abijsti: & extendam manum super te, & interficiam te: *eo quòd, vt ipsemet subjicit*, laboraui rogans, *vt scilicet ad me conuerteretis, & noluisti, Prou.* 1. Vocaui, & renuistis. Extendi manum meam (*præter vocationem, beneficia præstando*) & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo &c. *Neque enim diuina præsentia & protectione destitutus, poteris diabolo resistere: cum Deo namque simul & omnem amittes, sicuti Samson, fortitudinem: captiuus proinde dæmoniorum eris; nō secus ac ille Philistæorum, de quo legitur Iud.* 16. *quòd cùm septem rasisset dormienti Dalila crines (per quos septem præcipuas virtutes intellige, Cardinales nimirum atque Theologicas:)* statim ab eo fortitudo discessit. Qui de somno consurgens, dixit in animo suo: Egrediar, & me excutiam: nesciens, quòd recessisset ab eo Dominus. *Ex quo immediatè sequitur*: Quem cum apprehendissent Philistijm, statim eruerunt oculos ejus (*cæcitas enim effectus peccati est*) & duxerunt Gazam vin-

Stultè oppositum sibi peccator suadet.

Cogitans Deū vbique præsentem, aut vix, aut nunquam peccat.
F Opusc. 58. c. 3. post med.

Ex eo quod Deus sit in rebus cunctis, non ideò homines cum Deo sunt, nisi per charitatē ei jungantur, peccato expulso, quod separat à Deo.
G Io. 17. l. 6. ibi. & In 1 d. 37. q. 2. exp. tex.

vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt. *Et hoc est, quod Osee 9. minatur Dominus*: Væ eis, cum recessero ab eis. *DISCE vbicunque es & operaris, Deum reuereri. Vide*, Actio.

DEI SAPIENTIA.

XIV. Magnitudo creaturæ testimonium quoddam est diuinæ virtutis, & Omnipotentiæ: pulchritudo verò, diuinæ Sapientiæ. *Io. 1. l. 4. ibi, testimonium.*

A Deo omnis Sapientia.

g PErfectissimam sapientiæ & scientiæ rationem in Deo astrui, diffiteri quis ausit? nam ab eo omnis sapientia est, omnisque cognitio, secundùm illud Eccli. 1. Omnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. *Profectò*, si sapientia H in cognitione altissimarum causarum consistit, secundùm Philosophum *in princ. Metaph.* ipse autem Deus præcipuè seipsum cognoscit, nec aliquid cognoscit, nisi cognoscendo seipsum, qui est omnium causa prima: manifestum est, quòd sibi potissimè sapientia debet ascribi. Vnde Iob. 9. *Sapiens corde est*. Philosophus etiam dicit loc. cit. quòd (*Sapientia*) est diuina possessio, non humana. *Quod & alibi confirmatur, cum dicitur*: Quicunque I cognoscit perfectè aliquid, cognoscit omnia, quæ sunt in illo; sed Deus cognoscit seipsum perfectè: ergo cognoscit omnia, quæ sunt in ipso secundùm potentiam actiuam. Sed omnia secundùm proprias formas sunt in ipso secundùm potentiam actiuam, cum ipse sit omnis entis principium: ipse igitur habet cognitionem propriam de omnibus rebus. *Ex quo & ratio scientiæ ipsi perfectissimè competit; vnde 1. Reg. 2. dicitur*: Deus scientiarum, Dominus est. Si *enim* scientia L est rei cognitio per propriam causam; ipse autem omnium causarum & effectuum ordinem cognoscit, & per hoc singulorum proprias causas nouit: manifestum est, quòd in ipso propriè scientia est; *non tamen quæ sit* per ratiocinationem causata, sicut scientia nostra ex demostratione causatur. *Id quod tangitur Iob. 12. vbi dicitur*: Apud ipsum est fortitudo & sapientia. Ipse nouit & decipientem & eum qui decipitur. Adducit consiliarios in stultum finem, & judices in stuporem. *Vbi Author*: Proprium est M sapientiæ *inquit* vt per eam rectum judicium habeatur de rebus: Ille autem rectè judicat de rerum veritate, qui potest discernere quomodo aliquis decipiatur, à veritate declinans. Ideò ad ostendendum, quòd in Deo sit sapientia, subdit: *Ipse nouit decipientem, & eum qui decipitur*; idest, discernit recto judicio deceptiones, quibus aliquis prætermittit veritatem, deuiando à recta veritatis cognitione. (*Quo sensu legitur Is. 47.* Fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti: Non est qui videat me. Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te.) Deinde ostendit per ea, quæ in rebus humanis apparent, quòd apud Deum sit *consilium*. Circa quod considerandum est, quòd sicut Deus scit & principia speculatiuarum scientiarum, & conclusiones, & ordines eorum ad inuicem: non tamen per principia, conclusionum cognitionem acquirit, sed omnia puro & simplici aspectu cognoscit: Ita & in operatiuis & fines, & ea quæ sunt ad finem, nouit, & quæ viæ ad fines aliquos consequendos expediant: non tamen vias ex finibus inquirit, sicut nos dum consiliamur. Sicut igitur in Deo dicitur esse ratio, in quantùm cognoscit ordinem principiorum ad sequentia; non tamen ei conuenit inuestigare aliquid per modum rationis, vt ratio facit: sic apud ipsum dicitur esse *consilium*, non per modum inquisitionis, sed per modum simplicis & absolutæ cognitionis. *Quod & Apostolus tangit* ad Coloss. 2. *cum de Christo loquens, ait*: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. *Quo loci*: Sapientia *inquit Author* est N cognitio diuinorum: scientia verò est creaturarum cognitio. Quicquid autem de Deo potest sciri pertinens ad sapientiam, totum Deus abundanter in se cognoscit. Item quicquid potest cognosci de creaturis, cognoscit in se supereminenter. Quicquid autem in sapientia Dei est, est in Verbo suo vno: quia vno simplici actu intellectus cognoscit omnia, quia in eo non est scientia in potentia nec in habitu. Et ideo in isto Verbo *sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ*. Hæc autem notitia (*paulò ante*) comparatur thesauro, Sap. 7. *Infinitus enim thesaurus est hominibus &c.* Thesaurus est diuitiæ congregatæ: sed effusæ non dicuntur thesaurus, sed quæ in vno sunt: Deus enim *effudit sapientiam suam super omnia opera sua*, Eccli. 1. Et secundùm hoc non habet rationem thesauri: sed secundùm hoc, quòd hujusmodi rationes vniuntur in vno, scilicet in sapientia diuina. *Cohæret his quod habet idem Paulus* ad Rom. 11. *cum exclamat*: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, & inuestigabiles viæ ejus! *Quibus in verbis* primò admiratur O Apostolus excellentiam diuinæ sapientiæ secundùm se consideratæ: secundò per comparationem ad nos. Excellentiam diuinæ cognitionis admiratur primò quantùm ad altitudinem, dicens: *O altitudo!* Eccle. 7. *Alta profunditas, quis inueniet eam?* Hæc autem altitudo attenditur quantùm ad tria. Vno quidem modo quantùm ad rem cognitam, in quantùm scilicet Deus seipsum perfectè cognoscit, Eccli. 24. *Ego in altissimis habito*. Alio modo quantùm ad modum cognoscendi, in quantùm scilicet per seipsum omnia cognoscit, Ps. 101. *Prospexit de excelso sancto suo: Dominus de Cælo in terram aspexit*. Tertiò quantùm ad certitudinem cognitionis, Eccli. 23. *Oculi Domini multò plus lucidiores sunt super Solem &c.* Secundò admiratur excellentiam diuinæ cognitionis quantùm ad ejus plenitudinem, cum dicit: *diuitiarum*; Is. 33. *Diuitiæ salutis, sapientia & scientia*. Quæ quidem plenitudo attenditur in tribus. Vno modo in multitudine cognitorum, quia scilicet omnia nouit; Io. 21. *Domine, tu omnia nosti*. Alio modo quantum ad facilitatem cognoscendi: quia statim omnia intuetur sine inquisitione & difficultate, Hebr. 4. *Omnia nuda & aperta sunt oculis ejus*. Tertiò quantùm ad copiam cognitionis: quia eam omnibus communicat affluenter, Iac. 1. *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter*. Tertiò admiratur excellentiam diuinã quantùm ad perfectionem, cum dicit: *Sapientiæ & scientiæ Dei*. Habet enim sapientiam de diuinis, Iob 12. *Apud ipsum est sapientia & fortitudo &c.* & scientiam de rebus creatis, Bar. 4. *Qui scit vniuersa, nouit eam*. Deinde ostendit excellentiam diuinæ sapientiæ per comparationem ad nostrum intellectum. Et primò quantùm ad sapientiam, ad quam pertinet judicare & ordinare; vnde dicit: *Quam incomprehensibilia sunt judicia ejus!* quia scilicet homo non potest comprehendere rationem diuinorum judiciorum, quia in sapientia Dei latent, Ps. 35. *Iudicia tua, abyssus multa*; & Iob 11. *Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad perfectum Omnipotentem reperies?* Secundò quantùm ad scientiam, per quam in rebus operatur; vnde subdit: *Et inuestigabiles*; idest, non perfectè ab homine vestigabiles, *viæ ejus*; idest, processus ejus, quibus in creaturis operatur. Et si ipsæ creaturæ sint homini notæ: tamen modi, quibus Deus in creaturis operatur, ab homine comprehendi non possunt, *Psal.* 76. In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur.

h *Cæterùm duplex astruitur à Theologis scientia in Deo: quam visionis nimirùm dicunt, & simplicis* intelligentiæ. Nam Deus P scit omnia quæcunque

 sunt

Margin notes:

H 1. cont. G. c. 94. n. 1.
In quo perfectissimè Sapientia est.
I Ibid. c. 50. n. 7.
Atque scientia.
L Ibid. c. 94. cit. n. 2. & c. 50. cit. & 1. p. 14. 1. In 1. d. 3. 1. Ver. 2. a. 31.
M Iob 12. l. 1.
Differentia inter sapientiam & scientiam: & qualis diuina.
N Coloss. 2. l. 1. ibi.
Cur Dei cognitio thesaurus.
Diuinæ altitudo sapientiæ multiplex.
O Rom. 11. l. 5. ibi.
Sapientia & scientia diuina ab homine non vestigabiles.
Duplex scientia in Deo.
P 1 p. 14. a. 9. & 12. & 13. & 10. 2. ad 2. & a. 3. c. & q 15. 1. ad 2. In 1. d. 38. 1. 4. In 3. d. 14. 1. 2. q. 2. In 4. d. 49. 1. 5. c. & 4. cont. G. c. 66. Ver. 2. 8. & a 9. ad 2. & 3. & 9. 3. 1. c. & 9. 1. 4. Quod. 3. a. 3.

Digitized by Google

sunt quocunque modo. Nihil autem prohibet, ea, quæ non sunt simpliciter, aliquo modo esse. Simpliciter enim sunt quæ actu sunt. Ea verò, quæ non sunt actu, sunt in potentia vel ipsius Dei, vel creaturæ: siue in potentia actiua, siue in passiua: siue in potentia opinandi vel imaginandi: vel quocunque modo significandi. Quæcunque igitur possunt per creaturam fieri, vel cogitari, vel dici; & etiam quæcunque ipse facere potest, omnia cognoscit Deus, etsi actu non sint. Et pro tanto dici potest, quòd habet etiam non entium scientiam. Sed horum, quæ actu non sunt, est attendenda quædam diuersitas. Quædam enim licèt non sint nunc in actu, tamen vel fuerunt, vel erunt: & omnia ista dicitur Deus scire *scientia visionis*. Quia cum intelligere Dei, quod est ejus esse, æternitate mensuretur, quæ sine successione existens, totum tempus comprehendit: præsens intuitus Dei fertur in totum tempus, & in omnia quæ sunt in quocunque tempore, sicut in subjecta sibi præsentialiter. Quædam verò sunt, quæ sunt in potentia Dei vel creaturæ: quæ tamen nec sunt, nec erunt, neque fuerunt. Et respectu horum non dicitur habere scientiam visionis, sed *simplicis intelligentiæ*. Quod ideò dicitur, quia ea, quæ videntur apud nos, habent esse distinctum extra videntem. *Verùm* scientia Q simplicis notitiæ, & scientia visionis nullam differentiam important ex parte scientis: sed solùm ex parte rei scitæ. Dicitur enim scientia visionis in Deo ad similitudinem visus corporalis, qui res extra se positas intuetur; vnde per scientiam visionis Deus scire non dicitur, nisi quæ sunt extra ipsum, quæ sunt vel præsentia vel præterita vel futura: sed scientia simplicis notitiæ est etiam eorum, quæ nec sunt, nec erunt, nec fuerunt; nec alio modo scit Deus ista & illa. Vnde non est ex parte scientiæ, quòd Deus infinita non videat: sed ex parte ipsorum visibilium (*vel scibilium*) quæ non sunt. Si verò esse ponerentur infinita vel actu vel successiuè, procul dubio ea Deus cognosceret scientia visionis. *Sed & ad futura contingentia scientia Dei extra omnem dubitationem extenditur. Dicitur enim de Sapientia diuina Sap.* 8. Signa & monstra scit, antequam fiant, & euentus temporum & seculorum. *Et ratio adducitur: quia, vt jam jam vidimus*, cum Deus R sciat omnia, non solùm quæ actu sunt, sed etiam quæ sunt in potentia sua vel creaturæ; horum autem quædam sunt contingentia nobis futura: sequitur, quòd Deus contingentia futura cognoscat. Ad cujus euidentiam considerandum est, quòd contingens aliquod dupliciter potest considerari. Vno modo in seipso, secundùm quòd jam in actu est: & sic non consideratur vt futurum, sed vt præsens: neque ad vtrumlibet contingens, sed vt determinatum ad vnum; & propter hoc sic infallibiliter subdi potest certæ cognitioni, vtpotè sensui visus, sicut cum video Sortem sedere. Alio modo potest considerari contingens, vt est in sua causa. Et sic consideratur vt futurum, & vt contingens nondum determinatum ad vnum: quia causa contingens se habet ad opposita; & sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni. Vnde quicunque cognoscit effectũ contingentem in causa sua tantùm, non habet de eo, nisi conjecturalem cognitionem. Deus autem cognoscit omnia contingentia non solùm prout sunt in suis causis, sed etiam prout vnumquodque eorum est actu in seipso. Et licèt contingentia fiant in actu successiuè, non tamen Deus successiuè cognoscit contingentiá, prout sunt in suo esse, sicut nos, sed simul: quia sua cognitio mensuratur æternitate, sicut etiam suum esse. Æternitas autem tota simul existens, ambit totum tempus. Vnde omnia, quæ sunt in tempore, sunt Deo ab æterno præsentia, non solùm ea ratione, qua habet rationes rerum apud se præsentes, vt quidam dicunt: sed quia ejus intuitus fertur ab æterno supra omnia, prout sunt in sua præsentialitate. Vnde manifestum est, quòd contingentia & infallibiliter à Deo cognoscuntur, in quantùm subduntur diuino aspectui secundùm suam præsentialitatem: & tamen sunt futura contingentia, suis causis comparata. *Est autem scientia hæc diuina, rerum omnium causa, voluntate adjecta. Quod vt clariùs intelligatur, sciendum: quòd* sic S scientia Dei se habet ad omnes res creatas, sicut scientia artificis se habet ad artificiata. Scientia autem artificis est causa artificiatorum, eo quòd artifex operatur per suum intellectum. Vnde oportet, quòd forma intellectus sit principium operationis: sicut calor est principium calefactionis. Sed considerandum est, quòd forma naturalis, in quantùm est forma manens in eo, cui dat esse, nõ nominat principium actionis, sed secundùm quòd habet inclinationem ad effectum. Et similiter forma intelligibilis non nominat principium actionis, secundum quòd est tantùm in intelligente, nisi adjungatur ei inclinatio ad effectum, quæ est per voluntatem. Cum enim forma intelligibilis ad opposita se habeat (cum sit eadem scientia oppositorum) non produceret determinatum effectum, nisi determinaretur ad vnum per appetitum, vt dicitur *in 9. Metaph.* Manifestum est autem, quòd Deus per intellectum suum causat res, cum suum esse sit suum intelligere. Vnde necesse est, quòd sua scientia sit causa rerum, secundùm quòd habet voluntatem conjunctam. Vnde scientia Dei, secundum quòd est causa rerum, consueuit nominari *scientia approbationis*. Approbatio autem dicit voluntatis actum. *Alibi quoque docemur, quòd* in Deo T duplex est cognitio, scilicet simplicis notitiæ, & scientia approbationis. Scientia simplicis notitiæ communis est omnibus bonis & malis, scientia autem approbationis est bonorum tantùm. *Igitur*, sicut est Y causalitas artificis per artem suam: ita consideranda est causalitas diuinæ scientiæ. Est ergo iste processus in productione artificiati. Primò scientia artificis ostendit finem. Secundò voluntas ejus intendit finem illum. Tertiò voluntas imperat actum, per quem educatur opus, circa quod opus scientia artificis ponit formam conceptam. Vnde sciẽtia se habet vt ostendens finem, & voluntas vt dirigens actum, & informans opus operatum. Et ideò constat, quòd quicquid accidit in effectu per defectum à forma artis vel à fine, non reducitur in scientiam artificis, sicut in causam. Vnde patet, quòd malum, quod est deuiatio à forma & à fine, non causatur à scientia Dei: sed tantùm causalitatem habet respectu bonorum, secundùm quòd consequuntur formam diuinæ artis & finem: non tamen, quòd respectu horum dicat perfectam rationem causalitatis, nisi secundùm quòd adjungitur voluntati. *Et sic* scientia Dei X comparatur ad res creatas, sicut ars ad artificiata. Vnde sicut ars non solùm est cognoscitiua, sed factiua eorum, quæ secundùm artem fiunt; eorum verò, quæ ab artis regulis deuiantur, est cognoscitiua: Ita etiam scientia Dei est factiua & cognoscitiua omnium bonorum; malorum verò siue peccatorum, quæ sunt deuiationes quædam ab æterna lege ipsius, scientia Dei est cognoscitiua, non autem causatiua. *Et quamuis dicatur ex* 10. *Metaph. quòd* scibile est prius scientiá, & mensura ejus: *ex quo non videtur scientia Dei, rerum esse posse causa: Respondet Author, quòd* res naturales Y sunt mediæ inter scientiam Dei & scientiam nostram. Nos enim scientiam accipimus à rebus naturalibus, quarum Deus per suam scientiam causa est; vnde sicut scibilia naturalia sunt priora, quàm scientia nostra, & mensura ejus: ita scientia Dei est prior, quàm res naturales, & mensura ipsarum. Sicut aliqua domus est media inter scientiam artifi-

cis,

Scientia Visionis quid.

Scientia simplicis intelligentiæ quid.

Differentia quænam inter vtramque.

Q De Ver. 2. 9. ad 2.

Scientia Dei & ad futura extenditur contingentia.

R 1 p. 14. a. 13. c. In 1. d. 38. 1. 5. c. Ver. 2. 12. Et 1. con. G. c. 67.

Dupliciter consideratur contingens.

Omnia in æternitate Deo præsentia.

Scientia Dei est causa rerum, adjecta voluntate: & quomodo.

S 1. p. l. c. a. 8. c. & a. 9. ad 3. & q. 19. 4. & a. 11. ad 1. In 1. d. 38. 1. 1. & q. 35. 3. c. & 1. con. G. c. 50. 61. 62. Ver. 2. 14. Pot. 3. 17. ad 19. Quol. 5. a. 2.

Scientia approbationis in Deo quid.

T Ver. 7. 8. c.

Discrimen inter hanc & scientiam simplicis intelligentiæ.

V 1. d. 38. 1. 1. f. c.

Explicatur magis veritas præfata respectu bonorum & malorum.

X Quol. 5. a. 2. c.

Scientia Dei, peccatorum cognoscitiua est, non causatiua.

Differentia inter Dei scientiam, & nostram.

Y 1. p. 14. 8. ad 3. & a. 11. fi. c. & q. 21. 2. c. & 1. 1. 2. 3. c. In 1. d. 19. 5. 2. ad 2. & 1. con. G. c. 61. 62. & 65. Ver. 1. 3. ad 1. & a. 8. & 14. c. Pot. 3. 17. ad 19. & 29. & q. 7. 10. ad 5. Ro. 1. l. 1. ibi, veritas.

Digitized by Google

cis, qui eam fecit, & scientiam illius, qui ejus cognitionem ex ipsa jam facta capit.

Sapientia nunquam propriè, sed semper essentialiter dicitur in diuinis: Amor nō ita.

i *Verùm, quamuis apud Theologos diuina sapientia essentialiter semper dicatur in diuinis, nunquam propriè, sicut propriè dicitur Amor: (docemur enim, quòd in diuinis* Amor Z secundùm quòd est proprium, non est appropriatum. Sapientia autem ita est appropriata, quòd nunquam potest esse proprium. Et ratio hujus est: quia sapientia non significatur per modum alicujus exeuntis ab aliquo, sed per modum quiescentis in subjecto; & ideò semper est essentialis, & nunquam personalis. Sed amor significatur per modum exitus: ideò &c. *Et alibi: Sapientia, siue* sapere A in diuinis nunquam dicitur, nisi essentialiter: & ideò nullo modo potest dici, quòd Pater sit sapiens sapientiâ genitâ. *Ex quo* Sapientia B secundùm quòd supponit essentiam, non potest dici ingenita, vel genita secundùm quòd supponit hypostasim: semper tamen essentiam significat, sicut etiam hoc nomen, *Deus:) benè tamen sapientia, quamuis non propriè, appropriatiuè dicitur. Vnde illud*, Christum Dei Virtutem, & Dei Sapientiam, 1. *ad Corinth.* 1. Non ita C dictum est, quòd solus Filius sit sapientia, cum Pater & Filius & Spiritus sanctus sint vna sapientia: sed quia sapientia quodam speciali modo Filio appropriatur, eo quòd sapientiæ opera cum proprietatibus Filij plurimùm conuenire videntur. Per sapientiam enim Dei manifestantur diuinorum abscondita, producuntur creaturarum opera; nec tantùm producuntur, sed & restaurantur & perficiuntur: illa dico perfectione, qua vnumquodque perfectum dicitur, prout proprium finem attingit. *Manifestantur inquam diuinorum abscondita; siquidem pertinet ad diuinam sapientiam diuinorum manifestatio: quia ipse Deus* D per suam sapientiam seipsum plenè & perfectè cognoscit: vnde si quid de ipso cognoscimus, oportet, quòd ex eo deriuetur: quia omne imperfectum à perfecto trahit originem. Vnde dicitur Sap. 9. *Sensum tuum quis sciet, nisi tu dederis Sapientiam?* Hæc autem manifestatio specialiter per Filium facta inuenitur. Ipse enim est Verbum Patris, secundùm quòd dicitur Io. 1. vnde sibi manifestatio dicentis Patris conuenit, & totius Trinitatis; vnde dicitur Matth. 11. *Nemo nouit Patrem, nisi Filius: & cui voluerit Filius reuelare.* Et Io. 1. cit. *Deum nemo vidit vnquam, nisi Vnigenitus &c.* Rectè ergo dicitur ex persona Filij Eccli. 24. *Ego Sapientia effudi flumina.* Flumina ista intelligo fluxus æternæ processionis, qua Filius à Patre, & Spiritus sanctus ab vtroque ineffabili modo procedit. Ista flumina, olim occulta, & quodammodo confusa erant, tum in similitudinibus creaturarum, tum etiam in ænigmatibus Scripturarum, ita vt vix aliqui sapientes, Trinitatis mysterium fide tenerent. Venit Filius Dei; & inclusa *flumina* quodammodo *effudit*, nomen Trinitatis publicando, *Matth. vlt.* Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. *Vnde Iob* 28. Profunda *fluuiorum* scrutatus est, & *abscondita* in lucem produxit. *Hinc Psaltes Ps.* 50. Incerta *inquit* & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. *Incerta*: idest E illa, quæ de sua natura habent variabilitatem, & hæc fuerunt sibi reuelata, vt patet in Psalmo. *Occulta* vocantur quæ excedunt oculum mentis nostræ, Iob 28. *Trahitur sapientia de occultis*; Eccli. 24. *Ego in altissimis habitaui, & thronus meus in columna nubis.* Et hæc sunt sapientiæ Dei. Q. d. Licèt nobis sint *occulta*, tamen à sapientia tua comprehenduntur. Et inter *occulta* connumeratur etiam mysterium *ineffabile* incarnationis, quod etiam *manifestasti mihi*. Item misericordia Dei inter ista annumeratur, quia remittit peccata. Sed melius est, vt accipiatur vniuersaliter. Modus autem reuelationis ponitur, cum dicit: *manifestasti mihi*. Duplex enim est modus prophetiæ. Vnus, in quo reuelatur supernaturalis & intelligibilis veritas sub similitudinibus corporalibus & imaginationibus; & sic dicitur Is. 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum &c.* Alius est, in quo fit reuelatio supernaturalis & intelligibilis veritatis absque nebula imaginationis phantasticæ: immò nondum reuelatur; & sic facta est Moysi, de quo Num. 12. *Palam, & non per ænigmata & figuras Dominum videt.* Et talis etiam fuit reuelatio Dauid, 2. *Reg.* 23. Dixit Deus Israel mihi; *& infra*: Sicut lux auroræ, oriente Sole mane absque nubibus rutilat. *Quod & in præfato Psalmo fatetur. His consonat illud Ephes.* 3. Illuminare omnes, quæ sit dispensatio Sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia creauit: (qui omnia *inquam* creauit: *quod est secundum diuinæ sapientiæ opus*: per sapientiam enim Dei, *vt superiùs ex Authore docuimus*, producuntur creaturarum opera, *Ps.* 103. Omnia in sapientia fecisti.) *Quocirca* sciendum F quòd omnia, quæ sunt in effectu, latent virtute in suis causis: sicut in virtute Solis continentur omnia quæ sunt in generabilibus & corruptibilibus. Sed tamen ibi quædam sunt abscondita, quædam manifesta: nam calor est manifestè in igne; aliquorum verò ratio, quæ occulto modo producit, latet in eo. Deus autem est omnium rerum causa efficiens: sed producit quædam, quorum ratio potest esse manifesta, illa scilicet quæ mediantibus causis secundis producit. Aliqua verò sunt in eo abscondita, illa scilicet quæ immediatè per seipsum producit. Et quia Sacramentum humanæ redemptionis per seipsum operatus est Deus, ideò in eo solo hoc Sacramentum est absconditum. Et hoc est, quod dicit, *Sacramenti absconditi à seculis in Deo*; idest, in sola notitia Dei; *hoc est, in diuina sapientia, cujus solummodo est diuinorum abscondita reuelare*: (*vnde & tertium sapientiæ opus præcipuum ab Authore, vt prætactum est, recensetur creaturarum restauratio, cum loco supr. cit. ait*: Nec tantùm per sapientiam Dei producuntur, sed & restaurantur & perficiuntur, Sap. 9. *Per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi Domine à principio.* Hæc autem reparatio, *vt ibid. subdit*, specialiter per Filium facta est, in quantum Ipse, homo factus est: qui reparato hominis statu, quodammodo omnia reparauit, quæ propter hominem facta sunt, *Ephes.* 1. Vt notum faceret nobis Sacramentum voluntatis suæ &c. instaurare omnia in Christo, quæ in Cælis, & quæ in terra sunt in ipso.) *Sed & idem Apostolus idcircò* 1. *Cor.* 2. *exprimebat*: Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula &c. *Dei* inquam *sapientiam*: idest G quæ est Deus, & à Deo: quamuis enim *omnis sapientia à Deo sit*, vt dicitur *Eccli.* 1. tamen speciali quodam modo hæc sapientia, quæ est de Deo, est etiam à Deo per reuelationem. Abscondita enim est ab hominibus, in quantum hominis intellectum excedit, *secundùm illud Eccli.* 3. Plurima super sensum hominum ostensa sunt tibi; *& hoc est, quod subdit*: in mysterio quæ abscondita est, *sed innotescit per sapientiam Dei reuelantem*: qui *& solus* reuelat profunda de tenebris, *vt dicitur Iob* 12. *Tandem cit. Ephes.* 3. Vt innotescat, *inquit Apostolus*, Principatibus & Potestatibus in cælestibus per Ecclesiam (*idest, per doctrinam Christi, qui fundauit eam, cui sapientia appropriatur, Io.* 1. Vnigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit:) multiformis sapientia Dei secundùm præfinitionem seculorum &c. *Vbi Author*: Hæc *inquit* multiformitas H sapientiæ Dei tangitur Iob 11. *Vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi: vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quòd multiplex esset lex ejus &c.* (Deus enim I simpliciter loquitur homini, cum ejus cordi aliquid de sua sapientia inspirat, secundùm illud Ps. 84. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.*

Marginal notes (left): Z 1. d. 10. 1. 1. ad 5 & 1. p. 34. 1 ad 2 & q. 37. 2. ad 1. & 39. 7. ad 2. Prol. in 1. Sent. & d. 10. 1. 1. ad 3. & 4. bon. & q. 12 fi. — A 1. d. 32. 2. 1. ad 1 fi. & lucie cit. — Pater diuinus non potest dici sapiens sapientiâ genitâ. — B Ibid. q. 2. 1. ad 1. — Sapientia, licèt non propriè, appropriatiuè tamen dicitur in diuinis, & conuenienter. — C Prol. in 1. Sent. & 1. Cor. 1. l. 3 ibi. — Ad diuinam pertinet sapientiam, diuinorum occulta manifestare. — D Prol. cod. — Quod per Filium diuinum factum est per incarnationem. — E Ps. 50. lit. d. ibi. — Duplex prophetiæ modus.

Marginal notes (right): F Eph. 3. l. 2 fi. & l. 3 circ. fi. & cap. 1. l. 3. ibi. — Sacramentum. — G 1. Cor. 2. l. 2. fi. — Sapientia Dei multiformis quo sensu. — H Eph. 3. 4. 3 ibi. — I Iob 11. l. 1. ibi.

Deus. Labia autem aperit sua, cum per aliquos effectus hominibus aliquid reuelat: labijs enim formantur voces exteriùs, quibus interiores conceptus cordis exprimimus.) Et Sap. 7. *Est enim in illa*, scilicet sapientiâ diuinâ, *spiritus intelligentiæ*, *sanctus*, *vnicus*, *multiplex &c.* multiplex scilicet in effectibus, vnicus in essentia. Modus autem multiplicitatis reuelatæ scientię *est secundùm præfinitionem seculorum*; idest, distinctionem & determinationem diuersorum temporum: Deus enim ordinat, alia esse in vno tempore, alia in alio; & secundùm hoc hujusmodi multiformis dicitur sapientia *secundùm præfinitionem seculorum*: quia diuersa tempora diuersis ornat effectibus. *Vide plura ibi.*

l *Quòd si ad visibilia sapientiæ Dei effecta flectamus obtutum, quàm multiformis apparet diuina sapientia, in hac Mundi machina potissimè elucens! Dicitur enim Prou.* 3. Dominus sapientiâ fundauit Terram, stabiliuit Cælos prudentiâ. *Et Ier.* 10. *&* 51. Qui fecit Terram in fortitudine sua, præparauit Orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit Cælos. *Ea autem*, quæ sunt (*ait Apostolus Rom.* 13.) à Deo ordinata sunt. *Et hujus quidem* ratio L est: quia Deus omnia per suam sapientiam fecit, secundùm illud Ps. 103. *Omnia in sapientia fecisti*. Est autem proprium sapientiæ, ordinatè omnia disponere: *Attingit enim à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter*, *Sap.* 8. Et ideò oportet, effectus diuersos ordinatos esse, Iob 38. *Nunquid nosti ordinem Cæli, & pones rationem ejus in terra?* Duplicem autem ordinem Deus in suis effectibus instituit. Vnum quidem, quo omnia ordinantur in ipsum, Prou. 16. *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus*. Alium verò, quo effectus diuini ordinantur ad inuicem, sicut dicitur *Deut.* 4. *de Sole & Luna & Stellis*, quæ creauit Dominus Deus in ministerium cunctis gentibus. *Vnde & alibi docemur, quòd* secundùm M Philosophum 11. *Metaph.* Bonum Vniuersi consistit in duplici ordine, scilicet in ordine partium Vniuersi ad inuicem, & in ordine totius Vniuersi ad finem, qui est ipse Deus. Sicut etiam in exercitu est ordo partium exercitus ad inuicem secundùm diuersa officia: & est ordo ad bonum Ducis, quod est victoria; & hic ordo est præcipuus, propter quem est primus ordo. (*Vbi & vide fusiùs: an melius potuerit Deus condere hoc Vniuersum.*) *Verùm in Mundi hujus productione* triplex N opus intelligi potest: (*quod innuitur ijs verbis Gen.* 2. Igitur perfecti sunt Cæli & Terra, & omnis ornatus eorum) scilicet opus creationis, per quod Cælum & Terra producta leguntur, sed informia: & opus distinctionis, per quod Cælum & Terra sunt perfecta, siue per formas substantiales attributas materiæ omnino informi, vt *Augustinus* vult: siue quantùm ad conuenientem decorem & ordinem, vt alij Sancti dicunt: & his duobus operibus additur ornatus. Et differt ornatus à perfectione: nam perfectio Cæli & terræ ad ea pertinere videtur, quæ Cælo & Terræ sunt intrinseca; ornatus verò ad ea, quæ sunt à Cælo & Terra distincta. Sicut homo perficitur per proprias partes & formas: ornatur autem per vestimenta vel aliquid hujusmodi. Distinctio autem aliquorum maximè manifestatur per motum localem; quo ab inuicem separantur: & ideò ad opus ornatus pertinet productio illarum rerum, quæ habent motum in Cælo & in Terra. De tribus autem fit mentio in creatione, scilicet de Cælo & Aqua & Terra. Et hæc tria etiam formantur per opus distinctionis trium dierum. Primo die Cælum: secundo die distinguuntur Aquæ: tertio die fit distinctio in Terra, maris & aridæ. Et similiter in opere ornatus. Primo die, qui est quartus, producuntur luminaria, quæ mouentur in Cælo, ad ornatum ipsius. Secundo die, qui est quintus, aues & pisces, ad ornatum medij elementi, quia habent motum in aere & aqua, quæ pro vno accipiuntur. Tertio die, qui est sextus, producuntur animalia, quæ habent motum in Terra, ad ornatum ipsius. *Et alio in loco*. Dicit O pluraliter *Cæli*: quia comprehendit Cælum Empyreum (cujus ornatus sunt Angeli, qui facti etiam fuerunt, quamuis illud in Scriptura non sit euidenter expressum:) & aqueum Cælum, & Firmamentum, & omnes Orbes Planetarum. Per Terram autem innuit totam Mundi machinam inferiorem, sub orbe Lunæ conditam, quam vocamus naturam elementarem. Elementa etiam cum suis ornatibus comprehenduntur: bestię enim & homines sunt ornatus Terræ, aues Aeris, pisces Aquæ. *Enimverò absque hæsitatione vlla asserendum, quòd* distinctio rerum P & multitudo est ex intentione primi agentis, quod est Deus. Produxit enim res in esse propter suam bonitatem communicandam creaturis, & per eas repræsentandam. Et quia per vnam creaturam sufficienter repræsentari non potest, produxit multas creaturas & diuersas: vt quod deesset vni ad repræsentandam diuinã bonitatem, suppleatur ex alia. Nam bonitas, quę in Deo est simpliciter & vniformiter, in creaturis est multipliciter & diuisim. Vnde perfectiùs participat diuinam bonitatem, & repræsentat eam totum Vniuersum, quàm alia quæcunque creatura. Et quia ex diuina sapientia est causa distinctionis rerum; ideò Moyses dicit, res esse distinctas Verbo Dei, quod est conceptio Sapientiæ. Et hoc est, quod dicitur *Gen. cap.* 1. Dixit Deus: Fiat lux: & diuisit lucem à tenebris. *En mirabiles diuinæ sapientiæ effectus in productione rerum, & distinctione. Quò spectat & multiplex rerum gradus, ab eadem vtique diuina sapientia in Vniuerso institutus, ad multiformiter repræsentandam Dei similitudinem & bonitatem*. Videmus enim Q res quasdam infimi gradus participare diuinam similitudinem quantùm ad esse tantùm, velut inanimata: quædam autem quantùm ad esse, & viuere, vt plantæ: quædam autem quantùm ad sentire, vt animalia: supremus autem modus est per intellectum, & maximè Deo conueniens: *quo homines scilicet & Angeli perfectiùs, quàm cætera, Deo assimilantur*. *Et in hac quidem rerum diuersitate, distinctione, & ordine, Vniuersi pulchritudo consistit*. Ad rationem autem R pulchritudinis duo concurrunt *ex Dionysio*: scilicet consonantia & claritas. Dicit enim, quòd Deus est causa omnis pulchritudinis, in quantùm est causa consonantiæ & claritatis: sicut dicimus homines pulchros, qui habent membra proportionata, & splendentem colorem. (*Et obiter nota, quòd* species S propriè respicit pulchritudinem quantùm ad commensurationem membrorum: sed decor quantùm ad conuenientiam coloris & aliorum circumadjacentium.) *Elucet igitur Vniuersi pulchritudo in partium ejus proportione, siue commensuratione, & (vt vocat* Dionysius) *consonantia: atque in exteriori coloris & ejusmodi ornatu, qui nomine claritatis nec perperam exprimitur, eo quòd satis in creaturis relucet diuinæ Sapientiæ fulgor*: Vapor est enim (*diuina Sapientia*) virtutis Dei, & emanatio quædam est *claritatis* omnipotentis Dei sincera. Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula Dei majestatis, & imago bonitatis illius, *in creaturarum vniuersitate relucentis*. *Et ad Hebr.* 1. *dicitur* Splendor gloriæ & figura substantiæ ejus, portans omnia Verbo virtutis suæ &c.

m *Porrò imperscrutabilis diuinæ sapientiæ modus, quo creaturas condidit, distinxit, ornauit, innui videtur Iob* 38. Interrogabo te, & responde mihi. Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ? Indica mihi, si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras ejus, si nosti? vel quis tetendit super eam lineam? super quo bases illius solidatæ sunt? aut quis demisit lapidem angularem ejus, cum me laudarent simul astra matutina, & jubilarent om-

nes

Diuinæ Sapientiæ effectus ordinati.

L Rom. 13. l. 3. ibi.

Duplex in rebus ordo.

M 1. d. 44. q. 1. a. 2. In 2. d. 1. q. 2. a. 3. Ver. 5. 3. c. & 1. p. q. 103. a. 2. ad 3. & alibi pluries.

N 1. p. 70. 1. c.

Triplex diuinum opus in rerum productione: scilicet creationis, distinctionis, & ornatus.

Ornatus à perfectione differt.

O Gen. 1. in. ibi.

Quorsum distinctio rerum à Deo, & multitudo.

P 1. p. 47. 1. fi. c. & 2. cont. G. c. 39. Pot. 3. a. 1. ad 9. & a. 16. c. Op. 3. c. 72. & 73.

Ex diuina sapientia, rerũ distinctionis causa.

Q Op. 3. c. 75. & 1. p. 91. 2. fi. c. In 3. d. 8. a. c. q. 2. ad 3. & a. consequenti.

Pulchritudo Vniuersi.

Duo ad pulchritudinem requisita.

R 1. d. 31. q. 2. c. & d. 3. exp. 1. p. tex. & 4. de diu. Nom. l. 5. & 1. p. 39. 8. c. & 2. 2. 145. 2. c. & 180. 2. ad 3. Ps. 44. ibi, speciosus.

Species in quo differat à decore.

S Is. 53. ibi, species.

Diuinæ Sapientiæ modus, quo Mundum produxit, imperscrutabilis.

Digitized by Google

nes filij Dei? Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens, cum ponerem nubem vestimentum ejus, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem? Circundedi illud terminis meis, & posui vectem & ostia; & dixi: Vsque huc venies, & non procedes ampliùs: & hic confringes tumentes fluctus tuos. *Interrogabo te.* Hæc quidem T interrogatio Dei non est, vt addiscat, sed vt hominem de sua ignorantia conuincat. Interrogat autem ipsum de suis effectibus: inter quos incipit interrogare de principalibus partibus Mundi, inter quas Terra est nobis notior, vtpote propinquior. De qua interrogare incipiens dicit: *Vbi eras, quando ponebam fundamenta Terræ?*

T Iob 38. 1. 2. ibi. Et cap. 39. & 40. ibi, molem Terræ.

Et hoc primò in Terræ productione.

Rectè fundamento Terram comparat: quia sicut fundamentum est infima ædificij pars, ita etiam Terra est infimum corpus, quod subjacet omnibus. Et quia Terra est præcipuè materia humani corporis: materia autem tempore precedit id, quod ex ea fit, & multò magis ratio artificis, qui materiam condidit; ideò signanter dicit: *Vbi eras, quando ponebam fundamenta Terræ?* Ac si dicat: Cognoscere rationem fundationis Terræ non potes, quia cum Terra fundata est, nondum eras in rerum natura. Est autem considerandum, quòd quidam antiquorum situm Terræ & aliorum elementorum non attribuebant alicui rationi ordinanti, sed necessitati materiæ, secundùm quòd grauia leuibus succedunt. Vt autem hæc opinio excludatur, Dominus consequenter comparat fundationem Terræ fundationi ædificij, quę fit secundùm ędificatoris rationes: & similiter fundatio Terrę facta est secundùm prouidentiam diuinam, quam humana intelligentia comprehendere non valet. Et hoc signat, cum subdit: *Indica mihi, si habes intelligentiam.* Quasi dicat: Ideò horum rationem indicare non potes, quia adhęc capienda intelligentia tua non sufficit.

Sicut Artifex in ędificij fundatione quatuor disponit; ita & Deus.

Est autem considerandum, quòd artifex in ędificij fundatione quatuor disponit. Primò quidem, quantum debeat esse fundamentum: & similiter diuina ratione dispositum est, quòd tanta debeat esse quantitas Terrę, & non major vel minor. Et quantum ad hoc subdit: *Quis posuit mensuras ejus?* scilicet secundùm omnes dimensiones; & signanter dicit, *posuit*: non enim species Terrę ex necessitate talem quantitatem requirit; sed hęc quantitas est Terrę imposita ex sola ratione diuina, quam homo recognoscere non potest: & ideò subdit, *si nosti*: quia scilicet hęc homo nec noscere nec indicare potest. Secundò artifex per suam rationem disponit determinatum situm fundamenti, quem comprehendit per extensionem lineę mensuralis; vnde subdit: *Vel quis tetendit super eam lineam?* Per quam scilicet significatur ratio diuinę dispositionis, designans determinatum situm Terrę in partibus Vniuersi. Tertiò, excogitata quantitate fundamenti, & vbi collocandum sit, disponit artifex, in quo possit fundamentum firmiter collocari; & quantùm ad hoc subdit: *Super quo bases illius*, scilicet Terrę, *solidatæ sunt?* quia firmata est super centrum Mundi. Quartò, prędictis tribus excogitatis, artifex jam incipit jacere lapides in fundamentum, & primò lapidem angularem, ad quem diuersi parietes congregantur; & quantùm ad hoc subdit: *Aut quis demisit*; idest, deorsum misit, *lapidem angularem ejus?* per quem scilicet significatur ipsum centrum Terrę, cui diuersę partes Terrę connectuntur. Solet autem homo fundamentum ędificij collocare propter necessitatem habitationis: sed vt ostendatur Deus non ex indigentia fundamenta Terrę jecisse, subjungit: *Cùm me laudarent simul astra matutina.* Q. d. Quamuis adesset mihi habitatio Celi, cujus astra me laudant: (Ps. 17. *Celi enarrant gloriam Dei:*) Terram tamen fundaui non ex indigentia famulantium, qui eam inhabitarent, sed ex sola voluntate.

Quomodo dicantur astra Deum laudare.

Non autem hoc dicitur, quasi Cęlum priùs sit factum, quàm Terra: sed ad ostendendum, quòd ordine naturæ Cælum vel astra priora sunt Terrâ. Quòd autem dicuntur astra matutina Deum laudare: potest vno modo intelligi materialiter, in quantùm scilicet propter sui claritatem & nobilitatem erant materia diuinæ laudis; &, si non hominibus qui adhuc non erant, saltem Angelis qui jam erant: & secundùm illos, qui dicunt corpora cælestia animata, astra in suæ institutionis initio Deum laudabant, non laude vocali, sed mentali. Quod etiam potest referri ad Angelos, quorum ministerio cælestia corpora mouentur, vt quod subditur: *Et jubilarent omnes filij Dei*; referatur ad Angelos primæ hierarchiæ, quos *Dionysius* dicit esse collocatos in vestibulis Deitatis. Et ideò signanter illis, tanquam inferioribus, laudem: istis autem, tanquam superioribus, attribuit jubilationem, quæ excellentiam quandam laudis importat.

Discrimen inter laudem & jubilationem.

Præmisso de fundatione Terræ, subjungit consequenter de Aquis, quæ immediatè superponuntur Terræ. Videtur autem naturalis ordo elementorum requirere, vt Aqua ex omni parte circundaret Terram, sicut Aer ex omni parte circundat Terram & Aquam. Sed diuina dispositione factum est, propter generationem hominum, animalium, & plantarum, vt aliqua pars Terræ discooperta remaneret ab Aquis, Deo sua virtute Aquas maris sub certis limitibus retinente; vnde subdit: *Quis conclusit ostijs mare?* idest, certis terminis.

Diuinæ Sapientiæ modus & in aquarum productione admirabilis.

Fuerunt autem aliqui, qui putauerunt, per actionem Solis aliquam partem Terræ exsiccatam esse: sed Dominus ostendit, à principio ita fuisse dispositum, vt mare non vndique Terram operiret. Describit autem productionem maris sub similitudine natiuitatis rei viuentis, scilicet pueri: quia Aqua est res maximè formabilis in res viuas; vnde & omnia semina generatiua humida sunt.

Maris productio describitur.

Puer autem primò de vtero matris progreditur; & hoc signat, cum dicit: *Quando erumpebat, quasi de vulua procedens.* Vtitur autem in productione maris verbo *erumpendi*: quia scilicet proprium est Aquæ, quasi continuè moueri. Dicitur autem, *quasi de vulua procedens*; non quòd ortum habuit ex alia materia corporali: sed quia ex occulto diuinæ prouidentiæ procedebat, quasi ex vtero quodam. Secundò autem puer natus induitur; & quantùm ad hoc subdit: *Cùm ponerem nubem vestimentum ejus.* Quia enim nubes ex vaporibus resolutis ex aqua generantur; consequens est, vt in locis maritimis hujusmodi nubes magis multiplicentur. Tertiò autem puer natus quibusdam fasciis inuoluitur; & quantùm ad hoc subdit: *Et caligine illud, quasi pannis infantiæ, obuoluerem.* Et possunt per caliginem designari vapores non eleuati nec condensati in nubes, sed super maris superficiem, aerem obscurantes: & fortè alludit ei, quod dicitur Gen. 1. *Tenebræ erant super faciem abyssi.* Positis his, quæ pertinent ad nouam maris productionem, explicat ejus conclusionem, ac si dicat: Quando Mare de nouo factum est, tunc *circundedi illud terminis meis.*

Maris conclusio.

Et videtur tria ponere pertinentia ad conclusionem maris: quorum Primum signatur, cum dicit: *terminis meis*; idest, à me positis. Secundum signatur, cum dicit: *Et posui vectem.* Tertium, cum dicit: *Et ostia.* Hæc autem tria pertinent ad imperium diuinæ virtutis. Vnde, quasi exponens prædicta, subdit: *Et dixi: Vsque huc venies*: (quod pertinet ad rationem terminorum; nam terminus est vltimus motus:) *Et non procedes ampliùs*: (quod scilicet pertinet ad vectem, per quem processus alicujus impeditur:) *Et hic confringes tumentes fluctus tuos*: quod pertinet ad ostia, quæ adhoc ponuntur, quòd aliquis non passim egrediatur aut ingrediatur; sed secundùm certam regulam. Ita etiam mare non passim transgreditur littus, sed secundùm quamdam mensuram fluctuum intumescen-

mescen-

Digitized by Google

mescentium. (*Vide fusiùs eruditionem Authoris Iob 38. & 39.*) *Præfatos autem diuinæ sapientiæ effectus tangit & Psalmista Ps. 103. cum mirabundus ait:* Quàm magnificata sunt opera tua, Domine! Omnia in sapientia fecisti: impleta est Terra possessione tua: hoc mare magnum & spatiosum manibus &c.

Diuina sapientia altiùs emicat & in Cælorum productione.

n *Sed & circa mirabilem Cælorum productionem altiùs emicat diuina sapientia, nobis & in his potiori jure imperscrutabilis. Quod satis innuit idem Psaltes Ps. 18. cum protulit:* Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat Firmamentum. *Enarrant Cæli gloriam Dei*: quia V in eis est mira & ordinata distinctio, quæ est quædam redundantia illius infinitæ gloriæ. Et *Firmamentum* demonstrat nobis, quantùm Deus sit magnificus. Et sic in Cælorum distinctione apparet diuina sapientia; & ideò dicit: *Cæli enarrant*; idest, manifestant, *gloriam Dei, & Firmamentum annunciat opera manuum ejus*, per quæ opera apparet ejus virtus. *Idcircò vocantur Cæli, opera digitorum Dei*, *Ps.* 8. Videbo Cælos tuos, opera digitorum tuorum: *quia nimirum* quæ X cum digitis facimus, attentè & distinctè facimus. *Et iterum*: Quæ digitis facimus, subtilia opera sunt. *Quin & præallegatus Propheta Iob idem tangit cap. 9. cum ait:* Qui extendit Cælos solus, & graditur super fluctus maris. Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Austri. Qui facit magna & incomprehensibilia & mirabilia, quorum non est numerus. *Vbi Author*: Sciendum *inquit* quòd sapientia Y Dei in tribus præcipuè commendabilis apparet. Primò quidem in hoc, quòd aliqua magna suo intellectu & sapientia metiri potest; & quantùm ad hoc dicit: *Qui extendit Cælos solus*. In extensione enim Cælorum, magnitudo quantitatis eorum exprimitur; Sic igitur Deus solus extendisse Cælos dicitur, in quantùm ipse solus tantam quantitatem suà sapientià mensuratam Cælis dare potuit. Secundò Dei sapientia commendabilis apparet in hoc, quòd res variabiles, & quasi in incertum fluctuantes, incertum ordinem reducit; & suæ gubernationi subditas esse facit; & quantùm ad hoc subdit: *Et graditur super fluctus maris*. Fluctus enim maris inordinatissimi esse videntur, vtpote quia ventis varijs nunc hac nunc illac circumferuntur; & tamen super eos *Deus graditur*, in quantùm eos suæ gubernationi subdit. Tertiò Dei sapientia commendabilis apparet ex eo, quòd Deus multa condidit secundùm suæ sapientiæ rationem, quæ mirabilia hominibus apparent, & eorum rationē inuestigare non possunt. Et hæc præcipuè sunt, quæ in situ & dispositione stellarum apparent: quæ tamen à Deo sapientissimè & rationabiliter sunt instituta. Et hæc quidem enumerat, incipiens à polo septemtrionali, & procedens vsque ad polum meridionalem; vnde dicit: *Qui facit Arcturum*. Arcturus quidem est quædam constellatio in Cælo, quæ vocatur *Vrsa major*; & habet septem stellas claras, quæ nunquam nobis occidunt, sed semper circumeunt polum septemtrionalem. Sequitur: *Et Orionas*. Orion est quædam constellatio multùm euidens in Cælo propter sui magnitudinem, & claritatem stellarum, quæ dicuntur esse in Tauro & Geminis. Sequitur: *Et Hyadas*. Quæ sunt quædam stellę, in pectore Tauri (vt dicitur) existentes: & sunt etiam multùm notabiles visu. Sequitur: *Et interiora Austri*. Vbi considerandum est, quòd ijs, qui sub æquinoctiali habitant (si tamen aliqui ibi habitant) vterque polus conspicuus est, cum horizon eorum ad rectos angulos equinoctialem secet, & sic oporteat, quòd transeat per vtrunque polum ęquinoctialem; vnde vterque polus redditur eis conspicuus. Recedentibus autem ab equinoctiali, & accedentibus versus polum septemtrionalem, eleuatur super horizontem poli septemtrionalis, & deprimitur polus Australis secundùm modum elongationis ab ęquinoctiali. Vnde nobis, qui in parte septemtrionali sumus, polus Australis nunquam potest esse conspicuus. Et similiter stellę ei vicinę occultę sunt nobis secundùm quantitatem, qua elongantur ab ęquinoctiali. Et hę dicuntur hic *interiora Austri*: quia sunt nobis occulta, quasi sub horizonte abscondita & depressa. Et ne aliquis credat, quòd in predictis solùm diuina Sapientia manifestetur, ostendit consequenter, quod multa alia & similia innumerabilia Deus fecit, dicens: *Qui facit magna*. In quibus scilicet commendabilis apparet Dei sapientia ex commensuratione magnitudinis. Et hoc respondet ei, quod dixerat: *Qui extendit Cælos solus*. Sequitur: *Et incomprehensibilia*, siue *inscrutabilia*. Quę scilicet homines scrutari non possunt propter eorum instabilitatem: quę tamen diuina gubernatione ordinantur. Et hoc respondet ei, quod dixerat: *Et graditur super fluctus maris*. Sequitur: *Et mirabilia*. Quorum scilicet rationes homines considerare non possunt; licèt à Deo secundùm rationem sint facta. Et hoc respondet ei, quod dixerat: *Qui facit Arcturum &c.* Quod autem addit: *Quorum non est numerus*; ad singula referendum est: ita tamen, quòd intelligatur, diuina opera mirabilia esse hominibus: non tamen sunt mirabilia Deo, qui facit omnia in numero, pondere, & mensura, *vt dicitur Sap.* 11. (*Vide fusiùs comm. in Iob c. 38. & 39.*) *Et quidem* Mensura Z refertur ad substantiam rei, limitatam suis principijs: Numerus ad speciem: Pondus ad ordinem. Et ad hęc etiam reducuntur alia tria, quę ponit *Augustinus*, scilicet, Modus, Species, & Ordo. *Ex eodem enim Augustino*, Cujuslibet rei modum A Mensura pręfigit: Numerus speciem prębet: Pondus verò dat ordinem. *Et concludit Author*: Igitur B vnumquodque bonum, in quantum est perfectiuum secundùm rationem speciei & esse simul, habet modum, speciem, & ordinem. Speciem quidem, quantùm ad ipsam rationem: modum quantùm ad esse: ordinem, quantùm ad ipsam habitudinem perfectiui. *Alibi quoque idem exponitur*: Vt per *Mensuram* C quantitatem, siue modum, aut gradum perfectionis vniuscujusque rei intelligamus: per *Numerum* verò diuersitatem & pulchritudinem specierum, consequentem ex diuersis perfectionis gradibus: per *Pondus* verò inclinationes diuersas ad proprios fines & operationes, & ad propria agentia & patientia & accidentia, quę sequuntur distinctionem specierum. *Et ad illud Is. 40.* Quis mensus est pugillo aquas, & Cęlos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem Terrę &c. *scribit Author*: Ostendit hic D diuinam potentiam, simul & sapientiam, in commensuratione facili & creatione omnium rerum. Fecit enim omnia in *numero*, quantùm ad multitudinem productorum: *in mensura*, quantùm ad determinationem sub proprio esse: *in pondere*, quantùm ad inclinationem in finem.

V Ps. 18. ibi. Et Ps. 21 fi. & Ps. 49. ibi, annunciabunt.

Cur Cæli, opera dicantur digitorum Dei.

X Ps. 8. lit. c.

Sapientia Dei in tribus præcipuè commendabilis.

Y Iob 9. l. 2. ibi. Et c. 38. & 39. In 1. d. 43. q. 1. a. 1.

Arcturus quid.

Orion quid.

Quid Hyades.

Quid signetur per interiora Austri.

Præter hæc in plurimis alijs diuina sapientia elucet.

Numerus, pondus, & mensura ad quid referatur. Et modus, species, ac ordo.

Z 1. p. 45. 7. fi. c. In 1. d. 3. 2. 2. c. Op. 70. q. 4. a. 1. ad 1.

A Ver. 21. 6. in sed contra n. 5. & in corp.

B Ver. 1. c. fi. c.

C 3. cont. G. c. 97 post med.

D Is. 40. ibi.

o *Quòd si interiora in rationalibus creaturis, spiritualia nimirùm & supernaturalia diuinæ sapientiæ effecta pensemus, nempe gratiam, Sacramenta, virtutes, & dona: mirabilior adhuc & imperscrutabilior nostræ redditur menti sapientia diuina. Quo sensu legimus Prou. 9.* Sapientia ędificauit sibi domum, excidit columnas septem. *Cui respondet illud Apoc. 15.* Et vidi aliud signum in Cęlo magnum, & *mirabile*, Angelos septem &c. *Angelos septem*: idest E Prædicatores, qui dicuntur Angeli, quia missi, Matth. 10. *Ecce ego mitto vos*. Dicuntur autem septem propter septem virtutes, tres Theologicas, & quatuor Cardinales. Vel propter septem dona Spiritus sancti, quæ debent in se habere & alijs prædicare. Et hi septem Angeli significantur per *septem columnas* Prou. 9. quibus tota Ecclesia sustentatur. *Vel per columnas septem septem intellige Sacramenta*,

Interiora in rationalibus creaturis, diuinæ sapientiæ effecta mirabiliora.

E Apoc. 15. c. 2. ibi.

Videlicet Virtutes, Dona, Sacramenta &c.

quibus

Google

quibus spirituale fulcitur ædificium, & roboratur. Et hoc est, quod dicitur: Sapientia ædificauit sibi domum; *idest*, Ecclesiam F: ipse enim Christus (*increata nimirùm Sapientia*) per quem gratia & veritas est, tanquam legislator ædificauit Ecclesiam *medijs videlicet Sacramentis; idcircò additur*: excidit columnas septem, *per quas simul & virtutes insinuantur; vnde & ibidem subditur*: Proposuit mensam suam: misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, *Virtutes nimirùm*: (Sobrietatem enim & prudentiam docet, & justitiam & virtutem, *Sap*. 8.) Vbi, *subjicit Author*, sunt G diuersa fercula, scilicet diuersa documenta spiritualia, *ad animarum refectionem*, *Ps*. 22. Parasti in conspectu meo mensam; *& priùs præmiserat*: Dominus regit me. (*Quo in loco* legit Hieronymus H: Dominus pascit me. Et intelligitur de Christo, *qui æterna Sapientia est*:) Et nihil mihi deerit: in loco pascuæ, ibi me collocauit: *idest*, in loco pascuoso, vbi est abundantia herbarum, quæ sunt sacra documenta diuinæ Scripturæ, & spiritualium abundantia, Ezech. 34. *In herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur*. *Vel*, proposuit mensam suam; *& cit. Ps*. 22. Parasti in conspectu meo mensam; *videlicet*, Mensam I Sacramentalem, scilicet altaris: *Sacrosanctam nimirum Eucharistiam, quæ Sacramentum Sacramentorum est. Ex quo Prou*. 9. *cit. subjicitur ad hanc ejusdem Sapientiæ inuitatio*: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Quibus *inquit Author* verbis L Dominus (*hoc est, diuina Sapientia*) nos inuitat ad salutare conuiuium, in quo præparauit pretiosum cibum, & potum, scilicet corpus & sanguinem suum. *Quo sanè diuino conuiuio nullum dulcius animæ, nullum vtilius*. Nullum *siquidem* Sacramentum M est isto salubrius, quo purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium spiritualium charismatum abundantiâ impinguatur; *vt jamjam prætactum est. Quoniam verò ad Sacratissimam Eucharistiam, admirandum increatæ Sapientiæ adinuentum, non sine pœnitentia debet accedi: hanc quoque peccanti præstat animæ diuina Sapientia, de qua dicitur Sap*. 10. Hæc (*Sapientia scilicet*) illum, qui primus formatus est à Deo Pater Orbis Terrarum, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo. *Vnde & cap*. 16. *legitur*: Neque herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia. *De quo etiam cohærenter dicitur ad Hebr*. 1. Portansomnia Verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram majestatis &c. *Sermo enim Dei, Dei Sapientia est, & Verbum æternum, quod è Cælis, caro factum, ad hominem sanandum descendit; Sap*. 18. Omnipotens sermo tuus de Cælo à regalibus sedibus prosiliuit. *De quo pariter Ps*. 106. *prophetice canitur*: Misit Verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum. *Id quod & de cæteris dicito Sacramentis, quæ ad spiritualem animarum profectum à diuina Sapientia instituta sunt. Proinde ad hæc innuenda bene adaptatur illud Prou*. 9. *cit*. Sapientia ædificauit sibi domum; *sanctam videlicet Ecclesiam*: excidit columnas septem, *septem nimirùm Sacramenta: quæ & ad septem prænominatas virtutes, per septem columnas pariter signatas, ritè accommodantur*. Nam *Fidei* N respondet *Baptismus*, & ordinatur contra culpam originalem: *Spei extrema Vnctio*, & ordinatur contra culpam venialem: *Charitati Eucharistia*, & ordinatur contra pœnalitatem malitiæ: *Prudentiæ Ordo*, & ordinatur contra ignorantiam: *Iustitiæ Pœnitentia*, & ordinatur contra peccatum mortale: *Temperantiæ Matrimonium*, & ordinatur contra concupiscentiam: *Fortitudini Confirmatio*, & ordinatur contra infirmitatem. *Et hæc, præter materialem Vniuersi diuinâ Sapientiâ conditi decorem & ornatum*, Pulchitudo justitiæ *est, vt dicitur* Ier. 31. *De quibus omnibus fusiùs locis suis. En quomodo, inter spirituales diuinæ Sapientiæ effectus, gratia, Sacramenta, virtutes omnes recensentur & dona: quibus, vt ajebat Author*, mens omnium spiritualium charismatum abundantiâ impinguatur.

F *Ad Hebr*. 3. *l*. 1. *ibi, domus*.

G *Ps*. 22. *lit. b. ibi, mensam*.

H *Ibid. lit. a*.

I *Ibid. lit. b*.

L *Op*. 58. *c*. 1. *in*.

M *Op*. 57. *ad Mat. lect*. 3.

Septem Virtutibus tribus Theologicis & quatuor Cardinalibus septem ritè respondêt Sacramenta. N 3. p. 65. 1 *f*. *c*. *In* 4. *d*. 2. 1. 2. *f*. 1.

P *Veruntamen, ad diuinam hanc sapientiam, quantùm patitur humana conditio, participandam, donum in nobis sapientiæ exigitur, non ex nobis, sed diuinitus comparandum. Quid autem sit hoc sapientiæ donum, explicat Author, cum docet*, quòd secundùm Philosophum O in principio *Metaph*. ad sapientem pertinet considerare causam altissimam, per quam certissimè de alijs judicatur, & secundùm quam omnia ordinari oportet. Causa autem altissima dupliciter accipi potest: vel simpliciter, vel in aliquo genere. Ille ergo, qui cognoscit causam altissimam in aliquo genere, & per eam potest de omnibus, quæ sunt illius generis, judicare, & ordinare, dicitur esse Sapiens in illo genere, vt in Medicina, vel in Architectura, secundùm illud 1. Cor. 3. *Vt sapiens Architectus fundamentum posui*. Ille autem, qui cognoscit causam altissimam simpliciter, quæ est Deus, dicitur sapiens simpliciter, in quantum per regulas diuinas omnia potest judicare & ordinare. Hujusmodi autem judicium consequitur homo per Spiritum sanctum, secundùm illud 1. Cor. 2. *Spiritualis judicat omnia*: quia, sicut ibid. dicitur, *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei*. Et sic Sapientia est donum Spiritus sancti. *Porrò, in peccato mortali existens, hujusce doni capax non est*. Donum enim sapientiæ P facit rectitudinem judicij circa res diuinas, vel regulas diuinas de alijs, ex quadam connaturalitate siue vnione ad diuina, quæ quidem est per charitatem; & ideò sapientia, de qua loquimur, præsupponit charitatem: charitas autem non potest esse cum peccato mortali, *ac per consequens nec sapientia. Ex quo deducitur*, quòd sapientia Q quæ est donum, causam quidem habet in voluntate, scilicet charitatem; sed essentiam habet in intellectu, cujus actus est rectè judicare. *Et hanc quidem sapientiam per Christum habemus à Deo; vnde Apostolus* 1. *Cor*. 1. In Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo. *Videlicet*: quia R ei inhærendo, qui est Dei Sapientia, & participando ipsum per gratiam, sapientes facti sumus; & hoc *à Deo*, qui nobis Christum dedit, & nos ad ipsum traxit, *secundùm illud Io*. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. *Sanè solâ hac sapientiâ sapientes homines sunt; vnde & Sapiens* Sap. 7. *dicebat*: Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum, quæ mihi dantur: quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator: in manu enim illius, & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientia, & disciplina. Ipse enim dedit mihi horum, quæ sunt, scientiam veram. *Atqui cælestem sapientiam hanc stulti despiciunt homines; & sapientiam duntaxat Mundi, terrenorum amantes, amplexantur amentes, de qua Iac*. 3. Non est ista sapientia, desursum descendens: sed terrena, animalis, diabolica. *Desursum descendens*: idest S non à Deo, à quo est omne bonum, Iac. 1. *Omne donum perfectum desursum est &c*. Sequitur: *sed terrena*; idest, terrenæ gloriæ cupida. *Animalis*, quærens voluptuosa & carnalia, in quibus delectatur sensus, more animalium: non spiritualia, in quibus gaudet spiritus. *Et diabolica*, quærens dignitates, quas suggerit diabolus. Vel *terrena* propter concupiscentiam oculorum: *animalis* propter concupiscentiam carnis: *diabolica* propter superbiam vitæ (*propriam diaboli*.) Vel *terrena* propter diuitias: *animalis* propter delicias: *diabolica* propter honores. *Quocirca & alibi docentur*, quòd Bonum T dicitur dupliciter. Vno modo, quia est verè bonum & simpliciter perfectum: alio modo dicitur aliquid esse bonum secundùm quandam similitudinem quod est in malitia perfectum: sicut

Ad diuinam sapientiã participandam, exigitur in nobis sapientiæ donum. O 1. 2. 45. 1. c. & a. 4. & 5. 8. 5 c. Et 1. 2. 68. 5. ad 1. In 3. d. 35. 2. 1. 9. 1. & 2.

Quid hoc sit. Dupliciter accipitur causa altissima.

Quis sapiens in aliquo genere, quis simpliciter.

Peccato mortali obnoxius, hujusmodi incapax doni. P 2. 2. 45. 4. c. In 3 l. c. a. 1. q. 3.

Sapientia causam habet in voluntate, sed essentiam in intellectu. Q 2 ad c. a. a. 8. c. In 3. l. c.

Hanc à Deo per Christum habemus. R 1. Cor. 1. l. 4. ibi.

Ea despecta, terrenam sapientiam quærimus.

S Iac. 3. ibi.

Cur dicatur hæc terrena, animalis, & diabolica.

Hoc idem exponitur iterum. T 2. 2. 45. 1. ad 1.

Digitized by Google

Duplex bonum, simpliciter, & similitudinarie.

sicut dicitur bonus latro, vel perfectus latro, vt patet ex 5. *Metaph.* Et sicut circa ea, quæ sunt verè bona, inuenitur aliqua altissima causa, quæ est summum bonum, quod est vltimus finis, per cujus cognitionem dicitur homo verè sapiens: Ita etiam in malis est inuenire aliquid, ad quod alia referuntur sicut ad vltimum finem, per cujus cognitionem homo dicitur sapiens esse ad malè agendum, secundùm illud Ier. 4. *Sapientes sunt, vt faciant mala: bene autem facere nescierunt.* Quicunque autem auertitur à fine debito, necesse est, quòd aliquem finem indebitum sibi præstituat: quia omne *agens agit propter finem.* Vnde si præstituat sibi finem in bonis exterioribus terrenis, vocatur *Sapientia terrena*: si autem in bonis corporalibus, vocatur *Sapientia animalis*: si autem in aliqua excellentia, vocatur *Sapientia diabolica*, propter imitationem superbiæ diaboli, *de quo dicitur Iob* 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. *Hinc Apostolus* 1. *Cor.* 1. Quia in Dei sapiētia non cognouit Mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. *Vbi Author*: Et hoc V ideò (*inquit*) quia Mundus, idest mundani, non cognouerunt Deum per sapientiam ex rebus Mundi acceptam, & hoc *in Dei Sapientia*. Diuina enim sapientia faciens Mundum, sua judicia in rebus Mundi instituit, secundùm illud Eccli. 1. *Effudit illam super omnia opera sua*; ita quòd ipsæ creaturæ per sapientiam Dei factæ se habent ad Dei sapientiam, cujus judicia gerunt, sicut verba hominis ad sapientiam ejus, quam significant. Et sicut discipulus peruenit ad cognoscendum Magistri sapientiam per verba, quæ ab ipso audit: Ita homo poterat ad cognoscendum Dei sapientiam per creaturas ab ipso factas inspiciendo peruenire, secundùm illud Rom. 1. *Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* (*Quod & alibi eleganter docemur super illud Ps.* 44. Eructauit cor cor meum verbum bonum: Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. *Etenim* per linguam X & calamum operatio Dei designatur, conueniens linguæ & calamo. Operatio linguæ est, quòd per eam diffunditur sapientia cordis ad alios: per calamum autem designatur, quòd sapientia, quæ est in corde, transfunditur in materiam sensibilem, scilicet pergamenum. Deus autem & loquitur, & scribit. Loquitur, quando transfundit sapientiam suam in mentes rationales, Ps. 84. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Et hoc dicitur Verbum, quia per ipsum est omnis illuminatio, Io. 1. *Et Vita erat lux hominum.* Scribit: quia judicia suæ sapientiæ imprimit in creaturis, Rom. 1. cit. *Inuisibilia Dei &c.* Sicut enim respiciens librum, cognoscit sapientiam scribentis: ita cum nos videmus creaturas, cognoscimus sapientiam Dei. Calamus igitur est Verbum Dei.) *Damnatur propterea ab Apostolo terrena hominum sapientia, quæ magis elongantur à cognitione sapientiæ Dei, cum paulò ante cit. loco,* ex Is. cap. 29. & 33. *præmittit*: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor hujus seculi? *Isaias quoque cap.* 3. Ecce Dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalem & à Iuda judicem & prophetam & ariolum & senem, Principem super quinquaginta & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentem eloquij mystici. *Hujusmodi verò Mundi sapientes vel Deum ipsum ignorantem faciunt: quò facit illud Ps.* 93. Et dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. *At mox redarguuntur*: Intelligite insipientes (*re vera non sapientes*) in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? Qui corripit gentes, non arguet? Qui docet hominem scientiam? Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt; *consequenter vana & eorum sapientia: quæ & in sui ipsorum cedit ruinam. Quod satis innuitur* Is. 47. *cum dicitur*: Fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti: *Non est qui videat me.* Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te &c. Veniet super te malum, & nescies ortum ejus: & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare: veniet super te repentina miseria, quam nescies. *Vnde & Apostolus* 1. *Cor.* 3. *dictum affert Iob cap.* 5. *ex ore Domini dicentis*: Comprehendam sapientes in astutia eorum. *Comprehendit* enim Y Dominus *sapientes in astutia eorum*, quia per hoc ipsum, quòd astutè cogitant contra Deum, impedit Deus eorum conatum, & implet propositum suum: sicut per malitiam fratrum Ioseph, volentium impedire ejus principatum, impletum est per diuinam ordinationem, quòd Ioseph in Ægypto venditus principaretur. Vnde & ante præmissa verba dicit Iob: *Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant*: quia, *vt dicitur Prou.* 21. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum: *cujus immò sapientiâ omnis sapientia humana dissipatur.*

V 1.Cor.1.l.3. ibi.

Sapientia Dei in rebus creatis dignoscitur.

X Ps.44.lit.4. ft.

Quo sensu Deus & loqui & scribere dicatur.

Damnatur hujus Mundi sapientia de terrenis: & dissipatur à Deo.

Y 1.Cor.1.l.4. ibi.

Igitur abjicienda terrena hæc tam noxia sapientia, & cœlestis nobis ex corde amplexanda. Cujus conditiones, vt faciliùs à mundana discernatur, expendit B. Iacobus cap. 3. *suprà cit.* Quæ autem desursum est sapientia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordiâ, & fructibus bonis, non judicans, sine simulatione. *Quæ inquam desursum est sapientia*: idest Z à Deo, *Eccli.* 1. Fons sapientiæ, Verbum Dei in excelsis. *Primùm quidem pudica est*; idest, casta in se: hic est primus color in pictura sapientiæ, qua reformat imaginem Dei in anima per peccatum deformata, scilicet candor pudicitiæ. *Deinde pacifica* ad proximum, hominem pacificans cum Deo, hominem cum homine, & in eodem homine spiritum cum carne, vt carnem sibi subjiciat. *Modesta*, in omnibus operibus suis modum tenens. Modus est stare in medio, nec modium excedens, nec infrà subsistens: nec parum, nec nimis. *Suadibilis* ab alijs in corrigendis defectibus suis. Si in aliquo *ex glossa* minus agit propter negligentiam vel ignorantiam, suasioni bonorum assensum præbet. Cui ergo suaderi non potest, vt in aliquo se errasse recognoscat, sapientiâ caret. *Bonis consentiens*, amando & promouendo aliorum bona, & etiam imitando. *Plena misericordiâ*, releuando aliorum mala pœnæ: *& fructibus bonis*; idest, bonis operibus. *Misericordia*, quantùm ad affectum per compassionem: *fructus boni*, quantùm ad effectum per bonam operationem. *Non judicans*, quantùm ad intentionem aliorum, judicio scilicet suspicionis, vel condemnationis; *Nolite judicare, & non judicabimini*: *Nolite condemnare, & non condemnabimini*, Lucæ c. 6. *Sine simulatione*, quoad intentionem propriam. Possunt autem (*post pauca*) hæ octo conditiones sapientiæ reduci ad octo Beatitudines, *Matth.* 5. Ipsa enim sapientia *pudica est* per munditiam cordis: *pacifica* per pacificationem: *modesta* per paupertatem: *suadibilis* per mititatem: *bonis consentiens* per esuriem justitiæ: *plena misericordiâ* per misericordiæ amorem: *non judicans*, sed compatiens per luctum: *sine simulatione* per tolerantiam persecutionum. *Hanc verò cœlestem sapientiam quicunque exoptas in animæ profectum adipisci*, Deum time, & mandata ejus obserua, *Eccle.* 12. *Hoc enim vno, certo certiùs comparatur, Ps.* 110. Initium sapientiæ timor Domini: *quicunque autem verè Deum timet, procul dubio & illius custodit mandata.* DISCE non inniti prudentiæ tuæ, nec sapiens esse apud temetipsum, *Prou.* 3.

Cœlestis sapientiæ conditiones octo expenduntur.

Z Iac.3.B.

Quibus octo respondent beatitudines.

DEI

Digitized by Google

DEI PROVIDENTIA.

XV. Prouidentia Dei est reuerenda, bonitas diligenda, justitia metuenda. *Serm. in fe. S. Mich.*

1 P*Rouidentia dicitur à prouidendo. Prouidere enim est, ante siue à longe videre, quasi* procul videre; *hoc est, in futurum prospicere: sicut prosari futura prædicere, propriè sonat. Plures autem apud veteres circa diuinam prouidentiam irrepserunt errores, ex confusa vtique & imperfecta Dei O. M. cognitione promanantes.* Nam quidam A posuerunt nullius rei esse prouidentiam, sed omnia casu contingere. Et ista fuit positio *Democriti*, & quasi omnium Antiquorum naturalium, qui negauerunt causam agentem, & posuerunt tantùm causam materialem. Sed hæc positio satis efficaciter in Philosophia improbatur. *Alij* posuerunt, prouidentiam esse quarundam rerum, sed non omnium. Et hi diuiduntur in duas vias. Quædam enim positio est, quòd prouidentia Dei non se extendit nisi ad species, & non ad indiuidua, nisi quæ necessaria sunt: eo quòd ponebant, illud quod exit cursum suum, prouidentiæ legibus non subjacere: & ideò ea quæ frequenter deficiunt à cursu ordinato, non sunt prouisa, sicut particularia corruptibilia & generabilia. Et ista opinio imponitur *Aristoteli*, quamuis ex verbis suis expresse haberi non possit; sed *Commentator* suus expresse ponit eam *in 11. Metaph.* Dicit enim, quòd non est fas diuinæ bonitati habere solicitudinem de singularibus, nisi secundùm quòd habent communicationem in natura communi: sicut quòd aranea sciat facere telam, & hujusmodi. Sed hæc opinio expresse tollit judicium Dei de operibus hominum. Et ideò *alia positio* fuit, quòd Deus prouidentiam habet de omnibus, quæ dicta sunt, & vlteriùs de indiuiduis hominum, non tantùm secundùm quòd communicant in specie, sed etiam secundùm particulares actus eorum. Et hanc ponit *Rabbi Moyses*: & rationem assignat ex eo, quòd in homine etiam particulari inuenitur natura intellectualis, per quam comprehendit intellectu suo formam speciei, in quantùm est species: quia intellectus attribuit intentionem vniuersalitatis naturæ apprehensæ, quam non habet in rebus extra animam: & ideò indiuiduum hominis etiam non deseritur à Prouidentia, quæ est specierum; & præcipuè, quia communicat cum substantijs perpetuis, quarum etiam est per se prouidentia & secundùm indiuidua: & hoc quantùm ad nobiliorem partem ejus, quæ est intellectus. Sed quia diuina cognitio æqualiter est singularium & vniuersalium; & ejus, qui summè bonus est, est ordinare omnia ad finem, secundùm quòd nata sunt: non videtur conueniens, non omnium etiam singularium prouidentiam esse. Et præterea, hoc est expresse contra sententiam Domini Matth. 10. dicentis, quòd *vnus ex passeribus non cadit in terram sine Patre* cælesti; idest, sine prouidentia ejus. *Aliorum positio* est, quòd Deus omnium prouidentiam habeat. Sed horum quidam dicunt, omnium prouidentiam æqualiter esse: & hos necesse est incidere in tres errores. *Quidam* enim æstimantes, simul esse prouidentiam bonorum & malorum: cum hæc duo non possint esse intenta ab vno agente, coacti sunt ponere duos deos, quorum vnus prouidet bona, alius mala, secundùm hæresim *Manichæorum*. Et hæc positio sufficienter à Sanctis & philosophis improbata est: quia malum non habet causam efficientem, nec potest esse intentum. *Alij* æstimantes, quòd similiter sit prouidentia contingentium, & necessariorum, coacti sunt lib. arbitrium & contingentiam negare, asserentes, cuncta quæ prouidentiæ subjacent, ex necessitate euenire: quod ad sensum patet esse falsum. *Alij* æstimantes, similiter esse prouidentiam rationabilium & irrationabilium, coacti sunt ponere, quod nihil mali, etiam brutis, contingit, quod non sit in pœnam eis prouisum, vel in occasionem majoris præmij; vnde ponunt, quòd peccatum est occidere brutum, sicut & hominem: quod quidam hæretici nostri temporis sentire videntur. Sed quia hæc omnia à fide aliena sunt: ideò simpliciter dicendum est, quòd omnia prouidentiæ subjacent, sed non eodem modo: *quod in præsenti videndum est.*

Multiplex Antiquorum error de Prouidentia Dei.

A 1. d. 39. 2. 2. c. & 1. p. 22. 2. ad 3. & a. 3. c. & 25. 5. c. & 116. 3. c. & 2. 2. 83. 2. c. Pot. 1. 5. c. Ver. 5. a. 2. 3. & 6. de din. Nom. c. 3. l. 1. & 3. cen. G. c. 97. A.

Opinio Democriti.

Opinio Aristotelis & Commentatoris.

Rabbi Moyses.

Hæresis Manichæorum.

2 *Et quidem prouidentiam in Deo non possunt, nisi Deum impiè negantes, diffiteri. Hinc Sap.* 14. Tua autem, Pater, prouidentia gubernat: *nam & cap.* 8. Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. *Et Ps.* 146. Psallite Deo nostro in cithara: qui operit Cælum nubibus, & parat terræ pluuiam: qui producit in montibus fœnum & herbam seruituti hominum: qui dat jumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. *Et Ps. sequenti specialiter de hominibus*: Lauda Ierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion: qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te: qui dat niuem, sicut lanam &c. *vt mille omittam sac. paginæ testimonia, hanc asserentia veritatem. Est autem prouidentia* ratio B ordinis rerum in finem. *Vnde & alibi docemur, quòd* prouidentia C propriè est ad conferendum ea, quæ promouent in finem, & remouendum ea, quæ impediunt. *Cæterùm prouidentia plura includit, scientiam videlicet, voluntatem, dispositionem, & potentiam. Quocirca considerandum est, quòd* prouidentia D & dispositio diuersimodè considerata pertinent ad scientiam, voluntatem, & potentiam. Quod sic patet ex simili inducto. Potest enim aliquis artifex cognitionem habere de artificiatis speculatiuè tantùm, sine hoc quòd operari intendat: & sic prouidentia, & dispositio ejus pertinent tantùm ad scientiam. Secundùm autem quòd vlteriùs ordinat in opus cum proposito exequendi, pertinet ad scientiam & voluntatem. Secundùm autem quòd exequitur in opere, sic pertinet ad scientiam, voluntatem, & potentiam, per quam operatur. Ita etiam & in Deo est. Patet etiam, quòd primis duobus modis accepta, sunt æterna: sed tertio modo sunt ex tempore. *Igitur prouidentia* includit E & scientiam & voluntatem: sed tamen essentialiter in cognitione manet, non quidem speculatiua, sed practica: potentia autem, executiua est prouidentiæ. Vnde actus potentiæ præsupponit actum prouidentiæ, sicut dirigentis. *Hinc sequitur, omnia diuinæ subjecta esse prouidentiæ.* Cum enim F omne agens agat propter finem, tantùm se extendit ordinatio effectuum in finem, quantùm se extendit causalitas primi agentis. Causalitas autem Dei, qui est primum agens, se extendit vsque ad omnia entia, non solùm quantùm ad principia speciei, sed etiam quantùm ad indiuidualia principia, non solùm incorruptibilium, sed etiam corruptibilium. Vnde necesse est, omnia quæ habent quocunque modo esse, ordinata esse à Deo in finem, secundùm illud Apostoli ad Rom. 13. *Quæ à Deo sunt, ordinata sunt.* Cum ergo nihil aliud sit prouidentia, quàm ratio ordinis rerum in finem: necesse est, omnia in quantùm participant esse, in tantùm subdi diuinæ prouidentiæ. *Nihil igitur prouidentiæ diuinæ subtrahitur, nihil pariter diuinæ gubernationi. Quod probatur tum ratione causalitatis efficientiæ, tum ratione finis.* Nam secundùm eandem G rationem competit Deo esse gubernatorem rerum, & causam rerum: quia ejusdem est rem producere, & ei perfectionem dare, quod ad gubernantem spectat. Deus autem est causa non quidem particularis vnius generis rerum, sed vniuersalis totius entis. Vnde sicut nihil potest esse, quod non sit

Prouidentia quid.

B 1. p. 22. 1. & 2. c. In 1. d. 39. 2. 1. c. Ver. 5. 1. & 3. cen. G. c. 77.

C In 2. d. 11. 1. 3. in c. & in 2. loc. cit.

Plura includit.

D In 1. l. c. ad 1. & in c. & 1. p. 22. 1. ad 2. & 3. con. G. c. 97. Ver. 5. 1. c. & ad 9.

E Ver. l. c. ſ. c.

Omnia ei subjecta.

F 1. p. 22. 2. c. & 103. 5. Et in 1. d. 39. 2. 2. c. Ver. 5. a. 3. & 4.

G 1 p. 103. 5. c. & q. 22. a. 2. & 3. In 1. loc. Op. 6. 5. a. Op. 3. c. 133. Ver. 5. a. 2. & 4.

Digitized by Google

sit à Deo creatum: ita nihil potest esse, quod ejus gubernationi non subdatur. *Patet etiam* hoc idem ex ratione finis. In tantùm enim alicujus gubernatio se extendit, in quantùm se extendere potest finis gubernationis. Finis autem diuinæ gubernationis est ipsa sua bonitas: vnde, cùm nihil esse possit, quod non ordinetur in diuinam bonitatem, sicut in finem, impossibile est, quòd aliquod entium subtrahatur gubernationi diuinæ.

Stulta opinio contraria.

Stulta igitur fuit opinio dicentium, quòd hæc inferiora corruptibilia, vel etiam singularia, aut etiam res humanæ non gubernantur à Deo. Ex quorum persona dicitur *Ezech.* 9. Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. *Et Iob* 22. Quid enim nouit Deus? Nubes latibulum ejus, nec nostra considerat, & circa cardines Cæli perambulat.

H 1. d. 41. 2. 1. arg. 2.

Profectò sicut H Sol, *ajebat Dionysius*, non ratiocinans, neque præeligens, radios suos diffundit in omnia corpora: ita & diuina bonitas in omnes creaturas.

I *Ibid. ad* 2.

Quandoquidem, sicut I Sol nulli radios suos subtrahit: ita nec Deus munera bonitatis suæ. Quæ tamen non eodem modo in omnibus recipiuntur; & hujus diuersitatis Deus est cognitor & ordinator *per suam prouidentiam & gubernationem*: quod Soli corporali non competit.

An Deus omnibus immediatè prouideat.

L 1. p. 22. 3. c. & a. 1. ad 2. In 1. d. 39. 2. 1. ad 1. Op. 3. c. 124. & 3. con. G. c. 77.

An verò Deus omnibus immediatè prouideat: *Respondet Author*, *quòd* ad prouidentiam L duo pertinent (*vt & prætactum est*:) scilicet ratio ordinis rerum prouisarum in finem, & executio hujus ordinis, quæ gubernatio dicitur: (quorum M primum, *vt præinnuimus*, est æternum: secundum temporale.)

Gubernatio quid.

M 1. p. 22. 1. ad 2. In 1. d. 39. 1. c.

Quantùm igitur ad primum horum, Deus immediatè omnibus prouidet, qui in suo intellectu habet rationem omnium etiam minimorum; & quascunque causas aliquibus effectibus præfecit, dedit eis virtutem ad illos effectus producendos. Vnde oportet, quòd ordinem illorum effectuum in sua ratione præhabuerit. Quantùm autem ad secundum, sunt aliqua media diuinæ prouidentiæ: quia inferiora gubernat per superiora, non propter defectum suæ virtutis, sed propter abundantiam suæ bonitatis, vt dignitatem causalitatis etiam creaturis communicet.

Triplex prouidentia secundum Platonem, excluditur.

Et secundùm hoc excluditur opinio *Platonis*, quam narrat *Gregorius Nyssenus*, triplicem prouidentiam ponentis. Quarum *prima* est summi Dei; qui primò & principaliter prouidet rebus spiritualibus, & consequenter toti Mundo quantùm ad genera, species, & causas vniuersales. *Secunda* verò prouidentia est, qua prouidetur singularibus generabilium & corruptibilium. Et hanc attribuit dijs, qui circumeunt Cælos; idest, substantijs separatis, quæ mouent corpora cælestia circulariter. *Tertia* verò prouidentia est rerum humanarum, quam attribuebat dæmonibus, quos *Platonici* ponebant medios inter nos & deos, vt narrat *Augustinus* 9. de Ciu. Dei. *Et alibi*.

N 3. con. G. c. 83. & locis cit.

Quantùm N ad ordinis excogitationem rebus imponendi, Deus omnia per seipsum disponit. Vnde super illud Iob 34. *Quem constituit alium super terram? aut quem posuit super Orbem, quem fabricatus est?* dicit Gregorius: *Mundum quippe per seipsum regit, qui per seipsum condidit*. (*Et in alio in loco Author*: Sicut *inquit* ipse O per seipsum Orbem fabricatus est: ita etiam per seipsum Orbem gubernat & judicat. Habet quidem gubernationis suæ executores tanquam ministros: sed ipse est omnium ordinator.)

O *Iob* 34. *l.* 2. *ibi.*

Gubernat Deus inferiora per superiora.

Sed quantùm ad executionem, inferiora per superiora dispensat: corporalia quidem per spiritualia; vnde Gregorius dicit in 4. Dial. *In hoc Mundo visibili nihil, nisi per inuisibilem creaturam, disponi potest*. Inferiores verò spiritus per superiores; vnde dicit Dionysius cap. 4. Cæl. Hier. *Cælestes essentiæ intellectuales primò in seipsas diuinam edunt illuminationem, & in nos deferunt, quæ supra nos sunt, manifestationes*. Inferiora etiam corpora per superiora; vnde Dionysius dicit 4. cap. de diu. Nom. *Sol generationem visibilium corporum confert, & ad vitam ipsam mouet, & nutrit, & auget, & perficit, & mundat, & renouat*.

Solis causalitas in hæc inferiora.

t *Sanè* (*vt præmissi Antiquorum errores explodantur*) *omnia quidem diuinæ prouidentiæ subsunt, etiam mala*.

Bonum & malum, voluntarium & naturale, necessarium & contingens diuinæ subsunt prouidentiæ.

P *In* 1. *d.* 39. 2. 2. *f.* c. & *ad* 1. *Ver.* 5. 4. c. & 1. *p.* 22. 2. c. & *ad* 2. & 103. 5. *Op.* 3. c. 141. 142. & *cap.* 4. *de diu. Nom. l.* 23.

Bonum P & malum, *inquit Author*, subjacent diuinæ prouidentiæ; sed malum tanquam præscitum & ordinatum, sed non vt intentum à Deo: bonum verò quasi intentum. Sed necessarium ita, quòd deficere non possit: & contingens ita, quòd deficere possit. Et voluntarium ita, quòd pœnam vel præmium habeat, aut in præmium, vel in pœnam alicujus ordinetur. Naturale autem ita, quòd consequatur finem naturalem, si bonum est: & cedat in bonum alterius naturæ, si malum est.

Mala particularia permittit prouisor vniuersalis propter bonum commune: non ita potest prouisor particularis.

Q 1. p. 22. 2. ad 2. Op. 3. c. 142. & locis cit.

Quòd autem mala diuinæ subsint prouidentiæ, mirum non sit. *Nam* aliter Q dicendum de eo, qui habet curam alicujus particularis, & de prouisore vniuersali: quia prouisor particularis excludit defectum ab eo, quod ejus curæ subditur, quantùm potest: sed prouisor vniuersalis permittit, aliquem defectum in aliquo particulari accidere, ne impediatur bonum totius.

Mala in naturalibus sunt contra naturã particularem, sed intenta à natura vniuersali.

Vnde corruptiones & defectus in rebus naturalibus dicuntur esse contra naturam particularẽ, sed tamen sunt de intentione naturæ vniuersalis, in quantùm defectus vnius cedit in bonum alterius, vel etiam totius Vniuersi: nam corruptio vnius est generatio alterius, per quam species conseruatur. Cum igitur Deus sit vniuersalis prouisor totius entis, ad ipsius prouidentiam pertinet, vt permittat, quosdam defectus esse in aliquibus particularibus rebus, ne impediatur bonum Vniuersi perfectum. Si enim omnia mala impedirentur, multa bona deessent Vniuerso. Non enim esset vita leonis, si non esset occisio animalium: nec esset patientia Martyrum, si non esset persecutio tyrannorum. *Deus omnipotens* ex Augustino *nullo modo sineret, malum aliquod esse in operibus suis, nisi vsque adeò esset omnipotens, & bonus, vt benefaceret etiam de malo*.

R *Ver.* 5. 4. *f.* c. & *ad* 1. & 5. & 6. c.

Quicquid *igitur* est R in recto ordine prouidentiæ, cadit sub prouidentia non solùm sicut ordinatum ad aliud, sed sicut ad quod aliud ordinatur: sed illud, quod exit à recto ordine, cadit sub prouidentia solùm secundùm quòd ordinatur ad aliud, non secundùm quòd aliquid ordinatur ad ipsum. Sicut actus virtutis generatiuæ, qua homo generat hominem perfectum in natura, est ordinatus à Deo ad aliquid aliud, scilicet ad formam humanam, & ad ipsum ordinatur aliquid, scilicet vis generantis: sed actus deficiens, quo interdum monstra generantur in natura, ordinatur quidem à Deo ad aliquam vtilitatem, sed ad hunc nihil aliud ordinatur: incidit enim ex defectu alicujus causæ.

Duplex prouidentia, approbationis & cõcessionis, ex Damasceno.

Et respectu primi est prouidentia approbationis: respectu secundi est prouidentia concessionis. Quos duos modos prouidentiæ *Damascenus* ponit lib. 2. cap. 29. *Nec vel minimùm diuinæ obest prouidentiæ, mala plurima euenire*.

S *Op.* 3. c. 141. & 1. *p.* 22. 4. & 49. 2. *ad* 2. & 1. 2. 79. 2. c. *Pot.* 1. 6. *ad* 5. *Ma.* 3. 2. c. & 16. 7. *ad* 15. & 3. *con. G.* c. 71. & 162.

Etenim diuina prouidentia S manente, mala in Mundo accidere possunt propter defectum causarum secundarum. Videmus enim in causis ordinatis accidere malum in effectu ex defectu causæ secundæ: qui tamen defectus nullo modo à causa prima causatur: sicut malũ claudicationis causatur à curuitate cruris, non autem à virtute animæ motiua.

Malum in rebus causatur à defectibili causa, non à Deo.

Vnde quicquid est in claudicatione de motu, refertur in virtutem motiuam, sicut in causam: quicquid autem est ibi de obliquitate, non causatur à virtute motiua, sed à cruris curuitate: Et ideò quicquid mali in rebus accidit, quantùm ad hoc, quòd esse, vel speciem, vel naturam aliquam habet, reducitur in Deum sicut in causam: non enim potest esse malum, nisi in bono. Quantùm verò ad id, quod habet de defectu, reducitur in causam inferiorem defectibilem.

u Sed

Digitized by Google

Tria prouidentiæ diuinæ certitudinem faciunt.
T Op. eod. c. 140. Ver. 5. a. 1. & 2. & 1. p. 22. 4. In 1. d. 3. 2. 2. & 3. con. G. c. 72. 75.
His rerum contingentia non repugnat.

u *Sed nec officit prouidentiæ diuinæ effectuum contingentia*. Tria enim T sunt, quæ prouidentiæ certitudinem præstare videntur: scilicet infallibilitas diuinæ præscientiæ, efficacia diuinæ voluntatis, & sapientia diuinæ dispositionis: quæ vias sufficientes ad effectum consequendum adinuenit, quorum nullum contingentiæ rerum repugnat. Nam scientia Dei infallibilis est etiam contingentium futurorum, in quantùm Deus intuetur in suo æterno futura, prout sunt actu in suo esse. Voluntas etiam Dei, cum sit vniuersalis rerum causa, non solùm est de hoc, quòd aliquid fiat, sed vt sic fiat. Hoc igitur ad efficaciam diuinæ voluntatis pertinet, vt non solùm fiat quod Deus vult, sed vt hoc modo fiat, quomodo illud fieri vult. Vult autem quædam fieri necessariò, & quædam contingenter: quia vtrumque requiritur ad complementum esse Vniuersi. Vt igitur vtroque modo res prouenirent, quibusdam adaptat necessarias causas, quibusdam verò contingentes: vt sic, dum quædam fiunt necessariò, quædam contingenter, diuina voluntas efficaciter impleatur. Manifestum est etiam, quòd per sapientiam diuinæ dispositionis, prouidentiæ certitudo seruatur, contingentia rerum manente. Nam si hoc per prouidentiam hominis fieri potest, vt causæ, quæ deficere potest ab effectu, sic ferat auxilium, vt interdum indeficienter sequatur effectus, sicut patet in medico sanante, & in vineæ cultore contra sterilitatem vitis adhibendo remedium: multò magis hoc ex sapientia diuinæ dispositionis contingit, vt, quamuis causæ contingentes deficere possint, quantùm est de se, ab effectu; tamen, quibusdam adminiculis adhibitis, indeficienter sequatur effectus: quod ejus contingentiam non tollit. *Denique* considerandum est V quòd necessarium & contingens propriè consequuntur ens, in quantùm hujusmodi: vnde modus contingentiæ & necessitatis cadit sub prouisione Dei, qui est vniuersalis prouisor totius entis: non autem sub prouisione aliquorum particularium prouisorum. *Ex quibus non excluduntur à diuinæ prouidentiæ ordine casualia, & fortuita, quæ fortunæ attribuimus*: (Te facimus, Fortuna, Deam Cæloque locamus, *canebat ille*:) *sicut nec ea, quæ necessariò eueniunt*. *Quocirca sciendum, quòd* quamuis omnia X etiam minima, diuinitus dispensentur: nihil tamen prohibet, aliqua accidere à casu & fortuna. Contingit enim, aliquid respectu inferioris causæ esse fortuitum & casuale, dum præter ejus intentionem aliquid agitur: quod tamen non est fortuitum vel casuale respectu superioris causæ, præter cujus intentionem non agitur, sicut patet de domino, qui duos seruos ad eundem locum mittit, ita quòd vnus ignoret de alio: horum concursus casualis est quantùm ad vtrumque, non autem quantùm ad dominum. Sic igitur, cum aliqua accidunt præter intentionem causarum secundarum, fortuita sunt vel casualia, habito respectu ad illas causas: & simpliciter casualia dici possunt, quia effectus simpliciter denominantur secundùm conditionem proximarum causarum. Si verò habeatur respectus ad Deum, non sunt fortuita, sed prouisa. Ex hoc autem apparet, quæ sit ratio fati. Cum enim multi effectus inueniantur casualiter prouenire secundùm considerationem secundarum causarum, quidam hujusmodi effectus in nullam superiorem causam ordinantem eos reducere volunt: quos totaliter negare fatum, necesse est. Quidam verò hos effectus, qui videntur casuales & fortuiti, in superiorem causam ordinantem eos reducere voluerunt: sed corporalium ordinem non transcendentes, attribuerunt ordinationem corporibus primis, scilicet cælestibus: & hi fatum esse dixerunt vim positionis siderum, ex qua hujusmodi effectus contingere dicebant. Sed quia intellectus & voluntas, quæ sunt propria principia humanorum actuum, propriè corporibus cælestibus non subduntur, non potest dici, quòd ea, quæ casualiter vel fortuitò in rebus humanis accidere videntur, reducantur in corpora cælestia, sicut in causam ordinantem. Fatum autem non videtur esse, nisi in rebus humanis, in quibus est fortuna: de his enim solent aliqui quærere, futura cognoscere volentes, & de his à diuinantibus responderi consueuit; vnde & fatum à fando est appellatum: & ideò sic fatum ponere, est alienum à fide. Sed quia non solùm res naturales, sed etiam res humanæ, diuinæ prouidentiæ subduntur: quæ casualiter in rebus humanis accidere videntur, in ordinationem diuinæ prouidentiæ reducere oportet: & sic necesse est ponere fatum, ponentibus, diuinæ prouidentiæ omnia subjacere. Fatum enim sic acceptum se habet ad diuinam prouidentiam, sicut proprius ejus effectus: est enim explicatio diuinæ prouidentiæ rebus adhibita, secundùm quòd *Boetius* dicit, quòd *Fatum est dispositio*, idest ordinatio, *immobilis, rebus mobilibus inhærens*. Sed quia cum infidelibus, quantùm possumus, nec nomina debemus habere communia: ne à non intelligentibus erroris occasio sumi possit, cautius est fidelibus, vt fati nomen reticeant, propter hoc quòd fatum conuenientiùs & communiùs secundùm primam acceptionem sumitur. Vnde & *Augustinus* dicit 5. de Ciu. Dei: *Si quis secundo modo fatum esse credat, scientiam teneat, & linguam corrigat*. Fatum *ergo* secundùm considerationem Y secundarum causarum mobile est: sed secundùm quòd subest diuinæ prouidentiæ, immobilitatem sortitur; non quidem absolutæ necessitatis, sed conditionatæ: secundùm quòd dicimus, hanc conditionalem esse veram, vel necessariam: Si Deus præsciuit hoc futurum, erit.

Necessarium & contingens consequuntur ens, in quantùm hujusmodi.
V 1. p. 22. 4. ad 3.
An fortuita & casualia diuinæ subsint prouidentiæ.
X Op. 3. c. 137. & 138. & fusius Op. 28. Ver. 5. 1. ad 1. & 5. Quod. 12. a. 4. & 3. con. G. c. 93. & 1. p. 116. In 1. d. 39. 2. 1. ad 5. Matth. 2. lit. a, ibi, stellam.
Fatum quid sit, & an prouidentiæ diuinæ attribuatur.
De fato opiniones.
Vnde nomen hoc deriuetur.
Quo sensu liceat fatum accipere.
Mobile & immobile ex diuerso respectu.
Y 1. p. 116. 3. & 3. c. Ver. 5. 1. ad 5. & locis cit.

x *Ex quo sequitur, oportere ipsas quoque voluntates humanas, & electiones, diuinæ prouidentiæ subditas esse*. Omnia enim Z quæ Deus agit, ex ordine prouidentiæ suæ agit: cum igitur ipse sit causa electionis & voluntatis nostræ, electiones & voluntates nostræ diuinæ prouidentiæ subduntur. *Vlterius*: Gubernatio A prouidentiæ ex amore diuino procedit, quo Deus res à se creatas amat: in hoc enim præcipuè consistit amor, quòd amans amato bonum velit. Quantò ergo Deus aliqua magis amat, tantò magis sub ejus prouidentia cadunt. Hoc autem & Sacra Scriptura docet in Ps. 144. dicens: *Custodit Dominus omnes diligentes se*. Et Philosophus in 10. Ethic. c. 14. sic tradit, quòd *Deus maximè curat de his, qui diligunt intellectum, tanquam de suis amicis*. Ex quo etiam habetur, quòd maximè substantias intellectuales amat. Sub ejus igitur prouidentia cadunt earum voluntates & electiones. *Sane* liberum arbitrium B est causa sui motus: quia homo per lib. arbitrium seipsum mouet ad agendum. Non tamen hoc est de necessitate libertatis, quòd sit prima causa sui, id quod liberum est: sicut nec ad hoc, quòd aliquid sit causa alterius, requiritur quòd sit prima causa ejus. Deus igitur est prima causa mouens & naturales causas & voluntarias. Et sicut naturalibus causis, mouendo eas, non aufert, quin actus earum sint naturales: ita, mouendo causas voluntarias, non aufert, quin actiones earum sint voluntariæ; sed potiùs hoc in eis facit: operatur enim in vnoquoque secundùm ejus proprietatem. Et sic C non repugnat libertati, quod Deus est causa actus lib. arbitrij: *vnde & humanæ electiones diuinæ procul dubio prouidentiæ subsunt*. Enimuerò in hoc D quod dicitur Eccli. 15. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui*; non excluditur homo à diuina prouidentia: sed ostenditur, quòd non præfigitur ei virtus operatiua determinata ad vnum, sicut rebus naturalibus, quæ aguntur tantùm, quasi ab altero directæ in finem: non autem

Hominis voluntas & electio, diuinæ subsunt prouidentiæ.
Z 3. con. G. c. 90. n. 1. & c. 71. & 113. & 1. p. 22. 2. c. & ad 4. Ver. 5. 5. Op. 3. c. 129. 143.
Prouidentia Dei ex ejus amore.
A 3. con. G. l. c. n. 3.
B 1. p. 83. 1. ad 3. Ma. 3. 2. ad 4. Ver. 24. 1. ad 3. & 5. & 1. con. G. c. 85. In 2. d. 25. 1. 2. ad 4. & 3.
C Malo loco cit.
Exponitur illud Eccli. 15. Reliquit Deus hominem in manu consilii sui.
D 1. p. 22. 2. ad 4. Ver. 5. 5. ad 4.

H seipsa

se ipsa agunt, quasi se dirigentia in finem, vt creaturæ rationales per liberum arbitrium, quo consiliantur & eligunt; vnde signanter dicit; *In manu consilij sui*. Sed quia ipse actus liberi arbitrij reducitur in Deum, sicut in causam: necesse est, vt ea, quæ ex libero arbitrio fiunt, diuinæ prouidentiæ subdantur. Prouidentia enim hominis continetur sub prouidentia Dei, sicut causa particularis sub causa vniuersali. *Et in hoc sensu dicit Apostolus* 1. *Cor*. 9. Nunquid de bobus cura est Deo? *Nam*, quia E creatura rationalis habet per liberum arbitrium dominium sui actus, speciali quodam modo subditur diuinæ prouidentiæ, vt scilicet ei imputetur aliquid ad culpam, vel ad meritum, & reddatur ei aliquid vt pœna, vel præmium. Et quantùm ad hoc, curam Dei Apostolus à bobus remouet; non tamen ita, quòd indiuidua irrationalium creaturarum ad Dei prouidentiam non pertineant, vt *Rabbi Moyses* existimauit. *Quod roboratur magis ex verbis Domini Matth.* 10. *dicentis*: Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt, Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. *Vbi Author*: Per passeres *inquit* dat F intelligere omnes aues paruas. *Asse veneunt*: In hoc notat vilitatem, quia duo habentur pro asse; sicut enim vnitas est minimum in numeris, ita as in ponderibus: (*vt innuat, omne vel minimum animalium indiuiduum diuinæ subesse prouidentiæ*:) *Et vnus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro*; idest, sine prouidentia Patris. Et consonat verbum istud verbo legis *Leu*. 14. quòd cum aliquis curabatur à lepra, offerebat duos passeres: & vnus immolabatur, alter verò cum ligno cedrino, & hyssopo intingebatur in sanguine occisi, & aspergebatur mundandus; & sic viuus dimittebatur. Vult ergo, quòd duo accipiuntur, & vnus non occiditur: & hoc non fit sine prouidentia Dei. (*Ex Hilario*, per duos passeres intelliguntur corpus & anima: & dantur pro asse; idest, pro modica delectatione, Is. 50. *Ecce in iniquitatibus venditi estis &c.* Et istorum vnus solus cadit in terram, scilicet corpus: anima autem tendit ad judicium.) Et cum objicitur ex Apostolo loco suprà cit. quòd *Deo non est cura de bobus*: ergo nec de passeribus. Dicendum, quòd Deo est cura de omnibus, vt habetur Sap. 12. *Non est alius Deus, quàm tu, cui cura est de omnibus*. Sed sciendum, quòd prouidet omnibus secundùm modum suæ naturæ. Hæc autem est diuersitas in rebus creatis: quòd quædam sunt naturaliter liberæ, aliæ verò non. Illa dicitur creatura libera, in cujus potestate est, quòd faciat quod vult: non libera, quæ hoc non habet. Vnde prouidet rationalibus tanquam liberis, sed prouidet alijs tanquam seruis: sicut Paterfamilias aliter prouidet liberis, aliter seruis. Liberis prouidet propter seipsos, sed seruis secundùm quòd sunt in vsum dominorum, & etiam secundùm quòd vnusquisque magis aptus est ad seruiendum. Sic diuina misericordia rationalibus distribuit propter seipsos, quia totum fit propter bonum eorum, vel propter malum: vnde eis omnia sunt præmia, vel pœnæ meritorum. Quæ autem irrationabilibus fiunt, vel ad salutem hominum fiunt, vel ad completionem Vniuersi, vt habetur 3. *Reg*. 13. quòd quidam propheta occisus est à leone, & hoc propter culpam. Mus occiditur à cato, ad seruandum bonum Vniuersi: hic est enim ordo Vniuersi, vt vnum animal viuat de alio. Ideò consequenter ostendit, aliam curam Deum habere de hominibus, & de brutis, cum dicit: *Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt*. Ostendit enim, quòd differentia est prouidentiæ Dei, ex quo diuersimodè prouidet. Dixerat enim, quòd de passeribus *vnus non cadit in terram sine Patre*: hic verò dicit, quòd nedum vos non cadetis, sed *nec capilli vestri*. Et hic notat prouidentiam circa minimos actus. Sed notandum, quòd dicit: *numerati sunt*; cujus ratio est, quia consuetum est, quòd illud, quod vult aliquis sibi retinere, numerat: quod vult autem dispensare, alij tradit. Vnde hæc est differentia inter prouidentiam rationabilium, & aliorum, quia immediatè ordinantur ad Deum: talis enim creatura, capax Dei est; aliæ verò non. Item quæ numeramus, nobis conseruare volumus: & ideò non dixit, quòd passeres numerati sunt, quia non in perpetuum durant: sed homines ita sunt, vt in perpetuum durent, quia anima perpetua est. *Hinc ad illud Iob c.* 7. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? *cohærenter docemur, quòd* secundùm quòd aliqua G perpetua sunt, propter se disponuntur à Deo; secundùm quòd autem corruptibilia sunt, propter aliud. Quæ ergo perpetua sunt & specie & indiuiduo, propter se gubernantur à Deo. Quæ autem sunt corruptibilia indiuiduo, perpetua specie tantùm: secundùm speciem quidem propter se dispensantur à Deo, secundùm autem indiuiduum propter speciem tantùm; sicut bonum & malum, quod accidit in brutis animalibus: vtpote quòd hæc ouis occiditur ab hoc lupo, vel aliquod aliud hujusmodi, non dispensatur à Deo propter aliquod meritum, vel demeritum hujus lupi, vel hujus ouis, sed propter bonum specierum. Et hoc est, quod dicit: *Aut quid apponis erga eum cor tuum?* dum scilicet ei prouides propter ejus bonum. Non *apponit* autem in brutis erga singularia *cor suum*, sed erga bonum speciei, quod potest esse perpetuum. *Quibus omnibus satis ostenditur specialior Dei circa hominem prouidentia*: (*& hæc quidem* solicitudo H quam Deus specialiter habet de homine, demonstrat, aliam esse vitam hominis post corporis mortem) *præsertim verò de homine justo: ex quo de Dauid profertur illud* 1. *Reg*. 13. (*Et Act*. 13.) Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum: *de quo Num. seq.*

y *Postremò, præter ordinem diuinæ prouidentiæ nil prorsus euenire posse, fatendum est. Et quamuis aliquando contrarium videatur accidere, hoc euenire dicitur, non quatenus est à Deo, sed ex parte rerum, & respectu alicujus particularis causæ, non vniuersalis, qualis est Deus, vt prætactum est*. Ordinem enim vniuersalem I secundùm quem omnia ex diuina prouidentia ordinantur, possumus considerare dupliciter; scilicet quantùm ad res, quæ subduntur ordini, & quantùm ad ordinis rationem, quæ ex principio ordinis dependet. Res autem, quæ à Deo sub ordine ponuntur, proueniunt ab ipso, non sicut ab agente per necessitatem naturæ, vel cujuscunque alterius: sed ex simplici voluntate, maximè quantùm ad primam rerum institutionem. Relinquitur ergo, quòd præter ea, quæ sub ordine diuinæ prouidentiæ cadunt, Deus aliqua facere potest; non autem est ejus virtus ad has vel illas res obligata. Si autem consideremus prædictum ordinem quantùm ad rationem à principio dependentem: sic, præter ordinem illum Deus facere non potest. Ordo enim ille procedit ex scientia & voluntate Dei omnia ordinante in suam bonitatem, sicut in finem. Non est autem probabile, quòd Deus aliquid faciat, quod non sit ab eo volitum. Neque etiam est probabile, ab eo aliquid fieri, quod ejus scientiâ non comprehendatur. *Enimuerò*, cum Deus L sit prima causa vniuersalis, non vnius generis tantùm, sed totius entis, impossibile est, quòd aliquid contingat præter ordinem diuinæ gubernationis. Sed ex hoc ipso, quòd aliquid ex vna parte videtur exire ab ordine diuinæ prouidentiæ, qui consideratur secundùm aliquam particularem causam, necesse est, quòd in eundem ordinem relabatur secundùm aliam causam.

Prouidentia hominis sub prouidentia Dei.

Exponitur illud 1. Cor. 9. *Nunquid de bobus cura est Deo?*

E *Ibid. ad* 5. *&* 9. 103. 5. *ad* 2. *&* 3. *cont. G. c.* 113.

F *Matth.* 10. *lit. b. ibi. Ver.* 5. 6. *c. Op.* 7. 5. 2. *&* 1. *p.* 103. 2. *c.*

Ostenditur Dei prouidentia de singulis brutis, sed specialior de homine.

Corpus & anima pro minima amittuntur delectatione.

Exponitur illud: *Vestri capilli capitis omnes numerati sunt*.

G *Iob* 7. *l.* 4. *ibi. Rom.* 8. *l.* 6. *sub initio & loc. cit.*

H *Ibid. post pauca.*

Specialis Dei cura de homine, ostendit aliam esse hominis vitam post mortem corporis.

An quidquam præter diuinæ ordinationem prouidentiæ possit euenire.

I 3. *cont. G. c.* 98.

L 1. *p.* 103. 7. *fi. c. & ad arg. & q.* 22. 2. *ad* 1 *In* 2. *d.* 6. 1. 1. *ad* 3. *Pot.* 1. 4. *&* 3. *cont. G. d. c.* 98.

z Quæ

2 *Quæ cum ita sint, vnde est, quòd non pauci ex fidelibus, quasi Deo nulla de nobis cura esset, neque illius prouidentiam admirantur, neque judicium timent? non secus ac ante legem homines impij, de quibus dicitur ad Rom.5.* Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. *Quod est intelligendum*: non quin imputaretur M quasi puniendum apud homines, cum quidam legantur ante legem puniri ab hominibus pro peccatis, vt patet Gen. 40. (*de pistorum Magistro, quem Pharao suspendit in patibulo.*) Sed non imputabatur quasi à Deo puniendum. Tunc enim non credebant homines, quòd Deus humana facta vel puniret vel præmiaret, secundùm illud Iob 22. *Circa cardines Cœli perambulat, nec nostra considerat.* Sed postea, lege diuinitus data, innotuit, quòd peccata imputantur à Deo ad pœnam, & non solùm ab hominibus. Et ideò, quia homines non credebant, se puniendos à Deo pro peccatis, liberè & absque fræno peccabant vbi humanum judicium non timebant. *Non minùs & modò homines quidam scelesti, ac si* Deus *non esset ipsorum* judex, *& quidem* justus, fortis (*quamuis ex suæ largitate pietatis, vel ad seuerius judicium* & patiens) *impudenter tota die peccant: cum tamen, vt supremus Dominus omnium, metuendus summopere sit, & vt liberalissimus in prouidentia Pater* (*Sap.* 14. Tua autem, Pater, prouidentia gubernat) *totis viribus diligendus, omnique honorandus obsequio, Mal.* 1. Si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? Et, si Dominus ego sum, vbi est timor meus? *Deus siquidem* dicitur N Pater ratione specialis creationis, quia creauit nos ad imaginem & similitudinem suam, quam alijs creaturis inferioribus non impressit, Deut.32. *Nunquid non ipse est Pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?* Item ratione gubernationis: quanquam enim omnia gubernet, nos tamen gubernat vt dominos, alia vt seruos; Sap.12. *Tu autem, dominator virtutis, cum tranquillitate judicas, & cum magna reuerentia disponis nos.* (*Quod facit & illud Matth.6.* Respicite volatilia Cœli, quæ non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester cœlestis pascit illa. *Vbi* dicit, *Pater* O *vester*, non *illorum*: quia propriè Pater est rationalis creaturæ: *pascit illa*, de quo Ps.146. *Qui dat jumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Vnde & subdit: *Nonne vos magis pluris estis illis?* idest, majoris valoris. Homo enim omnibus præponitur, Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram;* & statim sequitur: *& præsit piscibus maris, & volatilibus Cœli &c.*) Item ratione adoptionis: quia alijs creaturis dedit quasi munuscula, nobis autem hereditatem; & hoc, quia filij: sed *si filij, & heredes*, Rom.8. *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum* (qualis in veteri lege) *sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba Pater.* Debemus autem nos ei tria. Primò honorem, Mal. 1. cit. *Si Pater ego sum, vbi est honor meus?* Qui consistit in tribus. In laudis datione, quoad Deum, Psal.49. *Sacrificium laudis honorificabit me*: quæ non solùm debet esse in ore, sed etiam in corde, Is. 29. & Matth. 15. *Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè est à me.* In corporis puritate, quoad seipsum, 1. Cor. 6. *Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* In judicij æquitate, quoad proximum, Ps.98. *Honor Regis judicium diligit.* Secundò debemus ei imitationem, quia Pater est, Ier. 3. *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis*: quæ perficitur *specialiter* in dilectione, Ephes. 5. *Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione.* Tertio debemus ei obedientiam, *Hebr.*12. Non multò magis obtemperabimus Patri spirituum? *Et quidem, nedum vt Patri, sed &* propter dominium: ipse enim est Dominus, Exod.24. *Omnia, quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes. Cui & timor adijcitur, Mal.1.cit.* Et, si Dominus ego sum, vbi est timor meus? *Nec enim contra impios, diuinæ in prouidentia largitati ingratos, adhuc esse destitit* vltionum Deus. *Vnde & Luc.* 18. *postquam dictum est de illis, qui* neque Deum timent, neque hominem reuerentur, *statim subijcitur à Domino*: Dico vobis, quia Deus citò (*nota*) faciet vindictam illorum. *Et ad Hebr.*10. Mihi vindicta, & ego retribuam; *vel secundùm aliam literam*: Mea est vltio. *Timendus ergo, honorandus, & laudandus beneficus Creator noster, Conseruator noster, Prouisor noster, cum quatuor mysticis animalibus Apoc. 4. Quæ* requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus &c. *Vbi* notatur P continuatio in laudando. *Die ac nocte*; idest, in prosperis vel aduersis. Quidam enim laudant Deum in prosperis tantùm, Zach. 11. *Benedictus Dominus, diuites facti sumus.* Et Psal. 48. *Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Non ita Dauid piissimus Rex, qui* Psal.33. *immò canebat*: Benedicam Dominum in omni tempore; *scilicet*, aduersitatis Q & prosperitatis. *Et iterum*: semper laus ejus in ore meo. *Semper* autem dicit: idest, in omni statuto tempore: vel in præparatione animi: vel *semper* benefaciendo, quo Deus *semper* laudatur. *Subdit autem Ioannes*: Et cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem, sedenti super thronum: *gloriam*, scilicet R Patri pro creatione, honorem Filio pro recreatione, benedictionem pro promissa glorificatione (*quod ad Spiritum Sanctum refertur, Ephes.*1. Signati estis Spiritu promissionis Sancto:) procidebant vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum: & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu creasti omnia. *Procidebant* (*timore vtique reuerentiali*) idest S humiliabant se, se in ejus reputatione nihil reputantes, nil sibi, sed ei totum attribuentes, Ps.113. *Non nobis, Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam.* (Hinc in fine Psalmorum, cum dicitur: *Gloria Patri &c.* inclinant Religiosi, quasi dicant ipso facto cum multitudine Angelorum Luc. 2. *Gloria in altissimis Deo.*) *Et adorabant &c.* idest, diuinum honorem ei exhibebant, *dicentes* ore, & corde credentes: *Dignus es* dignitate, congruitate, & condignitate, *Domine* mala puniens, *Deus* bona faciens, *noster* te & tua tribuens, *accipere* ab omnibus creaturis, *gloriam*, idest laudem cordis, *& honorem*, laudem oris, *& virtutem*, laudem operis. Q. d. Laudandus, glorificandus, & honorandus es ore, corde, & opere; & subdit causam: *quia creasti omnia*; & ideò sunt ad te referenda. Quia *inquam* creasti omnia, *& omnibus omnia prouides, in naturalibus & supernaturalibus necessaria subministrans. Vnde & Psalm.* 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. *Vbi* ponit T diuinam prouisionem. Hieronymus habet: *Dominus pascit me*; & idem est, quia qui pascit, regit: (*& qui regit, pascere debet vel spiritualiter, vel temporaliter.*) Et sufficienter pascit; vnde dicit: *& nihil mihi deerit*: scilicet de eo, quod est necessarium ad salutem, & in temporalibus; Matth. 6. *Primùm quærite Regnum Dei, & hæc omnia (scilicet temporalia) adijcientur vobis.* Tamen in futuro omnem sufficientiam *plenè* habebimus: quia *nihil deerit* nobis, quoniam habebimus Deum. *Ex quo tenemur eum diligere, timere, & reuereri. Id quod monet &* ad Hebr.12. *Apostolus, cum ait*: Itaque regnum immobile suscipientes, habeamus gratiam, per quam seruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia. *Hoc est, præter cætera dona naturalia & gratuita hic exhibita*, Regnum immobile suscipientes; *idest*, futuræ gloriæ V quod nobis promittitur, Luc.12. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum.* Quod enim speramus, habemus, scilicet gratiam, quam

Peccant homines, ac si non esset Deus prouisor & judex.

M Rom.5.l.4. ibi. & c. 1. l.6. ibi. de Cœlo.

Deus, Pater noster multiplici ex capite.

N Op.7.§.2.& 3. Op. 20.§. 2.& 4. & 5.& 1.§. 31. 3.& & 2. 2. 108. 1.Mat. 6. lit.c.& e.

O Matth. 6. lit. c. ibi.

Tria ei debemus.

Væ Deum prouisorem non timenti, nec reuerenti.

P Apoc 4 c.1. & 2. ibi, die ac nocte; & cap. 7 ibid. & Is. 26. ibi, in nocte

Deus in prosperis & aduersis laudandus.

Q Ps.33.lit.a. & 1. Thess. 5. l.2. ibi, orate.

R Apoc.4.c.2. ibi.

S Ibid. ibi.

T Ps.22. lit a.

V Ad Hebr. 12. l. 5. ibi.

Digitized by Google

tanquam quoddam gloriæ inchoatiuum accipimus. Sicut enim natura non deficit in necessarijs, multò minùs Deus. Et ideò dat nobis spem illius regni, & per consequens gratiam, per quam perueniamus, Rom. 5. *Accessum habemus per fidem in gratiam istam*. Sequitur: *per quam seruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia*. Vbi inducit ad obsequium, vt à nobis requisitum. Dictat enim ratio naturalis, quòd ei, à quo multa beneficia recipimus, obligamur ad reuerentiam, & ad honorem exhibendum: ergo multò fortiùs Deo, qui nobis maxima dona donauit, & infinita repromisit. Et ideò dicit, quòd *per istam gratiam*, scilicet nobis datam & dandam, *seruiamus Deo placentes, cum metu & reuerentia*. Non enim sufficit tantùm seruire Deo, quod potest fieri per actionem exteriorem, nisi etiam placeamus ei per intentionem rectam & per amorem, Sap. 4. *Placens Deo, factus est dilectus*. Maximè autem seruitur Deo per obsequium interius, Luc. 1. *Seruiamus illi in sanctitate & justitia*. Deus autem propter creationem dicitur Dominus: propter regenerationem verò, Pater. Domino autem debetur timor: sed Patri amor, & reuerentia. Ergo Deo seruiendum est cum metu & reuerentia, *ob tot nobis præstita in prouidendo beneficia, & in futuro præstanda. Quod quidem vel ex eo agendum nobis est: quia* in omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos, *Prou. 15*. In triplici *autem* loco X contingit esse rationalem creaturam: scilicet in loco luminoso, in loco tenebroso, in loco luminoso & tenebroso. Locus luminosus est Cœlum Empyreum, vbi est lumen sine tenebris: locus tenebrosus est Infernus, vbi sunt tenebræ sine lumine: locus luminosus & tenebrosus est iste Mundus, vbi est lumen & tenebræ. In primo contemplatur Deus tantùm bonos, in secundo tantùm malos, in tertio bonos & malos. Et hic notatur Dei prouidentia. Videt autem hic bonos: Primò, vt ab omni malo eripiat. Secundò, vt orationes eorum exaudiat. Tertiò, vt misericordiam exhibeat. Quartò, vt bonum gratiæ conferat. Quintò, vt in omnibus protegat. Sextò, vt bonum gloriæ tribuat. Videt ergo bonos ex sua bonitate. Videt autem & malos. Primò, eorum opera considerando. Secundò, super malis eorum indignando. Tertiò, condemnando. Quartò, eis non parcendo. Quintò, pœnam velociter inferendo. Videt ergo malos ex sua justitia. Isti enim sunt duo oculi Domini: bonitas, qua respicit bonos: justitia, qua videt malos. In istis ergo notatur Dei prouidentia, & ejus bonitas, & ipsius justitia. Prouidentia reuerenda, bonitas diligenda, justitia metuenda. *Quod ajebat initio Author, contra impios illos, qui Ezech. 9. dicebant*: Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. *DISCE, Deo omnium prouisori* dare gloriam & honorem & benedictionem. *Vide*, Dei Potentia, *& Num. seq.*

Deus propter creationem Dominus, propter creationem Pater.

Triplex rectetura rationalis locus.

X Serm. de S. Mich.

Videt Deus diuersimodè bonos & malos.

XVI. ***Spiritus Domini ornauit Cœlos: & obstetricante manu ejus, eductus est coluber tortuosus*. Iob 26.** Rectè Cœlos Spiritus ornasse dicitur: quia in creaturis, quæ suum ordinem seruauerunt, & diuina bonitas clariùs resplendet, & decoris ornatus immutatus non est. Rectè etiam dicitur coluber tortuosus manu obstetricante eductus: quia in malis relucet etiam diuina potentia, per hoc quòd cohibentur: & diuina prouidentia per hoc, quòd eorum mala ordinantur in bonum. ***Prol. in 2. Sent. fi.***

Y Prol. in 2. 2 sent. post med.

PRæmiserat citato loco Author, quòd in prælegatis verbis Sanctus Iob Y duo tangit: scilicet, ornatum, & obstetricationis officium. Ornatus pertinet ad dispositionem rerum, quia eas varia pulchritudine decorauit, vt dicitur Eccli. 42. *Magnalia Sapientiæ suæ decorauit*. De hac etiam pulchritudine dicit Boetius: *Mundum mente gerens pulchrum pulcherrimus ipse*. Sed obstetricatio pertinet ad prouidentiæ gubernationem, qua creaturas per se subsistere non valentes, ad modum obstetricis in esse conseruat, necessaria in finem ministrat, & impedimenta repellit, etiam mala in bonum ordinando. Vnde dicitur Iob 38. *secundùm similem metaphoram*: Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens? *De Prouidentia Dei respectu cæterarum creaturarum, vide luculentam Authoris eruditionem Z. Verumtamen, vt præinnuimus, specialis Dei prouidentia est de rationalibus creaturis: his enim propter se, non propter aliud, sicut cæteris creaturis, prouidetur ab illo, eo quòd perpetuæ sunt*. Manifestum est autem A quòd prouidentia Dei principaliter est circa illa, quæ perpetuò manent. Circa verò ea, quæ transeunt, prouidentia Dei est, in quantum ordinat ipsa ad res perpetuas. Inter has autem creaturas est homo: quia ejus forma, scilicet anima, est spiritualis creatura, à qua est radix humanorum actuum, & à qua corpus hominis ordinem ad immortalitatem habet: & ideò humani actus sub diuina prouidentia cadunt hoc modo, quòd ipsi prouisores sunt suorum actuum. *Eapropter & homines (sicut & Angeli) prædestinari dicuntur, in nobilissimum & perfectissimum finem à Deo ordinati, videlicet in vitam æternam. Est autem* Prædestinatio B quædam pars prouidentiæ. Ad prouidentiam autem pertinet, res in finem ordinare. Finis autem, ad quem res creatæ ordinantur à Deo, est duplex. Vnus, qui excedit proportionem naturæ creatæ, & facultatem: & hic finis est vita æterna, quæ in diuina visione consistit, quæ est supra naturam cujuslibet creaturæ. Alius autem finis est naturæ creatæ proportionatus, quem scilicet res creata potest attingere secundùm virtutem suæ naturæ. Ad illud autem, ad quod non potest aliquid virtute suæ naturæ peruenire, oportet quòd ab alio transmittatur, sicut sagitta à sagittante mittitur ad signum. (*Quò mirabiliter facit quod habetur Is. 49.* Posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me.) Vnde, propriè loquendo, rationalis creatura, quæ est capax vitæ æternæ, perducitur in ipsam quasi à Deo transmissa. Cujus quidem transmissionis ratio in Deo præexistit, sicut & in eo est ratio ordinis omnium in finem: quam diximus esse prouidentiam. *Ex quo prouidentia dicitur respectu omnium*: prædestinatio verò dicitur C esse aliquorum dupliciter: vel sicut finis, & conferentium ad finem; & sic dicitur esse gratiæ & gloriæ: vel eorum, quæ finem consequuntur; & sic est omnium, qui gloriam per Dei gratiam adipiscuntur. *Sed de prædestinatione fusiùs suo loco.*

Dei prouidentia obstetrix creaturarum.

Z Iob 38. & 39. Psal. 8. lit. c. Psal. 17. à lit. c. Psal. 18. lit. a. & alibi.

Prouidentia Dei specialior de rationalibus creaturis, inter quas est homo.

A 1. p. q. 113. 2. c. & 103. 2. c. In 2. d. 11. 1. 1. c.

Prædestinatio quid.

B 1. p. 23. 1. c. & 2. c. Ver. 6. 1. c. 3. cont. G. c. vlt. Quol. 12. 3. c.

Duplex creaturarum finis.

Prouidentia omnium, prædestinatio aliquorum est, & hoc dupliciter.

C 1. d. 40. 9. 2. c. & ad 7. & q. 4. 1. c. & d. 35. exp. tex. Ver. 6. 1. c. Rom. 1. l. 3. & 1. p. 21. 1.

b *Prouidet autem Deus & bonis hominibus & malis, Matth. 5.* Qui Solem suum oriri facit super bonos & malos. *Et quidem ob hanc Solis beneficam generalem virtutem*, omnia communiter D ipsum desiderant, aut ad hoc quòd videant, aut ad hoc quòd moueantur, aut ad hoc quòd illuminentur, aut ad hoc quòd calefiant, aut qualitercunque contineri à virtute luminis desiderant. *Quòd si metaphoram Deo attribuimus, attende ad duplicem inter cæteros Luminaris hujus effectum, videlicet ceram emollire, lutum verò indurare: candidum enim teneroque justi cor emollit, Ps. 21.* Factum est cor meum tanquam cera liquescens: *sordidum luteumque peccatoris indurat, Hab. 2.* Aggrauat contra se densum lutum; *& Iob 41.* Cor ejus indurabitur tanquam lapis; *& Exod. 9.* Indurauit Dominus cor Pharaonis. *Porrò, cum de naturalibus diuinæ prouidentiæ* bene-

Solis beneficia generalis virtus.

D de diu. Nom. c. 4. l. 3. fi.

Duplex effectus.

Digitized by Google

E Ver. 5. 7. et 9. 1. p. 22. 2. ad 4. In 2. d. 11. 1. 4. c.

beneficijs circa hominem satis superque notum sit, considerandum est, quòd diuina E Prouidentia se extendit ad homines dupliciter. Vno modo, in quantum ipsi prouidentur: alio modo, in quantum ipsi prouidentes fiunt. Ex hoc autem, quòd prouidendo deficiunt, vel rectitudinem seruant, boni vel mali dicuntur. Ex hoc autem, quòd prouidentur à Deo, eis bona vel mala præstantur: & secundùm quod ipsi diuersimodè se habent in prouidendo, diuersimodè prouidetur eis à Deo. Si autem rectum ordinem in prouidendo seruant: & in eis diuina prouidentia ordinem seruat congruum humanæ dignitati, vt scilicet nihil eis eueniat, quod in eorum bonum non cedat, & quòd omnia, quæ eis proueniunt, eos in bonum promoueant, secundùm illud Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. Si autem prouidendo ordinem non seruant, qui congruit creaturæ rationali, sed prouideant secundùm modum brutorum animalium: & diuina prouidentia de eis ordinabit secundùm ordinem, qui brutis competit, vt scilicet ea, quæ in eis vel bona vel mala sunt, non ordinentur in eorum bonum proprium, sed in bonum aliorum, secundùm quod in Psal. 48. dicitur: *Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis*. Ex quo patet, quòd altiori modo diuina prouidentia gubernat bonos, quàm malos. Mali enim dum ab vno ordine prouidentiæ exeunt, vt scilicet Dei voluntatem non faciant, in alium ordinem dilabuntur, vt scilicet de eis diuina voluntas fiat. Sed boni quantùm ad vtrumque sunt in recto ordine prouidentiæ. *Et hoc est, quod alibi cohærenter docemur*. Inter omnes F partes Vniuersi excellunt Sancti Dei, ad quorum quemlibet pertinet quod dicitur Matth. 25. *Super omnia bona sua constituet eum*. Et ideò quicquid accidit vel circa ipsos, vel alias res, totum in bonum eorum cedit, ita quòd verificatur quod dicitur Prou. 11. *Qui stultus est, seruiet sapienti*: quia scilicet etiam mala peccatorum in bonum justorum cedunt; vnde & Deus specialem curam de justis habere dicitur, secundùm illud Psal. 33. *Oculi Domini super justos*: in quantum scilicet sic de eis curat, quòd nihil mali circa eos esse permittit, quod non in eorum bonum conuertat. Et hoc quidem manifestum est quantùm ad mala pœnalia, quæ patiuntur. *Ipsorum enim infirmitate ex glossa exercetur humilitas, afflictione patientia, contradictione sapientia, odio beneuolentia*, Psal. eod. *Multæ tribulationes justorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus*. Sequitur: *Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur*. *Nam* per ossa G viri perfecti intelliguntur, quos Dominus custodit, *Ezech.* 37. Hæc dicit Dominus Deus ossibus his: Ecce ego intromittam spiritum in vos, & viuetis &c. *Vnum ex his non conteretur*: quia in tribulationibus nulla virtus hominis deficit, quem Deus custodit. Non enim deficiebat charitas in Sanctis per odium, quia pro persequentibus orabant: non mansuetudo per iram, quia non murmur resonabat: non patientia per injustitiam, immò in patientia sua possidebant animas suas; & ideò dicitur *Ps.* 36. Cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. (*Ex quo colligitur, & ipsum peccatum cedere in bonum eorum, vnde & peccati permissionem inter prædestinationis effectus ponunt: de quo suo loco*.) *Super illud etiam Rom.* 8. Pro nobis omnibus tradidit illum, *concludit Author*: Omnia H donauit nobis, vt scilicet omnia cedant in bonum nostrum: superiora quidem, scilicet diuinæ personæ, ad fruendum, rationales spiritus ad conuiuendum, omnia inferiora ad vtendum, non solùm prospera, sed etiam aduersa, 1. ad Corinth. cap. 3. *Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei*: vnde patet, quòd sicut in Psalmo dicitur, nihil deest timentibus eum. *Ex quibus vides, quàm speciali prouidentia Deus bonos & justos custodiat, vnde & Ps.* 16. *orabat Dauid*: A resistentibus dexteræ tuæ custodi me vt pupillam oculi. *Quandoquidem* pupilla I oculi cum diligentia custoditur, quia nihil, quod lædere possit, permittitur appropinquare. Sic & facit Deus in custodia serui sui, Deuter. 32. *Circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui*; & Zach. 2. *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei*. Ad hanc autem diligentem custodiam manifestandam vtitur duplici metaphora, scilicet vmbræ & alarum: *Sub vmbra alarum tuarum protege me*. Vmbra enim refrigerat ab æstu: sic & tutela Dei refrigerat dans securitatem. Item alis gallina pullos contra miluum custodit: sic & Deus suis alis, quæ sunt charitas & misericordia, justos defendit à rapacitate dæmonum. His ergo alis Deus nos eleuat ad superna: *& hic est finis diuinæ in homines prouidentiæ*. *Hac de causa dicitur diuinus prouisor, quamuis omnium, specialiùs justorum Deus, Rom.* 1. Gratias ago Deo meo &c. *Quia nimirùm*, quamuis sit L Deus omnium per creationem & gubernationem: specialiter tamen dicitur esse Deus justorum tripliciter. Primò quidem secundùm specialem curam, quam de eis gerit, Ps. 33. cit. *Oculi Domini super justos*. Secundò per specialem cultum, Exod. 15. *Iste Deus meus, & glorificabo eum*. Tertiò quia eorum præmium, Gen. 15. *Ego Dominus protector tuus sum, & merces tua magna nimis*.

Homines & specialiter prouisi à Deo sunt, & prouidentes.

Vnde boni & mali dicantur.

Omnia in bonum bonis; omnia in malum malis.

Altiori modo Deus gubernat bonos, & justos, quàm peccatores, & malos.

F Rom. 8. l. 6. sub initio ibi, omn. in. & c. 9. l. 2. ibi, scriptas 1. p. q. 23. 7. c.

Etiam mala peccatorum in bonum justorum cedunt.

G Ps. 33. lit. s.

H Rom. 8. l. 6. 6.

I Ps. 16. lit. c. ibi. Iusti, pupilla Dei oculi.

Duæ alæ Dei, Charitas, & misericordia, quibus nos eleuat ad superna.

Dominus specialiter dicitur Deus justorum ex triplici causa.

L Rom. 1. l. 5. sub initio. & 1. p. 13. 7. c. In 1. d. 18. 1. 5. ad 6. In 2. d. 15. 2. 4. c.

c *Neque tolli rectum prouidentiæ ordinem putandum est, ex eo quòd, vt dicitur Eccle.* 9. Vniuersa æquè eueniunt justo & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas & sacrificia contemnenti: sicut bonus, sic & peccator. *Etenim*, quamuis M videatur nobis, quòd omnia æqualiter bonis & malis accidant ex hoc, quòd nescimus, qua de causa diuina prouidentia singula dispenset: non est tamen dubium, quin in omnibus bonis & malis, quæ eueniunt siue malis siue bonis, sit recta ratio, secundùm quam diuina prouidentia omnia ordinat. Et quia eam ignoramus, videtur nobis, quòd inordinatè & irrationabiliter eueniant. Sicut, si aliquis intraret officinam fabri, videretur ei, quòd instrumenta fabrilia essent inutiliter multiplicata, si nesciret rationem vtendi vnoquoque: quorum tamen multiplicatio ex causa rationabili apparet ei, qui virtutem artis intuetur. *Et quidem* omnia N æquè eueniunt bonis & malis, quantum ad ipsam substantiam bonorum vel malorum temporalium, sed non quantum ad finem: quia boni per hujusmodi manuducuntur ad beatitudinem, non autem mali. *Nec pariter nos confundat temporalis vt plurimùm malorum prosperitas: de qua Ier.* 12. Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus, qui præuaricantur, & iniquè agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt: proficiunt, & faciunt fructum. Propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. *Nam, præterquam* etiam malis O Deus plerunque dat temporalia bona, tum propter merita Patrum, tum propter aliqua, quæ ipsi fecerunt: (*nihil enim liberalissimus Deus irremuneratum relinquit*:) *tamen hic receperunt mercedem suam*; *vnde ad diuitem illum respondit Abraham Luc.* 16. Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: *cui merces æternæ gloriæ seruata est, qua mali priuantur*. *Præter hoc, inquam, audi quid Propheta subijciat*: Congrega eos, quasi gregem ad victimam. *Q. d.* Quia P justus es, Domine, non potest esse, quòd impios non punias. Ideò ergo ita eos in prosperitatibus exaltas, sicut qui impinguat gregem ad occisionem. Ergo ex quo impinguati sunt (*nota*) & injusti sunt, congrega eos quasi gregem ad victimam, *igni videlicet infernali post mortem addicendos, tanquam diaboli hostias*. *Idem prorsus legimus & Iob* 21. (*cujus totam capitis literalem expositionem*

Quo sensu intelligendum illud Eccle. 9. *Vniuersa æquè eueniunt justo & impio &c.*

M Ver. 5. 5. ad 6. & a. 4. ad 11. In 1. d. 39. 2. 2. ad 5.

N 1. 2. q. 114. 10. ad 4. & 2. 2. q. 63. 5. ad 4.

O Gen. 36. initio.

P Ier. 12. ibi. Qualis impiorum in prosperitate viuentium finis.

Digitized by Google

Q Iob 21. l. 3. & 2.

vide Q.) Quare impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitijs? Semen eorum permanet coram eis: propinquorum turba & nepotum in conspectu eorum. Domus eorum securæ sunt & pacatæ: & non est virga Dei super illos. Bos eorum concepit, & non abortiuit: vacca peperit, & non est priuata fœtu suo &c. *Vno verbo:* Ducunt in bonis dies suos: *verumtamen* in puncto ad Inferna descendunt. *Nam* justus R si aduersitatem patitur temporalem, remanet ei fulcimentum virtutis, & consolatio in Deo, vnde non totaliter dissipatur: sed malis, amissis temporalibus bonis, quæ sola sibi quæsierunt, nullum remanet fulcimentum, vnde subditur: *Quoties lucerna impiorum,* idest prosperitas, *extinguetur,* idest finietur: *& superueniet eis* diuino judicio *inundatio, & dolores diuidet Dominus furoris sui;* idest, ex ejus furore prouenientes: *erunt impij sicus paleæ ante faciem venti,* quæ scilicet propter leuitatem resistere non possunt vento &c. *Et post pauca.* In diem perditionis seruatur malus. *Q. d.* quòd in hac vita non punitur malus, sed prosperatur: hoc ideò est, quia reseruatur ejus punitio in aliud tempus, quando grauiùs punietur; vnde subdit: *Ad diem furoris ducetur.* Quia enim furor est ira accensa, nomine furoris acrior vindicta significatur. *En quò temporalis impiorum prosperitas terminatur. Ratio autem præfatorum adducitur: quia,* quòd melioribus S minus datur de bono temporali, & quandoque plus de malo, in eorum profectum cedit quantum ad spirituale bonum, quod est simpliciter hominis bonum. Bona enim temporalia non sunt simpliciter hominis bona, nisi secundùm quod organicè deseruiunt ad spirituale bonum. *Igitur æternus prouisor* Deus T est nutritor & medicus. Medicus autem subtrahit nutrimentum infirmo, & facit esurire & sitire, quia expedit sanitati. Ita Deus, secundùm quod expedit saluti nostræ, quandoque inopiam immittit, quandoque diuitias confert: quandoque longitudinem dierum concedit, quandoque breuitatem adducit. *Sanè, hominibus* justis V licèt subtrahantur bona temporalia: (plus X enim *vt plurimum* dat Deus de bonis temporalibus inimicis, quàm amicis:) non tamen deseruntur à Deo: quia totum hoc cedit in bonum eorum, vel pro bonis, vel vt tollatur causa alicujus mali. *Verùm quoad impios,* secundùm doctrinam Y fidei, temporalia bona, quæ indignis proueniunt, ex justa Dei ordinatione disponuntur vel ad eorum correctionem, vel ad eorum damnationem. *Ad eorum vtique correctionem, si bene vtantur, diuina beneficia recognoscentes: ad damnationem, si malè. Et quoniam vtplurimùm in malum vtuntur, sibi cedunt in damnum, & quod pessimum est, in æternam damnationem. Idcircò Matth. 19. legimus:* Diues difficilè intrabit in Regnum Cœlorum. *Profectò ad Dei prouidentiam, atque* ad diuinam Z justitiam pertinet, vt virtuosis det spiritualia bona, & de temporalibus bonis vel malis tantum det eis, quantum sufficit ad virtutem. Alijs verò (*impijs videlicet*) hoc ipsum, quod temporalia dantur, in malum spiritualium cedit: *quod hucusque ostensum est. Ex quibus satis innotescit, cur de temporalibus plus minusue tam bonis, quàm malis diuinâ prouidentiâ dispensetur. Vide plura V.* Bona temporalia.

R Ibidem.

Prosperatur, non affligitur hìc malus, vt grauiùs puniatur post mortem.

S In 4. d. 46. 2. 2. q. 2. ad 6.

Bona temporalia non sunt simpliciter bona, nisi vt media ad virtutem.

T Ps. 33. lit K. In 1. d. 39. 2. 3. ad 5. Opusc. 6. §. 2.

Cur tam mali, quàm boni nunc temporaliter prosperentur, nunc affligantur, & egeant.

V Ps. 36. lit f.

X Op. de er. Pr. l. 1. c. 8.

Y 2. 2. 36. 1. ad 1.

Vt plurimùm plus prosperantur mali quàm boni.

Malis bona temporalia dantur, vel ad correctionem, vel ad damnationem.

Z 1. 2. 87. 7. ad 2.

d *Cæterùm diuina prouidentia bene vtitur malis, cum alta dispositione permittit, ad bonorum vtique majorem profectum & gloriam. Etenim, vt vidimus,* justi A diuinâ prouidentiâ excellentiùs gubernantur, quàm peccatores. Nam si qua mala sunt in justis vel culpæ vel pœnæ, in eorum bonum à Deo ordinantur: sed mala peccatorum ordinantur in gloriam Dei, & in laudem justorum. *Et alibi:* Omnia mala B quæ Deus facit, vel permittit fieri, ordinantur in aliquod bonum, non tamen semper in bonum ejus, in quo est malum, sed quandoque ad bonum alterius, vel etiam totius Vniuersi: sicut culpam tyrannorum ordinat in bonum Martyrum, & pœnam damnatorum ordinat ad gloriam justitiæ suæ. *Ex quo dicitur Apoc.* 14. Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ sunt vuæ ejus. *Hoc est:* quoniam C completa est malitia eorum, & jam non habet locum, quia non prodest amplius bonis. Nam permittit Deus ex sui dispensatione regnare malos, quandiu prosunt bonis. *Eccle.* 8. Peccator ex eo, quòd centies facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui, quòd erit bonum timentibus Deum. *Quod innuitur* 1. Cor. 3. *ijs verbis:* Comprehendam sapientes in astutia eorum &c. *Vbi Author:* Comprehendit D *inquit,* sapientes (*huius seculi*) Dominus in astutia eorum; quia per hoc ipsum, quod astutè cogitant contra Deum, impedit Deus eorum conatum, & implet propositum suum: sicut per malitiam fratrum Ioseph, volentium impedire ejus principatum, impletum est per diuinam ordinationem, quòd Ioseph in Ægypto venditus principaretur. *Quod & verum habet de malo pœnæ. Hinc ad illud Ioann.* 11. Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis &c. *docemur, quod* aliquando E mala sunt ratio gaudij, in quantum ordinantur ad bonum. *Quo sensu & ad Rom. 6. de malo culpæ dicebat Apostolus:* Gratias autem Deo, quòd fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis. Liberati autem à peccato, serui facti estis justitiæ. *Gaudebat enim, & grates agebat Deo, non quòd serui peccati facti fuissent, sed quòd ex peccato, alta Dei dispositione permisso, ad pœnitentiam essent conuersi,* serui facti justitiæ: *nam & ex malo culpæ elicit Deus pœnitentiæ bonum. Siquidem ex hoc cautior homo resurgit. Rectè ergo dicitur Iob* 26. coluber tortuosus manu obstetricante eductus: quia in malis etiam relucet diuina prouidentia per hoc quòd eorum mala ordinantur in bonum, *vt Author ab initio docuerat.*

Diuina prouidentia bene vtitur malis.

A Ad Ham. 1. d. 39. 2. 2. ad 4.

B 1. 2. 79. 4. ad 1. & 1. p. 22. 2. ad 2. de diu. Nom. c. 4. l. 23. post init.

C Apoc. 14. c. 2. ibi.

Permittit Deus regnare malos, vt prosint bonis.

D 1. Cor. 3. l. 3. ibi. & ad Philipp. l. 2.

E Io. 11. l. 3. d.

e *Verumtamen deplorandum in summo est, quòd malum in naturalibus vt in paucioribus, in hominibus verò vt in pluribus eueniat: quod & experientia notum est.* Nam generabilia F & corruptibilia, in quibus solùm contingit esse malum naturæ, sunt modica pars totius Vniuersi. Et iterum in vnaquaque specie defectus naturæ accidit vt in paucioribus. In solis autem hominibus malum videtur esse vt in pluribus. *Et ratio adducitur:* quia bonum hominis secundùm sensum corporis non est bonum hominis in quantum homo, sed secundùm rationem. Plures autem sequuntur sensum, quàm rationem. *Vnde & Gen. 8. signanter dicitur:* Sensus, & cogitatio humani cordis, *sensibilibus adhærentis,* in malum prona sunt ab adolescentia sua. *Iuxta quod legitur Bar.* 1. Abiuimus vnusquisque in sensum cordis nostri maligni, facientes mala ante oculos Domini Dei nostri. *Et Ier.* 18. Vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. *Horum autem occasione obserua, quòd* in naturalibus G ex malo agentis sequitur malum actionis: sicut ex tibia curua sequitur claudicatio. In voluntarijs autem è conuerso, ex malo actionis, quod est culpa, sequitur malum agentis, quod est pœna: diuina prouidentia culpam per pœnam ordinante. *Obserua secundò in hominum conuictu, quòd* bonis H mali vtuntur malè, sicut & malis boni bene vtuntur, *juxta illud Rom.* 12. Noli vinci à malo; *scilicet,* ejus I *qui te* persequitur, vt & tu eum persequaris, *sicut faciunt mali: sed* vince in bono malum: *idest,* in bono tuo vince malum illius, vt scilicet ei benefaciendo, eum à malo trahas. *Obserua tertiò, quòd* Primò homines L simpliciter operantur malum cogitando: & hos Deus odit. Sed quando addunt malitiam exequendo, prouocant Deum ad puniendum.

Malum in naturalibus vt in paucioribus: in hominibus vt in pluribus.

F 1. p. 49. 3. ad 5. & 63. 9. ad 1. Et 1. 2. 71. 2. ad 3. In 2. d. 39. 2. 4. ad 4. In 3. d. 1. 2. 1. ad 3. & d. 34. 1. 3. ad 2. & 3. com. G. c. 6. ad 1. Pet. 3. 6. ad 5. Ma. 1. 3. ad 17. & q. 5. ad 16.

Ratio affertur.

G Ma. 1. 4. c.

In naturalibus ex malo agentis sequitur malum actionis: in voluntarijs, ex malo actionis sequitur malum agentis.

H 3. con. G. c. 135. non longe ab initio.

Mali malè vtuntur bonis: Boni benè vtuntur malis.

I Rom. 12. f.

L Ps. 5. lit. c. ibi. abominabitur.

Quosnam peccatores abominetur Deus.

Quan-

Quando verò perdurant, tunc Deus abominatur, *Prou.15.* Abominatio est Domino, via impij: *quasi hujusmodi peccatores tolerare non valeat.*

¶ *Denique illud hic stabiliendum, quòd quamuis diuina prouidentia, vt præmisimus, immobilitatem habeat:* Attingit enim *Sap. 8.* à fine vsque ad finem fortiter: *non ideò vtilitatem orationis excludit. Quocirca notandum, quòd* quidam M attendentes immobilitatem diuinæ ordinationis, posuerunt, quòd oratio, vel sacrificium, vel hujusmodi in nullo prodesse potest. (*iuxta illud Iob.21.* Quid nobis prodest, si orauerimus illum?) Et hæc fuisse dicitur Epicureorum opinio, qui omnia immobiliter euenire dicebant ex dispositione superiorum corporum, quæ deos nominabant. Alij autem dicebant, quòd secundùm hoc sacrificia & orationes valent, quia per hujusmodi mutatur preordinatio eorum, ad quos pertinet disponere de actibus humanis. Et hæc dicitur fuisse opinio Stoicorum, qui ponebant, res omnes regi quibusdam spiritibus, quos deos vocabant: & cum ab eis esset præfinitum, orationibus & sacrificijs poterat obtineri, quòd talis definitio mutaretur, placatis deorum animis, vt dicebant. *Nihilominus, quia contra ejusmodi stultitias Deum summum omnium prouisorem catholicè confitemur:* considerandum est N quòd ex diuina prouidentia non solùm disponitur qui effectus fiant, sed etiam ex quibus causis, & quo ordine proueniant. Inter alias autem causas sunt etiam quorundam causæ actus humani: vnde oportet, homines agere aliqua, non vt per suos actus diuinam dispositionem immutent, sed vt per actus suos impleant quosdam effectus secundùm ordinem à Deo dispositum. Et idem etiam est in naturalibus causis: & similiter etiam de oratione. Non enim propter hoc oramus, vt diuinam dispositionem immutemus; sed vt id impetremus, quod Deus disposuit, per orationes Sanctorum esse implendum: *vt scilicet ex Gregorio* homines postulando mereantur accipere, quod eis Deus omnipotens ante secula disposuit donare. *Vnde & Luc.18.* Oportet semper orare, & non deficere. *Et Matth. 7.* Petite, & dabitur vobis &c. *Quinimmò cap.6. specialem statuit nobis Dominus precationem, cum ait:* Sic ergo vos orabitis: Pater noster, qui es in Cælis, sanctificetur nomen tuum, adueniat Regnum tuum &c. *Quibus verbis* præfatas O opiniones destruit, cum dicit *Pater:* si enim est Pater, prouidet filijs, Sap.12. *Non enim est alius Deus, quàm Tu, cui cura est de omnibus.* Item Pater dicitur ad filium, vt dominus ad seruum. In eo enim, quòd ipse Pater est, dicimus nos liberos: non enim dicitur Pater aliarum rerum. Si ergo sumus liberi, habemus libertatem arbitrij: ergo aliquid est à nobis. Per hoc verò quod dicit, *qui es in Cælis*, ostendit omnia impetrabilia, quando ipse ibi immobilis est. Quia, sicut ipse, qui est in Cælis, disposuit, effectus produci ex causis: ita prouidit talem petitionem per talem orationem nobis dari; vnde valet ad subleuandam spem (nam oratio P interpres est spei:) *Luc.11.* Si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester de Cœlo dabit spiritum bonum petentibus se? *Hinc sequitur, vel ipsam hominis prædestinationem posse piorum precibus juuari. Quam quidam veritatem in præfata Dominica Oratione docemur, vbi jubemur orare:* Adueniat Regnum tuum; *quod vtique ab æterno prædestinatis decretum est: & tamen illud nos petere vult. Verùm sano intelligenda sensu hæc veritas est: quia nimirùm* in prędestinatione Q duo sunt consideranda: scilicet, ipsa præordinatio diuina, & effectus ejus. Quantùm ad primum, nullo modo prædestinatio juuatur precibus Sanctorum: non enim precibus Sanctorum fit, quòd aliquis prædestinetur à Deo. Quantùm vero ad secundum, dicitur prædestinatio juuari precibus Sanctorum, & alijs bonis operibus: quia prouidentia (cujus prædestinatio est pars) non subtrahit causas secundas; sed sic prouidet effectus, vt etiam ordo causarum secundarum subjaceat prouidentiæ. *Id quod & in mundanis experimur; nam si morbo quopiam grauaris, cum ex diuina prouidentia infallibilis & certa sit præordinatio de morte tua, vel salute, vt quid medicum accersis? vt quid pharmacum, tametsi amarum, assumis? vt quid venam secas? Si litem cum aduersario contestatus es, & aliàs de victoria vel jactura ex Dei dispositione æterna stabilitum est: cur patronum consulis, cur disputationem inis, cur solicitè tot præcautiones adhibes, non sine ærarij tui detrimento? Idem dic de nauigatione, de bello, de quotidiano rerum prouisu, & hujusmodi. Quod si in mundanis his talem impendis operam, & pro corporali sanitate: quanto magis pro æterna adipiscenda salute solicitus esse debes? Quod ideò monebat Apostolus Petrus ijs verbis 2. Pet. 1.* Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis: *videlicet*, per prædestinationem R ab æterno, vt scilicet certi sitis, vos esse vocatos, & à Deo electos: *neque enim æterna merces nisi pro bonis operibus in executione conceditur, eoquòd* non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit, *vt dicitur 2. ad Tim. 2.* DISCE *tibi bene operando prouidere.*

Errores circa vtilitatem orationis.
M Ver.6.6.c. 2. p. 23. 8. c. Matth.6. lit.c. ibi, Pater.

Immobilitas prouidentiæ orationis vtilitatem non excludit.
N 2. 2. 83. 2. f. c. 3. cont. G. c.95.& 1. p. 23. 8. c. Ver. l. c. In 4. d.15. q.4. a. 3. ad 3.

O Matth. 6. lit. c. ibi, Pater.

Oratio, spei interpres.
P Psal.32. f.

Q 1. p. 23. 8. c. Ver. 6. 6. c. In 1. d. 41. 1. 4. In 3. d.17.1. 3. q. 1. ad 3. In 4. d. 45. 3. 3. ad 3.
Quo sensu hominis prædestinatio possit orationibus iuuari.

Sicut pro salute corporali omnia remedia adhibemus: ita pro salute æterna, & eò magis.

R 2. Pet. 1. ibi.

DEI IVSTITIA & MISERICORDIA.

XVII. Quoniam per multa opera diuinæ justitiæ homo prouocatur ad timorem, & per opera misericordiæ prouocatur ad spem: quandoque conuertitur ad pœnitentiam, & sanatur. *Ps. 27. lit. e.*

§ IVstitia & misericordia excelso Dei solio assistrices perpetuò sunt, hæc quidem à dextris, à sinistris illa: *Dextera Dei S misericordia est: sinistra, justitia. Nam & dextera Dei est T quæ exaltat bonos: sinistra est, quæ punit malos. Vnde Dominus* Matth.25. *in finali judicio* statuet oues quidem à dextris: (*hoc est, bonos & electos, quibus misericorditer gratiam largitur;* Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, *vt dicitur Rom.9.*) hœdos autem à sinistris; (*hoc est, peccatores & reprobos, quibus punitiua justitia Dei debitam pœnam infligit.*) *Hinc ad Patrem orans:* Pater, *inquit*, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum. *Vbi notandum, quòd* voluntas V Christi duplex est, scilicet misericordiæ & justitiæ. Sunt ergo omnes homines dati Filio, Ioa. 5. *Dedisti ei potestatem omnis carnis*, idest omnis hominis, vt scilicet faciat de eis suam voluntatem, vel misericordiæ ad saluandum, vel justitiæ ad puniendum. *Ipse enim est qui constitutus est à Deo judex viuorum & mortuorum*, vt dicitur Act.10. *Quoniam verò in omnibus diuinis operibus justitia simul emicat & misericordia: non perperam Author de vtraque sub eadem Quæstione sermonem facit, quo vtriusque innueret in quolibet diuino opere inseparabilem societatem. Hinc cohærenter docemur, quòd* misericordia Dei X est quæuam justitiæ plenitudo; *& rursùm:* Opus Y diuinæ justitiæ semper præsupponit opus misericordiæ, & in eo fundatur. *Quod ex sequentibus patebit magis. Sed & ratio adducitur.* Nam operatio Z Dei est quasi medium inter Deum operantem & ipsum opus operatum. Omne autem medium participat quodammodo cum vtroque extremorum: & ideo in operatione Dei oportet aliquid inueniri ex parte ipsius Dei operantis, & ex parte operati, ad quod operatio terminatur. Ex parte quidem operantis exigitur, vt sit superabundantia in collatione bonorum, & in diminutione malorum, cum ipse Deus sit excellentissimus operator: & in hoc consistit diuina misericordia: (Si tamen A misericordia

§ Ap.1.c.1.ibi, dexteram. & c.2. ibi, in dextera.
Dextera Dei, misericordia: sinistra, justitia.
T Ps. 10. lit. f.

Volūtas Christi duplex, misericordiæ & justitiæ.
V Ioan.17.l.f. a. initio.

Misericordia Dei est justitiæ plenitudo: & opus justitiæ in opere misericordiæ fundatur.
X 1. p. 21. 3. ad 2.
Y Ibid. a. 4. c. & q.25. ad 3. 2. 4. d.46. 2. q. 2. c. & q. 1. a. 9. 2. c. & 1. 2. 21. 4.
A 1. p. loc. cit. & c. a. 112. 3. a. 1. Ver. 23. 1 ad 4.

Digitized by Google

ricordia pro remotione cujuscunque defectus accipiatur, quamuis non omnis defectus propriè possit dici miseria; *quam misericordia respicit*, sed solùm defectus rationalis creaturæ, quam contingit esse felicem: nam miseria felicitati opponitur.) Ex parte autem operati requiritur receptio, quæ fit secundùm proportionem recipientis; & in hoc ratio justitiæ consistit: & ideò oportet, quòd in omni diuina operatione aliquid misericordiæ, & aliquid justitiæ inueniatur. Nec justitia misericordiæ repugnat, quia misericordia non est laudabilis, nisi sit secundùm rationem rectam, quæ est regula justitiæ, siue secundùm ordinem Sapientiæ in diuinis: nec misericordia repugnat justitiæ, quia elargiri aliquid supra debitum de bonis, vel citra debitum de malis, non est contra justitiam, sed præter eam. Et ideò nec immensitas misericordiæ excludit justitiam à diuino opere, nec immensitas justitiæ misericordiam. *Profectò* Deus B misericorditer agit, non quidem contra justitiam suam faciendo, sed aliquid supra justitiam operando: sicut si alicui, cui debentur centum denarij, aliquis ducentos det de suo: non tamen contra justitiam facit; sed liberaliter, vel misericorditer operatur. Et similiter, si aliquis offensam in se commissam remittat: qui enim aliquid remittit, quodammodo donat illud; vnde Apostolus remissionem, donationem vocat, Ephes.4. *Donate inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis.*

In omni opere Dei justitia & misericordia.

Nec misericordia justitiæ, nec justitia misericordiæ repugnat: neque alteram alteram à diuino opere excludit.

Deus misericorditer agês, contra suam justitiam non facit, sed supra eam.

B 1. p. 21. 3. ad 2. & 3. p. 46. 2. ad 3. In 4. d. 46. 1. 3. q. 2. c. & q. 4. ad 2.

h *Vt autem nouerimus, qualiter justitia Deo competat, sciendum, quòd* duplex est C species justitiæ. Vna quæ consistit in mutua datione & acceptione, vt puta quæ consistit in emptione & venditione, & alijs hujusmodi communicationibus vel commutationibus: & hæc dicitur à Philosopho in 5. Ethic. *justitia commutatiua*, vel directiua commutationum; & hæc non competit Deo, quia vt dicit Apostolus Rom. 2. *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Alia quæ consistit in distribuendo: & dicitur *distributiua justitia*, secundùm quod aliquis gubernator vel dispensator dat vnicuique secundùm suam dignitatem. Sicut igitur ordo congruus familiæ, vel cujuscunque multitudinis gubernatæ demonstrat hujusmodi justitiam in gubernante: ita ordo Vniuersi, qui apparet tam in rebus naturalibus, quàm in rebus voluntarijs, demonstrat justitiam Dei. *Quæ quidem &* Veritas *dicitur*. *Vnde & in* authoritate D Psal 24. *Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas*, Veritas pro justitia exponitur. *Quo autem id sensu intelligendum, docet Author, dum inquit*: Cùm justitia E consistat in hoc, quòd æqualitatem per suam actionem constituat in dationibus & acceptationibus, oportet omnem justitiam aliquam regulam habere, secundùm quam adæquatio fiat. Regulæ autem justitiæ sunt rationes in mente constitutæ, secundùm quas homo justus æqualitatem constituit; & ideò quando ejus actiones illis rationibus concordant, dicitur justitiam seruare: quando autem discordant, dicitur injustè agere. Et quia veritatis ratio consistit in adæquatione rerum ad intellectum, inde est, quòd nomen veritatis transfertur ad significandum adæquationem operum justitiæ ad rationes justitiæ: & hæc est veritas, quam dicimus justitiæ veritatem. Et secundùm hoc ipsa justitia idem quod veritas est: sed tamen *justitia* dicitur secundùm æqualitatem exteriùs constitutam, sed *veritas* dicitur secundùm commensurationem exterioris æqualitatis ad rationes, quæ sunt in mente. Et secundùm hoc veritas & justitia eodem intellectu in Deo accipiuntur. *Hinc est, quòd Deus, cum summè justus sit, personarum nec est nec esse potest acceptor, juxta illud Petri Act.* 10. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus. *Et ad Gal.* 3. Non est Iudæus, neque Græcus: non est seruus, neque liber: non est masculus, neque fœmina: Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. *Et ad Ephes.* 6. Scientes quoniam vnusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber. *Et ratio quidem affertur*: quia personarum F acceptio opponitur justitiæ: vnde locum habet in ijs, quæ dantur ex debito, quod attendit justitia. Deus autem, non ex debito, sed gratis peccatores ad pœnitentiam vocat, ad Tit. 3. *Non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit*. In talibus autem beneficijs gratis datis, non solùm Deo, sed etiam homini liberum est dare cui voluerit *absque injustitia, juxta illud Matth.* 20. Aut non licet mihi quod volo, facere? *Videlicet*: quia licet G vnicuique facere voluntatem suam de suo. Si enim esset debitor alterius, non liceret ei facere: similiter, si esset sub altero. Sed ipse est Dominus, ideò potest dare. Baliuus enim non potest dare aliquid, nisi secundùm merita: Rex autem potest sine meritis. Igitur Deus, qui est omnium Dominus, potest; Psal. 134. *Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit*. In eo autem, quod ex misericordia datur, non est acceptio personarum: quia de eo, quod purè meum est, possum dare cui volo absque acceptione personæ. Vnde & subdit: *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Constat enim, quòd murmur præcedens (*hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus:*) non fuit ex defectu Domini, sed ex misericordia alij impensa: (*Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi:*) ideò ex misericordia & bonitate. Sed *nequam* est propriè, qui de bonitate dolet, ideò dicit: *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Eo quòd scilicet circa te justitiam ostendi, circa alterum misericordiam? Constat autem, istud esse ex bonitate. *Et super illud Rom.*9. Miserebor cujus misereor &c. *docemur: quòd* justitia H distributiua (*qualem in Deo statuimus*) locum habet in ijs, quæ dantur ex debito: puta, si aliqui meruerunt mercedem, vt plus laborantibus major merces daretur. Non autem habet locum in ijs, quæ sponte & misericorditer aliquis dat: puta, si aliquis duos pauperes in via inueniens, det vni quod potest, vel disponit in eleemosynam dare, non est iniquus, sed misericors. Similiter, si aliquis duobus æquè ipsum offendentibus, vni dimittat offensam, & non alteri, est misericors vni, & justus ad alterum, neutri verò iniquus. Cùm autem omnes homines propter peccatum primi parentis, damnationi nascantur obnoxij: quos Deus per suam gratiam liberat, sola misericordia liberat; & sic quibusdam est misericors, quos liberat: quibusdam autem justus, quos non liberat: neutris autem iniquus. *Etenim* auxilium I gratiæ *ex Augustino* quibuscunque diuinitus datur, misericorditer datur: quibus autem non datur, ex justitia non datur, in pœnam præcedentis peccati, & saltem originalis. *Et hinc deducitur, ordinem diuinæ justitiæ in diuinam reduci voluntatem & beneplacitum*. *Sanè* justitia L & voluntas in Deo idem sunt secundùm rem: sed secundùm rationem justitia aliquid supra voluntatem addit, scilicet ordinem diuinis effectibus conuenientem, secundùm quod vnum alteri proportionaliter adæquatur. Est enim in rebus causatis duplex ordo. Vnus, secundùm quem creatura ordinatur ad Deum: alius, secundùm quem vna creatura dependet ab alia. Nomine igitur voluntatis non exprimitur, nisi ordo ille, qui est creaturæ ad creaturam. Sicut enim igni in tali natura constituto debetur, vt sit sursum, considerato rerum ordine ad inuicem: ita etiam culpæ debetur, vt puniatur secundùm eundem ordinem. Vnde patet, quòd non ex hoc tantùm aliquid dicitur esse justum, quia est à Deo volitum, sed quia est debitum alicui rei creatæ secundùm ordinem creaturæ ad creaturam. Nihil enim alicui rei potest esse debitum,

Duplex justitiæ species.

C 1. p. 21. a. 1. c. In 4. d. 46. 1. 1. q. 1. c. & 1. contr. G. c. 93. n. 7.

Justitia distributiua in Deo, non commutatiua.

Ordo Vniuersi Dei justitiam ostendit.

D In 4. l. c. a. 2. q. 1. in 1. sed contra.

An in Deo eadem sit justitiæ ratio & veritatis.

E In 4. l. c. in corpor. & 1. p. 21. 2.

Veritas in quo consistat.

Quo sensu dicatur justitia, quo veritas.

Deus, personarum acceptor non est.

F Rom. 2. l. 2. ibi, non enim. Ad Gal. 2. l. 2. Iac. 1. 3. 1. & 2. Pet. 1. ibi, fortiti. Quol. 10. a. 12. & 1. 2. 2. 63. 4. ad 1.

G Matth. 20. lit. a. ibi.

H Rom. 9. l. 3. ibi.

Gratiæ auxilium quibus datur, ex misericordia datur: quibus nô datur, ex justitia non datur.

I 1. 2. 2. 5. ad 1. In 4. d. 46. 1. 2. q. 2. ad 3.

Ordo diuinæ justitiæ in diuinam reducitur voluntatem.

L 4. d. 46. 1. 2. q. 1. c. & 3. p. 46. 2. ad 3.

Digitized by Google

tum, nisi ratione suæ naturæ, vel conditionis. Naturæ autem & proprietatis rei causa est diuina voluntas: & ideo totus ordo justitiæ originaliter ad diuinam voluntatem reducitur. *Nec aliter quidem de alto prædestinationis mysterio alibi instruimur: vbi quærens Author*: Quare M non omnes à se auersos trahit Deus, sed aliquos, licèt sint omnes æqualiter auersi? *Respondet: quòd* ratio quidem in generali potest assignari: vt scilicet in illis, qui non trahuntur, appareat & refulgeat ordo diuinæ justitiæ: in illis autem, qui trahuntur, immensitas diuinæ misericordiæ. Quare autem in speciali hunc trahat, & illum non trahat, non est ratio aliqua, nisi beneplacitum voluntatis diuinæ. Hoc etiam ostendi potest per exemplum. Nam assignari potest ratio, quare artifex ponit aliquos lapides inferiùs, & aliquos superiùs, & aliquos ex lateribus, ex dispositione domus, cujus complementum hoc exigit. Sed quare hos lapides hic ponat, & hos ibi, dependet à sua simplici voluntate. Et inde est, quòd prima ratio dispositionis refertur ad voluntatem artificis. Sic ergo & Deus ad complementum Vniuersi quosdam quidem trahit, vt in eis appareat sua misericordia: quosdam verò non trahit, vt ostendatur in eis sua justitia. Sed hos trahit, illos non trahit, secundùm suæ beneplacitum voluntatis. Similiter etiam, quare in Ecclesia aliquos fecit Apostolos, alios Confessores, alios Martyres, ratio est propter Ecclesiæ decorem & complementum. Sed quare Petrum fecit Apostolum, Stephanum Martyrem, & Nicolaum Confessorem, non est alia ratio, nisi voluntas sua. *Ex quibus omnibus concludimus, Deum non esse acceptorem personarum. Et ad id allusit mysticè Psaltes Psal. 45. cum ait*: Deus in medio ejus, non commouebitur. *In medio ejus*, scilicet Ecclesiæ: & dicit, *in medio*, vt ostendat, quòd non est acceptor personarum. Medium enim dicitur, quod æqualiter distat ab extremis. Deus autem, quantum est in se, æqualiter se habet ad omnes; *vnde dicitur Luc. 24.* Stetit Iesus in medio discipulorum suorum; *& Gen. 2.* Lignum vitæ erat in medio Paradisi.

Ostenditur in hominum prædestinatione. M Io. 6. l. 5. lit. e. sf. 1. p. 23. 5.

Exemplum.

i *Porrò diuinam metuant justitiam & judicium peccatores iniqui. Et quidem solius ira Dei valdè timenda est, non hominum, Matth. 10.* Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potiùs timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. *Cui respondet illud Is. 8.* Omnia, quæ loquitur populus, conjuratio est: timorem ejus ne timeatis, neque paueatis. Dominum exercituum ipsum sanctificate: ipse pauor vester, & ipse terror vester. *Idcircò, vt vidimus, sicut* Prouidentia Dei N est reuerenda, & bonitas diligenda: *sic* justitia est metuenda: *eo vel magis, quia peccatorum nostrorum testis simul est Deus & judex, Ier. 29.* Ego sum judex & testis, dicit Dominus. *Ex quo* non auertet iram indignationis *Ier. 30.* donec faciat & compleat cogitationem cordis sui *per punitiuam justitiam, offensarum vltor acerrimus. Eapropter implorat quotidie Ecclesia in Completorio*: Domine, auerte iram tuam à nobis. *Notandum verò super illud Psal. 9.* Increpasti gentes, & perijt impius: nomen eorum delesti in æternum & in seculum seculi: *notandum, inquam, quòd* Dominus O puniens malos, tria per ordinem facit in eis. Primò, quia non statim procedit ad vltimam pœnam: sed priùs reprehendit. Secundò, nisi corrigantur, punit. Tertiò exterminat. Quantùm ad primum, dicit, *increpasti*, scilicet per prædicatores, Is. 58. *Annuncia populo meo scelera eorum &c.* Secundò per tribulationes, Iob 33. *Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa ejus marcescere facit*; & quantum adhoc dicit, *perijt impius*, scilicet diabolus, Iob 4. *Quia nullus intelligit, in æternum peribunt.* Igitur *increpasti gentes*, idest deceptas, & *impius* concitans *perijt*. Quantùm ad tertium, dicit: *nomen eorum delesti in æternum*, quod impij perpetuare nituntur: seu ipsi in perpetuum non inuenientur; *Psal. 108.* Dispereat de terra memoria eorum; *& Psal. 36.* Vidi impium superexaltatum: & transiui, & ecce non erat: & quæsiui eum, & non est inuentus locus ejus. *Cum autem exterminat Dominus, non iram, sed furorem exercet suum: quem vt auertat, rogandus est. Tolerabilis enim est ira ejus, Mich. 7.* Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei: *at furor, qui in æterna damnatione exercetur, intolerandus; Is. 30.* Ardens furor ejus, & grauis ad portandum. *Et Iob 19.* Iratus est contra me furor ejus: *quod dicitur* ad designandum P vehementiam iræ: nam furor est ira accensa; *Deut. 32.* Ignis succensus est in furore meo. *Idcircò petebat Dauid Psal. 6.* Domine ne in furore tuo arguas me. *Vbi Author*: Modò Q arguit, sed non *in furore*: quia ad emendandum arguit, & non ad condemnandum. *Quò facit & illud Psal. 2.* Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. *Loquetur ad eos in ira sua*; idest R proferet sententiam vindictæ contra eos: vltimò autem sententia executioni mandatur; & ideò dicit: *& in furore suo conturbabit eos*; in corpore scilicet & in anima, æternâ pœnâ puniet eos: *perpetua nimirum damnatione in ignem æternum: cui alluditur cit. Is. 30.* Ardens furor ejus; *& Deut. 32. suprà cit.* Ignis succensus est in furore meo: *vtque æternum innuat supplicium, mox subjicit*: & ardebit vsque ad Inferni nouissima. *Quod & Ieremias tangit cap. 10. cum ait*: Corripe me, Domine: veruntamen in judicio, & non in furore tuo. *In judicio*, scilicet S consuetæ misericordiæ, non condemnationis: *& non in furore*; idest, secundum debitæ vindictæ mensuram; *& adjicit, ad effectum furoris innuendum*: ne fortè ad nihilum redigas me: *nedum enim peccator æternam meretur pœnam, sed & justum esset, vt peccans in Deum, ab ipso derelinqueretur, & sic in nihilum tenderet. Huc tandem mirabiliter facit quod tradit Author super illud Is. 8.* In manu forti erudiuit me: *vbi docet, quòd manus justitiæ Dei triplex est*: Prima T tangentis, ad probandum, Iob 19. *Manus Domini tetigit me*. Secunda flagellantis, ad purgandum, 2. Mach. 6. *Etsi in præsenti tempore suppliciis hominum eripiar, sed manum Omnipotentis nec viuus nec defunctus effugiam.* Tertia opprimentis, ad condemnandum, Hebr. 10. *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.*

N Serm. 2. de S. Mich.

O Ps. 9. lit. e. Tria Dominus facit puniens malos.

Ira Dei tolerabilis, intolerandus furor. P Iob. 19. l. 1. ibi. & e. sed 1. ibi, furore. Ps. 36. lit. f. Quid hic.

Q Psal. 6. lit. a. fin.

R Ps. 2. lit. c. Furor Domini in æterna damnatione exercetur: ira hic.

S Ier. 10. cit. fi. ibi.

T Is. 8. ibi.

l *Sanè ira Dei per punitiuam ejus justitiam conuerti in furorem videtur, cum homo in peccato veterascit, & in malitia perseuerat. Nec ideò, quòd punitionem differt, furor ejus declinari putetur: cum immò, quò magis tardat, eò grauiùs castiget.* Etenim tarda V expectatio prouenit ex peccatorum majori punitione. *Et hoc est, quod dicitur Psal. 7.* Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit, & parauit illum. *Vbi Author*: Dicitur *inquit* gladius X quasi contra propinquos, sed arcus contra remotos: (*Psal. 59.* Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus; *& Is. 5.* Sagittæ ejus acutæ, & omnes arcus ejus extenti:) & ideò non statim diuina vindicta te punit, sed præparat se, vt conuertaris: (*Sap. 12.* Eos, qui exerrant, partibus corripis: & de quibus peccas, admones: vt relicta malitia, credant in te, Domine.) Sed *nisi conuersi fueritis, gladium suum*, idest vindictam suam, *vibrabit* ad terrendum, & ad propinquos, vt fortiùs percutiat. Quia, nisi per comminationes homo conuertatur, fortiter percutit. Valerius Maximus: *Lento gradu ad vindictam sui procedit diuina ira: tarditatemque supplicij grauitate compensat.* Hieronymus habet: *gladium suum acuet*; idest, præparabit majorem damnationem (*Deut. 32.* Si acuero vt fulgur gladium meum:) *irâ Dei jam in furorem conuersâ. Idcircò & Psal. 9. dicitur*: Secundùm multitudinem iræ suæ non quæ-

Quò magis Deus punire tardat, grauius castigat. V 2. Mach. 6. ibi, obiectio.

X. Ps. 7. lit. g.

Digitized by Google

Y Ps. 9. lit. q. quæret: *videlicet*, quia Y ex magna ira (*quæ est furor*) non punit modò, vt fortiùs puniat in futuro. *Quod exprimitur satis & Iob 35.* Etiam cum dixeris: Non considerat: judicare coram illo, & expecta eum. Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valdè. *Non considerat*, scilicet Deus Z facta hominum: *judicare coram illo*; idest, præparare, vt judicium ejus suscipias: *& expecta eum*, scilicet in futurum judicantem, etsi hic non puniat: tardat enim, vt in futuro grauiùs condemnet; vnde subdit: *Nunc enim*, idest in præsenti vita, *non infert furorem suum*; idest, magnitudinem pœnarum: *nec vlciscitur scelus valdè*; idest, non punit in præsenti, secundùm quod exigit grauitas culpæ: quia pœnæ præsentis vitæ sunt ad correctionem, (*& ad iram pertinent*:) ideò illos, quos correctione indignos judicat, futuræ damnationi reseruat. *Eapropter peccatoribus ingratis, illud summopere pensandum, quod Iac. 2. legitur*: Superexaltat autem misericordia judicium: *nimirùm, quia* quantò A misericordia major alicui in præsenti impenditur, tantò (si ingratus fuerit) grauiùs in futuro punietur. *Timenda ergo justitia Dei, sicut timebat Iob c. 9.* Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti. *Deum enim judicem frustrà declinare contendimus: quod ajebat Dauid Ps. 138.* Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in Cœlum, tu illic es: si descendero in Infernum, ades &c. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. *Vnde & Sapiens promebat Sap. 16.* Tuam manum effugere impossibile est; *& causam adducit Iob c. 10.* Cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere: *qui & cap. seq. id confirmat, cum ait*: Effugium peribit ab eis, *impijs nimirùm*. *Neque imperfectè judicat, sicut homines, qui est scrutans corda & renes Deus; vnde & ad eum dicebat Iob c. 10. cit.* Nunquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu videbis? vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris. *Et cap. 13.* Nunquid decipietur, vt homo, vestris fraudulentijs? *concluditque cap. 16.* Vtinam sic judicaretur vir cum Deo, quomodo judicatur filius hominis cum collega suo! *At non ita est apud Argum diuinum, diuinumque Briareum, qui omnia nouit, & omnia potest. Igitur, quicunque peccasti, considera Deum judicem, vt vehemens tibi incutiatur de illius justitia timor: nam de illo dicitur Ps. 96.* Iustitia & judicium, correctio sedis ejus; *& Ps. 84.* Iustitia ante eum ambulabit: *ambulat enim justitia incessanter eum eo ambulante, & ad puniendum procedente, vt ipse nouit præuaricator Adam: qui nec perperam*, cum audisset *Gen. 3.* vocem Domini Dei *deambulantis* in Paradiso ad auram post meridiem, abscondit se, & timuit, *Dei vtique justitiam, ante eum ambulantem, & veluti diuini Iudicis præconem, ad judicium eum proclamantem, cum ait*: Adam vbi es? *Quandoquidem* hæc vox B non fuit Dei ignorantis, sed vocantis Adam ad comparendum coram judice pro meritis recepturum. Culpa enim sua eum coram Deo accusabat, & *Dei justitia* eum ad judicium proclamabat. *Et paulò ante*: Hæc autem apparitio Dei fuit facta homini, vt reduceretur ex tali timore ad pœnitentiam. *Quod ajebat initio Author*: Quoniam per opera diuinæ justitiæ homo prouocatur ad timorem, quandoque conuertitur ad pœnitentiam, & sanatur: *vti protoparentibus nostris feliciter contigit*: Etenim (*vt dicitur Sap. 16.*) neque herba neque malagma sanauit eos, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia.

Z Iob 35. ſ.

Pœnæ hujus vitæ ad correctionem tantùm.

A Iac. 2. ibi, Hebr. 10. l. 3. ſ. Frustra Deum judicem declinamus.

Dei justitia timenda: quæ ante Deum judicem ambulat.

Adæ exemplum.

B Gen. 3. ibi.

m *Verumtamen non minus in Deo, quàm justitiam, misericordiam statuimus: quæ immò maximè attribuenda Deo est. Nam* ex hoc C homo dicitur misericors, quia miseriam alterius suam facit: quod quidem contingit quantùm ad duo. Primò quantùm adhoc, quòd ipse quodammodo ex aliena miseria afficitur, in quantum compatitur patienti: (misericors enim D dicitur, quasi miserum habens cor super aliena miseria, 2. Cor. 11. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?*) Secundò secundùm quandam reputationem, quia miseriam proximi reputat quasi suam, & exinde mouetur ad repellendum ejus miseriam per beneficium, sicut repelleret suam. Deus autem nullo modo miseriæ particeps esse potest: vnde secundùm primum modum misericordia in eum non cadit; sed ipse hoc modo se habet in repellendo miseriam aliorum, sicut se habet homo in repellendo miseriam suam. Sicut enim homo in repellendo miseriam alicujus considerat hominis vtilitatem, cujus repellit miseriam: ita & Deus per sua beneficia repellens nostram miseriam, non ordinat hoc ad suam vtilitatem, sed ad nostram; vnde in quantum nostra miseria est quasi sua secundùm reputationem quandam ipsius, qui eam repellit: sic dicitur misericors, & misereri. Et propter hoc communiter dicitur, quòd non est in eo misericordia secundùm passionem, sed secundùm effectum: qui tamen effectus ex affectu voluntatis procedit, qui non est passio, sed simplex voluntatis actus. *Quo sensu legitur Iudic. 10.* Quæ dicentes (*filij Israel*) omnia de finibus suis alienorum deorum idola projecerunt, & seruierunt Domino Deo: qui doluit super miserijs eorum. *Enimverò, vt clariùs procedatur*, considerandum est E quòd elargiri perfectiones rebus pertinet quidem & ad bonitatem diuinam, & ad justitiam, & ad liberalitatem, & ad misericordiam: tamen secundùm aliam & aliam rationem. Communicatio enim perfectionum absolutè considerata pertinet ad bonitatem. Sed in quantum perfectiones rebus à Deo dantur secundùm earum proportionem, pertinet ad justitiam. In quantum verò non attribuit rebus perfectiones propter vtilitatem suam, sed solùm propter suam bonitatem, pertinet ad liberalitatem. In quantum verò perfectiones, datæ rebus à Deo, omnem defectum expellunt, pertinet ad misericordiam. *Et quamuis verissimum sit*, quòd misericordia F & clementia conueniunt in hoc, quod vtraque refugit & abhorret miseriam alienam: aliter tamen, & aliter. Nam ad misericordiam pertinet miseriæ subuenire per beneficij collationem: ad clementiam autem pertinet miseriam diminuere per subtractionem pœnarum. *Conueniunt inquam in Deo misericordia & clementia*: *nam &* misericordia Dei G semper relaxat & quasi temperat judicium suæ seueritatis. *A venia autem clementia distinguitur: quia* clementia, *vt dictum est*, est diminutiua H pœnarum: non quidem in respectu ad id, quod est secundùm rationem rectam, sed in respectu ad id, quod est secundùm legem communem, quam respicit justitia legalis. Sed propter aliqua particularia considerata, clementia diminuit pœnas, quasi decernens, hominem non esse magis puniendum; vnde dicit Seneca in 2. de Clem. *Clementia hoc primum præstat, vt quos dimittit, nihil aliud illos pati debuisse pronunciet*: Venia verò, debitæ pœnæ remissio est. *Vel, vt alibi*: Venia est I, quando propter aliquam vtilitatem publicam remittit aliquid de pœna debita. Clementia est: quando non solùm de pœna aliquid remittit, sed etiam de culpa remissiùs judicat. *An verò dici possit, Deum cum vno misericordiùs agere, quàm cum alio*: Dicendum L quòd misericordia respicit absolutè diuinum effectum, non concernendo aliquam proportionem, vel æqualitatem in ipso: vnde secundùm majorem vel minorem misericordiæ effectum dicitur misericordiùs agere cum vno, quàm cum alio: si hoc referatur ad actionem, secundùm quod determinatur ad effectum; non autem, si referatur ad eam, secundùm quod exit ab agente: quia ipse vna & inuariabili misericordia cum omnibus misericorditer agit. Nec tamen sequitur propter hoc, quòd aliquo modo

Misericordia in Deo.

C 4. d. 46. 2. 2. q. 1. c. & 1. p. 21. 3 c. & 2. 2. 30. & 1. cont. G. c. 91. Ps. 24. lit. h. li. a. l. 1. lit. c.

Quis dicatur misericors D lo. 2. loc. cit. & 1. p. l. c. & 2. 2. l. c. a. 1. Matth. 5. lit. b. ibi, misericordes. Hebr. 2. A. 4. ibi, misericors, & alibi.

Quo sensu Deus misericors dicatur.

E 1. p. 21. 3. c. Dare perfectionem rebus spectat & ad bonitatem diuinam, & ad justitiam, & ad liberalitatem, & ad misericordiam: aliter tamen, & aliter.

In quo differant misericordia & clementia.

F 2. 2. 159. 1. ad 2. & 157. 1. ſ. c. & a. 2. ad 2. & a. 4. ad 3.

G Iac. 2. ibi judicium.

Discrimen inter clementiam & veniam.

H 2. 2. 157. 2. ad 2. Hebr. 10. l. 3. ibi, miseratione.

I Hebr. 10. l. c.

An Deus misericordiùs cum vno agat, quàm cum alio.

L 4. d. 46. 1. 2. q. 4. ad 2.

Digitized by Google

modo cum vno justiùs agat, quàm cum alio: effectus enim misericordiæ non est contra justitiam, sed præter eam.

Innumeri diuinæ misericordiæ effectus.

n *At verò innumeri sunt diuinæ effectus misericordiæ, quos sacra ad instructionem nostram exhibet pagina. Vnde Psaltes, cum infiniti sint*, Psal 88. *promebat*: Misericordias Domini in æternum cantabo. *Omne siquidem tempus non sufficeret ad enarrandum. Et per totum* Psalmum 135. *repetit incessanter*: Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia ejus. *Idcirco & Sapiens eccli.*18. *eam admiratus, exclamat*: Quis adjiciet enarrare misericordiam ejus? *Exprimit autem Moyses sub sensibilium figura qualis erga hominem sit* Deut. 32. *cum ait*: Circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans: expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. *Et Dauid Psal.*102. Miserator & misericors Dominus, longanimis & multùm misericors. Non secundùm peccata nostra fecit nobis: neque secundùm iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundùm altitudinem Cœli à terra corroborauit misericordiam suam super timentes se. Quomodo miseretur Pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum &c. *Vt innumera prætercam testimonia. Et quidem diuina in primis elucet misericordia in hominum prædestinatione. Quod tangit Apostolus Rom.*9. Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. *Videlicet*: Ipsa M salus hominis *non est volentis, neque currentis*; idest, non debetur alicui per aliquam ejus voluntatem, vel exteriorem operationem, quæ dicitur cursus, *secundùm illud* 1. Cor. 9. Sic currite, vt comprehendatis: *sed est miserentis Dei*; idest, procedit ex sola Dei misericordia, vt maximè sequitur ex inducta authoritate Deut. 9. *Nec dicas in corde tuo: Propter justitiam meam introduxit me Dominus, vt Terram hanc possiderem*: (*in figuram cœlestis Patriæ, de qua dicitur*: Credo videre bona Domini in terra viuentium.) Potest autem & aliter intelligi, vt sit sensus. Omnia procedunt ex Dei misericordia: igitur *non est volentis*, scilicet velle, *neque currentis*, scilicet currere; sed vtrunque *miserentis est Dei*, secundùm illud 1. *ad Cor.*15. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. *Et Ioan.*15. Sine me nihil potestis facere. *Sed ne videatur lædi humani libertas arbitrii, hoc sanè intelligendum est, subdit Author*: ita quòd velle & currere est hominis vt liberè agentis: non autem est hominis vt principaliter mouentis, sed Dei, *qui misericorditer mouet. Id quod post pauca confirmat Apostolus, cum subdit*: Sustinuit Deus in multa patientia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. *Diuitias inquam gloriæ suæ*: finis enim N electionis & miserationis bonorum est, vt manifestaret in eis abundantiam bonitatis suæ, reuocando eos à malo, & ad justitiam eos trahendo, & finaliter eos perducendo in gloriam. De quibus diuitijs dicitur Ephes. 2. *Deus autem, qui diues est in misericordia*; & Rom. 2. *An diuitias bonitatis ejus contemnis?* Nominat autem bonos *vasa misericordiæ*: quia vtitur eis Deus quasi instrumentis ad suam misericordiam manifestandam; & addit, *quæ præparauit in gloriam*: quia (*præter æternam in prædestinando electionem*) eos præparat & disponit ad gloriam, vocando. *Sed & ipsâ* in damnatione O reproborum apparet misericordia: non quidem totaliter relaxans, sed aliqualiter alleuians, dum punit citra condignum. (*Quod signatur iis verbis Psal.*77. Et abundauit, vt auerteret iram suam: & non accendit omnem iram suam: *per quam diuina punitio metaphoricè insinuatur; vnde & eod. Psal. præmittitur*: Ira Dei ascendit super eos. *Quò facit & illud*: Aut obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? *vt dicitur Psal.*76. Quod P intelligitur de misericordia aliquid relaxante, non de misericordia totaliter liberante, si extendatur ad damnatos. Vnde non dicit: *continebit ab ira*, sed *in ira*: quia non totaliter pœna tolletur, sed ipsâ pœnâ durante, misericordia operabitur, eam diminuendo. Et in justificatione impij apparet *quidem* justitia, dum culpas relaxat propter dilectionem; quam tamen ipse misericorditer infundit. Sicut de Magdalenâ legitur Luc. 7. *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Sanè* remissio Q peccatorum dicitur justificatio ex parte termini, vel finis: dicitur etiam & miseratio ex parte principij, in quantum est opus diuinæ misericordiæ. *Quin & in hoc* R quòd justi (*siue justificati*) puniuntur in hoc Mundo, apparet justitia & misericordia, in quantum per hujusmodi afflictiones aliqua leuia in eis purgantur, & ab affectu terrenorum in Deum magis eriguntur.

Qualis in hominem.

Elucet in ejus prædestinatione.

M Rom. 9. l. 3. ibi. & l. 2. & 1. p. 23. 5.

N Rom. 9. l. 4. ibi.

Electi cur vasa misericordiæ dicantur.

Emicat misericordia & in damnatione reproborum & in impiorum justificatione.

O 1. p. 21. 4. ad 1. In 4. d. 46. 2. 3. q. 1. ad 1. & q. 2. ad 4.

P In 4. l. c. 4. & q. 2. ad 4.

Q Ver. 28. 1. ad 8.

R 1. p. 21. 4. ad 3. Hebr. 3. l. 2. post med.

o *Atqui major proculdubio Dei emicat misericordia in peccatores. Idcircò dicitur* Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, 2. *ad Corinth.*1. Duobus enim S homines maximè indigent. Primò vt auferantur eis mala (*culpæ præsertim*:) & hoc facit misericordia, quæ aufert miseriam; & misereri est proprium Patri, Psalm. 102. *Quomodo miseretur Pater filiorum &c.* Secundò indigent, vt sustententur in malis, quæ adueniunt: & illud est propriè consolari: quia nisi homo haberet aliquid, in quo quiesceret cor ejus, quando superueniunt mala, non subsisteret. Igitur *Pater misericordiarum est, & Deus totius consolationis*: Quia, si peccas, consolatur te Deus, quia ipse misericors est. Si affligeris, consolatur te, eruendo ab afflictione. Si laboras, consolatur te remunerando. *Et hæc quidem misericordia innotescit satis in verbis Domini ad Nathanaelem Ioan.* 2. Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. *Cum esses sub ficu*; idest, T sub vmbra peccati (Adam enim & Eua cum peccassent, de folijs ficus perizomata sibi fecerunt) antequam ad gratiam vocatus esses, *vidi te*, scilicet oculo misericordiæ: nam ipsa Dei prædestinatio oculo pietatis respicit prædestinatos sub peccatis viuentes. *Quod clariùs innuitur* Io. 11. *quando Dominus de functum Lazarum* (*peccatoris figuram*) *suscitaturus, dixit*: Lazarus mortuus est: sed eamus ad eum. *Vbi Author*: In hoc *inquit* ostenditur V Dei clementia, in quantum homines in peccatis existentes, & quasi mortuos per se ad eum accedere non valentes, misericorditer præueniendo attrahit, secundùm illud Ierem. 31. *In charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te miserans.* (Misericorditer *inquam* præueniendo attrahit; *Dei enim misericordia nos præuenit*, Psal. 58. Deus meus, misericordia ejus præueniet me. *Nec tantùm præuenit, sed & subsequitur*; Psal. 22. Et misericordia tua subsequetur me. *Etenim* vtraque X est necessaria: quia præueniens inspirat animum: subsequens juuat, vt efficiatur. *Vnde & Ecclesia in Collecta perseueranter petit*: Tua nos, quæsumus Domine, gratia semper & præueniat & sequatur.) *Quod magis roboratur ex seqq. nam cum Dominus, accedens ad sepulchrum*, lacrymatus esset, *dixerunt Iudæi*: Ecce quomodo amabat eum! *Per quod* mysticè Y datur intelligi, quòd Deus homines etiam in peccatis amat: nisi enim eos amasset, non vtique diceret: *Non veni vocare justos, sed peccatores*, ad pœnitentiam, vt dicitur Matth. 9. *Profectò falsa* Z opinio est, quòd peccatori pœnitenti Deus veniam deneget, vel quòd peccatores ad se non conuertat per gratiam justificantem, *ex sua vtique misericordia. Quò mysticè facit pueri Iesu fuga in Ægyptum. Quærens enim Author*: Quare A potiùs in Ægyptum, quàm in aliam regionem? *respondet*: Dicendum, quia proprium est Dei, vt memor

Qualis in peccatores.

S 2. Cor. 1. l. 2. ibi.

Duobus indiget homo.

T Ioan. 1. l. 16. lit. d.

V Ioan. 11. l. 3. d. f.

Misericordia Dei nos præuenit & subsequitur.

X Ps. 22. f.

Y Io. 11. l. 5. K.

Deus homines etiam in peccatis amat.

Z 3. 2. 30. 1. f. & q. 21. 2. 6.

A Matth. 2. lit. d. ibi.

se ipsa agunt, quasi se dirigentia in finem, vt creaturæ rationales per liberum arbitrium, quo consiliantur & eligunt; vnde signanter dicit; *In manu consilij sui*. Sed quia ipse actus liberi arbitrij reducitur in Deum, sicut in causam: necesse est, vt ea, quæ ex libero arbitrio fiunt, diuinæ prouidentiæ subdantur. Prouidentia enim hominis continetur sub prouidentia Dei, sicut causa particularis sub causa vniuersali. *Et in hoc sensu dicit Apostolus* 1. *Cor.* 9. Nunquid de bobus cura est Deo? *Nam*, quia E creatura rationalis habet per liberum arbitrium dominium sui actus, speciali quodam modo subditur diuinæ prouidentiæ, vt scilicet ei imputetur aliquid ad culpam, vel ad meritum, & reddatur ei aliquid vt pœna, vel præmium. Et quantùm ad hoc, curam Dei Apostolus à bobus remouet; non tamen ita, quòd indiuidua irrationalium creaturarum ad Dei prouidentiam non pertineant, vt *Rabbi Moyses* existimauit. *Quod roboratur magis ex verbis Domini Matth.* 10. *dicentis*: Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. *Vbi Author*: Per passeres *inquit* dat F intelligere omnes aues paruas. *Asse veneunt*: In hoc notat vilitatem, quia duo habentur pro asse; sicut enim vnitas est minimum in numeris, ita as in ponderibus: (*vt innuat, omne vel minimum animalium indiuiduum diuinæ subesse prouidentiæ*:) *Et vnus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro*; idest, sine prouidentia Patris. Et consonat verbum istud verbo legis *Leu.* 14. quòd cum aliquis curabatur à lepra, offerebat duos passeres: & vnus immolabatur, alter verò cum ligno cedrino, & hyssopo intingebatur in sanguine occisi, & aspergebatur mundandus; & sic viuus dimittebatur. Vult ergo, quòd duo accipiuntur, & vnus non occiditur: & hoc non fit sine prouidentia Dei. (*Ex Hilario*, per duos passeres intelliguntur corpus & anima: & dantur pro asse; idest, pro modica delectatione, *Is.* 50. *Ecce in iniquitatibus venditi estis &c.* Et istorum vnus solus cadit in terram, scilicet corpus: anima autem tendit ad judicium.) Et cum objicitur ex Apostolo loco suprà cit. quòd *Deo non est cura de bobus*: ergo nec de passeribus. Dicendum, quòd Deo est cura de omnibus, vt habetur Sap. 12. *Non est alius Deus, quàm tu, cui cura est de omnibus*. Sed sciendum, quòd prouidet omnibus secundùm modum suæ naturæ. Hæc autem est diuersitas in rebus creatis: quòd quædam sunt naturaliter liberæ, aliæ verò non. Illa dicitur creatura libera, in cujus potestate est, quòd faciat quod vult: non libera, quæ hoc non habet. Vnde prouidet rationalibus tanquam liberis, sed prouidet alijs tanquam seruis; sicut Paterfamilias aliter prouidet liberis, aliter seruis. Liberis prouidet propter seipsos, sed seruis secundùm quòd sunt in vsum dominorum, & etiam secundùm quòd vnusquisque magis aptus est ad seruiendum. Sic diuina misericordia rationalibus distribuit propter seipsos, quia totum fit propter bonum eorum, vel propter malum: vnde eis omnia sunt præmia, vel pœnæ meritorum. Quæ autem irrationalibus fiunt, vel ad salutem hominum fiunt, vel ad completionem Vniuersi, vt habetur 3. *Reg.* 13. quòd quidam propheta occisus est à leone, & hoc propter culpam. Mus occiditur à cato, ad seruandum bonum Vniuersi: hic est enim ordo Vniuersi, vt vnum animal viuat de alio. Ideò consequenter ostendit, aliam curam Deum habere de hominibus, & de brutis, cum dicit: *Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt*. Ostendit enim, quòd differentia est prouidentiæ Dei, ex quo diuersimodè prouidet. Dixerat enim, quòd de passeribus *vnus non cadit in terram sine Patre*: hic verò dicit, quòd nedum vos non cadetis, sed *nec capilli vestri*. Et hic notat prouidentiam circa minimos actus. Sed notandum, quòd dicit: *numerati sunt*; cujus ratio est, quia consuetum est, quòd illud, quod vult aliquis sibi retinere, numerat: quod vult autem dispensare, alij tradit. Vnde hæc est differentia inter prouidentiam rationabilium, & aliorum, quia immediatè ordinantur ad Deum: talis enim creatura capax Dei est; aliæ verò non. Item quæ numeramus, nobis conseruare volumus; & ideò non dixit, quòd passeres numerati sunt, quia non in perpetuum durant: sed homines ita sunt, vt in perpetuum durent, quia anima perpetua est. *Hinc ad illud Iob c.* 7. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? *cohærenter docemur*, *quòd* secundùm quòd aliqua G perpetua sunt, propter se disponuntur à Deo; secundùm quòd autem corruptibilia sunt, propter aliud. Quæ ergo perpetua sunt & specie & indiuiduo, propter se gubernantur à Deo. Quæ autem sunt corruptibilia indiuiduo, perpetua specie tantùm: secundùm speciem quidem propter se dispensantur à Deo, secundùm autem indiuiduum propter speciem tantùm; sicut bonum & malum, quod accidit in brutis animalibus: vtpote quòd hæc ouis occiditur ab hoc lupo, vel aliquod aliud hujusmodi, non dispensatur à Deo propter aliquod meritum, vel demeritum hujus lupi, vel hujus ouis, sed propter bonum specierum. Et hoc est, quod dicit: *Aut quid apponis erga eum cor tuum?* dum scilicet ei prouides propter ejus bonum. Non *apponit* autem in brutis erga singularia *cor suum*, sed erga bonum speciei, quod potest esse perpetuum. *Quibus omnibus satis ostenditur specialior Dei circa hominem prouidentia*: (*Et hæc quidem* solicitudo H quam Deus specialiter habet de homine, demonstrat, aliam esse vitam hominis post corporis mortem) *præsertim verò de homine justo: ex quo de Dauid profertur illud* 1. *Reg.* 13. (*Et Act.* 13.) Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum: *de quo Num. seq.*

Prouidentia hominis sub prouidentia Dei.

Exponitur illud 1. Cor. 9. *Nunquid de bobus cura est Deo?*

E *Ibid. ad* 5. & q. 103. 5. ad 2. & 3. cont. G. c. 113.

F *Matth.* 10. *lit. b. ibi. Ver.* 5. 6. c. Op. 7. 5. 2. & 1. p. 103. 5. c.

Ostenditur Dei prouidentia de singulis brutis, sed specialior de homine.

Corpus & anima pro minima emittuntur delectatione.

Exponitur illud: *Vestri capilli capitis omnes numerati sunt*.

G *Iob* 7. l. 4. *ibi. Rom.* 8. l. 6. *sub initio & loc. cit.*

H *Ibid. post pauca.* specialis Dei cura de homine, ostendit aliam esse hominis vitam post mortem corporis.

y *Postremò*, *præter ordinem diuinæ prouidentiæ nil prorsus euenire posse*, *fatendum est*. *Et quamuis aliquando contrarium videatur accidere*, *hoc euenire dicitur*, *non quatenus est à Deo*, *sed ex parte rerum*, & *respectu alicujus particularis causæ*, *non vniuersalis*, *qualis est Deus*, *vt prætactum est*. Ordinem *enim* vniuersalem I secundùm quem omnia ex diuina prouidentia ordinantur, possumus considerare dupliciter; scilicet quantùm ad res, quæ subduntur ordini, & quantùm ad ordinis rationem, quæ ex principio ordinis dependet. Res autem, quæ à Deo sub ordine ponuntur, prouenitunt ab ipso, non sicut ab agente per necessitatem naturæ, vel cujuscunque alterius: sed ex simplici voluntate, maximè quantùm ad primam rerum institutionem. Relinquitur ergo, quòd præter ea, quæ sub ordine diuinæ prouidentiæ cadunt, Deus aliqua facere potest; non autem est ejus virtus ad has vel illas res obligata. Si autem consideremus prædictum ordinem quantùm ad rationem à principio dependentem: sic, præter ordinem illum Deus facere non potest. Ordo enim ille procedit ex scientia & voluntate Dei omnia ordinante in suam bonitatem, sicut in finem. Non est autem probabile, quòd Deus aliquid faciat, quod non sit ab eo volitum. Neque etiam est probabile, ab eo aliquid fieri, quod ejus scientiâ non comprehendatur. *Enimuerò*, cum Deus L sit prima causa vniuersalis, non vnius generis tantùm, sed totius entis, impossibile est, quòd aliquid contingat præter ordinem diuinæ gubernationis. Sed ex hoc ipso, quòd aliquid ex vna parte videtur exire ab ordine diuinæ prouidentiæ, qui consideratur secundùm aliquam particularem causam, necesse est, quòd in eundem ordinem relabatur secundùm aliam causam.

An quidquam præter diuinæ ordinationem prouidentiæ possit euenire.

I 3. *cont. G. c.* 98.

L 1. p. 103. 7. *fi. c.* & *ad arg.* & q. 22. 2. ad 1. *Ias. d.* 6. 1. 1. *ad* 3. *Pot.* 1. 4. & 3. *cont. G. c.* 98.

z Quæ

Digitized by Google

2 *Quæ cum ita sint, vnde est, quòd non pauci ex fidelibus, quasi Deo nulla de nobis cura esset, neque illius prouidentiam admirantur, neque judicium timent? non secus ac ante legem homines impij, de quibus dicitur ad Rom.* 5. Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. *Quod est intelligendum*: non quin imputaretur M quasi puniendum apud homines, cum quidam legantur ante legem puniti ab hominibus pro peccatis, vt patet Gen. 40. (*de pistorum Magistro, quem Pharao suspendit in patibulo.*) Sed non imputabatur quasi à Deo puniendum. Tunc enim non credebant homines, quòd Deus humana facta vel puniret vel præmiaret, secundùm illud Iob 22. *Circa cardines Cœli perambulat, nec nostra considerat.* Sed postea, lege diuinitus data, innotuit, quòd peccata imputantur à Deo ad pœnam, & non solùm ab hominibus. Et ideò, quia homines non credebant, se puniendos à Deo pro peccatis, liberè & absque fræno peccabant vbi humanum judicium non timebant *Non minùs & modò homines quidam scelesti, ac si Deus non esset ipsorum* judex, *& quidem* justus, fortis (*quamuis ex suæ largitate pietatis, vel ad seuerius judicium* & patiens) *impudenter tota die peccant: cum tamen, vt supremus Dominus omnium, metuendus summopere sit, & vt liberalissimus in prouidentia Pater* (*Sap.* 14. Tua autem, Pater, prouidentia gubernat) *totis viribus diligendus, omnique honorandus obsequio, Mal.* 1. Si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? Et, si Dominus ego sum, vbi est timor meus? *Deus siquidem* dicitur N Pater ratione specialis creationis, quia creauit nos ad imaginem & similitudinem suam, quam alijs creaturis inferioribus non impressit, Deut. 32. *Nunquid non ipse est Pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?* Item ratione gubernationis: quanquam enim omnia gubernet, nos tamen gubernat vt dominos, alia vt seruos; Sap. 12. *Tu autem, dominator virtutis, cum tranquillitate judicas, & cum magna reuerentia disponis nos.* (*Quod facit & illud Matth.* 6. Respicite volatilia Cœli, quæ non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester cœlestis pascit illa. *Vbi dicit*, Pater O vester, *non illorum*: quia propriè Pater est rationalis creaturæ: *pascit illa*, de quo Ps. 146. *Qui dat jumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum*. Vnde & subdit: *Nonne vos magis pluris estis illis*? idest, majoris valoris. Homo enim omnibus præponitur, Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*; & statim sequitur: *& præsit piscibus maris, & volatilibus Cœli &c.*) Item ratione adoptionis: quia alijs creaturis dedit quasi munuscula, nobis autem hereditatem; & hoc, quia filij: sed *si filij, & heredes*, Rom. 8. *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum* (qualis in veteri lege) *sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba Pater.* Debemus autem nos ei tria. Primò honorem, Mal. 1. cit. *Si Pater ego sum, vbi est honor meus?* Qui consistit in tribus. In laudis datione, quoad Deum, Psal. 49. *Sacrificium laudis honorificabit me*: quæ non solùm debet esse in ore, sed etiam in corde, If. 29. & Matth. 15. *Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè est à me.* In corporis puritate, quoad seipsum, 1. Cor. 6. *Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* In judicij æquitate, quoad proximum, Ps. 98. *Honor Regis judicium diligit.* Secundò debemus ei imitationem, quia Pater est, Ier. 3. *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis*: quæ perficitur specialiter in dilectione, Ephes. 5. *Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione.* Tertiò debemus ei obedientiam, *Hebr.* 12. Non multò magis obtemperabimus Patri spirituum? *Et quidem, nedum vt Patri, sed & propter dominium*: ipse enim est Dominus, Exod. 24. *Omnia, quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes ... & timor adijcitur*, Mal. 1. cit. Et, si Dominus ego sum, vbi est timor meus? *Nec enim contra impios, diuinæ in prouidentia largitati ingratos, adhuc esse destitit vltionum Deus. Vnde &* Luc. 18. *postquam dictum est de illis*, qui neque Deum timent, neque hominem reuerentur, *statim subijcitur à Domino*: Dico vobis, quia Deus citò (*nota*) faciet vindictam illorum. *Et ad Hebr.* 10. Mihi vindicta, & ego retribuam; *vel secundùm aliam literam*: Mea est vltio. *Timendus ergo, honorandus, & laudandus beneficus Creator noster, Conseruator noster, Prouisor noster, cum quatuor mysticis animalibus Apoc.* 4. *Quæ* requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus &c. *Vbi* notatur P continuatio in laudando. *Die ac nocte*; idest, in prosperis vel aduersis. Quidam enim laudant Deum in prosperis tantùm, Zach. 11. *Benedictus Dominus, diuites facti sumus.* Et Psal. 48. *Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Non ita Dauid piissimus Rex, qui* Psal. 33. *immò canebat*: Benedicam Dominum in omni tempore; *scilicet*, aduersitatis Q & prosperitatis. *Et iterum*: semper laus ejus in ore meo. *Semper* autem dicit: idest, in omni statuto tempore: vel in præparatione animi: vel *semper* benefaciendo, quo Deus *semper* laudatur. *Subdit autem Ioannes*: Et cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem, sedenti super thronum: *gloriam*, scilicet R Patri pro creatione, honorem Filio pro recreatione, benedictionem pro promissa glorificatione (*quod ad Spiritum Sanctum refertur, Ephes.* 1. Signati estis Spiritu promissionis Sancto:) procidebant vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum: & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu creasti omnia. *Procidebant* (*timore vtique reuerentiali*) idest S humiliabant se, se in ejus reputatione nihil reputantes, nil sibi, sed ei totum attribuentes, Ps. 113. *Non nobis, Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam.* (Hinc in fine Psalmorum, cum dicitur: *Gloria Patri &c.* inclinant Religiosi, quasi dicant ipso facto cum multitudine Angelorum Luc. 2. *Gloria in altissimis Deo.*) *Et adorabant &c.* idest, diuinum honorem ei exhibebant, *dicentes* ore, & corde credentes: *Dignus es* dignitate, congruitate, & condignitate, *Domine* mala puniens, *Deus* bona faciens, *noster* te & tua tribuens, *accipere* ab omnibus creaturis, *gloriam*, idest laudem cordis, *& honorem*, laudem oris, *& virtutem*, laudem operis. Q. d. Laudandus, glorificandus, & honorandus es ore, corde, & opere; & subdit causam: *quia creasti omnia*; & ideò sunt ad te referenda. *Quia inquam creasti omnia, & omnibus omnia prouides, in naturalibus & supernaturalibus necessaria subministrans. Vnde & Psalm.* 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. *Vbi ponit* T diuinam prouisionem. Hieronymus habet: *Dominus pascit me*; & idem est, quia qui pascit, regit: (*& qui regit, pascere debet vel spiritualiter, vel temporaliter.*) Et sufficienter pascit; vnde dicit: *& nihil mihi deerit*: scilicet de eo, quod est necessarium ad salutem, & in temporalibus; Matth. 6. *Primùm quærite Regnum Dei, & hæc omnia* (*scilicet temporalia*) *adijcientur vobis.* Tamen in futuro omnem sufficientiam plenè habebimus: quia *nihil deerit* nobis, quoniam habebimus Deum. *Ex quo tenemur eum diligere, timere, & reuereri. Id quod monet & ad Hebr.* 12. *Apostolus, cum ait*: Itaque regnum immobile suscipientes, habeamus gratiam, per quam seruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia. *Hoc est, præter cætera dona naturalia & gratuita hic exhibita*, Regnum immobile suscipientes; *idest*, futuræ gloriæ V quod nobis promittitur, Luc. 12. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum.* Quod enim speramus, habemus, scilicet gratiam, quam

Margin notes:

Peccant homines, ac si non esset Deus prouisor & judex.

M Rom. 5. l. 4. ibi. & c. 1. l. 6. ibi de Cœlo.

Deus a Pater noster multiplici ex capite.

N Op. 7. §. 1. & 3. Op. 24. §. 1. c. 4. & 5. & l. ... 33. 3. c. & 2. 2. 102. 1. Mat. 6. lit. a. & c.

O Matth. 6. lit. c. ibi.

Tria ei debemus.

Vt Deum prouisorem non timenti, nec reuerenti.

P Apoc. 4. c. 1. & 2. ibi, die ac nocte; & cap. 7. ibid. & Is. 26. ibi, in nocte.

Deus in prosperis & aduersis laudandus.

Q Ps. 33. lit. a. & 1. Thess. 5. l. 2. ibi, orate.

R Apoc. 4. c. 2. ibi.

S Ibid. ibi.

T Ps. 22. lit. a.

V Ad Hebr. 12. l. 5. ibi.

Digitized by Google

tanquam quoddam gloriæ inchoatiuum accipimus. Sicut enim natura non deficit in necessarijs, multò minùs Deus. Et ideò dat nobis spem illius regni, & per consequens gratiam, per quam perueniamus, Rom. 5. *Accessum habemus per fidem in gratiam istam*. Sequitur: *per quam seruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia*. Vbi inducit ad obsequium, vt à nobis requisitum. Dictat enim ratio naturalis, quòd ei, à quo multa beneficia recipimus, obligamur ad reuerentiam, & ad honorem exhibendum: ergo multò fortiùs Deo, qui nobis maxima dona donauit, & infinita repromisit. Et ideò dicit, quòd *per istam gratiam*, scilicet nobis datam & dandam, *seruiamus Deo placentes, cum metu & reuerentia*. Non enim sufficit tantùm seruire Deo, quod potest fieri per actionem exteriorem, nisi etiam placeamus ei per intentionem rectam & per amorem, Sap. 4. *Placens Deo, factus est dilectus*. Maximè autem seruitur Deo per obsequium interius, Luc. 1. *Seruiamus illi in sanctitate & iustitia*. Deus autem propter creationem dicitur Dominus: propter regenerationem verò, Pater. Domino autem debetur timor: sed Patri amor, & reuerentia. Ergo Deo seruiendum est cum metu & reuerentia, *ob tot nobis præstita in prouidendo beneficia, & in futuro præstanda. Quod quidem vel ex eo agendum nobis est*: quia in omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos, *Prou.* 15. In triplici *autem* loco X contingit esse rationalem creaturam: scilicet in loco luminoso, in loco tenebroso, in loco luminoso & tenebroso. Locus luminosus est Cœlum Empyreum, vbi est lumen sine tenebris: locus tenebrosus est Infernus, vbi sunt tenebræ sine lumine: locus luminosus & tenebrosus est iste Mundus, vbi est lumen & tenebræ. In primo contemplatur Deus tantùm bonos, in secundo tantùm malos, in tertio bonos & malos. Et hìc notatur Dei prouidentia. Videt autem hic bonos: Primò, vt ab omni malo eripiat. Secundò, vt orationes eorum exaudiat. Tertiò, vt misericordiam exhibeat. Quartò, vt bonum gratiæ conferat. Quintò, vt in omnibus protegat. Sextò, vt bonum gloriæ tribuat. Videt ergo bonos ex sua bonitate. Videt autem & malos. Primò, eorum opera considerando. Secundò, super malis eorum indignando. Tertiò, condemnando. Quartò, eis non parcendo. Quintò, pœnam velociter inferendo. Videt ergo malos ex sua justitia. Isti enim sunt duo oculi Domini: bonitas, qua respicit bonos: justitia, qua videt malos. In istis ergo notatur Dei prouidentia, & ejus bonitas, & ipsius justitia. Prouidentia reuerenda, bonitas diligenda, justitia metuenda. *Quod ajebat initio Author, contra impios illos, qui Ezech.* 9. *dicebant*: Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. *DISCE, Deo omnium prouisori* dare gloriam & honorem & benedictionem. *Vide*, Dei Potentia, *& Num. seq.*

Deus propter creationem Dominus, propter creationem Pater.

Triplex rectæ naturæ rationalis locus. X *Serm. de S. Mich.*

Videt Deus diuersimodè bonos & malos.

XVI. ***Spiritus Domini ornauit Cœlos: & obstetricante manu ejus, eductus est coluber tortuosus*. Iob 26.** Rectè Cœlos Spiritus ornasse dicitur: quia in creaturis, quæ suum ordinem seruauerunt, & diuina bonitas clariùs resplendet, & decoris ornatus immutatus non est. Rectè etiam dicitur coluber tortuosus manu obstetricante eductus: quia in malis relucet etiam diuina potentia, per hoc quòd cohibentur: & diuina prouidentia per hoc, quòd eorum mala ordinantur in bonum. *Prol. in 2. Sent. fi.*

PRæmiserat citato loco Author, quòd in præallegatis verbis Sanctus Iob Y duo tangit: scilicet, ornatum, & obstetricationis officium. Ornatus pertinet ad dispositionem rerum, quia eas varia pulchritudine decorauit, vt dicitur Eccli. 42. *Magnalia Sapientiæ suæ decorauit*. De hac etiam pulchritudine dicit Boetius: *Mundum mente gerens pulchrum pulcherrimus ipse*. Sed obstetricatio pertinet ad prouidentiæ gubernationem, qua creaturas per se subsistere non valentes, ad modum obstetricis in esse conseruat, necessaria in finem ministrat, & impedimenta repellit, etiam mala in bonum ordinando. Vnde dicitur Iob 38. *secundùm similem metaphoram*: Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens? *De Prouidentia Dei respectu cæterarum creaturarum, vide luculentam Authoris eruditionem* Z. *Veruntamen, vt præinnuimus, specialis Dei prouidentia est de rationalibus creaturis: his enim propter se, non propter aliud, sicut cæteris creaturis, prouidetur ab illo, eo quòd perpetuæ sunt*. Manifestum est autem A quod prouidentia Dei principaliter est circa illa, quæ perpetuò manent. Circa verò ea, quæ transeunt, prouidentia Dei est, in quantum ordinat ipsa ad res perpetuas. Inter has autem creaturas est homo: quia ejus forma, scilicet anima, est spiritualis creatura, à qua est radix humanorum actuum, & à qua corpus hominis ordinem ad immortalitatem habet: & ideò humani actus sub diuina prouidentia cadunt hoc modo, quòd ipsi prouisores sunt suorum actuum. *Eapropter & homines (sicut & Angeli) prædestinari dicuntur, in nobilissimum & perfectissimum finem à Deo ordinati, videlicet in vitam æternam*. Est *autem* Prædestinatio B quædam pars prouidentiæ. Ad prouidentiam autem pertinet, res in finem ordinare. Finis autem, ad quem res creatæ ordinantur à Deo, est duplex. Vnus, qui excedit proportionem naturæ creatæ, & facultatem: & hic finis est vita æterna, quæ in diuina visione consistit, quæ est supra naturam cujuslibet creaturæ. Alius autem finis est naturæ creatæ proportionatus, quem scilicet res creata potest attingere secundùm virtutem suæ naturæ. Ad illud autem, ad quod non potest aliquid virtute suæ naturæ peruenire, oportet quòd ab alio transmittatur, sicut sagitta à sagittante mittitur ad signum. (*Quò mirabiliter facit quod habetur Is.* 49. Posuit me sicut sagittam *electam*: in pharetra sua abscondit me.) Vnde, propriè loquendo, rationalis creatura, quæ est capax vitæ æternæ, perducitur in ipsam quasi à Deo transmissa. Cujus quidem transmissionis ratio in Deo præexistit, sicut & in eo est ratio ordinis omnium in finem: quam diximus esse prouidentiam. *Ex quo prouidentia dicitur respectu omnium*: prædestinatio verò dicitur C esse aliquorum dupliciter: vel sicut finis, & conferentium ad finem; & sic dicitur esse gratiæ & gloriæ: vel eorum, quæ finem consequuntur; & sic est omnium, qui gloriam per Dei gratiam adipiscuntur. *Sed de prædestinatione fusiùs suo loco.*

b *Prouidet autem Deus & bonis hominibus & malis*, Matth. 5. Qui Solem suum oriri facit super bonos & malos. *Et quidem ob hanc Solis beneficam generalem virtutem*, omnia communiter D ipsum desiderant, aut ad hoc quòd videant, aut ad hoc quòd moueantur, aut ad hoc quòd illuminentur, aut ad hoc quòd calefiant, aut qualitercunque contineri à virtute luminis desiderant. *Quòd si metaphoram Deo attribuimus, attende ad duplicem inter cæteros Luminaris hujus effectum, videlicet ceram emollire, lutum verò indurare: candidum enim tenerumque justi cor emollit, Ps.* 21. Factum est cor meum tanquam cera liquescens: *sordidum luteumque peccatoris indurat, Hab.* 2. Aggrauat contra se densum lutum; *& Iob* 41. Cor ejus indurabitur tanquam lapis; *& Exod.* 9. Indurauit Dominus cor Pharaonis. *Porrò, cum de naturalibus diuinæ prouidentiæ* bene-

Y *Prol. in 2. a Sent. post med.*

Dei prouidentia obstetrix creaturarum.

Z *Iob* 38. & 39. *Ps.* 8. *lit. c. Psal.* 17. *à lit. c. Ps.* 18. *lit. a. & alibi.*

Prouidentia Dei specialior rationalibus creaturis, inter quas est homo.

A 1. p. 113. 2. c. & 103. 2. c. In 2. d. 11. 1. 1. c.

Prædestinatio quid.

B 1. p. 23. 1. & 2. c. *Ver.* 6. 1. & 3. *cont. G. c. vlt. Quol.* 12. 3. c.

Duplex creaturarum finis.

Prouidentia omnium, prædestinatio aliquorum est, & hoc dupliciter.

C 1. d. 40. 9. 1. c. & ad 7. & q. 4. 1. c. & d. 35. exp. tex. *Ver.* 6. 1. c. *Rom.* 1. l. 3. & 1. p. 23. 1.

Solis benefica generalis virtus.

D *de diu. Nom.* c. 4. l. 3. fi.

Duplex effectus.

Digitized by Google

E Vers. 5. 7. et & 1. p. 22. 2. ad 4. In 2. d. 11. 1. 4. c.

Homines & specialiter prouisi à Deo sunt, & prouidentes.

Vnde boni & mali dicantur.

beneficijs circa hominem satis superque notum sit, considerandum est, quòd diuina E Prouidentia se extendit ad homines dupliciter. Vno modo, in quantum ipsi prouidentur: alio modo, in quantum ipsi prouidentes fiunt. Ex hoc autem, quòd prouidendo deficiunt, vel rectitudinem seruant, boni vel mali dicuntur. Ex hoc autem, quòd prouidentur à Deo, eis bona vel mala præstantur: & secundùm quod ipsi diuersimodè se habent in prouidendo, diuersimodè prouidetur eis à Deo. Si autem rectum ordinem in prouidendo seruant: & in eis diuina prouidentia ordinem seruat congruum humanæ dignitati, vt scilicet nihil eis eueniat, quod in eorum bonum non cedat, & quòd omnia, quæ eis proueniunt, eos in bonum promoueant, secundùm illud Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. Si autem prouidendo ordinem non seruant, qui congruit creaturæ rationali, sed prouideant secundùm modum brutorum animalium: & diuina prouidentia de eis ordinabit secundùm ordinem, qui brutis competit, vt scilicet ea, quæ in eis vel bona vel mala sunt, non ordinentur in eorum bonum proprium, sed in bonum aliorum, secundùm quod in Psal. 48. dicitur: *Homo, cum in bonore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis*. Ex quo patet, quòd altiori modo diuina prouidentia gubernat bonos, quàm malos. Mali enim dum ab vno ordine prouidentiæ exeunt, vt scilicet Dei voluntatem non faciant, in alium ordinem dilabuntur, vt scilicet de eis diuina voluntas fiat. Sed boni quantùm ad vtrumque sunt in recto ordine prouidentiæ. *Et hoc est, quod alibi cohærenter docemur*. Inter omnes F partes Vniuersi excellunt Sancti Dei, ad quorum quemlibet pertinet quod dicitur Matth. 25. *Super omnia bona sua constituet eum*. Et ideò quicquid accidit vel circa ipsos, vel alias res, totum in bonum eorum cedit, ita quòd verificatur quod dicitur Prou. 11. *Qui stultus est, seruiet sapienti*: quia scilicet etiam mala peccatorum in bonum justorum cedunt; vnde & Deus specialem curam de justis habere dicitur, secundùm illud Psal. 33. *Oculi Domini super justos*: in quantum scilicet sic de eis curat, quòd nihil mali circa eos esse permittit, quod non in eorum bonum conuertat. Et hoc quidem manifestum est quantùm ad mala pœnalia, quæ patiuntur. *Ipsorum enim infirmitate ex glossa exercetur humilitas, afflictione patientia, contradictione sapientia, odio beneuolentia*, Psal. eod. *Multæ tribulationes justorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus*. Sequitur: *Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur*. Nam per ossa G viri perfecti intelliguntur, quos Dominus custodit, *Ezech.* 37. Hæc dicit Dominus Deus ossibus his: Ecce ego intromittam spiritum in vos, & viuetis &c. *Vnum ex his non conteretur*: quia in tribulationibus nulla virtus hominis deficit, quem Deus custodit. Non enim deficiebat charitas in Sanctis per odium, quia pro persequentibus orabant: non mansuetudo per iram, quia non murmur resonabat: non patientia per injustitiam, immò in patientia sua possidebant animas suas; & ideò dicitur Ps. 36. Cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. (*Ex quo colligitur, & ipsum peccatum cedere in bonum eorum, vnde & peccati permissionem inter prædestinationis effectus ponunt: de quo suo loco.*) *Super illud etiam Rom.* 8. Pro nobis omnibus tradidit illum, *concludit Author*: Omnia H donauit nobis, vt scilicet omnia cedant in bonum nostrum: superiora quidem, scilicet diuinæ personæ, ad fruendum, rationales spiritus ad conuiuendum, omnia inferiora ad vtendum, non solùm prospera, sed etiam aduersa, 1. ad Corinth. cap. 3. *Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei*: vnde patet, quòd sicut in Psalmo dicitur, nihil deest timentibus eum. *Ex quibus vides, quàm speciali prouidentia Deus bonos & justos custodiat, vnde & Ps.* 16. *orabat Dauid*: A resistentibus dexteræ tuæ custodi me vt pupillam oculi. *Quandoquidem* pupilla I oculi cum diligentia custoditur, quia nihil, quod lædere possit, permittitur appropinquare. Sic & facit Deus in custodia serui sui, Deuter. 32. *Circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui*; & Zach. 2. *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei*. Ad hanc autem diligentem custodiam manifestandam vtitur duplici metaphora, scilicet vmbræ & alarum: *Sub vmbra alarum tuarum protege me*. Vmbra enim refrigerat ab æstu: sic & tutela Dei refrigerat dans securitatem. Item alis gallina pullos contra miluum custodit: sic & Deus suis alis, quæ sunt charitas & misericordia, justos defendit à rapacitate dæmonum. His ergo alis Deus nos eleuat ad superna: *& hic est finis diuinæ in homines prouidentiæ. Hac de causa dicitur diuinus prouisor, quamuis omnium, specialiùs justorum Deus, Rom.* 1. Gratias ago Deo meo &c. *Quia nimirùm*, quamuis sit L Deus omnium per creationem & gubernationem: specialiter tamen dicitur esse Deus justorum tripliciter. Primò quidem secundùm specialem curam, quam de eis gerit, Ps. 33. cit. *Oculi Domini super justos*. Secundò per specialem cultum, Exod. 15. *Iste Deus meus, & glorificabo eum*. Tertiò quia eorum præmium, Gen. 15. *Ego Dominus protector tuus sum, & merces tua magna nimis*.

Omnia in bonum bonis: omnia in malum malis.

Altiori modo Deus gubernat bonos, & justos, quàm peccatores, & malos.

F Rom. 8. l. 6. sub initio ibi, omnia. & c. 9. l. 2. ibi, seruiet. 1. p. 23. 7. c.

Etiam mala peccatorum in bonum justorum cedunt.

G Ps. 33. lit. s.

H Rom. 8. l. 6. 8.

I Ps. 16. lit. c. ibi.

Iusti, pupilla Dei oculi.

Duæ alæ Dei. Charitas, & misericordia, quibus nos eleuat ad superna.

Dominus specialiter dicitur Deus justorum ex triplici causa.

L Rom. 1. lect. sub initio. & 1. p. 23. 7. c. In 1. d. 18. 1. 5. ad 6. In 2. d. 11. 2. 4. c.

C *Neque tolli rectum prouidentiæ ordinem putandum est, ex eo quòd, vt dicitur Eccle.* 9. Vniuersa æquè eueniunt justo & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas & sacrificia contemnenti: sicut bonus, sic & peccator. *Etenim*, quamuis M videatur nobis, quòd omnia æqualiter bonis & malis accidant ex hoc, quòd nescimus, qua de causa diuina prouidentia singula dispenset: non est tamen dubium, quin in omnibus bonis & malis, quæ eueniunt siue malis siue bonis, sit recta ratio, secundùm quam diuina prouidentia omnia ordinat. Et quia eam ignoramus, videtur nobis, quòd inordinatè & irrationabiliter eueniant. Sicut, si aliquis intraret officinam fabri, videretur ei, quòd instrumenta fabrilia essent inutiliter multiplicata, si nesciret rationem vtendi vnoquoque: quorum tamen multiplicatio ex causa rationabili apparet ei, qui virtutem artis intuetur. *Et quidem* omnia N æquè eueniunt bonis & malis, quantum ad ipsam substantiam bonorum vel malorum temporalium, sed non quantum ad finem: quia boni per hujusmodi manuducuntur ad beatitudinem, non autem mali. *Nec pariter nos confundat temporalis vt plurimùm malorum prosperitas: de qua Ier.* 12. Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus, qui præuaricantur, & iniquè agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt: proficiunt, & faciunt fructum. Propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. *Nam, præterquam* etiam malis O Deus plerunque dat temporalia bona, tum propter merita Patrum, tum propter aliqua, quæ ipsi fecerunt: (*nihil enim liberalissimus Deus irremuneratum relinquit:*) *tamen hic receperunt mercedem suam; vnde ad diuitem illum respondit Abraham Luc.* 16. Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: *cui merces æternæ gloriæ seruata est, qua mali priuantur. Præter hoc, inquam, audi quid Propheta subijciat*: Congrega eos, quasi gregem ad victimam. *Q. d.* Quia P justus es, Domine, non potest esse, quòd impios non punias. Ideò ergo ita eos in prosperitatibus exaltas, sicut qui impinguat gregem ad occisionem. Ergo ex quo impinguati sunt (*nota*) & injusti sunt, congrega eos quasi gregem ad victimam, *igni videlicet infernali post mortem addicendos, tanquam diaboli hostias. Idem prorsus legimus & Iob* 21. (*cujus totam capitis literalem expositionem*

Quo sensu intelligendum illud Eccle. 9. *Vniuersa æquè eueniunt justo & impio &c.*

M Ver. 5. 5. ad 6. & a. 4. ad 11. In 1. d. 39. 2. 2. ad 5.

N 1. 2. 114. 10. ad 4. & 2. 2. 122. 5. ad 4.

O Genes. 16. initio.

P Ier. 12. ibi. Qualis impiorum in prosperitate viuentium finis.

Digitized by Google

Q. *Iob* 21. l. 1. & 2.

vide Q.) Quare impij viuunt, ſubleuati ſunt, confortatique diuitijs? Semen eorum permanet coram eis: propinquorum turba & nepotum in conſpectu eorum. Domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ: & non eſt virga Dei ſuper illos. Bos eorum concepit, & non abortiuit: vacca peperit, & non eſt priuata fœtu ſuo &c. *Vno verbo*: Ducunt in bonis dies ſuos: *verumtamen* in puncto ad Inferna deſcendunt.

R. *Ibidem*.

Nam juſtus R ſi aduerſitatem patitur temporalem, remanet ei fulcimentum virtutis, & conſolatio in Deo, vnde non totaliter diſſipatur: ſed malis, amiſſis temporalibus bonis, quæ ſola ſibi quæſierunt, nullum remanet fulcimentum, vnde ſubditur: *Quoties lucerna impiorum*, ideſt proſperitas, *extinguetur*, ideſt finietur: *& ſuperueniet eis* diuino judicio *inundatio*, *& dolores diuidet Dominus furoris ſui*; ideſt, ex ejus furore prouenientes: *erunt* impij *ſicut paleæ ante faciem venti*, quæ ſcilicet propter leuitatem reſiſtere non poſſunt vento &c. *Et poſt pauca*. In diem perditionis ſeruatur malus.

Proſperatur, non affligitur hic malus, vt grauiùs puniatur poſt mortem.

Q. d. quòd in hac vita non punitur malus, ſed proſperatur: hoc ideò eſt, quia reſeruatur ejus punitio in aliud tempus, quando grauiùs punietur; vnde ſubdit: *Ad diem furoris ducetur*. Quia enim furor eſt ira accenſa, nomine furoris acrior vindicta ſignificatur. *En quò temporalis impiorum proſperitas terminatur*. *Ratio autem præfatorum adducitur: quia*, quòd melioribus S minus datur de bono temporali, & quandoque plus de malo, in eorum profectum cedit quantum ad ſpirituale bonum, quod eſt ſimpliciter hominis bonum.

S *In* 4. d. 46. 2. 2. q. 2. ad 6.

Bona temporalia non ſunt ſimpliciter bona, niſi vt media ad virtutem.

Bona enim temporalia non ſunt ſimpliciter hominis bona, niſi ſecundùm quod organicè deſeruiunt ad ſpirituale bonum. *Igitur æternus prouiſor* Deus T eſt nutritor & medicus. Medicus autem ſubtrahit nutrimentum infirmo, & facit eſurire & ſitire, quia expedit ſanitati. Ita Deus, ſecundùm quod expedit ſaluti noſtræ, quandoque inopiam immittit, quandoque diuitias confert: quandoque longitudinem dierum concedit, quandoque breuitatem adducit.

T *Pſ.* 33. *lit.* K. *In* 1. d. 39. 2. 2. *ad* 5. *Opuſc.* 6. §. 2.

Cur tam mali, quã boni nunc temporaliter proſperentur, nunc affligantur, & egeant.

Sanè, *hominibus* juſtis V licèt ſubtrahantur bona temporalia: (plus X enim *vt plurimum* dat Deus de bonis temporalibus inimicis, quàm amicis:) non tamen deſeruntur à Deo: quia totum hoc cedit in bonum eorum, vel pro bonis, vel vt tollatur cauſa alicujus mali.

V *Pſ.* 36. *lit.* ſ.
X *Op. de er. Pr.* l. 1. c. 8.
Y 2. 2. 36. 2. in

Vt plurimùm plus proſperentur mali, quàm boni.

Verùm quoad impios, ſecundùm doctrinam Y fidei, temporalia bona, quæ indignis proueniunt, ex juſta Dei ordinatione diſponuntur vel ad eorum correctionem, vel ad eorum damnationem.

Malis bona temporalia dantur, vel ad correctionem, vel ad damnationem.

Ad eorum vtique correctionem, ſi bene vtantur, diuina beneficia recognoſcentes: ad damnationem, ſi malè. Et quoniam vtplurimùm in malum vtuntur, ſibi cedunt in damnum, & quod peſſimum eſt, in æternam damnationem. Idcircò Matth. 19. *legimus*: Diues difficilè intrabit in Regnum Cœlorum. *Profectò ad Dei prouidentiam*, *atque* ad diuinam Z juſtitiam pertinet, vt virtuoſis det ſpiritualia bona, & de temporalibus bonis vel malis tantum det eis, quantum ſufficit ad virtutem. Alijs verò (*impijs videlicet*) hoc ipſum, quod temporalia dantur, in malum ſpiritualium cedit: *quod hucuſque oſtenſum eſt*. *Ex quibus ſatis innoteſcit, cur de temporalibus plus minuſue tam bonis, quàm malis diuinâ prouidentiâ diſpenſetur*. *Vide plura V*. Bona temporalia.

Z 1. 2. 87. 7. ad 2.

d *Cæterùm diuina prouidentia bene vtitur malis, cum alta diſpoſitione permittit, ad bonorum vtique majorem profectum & gloriam. Etenim, vt vidimus*, juſti A diuinâ prouidentiâ excellentiùs gubernantur, quàm peccatores. Nam ſi qua mala ſunt in juſtis vel culpæ vel pœnæ, in eorum bonum à Deo ordinantur: ſed mala peccatorum ordinantur in gloriam Dei, & in laudem juſtorum. *Et alibi*: Omnia mala B quæ Deus facit, vel permittit fieri, ordinantur in aliquod bonum, non tamen ſemper in bonum ejus, in quo eſt malum, ſed quandoque ad bonum alterius, vel etiam totius Vniuerſi: ſicut culpam tyrannorum ordinat in bonum Martyrum, & pœnam damnatorum ordinat ad gloriam juſtitiæ ſuæ. *Ex quo dicitur Apoc.* 14. Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ ſunt vuæ ejus.

Diuina prouidentia bene vtitur malis.

A *Ad Ham.* 1. d. 39. 2. 2. ad 4.

B 1. 2. 79. 4. ad 1. & 1. p. 22. 2. ad 2. de diu. Nom. c. 4. l. 23. poſt init.

Hoc eſt; quoniam C completa eſt malitia eorum; & jam non habet locum, quia non prodeſt ampliùs bonis. Nam permittit Deus ex ſui diſpenſatione regnare malos, quandiu proſunt bonis, *Eccle.* 8. Peccator ex eo, quòd centies facit malum, & per patientiam ſuſtentatur, ego cognoui, quòd erit bonum timentibus Deum. *Quod innuitur &* 1. Cor. 3. *ijs verbis*: Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum &c. *Vbi Author*: Comprehendit D *inquit*, ſapientes (*huius ſeculi*) Dominus in aſtutia eorum; quia per hoc ipſum, quod aſtutè cogitant contra Deum, impedit Deus eorum conatum, & implet propoſitum ſuum: ſicut per malitiam fratrum Ioſeph, volentium impedire ejus principatum, impletum eſt per diuinam ordinationem, quòd Ioſeph in Ægypto venditus principaretur. *Quod & verum habet de malo pœnæ. Hinc ad illud Ioann.* 11. Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos, vt credatis &c. *docemur*, *quòd* aliquando E mala ſunt ratio gaudij, in quantum ordinantur ad bonum. *Quo ſenſu &* ad Rom. 6. *de malo culpæ dicebat Apoſtolus*: Gratias autem Deo, quòd fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi eſtis. Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis juſtitiæ. *Gaudebat enim, & grates agebat Deo, non quòd* ſerui peccati *facti fuiſſent, ſed quòd ex peccato, alta Dei diſpoſitione permiſſo, ad pœnitentiam eſſent conuerſi*, ſerui facti juſtitiæ: *nam & ex malo culpæ elicit Deus pœnitentiæ bonum. Siquidem ex hoc cautior homo reſurgit*. Rectè *ergo* dicitur *Iob* 26. coluber tortuoſus manu obſtetricante eductus: quia in malis etiam relucet diuina prouidentia per hoc quòd eorum mala ordinantur in bonum, *vt Author ab initio docuerat*.

C *Apoc.* 14. & 2. *ibi*.

Permittit Deus regnare malos, vt proſint bonis.

D 1. *Cor.* 3. l. 8. *ibi*, & *ad Philem.* l. 2.

E *Io.* 11. l. 1. d.

e *Verumtamen deplorandum in ſummo eſt, quòd malum in naturalibus vt in paucioribus, in hominibus verò vt in pluribus eueniat: quod & experientia notum eſt*. Nam generabilia F & corruptibilia, in quibus ſolùm contingit eſſe malum naturæ, ſunt modica pars totius Vniuerſi. Et iterum in vnaquaque ſpecie defectus naturæ accidit vt in paucioribus. In ſolis autem hominibus malum videtur eſſe vt in pluribus. *Et ratio adducitur*: quia bonum hominis ſecundùm ſenſum corporis non eſt bonum hominis in quantum homo, ſed ſecundùm rationem. Plures autem ſequuntur ſenſum, quàm rationem. *Vnde &* Gen. 8. *ſignanter dicitur*: Senſus, & cogitatio humani cordis, *ſenſibilibus adhærentis*, in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. *Iuxta quod legitur Bar.* 1. Abiuimus vnuſquiſque in ſenſum cordis noſtri maligni, facientes mala ante oculos Domini Dei noſtri. *Et Ier.* 18. Vnuſquiſque prauitatem cordis ſui mali faciemus. *Horum autem occaſione obſerua*, *quòd* in naturalibus G ex malo agentis ſequitur malum actionis: ſicut ex tibia curua ſequitur claudicatio. In voluntarijs autem è conuerſo, ex malo actionis, quod eſt culpa, ſequitur malum agentis, quod eſt pœna: diuina prouidentia culpam per pœnam ordinante. *Obſerua ſecundò in hominum conuictu*, *quòd* bonis H mali vtuntur malè, ſicut & malis boni bene vtuntur, *juxta illud Rom.* 12. Noli vinci à malo; *ſcilicet*, ejus I *qui* te perſequitur, vt & tu eum perſequaris, *ſicut faciunt mali*: *ſed* vince in bono malum: *ideſt*, in bono tuo vince malum illius, vt ſcilicet ei benefaciendo, eum à malo trahas. *Obſerua tertiò*, *quòd* Primò homines L ſimpliciter operantur malum cogitando: & hos Deus odit. Sed quando addunt malitiam exequendo, prouocant Deum ad puniendum.

Malum in naturalibus vt in paucioribus: in hominibus vt in pluribus.

F 1. p. 49. 3. ad 5. & 63. 7. ad 1. Et 1. 2. 71. 2. ad 3. In 1. d. 39. 2. 2. ad 4. In 2. d. 1. 1. 1. ad 3. & d. 34. 1. 3. ad 2. & 3. cont. G. c. 6. ad 1. Pot. 3. 6. ad 5. Ma. 1. 3. ad 17. & 9. 5. ad 16.

Ratio aſſeritur.

G *Ma.* 114. c.

In naturalibus ex malo agentis ſequitur malum actionis; in voluntarijs, ex malo actionis ſequitur malum agentis.

H 3. *cont. G. c.* 135. *non longè ab initio*.

Mali malè vtuntur bonis: Boni benè vtuntur malis.

I *Rom.* 12. ſ.

L *Pſ.* 5. *lit.* c. *ibi*, abominabitur.

Quoſnam peccatores abominetur Deus.

Quan-

Digitized by Google

Quando verò perdurant, tunc Deus abominatur, *Prou.* 15. Abominatio est Domino, via impij: *quasi hujusmodi peccatores tolerare non valeat.*

f *Denique illud hîc stabiliendum, quòd quamuis diuina prouidentia, vt præmisimus, immobilitatem habeat*: Attingit enim *Sap.* 8. à fine vsque ad finem fortiter: *non ideò vtilitatem orationis excludit. Quocirca notandum, quòd* quidam M attendentes immobilitatem diuinæ ordinationis, posuerunt, quòd oratio, vel sacrificium, vel hujusmodi in nullo prodesse potest. (*juxta illud Iob.* 21. Quid nobis prodest, si orauerimus illum?) Et hæc fuisse dicitur Epicureorum opinio, qui omnia immobiliter euenire dicebant ex dispositione superiorum corporum, quæ deos nominabant. Alij autem dicebant, quòd secundùm hoc sacrificia & orationes valent, quia per hujusmodi mutatur preordinatio eorum, ad quos pertinet disponere de actibus humanis. Et hæc dicitur fuisse opinio Stoicorum, qui ponebant, res omnes regi quibusdam spiritibus, quos deos vocabant: & cum ab eis esset prædinitum, orationibus & sacrificijs poterat obtineri, quòd talis definitio mutaretur, placatis deorum animis, vt dicebant. *Nihilominus, quia contra ejusmodi stultitias Deum summum omnium prouisorem catholicè confitemur;* considerandum est N quòd ex diuina prouidentia non solùm disponitur qui effectus fiant, sed etiam ex quibus causis, & quo ordine prouenìant. Inter alias autem causas sunt etiam quorundam causæ actus humani: vnde oportet, homines agere aliqua, non vt per suos actus diuinam dispositionem immutent, sed vt per actus suos impleant quosdam effectus secundùm ordinem à Deo dispositum. Et idem etiam est in naturalibus causis: & similiter etiam de oratione. Non enim propter hoc oramus, vt diuinam dispositionem immutemus; sed vt id impetremus, quod Deus disposuit, per orationes Sanctorum esse implendum: vt scilicet *ex Gregorio* homines postulando mereantur accipere, quod eis Deus omnipotens ante secula disposuit donare. *Vnde & Luc.* 18. Oportet semper orare, & non deficere. *Et Matth.* 7. Petite, & dabitur vobis &c. *Quinimmò cap.* 6. *specialem statuit nobis Dominus precationem, cum ait*: Sic ergo vos orabitis: Pater noster, qui es in Cœlis, sanctificetur nomen tuum, adueniat Regnum tuum &c. *Quibus verbis* præfatas O opiniones destruit, cum dicit *Pater*: si enim est Pater, prouidet filijs, Sap. 12. *Non enim est alius Deus, quàm Tu, cui cura est de omnibus.* Item Pater dicitur ad filium, vt dominus ad seruum. In eo enim, quòd ipse Pater est, dicimus nos liberos: non enim dicitur Pater aliarum rerum. Si ergo sumus liberi, habemus libertatem arbitrij: ergo aliquid est à nobis. Per hoc verò quod dicit, *qui es in Cœlis*, ostendit omnia impetrabilia, quando ipse ibi immobilis est. Quia, sicut ipse, qui est in Cœlis, disposuit, effectus produci ex causis: ita prouidit talem petitionem per talem orationem nobis dari; vnde valet ad subleuandam spem (nam oratio P interpres est spei:) *Luc.* 11. Si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester de Cœlo dabit spiritum bonum petentibus se? *Hinc sequitur, vel ipsam hominis prædestinationem posse piorum precibus juuari. Quam quidam veritatem in præfata Dominica Oratione docemur, vbi jubemur orare*: Adueniat Regnum tuum; *quod vtique ab æterno prædestinatis decretum est & tamen illud nos petere vult. Verùm sano intelligenda sensu hæc veritas est: quia nimirùm* in prędestinatione Q duo sunt consideranda: scilicet, ipsa præordinatio diuina, & effectus ejus. Quantùm ad primum, nullo modo prædestinatio juuatur precibus Sanctorum: non enim precibus Sanctorum fit, quòd aliquis prædestinetur à Deo. Quantùm verò ad secundum, dicitur prædestinatio juuari precibus Sanctorum, & alijs bonis operibus: quia prouidentia (cujus prædestinatio est pars) non subtrahit causas secundas; sed sic prouidet effectus, vt etiam ordo causarum secundarum subjaceat prouidentiæ. *Id quod & in mundanis experimur; nam si morbo quopiam grauaris, cum ex diuina prouidentia infallibilis & certa sit præordinatio de morte tua, vel salute, vt quid medicum accersis? vt quid pharmacum, tametsi amarum, assumis? vt quid venam secas? Si litem cum aduersario contestatus es, & aliàs de victoria vel jactura ex Dei dispositione æterna stabilitum est: cur patronum consulis, cur disputationem inis, cur sollicitè tot præcautiones adhibes, non sine ærarij tui detrimento? Idem dic de nauigatione, de bello, de quotidiano rerum prouisu, & hujusmodi. Quod si in mundanis his talem impendis operam, & pro corporali sanitate: quanto magis pro æterna adipiscenda salute solicitus esse debes? Quod ideò monebat Apostolus Petrus ijs verbis* 2. *Pet.* 1. Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis: *videlicet*, per prædestinationem R ab æterno, vt scilicet certi sitis, vos esse vocatos, & à Deo electos: *neque enim æterna merces nisi pro bonis operibus in executione conceditur, eoquòd* non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit, *vt dicitur* 2. *ad Tim.* 2. *DISCE tibi bene operando prouidere.*

Errores circa vtilitatem orationis.
M *Ver.* 6. 6. c. 1. p. 23. 8. c. *Matth.* 6. *lit. c. ibi, Pater.*

Immobilitas prouidentiæ orationis vtilitatem non excludit.
N 2. 2. 83. 2. *s. c.* 3. *cont. G. c.* 95. & 1. *p.* 23. 8. *c. Ver. l. c. In* 4. *d.* 15. 4. 1. *q.* 3. *ad* 3.

O *Matth.* 6. *lit. c. ibi, Pater.*

Oratio, spei interpres.
P *Psal.* 32 *fi.*

Q 1. *p.* 23. 8. *c. Ver.* 6. 6. *c. In* 1. *d.* 41. 1. 4. *In* 3. *d.* 17. 1. 3. *q.* 1. *ad* 3. *In* 4. *d.* 45. 3. 3. *ad* 3.
Quo sensu hominis prædestinatio possit orationibus juuari.

Sicut pro salute corporali omnia remedia adhibemus: ita pro salute æterna, & eò magis.

R 2. *Pet.* 1. *ibi.*

DEI IVSTITIA & MISERICORDIA.

XVII. Quoniam per multa opera diuinæ justitiæ homo prouocatur ad timorem, & per opera misericordiæ prouocatur ad spem: quandoque conuertitur ad pœnitentiam, & sanatur. *Ps.* 27. *lit. e.*

g I*Vstitia & misericordia excelso Dei solio assistrices perpetuò sunt, hæc quidem à dextris, à sinistris illa*: Dextera Dei S misericordia est: sinistra, justitia. *Nam & dextera Dei est* T quæ exaltat bonos: sinistra est, quæ punit malos. *Vnde Dominus* Matth. 25. *in finali judicio* statuet oues quidem à dextris: (*hoc est, bonos & electos, quibus misericorditer gratiam largitur*; Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, *vt dicitur Rom.* 9.) hœdos autem à sinistris: (*hoc est, peccatores & reprobos, quibus punitiua justitia Dei debitam pœnam infligit.*) *Hinc ad Patrem orans*: Pater, *inquit*, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum. *Vbi notandum, quòd* voluntas V Christi duplex est, scilicet misericordiæ & justitiæ. Sunt ergo omnes homines dati Filio, Ioa. 5. *Dedisti ei potestatem omnis carnis*, idest omnis hominis, vt scilicet faciat de eis suam voluntatem, vel misericordiæ ad saluandum, vel justitiæ ad puniendum. *Ipse enim est qui constitutus est à Deo judex viuorum & mortuorum*, vt dicitur Act. 10. *Quoniam verò in omnibus diuinis operibus justitia simul emicat & misericordia: non perperam Author de vtraque sub eadem Quæstione sermonem facit, quo vtriusque innueret in quolibet diuino opere inseparabilem societatem. Hinc cohærenter docemur, quòd* misericordia Dei X est quædam justitiæ plenitudo; *& rursùm*: Opus Y diuinæ justitiæ semper præsupponit opus misericordiæ, & in eo fundatur. *Quod ex sequentibus patebit magis. Sed & ratio adducitur. Nam* operatio Z Dei est quasi medium inter Deum operantem & ipsum opus operatum. Omne autem medium participat quodammodo cum vtroque extremorum; & ideo in operatione Dei oportet aliquid inueniri ex parte ipsius Dei operantis, & ex parte operati, ad quod operatio terminatur. Ex parte quidem operantis exigitur, vt sit superabundantia in collatione bonorum, & in diminutione malorum, cum ipse Deus sit excellentissimus operator; & in hoc consistit diuina misericordia: (Si tamen A misericordia

S *Ap.* 1. *c.* 1. *ibi*, dexteram, & *c.* 2. *ibi*, in dextera.
Dextera Dei, misericordia; sinistra, justitia est.
T *Ps.* 20. *lit. f.*

Volũtas Christi duplex, misericordiæ & justitiæ.
V *Ioan.* 17. *l. 6. a. initio.*

Misericordia Dei est justitiæ plenitudo: & opus justitiæ in opere misericordiæ fundatur.
X 1. *p.* 21. 3. *ad* 2.
Y *Ibid. a.* 4. *c.* & *q.* 25. 3. *ad* 3.
Z 4. *d.* 46. 2. *q.* 2. *c.* & *q.* 1. *a.* 4. *q.* 3. & 1. *In* 2. 1. 1.

A 1. *p. loc. cit.* & 1. 2. 112. 3. *a.* 1. *Ver.* 18. 1. *ad* 4.

Digitized by Google

ricordia pro remotione cujuscunque defectus accipiatur, quamuis non omnis defectus propriè possit dici miseria; *quam misericordia respicit*, sed solùm defectus rationalis creaturæ, quam contingit esse felicem: nam miseria felicitati opponitur.) Ex parte autem operati requiritur receptio, quæ fit secundùm proportionem recipientis; & in hoc ratio justitiæ consistit: & ideò oportet, quòd in omni diuina operatione aliquid misericordiæ, & aliquid justitiæ inueniatur. Nec justitia misericordiæ repugnat, quia misericordia non est laudabilis, nisi sit secundùm rationem rectam, quæ est regula justitiæ, siue secundùm ordinem Sapientiæ in diuinis: nec misericordia repugnat justitiæ, quia elargiri aliquid supra debitum de bonis, vel citra debitum de malis, non est contra justitiam, sed præter eam. Et ideò nec immensitas misericordiæ excludit justitiam à diuino opere, nec immensitas justitiæ misericordiam. *Profectò* Deus B misericorditer agit, non quidem contra justitiam suam faciendo, sed aliquid supra justitiam operando: sicut si alicui, cui debentur centum denarij, aliquis ducentos det de suo: non tamen contra justitiam facit; sed liberaliter, vel misericorditer operatur. Et similiter, si aliquis offensam in se commissam remittat: qui enim aliquid remittit, quodammodo donat illud; vnde Apostolus remissionem, donationem vocat, Ephes. 4. *Donate inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis.*

In omni opere Dei justitia & misericordia.

Nec misericordia justitiæ, nec justitia misericordiæ repugnat: neque altera alteram à diuino opere excludit.

Deus misericorditer agēs, contra suam justitiam non facit, sed supra eam.

B 1. p. 21. 3. ad 2 & 3. p. 46. 2. ad 3. In 4. d. 46. 1. 2 q. 2. c. & q 4. ad 2.

h *Vt autem nouerimus, qualiter justitia Deo competat, sciendum, quòd* duplex est C species justitiæ. Vna quæ consistit in mutua datione & acceptione, vt puta quæ consistit in emptione & venditione, & alijs hujusmodi communicationibus vel commutationibus: & hæc dicitur à Philosopho in 5. Ethic. *justitia commutatiua*, vel directiua commutationum; & hæc non competit Deo, quia vt dicit Apostolus Rom. 11. *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Alia quæ consistit in distribuendo: & dicitur *distributiua justitia*, secundùm quod aliquis gubernator vel dispensator dat vnicuique secundùm suam dignitatem. Sicut igitur ordo congruus familiæ, vel cujuscunque multitudinis gubernatæ demonstrat hujusmodi justitiam in gubernante: ita ordo Vniuersi, qui apparet tam in rebus naturalibus, quàm in rebus voluntarijs, demonstrat justitiam Dei. *Quæ quidem & Veritas dicitur. Vnde & in authoritate* D Psal 24. *Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas*, Veritas pro justitia exponitur. *Quo autem id sensu intelligendum, docet Author, dum inquit*: Cùm justitia E consistat in hoc, quòd æqualitatem per suam actionem constituat in dationibus & acceptationibus, oportet omnem justitiam aliquam regulam habere, secundùm quam adæquatio fiat. Regulæ autem justitiæ sunt rationes in mente constitutæ, secundùm quas homo justus æqualitatem constituit; & ideò quando ejus actiones illis rationibus concordant, dicitur justitiam seruare: quando autem discordant, dicitur injustè agere. Et quia veritatis ratio consistit in adæquatione rerum ad intellectum, inde est, quòd nomen veritatis transfertur ad significandum adæquationem operum justitiæ ad rationes justitiæ: & hæc est veritas, quam dicimus justitiæ veritatem. Et secundùm hoc ipsa justitia idem quod veritas est: sed tamen *justitia* dicitur secundùm æqualitatem exteriùs constitutam, sed *veritas* dicitur secundùm commensurationem exterioris æqualitatis ad rationes, quæ sunt in mente. Et secundùm hoc veritas & justitia eodem intellectu in Deo accipiuntur. *Hinc est, quòd Deus, cum summè justus sit, personarum nec est nec esse potest acceptor, juxta illud Petri Act.* 10. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus. *Et ad Gal.* 3. Non est Iudæus, neque Græcus: non est seruus, neque liber: non est masculus, neque fœmina:

Duplex justitiæ species.

C 1. p 1 21. a. 1. c. In 4. d. 46 1. 1. q 1. c. & 1. contr. G. c. 93. n. 7.

Iustitia distributiua in Deo, non commutatiua.

Ordo Vniuersi Dei justitiam ostendit.

D In 4. l. c. a. 3. q. 3. in 1. sed contra.

An in Deo eadem sit justitiæ ratio & veritatis.

E In 4. l. c. in corpor. & 1. p. 21. 2.

Veritas in quo consistat.

Quo sensu dicatur justitia, quo veritas.

Deus, personarum acceptor non est.

Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. *Et ad Ephes.* 6. Scientes quoniam vnusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber. *Et ratio quidem affertur: quia* personarum F acceptio opponitur justitiæ: vnde locum habet in ijs, quæ dantur ex debito, quod attendit justitia. Deus autem, non ex debito, sed gratis peccatores ad pœnitentiam vocat, ad Tit. 3. *Non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit.* In talibus autem beneficijs gratis datis, non solùm Deo, sed etiam homini liberum est dare cui voluerit *absque injustitia, juxta illud Matth.* 20. Aut non licet mihi quod volo, facere? *Videlicet*: quia licet G vnicuique facere voluntatem suam de suo. Si enim esset debitor alterius, non liceret ei facere: similiter, si esset sub altero. Sed ipse est Dominus, ideò potest dare. Baliuus enim non potest dare aliquid, nisi secundùm merita: Rex autem potest sine meritis. Igitur Deus, qui est omnium Dominus, potest; Psal. 134. *Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit.* In eo autem, quod ex misericordia datur, non est acceptio personarum: quia de eo, quod purè meum est, possum dare cui volo absque acceptione personæ. Vnde & subdit: *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Constat enim, quòd murmur præcedens (*hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus*:) non fuit ex defectu Domini, sed ex misericordia alij impensa: (*Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi*:) ideò ex misericordia & bonitate. Sed *nequam* est propriè, qui de bonitate dolet, ideò dicit: *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Eo quòd scilicet circa te justitiam ostendi, circa alterum misericordiam? Constat autem, istud esse ex bonitate. *Et super illud Rom.* 9. Miserebor cujus misereor &c. *docemur: quòd* justitia H distributiua (*qualem in Deo statuimus*) locum habet in ijs, quæ dantur ex debito: puta, si aliqui meruerunt mercedem, vt plus laborantibus major merces daretur. Non autem habet locum in ijs, quæ spontè & misericorditer aliquis dat: puta, si aliquis duos pauperes in via inueniens, det vni quod potest, vel disponit in eleemosynam dare, non est iniquus, sed misericors. Similiter, si aliquis duobus æquè ipsum offendentibus, vni dimittat offensam, & non alteri, est misericors vni, & justus ad alterum, neutri verò iniquus. Cum autem omnes homines propter peccatum primi parentis, damnationi nascantur obnoxij: quos Deus per suam gratiam liberat, sola misericordia liberat; & sic quibusdam est misericors, quos liberat: quibusdam autem justus, quos non liberat: neutris autem iniquus. *Etenim* auxilium I gratiæ *ex Augustino* quibuscunque diuinitus datur, misericorditer datur: quibus autem non datur, ex justitia non datur, in pœnam præcedentis peccati, & saltem originalis. *Et hinc deducitur, ordinem diuinæ justitiæ in diuinam reduci voluntatem & beneplacitum. Sanè* justitia L & voluntas in Deo idem sunt secundùm rem: sed secundùm rationem justitia aliquid supra voluntatem addit, scilicet ordinem diuinis effectibus conuenientem, secundùm quod vnum alteri proportionaliter adæquatur. Est enim in rebus causatis duplex ordo. Vnus, secundùm quem creatura ordinatur ad Deum: alius, secundùm quem vna creatura dependet ab alia. Nomine igitur voluntatis non exprimitur, nisi ordo ille, qui est creaturæ ad creaturam. Sicut enim igni in tali natura constituto debetur, vt sit sursum, considerato rerum ordine ad inuicem: ita etiam culpæ debetur, vt puniatur secundùm eundem ordinem. Vnde patet, quòd non ex hoc tantùm aliquid dicitur esse justum, quia est à Deo volitum, sed quia est debitum alicui rei creatæ secundùm ordinem creaturæ ad creaturam. Nihil enim alicui rei potest esse debitum,

F Rom. 2. l. 2. ibi, non enim. Ad Gal. 2. l. 2. Iac. 2. 5. 1. & 2. Pet. 1. ibi, sortiti. Quol. 10. a 12. & 1. 2. 98. 4. ad 2.

G Matth. 20. lit. a. ibi.

H Rom. 9. l. 3. ibi.

Gratiæ auxilium quibus datur, ex misericordia datur: quibus nō datur, ex justitia non datur.

I 2. 2. 2. 5. ad 1. In 4. d. 46. 1. 2. q. 2. ad 5.

Ordo diuinæ justitiæ in diuinam reducitur voluntatem.

L 4. d. 46. 1. 2. q. 1. c. & 3. p. 46. 2. ad 3.

tum, nisi ratione suæ naturæ, vel conditionis. Naturæ autem & proprietatis rei causa est diuina voluntas: & ideo totus ordo justitiæ originaliter ad diuinam voluntatem reducitur. *Nec aliter quidem de alto prædestinationis mysterio alibi instruimur: vbi quærens Author*: Quare M non omnes à se auersos trahit Deus, sed aliquos, licèt sint omnes æqualiter auersi? *Respondet: quòd* ratio quidem in generali potest assignari: vt scilicet in illis, qui non trahuntur, appareat & refulgeat ordo diuinæ justitiæ: in illis autem, qui trahuntur, immensitas diuinæ misericordiæ. Quare autem in speciali hunc trahat, & illum non trahat, non est ratio aliqua, nisi beneplacitum voluntatis diuinæ. Hoc etiam ostendi potest per exemplum. Nam assignari potest ratio, quare artifex ponit aliquos lapides inferiùs, & aliquos superiùs, & aliquos ex lateribus, ex dispositione domus, cujus complementum hoc exigit. Sed quare hos lapides hic ponat, & hos ibi, dependet à sua simplici voluntate. Et inde est, quòd prima ratio dispositionis refertur ad voluntatem artificis. Sic ergo & Deus ad complementum Vniuersi quosdam quidem trahit, vt in eis appareat sua misericordia: quosdam verò non trahit, vt ostendatur in eis sua justitia. Sed hos trahit, illos non trahit, secundùm suæ beneplacitum voluntatis. Similiter etiam, quare in Ecclesia aliquos fecit Apostolos, alios Confessores, alios Martyres, ratio est propter Ecclesiæ decorem & complementum. Sed quare Petrum fecit Apostolum, Stephanum Martyrem, & Nicolaum Confessorem, non est alia ratio, nisi voluntas sua. *Ex quibus omnibus concludimus, Deum non esse acceptorem personarum. Et ad id allusit mysticè Psaltes Psal. 45. cum ait:* Deus in medio ejus, non commouebitur. *In medio ejus*, scilicet Ecclesiæ: & dicit, *in medio*, vt ostendat, quòd non est acceptor personarum. Medium enim dicitur, quod æqualiter distat ab extremis. Deus autem, quantum est in se, æqualiter se habet ad omnes; *vnde dicitur Luc. 24.* Stetit Iesus in medio discipulorum suorum; *& Gen. 2.* Lignum vitæ erat in medio Paradisi.

Offenditur in hominum prædestinatione. M *lo.6.l.5.lit. ess.1.p.23.5.*

Exemplum.

i *Porrò diuinam metuant justitiam & judicium peccatores iniqui. Et quidem solius ira Dei valdè timenda est, non hominum, Matth. 10.* Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potiùs timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. *Cui respondet illud Is. 8.* Omnia, quæ loquitur populus, conjuratio est: timorem ejus ne timeatis, neque paueatis. Dominum exercituum ipsum sanctificate: ipse pauor vester, & ipse terror vester. *Idcircò, vt vidimus, sicut* Prouidentia Dei N est reuerenda, & bonitas diligenda: *sic* justitia est metuenda: *eo vel magis, quia peccatorum nostrorum testis simul est Deus & judex, Ier. 29.* Ego sum judex & testis, dicit Dominus. *Ex quo* non auertet iram indignationis *Ier. 30.* donec faciat & compleat cogitationem cordis sui *per punitiuam justitiam, offensarum vltor acerrimus. Eapropter implorat quotidie Ecclesia in Completorio*: Domine, auerte iram tuam à nobis. *Notandum verò super illud Psal. 9.* Increpasti gentes, & perijt impius: nomen eorum delesti in æternum & in seculum seculi: *notandum, inquam, quòd* Dominus O puniens malos, tria per ordinem facit in eis. Primò, quia non statim procedit ad vltimam pœnam: sed priùs reprehendit. Secundò, nisi corrigantur, punit. Tertiò exterminat. Quantùm ad primum, dicit, *increpasti*, scilicet per prædicatores, Is. 58. *Annuncia populo meo scelera eorum &c.* Secundò per tribulationes, Iob 33. *Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa ejus marcescere facit*; & quantum adhoc dicit, *perijt impius*, scilicet diabolus, Iob 4. *Quia nullus intelligit, in æternum peribunt.* Igitur *increpasti gentes*, idest deceptas, & *impius* concitans *perijt*. Quantùm ad tertium, dicit: *nomen eorum delesti in æternum*, quod impij perpetuare nituntur: sed ipsi in perpetuum non inuenientur; *Psal. 108.* Dispereat de terra memoria eorum; *& Psal. 36.* Vidi impium superexaltatum: & transiui, & ecce non erat: & quæsiui eum, & non est inuentus locus ejus. *Cum autem exterminat Dominus, non iram, sed furorem exercet suum: quem vt auertat, rogandus est. Tolerabilis enim est ira ejus, Mich. 7.* Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei: *at furor, qui in æterna damnatione exercetur, intolerandus; Is. 30.* Ardens furor ejus, & grauis ad portandum. *Et Iob 19.* Iratus est contra me furor ejus: *quod dicitur* ad designandum P vehementiam iræ: nam furor est ira accensa; *Deut. 32.* Ignis succensus est in furore meo. *Idcircò petebat David Psal. 6.* Domine ne in furore tuo arguas me. *Vbi Author*: Modò Q arguit, sed non *in furore*: quia ad emendandum arguit, & non ad condemnandum. *Quò facit & illud Psal. 2.* Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. *Loquetur ad eos in ira sua*; idest R proferet sententiam vindictæ contra eos: vltimò autem sententia executioni mandatur; & ideò dicit: *& in furore suo conturbabit eos*; in corpore scilicet & in anima, æternâ pœnâ puniet eos: *perpetua nimirum damnatione in ignem æternum: cui alluditur cit. Is. 30.* Ardens furor ejus; *& Deut. 32. suprà cit.* Ignis succensus est in furore meo: *vtque æternum innuat supplicium, mox subijcit*: & ardebit vsque ad Inferni nouissima. *Quod & Ieremias tangit cap. 10. cum ait*: Corripe me, Domine: veruntamen in judicio, & non in furore tuo. *In judicio*, scilicet S consuetæ misericordiæ, non condemnationis: *& non in furore*; idest, secundum debitæ vindictæ mensuram; *& adijcit, ad effectum furoris innuendum*: ne fortè ad nihilum redigas me: *nedum enim peccator æternam meretur pœnam, sed &* justum esset, vt peccans in Deum, ab ipso derelinqueretur, & sic in nihilum tenderet. *Huc tandem mirabiliter facit quod tradit Author super illud Is. 8.* In manu forti erudiuit me: *vbi docet, quòd manus justitiæ Dei triplex est*: Prima T tangentis, ad probandum, Iob 19. *Manus Domini tetigit me.* Secunda flagellantis, ad purgandum, 2. Mach. 6. *Etsi in præsenti tempore supplicijs hominum eripiar, sed manum Omnipotentis nec viuus nec defunctus effugiam.* Tertia opprimentis, ad condemnandum, Hebr. 10. *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.*

N *Serm. 15. de S. Mich.*

O *Ps. 9. lit. e.* Tria Dominus facit puniens malos.

Ira Dei tolerabilis, intolerandus furor. P *Iob. 19. l. 1. ibi. & c. 40. l. 1. ibi*, furore. *Ps. 36. lit. f.* Quid hic.

Q *Psal. 6. lit. a. fin.*

R *Ps. 2. lit. c.* Furor Domini in æterna damnatione exercetur: ita hic.

S *Ier. 10. cit. ß. ibi.*

T *Is. 8. ibi.*

l *Sanè ira Dei per punitiuam ejus justitiam conuerti in furorem videtur, cum homo in peccato veterascit, & in malitia perseuerat. Nec ideò, quòd punitionem differt, furor ejus deolinari putetur: cum immò, quò magis tardat, eò grauiùs castiget. Etenim tarda* V expectatio prouenit ex peccatorum majori punitione. *Et hoc est, quod dicitur Psal. 7.* Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit, & parauit illum. *Vbi Author*: Dicitur *inquit* gladius X quasi contra propinquos, sed arcus contra remotos: (*Psal. 59.* Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus; *& Is. 5.* Sagittæ ejus acutæ, & omnes arcus ejus extenti:) & ideò non statim diuina vindicta te punit, sed præparat se, vt conuertaris: (*Sap. 12.* Eos, qui exerrant, partibus corripis: & de quibus peccas, admones: vt relicta malitia, credant in te, Domine.) Sed *nisi conuersi fueritis, gladium suum*, idest vindictam suam, *vibrabit* ad terrendum, & ad propinquos, vt fortiùs percutiat. Quia, nisi per comminationes homo conuertatur, fortiter percutit. Valerius Maximus: *Lento gradu ad vindictam sui procedit diuina ira: tarditatemque supplicij grauitate compensat.* Hieronymus habet: *gladium suum acuet*; idest, præparabit majorem damnationem (*Deut. 32.* Si acuero vt fulgur gladium meum:) *irâ Dei jam in furorem conuersâ. Idcircò & Psal. 9. dicitur*: Secundùm multitudinem iræ suæ non quæ-

Quò magis Deus punire tardat, grauius castigat. V *2. Mach. 6. illis obsecro.*

X *Ps. 7. lit. g.*

Digitized by Google

Y *Ps. 9. lit. p.*

quæret: *videlicet*, quia Y ex magna ira (*quæ est furor*) non punit modò, vt fortiùs puniat in futuro. *Quod exprimitur satis & Iob 35.* Etiam cum dixeris: Non considerat: judicare coram illo, & expecta eum. Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valdè. *Non considerat*, scilicet Deus Z facta hominum: *judicare coram illo*; idest, præparare, vt judicium ejus suscipias: *& expecta eum*, scilicet in futurum judicantem, etsi hic non puniat: tardat enim, vt in futuro grauiùs condemnet; vnde subdit: *Nunc enim*, idest in præsenti vita, *non infert furorem suum*; idest, magnitudinem pœnarum: *nec vlciscitur scelus valdè*; idest, non punit in præsenti, secundùm quod exigit grauitas culpæ: quia pœnæ præsentis vitæ sunt ad correctionem, (*& ad iram pertinent*:) ideò illos, quos correctione indignos judicat, futuræ damnationi reseruat. *Eapropter peccatoribus ingratis, illud summopere pensandum, quod Iac. 2. legitur*: Superexaltat autem misericordia judicium: *nimirùm, quia* quantò A misericordia major alicui in præsenti impenditur, tantò (si ingratus fuerit) grauiùs in futuro punietur. *Timenda ergo justitia Dei, sicut timebat Iob c. 9.* Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti. *Deum enim judicem frustrà declinare contendimus: quod ajebat Dauid Ps. 138.* Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in Cœlum, tu illic es: si descendero in Infernum, ades &c. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. *Vnde & Sapiens promebat Sap. 16.* Tuam manum effugere impossibile est; *& causam adducit Iob c. 10.* Cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere: *qui & cap. seq. id confirmat, cum ait:* Effugium peribit ab eis, *impijs nimirùm*. *Neque imperfectè judicat, sicut homines, qui est* scrutans corda & renes Deus; *vnde & ad eum dicebat Iob c. 10. cit.* Nunquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu videbis? vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris. *Et cap. 13.* Nunquid decipietur, vt homo, vestris fraudulentijs? *concluditque cap. 16.* Vtinam sic judicaretur vir cum Deo, quomodo judicatur filius hominis cum collega suo! *At non ita est apud Argum diuinum, diuinumque Briareum, qui omnia nouit, & omnia potest. Igitur, quicunque peccasti, considera Deum judicem, vt vehemens tibi incutiatur de illius justitia timor: nam de illo dicitur Ps. 96.* Iustitia & judicium, correctio sedis ejus; *& Ps. 84.* Iustitia ante eum ambulabit: *ambulat enim justitia incessanter cum eo ambulante, & ad puniendum procedente, vt ipse nouit præuaricator Adam: qui nec perperam*, cum audisset *Gen. 3.* vocem Domini Dei *deambulantis* in Paradiso ad auram post meridiem, abscondit se, & timuit, *Dei vtique justitiam, ante eum ambulantem, & veluti diuini Iudicis præconem, ad judicium eum proclamantem, cum ait*: Adam vbi es? *Quandoquidem* hæc vox B non fuit Dei ignorantis, sed vocantis Adam ad comparendum coram judice pro meritis recepturum. Culpa enim sua eum coram Deo accusabat, & *Dei justitia* eum ad judicium proclamabat. *Et paulò ante*: Hæc autem apparitio Dei fuit facta homini, vt reduceretur ex tali timore ad pœnitentiam. *Quod ajebat initio Author*: Quoniam per opera diuinæ justitiæ homo prouocatur ad timorem, quandoque conuertitur ad pœnitentiam, & sanatur: *vti protoparentibus nostris feliciter contigit*: Etenim (*vt dicitur Sap. 16.*) neque herba neque malagma sanauit eos, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia.

Z *Iob 35. ß.*

Pœnæ hujus vitæ ad correctionem tantùm.

A *Iac. 2. ill. Hebr. 10. l. 3. ß.* Frustra Deum judicem declinamus.

Dei justitia timenda: quæ ante Deum judicem ambulat.

Adæ exemplum.

B *Gen. 3. ibi.*

m *Verumtamen non minus in Deo, quàm justitiam, misericordiam statuimus: quæ immò maximè attribuenda Deo est. Nam ex hoc* C homo dicitur misericors, quia miseriam alterius suam facit: quod quidem contingit quantùm ad duo. Primò quantùm adhoc, quòd ipse quodammodo ex aliena miseria afficitur, in quantum compatitur patienti; (misericors enim D dicitur, quasi miserum habens cor super aliena miseria, 2. Cor. 11. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?*) Secundò secundùm quandam reputationem, quia miseriam proximi reputat quasi suam, & exinde mouetur ad repellendum ejus miseriam per beneficium, sicut repelleret suam. Deus autem nullo modo miseriæ particeps esse potest: vnde secundùm primum modum misericordia in eum non cadit; sed ipse hoc modo se habet in repellendo miseriam aliorum, sicut se habet homo in repellendo miseriam suam. Sicut enim homo in repellendo miseriam alicujus considerat hominis vtilitatem, cujus repellit miseriam: ita & Deus per sua beneficia repellens nostram miseriam, non ordinat hoc ad suam vtilitatem, sed ad nostram; vnde in quantum nostra miseria est quasi sua secundùm reputationem quandam ipsius, qui eam repellit: sic dicitur misericors, & misereri. Et propter hoc communiter dicitur, quòd non est in eo misericordia secundùm passionem, sed secundùm effectum: qui tamen effectus ex affectu voluntatis procedit, qui non est passio, sed simplex voluntatis actus. *Quo sensu legitur Iudic. 10.* Quæ dicentes (*filij Israel*) omnia de finibus suis alienorum deorum idola projecerunt, & seruierunt Domino Deo: qui doluit super miserijs eorum. *Eninverò, vt clariùs procedatur*, considerandum est E quòd elargiri perfectiones rebus pertinet quidem & ad bonitatem diuinam, & ad justitiam, & ad liberalitatem, & ad misericordiam: tamen secundùm aliam & aliam rationem. Communicatio enim perfectionum absolutè considerata pertinet ad bonitatem. Sed in quantum perfectiones rebus à Deo dantur secundùm earum proportionem, pertinet ad justitiam. In quantum verò non attribuit rebus perfectiones propter vtilitatem suam, sed solùm propter suam bonitatem, pertinet ad liberalitatem. In quantum verò perfectiones, datæ rebus à Deo, omnem defectum expellunt, pertinet ad misericordiam. *Et quamuis verissimum sit*, quòd misericordia F & clementia conueniunt in hoc, quod vtraque refugit & abhorret miseriam alienam: aliter tamen, & aliter. Nam ad misericordiam pertinet miseriæ subuenire per beneficij collationem: ad clementiam autem pertinet miseriam diminuere per subtractionem pœnarum. *Conueniunt inquam in Deo misericordia & clementia: nam & misericordia Dei* G semper relaxat & quasi temperat judicium suæ seueritatis. *A venia autem clementia distinguitur: quia* clementia, *vt dictum est*, est diminutiua H pœnarum: non quidem in respectu ad id, quod est secundùm rationem rectam, sed in respectu ad id, quod est secundùm legem communem, quam respicit justitia legalis. Sed propter aliqua particularia considerata, clementia diminuit pœnas, quasi decernens, hominem non esse magis puniendum; vnde dicit Seneca in 2. de Clem. *Clementia hoc primum præstat, vt quos dimittit, nihil aliud illos pati debuisse pronunciet*: Venia verò, debitæ pœnæ remissio est. *Vel, vt alibi*: Venia est I. quando propter aliquam vtilitatem publicam remittit aliquid de pœna debita. Clementia est: quando non solùm de pœna aliquid remittit, sed etiam de culpa remissiùs judicat. *An verò dici possit, Deum cum vno misericordiùs agere, quàm cum alio*: Dicendum L quòd misericordia respicit absolutè diuinum effectum, non concernendo aliquam proportionem, vel æqualitatem in ipso: vnde secundùm majorem vel minorem misericordiæ effectum dicitur misericordiùs agere cum vno, quàm cum alio: si hoc referatur ad actionem, secundùm quod determinatur ad effectum; non autem, si referatur ad eam, secundùm quod exit ab agente: quia ipse vna & inuariabili misericordia cum omnibus misericorditer agit. Nec tamen sequitur propter hoc, quòd aliquo modo

Misericordia in Deo.

C *q. d. 46. 2. 3. q. 1. c. & 1. p. 21. 3. c. & 2. 2. 30. & 1. cont. G. c. 91. Ps. 24. lit. b. Io. 2. l. 1. lit. c.*

Quis dicatur misericors.

D *Io. 2. loc. cit. & 1. p. l. c. & 2. 2. l. c. a. 1. Matth. 5. lit. b. ibi*, misericordes. *Hebr. 2. A. 4. ibi*, misericors, *& alibi.*

Quo sensu Deus *misericors* dicatur.

E *1. p. 21. 3. c.* Dare perfectionem rebus spectat & ad bonitatem diuinam, & ad justitiam, & ad liberalitatem, & ad misericordiam: aliter tamen, & aliter.

In quo differant misericordia & clementia.

F *2. 2. 159. 1. ad 2. & 157. 1. ß. c. & a. 2. ad 2. & a. 4. ad 3.*

G *Iac. 2. ibi*, judicium.

Discrimen inter clementiam & veniam.

H *2. 2. 157. 2. ad 2. Hebr. 10. l. 3 ibi*, miseratione.

I *Hebr. 10. l. ß.*

An Deus misericordiùs cū vno agat, quā cum alio.

L *4. d. 46. 1. 2. q. 4. ad 2.*

Digitized by Google

modo cum vno justiùs agat, quàm cum alio: effectus enim misericordiæ non est contra justitiam, sed præter eam.

Innumeri diuinæ misericordiæ effectus.

n *At verò innumeri sunt diuinæ effectus misericordiæ, quos sacra ad instructionem nostram exhibet pagina. Vnde Psaltes, cum infiniti sint*, Psal. 88. *promebat*: Misericordias Domini in æternum cantabo. *Omne siquidem tempus non sufficeret ad enarrandum. Et per totum* Psalmum 135. *repetit incessanter*: Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia ejus. *Idcirco & Sapiens eccli.* 18. *eam admiratus, exclamat*: Quis adjiciet enarrare misericordiam ejus? *Exprimit autem Moyses sub sensibilium figura qualis erga hominem sit* Deut. 32. *cum ait*; Circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans: expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. *Et Dauid Psal.* 102. Miserator & misericors Dominus, longanimis & multùm misericors. Non secundùm peccata nostra fecit nobis: neque secundùm iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundùm altitudinem Cœli à terra corroborauit misericordiam suam super timentes se. Quomodo miseretur Pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum &c. *Vt innumera prætercam testimonia. Et quidem diuina in primis elucet misericordia in hominum prædestinatione. Quod tangit Apostolus Rom.* 9. Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. *Videlicet*; ipsa M salus hominis *non est volentis, neque currentis*; idest, non debetur alicui per aliquam ejus voluntatem, vel exteriorem operationem, quæ dicitur cursus, *secundùm illud* 1. *Cor.* 9. Sic currite, vt comprehendatis: *sed est miserentis Dei*; idest, procedit ex sola Dei misericordia, vt maximè sequitur ex inducta authoritate Deut. 9. *Nec dicas in corde tuo: Propter justitiam meam introduxit me Dominus, vt Terram hanc possiderem*: (*in figuram cœlestis Patriæ, de qua dicitur*: Credo videre bona Domini in terra viuentium.) Potest autem & aliter intelligi, vt sit sensus. Omnia procedunt ex Dei misericordia; igitur *non est volentis*, scilicet velle, *neque currentis*, scilicet currere; sed vtrunque *miserentis est Dei*, secundùm illud 1. *ad Cor.* 15. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. *Et Ioan.* 15. Sine me nihil potestis facere. *Sed ne videatur lædi humani libertas arbitrii, hoc sanè intelligendum est, subdit Author*: *ita quòd* velle & currere est hominis vt liberè agentis: non autem est hominis vt principaliter mouentis, sed Dei, *qui misericorditer mouet. Id quod pòst pauca confirmat Apostolus, cum subdit*: Sustinuit Deus in multa patientia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. *Diuitias inquam gloriæ suæ*: Finis enim N electionis & miserationis bonorum est, vt manifestaret in eis abundantiam bonitatis suæ, reuocando eos à malo, & ad justitiam eos trahendo, & finaliter eos perducendo in gloriam. De quibus diuitijs dicitur Ephes. 2. *Deus autem, qui diues est in misericordia*; & Rom. 2. *An diuitias bonitatis ejus contemnis?* Nominat autem bonos *vasa misericordiæ*: quia vtitur eis Deus quasi instrumentis ad suam misericordiam manifestandam; & addit, *quæ præparauit in gloriam*: quia (*præter æternam in prædestinando electionem*) eos præparat & disponit ad gloriam, vocando. *Sed & ipsâ* in damnatione O reproborum apparet misericordia: non quidem totaliter relaxans, sed aliqualiter alleuians, dum punit citra condignum. (*Quod signatur iis verbis Psal.* 77. Et abundauit, vt auerteret iram suam; & non accendit omnem iram suam: *per quam diuina punitio metaphoricè insinuatur; vnde & eod. Psal. præmittitur*: Ira Dei ascendit super eos. *Quò facit & illud*: Aut

Qualis in hominem.

Elucet in ejus prædestinatione.

M Rom. 9 l. 3. ibi, & l. 2. & 1. p. q. 23. 5.

N Rom. 9, l. 4. ibi.

Electi cur vasa misericordiæ dicantur.

Emicat misericordia & in damnatione reproborum, & in impiorum justificatione.

O 1. p. q. 21. 4. ad 1. In 4. d. 46. 2. q. 1. ad 1. & q. 2. ad 4.

obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? *vt dicitur Psal.* 76. Quod P intelligitur de misericordia aliquid relaxante, non de misericordia totaliter liberante, si extendatur ad damnatos. Vnde non dicit: *continebit ab ira*, sed *in ira*; quia non totaliter pœna tolletur, sed ipsâ pœnâ durante, misericordia operabitur, eam diminuendo. Et in justificatione impij apparet *quidem* justitia, dum culpas relaxat propter dilectionem; quam tamen ipse misericorditer infundit. Sicut de Magdalena legitur Luc. 7. *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Sanè* remissio Q peccatorum dicitur justificatio ex parte termini, vel finis: dicitur etiam & miseratio ex parte principij, in quantum est opus diuinæ misericordiæ. *Quin & in hoc* R quòd justi (*siue justificati*) puniuntur in hoc Mundo, apparet justitia & misericordia, in quantùm per hujusmodi afflictiones aliqua leuia in eis purgantur, & ab affectu terrenorum in Deum magis eriguntur.

o *Atqui major proculdubio Dei emicat misericordia in peccatores. Ideircò dicitur* Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, 2. *ad Corinth.* 1. Duobus enim S homines maximè indigent. Primò vt auferantur eis mala (*culpæ præsertim*:) & hoc facit misericordia, quæ aufert miseriam; & misereri est proprium Patri, Psalm. 102. *Quomodo miseretur Pater filiorum &c.* Secundò indigent, vt sustententur in malis, quæ adueniunt: & illud est propriè consolari: quia nisi homo haberet aliquid, in quo quiesceret cor ejus, quando superueniunt mala, non subsisteret. Igitur *Pater misericordiarum est, & Deus totius consolationis*: Quia, si peccas, consolatur te Deus, quia ipse misericors est. Si affligeris, consolatur te, eruendo ab afflictione. Si laboras, consolatur te remunerando. *Et hæc quidem misericordia innotescit satis in verbis Domini ad Nathanaelem Ioan.* 1. Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. *Cum esses sub ficu*; idest T sub vmbra peccati (Adam enim & Eua cum peccassent, de folijs ficus perizomata sibi fecerunt) antequam ad gratiam vocatus esses, *vidi te*, scilicet oculo misericordiæ: nam ipsa Dei prædestinatio oculo pietatis respicit prædestinatos sub peccatis viuentes. *Quod clariùs innuitur* Io. 11. *quando Dominus defunctum Lazarum* (*peccatoris figuram*) *suscitaturus, dixit*: Lazarus mortuus est; sed eamus ad eum. *Vbi Author*: In hoc inquit ostenditur V Dei clementia, in quantum homines in peccatis existentes, & quasi mortuos per se ad eum accedere non valentes, misericorditer præueniendo attrahit, secundùm illud Ierem. 31. *In charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te miserans.* (Misericorditer *inquam* præueniendo attrahit; *Dei enim misericordia nos præuenit*, *Psal.* 58. Deus meus, misericordia ejus præueniet me. *Nec tantùm præuenit, sed & subsequitur*; *Psal.* 22. Et misericordia tua subsequetur me. *Etenim* vtraque X est necessaria: quia præueniens inspirat animum: subsequens juuat, vt efficiatur. *Vnde & Ecclesia in Collecta perseueranter petit*: Tua nos, quæsumus Domine, gratia semper & præueniat & sequatur.) *Quod magis roboratur ex seqq. nam cum Dominus, accedens ad sepulchrum*, lacrymatus esset, *dixerunt Iudæi*: Ecce quomodo amabat eum! *Per quod* mysticè Y datur intelligi, quòd Deus homines etiam in peccatis amat: nisi enim eos amasset, non vtique diceret: *Non veni vocare justos, sed peccatores*, ad pœnitentiam, vt dicitur Matth. 9. *Profectò* falsa Z opinio est, quòd peccatori pœnitenti Deus veniam deneget, vel quòd peccatores ad se non conuertat per gratiam justificantem, *ex sua vtique misericordia. Quò mysticè facit pueri Iesu fuga in Ægyptum. Quærens enim Author*: Quare A potiùs in Ægyptum, quàm in aliam regionem? *respondet*: Dicendum, quia proprium est Dei, vt memor

P In 4. l. c. 4. & q. 2. ad 4.

Q Ver. 28. 1. ad 1.

R 1. p. q. 21. 4. ad 3. Hebr. 3. l. 2. post med.

Qualis in peccatores.

S 2. Cor. 1. l. 2. ibi.

Duobus indiget homo.

T Ioan. 1. l. 16. lit. d.

V Ioan. 11. l. 3. d. fi.

Misericordia Dei nos præuenit & subsequitur.

X Ps. 22. fi.

Y Ioan. 11. l. 5. K.

Deus homines etiam in peccatis amat.

Z 3. 2. 20. l. 6. & q. 21. 2. 6.

A Matth. 2. lit. d. ibi.

Digitized by Google

memor sit misericordiæ in ira, Hab. 3. *Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.* Dominus autem iratus fuerat contra Ægyptios persequentes filios Israel, quia filij Israel erant primogenitus Dei. Et ideò datum est ei, vt obsequeretur Vnigenito; *Is.* 19. Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum. *En diuinæ effectum misericordiæ in peccatores. Eapropter clamabat Tobias c.* 13. Conuertimini peccatores, & facite justitiam coram Deo, credentes, quòd faciat vobis misericordiam suam. *Nec perperam Dauid, peccator jam pœnitens, eam* Psal. 50. *implorabat*: Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam. *Sciebat enim, quàm misericors esset in peccatores. Vnde & optionem pœnæ cum ab eo per prophetam haberet* 1. Paral. 21. *dicebat ad Gad*: Ex omni parte me angustiæ premunt: sed melius mihi est, vt incidam in manus Domini, quia multæ sunt miserationes ejus, quàm in manus hominum; *nam & in ipsa ira misericordiæ memor est; ex quo idemmet Dauid* Psal. 118. *postquam de peccatoribus promptsisset*: Longè à peccatoribus salus; *sibi eodem momento Dei misericordià objectà, quasi pœnitens dicti, immediatè subjicit*: Misericordiæ tuæ multæ, Domine: *per quas videlicet peccatores saluantur. Sic & Ionas cap. 4. orabat*: Scio, quia tu Deus clemens & misericors es, patiens & multæ miserationis, & ignoscens super malitia. *Diuinæ exemplum misericordiæ habemus potissimè in Paulo, qui de se ipso dicit* 1. Tim. 1. Christus Iesus venit in hunc Mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum: sed ideò misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt &c. *Quorum* primus ego sum: *non eo sensu, quo* dicit B hæreticus, quòd anima Adæ fuit in Paulo, & transiuit de corpore in corpus: quod est contra Apostolum Rom. 9. *Cum nondum nati essent &c.* Primus ergo, non tempore, sed peccatorum magnitudine; & hoc dicit ex humilitate. Est ergo *Primus*, non quòd inter peccatores maximus, qui tunc erant, sed maximus inter peccatores saluatos. *Sed ideò misericordiam consecutus sum*; idest, saluauit me, *vt in me primo ostenderet omnem patientiam*, idest perfectam, quia prouocatus non puniuit, sed potiùs aduersarium exaltauit; & hoc ad vtilitatem nostram. Vnde dicit, *ad informationem &c.* idest ad exemplum & eruditionem, vt non diffidant peccatores ad eum accedere. *Ex quo Paulus in præcipuum ponitur diuinæ misericordiæ exemplum, cum in ipso persecutionis actu misericorditer à Christo conuersus sit. Sed & per eandem hanc misericordiam latronem ad Paradisum traxit, Magdalenam plenariè absoluit, non condemnauit adulteram*, Ioann. 8. Nec ego te condemnabo. *Quibus verbis* ostendit C quòd *erga peccatores* à misericordia non recedit, dando sententiam misericordiæ. Q. d. *Nec ego te condemnabo*, à quo te fortè damnari timuisti, quia in me peccatum non inuenisti. Nec mirum: quia *non misit Deus Filium suum in Mundum, vt judicet Mundum, sed vt saluetur Mundus per ipsum*, vt dicitur Ioan. 3. *Est enim, vt vidimus*, Pater misericordiarum, *nos à miserijs subleuando semper intentus; vnde & vbi cit. loco præmittitur*: Remansit solus Iesus, & mulier in medio stans, *exponitur*: scilicet D misericordia, & miseria. *Hoc autem ideò est*: quia diuina E misericordia superat omnem numerum & magnitudinem peccatorum. *Et huc respexit Dauid Rex, cum peccatum suum veluti amplificans, dixit ad Dominum* 1. Par. 2. Peccaui nimis, vt hoc facerem. *Et* 2. Reg. 24. Peccaui valdè: sed precor, Domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis. *Et Ecclesia in peccatorum confessione exprimit*: quia peccaui nimis. *Ea enim verba valdè & nimis alludunt diuinæ misericordiæ, ex qua, quamuis grauissima & multa, faciliter peccata dimittuntur. Et erroneum*

Paulus persecutor conuertitur.
B 1. *Tim.* 1. *l.* 4. *ibi.*

Adultera absoluitur.
C *Io.* 8. *l.* 4. *ibi.*

D *Ibid. lit.* 6.
E 34. 14. 15. c.
Misericordia Dei superat omnem numerum & magnitudinem peccatorum.

valdè est; quòd peccata, quæcunque & qualiacunque sint, non possint à Deo per pœnitentiam deleri: quia nimirùm hoc F repugnat diuinæ misericordiæ, de qua dicitur Ioel. 2. quòd *benignus & misericors est, & patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia*: vinceretur enim quodammodo Deus ab homine, si homo peccatum vellet deleri, quòd Deus delere non vellet. *Præstabilis inquam est Dominus super malitia: contra quam pugnat veluti misericordia ejus. Quod innuitur in parabola de vinea* Matth. 21. *Nam, cum Paterfamilias (Dei vniuersalis Prouisoris figura)* misisset seruos suos ad agricolas, *scilicet homines*, vt acciperent fructus ejus: *apprehensis seruis, scilicet Prophetis*, alium ceciderunt, alium occiderunt &c. *Et tamen, ac si offensus non fuisset*, iterum misit alios &c. *Vbi Author*: Vult G enim (*inquit*) Dominus pugnare misericordiam suam contra malitiam eorum. *Et hæc misericordia innui videtur* Psal. 31. & Rom. 4. *cum dicitur*: Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. *Etenim* dicuntur H peccata tegi diuino conspectui, in quantùm *ex misericordia sua* non inspicit ad ea punienda; *Psal.* 84. Operuisti omnia peccata eorum. *Et post pauca.* Aliud est offensa Dei; & quantùm ad hoc dicit: *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates*, secundùm quòd homo dicitur remittere offensam sibi factam, *Is.* 40. *Dimissa est iniquitas illius.* Aliud autem est ipse actus inordinatus culpæ, qui non potest non fuisse factus ex quo semel perpetratus est: sed tegitur manu diuinæ misericordiæ, vt quasi pro non facto habeatur.

P *Cæterùm, incessanter in peccatores Deus misericors est: &, si quando suas intermittit, aut differt miserationes, hoc in eorum procul dubio vtilitatem facit. Non semel enim* expectat Dominus, vt misereatur nostri, *Is.* 30. *Et huc respexit Psaltes, cum Dominum precabatur Psal.* 24. Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à seculo sunt. *Siquidem* in misericordia I duo sunt: scilicet, vsus siue effectus misericordiæ, qui vocatur miseratio: secundum est ipsa misericordia, quæ vocatur misericordia, secundùm quòd est virtus. Quando igitur Deus miseretur actu, tunc dicitur misericors: sed videtur obliuisci, quando actu non miseretur, Psal. 76. *Aut obliuiscetur misereri Deus?* Tamen hoc ipso, quòd differt misereri, facit propter bona nostra, licèt secundùm opinionem hominum videatur oblitus, quando non miseretur actu. *Inter bona verò nostra, postquam peccauimus, potissimùm recensenda est pœnitentia, per quam ad Deum redimus. Ex quo expectat nos Dominus, à punitione abstinens, ex misericordia sua ad pœnitentiam*, Sap. 11. Misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. *Vnde & David Psal.* 7. Deus judex justus fortis & patiens, nunquid irascitur per singulos dies? *Videlicet*, non quolibet L die punit, sed expectat aliquando, & dissimulat, *vt dicitur Sap.* 11. *cit.* propter pœnitentiam. *Huc spectaret quod dicitur* Matth. 25. *in parabola de homine illo, qui* peregrè profecturus, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua &c. *per quem intelligitur Deus homo factus. Subditur autem*: post multum verò temporis venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. *Quibus verbis* datur M intelligi, quòd dat Dominus longum spatium ad benè agendum, *ex misericordia vtique sua. Quod ait Isaias c.* 57. Mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo: quia ego tacens, & quasi non videns, &c. *Quin ego tacens*, dissimulans *nimirùm*, expectans te ad misericordiam. *Nec præfatis contrariatur quod* 2. Mach. 6. *legitur*: Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. *Nam (vt ibid. exponitur)* adhibitio N pœnæ est duplex. Vel enim est ad punitionem judi-

F 3. p. 86. 1. c.
Et oppositum, erroneum est: quia diuinæ misericordiæ repugnat.

G *Matth.* 21. *lit. b ibi.*
Misericordia Dei pugnat veluti contra malitiam nostram.
H *Rom.* 4. *l.* 1.
& *Ps.* 31. *ibi.*

Misericordiæ actu tegitur peccatum nostrum ac si patratum non esset.

Differt Deus misereri pro vtilitate nostra.

I *Ps.* 24. *lit. c.*
Duo in misericordia considerantur.

Non punit statim Dominus peccatores, vt pœniteant.

L *Ps.* 7. *lit. f.*
Rom. 9. *l.* 4. *ibi.* sust. nutt.

M *Is.* 57. *ibi.*

N 2. *Mach.* 6. *circ. fi.*

Digitized by Google

Quomodo misericordiæ sit, statim adhibere punitionem peccatori, & etiam differre.

catoriam; & quoad hoc, expectare peccatores est misericordiæ; & Deus quantùm ad hoc dicitur misericors retributor. Vel est ad remedium & præseruationem culpæ faciendæ; & tunc, citò eam infligere, est misericordiæ, sicut contingit de infirmo corporali: & hoc modo loquitur ibi. *Hinc & fratricida Cain, cum ex nimio timore dixisset Gen.* 4. Omnis, qui inuenerit me, occidet me; *audijt à Deo responsum*: Nequaquam ita fiet; *idest*: Non ita citò O morieris, sicut credis. Deus enim per suam misericordiam peccatores expectat ad veniam vel pœnitentiam. Vnde ipsum Cain non ita citò voluit mori, vt hic tempus haberet pœnitendi. *Quod confirmat Apostolus ad Rom.*2. An ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? *Vbi Author*: Patienter *inquit* agit P nolens aliquos perire, sed ad pœnitentiam reuerti. *Sed & ipsa peccati remissio in pœnitentia effectus misericordiæ est*: nam prima Q causa perueniendi ad vitam æternam est miseratio Dei. *Et hoc manifestè docemur ad illud* Matth.18. *de seruo nequam*, qui debebat domino suo decem millia talenta: *cujus, veniam à se implorantis*, misertus Dominus, dimisit eum, & debitum dimisit ei. *Ex quo deducit Author, quòd* dolor R pœnitentis non causat remissionem, sed misericordia Dei, *Rom.*9. Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. *Aduerte autem, quòd ex magnitudine misericordiæ suæ nedum* dimisit eum, *ne scilicet venundaretur seruus cum familia, sed & vlteriùs totum* debitum dimisit ei: *quia videlicet* Dominus S plura dat, quàm homo audeat petere; *Ecclesia in Collecta*: Omnipotens sempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuæ & merita supplicum excedis & vota. *Sic ad Centurionem* Matth.8. *pro seruo, qui paralyticus jacebat in domo, salutem implorantem, statim respondit*: Ego veniam, & curabo eum. *Idest*: Non T loquar, *faciam*. Et nota, quòd nullus auderet tantum petere, quantum Dominus dare dicit. *Veniam & curabo eum*: quia præsentia Christi est causa salutis. Sed notandum, quod ad filium Reguli noluit ire, & ad seruum iuit. Quod est contra multos, qui nolunt visitare, nisi magnos. *Disce à Domino humilitatem. Sic paralyticus alter* Matth.9 *petebat sanitatem corporis*: *& obtinet à Domino, præter hanc, animæ salutem*. Iste autem V paralyticus significat peccatorem in peccato jacentem: vnde sicut non potest paralyticus se mouere, sic nec iste. Sed quid est, quòd iste petebat sanitatem corporis, & Dominus dat sanitatem & animæ? Ratio est: quia peccatum erat causa ægritudinis; vnde fecit Deus sicut bonus medicus, qui causam curat. *At vide, quàm superabundanter beneficium contulerit, cum ait*: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. *Siquidem* tria X habebat infirmus. Iacebat in lecto, portabatur ab alijs, ire non poterat. Quia ergo jacebat, dixit: *Surge*. Quia portabatur, præcepit vt portaret: *tolle lectum tuum*. Quia ire non poterat, dixit: *vade in domum tuam*. Dei *enim* perfecta sunt opera *miserentis, Deut*.32. (Similiter peccatori in peccato jacenti dicitur: *Surge* à peccato per contritionem: *Tolle lectum* per satisfactionem: *Vade in domum tuam*, in domum scilicet æternitatis, vel in conscientiam propriam, Sap.8. *Intrans in domum meam, conquiescam.*) *Et ita plus absque dubio impetrauit, quàm postulauerit, paralyticus: non minùs & peccator, qui typum gerit illius*. Sanè Misericordia Dei Y peccantibus, per pœnitentiam veniam præbet absque vllo termino. *Neque enim terminum nouit infinita & interminata misericordia, quæ & vltra condignum homines præmiat, & punit citra condignum, vt p. æctatum est. Ex solà siquidem Dei misericordia contumax non annihilatur peccator: quod justè promeretur*, Thren.3. Misericordiæ Dei, quia non sumus consumpti; *hoc est*, quasi Z nos puniens ac si immisericors: quia citra condignum punivit. *Et Ier.*10. Corripe me Domine: verumtamen in judicio, *videlicet* consuetæ A misericordiæ, non condemnationis: *& non in furore*, scilicet secundùm debitæ vindictæ mensuram: *ne fortè ad nihilum redigas me*: justum enim esset, vt peccans in Deum, ab ipso relinqueretur; & sic in nihilum tenderet. *Quod diuinæ attribuendum misericordiæ est.*

O *Gen.* 4. *ibi.*

P *Rom.* 2. *l.* 1. *ibi.*

Q 1. 2. 114. 3. *ad* 2.

Misericordia Dei, non dolor pœnitentis, causat remissionem peccati.

R *Matth.* 18. *lit. c. ibi. Ver.* 28. 1. *ad* 8.

S *Matth. l. c. ibid.*

Plus dat, quàm homo audeat petere.

T *Matth.* 8. *lit. b. ibi.*

V *Matth.* 9. *lit. a. ibi.*

Paralytico comparatur peccator.

X *Ibid. ibi.*

Qui, vt ille, per pœnitentiam curatur.

Y 3. *p.* 84. 10. *c*

Misericordia Dei dat veniã absque vllo termino.

Et ea non annihilatur peccator.

Z *Thren.* 3. *ibi Rom* 9 *l.* 3. *ibi excitauit.*

A *Ier.* 10. *circa fi.* & *Gen.* 15. § *Necdũ enim.* 1. *or.* 5 4. *ad* 6. *& alibi.*

q *Ex his conijce, ad miserendum longè magis proclivem esse Deum, quàm ad homines justè puniendos. Quod facit illud, quod tradit Author de prophetia comminationis. Docet enim, quòd* sub prophetia B comminationis intelligitur prophetia promissionis, quia de eis est eadem ratio. Ideò tamen magis exprimitur de prophetia comminationis, quia frequentiùs inuenitur reuocata comminatio, quàm promissio. Deus enim pronior est ad miserendum, quàm ad puniendum. *Eum siquidem nostra non delectant mala siue culpæ siue pœnæ, Sap.* 1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. *Etenim* Deus C non vult malum alicujus, loquendo de malo culpæ; sed permittit: & hæc permissio bona est. Malum autem pœnæ, cujus ipse est actor, vult non in quantùm malum, quia non delectatur in pœnis, sed in quantùm justum. *Non delectatur inquam in pœnis; quinimmò de ijs quodammodo dolet, vt innuitur Is.* 42. Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: *Videlicet*, proferam D dissimulatum dolorem, sicut mulier conceptum infantem. Vel *sicut parturiens* dolebo de tam graui pœna. *Hinc, postquam populum suum contumacem justè afflixerat, dicitur quasi pœnituisse, Psal.* 105. Et pœnituit eum secundùm multitudinem misericordiæ suæ. *Et Iudic.*10. Omnia de finibus suis alienorum deorum idola projecerunt, & seruierunt Domino Deo: qui doluit super miserijs eorum. *Et ad illud Apoc.*11. Aduenit ira tua, & tempus exterminandi eos, qui corruperunt terram, *docemur, quòd & Deus hominem exterminat & diabolus: hoc tamen inter cætera cum discrimine, quòd* diabolus E exterminat hominem sitibundus & ex inuidia: Deus autem quasi coactus, & ex justitia. *Quod quidem exterminium vt euitemus, à peccato velut enixè rogando nos remouet, Ier.* 15. Tu reliquisti me, retrorsum abijsti: & extendam manum meam super te, & interficiam te. *Et mox, quasi causam coactæ punitionis adducens, subdit*: laboraui rogans. *Concluditque Michæas c.* 7. *quòd ad exterminandum actualiter procedens, ex misericordia reuertitur*: Non immittet vltrà furorem suum: quoniam volens misericordiam est. Reuertetur, & miserebitur nostri. *Sanè* ex hoc F quòd dicitur Deus pronior ad miserendum, quàm ad puniendum, ostenditur, quòd Deus miseretur secundùm id, quod ex eo est; punit autem secundùm id, quod ex nobis est: quod est tale, vt ordinatum esse non possit, nisi in pœnam. Vnde ex principali intentione miseretur: sed punit quasi præter intentionem voluntatis antecedentis secundùm voluntatem consequentem. *Hac proinde de causa Ecclesia in Collecta proprietatem Dei, misericordiam appellat*: Deus, cui proprium est misereri &c. *Ex quo deducitur, quòd* præsumptio G est peccatum, minus tamen, quam desperatio: quoniam magis proprium est Deo misereri & parcere, quàm punire, propter ejus infinitam bonitatem. Illud enim secundùm se Deo conuenit, hoc autem secundùm nostra peccata. *Et huc videtur respexisse Abraham, cum Dominum de Sodomitis vlturum precabatur Gen.* 18. Absit à te, Domine, vt rem hanc facias. Non est hoc tuum: *idest*, tuæ H pietatis, punire; *& præcipuè*, vt occidas justum cum impio. *Alienum siquidem à Deo videtur, pœnas infligere, & punitiuæ justitiæ opus exercere. Cohærenter ad præfata, illud Apoc.*2. Qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes &c.

Deus pronior ad miserendum, quàm ad puniendum.

B *Ver.* 11. 10. *ad* 9. & 2. *ad* 174. 1 *ad* 2. *Ep. Iud. ibi, perdidit.*

C 1. *d.* 30. 131. *ad* 5.

Non vult malum culpæ: malum autem pœnæ vult nõ in quantum malum, sed in quantum justum.

D *Is.* 42. *ibi.*

Dolet de nostris malis quodammodo.

E *Apoc.* 11. *c.* 1. *ibi.*

Deus velut coactè nos punit.

F *Ver.* 18. 5. *ad* 15.

Miseretur secundum id, quod ex eo est: punit secundum id, quod ex nobis.

G 2. 2. 21. 2. *c.* & 1. *p.* 21. 3. *c.*

Præsumptio minus peccatum, quàm desperatio.

H *Gen.* 18. *ibi*

Opus justitiæ, velut alienum à Deo.

I *exponi-*

Digitized by Google

Apoc. 2. c. 2. ibi. Is. 28. ibi. opus suum Ep. Iud. ibi, secundò.

exponitur: idest I opera misericordiæ, quæ sunt opera Christi (*hominis Dei*) propria: quia opera justitiæ quodammodo sunt aliena ab eo, *Is*.28. Dominus irascetur, vt faciat opus suum, alienum opus ejus: vt operetur opus suum, peregrinum est opus ejus ab eo. *Quod pariter imprecatur impijs Ieremias c.*18. In tempore furoris tui abutere eis, *explicatur*: idest L contra consuetudinem clementiæ tuæ, *& misericordiæ, quæ tui propria est*. *Perstringit præmissa cuncta Author, dum ait*: Deo M vnum solum proprium est opus, suæ bonitati conueniens, scilicet benefacere & misereri: quòd autem puniat, & aduersitates inducat, hoc contingit propter malitiam creaturæ rationalis. *Quod tangitur Osee* 13. Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum.

L Ier. 18. circa fi. ibi.

M Iob 40. l. 2. post med.

¶ *Ex quibus diuinæ misericordiæ super justitiam eminentia refulget, vt innui videtur ijs Iac.* 2. *verbis*: Superexaltat autem misericordia judicium. *Nam* misericordia Dei N semper relaxat, & quasi temperat judicium suæ seueritatis. *Ratio autem adducitur & superiùs allata*: *siquidem* misericordia O in opere diuino resultat ex parte ipsius Dei, qui superabundat in bono: sed justitia ex parte recipientis, qui recipit secundùm suam proportionem; & ideò in quolibet opere diuino supereminet misericordia justitiæ, sicut materiali formale. Et hoc est, quod dicitur *in Psal*.144. Miserationes ejus super omnia opera ejus. *Profectò misericordia Dei & merita supplicum excedit & vota, vt dicitur in præællegata Collecta*: (semper enim P dona Dei excedunt merita nostra:) *siquidem* plures Q saluantur per misericordiam Dei, quàm pro suis meritis proprijs. *Bene ergo canebat Psaltes, vt præmissum est*: Miserationes ejus super omnia opera ejus. *Vnde & oleo misericordia comparatur*. Per oleum R misericordia signatur. Sicut enim oleum supernatat alijs liquoribus, sic misericordia super omnia opera Dei. *Et hoc significare voluit Psaltes, cum Psal.* 35. *cecinit*: Domine, in Cœlo misericordia tua: & veritas tua vsque ad nubes: justitia tua sicut montes Dei. *Vbi Author*: Quicquid *inquit* Deus S facit in nobis, vel est ex justitia, vel ex misericordia, vel ex veritate. Ex justitia, quando reddit pro meritis. Ex veritate, quando reddit quod promisit. Ex misericordia, quando excedit merita & promissa. Iustitia Dei alta est: quia nullus tantum meretur, quin Deus plus reddat. Veritas est altior: quia Deus promittit & soluit quæ nunquam meruimus, sicut Incarnationem, & alia quæ pertinent ad mysterium redemptionis. Sed misericordia est altissima: quia ea, quæ cogitare non possumus, largitur, 1. Cor.2. *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum*. Et ideò justitiam comparat montibus; veritatem nubibus, quæ altiores sunt: misericordiam Cœlis, qui sunt super omnia: *quia videlicet* miserationes ejus super omnia opera ejus. *Et hinc est, quòd diuina omnipotentia per effectum manifestatur misericordiæ*; *Ecclesia in Collecta*: Deus, qui Omnipotentiam tuam parcendo maximè & miserando manifestas. *Quia videlicet* effectus T diuinæ misericordiæ est fundamentum omnium diuinorum operum: nihil enim debetur alicui, nisi propter id, quod est datum ei à Deo non debitum. In hoc autem maximè diuina omnipotentia manifestatur, quòd ad ipsum pertinet prima institutio omnium bonorum. *Et alibi*. Deus V dicitur parcendo & miserando suam omnipotentiam maximè manifestare, non tam quoad substantiam facti, quàm quoad licentiam faciendi. Ille enim, qui est alicui Superiori subjectus, non potest licitè dimittere pœnas à superiori potestate constitutas. Ex hoc ergo, quòd Deus pœnas dimittit, & supra debitum largitur, ostenditur, quòd ipse ex propria potestate & authoritate omnia operatur; & quòd ipse non est superiori potestati subjectus. Sed quantùm ad substantiam facti, præcipuè manifestatur bonitas in parcendo: & ideò opus misericordiæ bonitati est attribuendum. *Non mirum igitur, si miserando quoque & parcendo, quodammodo dicitur exaltari, Is*.30. Expectat Dominus, vt misereatur vestri: & ideo exaltabitur parcens vobis. *Vnde super illud Psal*.47. Magnus Dominus & laudabilis nimis; *docemur*, quòd magnitudo Domini X est immensitas ejus bonitatis: in ijs enim *ex Augustino* quæ non mole magna sunt, idem est magnum esse, quod bonum. *Et alio in loco*. In peccatis etiam Y apparet Deus multùm laudabilis, dum per misericordiam parcit. *Vnde & Osee* 11. *dicit*: Non faciam furorem iræ meæ: non conuertar, vt disperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo. *Q. d. Parcendo & miserendo, quod non faciunt homines, Deus manifestor*: *Dei enim proprium est, decusque maximum misereri*. *Cui respondet illud Iudith* 8. Non enim, quasi homo, sic Deus comminabitur, neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur. *Et concluditur Apoc.*15. Quis non timebit te, Domine, & magnificabit nomen tuum? quia solus pius es. *Videlicet*, quia Z gratis saluat. Dicit autem, *solus*: quia summa & ineffabilis misericordia non conuenit nisi Deo, *quippe qui solus potest saluare*.

Misericordia supereminet veluti diuinæ justitiæ.

N Iac. 2. ibi.

Et quidem in omni diuino opere.

O 4. d. 46. 2. q. 1. a. 2. & 1. p. 21. 3. ad 2. & 4. a. 4. f. c.

P Matth. 5. lit. b. ibi, misericordes.

Q Iac. 2. ibi judicium.

Misericordia cur oleo comparetur.

R Matth 25. lit. a. ibi, Olivieti.

S Ps. 35. lit. b. &.

Iustitia Dei alta, Veritas altior, Misericordia altissima.

T 1. p. 25. p. ad 3.

Diuina misericordia, fundamentum omnium operum Dei.

Cur omnipotentia per misericordiam innotescat.

V 4. d. 46. 2. 1. q. 3. ad 1. & 2. 2. 30. 4. c. & 1. p. l. 6.

X Ps. 47. lit. a.

Y Tract. de prof. & pred. cap. 7. 5. Quantum inconueniens.

Deus per misericordiam manifestatur.

Z Apoc. 15. c. 1. ibi.

¶ *Ex his omnibus liquet satis, quàm magna reuera sit misericordia Dei; idcirco Apostolus Petrus in sua prima cap*.1. Benedictus Deus, *dicebat*, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundùm misericordiam suam magnam regenerauit nos. *Magnam*: quia A sicut dicitur Eccli. 2. *Secundùm magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est*: sed magnitudo est infinita, Psal.144. *Magnitudinis ejus non est finis*: ergo & misericordia. *Hinc & Dauid pœnitens deuotè clamabat*: Miserere mei, Deus, secundùm magnam misericordiam tuam. *Vbi Author*: Notandum *inquit* quòd B aliquis potest sperare de misericordia diuina duplici ratione. Vna ratio est ex consideratione diuinæ naturæ: alia ratio est ex consideratione, & secundùm multitudinem effectuum ejus. Primò ergo ostendit, quòd sperat de misericordia Dei ex consideratione naturæ diuinæ, quia naturæ diuinæ proprium est, quòd sit ipsa bonitas; vnde Dionysius dicit, quòd *Deus est ipsa substantia bonitatis*. Vnde nihil aliud est hæc Dei misericordia, nisi bonitas relata ad depellendam miseriam. Ergo, cum considero, quòd bonitatis, miseriam repellere est proprium, & tamen est ipsa bonitas, confidenter ad misericordiam recurro. Et dicitur *magna* sua incomprehensibilitate, qua implet omnia, Psal. 118. *Misericordia Domini plena est terra*: (*vnde & Ecclesia in Collecta quotidie ad Primam precatur*: In hac hora hujus diei tua nos, Domine, reple misericordia &c.) & in omnibus habet locum. Nam justi innocentiam seruauerunt propter misericordiam Dei: *Domine* (*ajebat* Augustinus) *gratiæ tuæ depute mala, quæ non feci*. Item peccatores conuersi sunt ad justitiam propter Dei misericordiam, 1. Tim. 1. *Misericordiam consecutus sum*. Item in peccato existentes misericordiam Dei experti sunt, Thren.3. *Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti*. Item dicitur *magna* sublimitate: quia *miserationes ejus super omnia opera ejus*; nam misericordia non signat in Deo passionem animi, sed bonitatem ad repellendam miseriam. Item *magna* duratione, Is. 54. *In misericordia sempiterna misertus sum tui*. Item *magna* virtute: quia Deum hominem fecit, de Cœlo Deum ad terram deposuit, & immortalem mori fecit, Eph.2. *Deus autem, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam &c*. Item *magna* per effectum: quia ex omni miseria potest homo per misericordiam eleuari. Et ideò confidenter peto: *Miserere mei Deus secundùm magnam misericor-*

A 1. Pet. 1. ibi.

Quàm magna sit.

B Ps. 50. lit. a.

Quid Dei misericordia.

Magna multiplicitet.

Omnis hominum status misericordiam Dei consequitur.

ricor-

Misericordia Dei multiplex. ricordiam tuam. Item alia ratio est: quia in omnibus à principio Mundi inueni effectus misericordiæ tuæ. Et ideò subdit: *Et secundùm multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* Q. d. *Miserere mei*, secundùm quòd multipliciter & in diuersis misertus es omnibus hominibus. *Et quia multiplex, dicitur ab Apostolo 2. Cor. 1.* Pater misericordiarum. *Et iterum propter superabundantiam Eph. 2.* diues in misericordia. *Nimirùm*, quia habet C eam infinitam, & indeficientem: quod non habet homo. In tribus enim homo miseretur cum termino & limitatione. Primò quidem largiendo beneficia temporalia: & hæc misericordia est finita, non excedens limites propriæ facultatis, Tob. 4. *Quomodo potueris, ita esto misericors*; sed Deus *diues* est etiam *in omnes, qui inuocant illum*, vt dicitur Rom. 10. Secundò est finita misericordia hominis, quia non remittit nisi offensam propriam; & in hoc etiam modus esse debet, vt scilicet non sic passim remittat, ne ille, cui remittit, efficiatur procacior, pronior, & facilior ad iterum offendendum. Deo autem nihil nocere potest; & ideò potest omnem offensam remittere, Iob 35. *Si peccaueris, quid ei nocebis?* & parùm post: *Porrò, si justè egeris, quid donabis ei?* Tertiò homo miseretur pœnam remittendo; & in hoc etiam est modus seruandus, vt scilicet non facias contra legis Superioris justitiam. Deus autem pœnam omnium remittere potest, cum non obstringatur aliqua Superioris lege, Iob 34. *Quem constituit alium super terram, & quem posuit super Orbem, quem fabricatus est?* Sic ergo misericordia Dei est infinita: quia non coarctatur angustijs diuitiarum: neque timore nocumenti restringitur: & neque lege Superioris. *Quas profectò* diuitias inuestigabiles *vocat Apostolus Eph. 3.* Inuestigabiles enim D sunt: quia tanta est misericordia ejus, quòd intelligi vel vestigari non possit.

Infinita. C Ephes. 2. l. 2. ibi.

Inuestigabilis. D Eph. 3. l. 2. ibi.

† *Hinc inter diuinæ effectus misericordiæ recensetur, quòd per eam Deus neminem ad se accedentem repellit. Ex quo Dauid Psal. 33.* Accedite ad eum, & illuminamini: *scilicet* per fidem E & charitatem, Iac. 4. *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* Et facies vestræ non confundentur, *scilicet* in repulsa: quia non patiemini eam. *Quòd si quis accedere detrectat*, hoc F ei imputatur, qui non venit: quia impedimentum præstat, quòd non veniat, auertens se à salute: cujus via, quantùm in se est, omnibus est aperta. *Et adjicit Dominus Ioan. 6.* Eum, qui venit ad me, non ejiciam foras. *Si qui autem egrediuntur, non tanquam à Deo ejecti egrediuntur*: sed causa G ejectionis est ex parte ipsorum, qui per peccata à secreto rectæ conscientiæ recedunt. *Nam misericors Deus non derelinquit, nisi derelinquatur.* Si quæsieritis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos, 2. *Paralip.* 15. Iustum enim H est, vt si homo non velit relinquere Deum, non relinquatur ab eo, qui est æternus. *Vnde Is. 50. inclamat Dominus*: Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? *Quod exponitur*: quia Dominus I quantùm est in se, non repudiauit eos: sed ipsi per peccata sua Deum dimiserunt. *Quandoquidem* Deus L non dimittit aliquem, quantùm ad se pertinet: sed homo peccans ipsum dimittit, *Is. 50. cit.* In sceleribus vestris dimisi matrem vestram. *Quales erant vtique illi, qui Matth. & Luc* 8. rogabant Iesum, vt discederet ab ipsis. *Et mox subijcitur Matth. cap. 9.* Et ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit. *Vbi Author*: Continuatur *inquit* hæc M pars: quia rogabant eum, vt ab eis discederet; ideò ascendit nauim. Vnde dat intelligere, quòd si dicant aliqui: *Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus*, Iob 21. statim recedit. *Sanè* Deus *ex glossa* recipit N eum, qui ad se confugit: alter esset in eo iniquitas. (*Hæc tamen glossa in sana Theologia* intelligenda est O de illo, qui confugit ad Deum per actum meritorium

Deus ad se accedentem non repellit. E Ps. 33. lit. f.

F Io. 6. l. 4. g.

G Ibid. lit. h. Ejectio ex culpa nostra est, & derelictio.

H Ps. 36 lit. t. f.

I Is. 50. sub initio.

L Ier. 3. ibi, libellum.

M Matth. 9. initio.

N 4. d. 17. 1. 2. q. 3. in 2. sed contra, & 1. 2. 112. 3. arg. 1. Quomodo intelligatur illud: Deus recipit eum, qui ad se confugit: alter esset in eo iniquitas.

O 1. 2. ibid. ad 1. Ver. 28. 3. ad 10.

liberi arbitrij, jam per gratiam informati: quem si non reciperet, esset contra justitiam, quam ipse statuit. Vel, si referatur ad motum liberi arbitrij ante gratiam, loquitur secundùm quod ipsum confugium hominis ad Deum est per motionem diuinam: quam justum est non deficere.) *Idcircò hortabatur Apostolus ad Hebr. 4.* Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ ejus. *Quod exponitur*. Hic thronus P duplicem habet statum. Vnum justitiæ in futuro, Psal. 9. *Sedisti super thronum qui judicas justitiam*; & hoc erit in futuro, Psal. 74. *Cum accepero tempus, ego justitias judicabo.* Alius est thronus gratiæ, de quo hic; ideò additur, *gratiæ*, scilicet in præsenti, quando est tempus miserendi. Per gratiam autem Christi liberamur ab omni miseria, quia liberamur à peccato, quod *miseros facit populos*, Prou. 14. Et ideò subdit: *vt misericordiam consequamur in auxilio opportuno*, quo adjuuemur ad bene operandum. Hoc autem oportet esse congruo tempore; ideò dicit, *opportuno*: & hoc est tempus præsens, quod est tempus miserendi, *vt dictum est*. *Verùm ex misericordia sua Deus nedum accedentes non repellit, sed & studiosè veluti & anxiè quærit qui eum recipiat. Quod tangi videtur* Apoc. 2. *ijs verbis*: Qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum; *videlicet*, per quæ Q septem Ecclesiæ signantur, *Apoc.* 1. Et mitte septem Ecclesijs, *scilicet* Asiæ R quibus Ioannes præerat: vel vniuersali Ecclesiæ, per illas septem significatæ, secundùm omnem statum: (*qui est septuplex, de quo vide ibi.*) *Dicit autem*: Qui ambulat: *siquidem* Deus S ambulat per effectum: quia omnibus se præsentem offert ad dandum, ac si ambularet hinc inde, quærens, si sit qui recipiat. *Quinimmò in occursum, accedere cupientibus, vel metuentibus, misericors vadit. Vnde de Sanctis mulieribus in Christi resurrectione legimus Matth. 28. quòd* exierunt de monumento cum timore & gaudio magno: & ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. *Quo loci Author*: Rectè T dicit, quòd *occurrit*: quia ex insperato occurrit dando gratiam, Sap. 6. *Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat*; Et Is. 64. *Occurristi lætanti*: videlicet V auxilium præstando, dum adhuc erat in petendo, vel veniendo ad te, *ex quo nimirùm ei misericorditer occurris. Vnde & subditur*: In vijs tuis recordabuntur tui: ecce tu iratus es, & peccauimus. *Vbi notatur* præposterus ordo: ideò iratus es, quia peccauimus. (*Vel & ponitur pro* quia: iratus es, quia peccauimus: *eo sensu, quo dicitur*: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventri tui; *idest, benedicta tu es, quia benedictus fructus.*) *Sequitur*: In ipsis fuimus semper, & saluabimur. *Saluabimur*, scilicet omnes, tua misericordia. *Ita sibi veluti occurrentem Dominum precabatur Dauid Psal. 30.* Inclina ad me aurem tuam: accelera, vt eruas me. *Quod exponitur*. Auris Dei X est voluntas exaudiendi. Et dicitur Deus nobis appropinquare, quando condescendit infirmitatibus nostris & miserijs *misericordia sua*; & ideò ait, *inclina*, idest, condescende ex bonitate, & hoc citò; & ideò *accelera, vt eruas me*, Is. 8. *Voca nomen ejus, accelera*: quia non tardat in necessitate. *Sed & vlteriùs nos quoque ab eo fugientes Dei misericordia reuocat, juxta illud Is. 30.* Et aures tuæ audient verbum post tergum monentis: *nimirùm* sicut Y fugiens, quando ab insequente reuocatur. *Cui & Ioannes allusit* Apoc. 1. *cum ait*: Audiui post me vocem magnam, tanquam tubæ. *Vbi Author*: Hæc Z vox *inquit* est vocatio Domini, qui vocat & reuocat nos fugientes ab eo, Cant. 5. *Reuertere reuertere Sulamitis*, idest anima captiua, *reuertere reuertere, vt intueamur te*. Quare dictum est, *reuertere reuertere?* vt scilicet in pueritia, in juuentute, in senectute, in senio (*hoc est, in decrepita.*) Vel quia quatuor faciunt ab eo fugere. Confidentia juuentutis: ij fugiunt ad Orientem. Dilatio mortis: ij ad Occidentem.

Thronus gratiæ hic, thronus justitiæ in futuro. P Hebr. 4. l. 3. ibi.

Quærit Deus qui illum recipiat.

Q Apoc. 2. l. 1. ibi, in medio.

R Apoc. 1. c. 2. ibi, septem Ecclesijs.

S Apoc. 2. c. 1. & 2. & cap. 1. c. 2. ibi, in medio.

Quin & occurrit accedere timenti. T Matth. 28. lit. a. ibi.

V Is. 64. ibi.

Auris Dei quid mystice. X Ps. 30. lit. b.

Deus nobis appropinquat, cum miseretur.

Fugientes misericorditer reuocat. Y Is. 30. ibi. Z Apoc. 1. c. 3. cit. & cap.

A Deo quatuor faciunt fugere.

Digitized by Google

dentem. Amor prosperitatis: ij ad Meridiem. Timor aduersitatis: ij ad Aquilonem. Ideò clamat Dominus: Reuertere ab Oriente: quia iuuenis citò moritur. Reuertere ab Occidente: quia senex diu non viuit; & *quando homo à Deo fugit* (nota) *diu viuere non potest*. Verba sunt Senecæ. Reuertere à Meridie: quia prosperitas Mundi citò transit. Reuertere ab Aquilone: quia aduersitas Mundi non potest nocere, nisi volenti. Dicitur autem *vox magna*, quia magnus vocat & ad magna. Vocat autem quadrupliciter Dominus, *simulque reuocat*: prædicando scilicet, beneficia dando, inspirando, flagellando; *Prou.* 1. Vocaui, & renuistis: *en vocatio seu reuocatio per prædicationem*. Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: *en vocatio per beneficia*. Despexistis omne consilium meum: *en vocatio per inspirationem despecta*. Et increpationes meas neglexistis: *en vocatio per afflictiones animi, & flagella corporis, neglecta*. *Quod confirmat ipsemet Dominus* Ier. 3. *cum ob spiritualem fornicationem increpans ingratam Ierusalem, sic effatur*: Vulgò dicitur: Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: nunquid reuertetur ad eam vltrà? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. *Sed & specialiùs fidelibus redemptis videtur locutus* Is. 44. *cum ait*: Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua: reuertere ad me, quoniam redemi te.

Diù non potest viuere qui à Deo fugit.

Quadrupliciter vocat nos Deus & reuocat.

11 *Et quidem ad tutum confugit asylum, certumque refugium, quicunque, vt saluetur, ad diuinam refugit misericordiam.* Esto mihi, *ajebat præcit. Psal.* David, in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias. *Siquidem*: Modus A est duplex liberandi; vel scilicet quòd non lædatur in malis existens, vel quòd mala fugiat. Quantùm ad primum, dicit: *Esto mihi in Deum protectorem*, vt mala non me lædant, Is. 49. *In pharetra sua abscondit me*. Quantùm ad secundum, dicit: *& in domum refugij*; & hoc est nomen Domini, Prou. 18. *Turris fortissima nomen Domini: ad ipsum currit iustus, & exaltabitur*. Et ideò addit: *vt saluum me facias*. *Neque domus refugij duntaxat, sed & in Dei Templo præcipuum altare misericordia est; cui omnium vota appenduntur, quia nemo est, qui diuinæ misericordiæ beneficia non sentiat. Et hoc est altare, quod Regius Vates incessanter circundabat, Psal.* 25. Circundabo altare tuum, Domine. *De quo Author*: Templum *inquit* est B ipse Deus, Apoc. 21. *Templum non vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens Templum illius est*. Et hujus altare est misericordia Dei. Et hoc circundare debemus desiderio mentis. *Præcipuum inquam altare, quia vt vidimus*, miserationes ejus super omnia opera eius. *Vel*, Templum C est Ecclesia: & hujus Templi altare est Christus, *ad Hebr. vlt.* Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt. *Et Ecclesia*: Cujus corpus sanctissimum in ara Crucis torridum, *pro salute totius Mundi sacrificatum*. *Quod quidem altare circundamus, dum quæcunque petentes, misericorditer impetramus*, Ioann. 14. Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. *Quandoquidem per Christum & in Christo diuinæ fons misericordiæ profusus est, & ineffabiles diuinæ pietatis adinuentiones ad nostram vtilitatem patuere*, Is. 12. Notas facite in populis adinuentiones ejus: *videlicet*, quia D multa adinuenit ad saluandum; & *Psal.* 9. Annunciate inter gentes studia ejus: *idest*, curam E ejus, siue solicitudinem de salute humani generis; *vnde & Ier.* 29. *ipsemet expresserat*: Ego scio cogitationes, quas ego cogito super vos: cogitationes pacis & non afflictionis. *Hæc studia sunt, hæ misericordiæ adinuentiones, vt peccatorum destruat adinuentiones oppositas*, Is. 3. Lingua eorum, & adinuentiones eorum contra Dominum, vt prouocarent oculos majestatis ejus. *Et Psal.* 13. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis: *quæ cuncta, diuina destruit misericordia, penitusque euertit, nostræ jugiter intenta saluti*. *Idcircò de Christo dicitur Cant.* 1. Oleum effusum nomen tuum: *idest*, misericordia (*quæ per oleum signatur*) qua F salutem omnium procurasti. *Et quidem supermaxima diuinæ misericordiæ adinuentio fuit, quòd diuinum* Verbum caro factum est, & habitauit in nobis; & *quod stupendum magis*, factus obediens Patri vsque ad mortem, mortem autem Crucis. *Profectò* per suam G omnipotentem virtutem poterat Deus humanam naturam multis alijs modis reparare: *at non conuenientiùs*; *vnde Augustinus*: Verùm etiam ostendamus, non alium modum possibilem Deo defuisse (cujus potestati omnia æqualiter subjacent) sed sanandæ miseriæ nostræ (*en misericordiæ correlatiuum*) conuenientiorem alium modum non fuisse. *Sic enim magis diuina eluxit misericordia; factus enim homo, suam in nos euidentiùs misericordiam exercuit, vt de ipso in figura verum habeat quod dicitur Iob* 31. Ab infantia creuit mecum miseratio. *Adhoc enim miseriam nostram induit*, vt misericors fieret, *quod ait Apostolus ad Hebr.* 2. Misericors *autem* dicitur H quasi miserum cor super aliena miseria. Et hoc dupliciter: vno modo per solam apprehensionem; & sic Deus sine passione nostram miseriam apprehendit: *Ipse* enim *cognouit figmentum nostrum*, vt dicitur in Psal. 102. Alio modo per experientiam; & sic Christus potissimè in passione expertus est miseriam nostram. Et sic dicitur, *vt misericors fieret*: vt scilicet qui erat misericors per apprehensionem nostræ miseriæ, fieret misericors per experientiam. *Maxima autem miseria est peccatum*, *Prou.* 14. Miseros facit populos peccatum: *à quo vti nos misericorditer liberaret, homo factus, passus & mortuus est*. Sed non sicut delictum, ita & donum, *dicebat Apostolus ad Rom.* 5. quia scilicet I plus potest gratia Christi in bono, quàm peccatum Adæ in malo. *Et propter hoc justè reprobatur verbum Cain Gen.* 4. *dicentis*: Major est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. *Idcircò & ad Gal.* 3. *dicitur*: Christus redemit nos de maledicto legis: *idest*, de culpa L & pœna, & ad Gal. 4. *Vt eos, qui sub lege erant, redimeret*; factus pro nobis maledictum, quia *Maledictus omnis, qui pendet in ligno*: vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo &c. *Quasi diceret*: Factus est pro nobis maledictum, non solùm vt maledictionem remoueret, sed vt in Gentibus, quæ non sub maledictione legis erant, fieret benedictio Abrahæ promissa, Gen. 22. *In semine tuo benedicentur omnes Gentes*. Et hæc quidem benedictio facta est nobis; idest, impleta est per Christum, qui est de semine Abrahæ, cui dictæ sunt promissiones: *Et semini tuo, qui est Christus*, vt dicitur hoc eodem cap. *Quare autem, hoc stante, dicatur nihilominus Christus Rom.* 1. *specialiter* factus ex semine Dauid secundùm carnem, *& non ex semine Abrahæ. Respondet Author*, *quòd* hoc M factum est ad dandam spem veniæ peccatoribus: quia Dauid peccator fuit, ex cujus semine nascitur Christus: Abraham verò justus. *Hoc est, vno verbo, ad diuinam magis innuendam misericordiam*. *Vnde & Petrus* Matth. 18. *quærens à Domino*: Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque septies? *audiuit misericordiæ responsum*: Non dico tibi, vsque septies, sed vsque septuagies septies. *Vbi, inquit Author*, ponitur N numerus finitus pro infinito, juxta illud Psal. 104. *Verbum, quod mandauit in mille generationes* (*idest, omnes.*) Quasi diceret: Omnia quæcunque frater tuus peccauerit contra te, dimitte ei. Vnde videtur, quòd velit *ex Hieronymo* dicere: quòd plus remittere potest, quàm ipse possit offendere: *quod diuinæ est effectus misericordiæ, vt prætactum est*. *Et hac de causa, sicut* inter Scripturas

Misericordiæ Dei duplex modus liberandi.
A Ps. 30. lit. b.

In Templo Dei, quod est Deus, præcipuum altare Misericordia.

B Ps. 25. lit. d.

C Ibid.

D Is. 12. ibi.
Diuinæ adinuentiones misericordiæ ad destruendas peccatorum adinuentiones.
E Ps. 9. lit. b.

F Io. 1. l. 15. lit. b.
Supermaxima diuinæ misericordiæ adinuentio fuit Incarnationis mysterium.
G 3 p. q. 1. a. 2.

H Ad Hebr. 2. l. 4. ibi.
Exponitur illud ad Hebr. 2. Vt misericors fieret.

Plus potest gratia Christi in bono, quàm peccatum Adæ in malo.
I Rom. 5. l. 5. ibi.

L Ad Gal. 3. l. 5. ibi.

M Rom. 1. l. 2. ibi.
Cur Christus de semine dicatur Dauid, non Abrahæ, cui factæ sunt promissiones.

N Matth. 18. lit. b. ibi.

Digitized by Google

Cur Psalmi & Epistolæ Pauli frequentantur præ alijs in Ecclesia.
O Prol. in Ep. D. Pauli. Prol. in Psal. & 3. p. 13. 4. initio c.
P Ibid.

pturas O veteris Testamenti maximè frequentantur in Ecclesia Psalmi Dauid, qui post peccatum veniam obtinuit: ita in nouo Testamento frequentantur Epistolæ Pauli, qui misericordiam consecutus est, vt ex hoc peccatores ad spem erigantur, *diuinæ scilicet misericordiæ percipiendæ*. (Quamuis P possit & alia ratio esse: quia in vtraque Scriptura ferè tota Theologiæ continetur doctrina.) *Concludat hunc respiciens Regius Psalmista cum præcinit Psal.* 32. Fiat misericordia tua, Domine, super nos:

Q Ps. 32. fi.
Duo specialia diuinæ misericordiæ beneficia ad hominem.

quia nimirùm, licèt Q quodlibet particulare beneficium sit ex misericordia diuina; duo tamen specialiter sunt ex hac. Primum est beneficium Incarnationis, Luc. 1. *Per viscera misericordiæ Dei nostri &c.* Et ideò dicit: *fiat misericordia tua*; scilicet, vt carnem suscipias, & liberes nos: *super nos*; idest, supra merita nostra. Aliud est beneficium salutis; & hoc etiam est *super nos*: quia *non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos; sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit*, vt dicitur ad Tit. 3.

Magnum misericordiæ beneficium, hominis creatio: at majus, recreatio.
R 3. d. 20. 1. 1. q. 2. ad 2. & 4. a. ad 3.

Enimverò si creatio hominis, effectus magnus Dei bonitatis & misericordiæ fuit: longè major emicat recreatio ejusdem, seu reparatio. Et quidem in hoc R quòd Deus per satisfactionem hominem reparari voluit, maximè manifestatur ejus misericordia: quia non tantùm culpam voluit ab eo remouere, sed etiam ad pristinam dignitatem humanam naturam integraliter reducere. Quæ quidem dignitas perpetuò in natura manet: sed pœna ad modicum transit. Vnde magis manifestatur misericordia in perducendo ad æternam dignitatem, quàm in dimittendo temporalem culpam.

Hæc in parabola Luc. 10. describitur.

Hoc autem signatum est Luc. 10. *in parabola de homine illo, Adam referente*, qui incidit in latrones: qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto: *quem Sacerdos simul & Leuita præterierunt, nil de illo curantes*.

S Expos. text. Prol. 1. Serm. In 2. d. 30. 1. 1. ad 3.
Quatuor hominis vulnera.
T Serm. ex Eu. Dom. 13. post Pent.
V 1. 2. 85. 3. &c.

Samaritanus *autem* quidam (per quem S significatur Deus) *iter faciens, quia de Cœlo in Terram descendit*: (Samaritanus *ex glossa* Christus T est: qui propter nos homo factus, vitæ præsentis iter arripuit:) & videns eum *vulneratum* (*vulneribus scilicet ignorantiæ, malitiæ, infirmitatis, & concupiscentiæ: de quo vide* V.) misericordia motus est *super eum, Luc. 1. cit.* Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex Alto. *Visitauit quippe eum, tanquam cœlestis Medicus, dum appropians* alligauit vulnera ejus,

X Expos. text. Prol. 2. Serm.
Y Matth. 21. lit. a. ibi. Olliueti. Et cap. 25 lit. a. ibi, Oleum.

(*videlicet* hominis X semiuiui, *per peccatum* exspoliati gratia, & vulnerati in naturalibus) infundens oleum & vinum: *quia nimirùm* per oleum Y significatur misericordia: & est vtile ad sanandum; & ideò Samaritanus infudit oleum & vinum. *Et hoc est, quod mysticè præcinitur Luc. 1.* Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ: *Suscepit inquam ab eo vulnere sanandum, de quo Is. 1.* Vulnus & liuor & plaga tumens: non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo; *misericordiæ nimirùm, sicut postea homo per Verbi incarnationem felicissimè ad salutem expertus est*: Christus *enim* vnctus *dicitur, oleo scilicet misericordiæ, quod in nos liberalissimè effudit, & ad sanandum infudit. Ex quo verè admirabilis apparet Dei in hominem misericordia. Canebat eapropter in persona Adæ cum vniuerso humano genere Dauid Psal. 16.*

Misericordia Dei admirabilis.
Z Ps. 16. lit. c.

Mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te. Mirifica: *quia videlicet*, quod quis Z liberatur à paruo hoste, non est mirum: sed cum quis liberatur à maximo malo vel hoste, hoc mirum est; & hoc petit, cum ait: *mirifica*; idest, mirabiliter libera me. Et hoc, non secundùm judicium hominis, sed secundùm *misericordias tuas*. Et hujus ratio est: quia tuum est & proprium, *qui saluos facis sperantes in te. Maximus quippe hominis hostis est diabolus, à quo mirabiliter liberati sumus, Apoc.* 12. Hostis antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas, qui seducit vniuersum Orbem. *Maximum quoque malum est peccatum*; Peccata, *inquit Author*, sunt A maxima malorum. *Et ab hoc pariter sumus admirabili misericordia liberati.*

A In 4. d. 15. 1. 2. ad 2.
Triplex illius effectus in hominem.
B Rom. 9 l. 3. ibi, miserebor.

Et vt summariè totus Dei in hominem misericordiæ effectus comprehendatur: Dei misericordia B secundùm tria attenditur. Primò quidem secundùm prædestinationem, qua ab æterno proposuit aliquos liberare, Psalm. 102. *Misericordia Domini ab æterno & vsque in æternum*. Secundò secundùm vocationem & justificationem, quibus homines saluat ex tempore, ad Tit. 3. *Secundùm suam misericordiam saluos nos fecit*. Tertiò magnificando per gloriam, quando liberat ab omni miseria:

Cur terra misericordia Domini plena dicatur, non Cœlum.
C Psal. 32. lit. d. fi.

(*idcircò Psal. 32. dicitur:* Misericordia Domini plena est terra: *terra inquam*, non C Cœlum: quia in Cœlo nulla est miseria; & ideò non indiget misericordiâ: sed terra, vbi repletur homo multis miserijs, indiget *plenitudine* misericordiæ.) Psalm. 102. *Qui coronat te in misericordia & miserationibus*. Et ideò dicitur Rom. 9. *Miserebor cujus misereor, & misericordiam præstabo cujus miserebor*. *Miserebor*, scilicet vocando & justificando, *cujus misereor* prædestinando: *& misericordiam præstabo*, finaliter glorificando eum, *cujus miserebor* vocando & justificando. Et hic sensus magis concordat cum nostra, quæ dicit: *Misereor cui voluero, & clemens ero cui mihi placet*: vbi manifestè, non meritis, sed soli diuinæ voluntati adscribitur diuina misericordia.

Stante Dei omnipotentia & misericordia, de nemine desperandum.
D 2. 2. 14. 3. ad 1.
Misericordi Domino sufficit sine petitione indigentiam ostendere.
E Matth. 8 lit. a ibi, si vis. Leprosus.
F Matth. 17. lit. b. ibi. Filius lunaticus.

X *Cum ergo immensa & interminabilis diuina misericordia sit, concludat Author*: De nemine D desperandum est in hac vita, consideratâ Omnipotentia, & Misericordia Dei. *Neque diu ad eam impetrandam laboratur*: nam misericordem E non oportet petere, sed solùm indigentiam ei monstrare. *Sic leprosus ille*: Domine *inquit* si vis, potes me mundare. *Et statim respondit Iesus*: Volo: mundare, *Matth.* 8. *Sic homo ille* Matth. 17. *pro lunatico filio non rogat, sed solummodo infirmitatem ostendens*: Domine *inquit* miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur. *Vbi Author*: Non petijt F sed infirmitatem exponit. Sufficit enim misericordi, miseriam exponere; *vnde sequitur*: & curatus est puer ex illa hora.

Aqua vinum facta in Cana Galilææ.
G Ioan. 2. l. 13 lit. c.
H Ibid. lit. d. fi.

Sic, deficiente in nuptijs vino Ioan. 2. *non multùm Mater Virgo rogat; sed ait tantummodò*: Vinum non habent. *Siquidem*: Ex reuerentia G quam ad Deum habemus, sufficit nobis ei tantum defectus nostros exponere, secundùm illud Psal. 37. *Domine, ante te omne desiderium meum*. Et ideò Mater ejus defectum aliorum simpliciter exposuit, dicens: *Vinum non habent*. Quamuis autem H Mater repulsa sit: *Quid mihi & tibi est mulier?* tamen de Filij misericordia non diffidit: *sed gratiam plenè impetrat. Vnde sequitur*: Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factam &c. *& quidem vinum optimum*: Seruasti bonum vinum vsque adhuc.

Lazarus.
I Ioan. 11. l. 13 lit. b.

Sic Lazari sorores, eo ægrotante, mittunt solummodo ad Christum, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. *Quo loci*: Non I dicunt (*ait Author*) Domine veni, sana eum: sed tantùm infirmitatem exponentes, dicunt: *infirmatur*. In quo signatur, quòd sufficit tantùm necessitatem exponere absque alicujus petitionis additamento.

Dominus prope est pœnitentibus, orantibus, tribulatis.
L Serm. 1. ex Epist. Dom. 4. Adu.

Nec difficulter possumus ei supplicem pro gratijs obtinendis exhibere libellum: Dominus enim prope est, *vt dicitur Philip.* 4. Est autem L Dominus prope pœnitenti, vt indulgeat: oranti, vt exaudiat: tribulationes patienti, vt subueniat. De primo *Ezech.* 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis: omnium iniquitatum ejus non recordabor ampliùs &c. De secundo *Psal.* 144. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum: *immò Is.* 65. Eritque, antequam clament, ego exaudiam. De tertio *Psal.* 90. Cum ipso sum in tribulatione. *Enimuerò durus non est Dominus noster, vt falsò æstimabat ille Matth.* 25. Domine, scio quia homo durus es. *Vbi Author*: Dicit, *durus*, quia

Digitized by Google

Dominus, durus non est. M Matth. 25. lit. b. ibi.

M homo durus non flectitur: & dicitur de tali Iob 41. *Cor ejus indurabitur, quasi malleatoris incus.* Sed non sic est Dominus noster: quia *misericors & miserator Dominus*, Psal. 110. Sic aliqui (*post pauca*) æstimantes, ipsum esse durum, extrahunt se à servitio suo. Vnde aliqui, qui possent multùm proficere, dicunt: Si audio confessiones, & facio prædicationes, fortassis malè accideret mihi. Item aliqui dicunt: si intrarem Religionem, fortassis peccarem, & esset deterius. Isti reputant Deum durum, qui credunt, si adhæserint Deo, quòd deficiat eis. Tales sunt similes ijs, qui desperant de divina misericordia: *in qua immò totaliter sperandum est, cum nequaquam durus sit, sed vt ait Psaltes Psal. 33.* Suavis est Dominus: beatus *ideò* vir, qui sperat in eo. *Durus potiùs est homo ad multiplices divinæ misericordiæ effectus, dum respuit, nec emollitur, in sui vtique detrimentum & damnationem, Rom. 2.* An ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationem justi judicij Dei. *Qui etenim misericordiam respuit, justum est, vt punitivæ justitiæ judicium sentiat. Sanè tantum abest, quòd durus sit Deus, vt immò in actuali justa ira suam memoretur misericordiam, Hab. 3.* Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis: *quinimmò & in ipso puniendi actu misereatur, Is. 27.* An potiùs tenebit fortitudinem meam? *Quasi dicat:* Retinebo N iram meam, *dum scilicet puniturus sum. Sequitur:* Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi. *Quasi dicat:* pacificabit me bonis operibus: (*quod vel vnus erit contritionis actus & amoris:*) *Is. 32.* Et erit opus justitiæ, pax. *Igitur, quisquis es qui peccasti,* in quacunque die O petes, poteris consequi misericordiam, si roges cum pœnitudine peccati; *Ier. 12.* Ecce ego evellam eos de terra sua, & domum Iuda evellam de medio eorum. Et cum evulsero eos, convertar & miserebor eorum: si eruditi didicerint vias populi mei, vt jurent in nomine meo. *Et 2. Pet. 3.* Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti; *Nolens aliquos perire*, voluntate scilicet P signi: quia omnes (*ex misericordia vtique sua*) præceptis, consilijs, minis, præmijs à periculis revocat: *sed omnes ad pœnitentiam reverti:* scilicet de peccatis commissis, & de bonis omissis & amissis. Et quia patienter expectat, ideò perseverare non debemus in peccato. *Quin & misericordia Dei est, si pejora non patramus, Apoc. 2.* Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua. *Quod exponitur.* Per dexteram Q intelligitur ejus misericordia. Q. d. Non abjiciam eos, licèt peccaverunt. Et bene dicit, *tenet:* quia ampliùs caderet homo in offensam, & etiam prorsus in Infernum, *Psal. 93.* Nisi quia Dominus adjuvit me, paulominus habitasset in Inferno anima mea. *Vnde Augustinus:* Misericordiæ tuæ deputo quæ mala non feci.

Monitum ad Ecclesiasticos, & Regulares.

Durus potiùs homo ad effectus misericordiæ divinæ.

N Is. 27. ibi. Deus in actu ipso puniendi miseretur.

O Op. 7. Pet. 5.

P 2. Pet. 3. ibi. Misericordia Dei neminem vult perire, sed ad pœnitentiã reverti.

Q Apoc. 2. §. 1. ibi. Misericordiæ divinæ attribuendum, si pejora non facimus.

Ex misericordia Deus Pater noster.

y *Nec mirum: quia sicuti per justitiam judex & Dominus; ita per misericordiam benignus nobis adest Patronus, immò dulcissimus Pater, Is. 63.* Tu enim Pater noster; *& cap. 64.* Et nunc, Domine, Pater noster es Tu: nos verò lutum. *Et clariùs Psalm. 103.* Quomodo miseretur Pater filiorum, misertus est Dominus. *Qualis & ab Apostolo dictus est 2. Cor. 1.* Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum; *videlicet*, quia R misericors est, *& ulteriùs* Deus totius consolationis; *nimirùm*, quia consolator. *Ideircò* Ier. 31. *dicebat Dominus:* In fletu venient, & in misericordia reducam eos: quia factus sum Israeli Pater; *propterea*, sicut Pater S non possum dimittere, quin eorum miserear. *Sic prodigi filij, qui Adæ prævaricatoris figuram gerit, misertus est Pater, scilicet Deus, Luc. 15.* Cum enim adhuc longe esset (*propter peccatum à Deo, Is. 59.* Iniquitates vestræ diviserunt inter vos & Deum vestrum:) vidit illum Pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum ejus, & osculatus est eum. *Idcircò ad impetrandam ejus (quæ propria Patris est) misericordiam, docuit nos orare Matth. 6.* Pater noster, qui es in Cœlis &c. *Et hac fortè de causa Matth. 7.* Non omnis, *ait*, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in Regnum Cœlorum. *Nam filio debetur hereditas, non servo. Et quia ipse, vt Pater, ex misericordia sua æternam vult dare nobis, vt filijs, Cœlorum hereditatem: non vt Dominus à servis, sed vt Pater à filijs pro ea adipiscenda vult invocari. Quocirca & nos piè lusimus quondam* T.

R 2. Cor. 1. l. a. ibi.

S Ier. 31. ibi.

Exponitur illud: Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum Cœlorum.

T Cent. XII. Dist. LXV.

Perpetis haud Regni servis: qui filius, heres:
Non Domine vt jubeas, dic miserere Pater.

Quòd si & in serijs ludere verbis fas est: Volo, inquit Deus, vt Pater invocari, non vti Dominus: quodammodo enim, vt dominus, do minus, *quàm dare vellem: vt Pater,* pasco ter *hominem præter omne meritum, prædestinando scilicet, justificando, glorificando. Verùm nedum Pater noster Deus, sed ex misericordiæ visceribus dulcissima Mater nostra est. Huic alluditur* Luc. 1. *cum dicitur:* Per viscera misericordiæ Dei nostri &c. *Vnde & Is. 46.* Audite me domus Iacob, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulva. Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo. *Qui portamini:* idest V ita supportavi in misericordia mea affectuosè in deserto, & in alijs locis, in quibus contra me peccastis, sicut mater filium, *Prov. 31.* Quid dilecte vteri mei? *Vsque ad senectam portabo*, scilicet vestram, Psal. 70. *Vsque in senectam & senium, Deus ne derelinquas me;* idest, vsque ad finem Mundi, *Matth. 28.* Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. *Quod tangitur & Is. 66.* Vt sugatis & repleamini ab vbere consolationis ejus: vt mulgeatis, & delicijs affluatis &c. *Vt mulgeatis*, quasi X mulgentes lac (*ejus vtique misericordiæ*) delicijs affluatis &c. *Iob 22.* Tunc super Omnipotente delicijs afflues, & elevabis ad Deum faciem tuam, *sicut facere consuevit lactens infantulus ad charam matrem. Et post pauca eod. cap. 66.* Ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, *De quo & Apostolus 2. Cor. 1.* Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. *Denique ejusdem Isaiæ cap. 49.* Nunquid oblivisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et, si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te. *Quasi dicat:* Ita Y teneo te in memoria, sicut qui scribit aut facit aliquod signum in manu sua, vt sit ei memoria alicujus rei. *Bene autem dicit:* & si illa oblita fuerit: *nam humani parentes multoties filiorum obliviscuntur, quinimmò & derelinquunt. Non ita Dominus: vnde & David Psal. 26.* Quoniam Pater meus & Mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me. *Quasi diceret:* quia Z inveni te adjutorem in omnibus, alijs deficientibus. (*Vel, Pater meus,* idest Adam, *& Mater mea,* idest Eva, *dereliquerunt;* idest, desertioni me exposuerunt per peccatum.) *Eapropter idem Psaltes, postquam* Psalm. 9. *præmisisset:* Annunciate inter gentes studia ejus (*nostrum miserentis, vt supra exponebamus*) *subjicit:* quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est: non est oblitus clamorem pauperum. *Etenim* illud A quod aliquis cum studio & diligentia facit, non obliviscitur, quin illud faciat. Deus autem studiosus est ad salutem hominum, & ideò non obliviscitur.

Nedum Pater noster Deus, sed & Mater.

V Is. 46. ibi.

X Is. 66. ibi.

Y Is. 49. ibi.

Z Ps. 26. lit. k. Deus ex sua misericordia in omnibus adjutor, alijs deficientibus.

Nunquam obliviscitur nostri.

A Ps. 9. lit. b.

z *Igitur in causis nostris, si justitiæ contra nos publicatam audimus sententiam, ad curiam misericordiæ appellandum est.* Quia B major est curia misericordiæ, quàm justitiæ: sicut à minori curia licitum est appellare ad majorem: ita à curia justitiæ ad curiam

A curia justitiæ divinæ appellari potest ad curiam misericordiæ.

B Iac. 2. ibi. superexaltat misericordia.

Digitized by Google

curiam misericordiæ. *Ita habemus Ion. 3.* Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. *En diuinæ sententiam iustitiæ. Sed quia per Niniuitarum pœnitentiam ad misericordiam appellatum est, pro sententiæ reuocatione mox subijcitur:* Vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitiam, quam locutus est vt faceret eis, & non fecit. *Ita habemus Is. 38. & 4. Reg. 20. mortis sententiam contra Ezechiam Regem, à iustitia Dei Isaiæ ore promulgatam:* Dispone domui tuæ: quia morieris tu, & non viues. *At verò, quia per Ezechiæ humiliationem & compunctionem facta est ad curiam misericordiæ appellatio, statim sententiam legimus reuocatam:* Antequam egrederetur Isaias mediam partem atrij (*nota*) factus est sermo Domini ad eum, dicens: Reuertere, & dic Ezechiæ Duci populi mei. Hæc dicit Dominus. Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: & ecce sanaui te; die tertio ascendes Templum Domini. *Et quoniam diuina misericordia præmiat ex sua largitate vltra condignum, adhæc subijcitur:* Et addam diebus tuis quindecim annos. Sed & de manu Regis Assyriorum liberabo te &c. *Vt plura prætéream in sacra pagina Prophetiæ comminationis exempla: de qua suo loco. Hujus verò ineffabiles misericordiæ effectus effundit in nos Deus, atque profundit, hoc vno potissimùm fine, vt salutem consequamur æternam: qui nempe* vult omnes homines saluos fieri, & neminem perire. *Idcircò Gen. 28.* Vidit Iacob in somnis scalam, stantem super terram, & cacumen illius tangens Cœlum. Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam: & Dominum innixum scalæ. *Quod exponitur.* Vt nemo C posset timere, ne scalam istam ascendere valeret, ideò dicitur Dominus innixus scalæ, quasi paratus trahere ad se, & iuuare ascendentes per scalam: (*sua vtique misericordia, ad Tit. 3.* Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos: sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit.) *Adjuuat autem nos sua manu misericordiæ ad hujus scalæ conscensum (cujus quot virtutes, tot extant gradus) & ad gloriæ coronam adipiscendam. Siquidem* triplex est D manus diuinæ misericordiæ. Prima sanantis, Iob 5. *Ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus ejus sanabunt.* Secunda pascentis (*corporaliter scilicet & spiritualiter*) Psal. 94. *Nos populus pascuæ ejus, & oues manus ejus.* Tertia coronantis, Sap. 5. *Accipient Regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini.*

Finis diuinæ misericordiæ salus animarum.

C Prol. in Apoc. cap. 2.

Triplex diuinæ misericordiæ manus.
D Is. 8. ibi, in manu forti.

2 *Quæ cum ita sint, quomodo potest fidelis anima tam bonum, tam dulcem, tam misericordem Dominum, iteratò peccans offendere! Quod admirans veluti, improperat ipse Is. 3.* Locuta es, & fecisti mala: & potuisti! *Quinimmò, vt exponitur:* potentiam E tuam in peccato jactasti. *Et ò vtinam prætactam hanc hominum ingratitudinem non experiremur frequenter! Quò magis enim homo misericordiæ beneficijs fouetur, eò magis beneficia multiplicatis compensat offensis. Porrò nostram non prætereat cogitationem Primò, quòd* hoc ipsum F quòd Deus punit aliquos temporaliter, magnum misericordiæ signum est. *Hic vre, hic seca, hic non parcas, vt in æternum parcas:* ajebat Augustinus. *Quò facit illud Psal. 29.* Quoniam ira in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus. *Vbi Author:* Ira *inquit* accipitur G pro effectu iræ, idest pro vindicta: indignatio verò non pro commotione iræ in Deo, sed pro justitia Dei. Igitur *ira in indignatione ejus*, idest Dei justitia judicante peccata in ira, idest vindicta. Hieronymus habet: *Quoniam ad momentum est ira ejus.* Q. d. si aliquando irascatur, hoc est ad correctionem in breui tempore. Vnde sequitur: *Et vita in voluntate ejus:* quia Ezech. 18. *non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.* Et 1. Tim. 2. *Omnes homines vult saluos fieri.* Hieronymus habet: *Et vita in propitiatione ejus.* Q. d. Punit ad momentum, & post repropitiatur, & reddit vitam, *Iob 5.* Ipse vulnerat & medetur &c. *Secundò pensare debemus, quòd Dominus miserentium miseretur, non eorum, qui sunt in proximum suum immites, Eccli. 18.* Miseretur excipientis doctrinam miserationis. *Hanc autem doctrinam tradit Dominus* Matth. 5. *cùm ait:* Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. *Et Psal. 40. cohærenter:* Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. *Videlicet:* Beatus est ille H qui est misericors, qui miseretur egeno & pauperi, Prou. 14. *Qui miseretur pauperis, beatus erit.* Et dicit, *qui intelligit*, non *qui subuenit:* quia debes esse misericors ad modum Dei. Deus autem non expectat semper, quòd petatur: sed subuenit desiderio antequam petatur. Et ideò ille est verè misericors, qui non solùm petentibus subuenit, sed etiam indigenti subuenit priusquam petatur, Iob 31. *Si negaui, quod volebant, pauperibus; & oculos viduæ expectare feci.* (Egenus autem est, qui indiget ab alio accipere: pauper dicitur ille, qui parum habet.) *Sequitur:* In die mala liberabit eum Dominus. *In die mala.* Dies secundùm naturam suam boni sunt; quia sunt facti à Deo, Psal. 118. *Ordinatione tua perseuerat dies:* sed dicuntur mali propter mala, quæ in eis contingunt, Eph. 5. *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* Et dicit, *in die mala;* idest, in die alicujus malæ (*siue* magnæ) tribulationis. Summum autem malorum est damnatio æterna, quæ imminet homini in judicio vel particulari, scilicet morte: vel in judicio vniuersali; idest, in fine Mundi. Et illa dies est mala, in qua fit talis damnatio: idest, *dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ &c.* vt dicitur Soph. 1. In hac mala die liberat Dominus misericordem, Matth. 25. *Esuriui, & dedistis mihi manducare &c. Venite benedicti Patris mei &c.* Non quòd sola misericordia (*nota*) sine alijs virtutibus liberet hominem: sed quia per misericordiam homo satisfacit pro peccatis, *juxta illud Dan. 4.* Peccata tua eleemosynis redime. *En quomodo Deus misericordium miseretur. Et hoc est, quod mysticè tangit Ioannes Apoc. 6.* Vinum & oleum ne læseris. *Vinum*, idest I pœnitentes: *& oleum*, idest misericordes, *ne læseris:* istos enim præcipuè præcepit non lædi Deus, qui vicerunt, Apoc. 2. *Qui vicerit, non lædetur à morte secunda:* licèt tangantur tribulatione præsenti, quæ dicitur mors prima, Sap. 3. *Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis;* idest, pœna Inferni: *quæ est mors secunda. Quod idem est ac illud:* In die mala liberabit eum Dominus. *Hinc Iac. 2. dicitur:* Superexaltat autem misericordia judicium: *quod inter cætera* exponitur L de misericordia hominis & judicio Dei; & est sensus: quòd misericordia hominis quasi vincit rigorem districtionis sententiæ diuinæ debitæ pro peccatis. *Vnde & Prou. 22. dicitur:* Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: *mutata scilicet à Deo judice sententia maledictionis in sententiam benedictionis, Matth. 25.* Venite benedicti Patris mei &c. *Et hoc quidem justissimè fit, juxta decretum Domini Matth. 7.* In quo judicio judicaueritis, judicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. *Misericors in proximum fuisti? misericordem justum est Deum experiaris. Esurientem pauisti? misericorditer & Deus te pascet in æterno conuiuio, Luc. 22.* Vt edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo. *Et hoc est, quod velut in causam adducitur Matth. 25.* Esuriui &c. *Idcircò monebat Apostolus Eph. 4.* Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis. *Tertiò, eorum miseretur Dominus, qui propriam recognoscunt miseriam (non illorum, qui lætantur cum mal[e] fecerint, & exultant in rebus pessimis, Prou. 2.) Quod mysticè innuitur* Matth. 15. *cum Dominus, antequam famelicas pasceret turbas, dixisse fertur:* Misereor turbæ, quia triduo jam perseuerant

Mirandum, quomodo possit homo Deũ tam misericordem offendere.
E Is. 3. ibi.

Temporaliter hic puniri, magnum misericordiæ signũ.
F Hebr. 3. l. 2. post med. & 1. 2. 21. 4. ad 3.

G Ps. 29. lit. A. Iob 5. l. 3.

Deus misericordium miseretur.

H Ps. 40. lit. A. & Matth. 5. lit. B. ibi, misericordes. Iob 31. l. 1. ibi, si negaui.

Cur dicatur: Beatus qui intelligit super egenum; non qui subuenit.

Quis verè misericors.

Quis pauper, quis egenus.

Misericors liberatur à Deo in die mala, quæ est finalis judicij.

Nec tamen sola misericordia liberat.

I Apoc. 6. l. B. ibi.

L Iac. 2. ibi. Misericordia hominis vincit quodammodo rigorem diuini judicij.

Mensura, qua mensi fuerimus, remetietur nobis.

Eorum Deus miseretur, qui suam miseriã recognoscunt.

Digitized by Google

uerant mecum: & non habent quod manducent. *Quo loci quærit Author*: Quare M per triduum expectauit? *& Respondet*: Ne possent calumniari, quòd refecti essent cibo, quem secum portauerant. Et secundùm mysterium: illorum miseretur, qui suam miseriam cognoscunt. *Hinc Apoc.3. benè dicitur*: Quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis, quòd diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. *Quia tepidus es*. Homo N tepidus, scilicet qui conuersus est, & post conuersionem tepidè agit, ex conuersione habet confidentiam meritorum; & ideò non corrigit desidiam, & ita manet & durat vacuus, & dignus euomi à Deo. Quia (*post pauca*) frigida & calida sumi possunt, sed tepida vomitum prouocant; & juxta hoc loquitur de tepido. Dicit autem, *ex ore meo*; idest, de consortio justorum, qui os meum sunt, & per eos loquor, Ier.15. *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris*. Vel, os Domini O est promissio euangelij, à quo tepidus euomitur, quia à promissione euangelij excluditur. Q. d. Meritò euomam te, non solùm *quia tepidus es*: immò quia jactas te, *quia dicis: diues sum* bonis temporalibus, *& locupletatus* bonis spiritualibus, *& nullius egeo* consilij vel auxilij. *Et nescis, quia tu es miser* miseria culpæ; *Miseros facit populos peccatum*, Prouerb. 14. *& miserabilis* miserijs pœnæ, *& pauper* paupertate virtutum; *Infirmata est in paupertate virtus mea*, Psal.30. *& cæcus* cæcitate ignorantiæ; *Speculatores ejus, cæci omnes*, Isa.56. *& nudus* nuditate bonorum operum, Apoc.16. *Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet*. Vel, vt alibi: *Et nescis, quia tu miser es, & miserabilis*. *Q. d.* In tantum P miser es, & miserabilis, quòd misericordia de te potest haberi: sed adhuc grauius est, quòd hanc ipsam miseriam nescis; *hoc est, non recognoscis; vnde bene dicitur*: & nescis, *Psal.81*. Nescierunt neque intellexerunt: in tenebris ambulant. *Et quia non cognoscit miseriam suam, non mirum si Domini non experiatur misericordiam, sed immò ex hoc quòd suam non recognoscit miseriam, ab ore Domini euomatur; idest, à consortio Sanctorum, vt expositum est. Huc respectum habuit &* Isaias cap.5. *cum ex ore Domini pronunciauit*: Propterea captiuus (*diaboli*) ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, *cognoscendi nimirùm miseriam meam, vt misericordiam Domini adjutricem sentiret. Et Iob cap.4.* Quia nullus intelligit, in æternum peribunt. *Etenim*, quocunque Q modo homo per peccatum ruit, dummodo peccatum suum recognoscat & pœniteat, misericordiam consequetur. Sed quia nullus est, qui omnia peccata possit cognoscere, secundùm illud Psal.18. *Delicta quis intelligit?* sequitur, quòd vt plurimum homines peccata non cognoscentes, eis remedia non adhibent, per quæ liberentur. Et hoc est, quod dicitur: *Et quia nullus intelligit*, scilicet lapsus peccatorum, *in æternum peribunt*, scilicet plurimi. Q. d. à peccato nunquam liberantur: *quia nunquam suam miseriam recognoscunt*. Aliqui tamen sunt, qui contra peccata remedia adhibent, licèt ea non plenè intelligant, sicut Dauid, qui dicebat *cit. Psal.* Ab occultis meis munda me, Domine: (*quem & debemus ad salutis nostræ securitatem imitari.*) *Et post pauca*. Cum conditio hominis sit tam fragilis, de facili cadit in peccatum: & quidem, dum homo non cognoscit, in perditionem vadit, *diuinæ culpâ suâ expers misericordiæ, quia propriam detrectat fateri miseriam*.

M Matth. 15. lit. c. ibi, non habent.

N Apoc. 3. lit. 3. & 2. ibi.

O Ibid. com. 2. & etiam 1.

P Ibid. com. 1.

Q Iob 4. l. 3. circ. fi.

In diuina misericordia summopere sperandum.

b *Quòd verò in diuina misericordia summoperè sperandum sit, ex tot hucusque præhabitis liquet satis. Hortabatur idcircò Tobias c.13.* Conuertimini peccatores, & facite justitiam coram Deo, credentes, quòd faciat vobiscum misericordiam suam. *Eccur fiduciam de misericordia Dei peccator non habeas, si quoties puniturus, te præmonet, vt animaduersionem euites, & conuertaris? Psal.59.* Dedisti metuentibus te (*vel timore seruili, vel timore filiali*) significationem, vt fugiant à facie arcus. (*Quinimmò arcum ipsum, punitionis instrumentum, signum amicitiæ posuit & pacis, Gen.9.* Arcum meum ponam in nubibus: & erit signum fœderis inter me & inter terram.) *Et Sap.18.* Visiones enim, quæ illos turbauerunt, hæc præmonebant: ne inscij, quare mala patiebantur, perirent. *Itaque* quantumcunque R homo sit peccator, debet sperare, quòd Deus, si perfectè conteratur, & conuertatur, dimittet ei. *Et post pauca*: In quacunque die petes, poteris consequi misericordiam, si roges cum pœnitudine peccati. *Hac spe munitus & pius Iob dicebat cap.14.* Tu quidem gressus meos dinumerasti; sed parce peccatis meis. *Etenim* dinumeramus S ea, de quibus diligentiam habemus. Et ne videretur alicui, esse magnæ seueritatis, quòd Deus hominis fragilis facta, tanta diligentia examinaret, innuit consequenter ejus pronitatem ad parcendum, cum dicit: *sed parce peccatis meis*. Q. d. Licèt dinumeres, tamen hanc spem retineo, quòd parcas. Et subdit: *Signasti quasi in sacculo delicta mea*: ea enim quæ signantur in sacculo, diligenter conseruamus. Et ne ista signatio diuinam misericordiam excluderet, subdit: *sed curasti iniquitatem meam*. Q. d. Sic pro peccatis reseruas pœnam, quòd tamen per pœnitentiam delicta curas. *Cæterum* cauenda est T homini spes maledicta, quæ Deum offendit, quia de magnitudine misericordiæ ejus confidit: cum enim in spe quis peccat, hic peccat in bonitatem Dei, *ad Rom.2.* An diuitias bonitatis ejus & patientiæ & longanimitatis contemnis? *Quasi misericordia diuina ad peccandum præbeat fomentum: quod est abuti diuina misericordia. Id exaggerans Author*: Nihil V est, *inquit*, quo humana malitia non possit abuti, quando etiam ipsa Dei bonitate abutitur; *Iudith cap.8.* Non est iste sermo, qui misericordiam prouocet: sed potiùs qui iram excitet, & furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei? *Nunquid vti possumus, quando volumus, misericordia diuina?* Nec *enim* debent X homines esse pigri, & abutentes Dei misericordia, propter hoc quod dicit: *Non enim misit Deus Filium suum vt judicet Mundum &c.* licentiam sibi indulgere peccandi: quia, etsi in primo aduentu non venerit ad judicandum, sed ad dimittendum: in secundo tamen veniet ad judicandum, & non ad dimittendum. *Vnde & Sapiens monet Eccli.5.* Ne dicas: Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur: Misericordia enim & ira ab illo citò proximant. *Et Prou.14.* Qui credit in Domino, misericordiam diligit. *At quia non est eâ abutendum, sequitur*: Errant qui operantur malum, *in spe videlicet misericordiæ*. *Quod notat Apostolus Petrus in 2. cap.2. ijs verbis*: In errore conuersati, libertatem illis promittentes &c. *In errore*: scilicet Y quoad se, & quoad alios: quia errant *ex glossa* & alios errare faciunt: *conuersati*, quia tota eorum conuersatio est erronea quoad fidem, & *saltem* quoad mores: *libertatem*, idest pro peccatis impunitatem, vel peccati immunitatem, dicentes, illicita licere (*notent Confessarij!*) sed hæc libertas mala est, de qua Rom.6. *Liberi fuistis justitiæ: illis*, scilicet credentibus: *promittentes*, idest, dicentes: Deus non est tam crudelis, vt puniat æternaliter pro peccato momentaneo. *Profectò valdè detestanda est hominis* præsumptio Z quæ innititur inordinatè diuinæ misericordiæ, vel potentiæ, per quam sperat, se obtinere gloriam sine meritis, vel veniam sine pœnitentia. Et talis præsumptio videtur oriri directè ex superbia: ac si ipse tanti se æstimet, quòd etiam eum peccantem Deus non puniat, vel à gloria excludat. (*Cujus occasione* doctri-

R Op.7. Pet.5.

S Iob 14. l. 3. f.

Non est peccandum in spe diuinæ misericordiæ.

T Op de er. Fr. l. 2. c. 7.

Nec illa abutendum.

V 3. p. 3. 8. ad 1.

X Ioan. 3. lit. 32 lit. 6.

Y 2. Pet. 2. ibi.

Monitum ad Confessarios.

Præsumptio hominis detestanda.

Z 2. 2. 21. 4. fi. c.

Digitized by Google

A Ilid. a. 3. ad 3.

Peccare sub spe veniæ aggrauius peccatum.

doctrinæ, cum Authore aduerte: quòd peccare A cum proposito perseuerandi in peccato sub spe veniæ, ad præsumptionem pertinet: & hoc non diminuit, sed auget peccatum. Peccare autem sub spe veniæ quandoque percipiendæ cum proposito abstinendi à peccato, & pœnitendi de peccato, hoc non est præsumptionis, sed hoc peccatum diminuit: quia per hoc videtur habere voluntatem minùs firmatam ad peccandum.) *Væ igitur eiusmodi hominibus, qui diuina abutuntur misericordia; Is.* 42. Tacui semper, silui, patiens fui: *en misericordiæ longanimitas. At quid sequitur?* Sicut parturiens loquar: Dissipabo, & absorbebo simul: *videlicet,* quia B justum est, vt cum diu expectauerit, omnes simul absorbeat, *Iob* 3. Nonne dissimulaui? nonne silui? nonne quieui? Et venit super me indignatio. *Cui respondet illud Ier.* 25. Facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, (*per quam misericordia signatur & clementia Dei*) *peccantium contumacia irritatæ; ex quo sequitur:* & à facie iræ furoris Domini. *Concluditur Deut.* 6. Eritque nostri misericors, si custodierimus, & fecerimus omnia præcepta ejus coram Domino Deo nostro, sicut mandauit nobis. *En certum securumque medium diuinam consequendi misericordiam.*

Vt misericordia abutentibus.

B Is. 42. ibi.

Derelinquimus Deum viuum, misericordiæ fontem, vt feculi turbidas aquas bibamus.

C *At nunquam satis deploranda est hominum stultitia, quam tangit* Ieremias c. 2. *cum ex ore Domini protulit*: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. *Et infra.* Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? *Hoc est: Dereliquerunt fontem misericordiæ inexhaustum, Ioan.* 7. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat: flumina de ventre ejus fluent aquæ viuæ. *Et Apoc.* 22. Ostendit mihi fluuium aquæ vitæ, procedentem de sede Dei. *Et foderunt sibi cisternas in hujus seculi perituris, quæ continere non valent, nisi turbidas aquas, animæ sitim restinguere neque hìc valentibus neque in futuro, quando in cassum diuina imploratur misericordia, Luc.* 16. Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam (*de perenni misericordiæ fonte*) vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, *temporalia videlicet:* & Lazarus similiter mala, *scilicet corporalia: vt in æternum spiritualibus ditaretur, quibus ipse in æternum justè priuaris. Clauditque eodem capite propheta:* Arguet te malitia tua (*quæ diuinæ opponitur bonitati*) & auersio tua increpabit te. Scito, & vide, quia malum & amarum est, reliquisse te Dominum Deum tuum, *fontem misericordiæ perennem. Verùm qui misericordiam contemnit, diuinæ rigorem justitiæ experiatur, par est; Is.* 63. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & Angelus faciei ejus saluauit eos: in dilectione sua & indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus seculi. *En diuinæ effectus misericordiæ. Audi quod sequitur:* Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum Sancti ejus: & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. *Chi la pace non vuol, la guerra s'habbia. Nouerit enim contumax peccator, vt sibi de punitiua justitia incutiatur metus, misericordiam Dei, quamuis summam, justitiam nunquam exexcludere:* Quamuis Deus C sit summè misericors, sua tamen misericordia nullo modo justitiæ suæ obuiat. Misericordia enim quæ justitiam tollit, magis stultitia, quàm virtus, dici debet; & ita Deum non decet. Propter quod Deus misericordiam infinitam sic manifestare voluit, vt in nullo ejus justitiæ derogaretur. *Idcircò, si sacram paginam euoluas, misericordiam Dei jugiter justitiæ consociatam reperies. Psal.* 7. *dicitur* Deus patiens; *at simul* judex justus fortis. *Psal.* 24. *simul dicitur* Dulcis & rectus Dominus. *Psal.* 99. Suauis est Dominus: in æternum misericordia ejus; *at subditur pariter;* vsque in generationem & generationem veritas ejus. *Psal.* 144. Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt: *at simul* justitiâ tuâ exultabunt. *Et iterum:* Suauis Dominus vniuersis, & miserationes ejus super omnia opera ejus: *at pariter* justus Dominus in omnibus vijs suis. *Psal.* 25. *dicebat Psaltes:* Misericordia tua ante oculos meos est: *sed & mox subdit:* & complacui in veritate tua. *Psal.* 32. Diligit (*Deus*) misericordiam & judicium. *Psal.* 84. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. *Psal.* 88. In æternum misericordia ædificabitur in Cœlis: præparabitur veritas tua in eis. *Et iterum:* Misericordia & veritas præcedent faciem tuam. *Psal.* 111. Misericors & miserator & justus. *Psal.* 116. Confirmata est super nos misericordia ejus: & veritas Domini manet in æternum. *Vnde & Psal.* 100. *volens Dauid commendare, vt decet, Dominum, concinuit:* Misericordiam & judicium cantabo tibi, Domine. *Luc. item* 1. *in Cantico, cum præmissum esset:* Et misericordia ejus à progenie in progenies; *statim subijciuntur effectus punitiuæ justitiæ:* Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. *Et Is.* 45. *Ineffabilis Dei misericordia in Verbi incarnatione præcinitur ijs verbis:* Aperiatur Terra, & germinet Saluatorem: *at immediatè subjungitur:* Et justitia oriatur simul. *Cui adnectitur statim:* Væ qui contradicit fictori suo; *hoc est, væ homini à Deo fictore suo rebellanti, Is.* 64. Pater noster es tu: nos verò lutum: *quod punitiuam justitiam innuit, juxta illud Psalm.* 2. Tanquam vas figuli confringes eos. *Vt mille mittamus sacra hac de re testimonia. Hinc vides, quàm indissolubili semper nexu copulentur justitia & misericordia Dei. Quinimò (quod valdè timendum est) Sap.* 6. *dicitur:* Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem (*nedum dominando, sed & peccando*) potenter tormenta patienter. *Et Eccli.* 5. Ne dicas: Miseratio Domini magna est: multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius, *vt præmissum est. Igitur, quia* ex consideratione D diuinorum judiciorum manuducitur homo in contemplationem diuinæ justitiæ: ex consideratione autem diuinorum beneficiorum & promissorum manuducitur homo in cognitionem diuinæ misericordiæ seu bonitatis, quasi per effectus exhibitos vel exhibendos: *excitanda in nobis idcircò est, non tam firma spes de salute ex diuina misericordia, quàm timor & tremor ex justitia diuina, vt hinc faciliùs ad Deum conuertamur, vt prompsit initio Author:* Quoniam E per multa opera diuinæ justitiæ homo prouocatur ad timorem; & per multa opera misericordiæ prouocatur ad spem: quandoque conuertitur ad pœnitentiam & sanatur. *At vide quod subijcit:* Sed si consuetudine induretur in peccato, & intellectum perdit, non est spes salutis, *Iob* 4. Quia nullus intelligit, in æternum peribunt. *Illud propterea fixum cordi permaneat, quod superiùs prætactum est: falsò scilicet dici, eo quòd Deus patiens & longanimis est, debere nos ideo in culpa perennare: Quinimmò,* quia F patienter expectat, ideò perseuerare non debemus in peccato: (*id quod ijsdem ferè verbis legimus Iudith c.* 8. Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam ejus fusis lacrymis postulemus.) Metuendum *ex Isidoro* valdè est, vt neque pro spe veniæ, quam promittit Deus, perseueranter peccemus: neque, quia justè peccatis pœna infligitur, desperemus: sed vtroque periculo deuitato, & à malo desistamus, & de Dei misericordia speremus. *In quo certè respectu justitiæ & misericordiæ diuinæ totum consistit nostræ negocium salutis. Igitur inter spem & metum nobis in via Dei procedendum, vt securi perueniamus ad Patriam.*

Qui misericordiam contempsit, seuerioremm experiatur justitiam.

Misericordia Dei, quamuis summa, justitiam non excludit.

C 3. d. 1. 1. 2. ad 4.

Misericordia, quæ justitiam tollit, stultitia est.

Semper misericordia Dei, & justitia consociantur.

D 2. 2. 180. 4. ad 2.

Ex consideratione diuinorum judiciorum manuducimur ad contemplationem justitiæ: ex consideratione beneficiorum ad cognitionem misericordiæ diuinæ.

Ex misericordia spes concipienda: ex justitia timor.

E Ps. 27. lit. c.

F 2. Pet. 3. ibi, non tardat.

Ex spe veniæ nec peccandū, nec desperandum ex timore justitiæ.

Inter vtrumque vola: medio tutissimus ibis.

canebat

canebat ille. Nam in medio virtus, per quam ad præmium pertingimus consequendum. DISCE *Dei justitiam timere, misericordiam implorare. Vide,* Amor Dei erga hominem, Christi Conceptio, Christi Misericordia, Christi Passio, Mors.

DEVS TRINVS.

XVIII. *Tres sunt, qui testimonium dant in Cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres vnum sunt.* 1. Ioan. 5. Testimonium dant *in Cœlo*; idest, de Cœlo: quia de Cœlo *vox Patris audita est: Tu es Filius meus dilectus.* Et Spiritus apparuit de Cœlo: *Apertum est Cælum, & descendit Spiritus Sanctus corporali specie.* Luc. 3. Ipsum etiam Verbum de Cœlo missum est, *A summo Cœlo egressio ejus*, Psalm. 18. *Et hi tres vnum sunt*, scilicet in essentia, quia vnus Deus. 1. *Ioan.* 5. *ibi.*

d *DEum esse, naturali ratione cognoscibile in superioribus ostensum est: videlicet, vnam primam causam, & rerum omnium principium. At verò, quid hoc sit; hoc est, quidditatiuè, vt ajunt, Deum cognoscere, datum menti nostræ non est. Ex quo apud veteres Philosophos varij irrepserunt errores, juxta variam, non veram, philosophandi rationem, vt vidimus in præmissis. Et hoc ad diuinam pertinet vnitatem. Verùm ad diuinæ cognitionem Trinitatis nemo potest, nisi fidei illustratus lumine, peruenire.* Homo *enim* per rationem G naturalem in cognitionem Dei peruenire non potest, nisi ex creaturis. Creaturæ autem ducunt in Dei cognitionem, sicut effectus in causam. Hoc igitur solum ratione naturali de Deo cognosci potest, quod competere ei necesse est, secundùm quòd est omnium entium principium. Virtus autem creatiua Dei est communis toti Trinitati: vnde pertinet ad vnitatem essentiæ, non ad distinctionem personarum. Per rationem igitur naturalem cognosci possunt de Deo ea, quæ pertinent ad vnitatem essentiæ: non autem ea, quæ pertinent ad distinctionem personarum. Qui autem probare nititur Trinitatem personarum naturali ratione, fidei dupliciter derogat. Primò quidem, quantùm ad dignitatem ipsius fidei, quæ est, vt sit de rebus inuisibilibus, quæ rationem humanam excedunt; vnde Apostolus dicit *ad Hebr.* 11. quòd fides est de non apparentibus; & 1. Cor. 2. *Sapientiam loquimur inter perfectos: Sapientiam verò non hujus seculi, neque Principum hujus seculi: sed loquimur Dei Sapientiam in mysterio, quæ abscondita est.* Secundò, quantùm ad vtilitatem trahendi alios ad fidem. Cum enim aliquis ad probandam fidem inducit rationes, quæ non sunt cogentes, cedit in irrisionem infidelium: credunt enim, quòd hujusmodi rationibus innitamur, & propter eas credamus. Quæ igitur fidei sunt, non sunt tentanda probare nisi per authoritates ijs, qui authoritates suscipiunt. Apud alios verò sufficit defendere, non esse impossibile quod prædicat fides. *Plura nihilominus afferri solent, quæ ostendere videntur, diuinarum Trinitatem personarum antiquis fuisse notam. Dicit enim Philosophus in* 1. *de Cœlo*: Per hunc numerum, *scilicet ternarium*, adhibuimus nos ipsos magnificare Deum vnum, eminentem proprietatibus eorum, quæ sunt creata. *Augustinus etiam dicit* 7. *Confess.* Ibi legi, *scilicet in libris Platonicorum*, non quidem his verbis; sed hoc idem omninò multis & multiplicibus suaderi rationibus, quòd *in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: & hujusmodi. *Dixit etiam Mercurius Trismegistus*: Monas genuit Monadem, & in se suum reflexit ardorem. *Per quæ cuncta in primis, absonum non videtur dicere, verè à Deo vmbratilem quandam imaginem diuinæ Trinitatis priscorum mentibus fuisse immissam ad posterorum instructionem: ab eis tamen minimè intellectam; eaque verba alio fine & sensu ab eisdem prolata. Vera tamen expositio horum est: quòd* Philosophi H non cognouerunt mysterium Trinitatis diuinarum personarum per propria, quæ sunt Paternitas, Filiatio, & Processio, secundùm illud Apostoli 1. Cor. 2. *Loquimur Dei Sapientiam, quam nemo principium hujus seculi cognouit*, idest Philosophorum, *ex glossa.* Cognouerunt tamen quædam essentialia attributa, quæ appropriantur personis: sicut Potentia Patri, Sapientia Filio, Bonitas Spiritui Sancto. Quòd ergo Aristoteles dicit: *per hunc numerum &c.* non est intelligendum, quòd ipse poneret ternarium numerum in diuinis: sed vult dicere, quòd antiqui vtebantur ternario numero in sacrificijs & orationibus propter quandam ternarij numeri perfectionem. In libro etiam Platonicorum inuenitur: *In principio erat Verbum &c.* non secundùm quòd Verbum significat personam genitam in diuinis; sed secundùm quòd per Verbum intelligitur ratio idealis, per quam Deus omnia condidit: quæ Filio appropriatur. Quòd verò Trismegistus dixit: *Monas genuit Monadem, & in se suum reflexit ardorem*; non est referendum ad generationem Filij, vel processionem Spiritus Sancti, sed ad productionem Mundi. Nam vnus Deus produxit vnum Mundum propter sui ipsius amorem. *Et alibi Author*: Aristoteles I non intendit Trinitatem personarum in Deo ponere: sed propter hoc, quòd in omnibus creaturis apparet perfectio in ternario, sicut in principio, medio, & fine, ideò antiqui honorabant Deum in sacrificijs & orationibus triplicatis. Plato autem dicitur multa cognouisse de diuinis (*vnde & diuinus Plato nuncupabatur*) legens libros veteris legis, quos inuenit in Ægypto; *pluresque alios fortasse Rabbinorum. Nec mirum: nam & Picus Mirandulanus, ingeniorum Phœnix*, Quæst. 1. & 5. suæ Apolog. *asseuerat, non mediocribus se impensis libros ab Iudæis sibi comparasse, in quibus plura de absconditis diuinitatis mysterijs conscripta erant: quæ traditiones ab eis dicuntur, & vulgò* Cabala; *priùs à Deo Mosi reuelata, ab Esdra tandem scripto tradita, vt innui videtur* Esd. l. 4. c. 14. *Sunt autem Pici verba.* Hos ego libros non mediocri impensa mihi cum comparassem; summa diligentia, indefessis laboribus cum perlegissem: vidi in illis (testis est mihi Deus) Religionem non tam Mosaicam, quàm Christianam. Ibi Trinitatis mysterium: ibi Verbi incarnatio, ibi Messiæ diuinitas: ibi de peccato originali: de illius per Christum expiatione: de cœlesti Ierusalem: de casu dæmonum: de ordinibus Angelorum: de purgatorijs & inferorum pœnis. Eadem legi, quæ apud Paulum & Dionysium, apud Hieronymum & Augustinum quotidie legimus. *Refert etiam doctissimus* Pencini *noster in libro, cui titulus* Paragone dogmatico, *cap.* 20. ex Genebrardo *lib.* 1. Chronolog. *extare apud Hebræos ante primum capitulum Geneseos tria alia Capitula, quæ* exotica *vocant: quorum primum est* de Iescia, *idest* existentia: *in quo tractatur* de Tribus Vno.

e *Cæterùm, ex processione in diuinis, conuenienter (supposita fide) personarum Trinitas suadetur. Et quidem* diuina L Scriptura in rebus diuinis, nominibus ad processionem pertinentibus vtitur. Hanc autem processionem diuersi diuersimodè acceperunt. Quidam enim acceperunt hanc processionem, secundùm quòd effectus procedit à causa. Et sic accepit *Arius*, dicens, Filium procedere à Patre, sicut primam ejus creaturam: & Spiritum Sanctum procedere à Patre & Filio, sicut creaturam vtriusque. Et secundùm hoc, neque Filius,

neque

Trinitas diuinarum personarum non potest naturali ratione cognosci.

G 1. p. 32. 1. c. ad Ham 1. d. 3. 1. 2. In 1. d. 3. 1. 4. Ver. 10. 13. Op. 70. q. 1. proem. a. 4. Rom. 1. l. 6 fi.

Contendens quis probare naturali ratione Trinitatem personarum, dupliciter fidei derogat.

H 1. p l. c. ad 1. & locis sup. cit.

Quo sensu intelligenda antiquorum dicta: quæ Trinitatis cognitionem innuere videntur.

I 1. d. 3. 1. 4. ad 1. Ad Ham. l. c. in c. & ad 1.

Multa Fidei mysteria in libris hebræorum.

Processio in diuinis diuersimodè sumpta.

L 1. p. 27. 1. c. In 1. d. 13. 1. 1. & 4. cont. G. c. 11. Pot. 10. 1.

Arij positio.

Digitized by Google

neque Spiritus Sanctus esset verus Deus. Quod est contra id, quod dicitur de Filio 1. Ioann. vlt. *Vt simus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus*. Et de Spiritu Sancto dicitur 1. Cor. 3. *Nescitis, quia membra vestra Templum sunt Spiritus Sancti?* Templum autem habere, solius Dei est. Alij verò hanc processionem acceperunt, secundùm quòd causa dicitur procedere in effectum, in quantùm vel mouet ipsum, vel similitudinem suam ipsi imprimit. Et sic accepit *Sabellius*, dicens, ipsum Deum Patrem, Filium dici, secundùm quòd carnem assumpsit ex Virgine, & eundem dici Spiritum Sanctum, secundùm quòd creaturam rationalem sanctificat, & ad vitam mouet. Huic autem acceptioni repugnant verba Domini de se dicentis Ioan. 5. *Non potest Filius à se facere quidquam*: & multa alia, per quæ ostenditur, quòd non est ipse Pater qui Filius. Si quis autem diligenter consideret, vterque accepit processionem, secundùm quòd est ad aliquid extra. Vnde neuter posuit processionem in ipso Deo. Sed cum omnis processio sit secundùm aliquam actionem: sicut secundùm actionem, quæ tendit in exteriorem materiam, est aliqua processio ad extra: ita secundùm actionem, quæ manet in ipso agente, attenditur processio quædam ad intra. Et hoc maximè patet in intellectu, cujus actio, scilicet intelligere, manet in intelligente. Quicunque autem intelligit, ex hoc ipso quòd intelligit, procedit aliquid intra ipsum: quod est conceptio rei intellectæ ex vi intellectiua proueniens, & ex ejus notitia procedens. Quam quidem conceptionem vox significat: & dicitur verbum cordis, significatum verbo vocis. Cum autem Deus sit super omnia, ea quæ in Deo dicuntur, non sunt intelligenda secundùm modum infimarum creaturarum, quæ sunt corpora, sed secundùm similitudinem supremarum creaturarum, quæ sunt intellectuales substantiæ: à quibus etiam similitudo accepta deficit à repræsentatione diuinorum. Non ergo accipienda est processio, secundùm quòd est in corporalibus, vel per motum localem, vel per actionem alicujus causæ in exteriorem effectum, vt calor à calefaciente in calefactum: sed secundùm emanationem intelligibilem, vtpote Verbi intelligibilis à dicente, quod manet in ipso. Et sic fides catholica processionem ponit in diuinis. *Hæc autem, quam asserimus, diuini Verbi processio, propriè dicitur generatio*. Ad cujus M euidentiam sciendum est, quòd nomine generationis dupliciter vtimur. Vno modo communiter ad omnia generabilia & corruptibilia: Et sic generatio nihil aliud est, quàm mutatio de non esse ad esse. Alio modo propriè in viuentibus: & sic generatio significat originem alicujus viuentis à principio viuente conjuncto; & hæc propriè dicitur natiuitas. Non tamen omne hujusmodi dicitur genitum, sed propriè quod procedit secundùm rationem similitudinis. Vnde pilus, vel capillus non habet rationem geniti & filij: sed solùm quod procedit secundùm rationem similitudinis non cujuscunque: (nam vermes, qui generantur in animalibus, non habent rationem generationis & filiationis, licèt sit similitudo secundùm genus:) sed requiritur ad rationem talis generationis, quòd procedat secundùm rationem similitudinis in natura ejusdem speciei, sicut homo procedit ab homine, & equus ab equo. In viuentibus autem, quæ de potentia in actum vitæ procedunt, sicut sunt homines & animalia, generatio vtramque generationem includit. Si autem sit aliquod viuens, cujus vita non exeat de potentia in actum, processio (si qua in tali viuente inuenitur) excludit omnino primam rationem generationis, sed potest habere rationem generationis, quæ est propria viuentium. Sic igitur processio Verbi in diuinis habet rationem generationis. Procedit enim per modum intelligibilis actionis, quæ est operatio vitæ: & à principio conjuncto: & secundùm rationem similitudinis. Quia conceptio intellectus est similitudo rei intellectæ, & in eadem natura existens: quia in Deo idem est intelligere & esse. Vnde processio Verbi in diuinis dicitur generatio, & ipsum Verbum procedens dicitur Filius. *Quoniam verò* in diuinis N non est processio, nisi secundùm actionem, quæ non tendit in aliquid extrinsecum, sed manet in ipso agente. Hujusmodi autem actio in intellectuali natura est actio intellectus & voluntatis. Processio autem Verbi attenditur secundùm actionem intelligibilem. Secundùm autem operationem voluntatis inuenitur in nobis quædam alia processio, scilicet processio amoris, secundùm quam amatum est in amante, sicut per conceptionem Verbi res dicta vel intellecta est in intelligente. *Igitur* præter processionem Verbi ponitur alia processio in diuinis, quæ est processio amoris, *processio scilicet Spiritus Sancti*. *Nam* sicut Filius O est Verbum Patris: ita Spiritus Sanctus, est Amor Patris & Filij, & ideò procedit ab vtroque: (*quoad Patrem, Ioann.* 15. Spiritum Veritatis, qui à Patre procedit: *Quoad Filium, Ioan.* 16. *Filius ipse, de Spiritu Sancto loquens ait*: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.) Et sicut Verbum Dei est ejusdem substantiæ cum Patre, ita & Amor cum Patre & Filio. *Vnde & Ecclesia canit in Symbolo*: Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem. Et in vnum Dominum Iesum Christum, Filium Dei vnigenitum: & ex Patre natum ante omnia secula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit.

Positio Sabellij.

Positio Catholica.

M 1. p. l. c. a. 2. c. & 4. cont. G. l. c. & Op. 3. c 52. In 1. l. c. a. 2.

Duplicitei sumitur generatio.

Quid generatio propriè.

Præter processionem Verbi in diuinis est & processio Amoris, scilicet Spiritus Sancti.

N 1. p. l. c. a. 3. c. In . d 13. l. c. & 4. cont. G. c. 23. ff. Pot. 10. 2.

Sicut Verbum à Patre: ita Spiritus Sanctus à Patre & Filio procedit.

O Op. 6. §. 11. Io. 15. l. 5. lit. g & 1. p. 36. 2. ad 1. Pot. 10. 4. ad 13. & 4. cont. G. c. 23.

f *Cum autem non sit præter has alia in diuinis processio, conuenienter nec plures, quàm tres, diuinæ personæ. Quocirca notandum*, quòd ordo P intelligendi & volendi aliter se habet in Deo, & in nobis. Nos enim cognitionem intellectiuam à rebus exterioribus accipimus: per voluntatem verò nostram in aliquid exterius tendimus tanquam in finem. Et ideò intelligere nostrum est secundùm motum à rebus in animam: velle verò secundùm motum ab anima ad res. Deus autem non accipit scientiam à rebus, sed per scientiam suam causat res: nec per voluntatem suam tendit in aliquid exterius sicut in finem, sed omnia exteriora ordinat in se sicut in finem. Est ergo tam in nobis quàm in Deo circulatio quædam in operibus intellectus & voluntatis. Nam voluntas redit in id, à quo fuit principium intelligendi: sed in nobis concluditur circulus ad id, quod est extra, dùm bonum exterius mouet intellectum nostrum, & intellectus mouet voluntatem, & voluntas tendit per appetitum & amorem in exterius bonum. Sed in Deo iste circulus clauditur in se ipso: nam Deus intelligendo se, concipit Verbum suum, quod est etiam ratio omnium intellectorum per ipsum, propter hoc quòd omnia intelligit intelligendo seipsum. Et ex hoc Verbo procedit in amorem omnium & sui ipsius. Vnde dixit quidam: *Monas genuit Monadem, & in se suum reflexit ardorem*. Postquam verò circulus conclusus est, nihil vltrà addi potest: & ideò non potest sequi tertia processio in natura diuina; sed sequitur vlteriùs processio in exteriorem naturam. Sic ergo oportet, quòd in diuinis sit vna tantùm persona non procedens, & duæ solæ personæ procedentes: quarum vna procedit vt Amor, & alia vt Verbum. Et sic est personarum ternarius numerus in diuinis. Cujus quidem ternarij similitudo in creaturis apparet tripliciter. Primò quidem, sicut effectus repræsentat causam: & hoc modo principium totius Diuinitatis, scilicet *Pater*, repræsentatur per id, quod est primum in creatura, scilicet per hoc quod est in se vna subsistens.

Ordo intelligendi & volendi aliter in Deo & in nobis

P Pot. 9. 9. c. & 1. p. 93. 7. c.

Tres solæ personæ in diuinis: vna non procedens, & duę procedentes.

Trinitatis similitudo in creaturis tripliciter.

Verbum

Digitized by Google

Verbum verò per formam cujuslibet creaturæ: nam in ijs, quæ ab intelligente aguntur, forma effectus à conceptione intelligentis deriuatur. *Amor* verò in ordine creaturæ: nam ex eo, quòd Deus amat seipsum, omnia ordine quodam in se conuertit. Et ideò hæc similitudo dicitur vestigij, quod repræsentat pedem, sicut effectus causam. Alio modo secundùm eandem rationem operationis: & sic repræsentatur in creatura rationali tantùm, quæ potest se intelligere & amare, sicut & Deus; & sic verbum & amorem sui producere. Et hæc dicitur similitudo naturalis imaginis: ea enim imaginem aliorum gerunt, quæ similem speciem præferunt. Tertio modo per vnitatem objecti, in quantùm creatura rationalis intelligit & amat Deum. Et hæc est quædam vnionis conformitas, quæ in solis Sanctis inuenitur, qui idem intelligunt & amant quod Deus. De prima quidem similitudine dicitur Iob 11. *Forsitan vestigia Dei comprehendes*? De secunda Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*: & hæc dicitur imago creationis. De tertia 2. ad Cor. 3. *Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur*: & hæc dicitur imago recreationis. *Et alibi, quoad hanc in rebus similitudinem Trinitatis, docemur*: Secundùm quòd creatura Q est quædam substantia creata, repræsentat causam & principium: & sic demonstrat personam *Patris*, qui est principium non de principio. Secundùm autem quòd habet quandam formam & speciem, repræsentat *Verbum*, secundùm quòd forma artificiati est ex conceptione artificis. Secundùm autem quòd habet ordinem, repræsentat *Spiritum Sanctum*, in quantùm est *Amor*: quia ordo effectus ad aliquid alterum est ex voluntate creantis. Et ideò dicit *Augustinus* in 6. Lib. de Trin. quòd *vestigium Trinitatis inuenitur in vnaquaque creatura, secundùm quòd vnum aliquid est, & secundùm quòd aliqua specie formatur, & secundùm quòd quendam ordinem tenet*. Et ad hæc etiam reducuntur illa tria, *numerus, pondus, & mensura*, quæ ponuntur *Sap.* 11. Nam mensura refertur ad substantiam rei, limitatam suis principijs: numerus ad speciem: pondus ad ordinem. Et ad hæc etiam reducuntur alia tria, quæ ponit *Augustinus*, scilicet *modus, species, & ordo*. Et ea, quæ ponit in lib. 83. Quæst. *Quod constat, quod discernitur, quod congruit*. Constat enim aliquid per suam substantiam: discernitur per formam: congruit per ordinem. *Et alio in loco iterum*: In vtroque R opere creationis & formationis, Trinitas personarum insinuatur. In creatione quidem, persona *Patris* per Deum creantem: persona *Filij* per principium, in quo creauit: persona *Spiritus Sancti*, qui superfertur aquis. In formatione verò, persona *Patris* in Deo dicente: persona *Filij* in Verbo, quo dicitur: persona *Spiritus Sancti* in complacentia, qua vidit Deus, esse bonum quod factum erat.

Q 1. p. l. c. Et hoc diuersimodè.

R 1. p. 74. 3. ad 1 & 9 31. 1. ad 3 Gen 1. ibi, faciamus.

g *Et quamuis S. Cyprianus* (*in expos. Symb. Apostol.*) *dicat*: Sicut sine exemplo est diuina substantia: ita sine exemplo est diuina Majestas: *nihilominus non desunt in naturalibus exempla, quæ tametsi imperfectissimè, aliqualem tamen Trinitatis vmbratilem similitudinem referunt. Et quidem* ex Augustino (*lib. 10. c. 11.*) impar imago est humana mens: *si tamen consideremus in homine memoriam, intellectum, & voluntatem*, hæc tria, quoniam non sunt tres vitæ, sed vna vita; nec tres mentes, sed vna mens: consequenter vtique nec tres substantiæ sunt, sed vna substantia. *Idem Augustinus* (*Serm. 44. ad frat. in Eremo*) *exemplificat de Sole & de igne, cum ait*: Vnus est Sol, in Cœlo currens, calefaciens, & fulgens. Vnus est in terra ignis, tria similiter habens, motum lucem & feruorem: nec lucem à motu & feruore diuidere potes. *Et in 6. de Trin.* Splendor *inquit* qui gignitur ab igne, atque diffunditur, coæ-

Aliæ Trinitatis similitudines.

uus est illi: & esset coæternus, si esset ignis æternus. *Quod affert contra Arianos, negantes coæternitatem & coæqualitatem Patris & Filij in diuinis. Aliquibus etiam non absona videtur comparatio trianguli, qui vna figura est, & tamen tres habet distinctos angulos. Profectò per numerum ternarium perfectionem quandam innuimus; vnde & Philosophus, sicut prætactum est*, in 1. de Cœlo *illud prompsit*: Per hunc numerum, *scilicet ternarium*, adhibuimus nos ipsos magnificare Deum vnum &c. *quia nimirùm, vt ibidem docemur*, ternarius S numerus est numerus omnis rei, vtpote habens principium, medium, & finem. *Et alibi Author*: Omnis *inquit* multitudo T in tribus comprehenditur, scilicet principio, medio, & fine. Vnde secundùm Philos. *in 1. de Cœlo*: Omne totum in tribus ponimus. *Hinc in perfectioribus creaturis emicat ejusmodi numerus. Nam quoad spirituales, tres distinguuntur Angelorum hierarchiæ, & sub harum qualibet ordines tres: quoad corporales verò incorruptibiles, tres numerantur Cœli*. Primum totaliter lucidum, quod vocant Empyreum. Secundum totaliter diaphanum, quod vocant Cœlum aqueum, & crystallinum. Tertium partim diaphanum, & partim lucidum actu, quod vocant Cœlum sidereum: & diuiditur in octo sphæras, scilicet in sphæram stellarum fixarum, & septem sphæras planetarum. *Sed & hanc ineffabilem in Deo personarum Trinitatem, Legis veteris & Prophetarum eloquia denunciant*. Gen. 1. *habemus*: In principio creauit Deus Cœlum & terram. *Vbi ex hebræo legitur*, Elohim *pluralis vtique numeri* (El *enim &* Eloha *singularis*) *& ne daretur occasio plures Deos asserendi, subjungitur in singulari numero*, creauit, *vt vnitas essentiæ designaretur. In eodem capite, ad productionem hominis præmittitur*: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. In quo (*scribit Author*) per numerum V pluralem apertè explicat ipsam Trinitatem, quia ante hoc nullus dogma de Trinitate intelligere potuit. Si autem quæritur: cujus fuit illa locutio, & ad quid, & ad quos directa? Respondetur, quòd non fuit ad Angelos (quicquid dicant Iudæi) quia Dei & Angelorum non est imago vna, nisi secundùm analogiam: Deus autem non loquitur nisi ad habentem suam similitudinem. Vnde puto dicendum, quòd est locutio, vel verbum totius Trinitatis sub personarum trium distinctione loquentis & pluralitate. Nec audeo, vel nolo dicere, quòd fuerit locutio Patris loquentis ad Filium: quia respectu creaturarum non legi distinctionem actionum. Distinctio autem est inter loquentem & audientem, & inter locutionem, inquantùm est in loquente. & inquantùm recipitur in audiente. *Et nota, quòd dicitur* ad imaginem & similitudinem *in singulari, vt vnitas designetur essentiæ*: nostram *verò in plurali, vt pluralitas innuatur personarum. Quod & cap. 3. signatur, cum dicitur*: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est. *Ad illud etiam, quod dicitur Gen. 13.* Mouens igitur tabernaculum suum Abram, venit & habitauit juxta conuallem Mambre, quæ est in Hebron: ædificauitque ibi altare Domino: *docemur, quòd* hoc fuit X tertium altare ab ipso constitutum. Signanter verò tria altaria scribitur construxisse in mysterium Dei trini: & etiam in signum, quòd cultus Dei habet solidum principium, & nobile medium, & perfectum finem, siue terminum. Secundùm hæc etiam fuerunt tria loca insignia. Vnus scilicet circa Sichem, de quo Ioan. 4. dixit Christo mulier Samaritana: *Patres nostri in monte hoc adorauerunt*. Secundus fuit prope Bethel, quæ interpretatur *Domus Dei*. Tertius fuit in Hebron, vbi sepulti sunt quatuor Patriarchæ, & vbi primò regnauit Dauid. *In hoc autem triplici loco cultus Deo adhibitus signanter fuit, vt personarum Trinitatem in vno Deo fideles agnoscerent adoratores. Et præter Trinitatis signatum mysterium*,

S 3. p. 53. 2. c. & 2. Cor. 12. l. 3. ibi, tet. Ternarius numerus est numerus omnis rei.

T 2. 3. 70. 2. c.

Pluribus Sacræ Scripturæ locis veteris Testamenti, Trinitas innuitur personarum.

V Gen. 1. ibi.

X Gen. 13. ft.

Tres status diuini cultus.

Diuina sedes in Ierusalem, in Antiochia, Romæ.

rium, possunt significari, *inquit Author*, tres status diuini cultus, scilicet legis naturæ, legis scriptæ, & gratiæ: vel diuinæ sedis, primò plantatæ in Ierusalem, deinde in Antiochia, deinde Romæ. *Sed & manifestiùs habetur* Gen. 18. *cum dicitur*: Apparuit autem ei (*Abrahæ*) Dominus in conualle Mambre. Cumque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum, & adorauit in terram. Et dixit: Domine, si inueni gratiam &c. *Vbi Author*: Hæc Y est *inquit* sexta apparitio, in qua singulariter apparuit Deus trinus & vnus. Et licèt quidam falsò dixerint, quòd vnus solus tenebat personam Dei & Domini, duo verò reliqui tenebant personam Angelorum & Sanctorum Dei: vnde & infrà dicto, quòd Dominus discessit ab Abraham, subditur: *Veneruntque duo Angeli &c.* certum est tamen ex verbis hujus Scripturæ, quòd *tres viri* prædicti tenuerunt pariter personam vnius Dei; sic tamen, quòd vnus propriè tenuit personam Patris: duo verò, qui dicti sunt Angeli, gesserunt personam Filij & Spiritus Sancti. Quòd probatur. Primò ex eo, quòd Loth infrà ad duos, qui dicti sunt Angeli, loquens, dicit in singulari *Quæso, Domine mi*: & ascribit eis authoritatem & potestatem vni competentem; subditque in singulari, quòd Dominus dixit ad eum: *Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas*. Secundò, quia in principio hujus visionis dicit Moyses, quòd *apparuit Dominus Abrahæ*: & postmodum non dicit qualiter, nisi solùm pro quanto subdit, *tres viros ei apparuisse*: nullumque horum in speciali exprimit alteri dissimilem aut majorem. Tertiò, quia plerunque præmisso in plurali, quòd Abraham loquitur ad eos, subditur in singulari, *Domine*. Et ipsi consimiliter, primò præmissi vt plures, subdunt in singulari: *Descendam*; & consimilia. Præterea, recta ratio dictat, quòd ex quo Dei Filius ei pro semine, in quo benedicendæ erant omnes gentes, promittebatur (licèt more veteris Testamenti hic sub velamine exprimatur) sibi Trinitatis mysterium reuelaretur. Decebat etiam, quòd hæc veritas radices mitteret in Patribus & Prophetis veteris Testamenti, instar stipitis & ramorum propaganda in nouo: *Exodi item cap.* 3. *bis Dominus dicitur* Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob: *videtur enim satis fuisse, quòd appellaretur Deus Abraham, Isaac, & Iacob. Atqui rependo*, Deus, *voluit Trinitatem innuere personarum. Abraham enim, quòd* Pater multarum gentium *Gen.* 17. *constitutus sit, mysticè* Patrem *æternum signat: Isaac Filium, vel ex eo, quòd illum in figura incarnati Verbi jussus est Pater in sacrificium offerre* Gen. 22. *De vtroque enim Patre verum habere videtur quod dicitur Rom.* 8. Proprio filio suo non pepercit. *Iacob tandem, de quo dicitur Rom.* 9. Iacob dilexi, Esau autem odio habui, *tertiam personam adumbrat, scilicet* Spiritum Sanctum, *qui Amor est. Fatemur siquidem in Symbolo Athanasij*: Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus. Et tamen non tres dij, sed vnus est Deus. *Deuter. item* 19. *hæc eadem innuitur Trinitas personarum in ijs verbis*: In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. *Nec enim id perperam dicitur: sed* fuit Z aliqua ratio hujus numeri determinandi, ad significandum infallibilem veritatem personarum diuinarum: quæ quandoque numerantur duæ, quia Spiritus Sanctus est nexus duorum: quandoque exprimuntur tres, vt Augustinus dicit *super illud Ioan.* 8. In lege vestra scriptum est: quia duorum hominum testimonium verum est. *Cui optimè respondet in noua lege illud* 1. *Io.* 5. Tres sunt, qui testimonium dant in Cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres vnum sunt: *quod ab initio concinnè Author exposuit. Sed & in Psalmis hæc veritas elucescit. Et primò quidem* Psal. 6. *gratias agens Deo, canit Psaltes*: Exaudiuit Dominus vocem fletus mei: exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit. *Quo loci*: Nota, *inquit Author*, quòd A ponit hic ter, *Dominus*: vt ostendat se exauditum à tota Trinitate. *A qua petit pariter* Psalm. 66. *nos benedici, cum ait*: Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. *Q. d. Pater, & Filius & Spiritus Sanctus, vt fieri consueuit à Sacerdotibus in fine Missæ. Ps. itidem* 17. Viuit Dominus, *inquit*, & benedictus Deus meus: & exaltetur Deus salutis meæ. *Quibus in verbis Trinitas ostenditur pariter personarum*. Viuit Dominus. *Et quidem* loquitur B ad modum Regis de Deo. Antiquitus modus salutandi Regem, fuit: *Viuat Rex*. Hoc autem non conuenit Deo, quia ipse est vita æterna; Psal. 35. *Apud te est fons vitæ*; Et in Ezech. pluries. *Viuo ego, dicit Dominus*. Ipse enim est dator vitæ hominibus. (*Et signatur persona Patris, Ioan.* 5. Sicut Pater habet vitam in semetipso &c. *Et cap.* 5. Sicut misit me viuens Pater &c. *tamquam scilicet vitæ fons, & principium: nam &* Filius C propter vnitatem, quam habet ad Patrem, recipit vitam à Patre: *& omnium vita ab eo fonte deriuatur.*) *Benedictus Deus meus*. Alijs optatur benedictio: sed ipse est ipsa benedictio. *Deus meus* dicitur Filius, Is. 9. *Filius datus est nobis*: (*per quem scilicet data est nobis benedictio cœlestis, ad Gal.* 3. Vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu: *siquidem* hæc D benedictio facta est nobis, idest, impleta est per Christum, qui est de semine Abrahæ, cui dictæ sunt promissiones.) *Et exaltetur Deus salutis meæ*: idest, actor & dator salutis, gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. *Tu es ipse Rex meus, & Deus meus, qui mandas salutes Iacob*, vt dicitur in Psal. 43. *Et in hoc exprimitur etiam Spiritus Sanctus, qui est tertia persona in diuinis: nam* salus E humani generis perficitur per Filium incarnatum, & per donum Spiritus Sancti. *Denique Psal.* 32. *dicitur*: Verbo Domini Cœli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum. *Vbi, sensu misso literali*, mysticè F tractantur hæc verba, quæ sunt ex parte Dei: scilicet *Dominus, Verbum, & Spiritus oris*. Dominus est nomen potestatis: & potentia appropriatur *Patri*. Verbum est conceptio mentis, vnde & *Sapientia* genita dicitur: & ideò Verbum est *Filius*. Spiritus oris ejus est *Spiritus Sanctus*. Dicitur autem *Spiritus oris*: quia Verbo appropriatur os. Vnde idem est dictum, ac si diceret: Spiritus Verbi: quia ipse est Spiritus Filij, & Veritatis. Et licèt indiuisa sint opera Trinitatis in diuinis, Ioan. 5. *Quæcunque Pater fecerit, hæc & Filius similiter facit*: hic tamen secundùm appropriationem loquitur. *Et hoc mirabiliter facit quod altissimo Spiritus Sancti eloquio Cant.* 1. cap. *exprimitur*: Osculetur me osculo oris sui. *Quod profundissimè ab Authore exponitur*: ita quòd G Deus Pater sit osculans, Filius sit os, & Spiritus Sanctus sit osculum. Dicitur autem Filius os Patris, in quantùm est Verbum ejus, & manifestatiuum ipsius. Spiritus Sanctus autem dicitur osculum: quia sicut in osculo procedit corporalis spiritus ab osculante per os: sic Spiritus Sanctus procedit etiam à Patre, procedendo à Filio, cum Filius hoc habeat à Patre, quòd spiret Spiritum Sanctum. Ideò *Augustinus* 16. *de Trinit.* dicit, Spiritum Sanctum principaliter procedere à Patre. (*Quo sensu intelligi potest & illud Ioann.* 15. Spiritum veritatis, qui à Patre procedit. *Nec tamen cum exclusione Filij, qui & ibi subinnuitur: nam* per hoc H quod additur, *Spiritum Veritatis*, idest Filij, intelligitur, quod & à Filio procedit. Semper enim conjungitur Filius Patri, & è conuerso, circa processionem Spiritus Sancti. *Quod dictum sit contra Græcos, asserentes, à solo Patre Spiritum Sanctum procedere.*) *Sic eorundem Cantic. c.* 4. ter dicit *ad Sponsam, hoc est, ad Ecclesiam, Sponsus*: Veni de Libano, *hoc est, de Mundo*, propter fidem I Trinitatis,

K

Y Gen. 18. ibi. In 1. d. 16. 1. 2 ad 4. In 3. d. 9. 1. 2. q. 3. ad 3.

Z 1. 2. 105. 2. ad 3. fi.

A Ps. 6. lit. f. fi.

B Ps. 17. circ. fi. ibi.

C Io. 6. l. 7 lit. g. init. & Io. 5. l. 5. lit. A.

D Ad Gal. 3. l. 5. ibi.

E 1. p 32. 1. ad 3.

F Ps. 32. lit. c.

Mirè exponitur illud Cant. 1. Osculetur me osculo oris sui. G Cant. 1. com. 2. ibi. In 1. d. 18. exp. tex. fi.

H Ioan. 15 l. 5. lit. g. 1. p. 36. 2 ad 1. Pol. 10. 4. ad 13. & 4. cont. G. c. 25.

I Cant. 4. com. 2. ibi.

Digitized by Google

nitatis, ad quam alios inducere debet. Vel, derelinqui Mundus non potest: nisi Pater adducat sua potentia & præsentia, Ps. 135. *Eduxit Israel de medio eorum in manu potenti*: nisi Filius dirigat suâ sapientiâ, Sapient. 10. *Eduxit illum Sapientia à delicto suo*: nisi Spiritus Sanctus attrahat sua bonitate, *Is. 63.* Spiritus Domini ductor ejus fuit, *Isaias quoque cap. 6. cum mittendus esset ad prædicandum*, audiuit vocem Domini dicentis: *Quem mittam?* In quo L notatur vnitas essentiæ: *Et quis ibit nobis?* in quo notatur pluralitas personarum. *Quæ quidem eodem cap. paulò ante signatur, cum de Seraphim Dei solio assistentibus dicitur:* Et clamabant alter ad alterum, & dicebant; *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum &c.* Laudant M personarum Trinitatem, cum dicunt: *Sanctus, Sanctus, Sanctus;* & Vnitatis Majestatem, *cum subdunt*: Dominus Deus exercituum. *Et alibi*: Clamor ille N quo Seraphim clamasse dicuntur, designat magnitudinem eorum, quæ loquebantur, scilicet Vnitatem essentiæ, & Trinitatem personarum, dicentes: *Sanctus &c. Cui respondet sacrum illud frequens in militante Ecclesia trisagium in fine præfationis Missæ; siue explicitè in Psalmorum terminatione;* Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto.

L *Is. 6. ibi.*

M *Ibid. ibi, clamabant. Et Apoc. 4. cum. 1. & 3. ibi, Sanctus.*

N *Ver. 5, 6. ad 3.*

Numerus ternarius, siue Trinitas, vnitati & simplicitati essentiæ diuinæ non repugnat.

O *Op 3 c. 50.*

h *Nec tamen numerus hic ternarius, siue Trinitas, vnitati & simplicitati diuinæ vel in minimo repugnat.* Oportet enim O concedi, Deum esse vt existentem in sua natura, & intellectum, & amatum à seipso. Aliter autem hoc accidit in Deo & in nobis. Quia enim in sua natura homo substantia est; intelligere autem, & amare ejus non sunt ejus substantia; homo quidem, secundùm quòd in natura sua consideratur, quædam res subsistens est; secundùm autem quòd est in suo intellectu, non est res subsistens, sed intentio quædam rei subsistentis: & similiter, secundùm quòd est in seipso vt amatum in amante. Sic ergo in homine tria quædam considerari possunt: idest, homo in natura sua existens, & homo in intellectu existens, & homo in amore existens; & tamen hi tres non sunt vnum, quia intelligere ejus non est ejus esse: similiter autem & amare. Et horum trium vnus solus est res quædam subsistens, scilicet homo in natura sua existens. In Deo autem idem est esse, intelligere, & amare. Deus ergo in esse suo naturali existens, & Deus existens in intellectu, & Deus existens in amore suo, vnum sunt: vnusquisque tamen eorum est subsistens. Et quia res, subsistentes in intellectuali natura, personas Latini nominare consueuerunt, Græci verò hypostases: propter hoc in diuinis Latini dicunt tres personas, Græci verò tres hypostases: Patrem scilicet & Filium & Spiritum Sanctum. *Ex quo sequitur, quòd* hoc P nomen *Trinitas* secundùm etymologiam vocabuli videtur significare vnam essentiam trium personarum, secundùm quod dicitur *Trinitas* quasi *trium vnitas*. Sed secundùm proprietatem vocabuli, significat magis numerum personarum vnius essentiæ. Et propter hoc non possumus dicere, quòd Pater sit Trinitas, quia non est tres personæ. Non autem significat ipsas relationes personarum, sed magis numerum personarum ad inuicem relatarum: & inde est, quòd secundùm nomen, ad aliud non refertur. *Sequitur secundò, quòd* quia Q hoc nomen *Deus* per se habet, quòd stet pro essentia: licet pro nullo suppositorum diuinæ naturæ hæc sit vera: *Deus est Trinitas*; est tamen vera pro essentia. *Sequitur tertiò, quòd Deitas in tribus personis*, Trinitas *dici potest & debet, non verò* Triplicitas. *Siquidem* Trinitas R absolutè dicitur: significat enim numerum ternarium personarum. Sed triplicitas significat proportionem inæqualitatis: est enim species proportionis inæqualis, sicut patet per *Boetium in Arithm.* Et ideò non est in Deo triplicitas, sed trinitas. *Ex quo bene dicitur Deus* trinus, *non autem* triplex: *quia videlicet, vt in Symbolo*, Patris & Filij & Spiritus Sancti vna est diuinitas, æqualis gloria, coæterna majestas. *Porrò in hac Trinitate quatuor tantùm asserimus relationes.* Relatio *enim* omnis S fundatur vel supra quantitatem, vt duplum & dimidium: vel supra actionem & passionem, vt faciens & factum, Pater & Filius, dominus & seruus, & hujusmodi. Cum autem quantitas non sit in Deo; est enim sine quantitate magnus *ex Augustino*: relinquitur, quòd realis relatio in Deo esse non possit, nisi super actionem fundata; non autem super actiones, secundùm quas procedit aliquid extrinsecum à Deo: quia relationes Dei ad creaturas non sunt realiter in ipso. Vnde relinquitur, quòd relationes reales in Deo non possunt accipi, nisi secundùm actiones, secundùm quas est processio in Deo intra, sed non extra. Hujusmodi autem processiones sunt duæ tantùm: quarum vna accipitur secundùm actionem intellectus, quæ est processio Verbi; alia secundùm actionem voluntatis, quæ est processio Amoris. Secundùm quamlibet autem processionem oportet duas accipere relationes oppositas: quarum vna sit procedentis à principio, & alia ipsius principij. Processio autem Verbi dicitur generatio secundùm propriam rationem, qua competit rebus viuentibus. Relatio autem principij generationis in viuentibus perfectis dicitur *Paternitas*: relatio verò procedentis à principio dicitur *Filiatio*. Processio verò Amoris non habet nomen proprium; vnde neque relationes, quæ secundùm ipsam accipiuntur: sed vocatur relatio principij hujus processionis, *Spiratio*: relatio autem procedentis, *Processio*: quamuis hæc duo nomina ad ipsas processiones vel origines pertineant, & non ad relationes. *Licèt autem Spiratio conueniat Patri & Filio, non ideò duas relationes constituit*: Nam Pater T & Filius in omnibus vnum sunt, in quibus non distinguit inter eos relationis oppositio: vnde cum in hoc, quod est esse principium Spiritus Sancti, non opponantur relatiuè, sequitur quòd Pater & Filius sunt vnum principium Spiritus Sancti. Et sicut Pater & Filius sunt vnus Deus propter vnitatem formæ significatæ per hoc nomen, Deus; ita sunt vnum principium Spiritus Sancti propter vnitatem proprietatis significatæ in hoc nomine, *principium*. *Quinque præterea ponuntur notiones in diuinis.* Notio *enim* dicitur V id quod est propria ratio cognoscendi diuinam personam. Diuinæ autem personæ multiplicantur secundùm originem. Ad originem autem pertinet à quo alius, & qui ab alio: & secundùm hos duos modos potest innotescere persona. Igitur persona Patris non potest innotescere per hoc, quòd sit ab alio, sed per hoc, quòd à nullo est. Et sic ex hac parte ejus notio est *Innascibilitas*. Sed in quantùm aliquis est ab eo, innotescit dupliciter. Quia in quantùm Filius est ab eo, innotescit notione *Paternitatis*: in quantùm autem Spiritus Sanctus est ab eo, innotescit notione communis *Spirationis*. Filius autem potest innotescere per hoc, quòd est ab alio nascendo; & sic innotescit per *Filiationem*: Et per hoc, quòd est alius ab eo, scilicet Spiritus Sanctus; & per hoc innotescit eodem modo, sicut & Pater, scilicet communi *Spiratione*. Spiritus Sanctus autem innotescere potest per hoc, quòd est ab alio, vel ab alijs; & sic innotescit *Processione*. Sunt igitur quinque Notiones in diuinis: scilicet Innascibilitas, Paternitas, Filiatio, communis Spiratio, & Processio. Harum autem, tantùm quatuor sunt relationes: nam Innascibilitas non est relatio, nisi per reductionem. Quatuor autem tantùm, proprietates sunt: nam communis Spiratio non est proprietas, quia conuenit duabus personis. Tres autem sunt notiones personales, idest constituentes personas, scilicet Paternitas, Filiatio, & Processio: nam communis Spira-

Quod Latini *personam* dicunt, Græci vocant *hypostasim*.

P *1. p. 31. 1. ad 1. In 1. d. 4. 3. 2. ad 3. & d. 24. 3. 2. ad 2.*

Trinitas, quasi trium vnitas.

Falsò dicitur: *Pater est Trinitas*.

Q *1. p. 39 6. ad 2. & 99 cit.*

Non ita: *Deus est Trinitas*.

Trinitas in diuinis est, non triplicitas.

R *1. p. 31. 1. ad 3. & 5 In 1 d. 19. 2. a 1. & 2. & exp. 2. p. tex. f.*

Quatuor tantùm in diuinis relationes.

S *1. p. 28. 4. c. & 9. 30. 1. c. & a. 2. c. & ad 1. Op. 3. c. 56. & 60.*

Pater & Filius vnum principium sunt Spiritus Sancti.

T *1. p. 36. 4. c.*

Notiones in diuinis quinque.

Quid notio.

V *1. p. 32. 3 c. Op 3 c. 57. 58. 59.*

Ex notionibus, quatuor sunt relationes.

Quatuor proprietates.

Tres notiones personales.

Digitized by Google

Aliud notio personæ, aliud notio personalis.

Spiratio, & Innascibilitas dicuntur notiones personarum, non autem personales. *Nec ideò, quòd quatuor sint relationes, & notiones quinque, fas est Deum appellare quaternum, vel quinum. Etenim,* licèt X sint quatuor relationes in diuinis: tamen vna earum, scilicet Spiratio, non separatur à persona Patris & Filij: sed conuenit vtrique. Et sic, licèt sit relatio, non tamen dicitur proprietas (quia non conuenit vni tantùm personæ:) neque relatio personalis, idest constituens personam. Sed hæ tres relationes, scilicet Paternitas, Filiatio, & Processio, dicuntur proprietates personales, quasi personas constituentes: nam Paternitas est persona Patris, Filiatio persona Filij, Processio persona Spiritus Sancti procedentis. *Sic pariter* essentia Y in diuinis significatur vt res quædam: & similiter personæ significantur vt res quædam: sed notiones significantur vt rationes notificantes personas. Et ideò, licèt dicatur *Deus vnus* propter vnitatem essentiæ, & *trinus* propter Trinitatem personarum: non tamen dicitur *quinus* propter quinque notiones. *Igitur in Deo vna est essentia, processiones duæ, personæ tres, relationes quatuor, notiones quinque.*

X 1. p. 30. 2. ad 3. In 1. d. 10. 1. 5. Op. 3 c. 60. & 4. cont. G. c. 26. Pot. 9. 9.

Ex quatuor relationibus, & notionibus quinque, non ideò potest dici Deus quaternus, aut quinus.

Y 1. p. 32. 3. ad 2. Op. 3. c. 60. In 1. d. 33. 1. 2. ad 2.

Vna in Deo essentia, processiones duæ, personæ tres, relationes quatuor, notiones quinque.

I *Porrò cum diuinarum æqualitate personarum bene stat*, quòd alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti, *vt dicitur in Symbolo. Vnde & Pater est alius à Filio, & Spiritu Sancto, Filius ab hoc & à Patre, Spiritus Sanctus ab vtroque. Quocirca valdè notandum est*, quòd ex verbis Z inordinatè prolatis, vt ait *Hieronymus*, incurritur hæresis. Et ideò sic loquendum est de diuinis, vt nulla errori occasio præbeatur. Fuerunt autem circa diuina duo errores, præcipuè cauendi ab illis, qui de Vnitate & Trinitate in diuinis loquuntur: scilicet error *Arij*, qui vnitatem essentiæ negauit, ponens, aliam essentiam esse Patris, & aliam Filij. Alius error est *Sabellij*, qui negauit pluralitatem personarum, dicens, eundem esse Patrem, qui est Filius. Ad euitandum ergo errorem Arij, sunt nobis quatuor cauenda in Fidei confessione. Primò diuersitas, per quam tollitur vnitas essentiæ, quam confitemur dicendo, esse vnum Deum. Secundò diuisio, quæ obuiat diuinæ simplicitati. Tertiò disparitas, quæ repugnat æqualitati diuinarum personarum. Quartò, vt non confiteamur, Filium esse alienum à Patre, per quod tollitur similitudo. Similiter contra errorem Sabellij sunt quatuor cauenda. Primò singularitas, per quam tollitur naturæ diuinæ communicabilitas. Secundò nomen vnici, per quod tollitur realis distinctio personarum. Tertiò confusio, per quam tollitur ordo, qui est in diuinis personis. Quartò solitudo, per quam tollitur consociatio diuinarum personarum. Confitemur autem contra diuersitatem, vnitatem essentiæ: contra diuisionem, simplicitatem: contra disparitatem, æqualitatem: contra alienum, similitudinem: contra singularitatem, personarum pluralitatem: contra vnicum, distinctionem: contra confusionem, discretionem: contra solitarium, consonantiam & connexionem amoris. *Quamuis autem dicendus Filius non sit alienus à Patre: alium tamen ab eo catholicè confitemur.* Hoc enim A nomen, *alius*, masculinè sumptum, non importat nisi distinctionem suppositi: vnde conuenienter dicere possumus, quòd Filius est alius à Patre, quia scilicet est aliud suppositum diuinæ naturæ, sicut est alia persona, & alia hypostasis. *Non sic tamen dicere fas est, Filium aliud esse à Patre. Siquidem* neutrum genus B est informe: masculinum autem est formatum & distinctum, & similiter fœmininum. Et ideò conuenienter per neutrum genus significatur essentia communis: per masculinum autem & fœmininum aliquod suppositum determinatum in communi natura. Vnde etiam in rebus humanis, si quæratur: *quis est iste?* Respondetur: *Sortes*; quod nomen est suppositi. Si autem quæratur: *quid est iste?* Respondetur: *animal rationale & mortale.* Et ideò, quia in diuinis distinctio est secundùm personas, non autem secundùm essentiam, dicimus, quòd Pater est *alius* à Filio, sed non *aliud*: & è conuerso dicimus, quòd sunt *vnum*, sed non *vnus*. *Quòd autem dicimus de Patre respectu Filij, ita de Filio respectu Patris, & de Spiritu Sancto. Neque ex hoc, quòd vna persona sit ab alia, dependentiam aliquam astruimus inter illas. Quocirca sciendum*, quòd Græci C vtuntur in diuinis indifferenter nomine causæ, sicut & nomine principij. Sed Latini DD. non vtuntur nomine causæ, sed solùm nomine principij. Cujus ratio est: quia principium communius est, quàm causa: sicut causa communius, quàm elementum. Primus enim terminus, vel etiam prima pars rei dicitur principium, sed non causa. Quantò autem aliquod nomen est communius, tantò conuenientiùs assumitur in diuinis: quia nomina, quantò magis specialia sunt, tantò magis determinant modum conuenientem creaturæ. Vnde hoc nomen *causa* videtur importare diuersitatem substantiæ, & dependentiam alicujus ab altero, quam non importat nomen principij. In omnibus enim causæ generibus semper inuenitur distantia inter causam, & id cujus est causa, secundùm aliquam perfectionem aut virtutem. Sed nomine principij vtimur etiam in ijs, quæ nullam hujusmodi differentiam habent, sed solùm secundùm quendam ordinem: sicut cum dicimus, primam partem lineæ esse principium lineæ. *Et sic in diuinis Patrem dicimus principium Filij, non causam, Psalm.* 109. Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus Sanctorum &c. *Veruntamen* non dicimus D Filium principiatum à Patre: quia nomine principiati non vtimur, nisi in ijs, quæ sunt constituta in esse per principium. Vnde linea non dicitur esse principiatum puncti, sicut nec motus termini à quo: sed tamen dicitur esse à principio. *Et quidem*, licèt E hoc nomen *principium*, quantùm ad id, à quo imponitur ad significandum, videatur à prioritate sumptum: non tamen significat prioritatem, sed originem. Non enim idem est, quod significat nomen, & à quo nomen imponitur. *Ex quo sequitur, quòd* Filius Dei F non potest dici effectus: quia non fit, sed generatur. Hoc enim fit, cujus esse est diuersum à faciente. Vnde nec Patrem propriè loquendo causam Filij dicimus, sed principium. *Quinimmò* nec oportet omnem causam effectum duratione præcedere, sed naturâ tantum, sicut patet in Sole & splendore: *quantò magis non oportet principium præcedere? Consequenter nec Pater æternus Filium præcedat oportet, de quo dicitur ad Hebr.* 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ Patris &c. *Vnde & illud Ioan.* 1. In principio erat Verbum, *exponitur ab Augustino & Origene*: In Patre G erat Filius, Io. 14. *Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me est?* Vel, *in principio erat Verbum*; idest, Verbum erat ante omnia; & sic asseritur Verbi coæternitas *ad Patrem. Et idem dic de persona Spiritus Sancti. Itaque diuinas personas, coæternas, coæquales, increatas, immensas, omnipotentes, sapientes confitemur: cùm vna, non minùs, quàm alia, totius habeat plenitudinem perfectionis vel ex hoc*, quòd Deus est Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus: *qui tamen* non tres Dij, sed vnus est Deus, *vt dicitur in præfato Symbolo, & orthodoxa tenet vniuersalis Ecclesia. Cætera de ineffabili Sanctissima Triade, quæ ad cathedram potiùs, quàm ad sacrum attinent suggestum, Theologorum scholis consultò differenda relinquimus: sicut & de Verbo & de Spiritu Sancto plura sub proprijs eorum titulis, quæ dicenda supersunt, referuamus.*

Z Pot. 9. 8. c. & 1. p. 31. 2. c.

Errores duo circa vnitatem diuinã & Trinitatem, Arij & Sabellij.

Quatuor propter Arium cauenda.

Quatuor propter Sabelliũ.

Sicut Filius dici nõ potest *alienus* à Patre: ita bene dicitur *alius* ab eo.

A 1. p. l. c. ß. c.

Non autem aliud à Patre.

B 1. p. l. c. ad 4.

Personæ in diuinis sunt vnum, sed non vnus.

Græcis idem, nomen causæ & principij in diuinis. Latinis nomen principij tantum, non causæ.

C 1. p. 33. 1. ad 1. & 9. 36. 4. In 1. d. 12. 1. 2. ad 1. & exp. text. fi. In 1. d. 11. 1. 1. ad 5. Pot. 10. 1. ad 8. & 10. Op. 1. c. 2. Io. 1. l. 1. lit. a. ibi.

Pater diuinus Principium Filij, non causa.

D 3. d. 11. 1. 1. ad 5.

Nec tamen Verbum dicimus principiatum.

E 1. p. 33 1. ad 3.

Hoc nomen *principium* originem, non prioritatem significat.

F Pot. 3. 13. ad 5.

G Io. 1. l. 1. lit. a ibi.

Personæ diuinæ coæternæ & coæquales &c.

I *Enimuerò* explicita H cognitio de Trinitate fuit necessaria non solùm post peccatum, sed etiam ante peccatum. Non tamen eodem modo ante aduen-

H 3. d. 25. 2. 2. q. 4. c. & 22. 2. 2. a. 7. & 8. Ver. 14. 11.

Digitized by Google

Ante, & post aduentũ Christi, an homines tenerentur fidem explicitam habere de Trinitate.

1 1. p. 33. 1. ad 3. & q. 74. 1. ad 3. Gen. 1. ibi, faciamus.

aduentum Christi, & post. Quia ante aduentum soli Majores de hoc fidem explicitam habuerunt: post Incarnationem verò, omnes fidem explicitam de tribus personis habere tenentur: sicut & de mysterio Incarnationis, quod cognosci non potest, nisi cognoscatur personarum distinctio: & quia Sacramenta salutis cum inuocatione Trinitatis conferuntur. *Et quidem, si bene perpendamus,* cognitio 1 diuinarum personarum fuit necessaria nobis dupliciter. Vno modo, ad rectè sentiendum de creatione rerum. Per hoc enim quòd dicimus, Deum omnia fecisse Verbo suo, excluditur error ponentium, Deum produxisse res ex necessitate. Per hoc autem, quòd ponimus in eo processionem Amoris, ostenditur, quòd Deus non propter aliquam indigentiam creaturas produxit, neque propter aliquam aliam causam extrinsecam: sed propter amorem suæ bonitatis. Vnde & Moyses, postquam dixerat: *In principio creauit Deus Cœlum & terram*, subdit: *Dixit Deus, fiat lux*, ad manifestationem diuini Verbi; & postea dixit: *Vidit Deus lucem, quòd esset bona*, ad ostendendum probationem diuini amoris. Et similiter in alijs operibus. Alio modo, & principaliùs, ad rectè sentiendum de salute generis humani, quæ perficitur per Filium incarnatum, & per donum Spiritus Sancti.

Ad duo nobis necessaria cognitio diuinarum personarum.

Excluditur error dicentium, res à Deo ex necessitate productas, vel propter aliam causam extrinsecam.

Cognitio Trinitatis necessaria ad rectè sentiendum de salute humani generis.

Quòd respexit & alibi Author super illud 1. Io. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus; *dum ita scribit.* Moraliter L per Cœlum intelliguntur Sancti, Philip. 3. *Nostra conuersatio in Cœlis est.* In isto Cœlo dant testimonium Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, tripliciter. Primò secundùm naturam in creatione. Secundò secundùm gratiam in justificatione. Tertiò secundùm gloriam in glorificatione. In creatione Pater per memoriam, Filius per intelligentiam, Spiritus Sanctus per voluntatem: Vel per memoriam, notitiam, & amorem. In justificatione Pater dat testimonium ponendo potentiam, Filius sapientiam, Spiritus Sanctus bonitatem. In glorificatione Pater dat testimonium in Cœlo per æternitatem, Ioan. 10. *Vitam æternam do eis:* & per æternitatem dabit omnem scientiam (*per quam Filius significatur*: dabit & gloriam, *Psal. 83.* Gratiam & gloriam dabit Dominus. *Et in hac significatur Spiritus Sanctus*, qui est *Ephes. 1.* pignus hereditatis nostræ: *quandoquidem*, in quantum M adoptat nos in filios Dei, est Spiritus promissionis, & ipsemet est signum promissionis hereditatis adipiscendæ. *Idcircò voluit Dominus, vt & in nomine Deificæ Trinitatis suum clauderetur Euangelium, cum* Matth. vlt. *discipulis injunxit*: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, *quò videlicet firmiùs mentibus nostris, & cordibus, Trinitatis memoria insereretur. Vbi & ad essentiæ asserendam vnitatem*, in Nomine, *dixit, non in Nominibus: quia in tribus personis est vnus Deus.* Dicit N *in Nomine*, non *in Nominibus*: & confunduntur hæreses, quæ non ponunt distinctionem, in hoc quod dicit: *in Nomine Patris & Filij.* Sed & confunditur Arius per hoc, quòd in singulari dicit: *in Nomine. Ergo cum Seraphim illis beatissimis sacrum trisagium in Ecclesia triumphante sine intermissione canentibus, incessanter & nos in militante Ecclesia concinnamus*: Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto. *Vt enim in Symbolo instruimur*: Fides catholica hæc est: vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in Vnitate veneremur. *Verùmtamen tantum abest, quòd fidelis Deum vnum, tresque in eo personas veneretur: vt immò quotidie contra eas impudenter peccet. Tripliciter enim delinquunt homines: scilicet vel ex infirmitate, vel ex ignorantia, vel ex malitia. Ergo* quia Patri O attribuitur potentia, Filio sapientia, Spiritui Sancto bonitas: peccatum ex infirmitate est peccatum in Patrem: peccatum ex ignorantia (quando *scilicet* ignoratur P aliquod

L *Serm. 1. de festo Trin.* Pater, Verbum, Spiritus Sanctus dant testimonium in Cœlo, hoc est, in sanctis, creando, justificando, glorificando.

M *Ephes. 1. l. 3. ibi.*

N *Matth. vlt. fi. cap.*

Arius confunditur.

Peccatur ex infirmitate in Patrē, ex ignorantia in Filium, ex malitia in Spiritum Sanctum.

O *Quol. 2. a. 15. f. c. a. 2. 34. 1. c In 4. d 43. 1. 1. c. Ma. 3. 14. Rom 2. l. 3 fi*

P *In 4. d. 43. l. c.*

eorum, quorum scientia à peccato impediuisset, vnde ignorantia est ibi causa peccati:) est peccatum in Filium: peccatum ex certa malitia est peccatum in Spiritum Sanctum. *Quod quidem an verum sit, cogitet vnusquisque in corde suo. Ex quo pænitens & dolens, in actum prorumpat dilectionis ac filialis reuerentiæ, humiliatus coram Deo vno & trino:*

Cui trina rerum machina
Cœlestium, terrestrium,
Et infernorum condita
Flectunt genu jam subdita.

Quòd si Exod. 23. (*quod repetitur cap. 34. Deut. 16. & 2. Paral. 8.*) *ter in anno, (hoc est, in festis Paschæ, Pentecostes, & Scenopegiæ) jubebantur filij Israel ascendere & apparere coram Domino:* Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo; *& nos debemus in honorem Sanctissimæ Triados hoc idem præstare: videlicet, vt exponitur ex glossa:* Tribus Q vicibus per singulos annos; hoc est, omni tempore præsentis vitæ, in Sanctæ Trinitatis confessione per fidem, spem, & charitatem, bonorum operum obsequia Deo creatori vestro exhibebitis. *Per fidem inquam spem, & charitatem, quæ sunt Theologales virtutes, coram Deo vno & trino apparemus. Fides enim respondet Patri, Joan. 6.* Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me: *Spes Filio*, 1. *Tim.* 1. Christi Iesu spei nostræ: *Charitas Spiritui Sancto, Rom.* 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. *Sed & cum bonis operibus coram eo apparere debemus: Nam & cit. Exod. 23. præmittitur:* Non apparebis in conspectu meo vacuus; *scilicet, ex glossa*, bonis operibus. *Et hoc idem Deut. 16.* Non apparebit ante Dominum vacuus, *exponitur ab Authore*: idest R non debet quis apparere coram Domino, nisi cum opere bono. *Sic ritè veneratur, colitur, adoratur Sanctissima Trinitas; ore nimirùm, & opere. Ex quo fiducialiter, plenaque cum Apostolo securitate ad subuentionem inuocatur, si grauis vrgeat tentatio*, 2. *Cor.* 12. Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet à me. *Ter inquam rogaui Dominum, scilicet in confessione & nomine diuinissimæ Trinitatis; & gratiam obtinuit præseruationis à culpa: nam & mox subijcitur:* Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. *DISCE in Patre potentiam, in Filio sapientiam, in Spiritu Sancto bonitatem venerari. Vide,* Deus vnus.

Quomodo laudādus Deus ac venerandus vt trinus.

Q *Op. 60. c. 8. circ. fi.*

R *Matth. 20. lit. a non longè ab initio.*

Ter cum Paulo in tentatione rogandus.

DIABOLVS.

XIX. Non pertinet ad rationem diuinæ Sapientiæ, vt vlteriùs dæmonibus gratia infundatur, per quam reuocentur à malo primæ auersionis, in qua immobiliter perseuerant, *Ma. 16. 5. fi. c.*

m IN *ipso fermè suæ conditionis exordio, impiè non minùs quàm homo, à suo rebellauit & Angelus conditore, Deut. 32.* Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. *Nam homo ex Damasceno* peccatum S nouiter plasmatus commisit; *videlicet*, sexto die T & circa nonam. *Opinio verò de Angelo* probabilior V & Sanctorum dictis magis consonans est, quòd statim post primum instans suæ creationis diabolus peccauerit. *Sanè & primus homo peccauit*, 1. *Cor.* 15. Primus homo de terra terrenus: *& primus pariter peccauit Angelus, scilicet Lucifer, primus nimirùm de primo Ordine. Etenim, quamuis* Damascenus *dicat*, quòd major eorum, qui peccauerunt, fuit terrestri ordini prælatus; *inferioribus autem ministerijs ex Dionysio præferuntur inferiores ordines: ex quo videtur fuisse de inferiori ordine Angelorum, Matth.* 25. Qui para-

Tam homo, quàm Angelus, in ipso fermè suæ conditionis initio peccauerunt.

S *Ver. 18. 6. ad 9.*

T *Gen. 4. init. Ps. 29. lit. d fi. Matth. 27 ibi, nonam.*

Primus de primo ordine Angelus peccauit.

V 1. p. 63. 6. init o c. & ad 4. fi.

ized by Google

X 2. d. 6. q. 1. a. 2. ad Ham. 16. c. & ad 1. & 1. p. 63. 7. c. Eph. 2. l. 1. ibi, aeris. Apoc. 12. c. 1. & 2. ibi, tertiam partem.

paratus est diabolo, & angelis ejus. *Nihilominus* Gregorius X expressè determinat, quòd fuit altior cæteris, non solùm peccantibus, sed etiam stantibus: cui consentit communis sententia. Quæ quidem probabilis est: tum propter multas authoritates, quæ hoc exprimere videntur: (*inter quas Ezech.* 28. Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & *perfectus* decore, in delicijs Paradisi Dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum: aurum opus decoris tui &c. *Perfectus* in vijs tuis à die conditionis tuæ. *Et cap.* 31. Omne lignum Paradisi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini ejus.) Tum etiam ex hoc, quòd non est probabile, Creatoris æqualitatem aliquo modo illum spiritum appetijsse, qui etiam alteri creaturæ subjectus erat; vnde oportet, quòd ille, qui hoc appetijt, cæteris fuerit altior. *Subjicit autem alibi Author*: Non est tamen Y inde alij opinioni præjudicandum: quia etiam in principe inferiorum Angelorum potuit esse aliquod motiuum ad peccandum. *Secundùm quam opinionem* manifestum est Z quòd non de quolibet ordine ceciderunt, sed de infimo tantùm. Secundùm verò illos, qui ponunt, majorem diabolum de supremo fuisse ordine, probabile est, quòd de quolibet ordine aliqui ceciderunt: sicut in quemlibet ordinem homines assumuntur in supplementum ruinæ Angelicæ. *Nec obest opinioni* Gregorij, *quòd Angelus, qui cecidit*, Ezech. 28. *dicatur Cherub*: Tu Cherub extentus & protegens &c. *Supremus autem Angelorum ordo, non Cherubim, sed Seraphim ordo est, juxta illud Is.* 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum &c. Seraphim stabant super illud &c. *Non obest, inquam*: nam Angelus A ille non dicitur Cherub, quia de ordine Cherubim fuerit, sed magis de ordine Seraphim. Dicitur autem Cherub, ad exprimendam qualitatem culpæ: quia enim per elationis vitium cecidit, ideò à scientia nominatur, quam nomen Cherub designat, de qua dicit Apostolus 1. *Corinth.* 8. Scientia inflat. *Et quidem* Cherubim B interpretatur *plenitudo scientiæ*: Seraphim interpretantur *ardentes*, siue *incendentes*. Et sic patet, quòd Cherubim denominatur à scientia, quæ potest esse cum mortali peccato: Seraphim verò denominatur ab ardore charitatis, quæ cum peccato mortali esse non potest. Et ideò primus Angelus peccans non est denominatus Seraphim, sed Cherubim. *Vlteriùs primus homo peccando totum humanum genus infecit*, 1. *Cor.* 15. Qualis terrenus, tales & terreni. Sicut portauimus imaginem terreni &c. *Et Angelus de quolibet ordine, juxta opinionem* Gregorij, *secum ad infera traxit*, *Apoc.* 12. Et ecce draco magnus &c. & cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum: (*ex quo liquet, quòd* plures C Angeli permanserunt, quàm peccauerunt: quia peccatum est contra naturalem inclinationem. Ea verò, quæ contra naturam fiunt, vt in paucioribus accidunt: natura enim consequitur suum effectum vel semper, vel vt in pluribus.) *Dicuntur autem Angeli stellæ propter dona (præter gratuita) quibus à prima conditione eorum natura illustrata est; vnde ad illud Gen.* 1. In principio creauit Deus Cœlum & terram, *secundùm Augustinum* per Cœlum D intelligitur natura Angelica: per terram verò natura corporalis. *Et illud Iob* 26. Spiritus ejus ornauit Cœlos, *exponitur*: Scilicet E cœlestes spiritus ornamentis spiritualium donorum, *quasi stellis quibusdam*. *Igitur* trahebat tertiam partem stellarum; *idest*, omnes F Angelos reprobos, qui stellæ erant per claritatem naturæ. *Trahebat, inquam*: idest traxit dejiciendo per superbiam. Ipse enim diabolus, cum primò esset omnibus excellentior, videns suam naturalem excellentiam, superbiuit. Multi autem ex eis, videntes eum tam excellentem, consenserunt ejus superbiæ, & ei adhæserunt. *Enimuerò* peccatum G primi Angeli fuit alijs causa peccandi: non quidem cogens, sed quadam quasi exhortatione inducens. Cujus signum ex hoc apparet, quòd omnes dæmones illi supremo subduntur, vt manifestè apparet per illud, quod dicit Dominus Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis ejus*. Habet H enim hoc ordo diuinæ justitiæ, vt cujus suggestioni consentit quis in culpa, ejus potestati subdatur in pœna, secundùm illud 2. *Petr.* 2. A quo quis superatus est, hujus & seruus est. *Fuit tandem tam hominis culpa, quàm Luciferi, peccatum superbiæ, vt prætactum est. De homine Vide V.* Adam. *De Angelo verò patet ex illo Is.* 14. *ex persona diaboli*: In Cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum &c. *Quod exponens Augustinus*: Elatione *inquit* inflatus I voluit dici Deus. *Et iterum, cum dicit*, in Cœlum; *hoc quidem non* potest L intelligi de Empyreo, in quo cum alijs Angelis fuit conditus: (*vt vidimus V.* Angelus:) ergo intelligitur de Cœlo Sanctissimæ Trinitatis. Voluit ergo conscendere ad æqualitatem Dei: *quod pestiferæ superbiæ est*. *Quomodo autem id appetierit, docemur*. *Nam* hoc modo M diabolus appetijt esse vt Deus, non vt ei assimilaretur quantùm ad hoc, quod est nulli subesse simpliciter: quia sic suum non esse appeteret, cum nulla creatura esse possit, nisi per hoc, quòd sub Deo esse participat. Sed in hoc appetijt esse similis Deo, quia appetijt vt finem vltimum beatitudinis id, ad quod virtute suæ naturæ poterat peruenire: auertens suum appetitum à beatitudine supernaturali, quæ est ex gratia Dei. Vel, si appetijt vt vltimum finem illam Dei similitudinem, quæ datur ex gratia, voluit hoc habere per virtutem suæ naturæ, non ex diuino auxilio secundùm Dei dispositionem. Quia verò quod est per se, est principium & causa ejus, quod est per aliud: ex hoc consecutum est, quòd appetijt aliquem principatum super alia habere. In quo etiam peruersè voluit Deo assimilari.

Y 1. p. 63. 7. ſ. c.

Z 1. p. l. c. a. 9. ad 3.

An de quolibet ordine ceciderint Angeli, Luciferi sequaces.

Cur Angelus rebellis dicatur *Cherub*.

A 2. d. 6. q. 1. ad 1. ad Ham. l. c. ad 1.

Cherub vnde dicatur.

B 1. p. 63. 7. ad 1.

Vnde Seraphim.

Primus homo totum genus humanum infecit: primus Angelus plures Angelos in peccatum induxit.

C 1. p. 63. 9. c. & ad 1.

An plures Angeli, quàm peccauerunt, remanserint.

Angeli cur stellæ.

D Pet. 3. 28. in a. sed contra. & 1. p. 74. 1 c. & a. 3. ad 2.

E Iob 26. l. 2. ibi.

F Apoc. 12. c. 2. ibi.

G Ibid. & tom. 2. ibi.

An peccatum Luciferi fuerit alijs Angelis causa peccandi.

H 1. p. 63. 8. c. In 2. d. 6. 1. 2.

Primus Angelus & primus homo peccato superbiæ deliquerunt.

I 1. p. 63. 3. in Sed contra.

L Ma. 16. 3 in 3. Sed contra.

M 1. p. 63. 3. c. Ma. l. c. in corp. In 2. d. 5. 1. 2. ad Ham. ibid.

Quomodo diabolus appetierit esse vt Deus.

n *Hoc solummodo inter Angelum & hominem peccantes intercedit discrimen*, quòd peccatum hominis N fuit remediabile, non autem peccatum Angeli. Cujus ratio multipliciter assignatur. Primò ex virtute naturali vtriusque: quia quantùm ad cognoscitiuam, Angelus cognoscit in luce plena per intellectum Deiformem, vt possit totum considerare sine inquisitione, quod ad electionem alicujus rei pertinet, vt sic per ignorantiam non excusetur: sicut homo, qui cognoscit quæ agenda sunt deliberando per rationem, quæ est quasi quædam obumbratio intellectus, vt dicit *Isaac* in lib. *de Diffinit.* Quantùm ad affectiuam verò: quia voluntas Angeli inuertibilis est post electionem, cum sit infra voluntatem diuinam, quæ est inuertibilis ante & post; & supra voluntatem humanam, quæ est vertibilis ante & post: & ideò Angelus malo, quod appetijt peccando, immobiliter inhæret. Secunda ratio assignatur ex natura vtriusque: quia Angelorum natura non propagatur ex vno, ex quo vitium contrahat, sicut humana; & ideò nec per vnum eam reparari congruit. Et hoc est, quòd videtur Apostolus dicere ad Rom. 5. *Sicut per vnum hominem peccatum in hunc Mundum intrauit, & per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertransijt in quo omnes peccauerunt*. Tertia ex peccato vtriusque: & quantùm ad genus peccati, quia homo superbiuit ex appetitu scientiæ, cujus natura creata capax est: Angelus verò ex appetitu potentiæ, quam natura creata non ita perfectè potest recipere, sicut scientiam. Vnde & animæ Christi communicata est omnis scientia, sed non omnipotentia. Et etiam quantùm ad circumstantiam peccati: quia homo peccans & de venia cogitauit, & in aliquo deceptus est; non autem Angelus peccans. Et similiter quantùm ad occasionem peccati, quam homo habuit, quia alio suggerente peccauit:

Peccatum Angeli irremediabile: non ita hominis.

De hoc ratio multiplex.

Primò ex virtute naturali vtriusque cognoscitiua & affectiua.

N 3. d. 20. 1. 2. ad 2. & 1. p. 64. 2. c. & 1. 2. 80. 4. ad 3. & 3. p. 4. 1. c. Ma 16. 5. Ver. 24. 10. & 4. cont. G. c. 55. ad 4. Op. 3. c. 184.

Secunda ratio ex vtriusque natura.

Tertia ex peccato vtriusq.

Digitized by Google

Quarta ex diuina justitia.

cauit: non autem Angelus. Quarta ex justitia diuina: quia omnes illi, ad quos corruptio peccati primi hominis versire debebat, nondum erant in actu, sed in virtute tantùm. Et ideò non decebat, vt priusquam essent, vltimam damnationem reciperent: sicut omnes Angeli actu existentes proprio arbitrio peccauerunt.

Quinta ex misericordia diuina.

Quinta ex misericordia diuina: quia tota natura humana lapsa erat in vno parente, non autem tota natura Angelica: & ideò magis indecens erat, vt natura humana tota relinqueretur sub damnatione, quàm natura Angelica, quæ non tota corruerat.

Sexta ex parte status vtriusque.

Sexta verò, & præcipua, est ex parte status vtriusque: Quia homo non peccauit in termino viæ suæ, sicut Angelus, cui ad propriam electionem status viæ finitus est. *Ex quo animabus damnatorum quoad hoc æquiparantur*, cum sit O eadem ratio de ipsis, & de animabus damnatorum: quia *secundùm Damascenum* quod est homini mors, hoc est Angelis casus. *Consequenter & obstinatus in malo Angelus, non secus ac homo damnatus, æternaliter pœnis inferorum addictus est*, *Matth.* 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis ejus: *contra damnatam opinionem Origenis*, qui P posuit, homines & dæmones damnatos, iterum posse purgari, & redire in gloriam: & Angelos sanctos & homines beatos iterum posse deduci ad mala. *Et alibi*. Origenes Q voluit, quòd pœnæ damnatorum essent purgatoriæ, & non æternæ: & voluit, quòd omnes, qui sunt in Inferno, quandoque conuerterentur ad Christum, & saluarentur, & etiam diabolus. Et hoc confirmat per illa verba 1. Cor. 15. *Oportet autem illum (Christum) regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus*. Et intelligit, quòd hoc, quod dicitur, *inimicos sub pedibus*, solùm intelligitur de subjectione, quæ fit per conuersionem peccatorum ad Deum, non de subjectione, qua sunt subjecti Christo etiam illi, qui nunquam conuertuntur ad Christum, in quantùm punit eos in Inferno. Et ideò dicit, *oportet illum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus*: quia tunc omnes damnati, & qui sunt in Inferno, saluabuntur, in quantùm scilicet conuertentur ad ipsum, & seruient ei. *Nouissimè autem inimica destruetur mors*, idest, diabolus; non quòd non sit omnino, sed quòd non sit *mors*: quia etiam ipse diabolus in fine saluabitur. Sed hoc est hæreticum, & damnatum in Concilio. *Hinc omnis dæmonis actus, malus est*. *Verùm* actus R dæmonis est duplex. Quidam scilicet ex voluntate deliberata procedens: & is propriè potest dici actus ejus. Et talis actus dæmonis semper est malus: quia, etsi aliquando aliquod bonum faciat, non tamen benè facit. Sicut, dum veritatem dicit, vt decipiat: & dum non voluntariè credit & confitetur, sed rerum euidentiâ coactus. Alius autem actus dæmonis est naturalis: qui bonus esse potest, & attestatur bonitati naturæ. Et tamen tali bono actu dæmones abutuntur ad malum. *Et quidem* Angeli S mali in nihil mouentur, nisi in ordine ad finem peccati superbiæ ipsorum: & ideò in omnibus peccant mortaliter, quæcunque propria voluntate agunt. *Ex quibus deducitur, quàm verè ab Authore initio dictum sit*: Non pertinet T ad rationem diuinæ Sapientiæ, vt vlteriùs dæmonibus gratia infundatur, per quam reuocentur à malo primæ auersionis, in qua immobiliter perseuerant.

O 4. d. 14. 1. 3. q. 4. c. & in 35. l. c.

Origenis error de Angelis prauis.

P Op. 5. §. 6. Ver. 26. 1. c. & 1. p. 64. 2. ins. c. & al. bi.

Q 1. Cor. 15. l. 3. ibi, donec. Op. 6 §. 5.

Omnis diaboli actus, malus & quo sensu.

R 1. p. 64. 2. c & 63. 1. ad 3. & 1. 2. 89. 4. c In 2. d 7. 1. 2 Ma. 7. 9. ad 3. Ver. 24. 5. c.

Duplex dæmonis actus.

S 1. 2. l. c. f. c.

T Ma. 16. 5. fi. c.

o *Igitur in culpa obstinatus est diabolus, vnde & in superbia sua jugiter perseuerat. Cujus indicium est, quòd vbi tentat homines, ad superbiam inducit. Hinc & Dominum tentaturus*, assumpsit eum in montem excelsum, *Matth*.4. In hoc autem V significatur, quòd diabolus semper ad superbiam erigit, sicut & ipse superbus est; *vnde & dicitur Apoc*. 8. Mons magnus igne ardens. *Et iterum diuinum cultum affectat, dum eodem capite* ostendit ei omnia Regna Mundi, & gloriam eorum; & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. *Quibus in verbis* nota X tria. Primò quòd diabolus semper in id, quod in principio appetijt, perseuerat, Is. 14. *In Cœlum conscendam &c. similis ero Altissimo*. Et propterea inducit ad idololatriam homines, volens vsurpare sibi quod Dei est. Item nota, quòd nullus adorat diabolum, nisi cadat, sicut & ipse cecidit, Dan. 3. *Cadentes, adorauerunt statuam auream*; & ideò dicit: *Si cadens &c*. Tertiò nota, hic esse & auaritiam; vnde promittit regnum, in quo intelligitur abundantia diuitiarum, & excellentia honorum. Et petit, quòd cadat: quia ambitiosi semper humiliant se vltrà debitum. Vnde *Ambrosius*: Habet ambitio domesticum periculum: curuatur obsequio, vt honori donetur. Et dum vult esse sublimis, fit dejecta. *Sic & ipsi contigit ambitioso tentatori*. *Et alibi cohærenter instruimur, quòd* immundi Y & fallaces spiritus ambiunt honorem diuinitatis, sibi ab hominibus deferendum: & ideò illis rebus se ingerunt, quæ ad Deum pertinere videntur, vt diuinitatis eis honor ab hominibus deceptis exhibeatur. Et inde est, quòd imaginibus, quas à principio fecerant homines, ex inordinato affectu ad mortuos, dæmones se incluserunt, in quibus responsa dabant, vt ex hoc diuinum honorem sibi conquirerent. *Ex quo etiam quandoque* à virginibus Z aduocati adueniunt, vt ex hoc in suæ diuinitatis opinionem homines adducant, quasi munditiam ament. *Ad quod consequenter docemur*, aliquos esse A dæmones, qui memores suæ antiquæ nobilitatis, non dignantur de peccato luxuriæ tentare. Signum hujus est, quòd Lucifer tentans Dominum in deserto, non tentauit eum de hoc peccato: *quod tamen familiare est hominibus*. *Hinc ad certam de superbo tentatore victoriam humilitate sternitur via*: Oratione ex *Hieronymo* sanantur B pestes mentis, jejunio pestes corporis, diabolus vincitur sola humilitate, *quæ illius reluctatur superbiæ*.

Diabolus in sua perseuerat superbia, vnde & ad eam homines inducit, vel ad sibi diuinum cultum captandum.

V Matth. 4. lit. a ibi.

X Ibid. ibi, si cadens.

Ambitio periculosa.

Y Op. 25. c. 4.

Idololatriæ radix.

Z Pet. 6. 17. ad 4.

A virginibus dæmones aduocati cur adueniant aliquando.

A Opus. de est. Pr. l. 5. c. 51.

Aliqui non dignantur de luxuria tentare.

B Apoc. 2. c. in ibi, vincenti dabo edere.

Diabolus cum superbus humilitate vincitur.

p *Ex superbia autem diaboli ortum habuit ejus inuidia*: *siquidem* inuidia C vt in pluribus ex superbia oritur: propter hoc enim homo maximè tristatur de bono alterius, quia est propriæ excellentiæ impedimentum. *Et quidem quæ in Angelo malo reperiuntur vitia, præcipua sunt superbia & inuidia*. *Quocirca sciendum, quòd* peccatum D aliquod in aliquo esse potest dupliciter. Vno modo secundùm reatum: alio modo secundùm affectum. Secundùm reatum quidem, omnia peccata in dæmonibus esse contingit: quia dum homines ad omnia peccata inducunt, omnium peccatorum reatum incurrunt. Secundùm affectum verò, illa solùm peccata in malis Angelis esse possunt, ad quæ contingit affici spiritualem naturam: Spiritualem autem naturam affici non contingit ad bona, quæ sunt propria corpori, sed ad ea, quæ in rebus spiritualibus inueniri possunt: nihil enim afficitur, nisi ad id, quod suæ naturæ potest esse quodammodo conueniens. In spiritualibus autem bonis non potest esse peccatum, dum aliquis ad ea afficitur, nisi per hoc, quòd in tali affectu Superioris regula non seruatur: & hoc est peccatum superbiæ, non subdi Superiori in eo, quo debet. Vnde peccatum primum Angeli non potest esse aliud, quàm superbia. Sed consequenter posuit in eis esse etiam inuidia: ejusdem enim rationis est, quòd affectus tendat in aliquid appetendum, & quòd renitatur opposito. Inuidus autem ex hoc de bono alterius dolet, in quantùm bonum alterius æstimat sui boni impedimentum. Non autem bonum alterius poterat æstimari impedimentum boni affectati per Angelum malum, nisi in quantùm affectauit excellentiam singularem: quæ quidem singularitas per alterius excellentiam cessat. Et ideò post peccatum superbiæ, consecutum est in Angelo peccante

Ex superbia diaboli, inuidia ejusdem.

C Ma. 8. 1. ad 5. & 9. 10. 3. ad 1. & 2. 2. 36. 4. ad 1. Io. 8. l. 6. lit. c. In 2. d. 22. 2. 2. ad 1.

In Angelis malis præcipuè superbia & inuidia.

D 1. p. 63. 2. c. & 114. 1. c. In 2. l. c. m. corp. & 3. cont. G. c. 109. 6.

Dæmones reatum habent omnium peccatorum, ad quæ inducunt.

Digitized by Google

cante malum inuidiæ, secundùm quòd de bono hominis doluit: & etiam de excellentia diuina, secundùm quod eo Deus contra voluntatem ipsius diaboli vtitur in gloriam diuinam. *Et quamuis inuidia videatur propriè respectu solùm superioris esse, non inferioris, qualis est homo respectu Angeli, juxta illud Iob 5.* Paruulum occidit inuidia: *Nihilominùs* dicendum E quòd diabolus homini inuidebat, quem sibi superiorem futurum putabat, si illuc ascenderat, vnde ipse descenderat: & in hoc ipso jam superiorem, quòd ad bonum illud habendum paratus erat homo, quod ipse dæmon in perpetuum amiserat. Nec in hoc aliquid ejus superbiæ derogatur: quia superbia potiùs est in appetitu excellentiæ, quàm in æstimatione, nisi prout æstimatio ex appetitu excellentiæ nascitur, qui oculos mentis claudit. Vnde superbi frequenter alios se superiores in multis æstimant, qui tamen multa sibi magis digna esse cogitant, propter alia bona, in quibus alios excedere videntur. Et ideò ex ipsa superbia inuidiæ zelus oritur. *Vnde dicit Augustinus* 11. *super Gen.* Amando quisque excellentiam suam, vel paribus inuidet, quòd ei coæquantur: vel inferioribus, ne sibi coæquentur: vel superioribus, quòd ei non coæquentur. *Quinimmò ad illud Ioan.*8. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, *docemur, quòd* ex peccato F inuidiæ ad hominem, quo infert nocumenta hominibus, cognoscitur à nobis peccatum superbiæ: & ideò primò ponit peccatum dæmonis contra hominem, secundò peccatum ejus contra Deum, ibi: *& in veritate non stetit.* Peccatum autem inuidiæ contra hominem est, quòd occidit eum. Vnde dicit. *Ille,* scilicet diabolus, *homicida erat ab initio*: non ferro quidem accinctus, sed mala persuasione, *Sap.* 2. Inuidia diaboli mors introiuit in Orbem terrarum. *Est autem inuidia quidem in dæmone,* ita tamen G quòd inuidia non sumatur pro passione, sed pro voluntate renitente bono alterius. *Quo pacto & timor* H dolor, gaudium, & hujusmodi, secundùm quòd sunt passiones, in dæmonibus esse non possunt: sic enim sunt propriè appetitus sensitiui, qui est virtus in organo corporali. Sed secundùm quòd nominant simplices actus voluntatis, sic possunt esse in dæmonibus. Et sic necesse est dicere, quòd in eis sit & dolor: quia dolor, secundùm quòd significat simplicem actum voluntatis, nihil aliud est, quàm renisus voluntatis ad id, quod est vel non est. Patet autem, quòd dæmones multa vellent non esse quæ sunt, & esse quæ non sunt. *Sanè* sub inuidia I & superbia, prout in dæmonibus ponuntur, comprehenduntur omnia peccata, quæ ab illis deriuantur. *Vnde & ad* primum L actum peccati in Angelo, qui fuit actus superbiæ, consecutæ sunt multæ aliæ deformitates peccatorum, vt inuidia, odium, & hujusmodi, & inter illa potuit etiam esse peccatum in Spiritum Sanctum, *quo inuidetur gratiæ, quæ in Sanctis operatur. Profectò inuidia diaboli & odium contra homines satis innotescit in Sacra Pagina. Et quidem Apoc.* 8. *describitur primò* tanquam mons magnus igne ardens. *Tanquam mons:* scilicet M diabolus, qui est tanquam mons per superbiam grossus & altus; *Ecce ego ad te, mons pestifer;* Ierem. 51. *magnus* propter magnitudinem superbiæ, adhuc enim valdè superbus est; *Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ,* Iob 41. *ardens igne,* scilicet inuidiæ: inuidet enim saluti humanæ: quia videt, hominem ad beatitudinem, quam ipse amisit, posse ascendere; & ideò ardens dolore inuidiæ, hominem tentat, vt eum ad tartara trahat. *Deinde eod. cap.* 8. *de ipso mysticè dicitur:* Cecidit de Cœlo stella magna, ardens quasi facula. *Nempe cecidit de Cœlo* ad literam N merito superbiæ; *Videbam Satanam sicut fulgur de Cœlo cadentem,* Luc. cap. 10. *Stella magna* per scientiæ eminentiam: vel *magna* per potentiam; *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei,* Iob 41. (*Vel magna, quia primus inter omnes etiam primi ordinis Angelos, vt visum est:*) *ardens tanquam facula;* quia ardet interiùs ad modum faculæ per inuidiam, desiderans incendere homines: & incendendo affectu, vel effectu alios, seipsum igne malitiæ consumit & vrit, sicut facula, cum incenditur, consumitur, *Iob* 41. De ore ejus lampades procedunt, sicut tedæ ignis accensæ. *Vnde & Ecclesia canit:*

Ardens inuidia, pellere nititur
Quos Cœlo Deus aduocat:

Ex odio vtique, quod habet ad hominem, nequam spiritus & superbi. Vnde & qui dæmoniacos illos vexabant Matth. 8. *dicebant ad Christum:* Quid nobis & tibi, Iesu fili Dei; venisti huc ante tempus torquere nos? *Siquidem* magnum O tormentum reputant, quòd non possint hominibus nocere; & ita tormentum eis magnum est, intrare in Infernum. Dicunt autem, *ante tempus:* sciunt enim dæmones, quòd in die judicij debent suscipere majus tormentum. *Sanè* ex hoc P quòd circa nos sunt, nullo modo eorum pœna minuitur: nisi quòd sibi pœnale æstimant, non posse nobis nocere, sicut quando in Inferno sunt. *Et hoc est, quòd clamant:* ante tempus. *Hinc per visionem vxori Pilati suggessit, vt Christum liberandum curaret: quia nimirùm,* timens Q per Christi passionem potestatem amittere, sicut in mente Iudæ posuerat, vt eum traderet: sic & modò voluit impedire; non quia vellet impedire peccatum, sed potiùs passionis fructum. *Et priùs cap.* 16. *idem per Petrum adoritur, cum per eum dicit ad Christum:* Absit à te, Domine: non erit tibi hoc. *Videlicet:* quia ex *Hilario* videns R diabolus, quòd ipse nunciauerat passionem suam, & cognoscens testimonia prophetarum, incitauit Petrum adhoc vt dissuaderet. Ideò videns Dominus, quòd non suo instinctu loqueretur, increpauit eum: *Vade post me;* ita quòd sit ibi punctus: & ad Satanam dixit: *Satana, scandalum es mihi.* Quamuis *Hieronymus* non credat, quòd instinctu diaboli locutus sit Petrus, sed pietatis affectu, & ignoranter. *Hoc autem totum manifestè operantur dæmones ex inuidia humanæ salutis. Vnde & salutarem impediunt prædicationem, cum possunt,* Rom. 1. Sæpe proposui venire ad vos, vt aliquem fructum habeam in vobis: & prohibitus sum vsque adhuc: *videlicet,* à diabolo S qui nititur impedire prædicationem, ex qua prouenit salus hominum, Prou. 25. *Ventus aquilo* (*Ier.* 1. Ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ:) *dissipat pluuias;* idest, doctrinas prædicatorum. *Et clariùs* 1. *Thess.* 2. Voluimus venire ad vos & semel & iterum: sed impediuit nos Satanas. *Hoc est,* procurauit T impedimenta, fortè per aeris tempestates, *Apoc.* 7. Vidi quatuor Angelos tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent. (*De quo inferiùs.*)

q *Et hinc est, quòd respectu naturalis conditionis* statuit Deus V in dæmonibus prælationis ordinem: qui tamen, quamuis relatus ad Dei ordinationem, sit rectus: relatus tamen ad eorum voluntates, est peruersus & quantùm ad finem, quia totum suæ prælationis ordinem in nocumentum hominis conuertunt; & quantùm ad ordinis vsum, prout superiores per superbiam sibi dominium vsurpant, & inferiores coacti & renitentes obsequuntur. *Ex quo simul ad culpam trahit diabolus homines & ad pœnam. Vnde dicitur duas habere manus:* vnam X qua impellit ad peccatum: alteram, qua trahit ad supplicium. Secundùm primam, verò, primos parentes, & in eis totum genus humanum vicerat, quoad peccatum originale; & quoad actualia, quantùm ad multos. Secundùm verò alteram, omnes ad Infernum trahebat, & detinebat. Secundam Christus destruxit in omnibus quoad sufficientiam: in membris autem suis quoad efficacia-

Inuidia an respectu superioris tantum.
E *Ins. l. c. ad* 1.
Superbia potiùs in appetitu excellentiæ quàm in æstimatione.
F *Ioan.* 8. *l.* 6. *lit. c.*
Quo pacto in dæmone sit inuidia, timor, dolor, gaudiũ, & hujusmodi.
G 1. *p.* 63. 2. *ad* 2. *&.*
H 1. *p.* 64. 3. *c.* & *q.* 113. 7. *In* 2. *d.* 5. 1. 2. *c.* & *d.* 11. 1. 5. *Ver.* 24. 10. *c.* & 26. 7. *ad* 3. & *a.* 8. *init. c.*
Sub inuidia & superbia diaboli omnia peccata comprehenduntur, quæ ab illis deriuantur.
I 1. *p.* 63. 2. *ad* 3. & 3. *cont. G. c.* 109. *Ma.* 10. 2. & 2. 2. 36. 4. *c.*
L *In* 2. *d.* 43. 1. 6. *ad* 6.
Inuidia & odium diaboli contra homines in Sacra Scriptura sat innotescit.
M *Apoc.* 8. *a.* 4. & *a. ibi.*
Diabolus mõs igne ardens.
Stella magna cadens de Cœlo.
N *Ibid. ibi.*
Magnum tormentum diaboli, non posse hominibus nocere.
O *Matth.* 8. *lit. c. ibi, ante tempus.* & 1. *p.* 64. 4. *ad* 3.
P *In* 2. *d.* 6. 1. 3. *ad* 4.
Q *Matth.* 27. *lit. a ib.* Multa enim.
Nitebatur ideò Christi passionem impedire.
R *Matth.* 16. *lit. c. ibi.*
Et modò prædicationem.
S *Rom.* 1. *l.* 5. *ibi.*
T 1. *Thess.* 2. *l.* 2. *ibi.*
V *Ad Hæb.* 1. *d.* 5. 3. *c. Et in aliis Script. ibid. a.* 4. & 1 *p.* 109. 2.
Totum prælationis ordinem in hominis nocumentum dæmones conuertunt.
Diaboli duplex manus
X *Ad Hæb.* 3. *d.* 19. 1. 2. *c.*

Digitized by Google

efficaciam. Sed primam debilitauit, cum hostem vicit, & hominibus multa auxilia præparauit, pro peccato originali satisfaciendo. *Hoc autem diaboli desiderium nocendi hominibus, & promptitudo, innuitur satis Apoc.9.* Et soluti sunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam, & diem, & mensem, & annum. *Quasi dicat*: Nulla pars Y est in die, vel mense, vel anno, in qua dæmones non sint parati ad nocendum: nunquam enim dormiunt, 1.Pet.5. *Vigilate, quia aduersarius vester diabolus &c.* Vel in his nominibus exprimuntur conatus & diligentia dæmonum ad nocendum: quia statim vt soluti sunt, dicuntur parati. *Parati inquam ad nocendum, spiritualiter præsertim, etiam per leuia & ludicra*: per hoc *enim* ipsum Z quòd diabolus inducit homines ad ludicra verba, habet peruersam intentionem inducendi eos ad peccatum mortale: & hoc ipsum, quod est habere familiaritatem cum ipso, homini imputatur ad peccatum, in tantum quòd nec etiam veritatem ab eo requirere debemus. Vnde & Dominus eum vera confitentem de sua Deitate, prohibuit, sicut habetur *Marc.1. & Luc.4. Idcircò detestabile semper est hominum cum dæmonibus commercium. Ex quo* grauiter A peccant qui ea, quæ à Deo expetenda sunt, auxilio dæmonum implorant. Dæmon enim B qui intendit perditionem hominum ex hujusmodi suis responsis, etiamsi aliquando vera dicat, intendit homines assuefacere adhoc, quòd ei credatur: & sic intendit perducere in aliquid, quod sit saluti humanæ nociuum. *Quò facit illud Iob 40.* Nunquid multiplicabit ad te preces, & loquetur tibi mollia? Nunquid feriet tecum pactum &c. *Vbi Author*: Per hæc C omnia *inquit* datur intelligi, quòd diabolus non timet hominem, vt ei, quasi superiori aut fortiori, preces ex timore, aut blanditias, aut pactum, aut seruitutem exhibeat. Et, si hujusmodi silenter facit, facit ad hominum deceptionem, vt potiùs eos sibi subjiciat, quàm eis subjiciatur. *At de his fusiùs* de Diuinatione. *In his autem omnibus Christi aduersarius constituitur: nam Christus verè mediator est inter Deum & homines*, 1.Tim.2. Vnus enim Deus: vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. *Diabolus autem ex opposito separator est & disjunctor. Christus ergo* Mediator est D secundùm quòd homo: sic enim communicat cum vtroque extremorum. In Deo enim sunt duo, scilicet justitia & immortalitas: in hominibus verò est injustitia & mortalitas. Media ergo sunt duo. Vnum, in quo est justitia & mortalitas: aliud, in quo est immortalitas & injustitia. Et vtrunque est medium: sed primum conuenit Christo, secundum verò diabolo. Et ideò diabolus est medium disjungens: quia per injustitiam suam disjungit nos à diuina justitia. Sed Christus est medium conjungens: quia est justus & mortalis, & per suam mortem conjunxit nos Dei justitiæ, 1.Ioan.2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. *Et alibi*: Dæmones E habent communem cum Deo immortalitatem: cum hominibus autem miseriam. Ad hoc enim se interponit medium dæmon immortalis & miser, vt ad immortalitatem beatam transire non sinat, sed perducat ad miseriam immortalem. Vnde est sicut malus medius, qui separat amicos. Christus autem habuit communem cum Deo beatitudinem: cum hominibus autem mortalitatem. Et ideò ad hoc se interposuit medium: vt, mortalitate transacta, & ex mortuis faceret immortales (quod in se resurgendo monstrauit) & ex miseris beatos. Vnde nunquam ipse discessit: & ideò ipse est bonus mediator, qui reconciliat inimicos.

Y Apoc.9.c.3. & etiam 1 ibi. Semper ad nocendum parati.

Etiam per ludicra.
Z Ma.7.9 ad 4 & 2.2.95.4 c.

Detestabilis cum eo familiaritas.

Nihil ab eo petendum.
A 2.d.7.3.2.c.& 2.2 172.a.5.& 6.& 3.p.44.1.ad 3.
B 2.2.95.4.c.

C Iob 40.l.3.ibi.

Aduersarius Christi.

Christus mediator est, diabolus separator.
D 1.Tim.2.l.1.ibi.

E 3.p.26.1.ad 2. In 3.d.19.1.5.q.3.ad 2.

r *Itaque homines ad peccatum inducere perpetua dæmonum intentio est. Et hinc sequitur, quòd sicut Angeli boni quandoque* nobis F suo modo per corporum assumptionem conformantur, vt quod nostrum est accipientes, nostrum intellectum in illud assurgere faciant, quod proprium est ipsorum: sicut & Filius Dei, dum ad nos descendit, ad sua nos eleuauit. *Ita ab opposito* dæmones, quando in Angelos lucis se transfigurant: quod boni Angeli ad nostrum profectum faciunt, ipsi ad deceptionem facere moliuntur. *Et hoc liquet potissimùm ex eo, quod tradit* Augustinus 15. *de Ciuit. Dei*. Multi G se expertos, vel ab expertis audisse confirmant, Syluanos & Faunos (quos vulgus incubos vocat) improbos sæpe extitisse mulieribus, & earum expetijsse atque peregisse concubitum. Vnde hoc negare, *subdit Author*, impudentiæ videtur. *Et alio in loco.* Quidam H dicunt, quòd dæmones nullo modo generare possunt in corporibus assumptis. Quibusdam verò videtur, quòd generare possunt, non quidem per semen à corpore assumpto decisum, vel per virtutem suæ naturæ, sed per semen hominis adhibitum ad generationem, per hoc, quòd vnus & idem dæmon fit ad virum succubus, & semen ab eo receptum in mulierem transfundit, ad quam fit incubus. Et hoc satis rationabiliter sustineri potest, cum etiam alias res naturales causent, propria semina adhibendo, vt *Augustinus* dicit in 3. de Trin. *Et quidem* circa euaporationem seminis potest dæmon remedium adhibere, tum per velocitatem motus, tum adhibendo aliqua fomenta, per quæ calor naturalis conseruetur in semine. Et proculdubio generatio, prædicto modo facta, virtute humani seminis fit. Vnde homo sic genitus, non esset filius dæmonis, sed viri, cujus fuit semen. Et tamen probabile est, quòd per talem modum homines fortiores generentur & majores: quia dæmones, volentes in suis effectibus mirabiles videri, obseruando determinatum situm stellarum, & viri ac mulieris dispositionem, possunt ad hoc cooperari. Et præcipuè, si semina, quibus vtuntur sicut instrumentis, per talem vsum aliquod augmentum virtutis consequantur. *Verumtamen* dæmones I non delectantur in obscœnitatibus carnalium peccatorum, quasi ipsi afficiantur ad delectationes carnales: (*vt prætactum est.*) Sed hoc totum ex inuidia procedit, quòd in peccatis hominum quibuscunque delectantur, in quantùm sunt impedimenta humani boni.

F Pet.6.7.8.c.
Quòd boni Angeli per corporum assumptionem...

...ad nostrum profectum faciunt, dæmones ad nostram faciunt deceptionem.

G 1.p.51.3.ad 6.
Incubi, & succubi dæmones quinam.

An in corporibus assumptis generare possint.
H Pot.6.8.ad 5.6.& 7.& a.3.fi.c. In 2.d.8.1.4.q.2.Iob 40.l.2.ibi. perplexi.

I 1.p.63.a.2 ad 1.
Num delectentur in peccatis carnalibus præfato modo.

s *Igitur ex inuidia, omnium peccatorum nostrorum fit diabolus quodammodo causa*: indirectè tamen L & occasionaliter; sicut si dicatur, quòd ille, qui siccat ligna, est causa combustionis eorum. Et hoc modo, dicendum est, quòd diabolus est causa omnium peccatorum nostrorum: quia instigauit primum hominem ad peccandum, ex cujus peccato consecuta est in toto genere humano quædam pronitas ad omnia peccata. Non enim *ex Damasceno* omnia peccata committuntur diabolo instigante, sed quædam ex libertate arbitrij, & carnis corruptione: *quod est directè esse causam peccati. Et alibi.* Diabolus M non est causa peccati directè, vel sufficienter: sed solùm per modum persuadentis, vel proponentis appetibile. *De quo fusè in seqq. Quomodo autem diabolus, caput dicatur malorum: docemur, quòd* Caput N non solùm interiùs influit in membris, sed etiam exteriùs gubernat, eorum actus dirigendo ad aliquem finem. Sic ergo potest dici aliquis Caput alicujus multitudinis vel secundùm vtrunque, scilicet secundùm interiorem influxum, & exteriorem gubernationem: & sic est Christus Caput Ecclesiæ: vel secundùm exteriorem gubernationem; & sic quilibet Princeps, vel Prælatus, est Caput multitudinis sibi subjectæ. Et per hunc modum dicitur diabolus Caput omnium malorum: nam, vt dicitur Iob 41. *Ipse est Rex super vniuersos filios superbiæ*. Pertinet autem ad gubernatorem, vt eos, quos gubernat, ad suum finem adducat. Finis autem diaboli est auersio rationalis creaturæ à Deo: vnde & à principio hominem ab obedientia diuini præcepti remouere tentauit. Ipsa

Quomodo dicatur diabolus omnium causa peccatorum.
L 1.p.114.3.c.& 1.2.80.4.c.& 3.p.8.7.ad 1. Ma.3.4.5.

M 1.2.80.1.c.& a.2.3.& 4. Ma.3.4.3.fi.c.& ad 1.& 15.
Et caput omnium malorum.
Caput dupliciter se habet ad membra.
N 3.p.8.7.c.& a.8.
Dupliciter Christus Caput Ecclesiæ.

Finis diaboli, vt caput est, est auersio hominum à Deo.

Digitized by Google

Ipsa autem auersio à Deo, habet rationem finis, in quantùm appetitur sub specie libertatis, secundùm illud Ier. 2. *A seculo confregisti jugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti: Non seruiam.* In quantùm igitur ad hunc finem aliqui adducuntur peccando, sub diaboli regimine & gubernatione cadunt: & ex hoc dicitur eorum Caput. *Itaque* secundùm hoc O omnium malorum Caput est diabolus, in quantùm ipsum imitantur, *secundùm illud Sap. 2.* Inuidia diaboli mors introiuit in Orbem terrarum. Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. *Hinc sub figura Leuiathan, (hoc est, cete) describitur* Iob 41. *de quo dicit:* Corpus illius compactum squamis se prementibus. *Vbi Author:* Comparatur P diabolus ad homines malos, sicut caput ad corpus; & ideò dicit: *compactum squamis se prementibus*: per quod designatur multitudo malorum, & peruersa eorum concordia in malo. Et addit: *Ne spiraculum quidem incedit per eas*: per quod designatur, quòd ad consensum malitiæ non disjunguntur per aliquam spiritalem persuasionem, aut per inspirationem internam. Et ideò subdit: *Vna alteri adhærebit*, per mutuum fauorem & consensum: *& tenentes se, nequaquam separabuntur*, propter obstinatum scilicet consensum eorum in malum. *Quin & Apoc. 12. nedum Caput malorum, sed & septiceps dicitur*: Et ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem. *Habens capita septem*; idest: vniuersos Q prauos principes possidet, & per ipsos nititur subuertere multos. *Et cornua decem*; idest, omnes peruersos homines, Legis Decalogum impugnantes. Numerus enim denarius, quia numerus est completus, signat vniuersitatem peruersorum, qui Decalogum præceptorum salutis & in se & in alijs impugnant: cornu enim impugnationem signat. *Et in capitibus ejus diademata septem*; idest R septem vitia principalia, quibus quasi victores coronantur à rege suo diabolo. Non enim nisi per vitia diabolus vincit: & ideò vitia vocat Ioannes diademata. Item diabolus habet *capita septem*, in quantùm suggerendo mouet ad septem capitalium peccatorum commissionem. *Et diademata septem*, quoad septiformem tentationem, per quam victores coronantur. *De quo in seqq. Vnde & Iob 41. sæpè cit. de eo dicitur*: Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ; *videlicet*, quia diabolus S non solùm in se superbus est, & homines in superbia excedit: sed est alijs superbiendi initium. Vnde *super vniuersos filios superbiæ*; idest, super eos, qui superbiæ subijciuntur: qui omnes sequuntur ejus ducatum. *Et hinc est, quòd vocat eum Dominus* Ioan. 12. *Mundi principem.* Nunc princeps hujus Mundi ejicietur foras. *Vbi Author*: Ex hoc *inquit* Manichæi T dicunt eum creatorem & dominum omnium visibilium. Sed dicendum, quòd diabolus dicitur princeps Mundi hujus, non naturali dominio, sed vsurpatione: in quantùm homines mundani, contempto vero Domino, se sibi subdiderunt. Est ergo *princeps hujus Mundi*, in quantùm in mundanis hominibus principatur *secundùm Augustinum*, qui toto Orbe terrarum diffusi sunt. Nam nomen *Mundi* quandoque accipitur in malam partem pro hominibus Mundum amantibus, *Ioan.* 1. Mundus eum non cognouit. (*De cujus per Christi victoriam ejectione vide C. XXV. v. 2.*) *Non secus & 2. Cor. 4. Deus appellatur hujus seculi*: In quibus Deus hujus seculi excæcauit mentes infidelium &c. *Deus hujus seculi*; idest V diabolus, qui dicitur *Deus hujus seculi*; idest, seculariter viuentium: non creatione, sed imitatione, qua seculares eum imitantur, Sap. 2. *Imitantur illum qui sunt ex parte illius.* Et hic excæcat suggerendo, trahendo, & inclinando ad peccatum. Et sic, quando jam sunt in peccatis, operiuntur in tenebris peccatorum, ne videant; Eph. 4. *Tenebris obscuratum habentes intellectum.*

O Ibid. a. 7. ad 2. Malorum diabolus caput, in quantum ipsum imitantur.

P Iob 41. l. 2. ibi. In figura ideò Cete describitur Iob 41.

Diabolus septiceps.

Q Apoc. 12. c. 1. & 2. ibi.

R Ibid. c. 2. ibi.

S Iob 41. l. 2. f.

Quo sensu Princeps Mundi.

Error Manichæorum.

T Io. 12. l. 5. & 14. & cap. 14. l. 8. lit. h. Ephes. 6. l. 3.

Quo sensu Deus hujus seculi.

V 2. Cor. 4. l. 2. ibi. & 1. p. 63. 1. fi. c & Ps. 7. lit. a.

1 *Ex hoc verò, quòd diabolus, caput, princeps, deusque malorum est, non omnibus nominibus, quæ beatis conueniunt spiritibus, consueuerunt in Sacra Scriptura appellari. Vnde ad illud Ephes. 6.* Aduersùs principes & potestates, aduersùs Mundi rectores tenebrarum harum &c. *docemur, quòd* in quantùm X aliqui dæmones inducunt aliquos ad rebellandum Deo, dicuntur *principes*: in quantùm verò habent potestatem puniendi illos, qui eis subjiciuntur, dicuntur *potestates*, Luc. 22. *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Sed cum ex ordinibus omnibus ceciderint aliqui, quare mentionem facit Apostolus de illis duobus ordinibus, denominans dæmones? *Et respondet.* In nominibus ordinum sunt tria. In quibusdam importatur ordo ad Deum: in quibusdam potestas: in quibusdam verò Dei ministerium. In nominibus enim Cherubim, & Seraphim, & Thronorum, importatur conuersio ad Deum. Dæmones autem aduersi sunt Deo; & ideò eis non competunt hæc nomina. Item quædam nomina importat ordinem ad ministerium Dei, sicut Angeli, & Archangeli: & ista etiam nomina non competunt dæmonibus, nisi cum adjuncto *Satanæ*: (2. *Cor.* 12. Angelus Satanæ, qui me colaphizet.) Tertiò etiam, quia Virtutes & Dominationes important ordinem ad seruitium Dei, ideò eis non conueniunt hæc nomina: sed tantùm ista duo, quæ communia sunt bonis & malis, scilicet principatus & potestates. *Et quia ex diuina justitia culpæ debetur pœna: duplex pœnalis locus dæmonibus assignatur. Quocirca sciendum, quòd* Angeli Y secundùm suam naturam medij sunt inter Deum & homines. Habet autem hoc diuinæ prouidentiæ ratio, quòd inferiorum bonum per superiora procuretur. Bonum autem hominis dupliciter procuratur per diuinam prouidentiam. Vno modo directè, dum scilicet aliquis inducitur ad bonum, & retrahitur à malo: & hoc decenter fit per Angelos bonos. Alio modo indirectè, dum scilicet aliquis exercetur impugnatus per impugnationem contrarij. Et hanc procurationem boni humani, conueniens fuit, per malos Angelos fieri, ne totaliter post peccatum ab vtilitate naturalis ordinis exciderent. Sic ergo dæmonibus duplex locus pœnalis debetur. Vnus quidem ratione exercitationis humanæ; & sic debetur eis caliginosus aer: (præcipuè Z quantùm ad mediam sui partem, quia in quantùm est diaphanus per naturam lucis, consonat eorum naturæ perfectæ: quantum autem ad turbulentiam, competit eis vt pœnalis contra culpam: in quantùm verò propinquus nobis, competit ad exercitium. Sed Inferni locus competit eis contra culpam, in quantùm est horridus & tenebrosus: nostra autem habitatio competit eis propter nostrum exercitium. *Et sic triplex eis assignatur locus.*) Procuratio autem salutis humanæ portenditur vsque ad diem judicij: vnde & vsque tunc durat ministerium Angelorum, & exercitatio dæmonum. Vnde & vsque tunc & boni Angeli ad nos huc mittuntur, & dæmones in hoc aere caliginoso sunt ad nostrum exercitium: licèt eorum aliqui, etiam nunc in Inferno sint ad torquendum eos, quos ad malum induxerunt: sicut & aliqui boni Angeli sunt cum animabus sanctis in Cœlo. Sed post diem judicij omnes mali tam homines, quàm Angeli, in Inferno erunt: boni verò in Cœlo. *Ex quo dæmones* Luc. 8. *aues dicuntur*: Et volucres Cœli comederunt illud. *Et quidem* comparantur A volucribus propter tria. Primò propter volatus sublimitatem: Secundò propter volandi velocitatem: Tertiò propter rapacitatem. Dæmones enim in altum volant, Num. 24. & Ier. 49. *Cum exaltaueris quasi Aquila nidum tuum, inde detraham te.* Item volant citò per malefaciendi festinationem, Thren. 4. *Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis Cœli.* Item viuunt de raptu

Dæmones non omnibus appellantur nominibus, quæ beatis spiritibus conueniunt.

X Eph. 6. l. 3. ibi. & 1. p. 63. 9. ad 3. & 9. 109. 1. ad 3.

Y 1. p. 64. 4. c. In 2. d. 6. 1. 3. ad Hanc, ibid. 9. 1. a. 4. In 4. d. 45. 1. 3. ad 4. & 6. Eph. 2. l. 1. ibi, aeris. Epist. Iud. ibi sub caligine.

Dæmonibus duplex debetur pœnalis locus: Infernus, & aer, præcipuè quoad mediam sui partem.

Z 2. d. 6. 1. 3. fi. c.

Ministerium Angelorum, & exercitium Dæmonum vsque ad diem judicij.

Post diem judicij, tam homines, quàm Angeli boni, in Cœlo; & mali in Inferno.

Dæmones cur aues dicantur.

A Serm. ex Ev. in Sexag.

Digitized by Google

de raptu per animarum deuorationem, 1. Pet. 5. *Aduersarius vester diabolus circuit quærens quem deuoret*. Iterum *propter tria* dicuntur aues Cœli. Primò propter originem: fuerunt enim creati in Cœlo empyreo. Secundò propter subtilitatem. Vnde de his duobus dicitur Is. 14. *Quomodo cecidisti de Cœlo Lucifer, qui manè oriebaris? Qui dicebas in corde tuo: Ascendam super altitudinem nubium: similis ero Altissimo*. Tertiò dicuntur aues Cœli propter habitationem: *Aduersùs Mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cœlestibus. Propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere &c.* ad Ephes. 6. *Verumtamen ex eo, quòd aerem hunc caliginosum ad nostrum exercitium inhabitant, non ideò à gehennali immunes supplicio credendi sunt:* sed sicut locus B cœlestis pertinet ad gloriam Angelorum; tamen gloria eorum non minuitur, cum ad nos veniunt: quia considerant, illum locum esse suum, eo modo quo dicimus, honorem Episcopi non minui, dum actu non sedet in Cathedra: Similiter dicendum est, quòd dæmones, licèt non actu alligentur gehennali igni, dum sunt in aere isto caliginoso: tamen ex hoc ipso, quòd sciunt, illam alligationem sibi deberi, eorum pœna non diminuitur. Vnde dicitur in quadam glossa, quòd *portant secum ignem gehennæ quocunque vadant*. Nec est contra hoc, quòd rogauerunt Dominum, vt non mitteret eos in abyssum, vt dicitur *Luc. 8.* quia hoc petierunt, reputantes sibi pœnam, si excluderentur à loco, in quo possunt hominibus nocere. (*vt dictum est.*) *Totum enim illorum studium & nisus est, inferre hominibus nocumentum.*

Diabolus vbicunque sit fert secum gehennam.

B 1. p. q. 64. a. ad 3. Op. 3. c. 180. & locis cit. lit. Y.

u *Quòd si hominibus obesse perpetuò nituntur: quantò magis, quos ob culpam possident, peccato obnoxijs? Sanè* diabolus C habet potestatem aliquam in hominem ex hoc ipso, quòd subditur originali peccato, vel etiam actuali. Vnde conuenienter ante baptismum expelluntur dæmones per exorcismos, ne salutem hominis impediant. Quam quidem expulsionem significat exsufflatio. Benedictio autem cum manus impositione præcludit expulso viam, ne redire possit. Sal autem in os missum, & narium & aurium sputo linitio significat receptionem doctrinæ fidei quantùm ad aures, & approbationem quantùm ad nares, & confessionem quantùm ad os. Olei verò inunctio significat aptitudinem hominis ad pugnandum contra dæmones: *nam & pugiles atque athletæ ante pugnam inungebantur*. *Dominus idcircò* Ioan. 14. *dicebat:* Venit princeps Mundi hujus, & in me non habet quidquam: *etenim* in nobis D non habet potestatem, nisi propter peccatum, Ioan. 8. *Qui facit peccatum, seruus est peccati*. In Christo autem nullum peccatum erat neque secundùm animam, 1. Pet. 2. *Qui peccatum non fecit &c.* neque secundùm carnem, quia de Virgine absque originali peccato de Spiritu Sancto conceptus, Luc. 1. *Quod nascetur ex te sanctum &c. Igitur* propter peccatum E hominis, diabolus potestatem accepit in hominem, & in omnia, quæ in vsum hominis veniunt, in ipsius nocumentum. *Et hoc quidem justè:* ex hoc enim F quòd homo peccat, justè dæmoni subjicitur: sed dæmon injustè ei præest. *Justè inquam dæmoni subjicitur:* A quo enim quis superatus est 2. Pet. 2. ejus & seruus est: *idest*, ei G subjectus. Et loquitur ad similitudinem seruitutis acquisitiuè, qua olim capti ab hostibus, eorum serui efficiebantur. Similiter capti à diabolo & à peccato, serui sunt & diaboli & peccati. *Quo sensu &* Ephes. 2. *dicitur:* In quibus aliquando ambulastis secundùm seculum Mundi hujus, secundùm principem potestatis aeris hujus: *idest*, potestatem H exercentem; non quòd habeat eam naturaliter, cum nec dominus nec creator sit ex natura: sed in quantùm dominatur hominibus, qui se ei peccando subjiciunt. *Vnde sequitur:* qui nunc operatur in filios diffidentiæ: *idest*, in illos, qui à se repellunt fructum passionis Christi, qui erant *filij diffidentiæ:* vel quia de æternis non habent fidem, nec spem salutis per Christum. Et in talibus *princeps potestatis aeris hujus* liberè *operatur*, ducens eos quò vult. Vel, *diffidentiæ*; idest, de quibus est diffidendum; idest, qui ex malitia peccant, in quibus princeps hujus Mundi etiam operatur ad nutum. De ijs enim, qui ex ignorantia, & infirmitate peccant, non est diffidendum: nec in eis princeps iste operatur ad nutum. *At in primis ad nutum operatur diabolus: ad quos loqui videtur Dominus* Ioan. 8. *cum ait:* Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere; *scilicet*, eum I imitantes. *Verùm, quoad ejus inhabitationem in homine:* Dicendum L quòd diabolum inhabitare hominem, potest intelligi dupliciter. Vno modo quantùm ad animam, alio modo quantùm ad corpus. Quantùm ad animam quidem, non potest diabolus inhabitare hominem substantialiter: quia solus Deus illabitur menti; nec ita diabolus causat culpam, sicut Spiritus Sanctus gratiam. Spiritus Sanctus enim interiùs operatur; sed diabolus exteriùs suggerit vel quantùm ad sensum, vel quantùm ad imaginationem. Dicitur tamen inhabitare affectum hominis per effectum malitiæ, non solùm quando ex ejus suggestione peccatum perpetratur, sed etiam per quodcunque peccatum mortale: quia ex quocunque peccato mortali homo seruituti diaboli addicitur. Sed quantùm ad corpus, diabolus potest hominem substantialiter inhabitare, sicut patet in arreptitijs: sed hoc magis pertinet ad rationem pœnæ, quàm ad rationem culpæ. Pœnæ autem corporales hujus vitæ non semper consequuntur culpam: sed quandoque peccantibus non inferuntur: & quandoque non peccantibus inferuntur, vt dicitur *Ioan. 9.* de cæco nato. Et hoc est secundùm altitudinem incomprehensibilium judiciorum Dei: vnde non cum qualibet culpa mortali diabolus inhabitat hominem substantialiter, & quantùm ad corpus. *Hinc ad illud Ioan.* 13. Et post buccellam introiuit in eum Satanas: *cohærenter docemur, quòd* Satanam M intrare in hominem, potest intelligi dupliciter. Quia vel intrare potest in corpus hominis, sicut patet in ijs, qui corporaliter à dæmonio vexantur: & sic potest diabolus essentialiter in hominem intrare. Vel potest intelligi intrare in mentem, ita quòd menti dæmon essentialiter illabatur: & sic nullus potest intrare in hominem, nisi solus Deus. Anima enim rationalis non habet dimensiones quantitatis, vt aliquid in ea esse dicatur, quasi infra ejus dimensionem contentum sit. Nihil enim potest in ea esse, nisi quod ei dat esse, quod est ibi per virtutem suam. Dico ergo, quòd qui animam in esse producit, est in anima per virtutem suam. Vbi autem est virtus Dei, ibi est & essentia Dei. In Deo enim idem est essentia, & virtus. Manifestum est ergo, quòd Deus essentialiter est in anima. Dicitur tamen diabolus illabi menti humanæ per effectum & affectu malitiæ, in quantùm scilicet homo, ab eo seductus, sequitur eum ad perpetrandum malum. Sed cum suprà dixerit: *Cum diabolus jam misisset in cor, vt traderet eum Iudas;* hìc autem dicit: *Introiuit in eum Satanas:* videtur aliud esse mittere, & intrare. Sed ad hoc dicendum, quòd hoc non est dictum ad significandum differentiam, sed ad insinuandum augmentum malitiæ. Tunc enim dicitur diabolus immittere aliquod malum in cor hominis, cum homo præbet ei assensum ad malum; tamen cum quadam trepidatione, an hoc facere debeat: sed tunc intrat in cor, quando homo totaliter dat se ad sequendum ejus instinctum, & in nullo ei resistit. *Introiuit* ergo *in eum Satanas*, vt pleniùs possideret, & ad perpetrandam malitiam duceret *in quem* priùs *miserat*, vt deciperet. *Concludat*

Diabolus aliquam habet potestatem super homines peccato obnoxios.

Vnde & ante baptismum exorcismi adhibentur.

C 3. p. q. 71. a. 2. In 4. d. 6. q. 3. q. 1. c. & d. 34. q. 3. ad 1. & 3. & d. 47. q. 1. a. 9. Ioan. 12. l. 5. lit. d.

D Io. 14. l. 8. lit. b.

E 4. d. 6. q. 3. q. 1. c. & 1. Tim. 4. l. 1. f.

F 4. d. 47. 1. a. 9. q. 4. initio. Io. 3. d. 19. q. 4. q. 1. ad 3.

G 2. Pet. 2. ibi.

Peccator seruus diaboli & peccati.

H Ephes. 2. l. 1. ibi.

Quinam dicantur filij diffidentiæ.

I Ioan. 8. l. 6. lit. b.

An diabolus possit quoad animā & corpus hominem inhabitare.

L Quol. 3. a. 8. & 4. cont. G. c. 18. 1. Cor. 2. l. 2. circ. fi.

M Io. 13. l. 4. lit. g. Apoc. 8. l. 1. ibi, missus est in mare.

Solus Deus essentialiter est in anima, & ipsi illabitur.

An idem sit respectu diaboli mittere in cor, & intrare.

Digitized by Google

N *Op de er. Pr. l. 6. c. 3.*

Diabolus, malus dominus seruorum suorum.

O 2. 2. 25. 11. ad 3. In 3. d. 28. 1. 5. ad 4.

Si quid vtilitatis ex diabolo nobis prouenit, non est ex illius intentione, sed ex ordinatione diuinæ prouidentiæ.

P 2. 2. l. c. in corp. In 2. d. 7. 3. 2. ad 2. In 3. d. 28. 1. 5. Rom. 13. l. 2. circ. fi.

Dupliciter aliquid ex charitate diligitur.

Quo sensu dæmones diligendi, & non diligendi ex charitate.

dat ad nostram instructionem Author in hæc verba: Diabolus N talis dominus est, quòd sibi subditis loco retributionis afflictionem reddit; & illis, qui meliùs ei seruiunt, plura mala facit. *Ex quo vide, num vtile, an potiùs damnosum homini sit, diabolo (Deo vero relicto) inseruire. Sanè, si qua* vtilitas O nobis ex dæmonibus prouenit, non est ex eorum intentione, sed ex ordinatione diuinæ prouidentiæ. Et ideò ex hoc non inducimur ad habendum amicitiam eorum: sed adhoc, quòd simus Deo amici, qui eorum peruersam intentionem conuertit in nostram vtilitatem. *Ex quo non sunt ex charitate diligendi. Nam* in peccatoribus P ex charitate debemus diligere naturam, & peccatum odire. In nomine autem dæmonis significatur natura peccato deformata: & ideò dæmones non sunt ex charitate diligendi. Pertinet enim ad rationem amicitiæ, vt amicis nostris bonum velimus. Illud autem bonum vitæ æternæ, quod respicit charitas, spiritibus illis à Deo æternaliter damnatis, ex charitate velle non possumus: hoc enim repugnaret charitati Dei, per quam ejus justitiam approbamus. Diligitur tamen aliquid, sicut quod volumus permanere, vt bonum alterius: per quem modum ex charitate diligimus irrationales creaturas, in quantùm volumus, eas permanere ad gloriam Dei & vtilitatem hominum. Et per hunc modum & naturam dæmonum etiam ex charitate diligere possumus: in quantùm scilicet volumus, illos spiritus in suis naturalibus conseruari ad gloriam Dei. *Igitur cauendum summopere est, ne diabolus nos possideat, ejus ex peccato seruos effectos: sed diuino curandum auxilio, vt ad majorem in virtute profectum affligat, quo per victoriam ex conflictu coronemur:* Non enim coronatur, nisi qui legitimè certauerit, *vt dicitur* 2. ad Tim. 2. *Plura in seqq. DISCE, humanum esse peccare, diabolicum perseuerare. Vide,* Angelus, Angelus Custos, Damnatus, Diuinatio.

XX. Sicut Angeli boni per gratiam aliquid possunt vltra naturalem virtutem: ita Angeli mali minus possunt ex diuina prouidentia eos reprimente, quàm possint secundùm naturalem virtutem. *Pot. 6. a. 5. init. c.*

Q 3. cont. G. cap. 107. fi. & 1. p. 63. 4. arg. 1.

Spiritus incorporei non sunt natura mali: sed quidam boni, & quidam mali, ex bona vel praua voluntate.

Diabolus non potest esse natura malus.

R Iob 1. l. 2. sub initio.

S 1. p. 63. 4. c. In 2. d. 7. 1. 2. c. Pot. 3. 6. ad 8 & fere Ma. 16. 2 & 3. cont. G. c. 107.

N*Arrat Porphyrius in Epistola ad Anebriotem, quosdam opinari*, esse Q quoddam spirituum genus, cui exaudire magos sit proprium, natura fallax, omniforme, similans deos, & animas defunctorum &c. *Errant autem id sentientes: nam certum est, & hoc habet* R Ecclesiastica traditio, quod inter incorporeos spiritus quidam sunt boni, qui puritatem, in qua creati sunt, conseruantes, diuinâ gloria perfruuntur, à Dei voluntate nunquam recedentes. Mali autem spiritus quidam sunt, non per naturam, aut per creationem (cum vniuscujusque naturæ author sit Deus, nec summum bonum potest esse causa nisi bonorum) sed sunt mali propter propriam culpam, *& ex praua voluntate. Quod vlteriùs suadetur: quia* omne S quòd est, in quantùm est, & naturam habet aliquam, in bonum aliquod naturaliter tendit, vtpote ex principio bono existens: quia semper effectus conuertitur in suum principium. Contingit autem, alicui bono particulari aliquod malum esse adjunctum, sicut igni conjungitur hoc malum, quòd est esse consumptiuum aliorum. Sed bono vniuersali nullum malum potest esse adjunctum. Si ergo aliquid sit, cujus natura quidem ordinetur in aliquod bonum particulare, potest naturaliter tendere in aliquod malum, non in quantùm malum, sed per accidens, in quantùm est conjunctum cuidam bono. Si verò aliquid sit, cujus natura ordinetur in aliquod bonum secundùm communem boni rationem, hoc secundùm suam naturam non potest tendere in aliquod malum. Manifestum est autem, quòd quælibet natura intellectualis habet ordinem in bonum vniuersale, quod potest apprehendere, & quod est objectum voluntatis. Vnde cum dæmones sint substantiæ intellectuales, nullo modo possunt habere inclinationem naturalem in aliquod quodcunque malum. *Et sic dæmones non natura, sed praua voluntate mali sunt. Qua doctrina* excluditur T error Manichæorum, ponentium hujusmodi substantias intellectuales, quas dæmones consueto nomine dicimus, esse naturaliter malas. Excluditur etiam opinio, quam Porphyrius narrat. *In his autem, quanquam malis, spiritibus duplex consideratur virtus: cognoscitiua nimirùm, & operatiua. Quoad cognoscitiuam, docemur, quòd* duplex est V cognitio veritatis. Vna quæ habetur per gratiam: alia quæ habetur per naturam. Et ista, quæ habetur per gratiam, est duplex. Vna quæ est speculatiua tantùm, sicut cum alicui aliqua secreta diuinorum reuelantur. Alia verò, quæ est affectiua producens amorem Dei: & hæc propriè pertinet ad donum Sapientiæ. Harum autem trium cognitionum, prima in dæmonibus nec est ablata nec diminuta: consequitur enim ipsam naturam Angeli, qui secundùm suam naturam est quidam intellectus, vel mens. Propter simplicitatem autem suæ substantiæ, à natura ejus aliquid subtrahi non potest: vt sic per subtractionem naturalium puniatur, sicut punitur homo per subtractionem manus aut pedis, aut alicujus hujusmodi. Et ideò dicit *Dionysius*, quòd bona naturalia in eis integra manent. Vnde naturalis cognitio in eis non est diminuta. Secunda autem cognitio, quæ est per gratiam in speculatione consistens, non est in eis totaliter ablata, sed diminuta: quia de hujusmodi secretis diuinis tantum reuelatur eis, quantum oportet, vel mediantibus Angelis, vel per aliqua temporalia diuinæ virtutis effecta, *vt dicit Augustinus 9. de Ciuit. Dei.* Non autem sicut ipsis sanctis Angelis, quibus plura & clariùs reuelantur in ipso Verbo. A tertia verò cognitione sunt totaliter priuati, sicut & à charitate. *Ex quo apparet, num in intellectu tam bonorum quàm malorum Angelorum possit error aut deceptio contingere. Nam* Angeli boni X habentes rectam voluntatem per cognitionem quidditatis rei, non judicant de his, quæ supernaturaliter ad rem pertinent, nisi salua ordinatione diuina: vnde in eis non potest esse falsitas aut error. Dæmones verò per voluntatem peruersam subducentes intellectum à diuina Sapientia, absolutè interdum de rebus judicant secundùm naturalem cognitionem. Et in his, quæ naturaliter ad rem pertinent, non decipiuntur: sed decipi possunt quantùm ad ea, quæ supernaturalia sunt. Sicut, si considerans hominem mortuum, judicet eum non resurrecturum: &, si videns hominem Christum, judicet eum non esse Deum.

T 3. cont. G. c. 107. fi.

Excluditur error Manichæorum & Porphyrii.

V 1. p. 64. 1. c. In 2. d. 7. 2. 1. Ma. 16. 6.

Duplex cognitio veritatis, per gratiam & per naturam.

Cognitio per gratiam duplex.

Quænam ex his in dæmonibus.

Naturalia dæmonum integra.

An in intellectu Angeli boni vel mali possit error contingere.

X 1. p. 58. 5 fi. c. Ma l. c. fi c. In 2. d. 7. 2. 1. ad 1.

Y *Igitur (vt eorum cognitionis qualitatem deprehendamus)* dæmones Y tribus modis cognoscunt veritatem aliquam. Vno modo subtilitate suæ naturæ: quia, licèt sint obtenebrati per priuationem luminis gratiæ, sunt tamen lucidi lumine intellectualis naturæ. Secundo per reuelationem à Sanctis Angelis, cum quibus non conueniunt quidem per conformitatem voluntatis: conueniunt autem similitudine intellectualis naturæ, secundùm quam possunt accipere quod ab alijs manifestatur. Tertio modo cognoscunt per experientiam longi temporis, non quasi à sensu accipientes, sed dum in rebus singularibus completur similitudo ejus speciei intelligibilis, quam sibi naturaliter habent inditam, aliqua cognoscunt præsentia, quæ non præcognouerunt futura. *Cum autem Angelorum*

Dæmones tribus modis aliquid cognoscunt.

Y 1. p. 64. 1. ad 5. In 2. loc. cit. in corp. 3. cont. G. c. 154. Ma. 16. 1. ad 2. & a 7. ad 10. An. 18 ad 1. Opusc. 11. a. 36.

duplex

Digitized by Google

Cognitio in Angelis matutina & vespertina.

Z 1. 2. 67. 3. c. & 1. p. 58. a. 6. & 1. c. & 3. p. 9. 3. c. In 2. d. 12. 1. 3. c. Ver. 8. a. 16. & 17.

Vespertina in dæmonibus nocturna dicitur.

A 1 p. 64. 1 ad 3. Ver. 8. a. 17. fi. c. In 2. loc. cit.

duplex statuatur cognitio, matutina *scilicet* quæ est Z de rebus, secundùm quòd habent esse in Verbo: & vespertina, quæ est de eis, secundùm quòd habent esse in propria natura, quod est imperfectum respectu primi esse*: ea quæ vespertina dicitur, in dæmonibus nocturna appellatur. Et ratio adducitur: quia* creatura A tenebra est, comparata excellentiæ diuini luminis; & ideò cognitio creaturæ in propria natura, vespertina dicitur: vespere enim est tenebris adjunctum; habet tamen aliquid de luce; cum autem totaliter deficit lux, est nox. Sic igitur & cognitio rerum in propria natura, quando refertur ad laudem Creatoris, vt in bonis Angelis, habet aliquid de luce diuina, & potest dici vespertina: si autem non referatur in Deum, sicut in dæmonibus, non dicitur vespertina, sed nocturna; vnde & in Genesi legitur, quòd tenebras, quas Deus à luce separauit, vocauit noctem.

B 1. p. 109. 3. c. & ad 2.

In eis non potest esse illuminatio, sed tantum mutua locutio.

Ex quo sequitur, quòd in dæmonibus B non potest esse illuminatio propriè. Illuminatio enim propriè est manifestatio veritatis, secundùm quòd habet ordinem ad Deum, qui illuminat omnem intellectum. Alia autem manifestatio veritatis potest esse locutio: sicut, cum vnus Angelus alteri suum conceptum manifestat. Peruersitas autem dæmonum hoc habet, quòd vnus alium non intendit ordinare ad Deum, sed magis ab ordine diuino abducere: & ideò vnus dæmon alium non illuminat, sed vnus alij suum conceptum per modum locutionis intimare potest.

C 2. d. 7. 2. 1. ad 3.

Reuelationes eis factæ ab Angelis, per modum locutionis fiunt, non illuminationes.

D 2. d. 11. 2. 3. c & 1. p. 106. & 107.

Discrimen inter illuminationem & locutionem.

Sequitur secundò, quòd reuelatio C supernorum spirituum facta quandoque dæmonibus, non est per modum illuminationis, ita quòd lumen intellectuale dæmonis vigoretur per applicationem claritatis luminis Angelici: sed per modum locutionis, ita quòd sibi exponuntur cognoscibilia quædam per modum, quo priùs non exponebantur. Illuminatio enim D fit per hoc, quòd lumen intellectus vnius Angeli per perfectius lumen superioris confortatur ad aliquorum cognitionem: sed locutio per hoc, quòd aliqua priùs occulta proponuntur vt cognoscenda, sine hoc quòd virtus cognoscentis fortificetur: vt patet in recitationibus historiarum, in quibus aliquis cognoscit quod priùs nesciebat, sine hoc quòd suus intellectus clarificetur.

E 2. 2. 172. 5. ad 2.

Dæmones non manifestãt hominibus quæ sciunt, illuminando intellectum.

Sequitur tertiò, quòd dæmones E ea quæ sciunt, hominibus manifestant, non quidem per illuminationem intellectus, sed per aliquam imaginariam visionem, aut etiam sensibiliter colloquendo. *Lumen verò fidei dæmonibus nullatenus inest. Nec obest, quòd dicatur Iac. 2.* Tu credis, quoniam vnus est Deus: bene facis. Et dæmones credunt, & contremiscunt.

F Iac. 2. ibi. 1. p. 64. 1. ad 4. 2. 2. 5 2 & 3. p. 76. 7. c. In 3. d. 23. 3. 3. Ver. 14. 9. ad 4.

Qualis in eis fides.

Nam exponitur: Dæmones F credunt, scilicet quòd vnus est Deus, sicut tu: qui tamen non sunt in statu salutis, sed damnationis. Illa tamen dæmonum fides, non propriè est fides, quia non est habitus infusus: sed est quædam credulitas non voluntaria; sed necessaria, & quasi comminationibus & tormentis extorta. Vnde non assentiunt primæ Veritati propter se, sed magis sentiunt eam: vnde fides in eis est conclusio, non argumentum: nec habent cognitionem articulorum, in quantùm articuli, sed in quantùm quædam entia mobilia. *Et contremiscunt.* In hoc pejoris conditionis est fides malorum hominum, quoniam non timent diuinum judicium. (Qui Deum non credunt *ex glossa* vel creditum non timent, dæmonibus crudeliores & proteruiores sunt.)

G 3. p. 44. 1. ad 2. & 9. 41. 1. ad 1. & 9. 29. ibid. 3. & 1. p. 64. 1. ad 4.

Quænam in eis de Christi diuinitate cognitio.

Hinc de illorum circa Christi diuinitatem cognitione ex Augustino *instruimur, quòd* Christus G tantùm innotuit dæmonibus, quantùm voluit: tantùm autem voluit, quantùm oportuit. Sed innotuit eis, non sicut Angelis Sanctis per id, quod est vita æterna: sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta. Et quidem videntes, Christum esurire post jejunium, æstimauerunt, eum non esse Filium Dei: sed postmodum, visis miraculis, ex quadam suspicione conjecturauit diabolus, eum esse Filium Dei. *Et, si objiciatur, quòd non conjecturaliter, sed certò sciret, esse Dei Filium ex illo Marc.* 1. Dæmonia multa eijciebat, & non sinebat ea loqui, quia sciebant eum. *Et Luc.* 4. Exibant dæmonia à multis clamantia & dicentia: quia tu es Filius Dei.

H 1. Cor. 2 1 2. ibi, cognouissent. & 3. p. 44. 1. ad 2.

Respondetur, quòd dæmonia H sciebant, ipsum esse, qui per legem fuit repromissus, quia omnia signa videbant in eo, quæ dixerunt prophetæ: mysterium autem diuinitatis ejus ignorabant. Sed contra hoc videtur esse quod *Athanasius* dicit, quòd dæmonia dicebant Marc. 1. Christum *esse sanctum Dei*, quasi singulariter sanctum: ipse enim naturaliter est Sanctus, cujus participatione omnes alij Sancti vocantur: (*vnde & Luc.* 1. Quod nascetur ex te Sanctum; *& Ecclesia*: Tu solus Sanctus.) Sed dicendum *ex Chrysostomo*, quòd dæmonia non habebant aduentus Dei firmam & certam notitiam, sed quasdam conjecturas.

I 1. p. 64. 1. ad 4. fi.

Sanè, sicut principes Iudæorum, si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent: *ita dæmones*, si perfectè I & per certitudinem cognouissent, ipsum esse Filium Dei, & effectum passionis ejus: nunquam Dominum gloriæ crucifigi procurassent.

L 3. p. 29. 1. ad 3. In 4. d. 30. 2. 1. 9. 3. ad 1. Math. 1. sub initio.

Non cognouit diabolus diuinum ex Virgine partum.

Sed & plura, quæ naturali poterat cognitione diabolus nosse, diuina prohibebatur virtute cognoscere: (quod tangit initio Author:) inter quæ diuinus ex Virgine partus recensetur. Quocirca ex Augustino *cohærenter docemur, quòd* diabolus L multa potest virtute suæ naturæ, à quibus tamen prohibetur virtute diuina. Et hoc modo potest dici, quòd virtute naturæ suæ diabolus cognoscere poterat, Matrem Dei non fuisse corruptam, sed virginem: prohibebatur tamen à Deo cognoscere modum partus diuini.

Arcana cordium, & voluntatis affectiones diabolum latent, & Angelos, nisi per signa innotescant.

M 1. p. 57. 4. c. & 1. 2. 106. 5. ad 3. Quol. 12. a. 6. In 2. d. 7. 2. 2. ad 5 & 6. & d. 8 1. 5. ad 5. Ver. 8 13. Math. 16. 8. Math. 28. lit. a ibi, scio enim. Rom. 2. 1 1. non longe ab initio. & 1. Cor. 2. l. 2. circ. fi.

2 *Latent quoque prauos Angelos arcana cordis, & humanæ affectiones voluntatis, quæ nonnisi per signa possunt eis innotescere. Solus enim Deus scrutator est cordium. Quocirca sciendum, quòd* cogitatio cordis M dupliciter potest cognosci. Vno modo in suo effectu: & sic non solùm ab Angelis, sed & ab homine cognosci potest; & tantò subtiliùs, quantò effectus hujusmodi fuerit magis occultus. Cognoscitur enim cogitatio interdum non solùm per actum exteriorem, sed etiam per immutationem vultus: & etiam Medici aliquas affectiones animi per pulsum cognoscere possunt. Et multò magis Angeli, vel etiam dæmones, quantò subtiliùs hujusmodi immutationes occultas corporales perpendunt. Vnde *Augustinus* dicit in lib. de diuinatione dæmonum, quòd *aliquando hominum dispositiones non solùm voce prolatas, verùm etiam cogitatione conceptas, cum signa quædam in corpore exprimuntur ex animo, tota facilitate perdiscunt.*

Solus Deus scrutator cordium.

Alio modo possunt cognosci cogitationes, prout sunt in intellectu; & affectiones, prout sunt in voluntate: & sic solus Deus cogitationes cordium, & affectiones voluntatum cognoscere potest. Cujus ratio est: quia voluntas rationalis creaturæ, soli Deo subjacet, & ipse solus in eam operari potest, qui est principale ejus objectum, vt vltimus finis. Et ideò ea, quæ ex voluntate sola dependent, vel quæ in voluntate sola sunt, soli Deo sunt nota. Manifestum est autem, quòd ex sola voluntate dependet, quòd aliquis actu aliqua consideret: quia, cum aliquis habet habitum scientiæ, vel species intelligibiles in eo existentes, vtitur eis cum vult.

N Ma. 16. 1. circ. fi. c.

Verùm circa species N intelligibiles (*vt clariùs veritas hæc patefiat*) considerandum est, quòd vnusquisque intellectus aliter se habet ad species intelligibiles superioris intellectus, & aliter ad species intelligibiles intellectus inferioris. Nam species intelligibiles superioris intellectus sunt vniuersaliores; & ideò non possunt comprehendi per species intelligibiles inferioris intellectus: & ideò inferior intellectus non potest eas perfectè cognoscere. Potest

autem

Digitized by Google

autem perfectè cognoſcere eas, quæ ſunt in inferiori intellectu, tanquam magis particulares, & ſecundùm ſuas vniuerſaliores ſpecies poteſt de eis judicare. Et ſecundùm hoc, cum intellectus Angelicus ſit ſuperior ordine naturæ noſtro intellectu, poſſunt Angeli boni vel mali ſpecies in anima noſtra exiſtentes cognoſcere: ſed quantùm ad vſum, conſiderandum eſt, quòd vſus ſpecierum intelligibilium, qui eſt actualis cogitatio, dependet ex voluntate: vtimur enim ſpeciebus habitualiter in nobis exiſtentibus, cum volumus. Vnde & in 3. de Anim. Com. dicit, quòd *habitus eſt; quo quis vtitur, cum voluerit*. Ideò, cum voluntas interiùs non poſſit ab alio, niſi à Deo, moueri, cujus ordinationi immediatè ſubeſt motus voluntatis, & per conſequens voluntariæ cogitationis, non poteſt cognoſci neque à dæmonibus neque à quocunque alio, niſi ab ipſo Deo, & ab homine volente & cogitante. *Et hoc eſt, quod dicit Apoſtolus 1. Cor. 2.* Quis enim hominum ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? *Ea quæ ſunt hominis*: ideſt O ea quæ latent in corde: *niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt*; ideſt, intellectus. Et ideò quæ interiùs latent, videri non poſſunt. Signanter autem dicit, *quis hominum*, ne ab horum cognitione etiam Deus videatur excludi: dicitur enim Ier. 17. *Prauum eſt cor omnium, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes*: quia ſcilicet ſecretorum cordis ſolus Deus eſt cognitor. Manifeſta autem eſt ratio, quare homo ea, quæ in corde alterius latent, ſcire non poteſt. Quia cognitio hominis à ſenſu accipitur: & ideò ea quæ ſunt in corde alterius, homo cognoſcere non poteſt, niſi quatenus per ſigna ſenſibilia manifeſtantur, ſecundùm illud 1. Reg. 16. *Homo videt ea, quæ parent: Dominus autem intuetur cor*. Sed nec Angelus bonus nec malus ea quæ in corde hominis latent, ſcire poteſt, niſi in quantùm per aliquos effectus manifeſtantur. Cujus ratio accipi poteſt ex ipſo verbo Apoſtoli, qui dicit, ea ratione ſpiritum hominis cognoſcere quæ in corde hominis latent, quia in ipſo homine eſt. Angelus autem neque bonus neque malus illabitur menti humanæ, vt in ipſo corde hominis ſit, & intrinſecùs operetur: ſed hoc ſolius Dei proprium eſt. Vnde ſolus Deus eſt conſcius ſecretorum cordis hominis, *ſecundùm illud Iob* 16. Ecce in Cœlo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis. *De futuris autem, an poſſint mali ſpiritus cognitionem callere: Reſpondet Author, quòd* futurorum P quædam ſunt determinata in ſuis cauſis: quædam verò non habent cauſas determinatas, ſicut quæ ſunt ad vtrumlibet. Quilibet autem effectus, ſecundùm quòd in cauſa ſua determinatur, in ea poteſt cognoſci. Si enim determinatur in ea, vt ex qua neceſſariò contingat, certitudinariè cognoſcetur: ſicut ſunt ea, quæ circa motum Cœli accidunt, vt ortus & occaſus, & eclipſes, & conjunctiones luminarium: quæ omnia multò meliùs dæmones ſciunt per ſpecies cauſarum innatas, quàm Aſtrologus per artem. Si autem effectus determinentur in cauſis, vt ex quibus frequenter contingant, cum poteſtate tamen deficiendi in minori parte propter impedimentum ex parte agentis, vel ex parte recipientis actionem; eorum præcognitio non certitudinalis, ſed conjecturalis haberi poteſt. Et hoc modo Aſtrologus prædicit quædam futura, quæ conſequuntur ex motibus Cœli, iſtis inferioribus: quæ tamen impediri poſſunt propter defectum inferiorum cauſarum. Et hæc præcognitio tantò magis ad certitudinem accedit, quantò ad vnum effectum plures cauſæ concurrentes cognoſcuntur; & quantò virtus cauſæ meliùs ſcitur: vnde dæmones ſubtiliſſimi ſunt in talium futurorum præcognitione. Sed ea, quæ non habent cauſas determinatas, vt quæ ſunt ad vtrumlibet, vel in minori parte, non poſſunt cognoſci in cauſis ſuis, ſed in ſeipſis tantùm, vt præſentia ſunt. Vnde eorum præcognitio ſolius Dei eſt, cui ab æterno præſentia ſunt: & cui Deus reuelare voluerit. Et talium futurorum cognitionem nec homines nec dæmones habere poſſunt, niſi reuelatione ſupernorum ſpirituum. *Vnde & dicitur Iſ. 41.* Annunciate quæ ventura ſunt in futurum; & ſciemus, quia dij eſtis vos. *At de hoc fuſiùs V.* Diuinatio. *Sicut autem dæmones non minorantur ex culpa in naturali cognitione: ita & in eis non deſtruitur ordo & prælatio. Et quidem*, ordinem Q prælationis in dæmonibus eſſe, congruit eorum naturæ, diuinæ ſapientiæ, & propriæ nequitiæ: Ex natura enim quidam alijs ſuperiores fuerunt: & quia peccatum naturam non tollit, conſequitur etiam poſt peccatum, vt quidam alijs ſuperiores remaneant. Ad ſapientiam etiam diuinam pertinet, vt *quæ à Deo ſunt, ordinata ſint* ab eo, à quo omnis poteſtas eſt, vt dicitur *Rom.* 13. & ideò poteſtas dæmonum ad exercendum homines, & ad puniendum damnatos, à Deo eſt; vnde ordinata per gradus prælationis debet eſſe. Similiter ex nequitia ſua humano generi aduerſantur: amicos autem eſſe eos, qui vnius inimici ſunt, conſequitur; & ideò, vt magis hominibus noceant, quaſi ad inuicem conſiderantur (*vel* coordinantur) vt concorditer & ordinatè impugnent. *Verumtamen* concordia R dæmonum, qua quidam alijs obediunt, non eſt ex amicitia, quam inter ſe habeant: ſed ex communi nequitia, qua homines odiunt, & Dei juſtitiæ repugnant. Eſt enim proprium hominum impiorum, vt eis ſe adjungant, & ſubijciant ad propriam nequitiam exequendam, quos potentiores viribus vident. *Præfatus verò dæmonum ordo adumbratur* Iob 41. *Vbi de ſquamis Leuiathan*, per quas S membra diaboli ſignificantur, *dicitur*: Vna alteri adhærebit: & tenentes ſe, nequaquam ſeparabuntur. *Et paulò poſt:* Membra carnium ejus cohærentia ſibi. *Quæ vtique ordinem quendam inter dæmones ſatis oſtendunt & prælationem, ſed in hominum nocumentum*. Quòd autem T ſuperioribus inferiores ſubdantur, non eſt ad bonum ſuperiorum, ſed magis ad malum eorum: quia, cum mala facere maximè ad miſeriam pertineat, præeſſe in malis eſt eſſe magis miſerum. *Et quidem* per poteſtatem V habitam in nullo eorum pœna mitigatur: quin potiùs, quantò ſunt ſuperiores officio, tantò etiam grauiori ſubjecti tormento. Vnde dicitur Sap. 6. *Potentes potenter tormenta patientur*.

a *Quod verò attinet ad dæmonum operatiuam virtutem, ſciendum, quòd* circa X operationem dæmonis duo ſunt conſideranda. Primò quidem, quid poſſit ex virtute propriæ naturæ: ſecundò, quomodo naturali virtute vtatur ex malitia propriæ voluntatis. Quantùm ergo ad virtutem propriæ naturæ, eadem poſſunt dæmones, quæ & boni Angeli: quia eſt eorum eadem natura communis. Eſt autem differentia in vſu virtutis ſecundùm bonitatem & malitiam voluntatis. Nam boni Angeli ex charitate hominem ad bonum juuare intendunt ad perfectam cognitionem veritatis: quam dæmon impedire intendit, ſicut & alia hominis bona. *Verumtamen* ad ea Y quæ ſunt ſupra facultatem naturæ ipſorum, eis à Deo nulla datur poteſtas: quia, cum operatio miraculoſa ſit quoddam diuinum teſtimonium, indicatiuum diuinæ virtutis & veritatis, ſi dæmonibus, quorum eſt tota voluntas ad malum, aliqua poteſtas daretur faciendi miracula, Deus falſitatis eorum teſtis exiſteret: quod diuinam bonitatem non decet. Vnde ea tantùm interdum opera faciunt, quæ miracula hominibus videntur, quando permittuntur à Deo, ad quæ eorum naturalis virtus ſe poſſet extendere. Poſſunt nihilominus, aliqua corporali mutatione facta, quædam quæ non ſunt in rerum natura, in

L imagi-

Vſus ſpecierum intelligibilium, qui eſt actualis cogitatio, ex voluntate dependet.

Habitu quis vtitur cum voluerit.

O 1. Cor. 2. l. 2. ibi.

Probatur adhuc, nec hominem nec Angelum nec dæmonem poſſe arcana cordis penetrare, ſed ſolum Deum.

De futuris an habeant dæmones cognitionem.

P 1. d. 7. 2. 2. c. & ad 5. & 6. & 1. p. 57. 3 c. & 86. 4. Ma. 16 7. Ver. 8. 12. & 1. cont. G. c. 67. & lib. 3. c. 154. Op. 1. c. 38. Op. 11. c. 36.

Q 1. d. 6 1. 4 c. In 4. d. 47. 1. 1. q. 4. c. & 1. p. 109. a. 1. & 2.

In eis adhuc prælatio & ordo.

R 1. p. 109. 2. ad 2. In 2. loc. cit. ad 2.

S In 2. l. c. in Sed contra.

T 1. p. 109. 2. ad 3.

Superioritas & prælatio in dæmonibus ad majorem eſt eorum miſeriam, & ſupplicium.

V In 2. l. c. ad 4.

X Ma. 16. 12. initio.

Eadem virtus naturalis bonis & malis Angelis.

Differentia in vſu virtutis.

Y Pet. 6. 5. c. Matth. 24. ibi Surgent. & in cis citandis lit. A.

Ad ea, quæ ipſorum excedunt facultatem, nulla datur eis poteſtas à Deo. Conſequenter non poſſunt vera miracula facere.

Cognitio in Angelis matutina & vespertina.

Z 1. 2. 67. 3. c. & 1. p. 58. a. 6. & 7. c. & 5. p. 9. 3. c. In 2. d. 12. 1. 3 c. Ver. 8. a. 16. & 17.

Vespertina in dæmonibus nocturna dicitur.

A 1 p. 64. 1 ad 3. Ver. 8. a. 17. ʃ. c. In 2. loc. cit.

duplex statuatur cognitio, matutina scilicet quæ est Z de rebus, secundùm quòd habent esse in Verbo: & vespertina, quæ est de eis, secundùm quòd habent esse in propria natura, quod est imperfectum respectu primi esse*: ea quæ vespertina dicitur, in dæmonibus nocturna appellatur. Et ratio adducitur: quia* creatura A tenebra est, comparata excellentiæ diuini luminis; & ideò cognitio creaturæ in propria natura, vespertina dicitur: vespere enim est tenebris adjunctum; habet tamen aliquid de luce; cum autem totaliter deficit lux, est nox. Sic igitur & cognitio rerum in propria natura, quando refertur ad laudem Creatoris, vt in bonis Angelis, habet aliquid de luce diuina, & potest dici vespertina: si autem non referatur in Deum, sicut in dæmonibus, non dicitur vespertina, sed nocturna; vnde & in Genesi legitur, quòd tenebras, quas Deus à luce separauit, vocauit noctem. *Ex quo sequitur, quòd* in dæmonibus B non potest esse illuminatio propriè. Illuminatio enim propriè est manifestatio veritatis, secundùm quòd habet ordinem ad Deum, qui illuminat omnem intellectum. Alia autem manifestatio veritatis potest esse locutio: sicut, cum vnus Angelus alteri suum conceptum manifestat. Peruersitas autem dæmonum hoc habet, quòd vnus alium non intendit ordinare ad Deum, sed magis ab ordine diuino abducere: & ideò vnus dæmon alium non illuminat, sed vnus alij suum conceptum per modum locutionis intimare potest. *Sequitur secundò, quòd* reuelatio C supernorum spirituum facta quandoque dæmonibus, non est per modum illuminationis, ita quòd lumen intellectuale dæmonis vigoretur per applicationem claritatis luminis Angelici: sed per modum locutionis, ita quòd sibi exponuntur cognoscibilia quædam per modum, quo priùs non exponebantur. Illuminatio enim D fit per hoc, quòd lumen intellectus vnius Angeli per perfectius lumen superioris confortatur ad aliquorum cognitionem: sed locutio per hoc, quòd aliqua priùs occulta proponuntur vt cognoscenda, sine hoc quòd virtus cognoscentis fortificetur: vt patet in recitationibus historiarum, in quibus aliquis cognoscit quod priùs nesciebat, sine hoc quòd suus intellectus clarificetur. *Sequitur tertiò, quòd* dæmones E ea quæ sciunt, hominibus manifestant, non quidem per illuminationem intellectus, sed per aliquam imaginariam visionem, aut etiam sensibiliter colloquendo. *Lumen verò fidei dæmonibus nullatenus inest. Nec obest, quòd dicatur Iac. 2.* Tu credis, quoniam vnus est Deus: bene facis. Et dæmones credunt, & contremiscunt. *Nam exponitur*: Dæmones F credunt, scilicet quòd vnus est Deus, sicut tu: qui tamen non sunt in statu salutis, sed damnationis. Illa tamen dæmonum fides, non propriè est fides, quia non est habitus infusus*:* sed est quædam credulitas non voluntaria; sed necessaria, & quasi comminationibus & tormentis extorta. Vnde non assentiunt primæ Veritati propter se, sed magis sentiunt eam*:* vnde fides in eis est conclusio, non argumentum: nec habent cognitionem articulorum, in quantùm articuli, sed in quantùm quædam entia mobilia. *Et contremiscunt.* In hoc pejoris conditionis est fides malorum hominum, quoniam non timent diuinum judicium. (Qui Deum non credunt *ex glossa* vel creditum non timent, dæmonibus crudeliores & proteruiores sunt.) *Hinc de illorum circa Christi diuinitatem cognitione* ex Augustino *instruimur, quòd* Christus G tantùm innotuit dæmonibus, quantùm voluit*:* tantùm autem voluit, quantùm oportuit. Sed innotuit eis, non sicut Angelis Sanctis per id, quod est vita æterna: sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta. Et quidem videntes, Christum esurire post jejunium, æstimauerunt, cum non esse Filium Dei: sed postmodum, visis miraculis, ex quadam suspicione conjecturauit diabolus, cum esse Filium Dei. *Et, si obijciatur, quòd non conjecturaliter, sed certò sciret, esse Dei Filium ex illo Marc. 1.* Dæmonia multa eijciebat, & non sinebat ea loqui, quia sciebant eum. *Et Luc. 4.* Exibant dæmonia à multis clamantia & dicentia: quia tu es Filius Dei. *Respondetur, quòd* dæmonia H sciebant, ipsum esse, qui per legem fuit repromissus, quia omnia signa videbant in eo, quæ dixerunt prophetæ: mysterium autem diuinitatis ejus ignorabant. Sed contra hoc videtur esse quod *Athanasius* dicit, quòd dæmonia dicebant Marc. 1. Christum *esse sanctum Dei*, quasi singulariter sanctum: ipse enim naturaliter est Sanctus, cujus participatione omnes alij Sancti vocantur: (*vnde & Luc. 1.* Quod nascetur ex te Sanctum; *& Ecclesia*: Tu solus Sanctus.) Sed dicendum *ex Chrysostomo*, quòd dæmonia non habebant aduentus Dei firmam & certam notitiam, sed quasdam conjecturas. *Sanè, sicut principes Iudæorum*, si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent: *ita dæmones*, si perfectè I & per certitudinem cognouissent, ipsum esse Filium Dei, & effectum passionis ejus: nunquam Dominum gloriæ crucifigi procurassent. *Sed & plura, quæ naturali poterat cognitione diabolus nosse, diuina prohibebatur virtute cognoscere: (quod tangit initio Author:) inter quæ diuinus ex Virgine partus recensetur. Quocirca* ex Augustino *cohærenter docemur, quòd* diabolus L multa potest virtute suæ naturæ, à quibus tamen prohibetur virtute diuina. Et hoc modo potest dici, quòd virtute naturæ suæ diabolus cognoscere poterat, Matrem Dei non fuisse corruptam, sed virginem: prohibebatur tamen à Deo cognoscere modum partus diuini.

B 1. p. 109. 3. c. & ad 1.

In eis non potest esse illuminatio, sed tantum mutua locutio.

C 2. d. 7. 2. 1. ad 3.

Reuelationes eis factæ ab Angelis, per modum locutionis sunt, non illuminationis.

D 2. d. 11. 2. 3. c & 1. p. 106. & 107.

Discrimen inter illuminationem & locutionem.

E 1. 2. 172. 5. ad 2.

Dæmones non manifestant hominibus quæ sciunt, illuminando intellectum.

F Iac. 2. ibi. 1. p. 64. 1. ad 4. 2. 2. 5 2 & 3 p. 76. 7. c. In 3. d. 23. 3. 3. Ver. 14. 9. ad 4.

Qualis in eis fides.

G 3. p. 44. 1. ad 2. & 9. 41. 1. ad 1. & 9. 29. ibid. 3. & 1. p. 64. 1. ad 4.

Quænam in eis de Christi diuinitate cognitio.

H 1. Cor. 2 l. 1. ibi, cognouissent. & 3. p. 44. 1. ad 2.

I 1. p. 64. 1. ad 4. ʃi.

L 3. p. 29. 1. ad 3. In 4. d. 30. 2. 1. q. 3. ad 1. Math. 1. sub initio.

Non cognouit diabolus diuinum ex Virgine partum.

2 *Latent quoque prauos Angelos arcana cordis, & humanæ affectiones voluntatis, quæ nonnisi per signa possunt eis innotescere. Solus enim Deus scrutator est cordium. Quocirca sciendum, quòd* cogitatio cordis M dupliciter potest cognosci. Vno modo in suo effectu: & sic non solùm ab Angelis, sed & ab homine cognosci potest; & tantò subtiliùs, quantò effectus hujusmodi fuerit magis occultus. Cognoscitur enim cogitatio interdum non solùm per actum exteriorem, sed etiam per immutationem vultus: & etiam Medici aliquas affectiones animi per pulsum cognoscere possunt. Et multò magis Angeli, vel etiam dæmones, quantò subtiliùs hujusmodi immutationes occultas corporales perpendunt. Vnde *Augustinus* dicit in lib. de diuinatione dæmonum, quòd *aliquando hominum dispositiones non solùm voce prolatas, verùm etiam cogitatione conceptas, cum signa quædam in corpore exprimuntur ex animo, tota facilitate perdiscunt.* Alio modo possunt cognosci cogitationes, prout sunt in intellectu; & affectiones, prout sunt in voluntate: & sic solus Deus cogitationes cordium, & affectiones voluntatum cognoscere potest. Cujus ratio est: quia voluntas rationalis creaturæ, soli Deo subjacet, & ipse solus in eam operari potest, qui est principale ejus objectum, vt vltimus finis. Et ideò ea, quæ ex voluntate sola dependent, vel quæ in voluntate sola sunt, soli Deo sunt nota. Manifestum est autem, quòd ex sola voluntate dependet, quòd aliquis actu aliqua consideret*:* quia, cum aliquis habet habitum scientiæ, vel species intelligibiles in eo existentes, vtitur eis cum vult. *Verùm circa* species N intelligibiles (*vt clariùs veritas hæc patefiat*) considerandum est, quòd vnusquisque intellectus aliter se habet ad species intelligibiles superioris intellectus, & aliter ad species intelligibiles intellectus inferioris. Nam species intelligibiles superioris intellectus sunt vniuersaliores; & ideò non possunt comprehendi per species intelligibiles inferioris intellectus: & ideò inferior intellectus non potest eas perfectè cognoscere. Potest autem

Arcana cordium, & voluntatis affectiones diabolum latent, & Angelos, nisi per signa innotescant.

M 1. p. 57. 4. c. & 2. 2. 106. 5. ad 3. Quol. 12. a. 6. In 2. d. 7. 2. 2. ad 5 & 6. & d. 8 1. 5. ad 5. Ver. 8 13. Math. 16. 8. Math. 28. lit. a ibi, scio enim. Rom. 2. l 1. non longe ab initio. & 1. Cor. 2. l. 2. circ. ʃi.

Solus Deus scrutator cordium.

N Ma. 16. 1. circ. ʃi. c.

Digitized by Google

autem perfectè cognoscere eas, quæ sunt in inferiori intellectu, tanquam magis particulares, & secundùm suas vniuersaliores species potest de eis judicare. Et secundùm hoc, cum intellectus Angelicus sit superior ordine naturæ nostro intellectu, possunt Angeli boni vel mali species in anima nostra existentes cognoscere: sed quantùm ad vsum, considerandum est, quòd vsus specierum intelligibilium, qui est actualis cogitatio, dependet ex voluntate: vtimur enim speciebus habitualiter in nobis existentibus, cum volumus. Vnde & in 3. de Anim. Com. dicit, quòd *habitus est; quo quis vtitur, cum voluerit*. Ideò, cum voluntas interiùs non possit ab alio, nisi à Deo, moueri, cujus ordinationi immediatè subest motus voluntatis, & per consequens voluntariæ cogitationis, non potest cognosci neque à dæmonibus neque à quocunque alio, nisi ab ipso Deo, & ab homine volente & cogitante. *Et hoc est, quod dicit Apostolus* 1. *Cor.* 2. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? *Ea quæ sunt hominis*: idest O ea quæ latent in corde: *nisi spiritus hominis, qui in ipso est*; idest, intellectus. Et ideò quæ interiùs latent, videri non possunt. Signanter autem dicit, *quis hominum*, ne ab horum cognitione etiam Deus videatur excludi: dicitur enim Ier. 17. *Prauum est cor omnium, & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes*: quia scilicet secretorum cordis solus Deus est cognitor. Manifesta autem est ratio, quare homo ea, quæ in corde alterius latent, scire non potest. Quia cognitio hominis à sensu accipitur: & ideò ea quæ sunt in corde alterius, homo cognoscere non potest, nisi quatenus per signa sensibilia manifestantur, secundùm illud 1. Reg. 16. *Homo videt ea, quæ parent: Dominus autem intuetur cor*. Sed nec Angelus bonus nec malus ea quæ in corde hominis latent, scire potest, nisi in quantùm per aliquos effectus manifestantur. Cujus ratio accipi potest ex ipso verbo Apostoli, qui dicit, ea ratione spiritum hominis cognoscere quæ in corde hominis latent, quia in ipso homine est. Angelus autem neque bonus neque malus illabitur menti humanæ, vt in ipso corde hominis sit, & intrinsecùs operetur: sed hoc solius Dei proprium est. Vnde solus Deus est conscius secretorum cordis hominis, *secundùm illud Iob* 16. Ecce in Cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis. *De futuris autem, an possint mali spiritus cognitionem callere*: *Respondet Author, quòd* futurorum P quædam sunt determinata in suis causis: quædam verò non habent causas determinatas, sicut quæ sunt ad vtrumlibet. Quilibet autem effectus, secundùm quòd in causa sua determinatur, in ea potest cognosci. Si enim determinatur in ea, vt ex qua necessariò contingat, certitudinariè cognoscetur: sicut sunt ea, quæ circa motum Cœli accidunt, vt ortus & occasus, & eclipses, & conjunctiones luminarium: quæ omnia multò meliùs dæmones sciunt per species causarum innatas, quàm Astrologus per artem. Si autem effectus determinentur in causis, vt ex quibus frequenter contingant, cum potestate tamen deficiendi in minori parte propter impedimentum ex parte agentis, vel ex parte recipientis actionem; eorum præcognitio non certitudinalis, sed conjecturalis haberi potest. Et hoc modo Astrologus prædicit quædam futura, quæ consequuntur ex motibus Cœli, istis inferioribus: quæ tamen impediri possunt propter defectum inferiorum causarum. Et hæc præcognitio tantò magis ad certitudinem accedit, quantò ad vnum effectum plures causæ concurrentes cognoscuntur; & quantò virtus causæ meliùs scitur: vnde dæmones subtilissimi sunt in talium futurorum præcognitione. Sed ea, quæ non habent causas determinatas, vt quæ sunt ad vtrumlibet, vel in minori parte, non possunt cognosci in causis suis, sed in seipsis tantùm, vt præsentia sunt. Vnde eorum præcognitio solius Dei est, cui ab æterno præsentia sunt: & cui Deus reuelare voluerit. Et talium futurorum cognitionem nec homines nec dæmones habere possunt, nisi reuelatione supernorum spirituum. *Vnde & dicitur Is.* 41. Annunciate quæ ventura sunt in futurum; & sciemus, quia dij estis vos. *At de hoc fusiùs V.* Diuinatio. *Sicut autem dæmones non minorantur ex culpa in naturali cognitione: ita & in eis non destruitur ordo & prælatio. Et quidem*, ordinem Q prælationis in dæmonibus esse, congruit eorum naturæ, diuinæ sapientiæ, & propriæ nequitiæ: Ex natura enim quidam alijs superiores fuerunt: & quia peccatum naturam non tollit, consequitur etiam post peccatum, vt quidam alijs superiores remaneant. Ad sapientiam etiam diuinam pertinet, vt *quæ à Deo sunt, ordinata sint* ab eo, à quo omnis potestas est, vt dicitur *Rom.* 13. & ideò potestas dæmonum ad exercendum homines, & ad puniendum damnatos, à Deo est; vnde ordinata per gradus prælationis debet esse. Similiter ex nequitia sua humano generi aduersantur: amicos autem esse eos, qui vnius inimici sunt, consequitur; & ideò, vt magis hominibus noceant, quasi ad inuicem considerantur (*vel* coordinantur) vt concorditer & ordinatè impugnent. *Verumtamen* concordia R dæmonum, qua quidam alijs obediunt, non est ex amicitia, quam inter se habeant: sed ex communi nequitia, qua homines odiunt, & Dei justitiæ repugnant. Est enim proprium hominum impiorum, vt eis se adjungant, & subjiciant ad propriam nequitiam exequendam, quos potentiores viribus vident. *Præfatus verò dæmonum ordo adumbratur* Iob 41. *Vbi de squamis Leuiathan*, per quas S membra diaboli significantur, *dicitur*: Vna alteri adhærebit: & tenentes se, nequaquam separabuntur. *Et paulò post*: Membra carnium ejus cohærentia sibi. *Quæ vtique ordinem quendam inter dæmones satis ostendunt & prælationem, sed in hominum nocumentum*. Quòd autem T superioribus inferiores subdantur, non est ad bonum superiorum, sed magis ad malum eorum: quia, cum mala facere maximè ad miseriam pertineat, præesse in malis est esse magis miserum. *Et quidem* per potestatem V habitam in nullo eorum pœna mitigatur: quin potiùs, quantò sunt superiores officio, tantò etiam grauiori subjecti tormento. Vnde dicitur Sap. 6. *Potentes potenter tormenta patientur*.

a *Quod verò attinet ad dæmonum operatiuam virtutem, sciendum, quòd* circa X operationem dæmonis duo sunt consideranda. Primò quidem, quid possit ex virtute propriæ naturæ: secundò, quomodo naturali virtute vtatur ex malitia propriæ voluntatis. Quantùm ergo ad virtutem propriæ naturæ, eadem possunt dæmones, quæ & boni Angeli: quia est eorum eadem natura communis. Est autem differentia in vsu virtutis secundùm bonitatem & malitiam voluntatis. Nam boni Angeli ex charitate hominem ad bonum juuare intendunt ad perfectam cognitionem veritatis: quam dæmon impedire intendit, sicut & alia hominis bona. *Verumtamen* ad ea Y quæ sunt supra facultatem naturæ ipsorum, eis à Deo nulla datur potestas: quia, cum operatio miraculosa sit quoddam diuinum testimonium, indicatiuum diuinæ virtutis & veritatis, si dæmonibus, quorum est tota voluntas ad malum, aliqua potestas daretur faciendi miracula, Deus falsitatis eorum testis existeret: quod diuinam bonitatem non decet. Vnde ea tantùm interdum opera faciunt, quæ miracula hominibus videntur, quando permittuntur à Deo, ad quæ eorum naturalis virtus se posset extendere. Possunt nihilominus, aliqua corporali mutatione facta, quædam quæ non sunt in rerum natura, in

L imagi-

Vsus specierum intelligibilium, qui est actualis cogitatio, ex voluntate dependet.

Habitu quis vtitur cum voluerit.

O 1. Cor. 2. l. 2. ibi.

Probatur adhuc, nec hominem nec Angelum nec dæmonem posse arcana cordis penetrare, sed solum Deum.

De futuris an habeant dæmones cognitionem.

P 1. d. 7. a. 3. c. & ad 5. & 6. & 1. p. 57. 3 c. & 86. 4. Ma. 16. 7. Ver. 8. 12. & 1. cont. G. c. 67. & lib. 3. c. 154. Op. 18. c. 38. Op. 11. c. 35.

Q 2. d. 6 1. 1 c. In 4. d. 47. 1. 2. q. 4. c. & 1. p. 109. a. 1. & 2.

In eis adhuc prælatio & ordo.

R 1. p. 109. 2. ad 2. In 2. loc. cit. ad 2.

S In 2. l. c. in Sed contra.

T 1. p. 109. 2. ad 3.

Superioritas & prælatio in dæmonibus ad majorem est eorum miseriam, & supplicium.

V In 2. l. c. ad 4.

X Ma. 16. 12. initio.

Eadem virtus naturalis bonis & malis Angelis.

Differentia in vsu virtutis.

Y Pot. 6. 5. c. Matth. 24. ibi Surgent, & in eis citandis lit A.

Ad ea, quæ ipsorum excedunt facultatem, nulla datur eis potestas à Deo. Consequenter non possunt vera miracula facere.

imaginatione facere apparere per commotionem organi phantasiæ, secundùm diuersitatem spirituum & fumorum: ad quod etiam aliqua corpora exteriora efficaciam habent, vt eis aliquo modo adhibitis videatur esse aliquid alterius formæ, quam sit, sicut patet in phreneticis & mente captis. Possunt ergo dæmones mirabiliter in nobis operari dupliciter. Vno modo per veram corporis transmutationem: alio modo per quandam illusionem sensuum ex aliqua immutatione imaginationis. Neutra tamen operatio est miraculosa: sed est per modum artis. *Et hoc secundo modo est præstigiosè operari. Est autem præstigium, cum dæmones* præstigiosis quibusdam Z apparitionibus se aspectui & auditui hominum ingerunt ad prænunciandum futura. Et hæc species diuinationis vocatur *præstigium*, ex eo quod oculi hominum præstringuntur. *Quocirca ad præfatorum confirmationem aduertendum, quòd* materia corporalis A non obedit Angelis bonis seu malis ad nutum, vt dæmones sua virtute possint transmutare materiam de forma in formam (*vt prætactum est*:) sed possunt adhibere quædam semina, quæ in elementis Mundi inueniuntur *ex Augustino* ad hujusmodi effectus complendos. Et ideo dicendum est, quòd omnes transmutationes corporalium rerum, quæ possunt fieri per virtutes naturales, ad quas pertinent prædicta semina, possunt fieri per operationem dæmonum, hujusmodi seminibus adhibitis. Sicut cum aliquæ res transmutantur in serpentes, vel ranas (*vt factum est per Magos Ægyptios*) quæ per putrefactionem generari possunt. Illæ verò transmutationes corporalium rerum, quæ non possunt virtute naturæ fieri, nullo modo operatione dæmonum secundùm rei veritatem perfici possunt: sicut quòd corpus humanum mutetur in corpus bestiale, aut quòd corpus hominis mortuum reuiuiscat. Et, si aliquando aliquid tale operatione dæmonum fieri videatur, hoc non est secundùm rei veritatem, sed secundùm apparentiam tantùm. Quod quidem potest dupliciter contingere. Vno modo ab interiori, secundùm quòd dæmon potest immutare phantasiam hominis, & etiam sensus corporeos, vt aliquid videatur aliter, quàm sit. Et hoc etiam interdum fieri dicitur virtute aliquarum rerum corporalium. Alio modo ab exteriori. Cum enim ipse possit formare corpus ex aere cujuscunque formæ & figuræ, vt illud assumens, in eo visibiliter appareat, potest eadem ratione circumponere cuicunque rei corporeæ quamcunque formam corpoream, vt in ejus specie videatur.

Sed admiranda.

Præstigium quid.

Z 2.2. 95. 2. c. & 2. Thess. 2. l. 2. ibi, Mendacibus.

A 1. p. 114. 4. ad 2. & a. 2. loc. cit. In 4. d. 7. 3. 1. c. & d. 8. 1. 3. ad 4. & 6. Pot. 6. 5. ad 8. Ma. 16. 9. ad 2. 3. & 10. & art. 11. & Quol. 9 a. 10.

Non potest dæmon transmutare materiam de forma in formam.

Quænam transmutationes corporales possint, vel non possint ab eo fieri: & quomodo.

b *Quoniam verò* natura corporalis B spirituali naturaliter obedit ad motum localem: sicut superiores C substantiæ spirituales mouent superiora cœlestia corpora; ita etiam inferiores mouere possunt localiter inferiora corpora, quales sunt dæmones: siue hoc habeant ex conditione naturæ, siue secundùm illos, qui dicunt, quòd dæmones non fuerunt ex illis superioribus Angelis: sed ex illis, qui præficiuntur à Deo huic terrestri ordini secundùm proportionem suæ naturæ; siue etiam hoc eis conueniat ex pœna peccati, propter quam sunt detrusi à cœlestibus sedibus in hunc aerem *secundùm Gregorium*, qui ponit, aliquos de supremis Angelis per peccatum cecidisse. *Quamuis autem inferiora corpora naturali dæmonis virtuti quoad motum localem subdantur*: non tamen D eadem vis sufficit ad mouendum totum, quæ mouet partem; vnde licèt dæmones possint mouere aliquam partem terræ, non sequitur, quòd possint mouere totam terram: quia hoc non est proportionatum naturæ ipsorum, vt mutent ordinem elementorum Mundi. (*Ex quo pariter* necesse est E confiteri, quòd Deo permittente dæmones possunt turbationem aeris inducere, ventos concitare, & facere vt ignis

Natura corporalis obedit ad motum spirituali quoad motum localé.

B 1. 2. 80. a. c. & 1 p. 110 3. Ma. 16. 1. Quol 9 a. 10. c. 3. cont G c. 103. & loc. cit.

Dæmones possunt inferiora corpora localiter mouere, sicut mouent superiora superiores Angeli.

C Ma. 16. 10. & 1. & ad 4. & a 9 ad 7.

Nec tamen totam terræ molem possunt mouere.

D Matth. ad 8.

E Iob 1. l. 3. & Ma. 16 7. ad 8. Pot. 6. 5. ad 7. & 1. p 114. 4. & ad 1.

de Cœlo cadat, *& hujusmodi, putà turbines, tempestates, & presteres, vt non rarò experimur*:) *Id quod* nec *Angelus bonus* naturali F sua virtute potest: quia nulla virtus creaturæ potest immutare ordinem principalium partium Vniuersi, ad quem pertinet, quòd terra sit in medio locata. *Hinc deducitur, non posse dæmones vera miracula facere, vt prætactum est, sed admiranda hominibus, qui causam modumue hujusmodi effectuum ignorant, vti operabitur Anti-christus*: cujus, *inquit Apostolus* 2. *Thess.* 2. erit aduentus secundùm operationem Satanæ in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus. *Quem ad locum cohærenter erudimur*. Miraculum G mendax dicitur, vel quia deficit à vera ratione facti, vel à vera ratione miraculi, vel à debito fine miraculi. Primum fit in præstigijs, quando per dæmones illuduntur aspectus, vt aliud videatur, quàm est. Sicut Simon magus fecit decollari arietem, & postea ostensus est viuus, & homo decollatus est: & postea homo, qui credebatur decollatus, ostensus est viuus, & creditus est resuscitatus. Et hoc faciunt dæmones commutando phantasmata & decipiendo. Secundo modo illa dicuntur impropriè miracula, quæ plena sunt admiratione, quando effectus videtur, & ignoratur causa. Quæ ergo habent causam occultam alicui, & non simpliciter, dicuntur quidem mira, at non miracula simpliciter. Sed quæ simpliciter causam occultam habent, sunt propriè miracula, quorum ipse Deus gloriosus est Author: quia totum ordinem naturæ creatæ transcendunt. Aliquando verò fiunt aliqua mira, non preter ordinem naturę, sed occultas causas habent: & hęc multò magis faciunt dęmones, qui virtutes naturę sciunt, & qui habent determinatas efficacias ad speciales effectus (& hęc faciet Anti-christus:) sed non quę habent veram rationem miraculi, quia non possunt in illa, quę sunt supra naturam. Tertio modo dicuntur miracula, secundùm quòd sunt ordinata ad attestandum veritati Fidei ad reducendos fideles in Deum, Marc. vlt. *Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis*. Sed si alicui adest gratia miraculorum, & non vtatur eis adhoc, miracula quidem sunt vera quoad rationem rei factę, & quoad rationem miraculi: sed sunt falsa quantùm ad finem debitum & intentionem Dei. Sed tamen hoc non erit in Anti-christo, quia nullus contra fidem facit vera miracula, quia Deus non est testis falsitatis. Vnde aliquis prędicans falsam doctrinam, non potest facere vera miracula, licèt aliquis habens malam vitam, posset. *Ex quo patet, vera non posse à dæmone miracula patrari, sed solâ apparentiâ. Et hoc pariter modo* locutio H canum, & alia hujusmodi, quę Simon magus faciebat, potuerunt fieri per illusionem, & non per effectus veritatem. Si tamen per effectus veritatem hoc fieret, nullum sequitur inconueniens; quia non dabat cani dęmon virtutem loquendi, sicut datur mutis per miraculum: sed ipsemet per aliquem motum localem sonum formabat, literatę & articulatę vocis similitudinem & modum habentem. Per hunc enim modum etiam asina Balaam intelligitur fuisse locuta, Angelo tamen bono operante. *Nec aliter loquitur dæmon in arreptitijs*: homines *enim* quarum I rationalis natura est, cum dęmon in eis loquitur, nesciunt quid loquantur. Et sic locutus est serpens mulieri, sicut asina, in qua sedebat Balaam propheta, locuta est homini: nisi quòd id fuit opus diabolicum, hoc Angelicum. *Fascinatio verò non semper diabolicæ operationi attribuitur, licèt quandoque à dæmone fit. Pro cujus majori notitia scire oportet, quòd* fascinationis causam L assignauit *Auicennas* ex hoc, quòd materia corporalis nata est obedire spirituali substantię magis, quàm contrarijs agentibus in natura. Et ideò, quando anima fuerit

F Op. 10. a. 16. & Op. 11. a. 31.

Per consequens mirabilia, non verè miracula possunt operari, vt faciet Anti-Christus.

G 2. Thess. 2. l. 2. ibi, & 2. p. 114. 4. c. & ad 2. & locis cit. lit. A.

Quid prodigium mendax, & quotuplex.

Prædicans falsam doctrinã, non potest in comprobationem facere vera miracula.

H Pot. 6. 5. ad 8.

Locutio canum, & hujusmodi, dæmonum præstigia, non miracula.

Quo pacto asina Balaam dicatur locuta.

I 2. 2. 165. 2. ad 4.

Fascinatio quid sit, & quomodo cõtingat.

L 1. p. 117 1. ad 2. & 3. con. G. c. 103. Ma. 16 9. ad 12. ad Gal. 3. l. 1. ibi, Fascinauit.

Digitized by Google

fuerit fortis in sua imaginatione, corporalis materia immutatur secundùm eam: & hanc dicit esse causam oculi fascinantis. Sed ostensum est, quòd materia corporalis non obedit substantiæ spirituali ad nutum, nisi soli Creatori. Et ideò meliùs dicendum est, quòd ex forti imaginatione animæ immutantur spiritus corporis conjuncti: quæ quidem immutatio spirituum maximè fit in oculis, ad quos subtiliores spiritus perueniunt. Oculi autem inficiunt aerem contiguum vsque ad determinatum spatium: per quem modum specula, si fuerint noua & pura, contrahunt quandam impuritatem ex aspectu mulieris menstruatæ, vt *Aristoteles* dicit in lib. *de Somn. & Vig.* Sic igitur, cum aliqua anima fuerit vehementer commota ad malitiam, sicut maximè in vetulabus contingit, efficitur secundùm modum prædictum aspectus ejus venenosus & noxius, & maximè pueris, qui habent corpus tenerum, & de facili receptiuum impressionis. Probabile tamen est, quòd etiam ex Dei permissione, vel etiam ex aliquo facto occulto, cooperetur ad hoc malignitas dæmonum, cum quibus vetulæ sortilegæ aliquod fœdus habent.

Potest aliquando & à dæmone prouenire.

c *Ex præmissis omnibus colligitur, quòd dæmones in corpus tantummodo, non in animam hominis, directè possunt actionem habere: & hoc tum respectu humani intellectus, tum voluntatis. Et quidem quoad intellectum*, considerandum est M quòd intellectualis hominum operatio secundùm duo perficitur, scilicet secundùm lumen intelligibile, & secundùm species intelligibiles: ita tamen, quòd secundùm species fit apprehensio rerum: secundùm lumen intelligibile perficitur judicium de apprehensis. Inest autem animæ humanæ naturale lumen intelligibile, quod quidem ordine naturæ est infra lumen Angelicum. Et ideò, sicut in rebus corporalibus superior virtus adjuuat & confortat inferiorem: ita per lumen Angelicum confortari potest lumen intellectus humani ad perfectiùs judicandum: quod Angelus bonus intendit, non autem Angelus malus. Vnde hoc modo Angeli boni mouent animam ad intelligendum: non autem dæmones. Ex parte autem specierum, Angelus bonus vel malus potest immutare hominis intellectum ad aliquid intelligendum, non quidem influendo species in ipsum intellectum, sed quædam signa exteriùs adhibendo, quibus intellectus excitatur ad aliquid apprehendendum: quod etiam homines facere possunt. Sed & vlteriùs Angeli boni vel mali possunt interiùs quodammodo disponere & ordinare species imaginarias, secundùm quòd competit ad aliquid intelligibile apprehendendum. Quod quidem Angeli boni ordinant ad hominis bonum; dæmones autem ad hominis malum: vel quantùm ad effectum peccati, prout scilicet homo ex his, quæ apprehendit, mouetur ad superbiam, vel ad aliquod aliud peccatum: vel ad impediendum ipsam intelligentiam veritatis, secundùm quòd per aliqua apprehensa inducitur homo in dubitationem, quam soluere nescit; & sic trahitur in errorem. *Vnde Augustinus dicit in lib. 83. Quæst.* Dæmon quibusdam nebulis implet omnes meatus intelligentiæ, per quos pandere lumen rationis radius mentis solet. *Et sic* dæmones N possunt virtute suæ naturæ, phantasmata perturbando, totaliter intelligibilem cognitionem hominis impedire, sicut patet in arreptitijs. Non tamen semper id facere permittuntur. *Alibi quoque insinuimus, quòd* Angeli O boni & mali impressionem habent in potentias affixas organis, quarum operationes immutantur ad immutationem organorum, sicut & sensus imaginationis & hujusmodi: & sic etiam per accidens eorum operatio resultat in intellectum, cujus objectum est phantasia, sicut color visus, vt dicitur *in 3. de Anima*. Sed tamen hoc non peruenit vsque ad voluntatem: quia voluntas neque quantùm ad actum, neque quantùm ad objectum, dependet ex organo corporali, quia objectum suum ab intellectu accipit, secundùm quòd intellectus apprehendit aliquid in ratione boni. *Directè igitur in voluntatem hominis immittere aut imprimere nullatenus dæmones possunt. Vnde & illud Ioan. 13.* Cum diabolus jam misisset in cor, vt traderet eum Iudas &c. *exponitur*: idest P in voluntatem ejus. Sed sic mittere in cor, potest esse dupliciter: *directè*; & sic solus ille potest aliquid mittere in cor hominis, qui habet potestatem mouendi interiùs voluntatem ejus. Et hoc potest solus Deus; & ideò solus ipse potest directè in voluntatem hominis imprimere, Prou. 21. *Cor regis in manu Domini: quocunque voluerit, inclinabit illud.* Quia verò voluntas mouetur ab exteriori objecto, sicut à bono apprehenso: inde est, quòd qui suggerit, aliquid esse bonum, dicitur illud mittere in cor hominis *indirectè*, faciendo ipsum apprehendere aliquid vt bonum, ex quo voluntas mouetur. Sed hoc contingit dupliciter: quia aut suggerendo exteriùs; & hoc modo etiam homo potest in cor aliquid mittere: aut suggerendo interiùs; & hoc modo immittit diabolus. Nam vis imaginatiua, cum sit corporalis, quando Deus permittit, subjecta est potestati dæmonis. Vnde siue vigilando, siue dormiendo, format in ea aliquas species, ex quibus apprehensis mouetur voluntas hominis ad aliquid appetendum. Sic ergo immittit diabolus in cor hominis, non directè per modum mouentis, sed indirectè per modum suggerentis. *Et hinc deducitur, quòd* dæmones Q non possunt immittere malas cogitationes interiùs eas causando, cum vsus cogitatiuæ virtutis subjaceat voluntati. Dicitur tamen diabolus incensor cogitationum, in quantùm incitat ad cogitandum, vel ad appetendum cogitata, per modum persuadentis, vel passionem concitantis. Et hoc ipsum incendere *Damascenus* vocat immittere, quia talis operatio interiùs fit. Sed bonæ cogitationes attribuuntur altiori principio, scilicet Deo, licèt Angelorum ministerio procurentur.

M Ma. 16, 12. c. & q. 3. a. 4. In 2. d. 8. 1. 5. & 1. p. 111. a. & 1. 2. q. 80.

Secundùm duo perficitur intellectualis hominum operatio.

An & quomodo possit dæmon hominis intellectum immutare.

N Ibid. a. 31. ad 10. & a. 12. ff. & q. 3 a. 3. ad 9.

Potest & rationis lumen totaliter impedire, si permittatur.

O a. d. 8. 1. 5. c.

Non ita in voluntatem potest directè imprimere.

P Ia. 13 l. 1 lit. c. & 1. p. 1 3 4. & 111 a. 2. & 3 & 1 2. 75 3 & q. 80. a. 1. 2. 3 In 2. d. 8. 1. 5. & alibi.

Duplex suggestio, interior, & exterior: hæc ab homine, illa à dæmone.

Vnde indirectè imprimit in voluntatem.

Q 1. p. 111. a. ad 2. In 2. d 8. 1. 5. ad 6. Ma. 3. 4. 4. c.

Malæ cogitationes quo pacto immittantur à dæmone.

Bonæ à Deo fiunt, ministerio Angelorū procuratæ.

d *Cum igitur tanta polleat virtute directè in corpora, indirectè in animas, Angelus malus, haud perperam dicitur Iob 41.* Non est super terram potestas, quæ comparetur ei: *idest*, nulla R virtus corporalis potest æquari potestati dæmonis, quæ est potestas spiritualis naturæ. *Vnde & subditur*: qui factus est, vt nullum timeret: *idest*, hoc habet diabolus ex conditione suæ naturæ, in qua factus est à Deo, vt neque hominem timeat, neque aliquam creaturam corporalem. Et quia habet facultatem ad magnas & fortes operationes, *subdit*: omne sublime videt, *idest*, intentio diabiaboli est ad quæcunque sublimia aggredienda. *Id quod dicitur solummodo, naturali ejus virtute spectata: si tamen à Deo permittatur. Hinc* Apoc. 7. *legimus*: Vidi alterum Angelum, ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei viui: *per quem* signatur S Christus, qui dicitur Angelus (*idest*, missus) propter reparationis mysterium, quia scilicet missus est ad humanam reparationem. Dicitur ergo Angelus, in quantùm homo; Angelus inquam, non natura, sed officio, *Is. 9. secundùm Septuaginta*: Et vocabitur nomen ejus magni consilij Angelus. *Et clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari*: idest, vniuersis dæmonibus per quatuor partes Orbis nocere optantibus permissum. *Dicens: nolite nocere terræ & mari neque arboribus*: idest T cum magno authoritatis imperio refrænauit quatuor Angelos, *quibus datum est nocere terræ*; idest, auaris, vel omnibus amantibus terrena; *& mari*; idest, superbis, & luxuriosis, vel omnibus malis: mare enim omnes proprietates septem criminalium peccatorum habet in se. Nam tumet, per quod significat superbos: linit, per

Diaboli magna potestas & virtus.

R. Iob 41. l. 2. ff.

Christus cur Angelus.

S Apoc. 7. tom. 1. & 2. ibi.

Per terram & mare quinam intelligantur.

T Ibid. tom. 2. & 1. ibi.

Proprietates maris, septem congruunt vitijs capitalibus.

Digitized by Google

quod inuidos: feruet, per quod iracundos: absorbet, per quod auaros: stat, per quod acediosos: spumat, per quod luxuriosos: mergit, per quod gulosos. Sed quare prohibet hic Angelus, cum datum sit eis nocere? quia videlicet dæmones excedunt, & semper vellent plus, quàm permittatur: vnde mala voluntas eorum prohibetur, ne tantùm possint, quantùm vellent; vnde dicitur: *nolite nocere*. Item pluribus, & plures, & pluribus modis affectant nocere, quàm concessum est eis: quod patet per hoc, quòd additur: *neque arboribus*. Ipsi enim semper volunt nocere bonis, qui sunt arbores fructiferæ, facientes fructus bonorum operum, habentes folia verborum in medicinam, & fructum operis in satietatem, radicati in Christi humilitate. *Et hinc colligitur*, quòd licèt V tam malis, quàm bonis, nocere appetant dæmones: tamen existentibus in gratia non sic permittuntur nocere, vt eis qui sunt in culpa: *nisi forte ad majorem in gratia profectum, vti probatus fuit S. Iob. Verùm circa hoc* sciendum est X quòd Deus malos punit & per bonos Angelos, & per malos: sed bonis nunquam aduersitatem inducit, nisi per malos: ideò super B. Iob aduersitatem nonnisi per Satan induci voluit. *Executor igitur est & diabolus diuinæ justitiæ in malos, ac veluti instrumentum, & hic & in Inferno*. Sicut enim Y hominibus per Angelos diuinæ illuminationes deferuntur: ita etiam dæmones sunt executores diuinæ justitiæ in malos. Neque in hoc aliquid minuetur dæmonum pœna, quia in hoc, quòd etiam alios torquent, ipsi torquebuntur. *Et quidem in hoc seculo* talis Z punitio indifferenter fit per bonos & malos Angelos: sed differenter à bono, & à malo. Quia bonus non punit, nisi exercendo justitiam diuinam in malos: malus autem, etsi obsequatur diuinæ justitiæ, tamen non ex intentione justitiæ hoc agit, sed ex peruersitate voluntatis suæ affligit bonos & malos; & libentiùs bonos, si permittatur, sicut patet de eodem Iob. *Si permittatur, inquam: quod ab initio Author expresserat*: Angeli mali minùs possunt ex diuina prouidentia eos reprimente, quàm possint secundùm naturalem virtutem. *Et subdit*: quia ex *Augustino* quædam A quæ Angeli mali possunt facere, si permitterentur, ideò facere non possunt, quia non permittuntur: vnde secundùm hoc ligari dicuntur, quòd impediuntur ab illis agendis, ad quæ eorum naturalis virtus se extendere posset: solui autem, cum permittuntur agere diuino judicio quæ secundùm naturam possunt: (*Apoc.* 20. Post hæc oportet illum solui modico tempore, *scilicet in fine Mundi*.) Quædam verò non possunt, etiamsi permittantur: quia naturæ modus eis à Deo præstitus hoc non permittit. *Et hoc est, quod Dominus* Iob 41. *de Satana expressit*: Non quasi crudelis suscitabo eum: quis enim resistere potest vultui meo? *idest*, prouidentiæ B meæ. *Q. d.* Quantumcunque sit potens: non tamen potest prouidentiæ meæ resistere, vt potentiâ suâ vtatur, nisi quantùm mihi placuerit: & mea voluntas, non ad perniciem, sed ad salutem hominum tendit: *vt nimirùm innueret, sæpe ad progressum in virtute dæmonem à Deo permitti hominibus nocere*. Profectò per sanctos C Angelos multa de diuinis mysterijs dæmonibus reuelantur, cum diuina justitia exigit, vt per dæmones aliqua fiant vel ad punitionem malorum, vel ad exercitium bonorum: sicut in rebus humanis assessores judicis reuelant tortoribus ejus sententiam. *Postremò quæ à Deo nunc frænatur virtus dæmonis & potestas, non ita in extremis Mundi temporibus, speciatim ad exercitium majusque justorum meritum: quamuis & tunc nec plenam habiturus est potestatem, vt quicquid voluerit, sit in hominibus impleturus. Id quod satis exprimitur* Matth. 24. *vbi de ijs calamitosis diebus legitur*: Surgent pseudo-christi & pseudo-prophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi: *præ magna nimirùm dæmonis potestate, ac subtili fallacia, cujus virtute per minas & blanditias magna operabitur Anti-christus. Et clariùs de Satana habetur. Apoc.* 20. Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas: & ligauit eum per annos mille, vt non seducat ampliùs gentes, donec consummentur mille anni: & post hæc oportet illum solui modico tempore. *Et infrà*. Cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & exibit, & seducet gentes, quę sunt super quatuor angulos terrę &c. *Cum consummati fuerint mille anni*: idest D tempus à passione Christi vsque ad aduentum Anti-christi: *soluetur Satanas*; idest, laxabitur ei potestas: *de carcere suo*; idest, de cordibus reproborum, in quibus ligatus est, quasi in carcere, ne ab eis & per eos irrumpat ad nocendum: & solutus *exibit* in apertam & crudelem persecutionem: & *seducet gentes*; idest, seorsum ducendo à Christo decipiet: *quæ sunt super quatuor angulos terræ*; idest, in quatuor partibus Mundi: & hoc (*paulò inferiùs*) per comminationes, persuasiones, promissa, dona, flagella, & alijs modis. *Et alibi*: Ligati sunt E demones vsque hodie: sed tempore Anti-christi soluentur, quia minùs refrenabuntur à Deo, & magis permittentur sæuitiam suam exercere in bonos. *Nec tamen in tot tantisque ærumnis deficiet bonorum Angelorum præsidium*: nam F & ipsi demones arcentur per bonos Angelos, ne noceant quantùm volunt: & similiter Anti-christus non tantùm nocebit, quantùm vellet, *nec per ipsum diabolus*. *Quòd si magna, at non plena, tunc erit dæmonis potestas, maxima procul dubio erit in Inferno*: *vbi quamuis* nullus ordo *esse dicatur*: est tamen ibi G ordo diuinę justitię vindicantis in malos per malorum ministerium; *hoc est, dæmonum, qui perpetui sunt hominum hostes acerrimi: & cum sint, vt vidimus, diuinæ justitiæ executores, credendum est, totas virtutis suæ vires in damnatos exercituros, vbi nulla admittitur misericordia ad eorum virtutem effrænandam, & potestatem*. Idcircò horrendum est (*ajebat Apostolus ad Hebr.* 10.) incidere in manus Dei viuentis. *Vbi Author*: Horrendum H non est vsque ad judicium, quandiu est *Pater misericordiarum*. Sed post judicium horrendum est, quando sicut *Deus vltionum* justitias judicabit; & *quidem per plenam dæmonum virtutem, vt dictum est, quæ modò compescitur ex diuina misericordia, & frænatur. Ergo curandum, vt tam validum hostem diuino auxilio, bonisque nostris operibus deuincamus, ne perpetuum in Inferno experiamur terrorem. Quod erit, si illius tentationibus fortiter restiterimus: de quo Num. seq.* DISCE, *nil in hominem diabolum posse, nisi permissum. Quæ plura hic desiderantur, vide Verbo*, Angelus, Angelus custos, Anti-christus, Diuinatio.

Dæmones non permittuntur à Deo nocere hominibus quantùm vellent.

Iusti sunt arboribus comparati.

V *Ibid. com.* 1 *ibi*, in frontibus.

Magis nocere permittitur diabolus malis, quàm bonis.

X *Iob* 1. *l.* 2 *sf. Hebr.* 11. *l.* 6. *ibi*, vastabat. *Ma.* 16. 9. *ad* 3.

Deus malos punit per bonos & malos Angelos: at bonis per malos solummodo aduersitatem inducit.

Y 4. *d.* 47. ...

Diuersa intentione punit malos Angelus bonus, & ...

Z *Iob* ... *Iob* 1. *l.* 2. *ibi*, inter eos. ...

Quædam diabolus potest, quia permittitur: quædam non potest, quia non permittitur: quædam non potest etiam permissus.

A *Pot.* 6. 3. *c.* & 3. *p.* 29. 1. *ad* 3.

B *Iob* 41. *l.* 1. *sub init.* & *cap.* 40. *ibi*, gladiu.

C 1. *p.* 109. 4. *ad* 1. *Ita* 2. *d.* 6. 1. 4 *c.*

Tempore Anti-Christi virtus dæmonis efficacius operabitur, sed non plenè.

D *Apoc.* 20. *com.* 1. & 2. *ibi*. & *cap.* 9. *ibi*, solui suos.

E *Apoc.* 9. *com.* 3. & 1. *ibi*, soluite, & *ibi*, soluti sunt.

F 1. *p.* 113. 4. *ad* 3.

G *Ad Hamib.* 1. *d.* 6. 1. 3. *ad* 1. & 1. *p.* 63. 8. *c.*

In Inferno plena erit diaboli potestas & virtus, cen diuinæ justitiæ executoris in damnatos.

H *Hebr.* 10. *l.* 3 *fi.* Bene operandum, ne tortorem experiamur.

XXI. Non est aliquod genus peccati, quod interdum ex instinctu diaboli non proueniat. *Ma.* 3. *a.* 5. *fi. c.*

c **V**Aria sortitur nomina, *osor humanæ salutis*, *Angelus præuaricator*. *Et communiùs quidem*, dęmon *vocari consueuit, quod est* sciens, *vel* sapiens: Demones I dicuntur quasi sapientes. *Et Augustinus lib.* 9 *de Ciuit. Dei*: Dęmones *inquit* dicuntur, quoniam grecum vocabulum est, ob scientiam nominati. *Non quòd scientia in malum accipiatur, sed quia lucifer scientia ipsa abusus est in malum superbiendo. Vnde &* Ezech. 28. *appellatur Cherub*, ab exprimendam L qualitatem culpę: quia enim per elationis vitium cecidit, ideò à scientia nominatur; quam nomen *Cherub* designat, de qua dicit Apostolus 1. *Cor.* 8. Scientia inflat. *Hinc magis*

I 2. *d.* 7. 1. 2. *in sed contra.* Dæmonis etymon.

L 2. *d.* 6. 1. 1. *ad* 1. *Ham.* 1. *c. ad* 1. & 1. *p.* 63. 7. *ad* 1. Et Cherub.

Digitized by Google

Diabolus magis propriè cacodæmon, quàm dæmon: sicut bonus Angelus, eudæmon.
M 1. Pet. 5. ibi, & Ps. 21. lit. i.
Dicitur & leo.

magis propriè spiritus malus cacodæmon, *sicuti* eudæmon *bonus Angelus nuncupatur. Item sub figura animalium, primò dicitur leo*, 1. Pet. 5. Diabolus tanquam leo rugiens &c. *Tanquam leo*, scilicet M per superbiam & elationem, *rugiens* per continuam nocendi esuriem, *circuit* propter malitiæ suæ fraudem & superbam infatigabilitatem, *quærens* propter fallendi studiositatem, *quem deuoret* propter sui implacabilem crudelitatem. *Et Psal.* 7. Nequando rapiat vt leo animam meam: *rapiat*, quasi N citò, & velociter: quia diabolus insidiosè facit, Psalm. 9. *Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua*: scilicet O alliciendo promissis, vel violentia, vel fraudulentia, *Psal.* 16. Sicut catulus leonis habitans in abditis. *Item dicitur lupus, Ioan.* 10. Et lupus rapit, & dispergit oues. *Lupus rapit*: idest P diabolus tentans, *& dispergit oues*, in quantùm aliqui per eum seducuntur, & aliqui persistunt. *Est autem proprium lupi, circumeundo ambulare, vt experientia notum est: quod facit & Satan; vnde & Iob* 1. *interrogatus à Domino*: Vnde venis? *respondit*: Circuiui terram, & perambulaui eam. *Vbi Author*: Per circuitionem Satan Q calliditas ejus ostenditur ad explorandum, quos decipere possit. Conuenienter autem per circuitum calliditas designatur, sicut per rectum simplex & justus: nam rectum est, cujus medium non exit ab extremis. Cum ergo actio justi à suo principio, quod est Dei voluntas, & fine illi intento, non discrepet: conuenienter justis adscribitur rectitudo. Callidorum autem est aliud prætendere ac aliud intendere: & sic id, quod demonstrant de suo opere, exit ab extremis, dum nec principio concordant, nec fini. Vnde rectè callidi circuire dicuntur: propter quòd scriptum est: *In circuitu impij ambulant*. Sciendum autem est, quòd etsi diabolus erga cunctos tam bonos, quàm malos calliditatis suæ studio vtatur: effectus tamen calliditatis suæ in solis malis consequitur, qui rectè terra nominantur. Cum enim homo compositus sit ex natura spirituali & carne terrena, malum hominis in hoc consistit, quòd derelictis spiritualibus bonis, ad quæ secundùm rationem mente ordinatur, terrenis bonis inhæret, quæ sibi competunt secundùm carnem terrenam: & ideò mali, in quantùm carnem terrenam sequuntur, rectè terra dicuntur. Hujusmodi igitur terram non solùm circuit Satan, sed etiam perambulat: quia in eis effectum suæ malitiæ complet. Per ambulationem enim complementum processus ipsius designatur: sicut è conuerso de viris justis dicitur, quòd in eis Deus perambulat. Vnde Apostolus illud inducit: *Inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos*, 2. Corinth. 6. *Circuit inquam nos vndequaque Satan, velut arcis animæ nostræ vigil obsessor, vt eam expugnet*. Tanquam hostis *ex glossa* obsidens R muros clausos, explorat, an sit aliqua pars murorum minùs stabilis, cujus aditu ad interiora penetret. Offert oculis formas illicitas, & faciles voluptates, & leuia esse peccata, vt visu destruat castitatem, & omnem virtutem. Aures per canora tentat, vt molliat Christianum rigorem. Linguam conuicio prouocat: manum injurijs lacessentibus ad cædem instigat: honores terrenos promittit, vt cœlestes adimat. Et dum latenter non potest fallere, apertos addit terrores: in pace subdolus, in persecutione violentus. *Ergo, subdit Author*, sicut qui vult capere castrum aliquod, circuit ipsum: *sic circuit* Satan, *quærens* videlicet, si est ibi in muro aliqua ruptura, scilicet defectus alicujus virtutis, per quem possit ingredi, *Iob* 30. Quasi rupto muro, & aperta janua irruerunt super me. *Et Hab.* 1. Ipse super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam. *Vigilandum idcirco jugiter, & fortiter pugnandum; præsertim verò in hora mortis, quando validiori nos impetu aggreditur: potissimùm enim* tunc S dæmones veniunt, quærentes, si aliquid suum inueniant *in nobis; vnde & S. Martinus morti proximus, diabolo tunc accedenti dicebat*: Nihil in me, funeste, reperies: Abrahæ me sinus recipiet. *Quo sensu dictum videtur illud Ier.* 5. Lupus ad vesperam vastabit eos; *idest*, propter T velocitatem: sunt enim horâ vespertina lupi velociores vacuati cibo, & aspirant ad prædam nocturnam. *Ita & diabolus velociùs tempore mortis accurrit* (*illud enim* momentum *est*, in quo pendet æternitas) *ad prædam nocturnam, animæ scilicet* sedentis in tenebris & vmbra mortis, *corporalis nimirùm & spiritualis*.

N Ps. 7. lit. a.
O Ps. 9. lit. n.
Lupus.
P Ioan. 10. l. 3. lit c. & d.
Q Iob 1. l. 2. ibi.
Per circuitum calliditas, per rectum simplicitas innuitur.
Mali cur terra dicantur.
Malum hominis in quo cõsistat.
Malos non solùm circuit diabolus, sed & perambulat, & quo sensu.
Diabolus arcis animæ nostræ obsessor.
R 1. Pet. 5 ibi, circuit. Matth. 4. lit. a. ibi tentator. Op. 7. Pet. 6.
Hora mortis præsertim.
S Ier. 5. ibi.
T Ps. 36. f.

¶ *Item* Iob 40. *describitur sub figura* Behemoth, *idest Elephantis, &* Leuiathan, *idest Cete*. Ecce Behemoth, quem feci tecum, fœnum vt bos comedet &c. *Et infrà*. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam ejus &c. *Quo loci Author*: Inter omnia *inquit* terrestria V animalia excellit Elephas magnitudine & virtute: inter animalia verò aquatica excellit Cetus. Et ideò Dominus describit diabolum sub figura Elephantis & Ceti, vt hoc nomen *Behemoth*, quod significat *animal*, referatur ad Elephantem, qui inter cætera animalia terrestria, quæ communiùs animalia dicuntur, quoddam principatum tenet propter magnitudinem corporis: nomen autem *Leuiathan*, quod significat *additamentum eorum*, referatur ad Cete grandia, quæ habent magnitudinis additamentum supra omne animalium genus. *Inter cætera verò, quæ de Satana sub figura Elephantis traduntur* (*quæ latiùs vide ibi*) *dicitur*: Fœnum quasi bos comedet; *videlicet*: quia X herbæ nascuntur in terra, per hoc signatur, quòd Satan pascitur, idest delectatur, in terrenorum dominio: (*hoc est in malis, qui per terram, vt vidimus, significantur*:) vnde & jactanter de se dixit *Luc.* 4. Mihi tradita sunt omnia regna Orbis terræ, & cui volo, do illa. *Item dicitur*: Qui fecit eum, applicabit gladium ejus; *idest*, Deus noxiam operationem ipsius. Voluntas autem nocendi inest diabolo à se ipso, propter quod dicitur: *gladium ejus*; sed effectus nocendi non habet, nisi ex voluntate vel permissione diuina. Et quia dixerat, quòd *fœnum vt bos comedet*: ostendit, vnde fœnum accipiat ad edendum; vnde subdit: *Huic montes herbas ferunt*: per quod intelligitur, quòd sublimes in hoc seculo & superbi afferunt diabolo suæ delectationis seu refectionis materiam. *Item dicitur*: Absorbebit fluuium, & non mirabitur: *videlicet*, quia Elephas multum de aqua potat, vnde Aristoteles dicit *in lib.* 8. *de animal.* Quòd jam quidam Elephas bibit aquæ metretas Macedonicas 14. pro semel, & iterum alias octo. (*Metreta autem genus vasis est, amphoram continens; vel secundùm alios, amphoram cum quadrante.*) Secundùm autem quòd refertur ad diabolum, significatur ejus præsumptio, quâ se confidit de facili sibi incorporare per consensum omnes homines instabiles, etiamsi habeant aliquam Dei cognitionem. In his enim tribus generibus hominum, maximè diabolus habet effectum: scilicet in superbis, voluptuosis, & instabilibus, siue curis seculi deditis, qui possunt per fluuium designari. *Et in his omne genus peccati comprehenditur, ex illo* 1. *Ioan.* 2. Omne, quod est in Mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. *Hæc de Satana sub figura Elephantis*. Postquam *autem* Dominus Y descripsit proprietates diaboli in similitudine Elephantis, qui est maximum animalium terrestrium, describit ipsum sub similitudine *Leuiathan*, idest Ceti, quod est maximum animalium marinorum: &, sicut *Plinius* dicit, est magnitudinis quatuor jugerum. Et *Isidorus*, quòd habent corpora æqualia montibus: ad quod refertur nomen *Leuiathan*, quod interpretatur *additamentum eorum*: &, vt idem *Isidorus* dicit, hoc animal dicitur *Balena* à græco vocabulo,

Diabolus sub figura Elephantis, & Ceti.
V Iob 40. l. 2. ibi.
Behemoth & Leuiathan quid significent.
X Ibid. ibi.
Diabolus pascitur in terrenis.
Superbi & sublimes materiam refectionis diabolo parant.
Metreta, idest mensura, vasis genus.
In quibus habeat effectum diabolica operatio.
Y Ibid. l. 3 init. & Is. 27. init.
Diabolus sub figura Ceti.
Ceti magnitudo, siue Balenæ.

Digitized by Google

Cur diabolus Elephanto, & Ceto assimiletur,

bulo, quod est *emittere*: quia altiùs cæteris animalibus marinis emittit aquas. Et potest dici, quòd sicut diabolus comparatur Elephanti, qui viuit in terris, propter effectus manifestos, quos operatur in terrenis & corporalibus creaturis: ita comparatur Ceto, vel Balenæ, in fluctibus maris degenti, propter effectus quos operatur in fluctuatione interiorum motuum. Et ne credatur, quòd homo sua virtute possit diabolum superare, ostendit, quòd non potest superari per modum, quo capiuntur pisces, vnde dicit: *an extrahere poteris Leuiathan hamo*; scilicet, de aquis. Quod fieri non potest duplici ratione: primò quidem, quia tantæ est magnitudinis, quòd nulla hominis virtute aut instrumento sursum eleuari possit. Secundò quia tantæ est fortitudinis, quòd hamo retineri non possit; & ad hoc significandum subdit: *& fune ligabis linguam ejus*. Pisces enim qui capiuntur hamo, per funem, cui hamus appenditur, retinentur.

Non potest homo diaboli virtutem impedire.

Per quod significatur, quòd nullus homo potest diabolum neque à malitia sua extrahere, neque etiam eum ligare, vt in sua malitia non procedat: *sed solus Deus. Cætera vide ibi. De quo tamen illud notandum, quòd* diabolus Z dicitur *Leuiathan* (*idest*, additamentum) quia addit primò humanæ nequitiæ, Psal 68. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum*. Secundò propriæ potentiæ, Matth. 4. *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me*. Tertiò diuinæ justitiæ, Genes. 4. *Major est iniquitas mea, quàm vt veniam merear*. Quartò diuinæ misericordiæ, Genes. 34. *Tristem deliniuit blanditijs*.

Z *Is. 27. fi.* Cur diabolus dicitur *Leuiathan*, quod est *additamentum*.

Diabolus draco.

A *Apoc. 12. 9. & 2. com. 1. & 2. ibi*, draco, *& ibi*, draconem &c. Serpens,

g *Describitur pariter diabolus* Apoc. 12. & 20. *sub figura draconis, & serpentis*. Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas, qui seducit vniuersum Orbem. *Projectus est ille*: scilicet A diabolus: *draco*, per violentiam: *magnus*, propter vehementiam malitiæ: *serpens*, propter astutiam: *antiquus*, propter experientiam; & ideò cauendum est ab eo, qui expertus est, & exercitatus in malitia, *Ioan*. 8. Ille homicida erat ab initio. *Qui vocatur diabolus*, propter superbiam, cujus merito cecidit: *diabolus* enim interpretatur *deorsum fluens*; fluit enim à malis ad malos, & eos fluere facit.

Diabolus quid significet.

B *Iob 1. l. 1. sub init. & 1. Pet. 5. ibi*, diabolus. *& Apoc. 14. c 2 ibi*, moriuntur.

C *Apoc. 2. com. 2. ibi*, Balaam. *& cap 12. & 21. ibi*, diabolus.

Diabolus, idest duos bolos faciens de homine, animam scilicet & corpus vorans.

(*Et alibi*: *dicitur* diabolus B quasi deorsum cadens; *vnde & vt alij cadant, vehementer curat, Matth*. 4. Si cadens adoraueris me; *& iterum*: Mitte te deorsum. *Quoniam verò incessanter* circuit quærens quem deuoret, *vt dicitur* 1. *Pet*. 5. Vorator C est diabolus, qui deuorat peccatorem, nec facit de ipso, nisi duos morsellos, vnum de corpore, & alium de anima: vnde bene dicitur *diabolus*, scilicet *duos bolos* habens, idest duos morsellos, *Ier*. 51. Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor Rex Babylonis, *qui diaboli nimirùm figuram exhibet. Item diabolus dicitur, idest criminator, siue calumniator, à* diabole, *quod est criminatio, siue calumnia. Item diabolus, idest aduersarius*, 1. *Pet*. 5. *cit*. Aduersarius vester diabolus:)

Diabolus, idest aduersarius, & calumniator.

Satanas, idest aduersarius,

vnde dicitur & Satanas, *nimirùm per inuidiam*, siue nequitiam, per quam aduersatur humanæ saluti; Satanas enim interpretatur aduersarius. (*Hinc Petrum Matth*. 16. *sibi aduersantem, quippe qui à passione & morte pro salute Mundi toleranda eum retrahebat, increpauit Christus ijs verbis*: Vade post me, Satana. *Etenim* Satanas D est idem, quod aduersarius; vnde qui diuino consilio contradicit, Satanas dicitur.)

D *Matth. 16. lit c. ibi. Iob 1. l. 1. sub init. In 1. d. 48. exp. fest.*

Cur dicitur *coluber tortuosus*.

E *Iob 26. fi. ibi.*

Qui seducit vniuersum Orbem: idest, decipit, seorsum ducens, idest separans à Deo & statu salutis, *quoscunque potest. Sed & cohærenter appellatur* Iob 26. *coluber tortuosus*. Spiritus ejus ornauit Cœlos: & obstetricante manu ejus, eductus est coluber tortuosus. *Ornauit Cœlos*: idest E cœlestes spiritus ornamentis spiritualium donorum. Non erat autem conueniens, vt diabolus percussus per priuationem gloriæ cum ornatis per Spiritum Sanctum remaneret; vnde subdit: *Et obstetricante manu ejus, eductus est*, scilicet à societate bonorum Angelorum, *coluber tortuosus*, idest diabolus, qui colubro comparatur propter malignitatis venenum: & tortuosus dicitur propter calliditatem. Signanter autem dicit eum *eductum obstetricante manu Dei*: sicut enim obstetrix sic educit infantem quandoque mortuum, vt mater non lædatur: ita Deus sic eduxit diabolum de medio Angelorum, vt bonorum Angelorum societas in nullo detrimentum sit passa. *Et alio in loco*.

F *Prol. in Is. fere fi.* In eo obscuritas consideratur, & obliquitas. Colubri etymon.

In colubro F tortuoso duo considerare possumus; scilicet obscuritatem, & obliquitatem. Primum in nomine colubri, obscuritatem intelligimus: quia *coluber* dicitur quasi colens vmbram, quæ sonat priuationem lucis. Obliquitatem verò in hoc, quòd dicitur tortuosus: distortum enim est, quod à rectitudine obliquatur. Et ideò per hunc colubrum tortuosum creaturæ illæ intelligi possunt, quarum pulchritudo est per peccatum obscurata, & rectitudo obliquata, & præcipuè diabolus, *cujus inuidia mors introiuit in Orbem terrarum*, Sap. 2. Et de vmbrositate ejus dicitur Iob 40. *Sub vmbra dormit in secreto calami*. Et de ejus tortuositate Is. 27. *Visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti, super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum*.

G *Is. 27. fi.* Diabolus ex quatuor dicitur serpens.

Diabolus *autem* dicitur G serpens: Primò propter renouationis ingenium, 2. Cor. 11. *Ipse Satanas transfigurat se in Angelum lucis*. Secundò propter incedendi modum, Iob 1. *Circuiui terram, & perambulaui eam*. Tertiò propter venenosum morsum, Prou. 23. *In nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet*. Quartò propter inuolutionis modum, *Iob* 40. Stringit caudam suam quasi cedrum.

Diabolus & hydra.

H *Apoc. 12. com. 2. & 3. ibi.*

Quin & septiceps hydra Apoc. 12. *diabolus nuncupatur*. Et ecce draco magnus, rufus, habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus ejus diademata septem. *Et ecce draco*: idest H diabolus, qui dicitur draco propter astutiam, qua latenter insidiatur, vt noceat, *Gen*. 3. Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ: *magnus*, propter potentiam nocendi, *Iob* 41. Non est super terram potestas, quæ comparetur ei: *rufus*, propter malitiam, qua mortem & sanguinem hominis sitit ab initio, Ioan. 8. *Ille homicida erat ab initio*.

Cur leo aliquando dicatur, aliquando draco.

I *Apoc 12. com. 3. ibi.*

Et nota, quòd aliquando diabolus dicitur leo, aliquando draco. Leo dicitur, vbi apertè sæuit: draco, vbi occultè decipit: (*vnde* Augustinus in quodam I sermone: *Leo apertè irascitur: draco occultè insidiatur*.) *Habens capita septem*: in quantùm diabolus suggerendo mouet ad septem capitalium peccatorum commissionem: *& cornua decem*; idest, opulentiam, potentiam, & sapientiam secularem: quæ dicuntur *cornua*, quia per hæc eleuantur homines in superbiam. Dicuntur autem *decem*, quia propter hæc Decalogus impugnatur, & propter illa despicitur. *Et in capitibus ejus diademata septem*, propter septiformem tentationem, per quam victores coronantur: *de qua inferiùs. En horrendum terrificumque, non Lernæum, sed Auernum monstrum, quod soli diuino Herculi, Christo videlicet Seruatori nostro, reseruatum est debellare.*

Diabolus, generaliter bestia, & cur.

L *Apoc. 17. com. 2. & 3. ibi.*

Vlteriùs, quòd ferociorum animalium sæuitiam exerceat, Apoc. 17. *generaliter bestia nuncupatur*. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem. *Vidi mulierem*: idest L omnium mundanorum vniuersitatem: quæ dicitur mulier propter vitæ mollitiem, & fallendi facilitatem, Is. 19. *In illa die erit Ægyptus*, idest Mundus, *quasi mulieres* (*& Nah*. 3. Ecce populus tuus, mulieres in medio tui; *non viri: quod certè nostro tempore verum habet*:) *sedentem super bestiam*; idest, quiescentem super diabolum: *coccineam*; idest, sanguineam: diabolus *enim* est sanguineus & in se & in suis, quia sui complices sanguinem Sanctorum fuderunt. *Et alibi*. Super bestiam coccineam; idest,

Digitized by Google

Bestia vnde dicatur.

M Apoc. 17. com. 1. ibi. & 1. p. 72. ad 2. In 2. d. 13. exp. tex. Ad Tit. 1. l. 3. fi.

idest, diabolum M qui bestia est, quia crudeliter sæuit in homines, cum potest: *bestia* enim dicitur, quasi *vastia* à vastando, *Ier.* 6. Crudelis est, & non miserebitur. *Coccineam*: quia diabolus plenus est peccatis, quæ per sanguinem signantur: similiter & ejus membra. Vel *coccineam*, idest sanguineam spiritualiter, propter interfectionem animarum, & corporum quandoque, *Hab.* 1. Horribilis & terribilis est: & semper interficere gentes non parcet. (*Vnde & S. Martinus in extremo morbo diabolum intuitus*: Quid hic, *ait*, astas cruenta bestia?) *Plenam nominibus blasphemiæ*; idest, blasphemijs notabilibus & apertis, quod per nomen signatur: quia non solùm facit diabolus homines blasphemare Deum occultè, sed etiam apertè. Per ipsum autem diabolum bene nomina ponuntur blasphemiæ in malis, vnde de multitudine malorum dicitur suprà c. 13. *Et super capita ejus nomina blasphemiæ.* Habentem capita septem & cornua decem: *quod expone vt suprà.*

N Iob 40. l. 2. mit. & Prol. in 2. Sent. fi. Gen. 3. ibi, sed & serpens.

Cur diabolus animalibus brutis comparetur, & in eorum figura appareat.

h *Ratio autem præfatorum est: quia*, sicut homo N per peccatum decidit à ratione dignitatis, & contra rationem agens irrationabilibus comparatur: ita etiam diabolus per peccatum auertens se à supremis & intelligibilibus bonis, dum principatum super inferiora & terrena appetijt, animalibus brutis comparatur: in quorum effigie dæmones frequenter apparent hominibus, Deo prouidente, vt tales figuras corporum sinantur assumere, per quas eorum conditio designetur. Est autem considerandum, quòd sicut Angeli in sua dignitate remanentes, excellentiam quandam habent super hominum dignitatem, vnde & in fulgentiori quadam claritate apparent hominibus: ita etiam dæmones excellentiam quandam & principatum in malitia supra homines habent; & ideò sub figura excellentium, & quasi monstrosorum animalium describuntur. In signum O hujus, non permittuntur communiter assumere, nisi corpora turpia, eorum deformitati conuenientia. Vnde non tentauit diabolus (*post pauca*) Euam, nisi sicut fuit à Deo permissus: fuit autem permissus in specie serpentis, vt per hoc quòd est animal turpe & venenosum, posset Eua aliqualiter deprehendere dolum ejus, vt tentatio scilicet esset minùs violenta: &, si caderet, esset Eua minùs excusabilis. *Et hinc est, quòd sæpe sæpius sub monstrosis animalium figuris apparent*, *Is.* 13. Requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi &c. *Draconibus*: qui P secundùm quosdam sunt serpentes alati magni: secundùm alios pisces magni, habentes humidas squamas: secundùm alios, serpentes cubitales comedentes alios serpentes, & flatu oris inficientes. *Pilosi*: idest, animalia pilosa, vt vulpes, lupi, & hujusmodi: vel homines syluestres, pilosi & hispidi: qui à quibusdam dicuntur non veri homines, sed figuram hominis habere, vel dæmonis in tali figura assumentis corpora. Domos desertas tales frequentantes sunt, qui & ambulant per noctem, & inquietant homines diuersis modis. *Cui consonat illud Is.* 34. Et erit cubile draconum, & pascua struthionum. Et occurrent dæmonia onocentauris: & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem. *Vbi Author*: Hic Q ostendit *inquit* horrorem solitudinis ex monstris, quæ ibi habitabunt. Dicit autem, *dæmonia*; idest, dæmonum monstra, quæ in desertis plurimùm apparent. *Onocentaurus* est medius asinus & medius equus: vel illud est dæmonum potiùs, quàm naturale animal. *Pilosus*; idest, simia, vel homo syluester, vel dæmon incubus. *Lamia*; idest, habens cætera membra fœminea, pedes vero equinos. *Diabolus igitur* multifaria R sortitur vocabula, ob multiplices quas contra nos molitur insidias. Nam

O Gen. 3. ibi, sed & serpens 2. 2. 165. 2. ad 3. In 2. d. 21. a. 1. c. & ad 3.

P Is. 13 ibi. Draco quoddam animal.

Pilosi quinam dicantur Is. 13.

Q Is 34. ibi.

Onocentaurus quid.

Quid lamia.

Diabolus varia sortitus est nomina, & cur.

R Apoc. 14. com. 1. ibi, molitur.

quandoque tentando aduersatur bono proposito nostro, ne proficiamus: & secundùm hoc dicitur *Satan*, idest aduersarius. Aliquando suggerit plus, quàm facere possumus: & secundùm hoc dicitur *Leuiathan*, idest additamentum. Aliquando suggerit voluptatem carnalem sub specie necessitatis, vel discretionis: & sic dicitur *Behemoth*, idest animalis. Interdum suggerit pusillanimitatem: & secundùm hoc dicitur *diabolus*, idest deorsum cadens. Aliquando suggerit malum sub specie charitatis: & sic *serpens* vocatur propter calliditatem in decipiendo; & multis alijs modis. *Denique, vt exprimatur in diabolo totius malitiæ plenitudo*, homo *in Sacra Scriptura appellatur*, *Matth.* 13. Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. *Vbi Author*: Homo *inquit* dicitur S diabolus per defectum à Deitate, Psalm. 9. *Exurge Domine, non confortetur homo*: & hic homo dicitur *inimicus* propter consummatam malitiam, *quòd hæc omnium præponderas bestiarum ferocitati: quæ immò sæpe apud homines, vel beneficijs affectæ, vel Deo ordinante, mansuefiunt, vt sacræ simul & profanæ testantur historiæ. Vnde & Agatha virgo ad tyrannum dicebat*: Si feras mihi promittis, audito Christi nomine mansuescunt. *At homo non ita, etsi Christi præceptum extet*: Diligite inimicos vestros; *quinimmò magis odio exardescit; tantùmque abest, quòd verum habeat illud*: Homo homini Deus, *vt immò verificetur*: Homo homini diabolus, *bestia*, & *plùsquam bestia. Vnde super illud ad Tit.* 1. Cretenses, malæ bestiæ: *Malæ bestiæ, inquit Author*, idest T crudeles: bestiæ enim dicuntur quasi vastiæ, quia crudeles sunt: (*siquidem bestia à crudelitate, bellua à magnitudine nuncupatur*;) Prou. 28. *Leo rugiens*, & *vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem.* Et dicit, *malæ*: quia secundùm Philosophum *in Politicis*, Homo, quando secundùm rationem operatur, est optimum animalium; sed quando declinat ad malitiam, est pessimum: quia, si declinat propter crudelitatem, nulla bestia est ita crudelis. Vnde dicit, quòd decies millies est pejor malus homo, quàm mala bestia. *Idcircò, vt crudelitas diaboli innotescat magis, homo vocatur. Et alibi, super illud Psal.* 9. Non timebo, quid faciat mihi homo: *homo*, idest V aduersarius quicunque carnalis: vel diabolus, qui dicitur homo ab homine victo (*quin & ab homine victus*) sicut Scipio Africanus *ab Africa debellata. En qualis est homo inimicus, scilicet diabolus, perpetuus nostræ inimicus salutis: cujus petit quotidie orans Ecclesia à locis nostris insidias repelli, ne succumbamus deuicti, secundùm illud Psal.* 12. Illumina Domine oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte; ne quando dicat inimicus meus: præualui aduersùs eum. *Vbi admonemur, quòd* quandiu homo X solicitus est, vt peccato resistat, non cadit in mortem: sed quando dormit, occiditur. Sic 2. *Reg.* 4. quando Isboseth dormiebat, & illa (*ostiaria*) quæ purgabat triticum, occisus est. *Ne quando dicat inimicus meus exultando: præualui aduersùs eum.* Diabolus enim (*inimicus noster*) exultat, quando tentat & trahit in peccatum. *Idcircò vigilandum*, 1. *Pet.* 5. Vigilate, quia aduersarius vester diabolus &c.

i *Præfata igitur cuncta diabolo attribuuntur, ob peruersum illius finem præcipitandi hominem per tentationem*: semper *enim* tentat Y vt noceat, in peccatum præcipitando. *Sic Dominum tentans, statuens illum super pinnaculum Templi, dixit ei*: Si Filius Dei es, mitte te deorsum. *Videlicet*: quia Z ejus intentio est semper, præcipitare, sicut ipse præcipitatus est. *Siquidem* casus suus A excitat in eo inuidiam & malitiam ad tentandum homines, ne scilicet possint illuc ascendere, vnde ipse irreuocabiliter cecidit. *Hinc antonomasicè* tentator *dicitur*, *Matth.* 4. Et accedens tentator, *scilicet diabolus*; &

1. *Thess.*

Ad exprimendi magis diaboli malitiam, homo nuncupatur.

S Matth. 13. lit. b. ibi.

Homo crudelis non facilè mansuescit.

T Ad Tit. 1. l. 3. fi. & Ephes. 6. l. 3. fi.

Homo secundùm rationem optimum animalium: ab ea discordans, pessimum; immò pejor, quàm bestia.

V Hebr. 13. l. 1. circ. fi. Matth. 5. lit. d. ibi, ab hominibus.

Diabolus, homo inimicus.

X Ps. 12. lit. d.

Quorsum tentationes.

Y 1. p. 114. 3. c. Matth. 4. lit. a. ibi, mitte te.

Z Matth. 4. lit. a. ibi.

A Apoc. 9. c. 1. ibi, cecidisse.

Antonomasicè tentator.

Digitized by Google

B 1. Theff. 3. l. 5. ibi. Matth. 4. lit. a. ibi, tentator. In 2. d. 21. 2. 1. & ad Rom. 16. & 1. p. l. c. & 3. p. 41.

1. Thess. 3. Ne fortè tentauerit vos is, qui tentat. *Pro cujus notitia sciendum, quòd* tentare B est experimentum de aliquo sumere. In quo considerandum est, ad quid velit quis sumere, & quomodo. Nam hoc est dupliciter: vel vt ipse cognoscat: vel vt alium cognoscere faciat. Primo modo Deus non tentat: *ipse enim scit quid est in homine*, Ioan. 2. Secundo modo sic: Deus enim tentauit Abraham *Gen.* 22. vt alij scirent fidem ejus. Sed primo modo tentare est dupliciter: scilicet vt promoueat ad bonum, sicut Episcopus promouendos examinat: vel aliquis tentat, vt decipiat; & hoc est diaboli: quia scilicet inquirit conditionem hominum, vt scilicet secundùm diuersas conditiones, ad diuersa vitia, ad quæ proni sunt, inducat, 1. Pet. 5. *Aduersarius vester diabolus circuit quærens quem deuoret*. Officium ergo ejus est tentare ad decipiendum. *Et quamuis Mundus etiam tentet & caro*: solus *tamen* diabolus C dicitur tentare, non quia ipse sit semper immediatus tentator: sed quia ipse primò tentauit hominem, ex qua tentatione parata est alijs tentantibus via. Vel dicendum, quòd diabolus solus dicitur tentator, quia illi soli, & membris ejus, conuenit impugnare virtutem cum intentione occidendi hominem per peccatum. Hoc autem caro non intendit, sed delectabili cognito perfrui. Vel quia ipse vtitur rebus Mundi & carne, sicut instrumentis ad tentandum hominem. *Vnde & illud Ephes.* 6. Non est nobis colluctatio aduersùs carnem & sanguinem, *exponitur*: idest D quòd nos impugnent caro & sanguis, hoc non est eorum principaliter, sed à superiore mouente, scilicet diabolo. *Nec* tentator *solummodo dicitur, sed & cum addito*, callidus; *vnde Ecclesia*: Ne nos apprehendat callidus tentator, *ex illo Gen.* 3. Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. *Quod liquet satis in prima tentatione ad hominem*: quem primò E tentauit de gula. Sed notanda est mira astutia in tentando: ita enim directè de vno tentauit, quòd ex obliquo de altero. Vnde in primo homine suadebat, quòd comederet de ligno: quod ad peccatum carnale, scilicet gulæ, directè pertinebat; sed latenter inducebat ad superbiam & auaritiam, quæ sunt peccata spiritualia. *Callidus inquam tentator: ex quo* Iob 41. *de illo sub figura Ceti dicitur*: Quis reuelabit faciem indumenti ejus? *idest*: quis homo F potest accedere ita prope Cetum, vt ab operculis indumenti ejus possit faciem ejus detegere? per quod datur intelligi, quòd astutias diaboli nullus homo sufficit aperire. *Idcircò & Cant.* 3. *signanter dicitur*: Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel: omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. *Quia nimirùm* necesse est G vt spiritualis prælij arte instructi sint, qui *aduersùs principes & potestates, & aduersùs Mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus* bellum gerunt. Versutissimus enim est ille hostis: & tam subtilitate spiritualis naturæ, quàm etiam temporis longinquitate (*serpens antiquus*) doctissimus: contra quem Sancti bella suscipiunt. *Vel, quia dicuntur* principes & potestates, *ex quo nedum callidi, sed* & potentes H & magni sunt: ideò habent magnum exercitum, contra quem habemus pugnare *aduersùs Mundi rectores tenebrarum harum*, scilicet peccatorum. *Hac de causa diabolus tentator*, Aquilo *dicitur*, *Ier.* 1. Ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ: *siquidem* diabolus I dicitur Aquilo, primò propter tentationis impetum, Eccli. 43. *Vox tonitrui ejus verberabit terram, tempestas Aquilonis, & congregatio spiritus*. Secundò quia impedit boni operis fructum, Cant. 4. *Surge Aquilo, & veni Auster: perfla hortum meum, & fluant aromata illius*. Tertiò quia siccat lacrymarum fluuium; *Ventus Aquilo dissipat pluuias*, Prouerb. 25. *Propter hos, aliosque diabolicæ nequitiæ prænumeratos effectus, triplici lingua* Apoc. 9. *diabolus nominatur*: Et habebant (*locustæ*) super se regem, angelum abyssi, cui nomen hebraicè *Abaddon*, græcè autem *Apollyon*, latinè habens nomen *Exterminans*. Quia *scilicet* diabolus L exterminare nititur hominem à gratia in via, & à gloria in Patria; idest, extra terminum ponere, Psal. 79. *Exterminauit eam aper de sylua*. Tribus autem linguis solemnibus nominat diabolum, vt omnes excitet ad cauendum ejus astutias: sicut titulus Domini scriptus fuit tribus his linguis, *Ioan.* 19. vt signaretur illud ad Philipp. 2. *Omnis lingua confiteatur &c.* Et sicut Euangelium scriptum est in triplici lingua: scripsit enim *Matthæus* hebraicè, *Lucas* & *Ioannes* græcè, *Marcus* autem latinè, qui Romanis scripsit. *Q. D.* Vos Hebræi, Græci, & Latini cauete ab ejus seductione. In his autem linguis omnes aliæ intelliguntur: quia enim hæ tres sunt principaliores, ideò eas tantùm ponit: *sicut & de titulo Crucis dicendum est*.

Quo sensu, tētare sit proprium diaboli.

Cur solus dicatur tentator.

C 1. d. 21. 1. 2. ad 1. Ma. 3. a. 4. & 1. p. l. c. Genes. 3. ibi, serpens, & 1. Theff. 3. l. c. & 2. 2. 55. 2. ad 3. & 97. 2. c.

D Ephes. 6. l. 3. ibi.

Nedum tentator, sed & callidus.

E Matth. 4. lit. a. & 3. p. 41. 4. c.

Ejus calliditas in primo homine tentando.

F Iob 41. l. 1. ibi, Eph. 6. l. 3. ft. Op. 7. Pet 6.

Nemo potest astus ejus cognoscere.

G Cant. 3. com. 7. ibi.

Nedum callidus, sed & potens

H Ephes. 6 l. c.

Hinc *Aquilo* nuncupatur.

I Ier. 1. f. Cant. 4. com. 1. & 2. ibi, Aquilo.

Et triplici lingua *exterminans*.

L *Apoc.* 9. com. 1. & 2. ibi.

Vt astus ejus ab omnibus caueantur.

Quo idiomate scripserint Euangelistæ.

I *Dubium at hic suboritur, num dæmonum impugnatio à Deo sit. Et respondet Author, quòd* circa impugnationem M dæmonum duo est considerare: scilicet ipsam impugnationem, & impugnationis ordinem. Impugnatio quidem ipsa ex dæmonum malitia procedit, qui propter inuidiam, profectum hominum impedire nituntur: & propter superbiam, diuinæ potestatis similitudinem vsurpant, deputando sibi ministros determinatos ad hominum impugnationem; sicut & Angeli Deo ministrant in determinatis officijs ad hominum salutem. Sed ordo impugnationis ipsius est à Deo, qui ordinatè nouit malis vti, ad bona, ea ordinando. *Verumtamen* mali N Angeli impugnant homines dupliciter. Vno modo, instigando ad peccatum: & sic non mittuntur à Deo ad impugnandum, sed aliquando permittuntur secundùm Dei justa judicia. Aliquando autem impugnant homines puniendo: & sic mittuntur à Deo. *Horum verò, vbi permittuntur, magna est ad tentandum & impugnandum potestas*: *quæ tangitur* Apoc. 6. *ijs verbis*: Et exiuit alius equus rufus: & qui sedebat super illum, datum est ei, vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant: & datus est ei gladius magnus: *idest*, magna O potestas: quia ad multos & magnos deijciendos, vt in Petrum *Matth.* 26. & quantùm ad multas & magnas persecutiones concitandas, Iob 41. *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei*. Nec ideò data est ei licentia malefaciendi à Deo: sed vsus potestatis diaboli in tentando est concessus, idest permissus: tamen potestas tentandi, quæ bona est, concessa, idest collata est à Deo. Omnis enim potestas est de genere bonorum, in quantùm potestas: sed abusus est malus. Permisit autem Dominus: vt commendabilius esset meritum stantium, & inexcusabilius demeritum eorum, qui peccarent: & quia ex ejus tentatione prouenit fructus bonis, cum tentantur, & vincunt tentatorem. Quantùm verò ad eos, qui vincuntur, elicitur bonum de tentatione diaboli: quia postea resurgunt humiliores & fortiores: aut, si finaliter vincuntur, manifestatur diuina justitia in eorum damnatione, & iterum Sanctorum gloria major est, consideratâ pœnâ malorum, Ps. 57. *Lætabitur iustus, cum viderit vindictam*. Et diaboli quidem potestas magna est ad tentandum propter sui latitudinem; quia potest tentare bonos & malos, minores & majores. Item propter persuasionum qualitatem, quia per plura motiua tentat: aliquando per ea, quæ homo timet: aliquando suggerendo quæ placent. Item propter modi multiplicitatem: quia tentare potest, nunc mulcendo, nunc terrendo, occultè & apertè, visibiliter & inuisibiliter, interiùs & exteriùs, assumpto corpore & non assumpto. Parua tamen est ejus potestas ad deijciendum per se: quia non potest hominem deijcere, nisi homo se illi subijciat per consensum: tunc

Impugnatio à diabolo; ordo impugnationis à Deo.

M 1. p. 114. 1. c. Ma. 3. a. 3. & 4.

N 1. p. l. c. ad 1.

Non mittuntur ad impugnandum, sed permittuntur: ad puniendum autem mittuntur dæmones à Deo.

O *Apoc.* 6. com. 1. ibi

Magna diaboli ad impugnandum potestas.

Cujus permittitur vsus à Deo in impugnatione, ad meritum vel demeritum impugnatorum.

Magna ejus potestas ex multiplici capite.

Magna tamen est ex tentatorum debilitate.

Digitized by Google

tunc enim efficitur magna, non ex se, sed aliorum debilitate. Potestas igitur ejus & magna est ad persuadendum, & modica ad vincendum de se. Alijs ergo leo est, alijs formica. Et quamuis *glossa* hic *gladium* vocet potestatem interficiendi: dicendum, quod ponitur consequens pro antecedenti: potestas interficiendi; idest, tentandi siue persuadendi, ex qua persuasione sequitur interfectio per peccatum. Sic autem loquitur propter verbum praecedens: *& vt inuicem se interficiant*: ipse enim illud procurat. Simili modo accipitur illud Psalm. 103. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei*: quia diabolus conditus est à Deo, quantùm fuit ex se, adhoc vt ejus tentationibus justi proficiant, dum resistunt: ex quo sequitur ejus illusio, quia sequitur contrarium ejus, quod ipse intendit. *Et ad hanc daemonis potestatem & fortitudinem impugnantis videtur referri quod habetur* Apoc. 12. *cum dicitur*: Et draco stetit ante mulierem, quae erat paritura: *Draco*: scilicet P diabolus, armatus potentia, astutia, & malitia: *stetit*, non fessus, non fatigatus, sed semper vigilans, & insidians bonis: *ante mulierem*, idest, contra Ecclesiam (*vel animam*) quae erat paritura: quia, cum grauida est anima conceptione boni propositi, instante partu maximè insurgit diabolus, vt impediat partum: *vnde & subdit*: vt cum peperisset, filium ejus deuoraret: (*bonum scilicet opus; ex quo paulò post dicitur*: Peperit filium masculum: & raptus est ad Deum, & ad thronum ejus. *Proinde* optimum est Q documentum contra tentationem diaboli, cum vult deuorare opus bonum, illud referre ad Deum, & nil sibi attribuere. Et tunc non solùm euadet filius, immò superabitur diabolus; vnde Is. 9. *Sceptrum exactoris ejus superasti*. Et subdit quare: *Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis*.) Quò facit illud Is. 5. *Ecce festinus velociter veniet: non est deficiens, neque laborans in eo: non dormitabit; neque dormiet: neque soluetur cingulum renum ejus, nec rumpetur corrigia calceamenti ejus*: quia ab omnibus his expeditus est.

Boni opera nostra nititur diabolus impedire.

P Apoc. 12. tom. 2. & 3. ibi.

Bonum opus Deo referendum, ne diabolus impediat.

Q Ibid. ibi.

m *Diuersimodè autem tentat diabolus à Mundo & à carne. nam* diabolus, *vt vidimus*, semper R tentat, vt noceat, in peccatum praecipitando. Et secundùm hoc dicitur proprium ejus officium tentare: nam etsi homo aliquando sic tentet, hoc agit, inquantùm est instrumentum diaboli. Caro etiam, & Mundus, dicuntur tentare instrumentaliter, seu materialiter, in quantùm scilicet potest cognosci qualis sit homo, ex hoc quòd sequitur, vel repugnat concupiscentijs carnis, & ex hoc quòd contemnit prospera Mundi & aduersa, quibus etiam diabolus vtitur ad tentandum. *Nec tamen, cohaerenter ad haec, dicitur prudentia diaboli, sicut dicitur ab Apostolo Rom. 8.* Prudentia carnis m. S *quia nimirùm* diabolus S nos tentat, non per modum appetibilis, sed per modum suggerentis. Et ideo cum prudentia importet ordinem ad aliquem finem appetibilem, non ita dicitur prudentia diaboli, sicut prudentia respectu alicujus mali finis; sub cujus ratione tentant nos Mundus & caro, in quantùm scilicet proponuntur nobis ad appetendum bona Mundi vel carnis. Et ideò dicitur *prudentia carnis*, & etiam prudentia Mundi, secundùm illud Luc. 16. *Filij hujus seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt*. Apostolus autem totum comprehendit sub prudentia carnis, quia etiam exteriores res Mundi appetimus propter carnem. Potest tamen dici, quod quia prudentia quodammodo dicitur Sapientia, ideo secundùm tres tentationes potest intelligi triplex prudentia; *vnde Iac.* 3. *dicitur* Sapientia *esse* terrena, animalis, & diabolica. *Septemplex autem est daemonis tentatio, ex illo Apoc.* 12. Et in capitibus ejus diademata septem. Secundùm *Bernardum*, septem sunt T genera tentationum. Prima est importuna, quae procaciter insistit, vt saltem taedio vincat, Iob 14. *Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. Lapides excauant aquae, & alluuione paulatim terra consumitur*. Secunda est dubia, quae animum ambiguitatis nubilo inuoluit, Iob 20. *Idcircò cogitationes meae variae succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur*. Tertia est subita, quae judicium rationis praeuenit, Thren. 4. *Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis Caeli*. Quarta est occulta, quae deliberationem, & considerationem praeterfugit, Iob 13. *Quantas habeo iniquitates & peccata: scelera mea & delicta ostende mihi*. Et cap. 41. *Portas vultus ejus quis aperiet?* idest, occultas ejus tentationes. Quinta est violenta, quae vires animae & mentis transcendit, Iob 30. *Quasi rupto muro, & aperta janua irruperunt super me: & ad meas miserias deuoluti sunt*. Sexta est fraudulenta, quae animum seducit, Prou. 14. *Est via, quae videtur homini justa: nouissima autem ejus deducunt ad mortem*. Septima est perplexa, quae varijs vitijs simul impetit, Iob 39. *Procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus*.

Diuersimodè à mundo & à carne ipsa tentat.

R 1. p. 114. a. 1. In 2. d. 21. 1. 1. ad 5. Op. 7. Pet. 6.

Car non dicatur prudentia diaboli, sicut Rom. 8. prudentia carnis.

S 2. 2. 55. 1. ad 3.

Septemplex daemonis tentatio.

T Apoc. 12. 1. 2. ibi.

n *Caeterùm diabolus mirum in tentando ordinem seruat: nam à minoribus incipit, vt ad majora deducat. Quem vtique & in Adam tentando seruauit, & Christum* Matth. 4. *Eum nempe primò de gula tentauit*: Dic, vt lapides isti panes fiant. *Secundò de inani gloria*: Si filius Dei es. *Tertiò de ambitione*: Haec omnia tibi dabo. *Quo in loco*: Lucas *inquit ex Rabbano Author* attendit V ad ordinem historiae; & ideò sic ordinauit, secundùm quòd factum est. Matthaeus verò naturam tentationis secutus est: quia post tentationem de gula, & de inani gloria, sequitur tentatio de ambitione: ita enim fuit tentatus Adam: quia primò de gula, Genes. 2. *In quacunque die comederis &c.* Secundo de inani gloria, *Eritis sicut dij*. Tertiò de auaritia, siue ambitione, *scientes bonum & malum*. *Hunc ordinem videtur suggere Dominus* Matth. 7. *cum inquit*: Omnis qui audit verba mea haec, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui aedificauit domum suam super arenam: & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit: & fuit ruina illius magna. *Vbi docemur, quòd* diabolus X nunquam tentat primò in majoribus: sed primò in minoribus, deinde procedit ad majora. Vnde per pluuiam intelligitur cogitatio praua. Tentat ergo in cogitatione praua: &, si consentit, tentat postea in majori, & sic augmentatur. Et ex istis fiunt flumina. Et postea totis viribus irruit (*quas per ventos intellige*:) & necessariò cadit. Vel sic. *Pluuia*, tentatio carnis: *flumina*, tentatio Mundi: *venti*, tentatio diaboli. *Venti*, *nequam, diabolicas tentationes significant; vnde & aquilonis nomine, supra diximus, diabolum nuncupari*, propter tentationis Y impetum: *ex quo fit* ruina illius magna, *animae videlicet perditio*. *Hanc enim tantummodò anxiè desiderat & vult, nec de alio curat*. *Quo mirè faciunt verba illa Genes.* 14. Dixit autem Rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, caetera tolle tibi. *Siquidem* per Reges Z Sodomorum designantur principales venti daemoniacarum tentationum dominantium regno carnis, & quinque sensuum ejus. *Et vt securiùs dejiciat, vtcunque certus euadat, partem aggreditur debiliorem, vt vidimus*. *Et quidem ab initio non Adam tentauit, sed Euam, ceu quae debilior erat*: diabolus *enim* cum superbia A habet astutiam: ex qua processit, vt hominem inuaderet ex ea parte, vbi posset faciliùs superare, scilicet ex parte mulieris. *Siquidem* mulieres B sunt minoris discretionis, & sexus fragilioris. *Et alibi ad illud* 1. *Tim.* 2. Adam non est seductus, *dicitur*: scilicet C primò, quia fortior erat: sed tentator incepit à debiliori, vt faciliùs seduceretur fortior. *Et quidem* homo D habet duas partes, carnalem, & spiritualem. Diabolus

Ordinem in tentando seruat: à minoribus incipiens, vt ad majora perducat.

V Matth. 4. lit. a. Genes. 3. ibi, cui praecepit.

X Matth. 7. circ. fi.

Per pluuiam, flumina, ventos, triplex carnis, mundi, daemonis tentatio signatur.

Y Ier. 1. fi.

Animam vult, caetera non curat.

Z Gen. 14 ibi, in 2p. mor.

Tentans debiliorem partem inuadit.

A Ad Hannib. 2. d. 22. 1. 3. ad 4. & 2. 2. 163. 2. ad 2. & 1. Pet. 5. ibi, circuit Op. 3. c. 189.

Mulier minoris discretionis & sexus fragilioris.

B 1. Tim. 2 & 1. ibi, mulierculas 2 2 149. 4. c. Op. 3 l. c.

C 1. Tim. 1. 3. ibi, seductus.

D Matth. 4. lit. a. ibi, accedens. Matth. 10. lit. b. ibi, prudentes.

Digitized by Google

bolus ex parte debiliori semper tentat: vnde primò de vitijs carnalibus tentat, sicut patet in primo parente, quem primò tentauit de gula (*quod & cum Christo fecit*) *vt postea ad spiritualia deducat; vnde & primum hominem ad superbiam pertraxit. Quoniam verò sensitiua in homine pars, ceu vltimum terribilium, mortem refugit: timorem hujus nititur quantùm valet auertere. Et sic ab initio cum prima parente se gessit*. Vt *enim* in transgressionem E præcepti faciliùs eam inclinaret, exclusit mendaciter metum mortis: *Nequaquam moriemini*; & ei illa promisit, quæ homo naturaliter appetit, scilicet vitationem ignorantiæ: *aperientur oculi vestri*; & excellentiam dignitatis: *eritis sicut dij*; & perfectionem scientiæ: *scientes bonum & malum. Similiter, vt alibi instruimur*, vt intendat F ad transgressionem, promittit impunitatem, & abijcit diuinum timorem. Inter omnia enim, quæ tenent hominem in bono, & retrahunt à malo, est timor diuinus: nam *qui timet Deum, faciet bona*; & ideò cum vult diabolus introducere peccatum in mentem hominis, conatur abijcere timorem Dei, & suæ justitiæ, vel sui rigoris: & introducere curat præsumptionem impunitatis, & securitatem malam; & tunc aperit ostia mentis omni iniquitati, malitiæ, & vanitati. *Vanitati, inquam, inani gloriæ, & elationi, quæ propria magis mulieris est: ex qua etiam, prima seducta fuit; neque enim aliter poterat: nam* statim G ad verba serpentis fuit elata, eo quòd alius esset de ea sollicitus: & ex illa elatione seducta est; vnde elatio præcessit *seductionem*. Et fortè H fuit elata ex blando modo loquendi, & reuerenti modo, quem tenuit angelus (*malus*) loquendo cum ea: mulier enim quasi à natura est magis gloriosa, & magis gloriæ cupida.

Timorem mortis excludit.

E Op 3. c. 189. Gen. 3. ibi, moriemini.

F Gen 3. ibid. Et timorem diuinum, promittens impunitatem.

G 1. Tim. 2. l. 9. ibi, mulier. Gen. 3. ibi, moriamur. In 2. d. 22. exp. tex & d. 23. a. 3. ad 1.

Eua post elationem seducta est.

H Genes. 3. loc. cit.

Mulier naturaliter gloriæ cupida magis.

o *Nec mirum: nam diabolus de ijs tentat, ad quæ magis inclinamus, pronique sumus*. Tentat (*inquit Author*) explorando I interiorem conditionem hominis, vt de illo vitio tentet, ad quod homo magis pronus est. *Proinde* in tentatione L dæmonis est duplex finis. Vnus vltimus, scilicet inducere ad peccatum: alius proximus, scilicet experiri, ad quod vitium quisque maximè pronus est, vt ad illud impugnando trahat. *Sed & subtili astutia suâ, ipsamet Dei præcepta in memoriam reuocat, vt pertrahat ad transgressionem, quatenus videlicet sanam existimationem corrumpit. Quod & contigit in primæ tentatione parentis, Genes*. 3. Cur præcepit vobis Deus &c. *Etenim*, ideò M præceptum ad memoriam reduxit tentator, vt æstimationem rectam falsis suasionibus corrumperet, & sic ad peccandum inclinaret. *Vlteriùs, vitiorum ad quæ tentat, operit deformitatem, & incommoda alleuiat, quæ in perpetratione consueuerunt afferre. Quod mysticè innuitur* Apoc. 12. *in ijs verbis*: Et cauda trahebat (*draco*) tertiam partem stellarum. *Cauda*: idest N deceptio fraudulenta, qua celat vitia, & vitiorum incommoda (*sic de adultero dicitur Iob* 24. Leuis est super faciem aquæ: *quia nimirùm* videtur ei O quòd etiam super aquam, & super quamcunque difficultatem vel aduersitatem leuiter pertransire possit, adhoc quòd perueniat ad fruitionem rei concupitæ:) sicut caudâ celantur turpia: *ex quo bene sequitur*, trahebat: *quia fraudulentam celationem consequitur tractio ad peccatum. Sic in ipsa suggestione, plùs quam par est, diuinam magnificat ad parcendum misericordiam, vt post peccatum, consideratâ diuina justitiâ, in desperationem inducat. Cum autem mendax sit, immò & pater mendacij, multa promittit, quæ ab opposito tentationi consentientibus eueniunt. Ita ab initio* homini P promisit tria, scilicet vitæ perpetuitatem; *nequaquam moriemini*: potentiæ libertatem; *eritis sicut dij*: scientiæ vniuersitatem; *scientes bonum & malum*. Et ipse miser cecidit in tria contraria, scilicet in moriendi necessitatem, in seruitutis vilitatem, in ignorantiæ cæcitatem. *Siquidem* dæmonis Q consuetudo est, vt dubijs verbis homines fallat. *Quo pacto homini illi ad bellum profecturo dixisse fertur*: Ibi, redibis, non morieris in bello. *At punctatio post negationem vitam in mortem commutauit. Non secus & sacras, ad suum cohærenter intentum, scripturas deprauat; vnde & ad Christum, cum tentaret, dicebat*: Si filius Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim, quia Angelis suis mandauit de te &c. *Vbi Author*: Nota *inquit* quòd R tribus modis deprauat quis authoritatem Sacræ Scripturæ. Aliquando, sicut cum dicitur de vno, & exponitur de alio: sicut si dicitur de vno justo, & exponitur de Christo. V. G. *Qui potuit transgredi, & non est transgressus*, Eccli. 31. (*quod de justo quidem exponitur, non de Christo, qui nullatenus* potuit transgredi.) Item: *Pater major me est*, quod exponitur de Christo, secundùm quòd homo: vnde si exponatur de eo, secundùm quòd Filius Dei, deprauatur authoritas. Ita diabolus dicit: *Angelis suis &c.* quia Psalmus 90. dicit hoc de membro Christi, *scilicet homine*, qui indiget custodia Angelorum; quod patet, quia subdit: *Ne fortè offendas &c.* Hoc enim non potest dici de Christo, quia non poterat offendere occasione alicujus peccati. Secundo modo deprauat, quando inducit quis authoritatem ad aliquid, ad quod non est authoritas: sicut illud Prou. 25. & Rom. 12. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum &c.* Si enim aliquid facit alicui, vt ille puniatur à Deo, hoc facit contra sensum authoritatis. Ita diabolus, quia Scriptura intendit, quòd homo justus ita per Angelos custoditur, quòd in periculo non incidat, exponit, quòd homo periculo se ingerat: quod est, Deum tentare. Tertio modo quis deprauat, quando illud, quod est pro se, de authoritate accipit; & aliud, quando est contra se, dimittit: quod est mos hæretici. Ita fecit diabolus: quia dimisit illud, quod subditur, quod erat contra eum, *videlicet*: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem: *qualem, diabolum demonstrauimus. Fallax inquam est, & mendax in verbis suis, & promissis. Hinc ad eundem Dominum*, ostendens ei omnia regna Mundi, *impudenter promebat*: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. *Quibus in verbis perpendit acutè Author, quòd* videre S regnum Mundi, non est habere: sed videre regnum Dei, est habere, Sap. 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei*. Et dicit; *Hæc tibi dabo*; non dicit: *tibi do: quia promittit quidem, at promissum non seruat. Item* vnum T promittit, & aliud expetit: & in promissione est mendax, in expetitione superbus. Mendax est: quia hæc non erant in potestate sua, *sed Dei, Domini vniuersorum*; *Prou*.8. Per me principes imperant, & potentes decernunt justitiam: *magisque mendacium deprehenditur apud* Lucam cap.4. *vbi manifestè dicit*: Et cui volo, do illa.

Dei præceptum suggerit ad transgressionem.

L In 2. l. c.

Operit vitiorum deformitatem, & eorum incommoda alleuiat.

M In 2. d. 21. a. 1. ad 5.

N Apoc. 12. com. 1 & 2. ibi.

O Iob 24. l. 1. ibi.

P Apoc 8. com. 2. ibi, væ, & cap 12. ibi, diabolus.

Multa promittit, quæ immò in oppositum tentato eueniunt.

Q 2. d. 22. 1. 2. ad 3. & 1 p. 64. 2. ad 5.

Dubijs fallit verbis.

R Matth 4. lit. a ibi.

Deprauat Scripturas.

Tripliciter Sacra Scriptura deprauatur.

Fallax diabolus in verbis suis, & promissis.

S Prol. in Epist. Can.

T Matth. 4. lit a ibi.

p *Sanè*, licèt V prædicta mendacia in derogationem virtutis dæmonum esse videantur: tamen hoc ipsum eis est delectabile, quòd homines in mendacijs confidant, quia ipse est mendax, & pater mendacij. *Atqui delectatio hæc risui illi comparanda est, qui oris confinia non præterit, neque peruenit ad hilarandum cor: quinimmò sibi tentando pœnam aggerat. Diabolicæ namque potestatis* ipsum X malum vsum permittit justè Deus propter meritum peruersitatis diabolicæ, quia totus est ardens ad perdendum animas: vnde meretur permitti tentare homines, vnde sibi pœna major accrescat. *Et sic propter eorum retractionem à bono, & inductionem ad malum, quam incessanter in hominibus procurant, licèt non augeatur eis pœna principalis, sicut nec bonis Angelis præmium essentiale*: potest tamen Y hoc esse respectu præmij accidentalis, vel pœnæ secundariæ, quæ possunt augeri vsque ad diem judicij: & hoc præcipuè in dæmonibus, vel Angelis bonis, quorum

Delectatur, quòd homines in suis confidant mendacijs.

V Pot 6. 10. ad 8. & Io. 8. l. 6. lit. 5.

Homines tentando sibi pœnam aggerat.

X Apoc. 6. com. 1. ibi, bestiis terræ; & ibi, saccus.

Y 4. d. 50. a. 1. q. 6. st. 1 & d. 49. exp tex. & in 2. d. 7. 1. 2. ad 5.

Quæ vsque ad diem judicij potest augeri.

Digitized by Google

quorum officio aliqui trahuntur ad salutem, ex quo bonorum Angelorum gaudium crescit: vel ad damnationem, ex quo crescit pœna dæmonum. *Vnde & alibi docemur, quòd* retributio Z quæ respondet meritis bonis vel malis per Angelos procuratis, in futuro judicio fiet: quia boni Angeli amplius gaudium habebunt de salute eorum, quos ad meritum induxerunt: & mali ampliùs torquebuntur, multiplicata malorum ruina, qui per eos ad mala sunt incitati. *Extra omne enim dubium est, quòd & Angeli suberunt vniuersali judicio: & quòd* Christus A habet judiciariam potestatem, etiam super omnes Angelos & bonos & malos: in cujus signum dicitur Apoc. 7. *Omnes Angeli stabant in circuitu throni.* Et hoc (*præter rationes cæteras*) ratione eorum, quæ circa homines operantur, quorum Christus speciali quodam modo est caput; vnde dicitur ad Hebr. 1. *Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capient salutis.* Subsunt etiam judicio Christi, quantùm ad accidentalia præmia bonorum Angelorum, quæ sunt gaudia, quæ habent de salute hominum, Luc. 15. *Gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente*: & etiam quantùm ad pœnas accidentales dæmonum, quibus torquentur vel hic, vel recluduntur in Inferno, *Marci* 1. Quid nobis & tibi, Iesu Nazarene: venisti perdere nos? *Vide ibi.*

Z 4. d. 47. q. 3. q. 4. a. & d. 49. 1. 4 q. 1. c.

Et boni & mali Angeli diuino suberunt vniuersali judicio, etiam ipsi Christo subjecti.

A 3. p. 59. 6. c. & in 4. d. 47. loc. cit.

q *Verùm tentando, victor potissimùm euadit diabolus, cum ad libidinem, vel ad auaritiam instigat. Quod innuitur* Iob 41. *ijs verbis*: De ore ejus lampades procedunt, sicut tedæ ignis accensæ. Halitus ejus prunas ardere facit: & flamma de ore ejus egreditur. *Vbi Author*: Per hæc B omnia designatur, quòd diabolus ad concupiscentiam peccati homines incendit: & quòd sua occulta vel manifesta suggestione peruersæ cupiditatis ignem in homine accendit. *Peruersæ* inquam *cupiditatis: de qua & omnium Dominum tentare impudenter est ausus, dum* ostendit ei omnia regna Mundi; *sicut & primum parentem, vt vidimus: quem tamen vlteriùs de luxuria non tentauit propter exactam tunc carnis ad spiritum obedientiam, & subjectionem. At postquam secuta est per peccatum rebellio carnis ad mentem, & faciliùs & feliciùs & frequentiùs in hoc vitio victoriam de homine instigando reportat, vt experientia notum satis. Et quidem* delectantur C dæmones in hoc, quòd omnes homines ad peccata talia inducunt, ad quæ maximè sunt proni. Quæ quidem eorum delectatio metaphoricè exprimitur in illis verbis Iob 40. *Fortitudo ejus in lumbis ejus, & virtus illius in vmbilico ventris ejus*: quòd scilicet propter concupiscentiam carnis secundùm hoc vitium maximè possunt homines superare. Ideò dicit: *Fortitudo ejus in lumbis ejus*, vt hoc referatur ad viros: *Et virtus illius in vmbilico ventris ejus*, vt hoc referatur ad mulieres. *Et quoniam* diabolus D duo facit, dum tentat: quia non statim proponit illi, quem tentat, malum aliquod apparens, sed aliquid, quod habeat speciem boni, vt saltem in ipso principio per illud remoueat eum aliquantulum à proposito suo principali, quia postmodum faciliùs inducit ipsum ad peccandum, quando illum vel modicum auertit, 2. Cor. 11. *Ipse Satanas transfigurat se in Angelum lucis.* Deinde, postquam induxit eum ad peccandum, sic alligat eum, vt non permittat illum à peccatis resurgere. *Ideò, quia in luxuriæ peccatum faciliùs homo in tentatione prolabitur, semel ac in illud hominem præcipitauit, non tam facilè è tali barathro eruitur. Quod signatur in verbis ejusdem Iob cap. 40. cit.* Stringit caudam suam, quasi cedrum: *videlicet*, quia E quos in hoc peccatum dejicit, dulcedine voluptatis finaliter ligatos tenet; vnde & subditur: *nerui testiculorum ejus perplexi sunt*: quia, si aliquis in hoc vitium dejectus, euadere nititur, diuersis occasionibus iteratò irretitur:

Victor facilliter euadit diabolus, cum de luxuria tentat & auaritia.

B Iob 41. l. 2. ibi.

C Iob 40. l. 2. ibi, fortitudo. De luxuria perfectum.

D Op. 7. Pet. 6. Duo diabolus tentãdo facit.

E Iob 40. l. 2. ibi, caudam. Luxuriæ peccato capti, difficilè liberantur.

In his profectò plenè dominatur diabolus: nec minùs pudici conjuges eximuntur, propter id, quod bonus Angelus juniori Tobiæ vxorando respondit Tob. 6. *quod valdè jugalibus notandum est.* Audi me, & ostendam tibi qui sunt, quibus prævalere potest dæmonium. Hi namque qui conjugium ita suscipiunt, vt Deum à se & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus; habet potestatem dæmonium super eos. *Libenter enim luxuriosos inhabitat: vnde, cum ab ijs duobus obsessis* Matth. 8. *timerent dæmones, ne à Christo expellerentur, rogabant eum*: Si ejicis nos, mitte nos in gregem porcorum. *Quare, ait ibi Author, in gregem porcorum?* quia F est animal valdè immundum; vnde ad designandam immunditiam permisit intrare in porcos. *Et magno impetu abijt totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis: (vix enim sufficit totum mare ad plenè extinguendum libidinis ignem; nec sine morte extinguitur, vt hinc pateat, quàm difficile sit ab incendio luxuriæ liberari.)* Magno impetu abijt &c. *In quo nimirùm* denotatur, quòd nullus à diabolo totaliter potest extingui, nisi paratum se exhibeat; idest, totaliter immundum, 2. Pet. 2. *Hi, velut irrationabilia pecora, in corruptione sua peribunt*: idest G pro corruptione in suo sensu, vel pro peccato, quod est causa corruptionis. *Audiat quisquis in luxurijs perseuerat, velut* sus lota in volutabro luti; *idest*, in luto H in quo se reuoluit, *tanquam sus*: sus enim *ex glossa* dum in luto lauatur, sordidior redditur. *Vide, quàm callidum, quàm versutum, quàm solicitum habemus hostem, contra quem nobis incessanter pugnandum est. Ex quibus omnibus, & ex præmissis* Num. præced. *deducitur, quàm verum sit quod aiebat initio Author*: Non est I aliquod genus peccati, quod interdum ex instinctu diaboli non proueniat.

Coniuges ab immoderata caueant libidine.

Luxuriosos libenter diabolus possidet.

F Matth. 8. §. & c. 7. lit. a. ibi, porcos. & 3. p. 44. 1. ad 4.

G 2. Pet. 2 ibi.

H Ibid. ibi.

I Ma. 8. § ... c. & 1. 2. ... 3. ad ...

r *Verumtamen ex sola prouenit hominis culpa, quòd à diabolo violenter impugnetur*: *nempe*, quia in pœnam L peccati hoc consecutum est, vt homo, qui diabolo se sponte subjecit, ab eo violentiùs impugnetur. *Igitur, ad eludendos hostis impetus & astus, vigilandum est, & fortiter resistendum*, 1. Pet. 5. Sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester &c. Cui resistite fortes in fide. *Sobrij estote. Q. D.* Ita facite M vt & vos collaboretis adjutrici gratiæ, & ad hoc *sobrij estote* corpore: sobrietas enim multùm juuat, si habeatur in omnibus actibus nostris, tam verbis, quàm factis, & in maceratione corporis; vnde *ad Tit.* 2. Sobriè, & justè, & piè viuamus &c. *Et vigilate* animo. Præponit autem sobrietatem vigilijs, vt causam effectui, *Luc. cap.* 21. Attendite, ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate: *Cui resistite*, suggestionibus ejus non consentiendo. Tantùm *ex glossa* debet esse animus paratus ad resistendum, quantùm diabolus paratus ad impugnandum. Et subditur: *fortes in fide*, tanquam scuto, *Ephes.* 6. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: (*nequissimi*, scilicet N diaboli, cujus tela sunt quædam *immissiones per Angelos malos* Psal. 77. Et *ignea* sunt, quia adurentia prauis concupiscentijs.) Notandum verò, quòd Petrus ponit ex parte nostra quatuor, quæ sunt contra quatuor ex parte diaboli. In hoc enim, quòd dicitur *aduersarius*, notatur ejus peruersitas, vt noceat, Zach. 3. *Satan stabat à dextris ejus, vt aduersaretur ei.* In hoc, quòd dicitur *leo*, notatur ejus fortitudo, ne quis ei resistat, Iob 41. *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei.* Item in hoc, quòd dicitur *rugiens*, notatur ejus crudelitas, ne cui parcat, Ier. 6. *Crudelis est, & non miserebitur: vox ejus quasi mare sonabit.* Item in hoc, quòd dicitur, *circuit*, notatur ejus solicitudo, ne quis effugiat, Iob 1. *Circuiui terram &c.* E conuerso Petrus ponit contra aduersarium resistentiam, cum inquit: *resistite*, Iac. 4. *Resistite diabolo, & fugiet à vobis*:

Ex hominis culpa est quòd ab eo impugnetur, in pœnam peccati.

L 2. d. 21. a. 1. ad 4.

M 1. Pet. 5. ibi. Ps. 12 lit. d. Sobrietas juuat contra impugnationes diaboli, & vigiliæ.

Qualiter resistendum.

Fides scutum.

N Ephes. 6. l. 4. ibi.

Quatuor ex parte diaboli ad impugnandum: quatuor ex parte nostra ad resistendum.

Digitized by Google

O Jac. 4. c. 5.

bis: (*resistite diabolo*, mala O suggerenti, declinando tentationes prosperitatum, & sustinendo tentationes aduersitatum: *& fugiet à vobis*: eo enim ipso, quòd resistitis, victus erit & confusus; & ita fugiet.) Item fortitudini diaboli apponit fortitudinis virtutem, vnde dicit: *fortes*. Item contra crudelitatem apponit fidei mansuetudinem, vnde dicit: *in fide*; Eccli. 45. *In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum*. Contra solicitudinem ponit vigilantiam, vnde dicit: *vigilate*; 1. *Cor.* 16. Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini. *In qua authoritate quatuor simul præfata exprimuntur. Sanè justos præsertim impetit diabolus & aggreditur, non suos, scilicet peccatores*, *Apoc.* 12. Draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura: vt, cum peperisset, filium ejus deuoraret. *Siquidem* filio P Ecclesiæ (*qualis est justus*) insidiatur diabolus ad deuorandum: de alijs enim non multam curam gerit, quia de facili habet illos: *sunt enim culpâ filij sui*, *Joan.* 8. Vos ex patre diabolo estis. *Vnde & in alio Commentario*. Vt, cum peperisset; *idest*, aliquem Q in fide, vel ad bonos mores generasset: *filium ejus*, spiritualem, *deuoraret*; idest, ad peccatum traheret; tenetque similitudo draconis, qui deuorat. *Nec rarò astutia suâ justum curat in venialia prolabi, vt exinde in mortale trahat, juxta illud Eccli.* 19. Qui spernit modica, paulatim decidet. *Etenim* omnia illa R quæ videntur esse venialia, dæmones procurant, vt homines ad sui familiaritatem attrahant, & sic deducant eos in peccatum mortale. *Et hinc est, quòd* diabolus S hominem spiritualem non statim tentat de grauibus peccatis (*in quæ scit non facilè prolapsurum*) sed paulatim à leuioribus incipit, vt postmodum ad grauiora perducat. Et sic primò tentauit Christum de eo, quod appetunt quantumcunque spirituales viri, scilicet de sustentatione corporalis naturæ per cibum. Secundò processit ad id, in quo spirituales viri quandoque deficiunt, vt scilicet aliqua ad ostentationem operentur: quod pertinet ad inanem gloriam. Tertiò perduxit tentationem ad id, quod jam non est spiritualium virorum, sed carnalium, scilicet vt diuitias & gloriam Mundi concupiscant, vsque ad contemptum Dei. Et ideò in primis duabus tentationibus dixit: *Si Filius Dei es*; non autem in tertia, quæ non potest conuenire spiritualibus viris (qui sunt per adoptionem filij Dei) sicut duæ primæ. *Quòd si Christum culpæ incapacem tentare fuit ausus & impetere: ne credant vel sublimes animæ, se à diaboli tentatione immunes fore, quin valdè ab ejus calliditate cauendum: Satanas enim, vt decipiat*, transfigurat se in Angelum lucis. *Verumtamen* in hoc T potest cognosci, quòd Satanas sit: quia bonus Angelus in principio hortatur ad bona, & perseuerat in eis. Sed malus in principio quidem prætendit bona: sed postmodum volens explere desiderium suum, & quod intendit, scilicet decipere, inducit & instigat ad mala; 1. Joan. 4. *Omni spiritui nolite credere*. Et ideò Josue, cum videret Angelum in campo suo, dixit Jud. 5. *Noster es, an aduersariorum?* Aliud etiam signum est, quòd bonus Angelus etsi terreat in principio: tamen statim consolatur, & confortat, sicut Zachariam *Luc.* 1. & ad B. V. dixit: *Ne timeas*. Malus autem Angelus stupefacit, & desolatum dimittit: & hoc ideò, vt stupefactum faciliùs decipiat. *Quod tangere videtur* Job cap. 41. *cum de illo protulit*: Qui factus est, vt nullum timeret: *idest*, hoc habet V diabolus ex conditione suæ naturæ, vt neque hominem timeat, neque aliquam creaturam corporalem: & habet facultatem ad magnas & fortes operationes exercendas. Quod exponens, subdit: *Omne sublime videt*; idest, intentio diaboli est ad quæcunque sublimia aggredienda. *Et non rarò quidem vel cum victoria, vt specialiter de Dauid viro justissimo, præter cæteros, in sacra pagina notum est. Quin ad rem notat Author, quòd in Scriptura* X recitantur aliquando peccata magnorum, sicut Dauid & aliorum: quia diabolus non solùm paruos & inferiores, sed etiam magnos prostrauit. Et ideò propter cautelam recitantur, vt qui stat, videat ne cadat.

Justos diabolus potissimè impetit, non peccatores.

P Apoc. 12. com. 2. ibi.

Q Ibid. com. 1. ibi.

R 2. 2. 89. 4. ad 3.

Ad venialia instigat, vt ad mortalia deducat.

S 3. p. 41. 4. c.

Ita processit in tentationibus Christi.

Sublimes etiam animas impetit.

T 2. Cor. 11. le. 3. ibi. Op. 7. Pet. 6. & Opusc. 17. c. 10.

V Job 41. l. 2. ibi.

Transfigurans in Angelum lucis, quomodo cognoscatur.

Et cum victoria.

X Matth. 1. lit. c. ibi. Dauid.

¶ *Verùm*, quamuis Y potestas dæmonis sit simpliciter major, quàm potestas hominis: tamen quantùm ad aliquid non est major, scilicet quantùm ad actus liberi arbitrij, qui cogi non possunt: quia horum actuum ipse homo dominus est, & non dæmon. Et ideò potest homo tentationi ejus resistere. *Sed & quamuis homo* Z in primo statu esset fortior: tamen post peccatum factus est cautior per experientiam mali; vnde fraudibus hostis, quas quotidie experitur, meliùs resistere nouit. *Ex quo, homini immò tentato, at validè resistenti, ipsemet diabolus tentando coronam struit. Siquidem* in dæmonibus A duo sunt: vnum ex parte ipsorum, scilicet eorum malitia: aliud ex parte Dei, scilicet ordo, quo ordinantur ad aliquod bonum, scilicet ad exercitium hominum, quibus impugnantes, coronas fabricant, *modò fortiter Deo ad iuuante renitantur. Et hinc, sui in tentatione victorem vel non audet iterum impetere, vel nonnisi post multum temporis redit. Quocirca docemur, quòd* quidam B dicunt, quòd dæmon superatus nullum hominem potest de cætero tentare nec de eodem, nec de alio peccato. Quidam autem dicunt, quòd potest alios tentare, sed non eundem. Et hoc probabiliùs dicitur: si tamen intelligatur vsque ad aliquod tempus. Vnde & *Luc.* 4. dicitur, quòd *consummata omni tentatione, diabolus recessit à Christo vsque ad tempus*. Et hujus ratio est duplex. Vna est ex parte diuinæ clementiæ: quia *ex Chrysostomo* non tandiu homines diabolus tentat, quandiu vult, sed quandiu Deus permittit. Quia etsi permittat paulisper tentari, tamen repellit propter infirmam naturam. Alia ratio sumitur ex astutia diaboli: diabolus enim *ex Ambrosio* instare formidat, quia frequentius refugit triumphari. Quòd tamen aliquando diabolus redeat ad eum, quem dimisit, patet per illud, quod dicitur *Matth.* 12. Reuertar in domum meam, vnde exiui. *Idcircò post tentationem victo, dicitur ei à Christo*: Vade Satana. *Quo in loco* notandum C quòd Dominus quasi similia verba dixit Petro Matth. 16. *Vade post me, satana*. Sed alia est sententia hic, & ibi. Voluit ergo Dominus, quòd Petrus iret post eum (*sequendo vestigia ejus*) qui volebat impedire passionem; ideò dixit: *Vade post me, satana*. Sed hic dicit; *vade*, tantùm: quia diabolus eum sequi non potest; & ideò dicit: *vade*; scilicet in Infernum, *ex quo ter à me victus es. Itaque superabilis est dæmonis virtus tentatoris. Nam, vt prætactum est*, cum liberum arbitrium D non possit cogi ad peccandum, quantumcunque sit dæmon fortis, homo resistere potest. Vnde dicitur, quòd debilis est hostis, qui non potest vincere nisi volentem. *Non vincit inquam nisi volentem. Quod satis apparet in secunda tentatione ad Christum facta, cum ait*: Si Filius Dei es, mitte te deorsum. *Quibus verbis notat* E diabolus infirmitatem suam, quia nullus nisi volens ab eo vincitur; vnde dicit: *mitte te*, non præcipitat *ille*. *Si autem vis ipse te dare præcipitem, voluntariè facis, dæmon non cogit, neque cogere valet. Et hoc vel ex eo magis, quòd per Christi passionem frænata potestas illius est, & inualida virtus. Quod satis exprimitur verbis Domini Joann.* 12. *cum ait*: Nunc princeps hujus Mundi ejicietur foras. *At quomodo* (*sibi objicit Author*) *ejectus?* Nam F si ejectus esset foras, non ita tentaret nunc, sicut antea tentabat; cum tamen tentare non desierit: non ergo ejectus est. At dicendum *ex Augustino*, quòd licèt diabolus tentet homines, qui deserunt esse de Mundo; non tamen eo modo tentat, quo priùs: quia tunc tentabat, &

regna-

Y 2. d. 21. 1. 2. ad 1. & 5. & d. 11. exp. 1. p. text.

Homo per liberum arbitrium, potest tentationi resistere.

Z 2. d. 21. 2. 1. ad 4.

Diabolus homini tentato & resistenti coronam fabricat.

A Ad Hannib. in 2. d. 6. 1. 4. c.

Dum in tentatione vincitur ab aliquo, ad eundem tentandum tam citò non redit.

B 1. p. 114. 5. c. In 2. d. 6. 1. 5. c. Ad Hannib. 4. 4. ad 3. Matth. 12. lit. c. ibi, reuertar.

C Matth. 4. lit. a. ibi.

D 2. d. 11. exp. 1. p. tex. & 3. d. 19. 1. 1. ad 3.

Non potest vincere nisi volentem.

E Matth. 4. lit. a. ibi.

Faciliùs post Christi passionem vincitur.

Quo sensu diabolus princeps Mundi dicatur ejectus foras.

F Joan. 12. l. lit. g.

Digitized by Google

regnabat ab interiori; sed postmodum ab exteriori tantùm. Nam quandiu homines sunt in peccato, tunc regnat ab interiori & tentat, Rom. 6. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore*. Sic ergo ejectus est foras: quia effectus peccati in homine non est ab interiori, sed ab exteriori. *Quod in idem redit, ac illud Ioan. 16.* Princeps hujus Mundi jam judicatus est: *idest*, expulsus G foras. Et hoc dicit, vt tollat excusationem hominum, qui se de peccatis excusant propter tentationem diaboli. Q. D. Excusari non possunt: quia expulsus est diabolus per gratiam & fidem Christi, & Spiritum Sanctum, à cordibus fidelium, ita vt jam non tentet interiùs, sicut ante, sed solùm exteriùs, ad exercitationem permissus: & ideò resistere possunt ei qui volunt adhærere Christo. Et inde est, quòd debiles fœminæ diabolum vicerunt, à quo tamen fortissimi viri superati sunt. De hoc ergo judicio Mundus arguitur: quia à diabolo vincitur resistere nolens, & à se expulsum per consensum peccati reducens. *Et ad illud eod. Ioannis cap.* Ego vici Mundum, *docemur*: Vicit Christus H Mundum, Mundi principem excludendo, Coloss. 2. *Et exspolians principatus & potestates &c.* Ex quo præbuit nobis diabolum, vt à nobis vincendum, Iob 40. *Nunquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eum ancillis tuis?* Ad literam enim post Christi passionem, juuenculæ ancillæ Christi, & paruuli illudunt ei. *Sic puer Dauid* 1. Reg. 17. *percusso eum petra, quæ Christum figurabat, Philisthæo, figuraliter illusit ei. Et hoc est, quod dicitur Apoc. 20.* Et ligauit eum &c. vt non seducat ampliùs gentes. *Et si obijcias*: *Nonne & modò seducit?* Respondetur: I Sic: sed eos, qui nolunt bene vti armis sibi à Christo datis, vel quæ darentur, si vellent. Ante passionem autem non habebant homines tanta adjutoria, quia tunc non fuit tanta gratia. Item nec tam efficacia Sacramenta: nec exemplum Christi: nec passio sua adhuc fuerat. Item ante aduentum Christi omnes trahebantur ad limbum: modò aperta est janua. Vnde modò ligatus est respectu temporis, quod præcessit ejus aduentum ac passionem. *Vide plura C. XXV. v. 2.*

G *Ioan. 16. l. 3. lit. h.*

Non admittendæ excusationes hominis de diaboli tentatione, cùm facilè possit vinci.

H *Io. 16. l. 3. f.*

Vincuntur qui vti nolunt armis à Christo datis.

I *Apoc. 20. l. 1. & 2. ibi. In 3. d. 19. 1. 2. c. & ad 3. & 3. p. 49. 2.*

Nullam ergo excusationem habemus, si modò vincimur: arma enim diabolo nos ipsi ad nos vincendos præbemus. Nec omnia L peccata committuntur diabolo instigante: sed quædam ex libertate arbitrij & carnis corruptione: quia *ex Origene* etiamsi diabolus non esset, homines haberent appetitum cibi & venereorum & hujusmodi, circa quæ inordinatio multa contingit, nisi per rationem talis appetitus refrænetur, & maximè supposita corruptione naturæ. Non est tamen aliquod genus peccati, quod interdum ex instinctu diaboli non proueniat (*vt ajebat initio Author*) cui tamen semper potest ab homine resisti. *Nostræ igitur imputentur malitiæ, non semper dæmoni tentatori, quæ plurima admittimus crimina, tentationes illius præuenientes. Quo videtur allusisse Sapiens, cum Eccli. 21. illud prompsit:* Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. (*Cum enim peccator* M maledicit diabolum propter culpam, se ipsum simili ratione judicat maledictione dignum.) *Hinc ad illud Apoc. 12.* Cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum, *docemur, quòd diabolus quosdam* N trahit violenter, quosdam fraudulenter: sunt & multi, qui nullo istorum modorum trahuntur, sed ipsi trahunt peccata post se, & ad se, tentationes præueniendo, de quibus dicitur *Is. 5.* Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. *Si qua verò nobis à diabolo suggeruntur, fortiter resistendo euitabimus: quod per tria faciliter consequi possumus; videlicet, per lib. arb. quod, vt vitemus, cogi à dæmone non potest: & super hoc* O homini adest præsidium Angeli (*custodis*) & auxilium diuinum, si suscipere velit: *quod tamen sæpe sæpiùs abijcimus. Adest inquam præsidium Angeli*: (*nam si Deus* P hominibus dedit dæmones ad exercitium, videtur, quòd multò fortiùs dederit Angelos ad custodiendum: *consequenter ad impugnantibus resistendum*:) *dæmones autem inualidi* sunt Q contra adjutoria bonorum Angelorum; idest, resistere eis non possunt. *Et alibi*: Diabolus R defert Angelo bono ad custodiam hominis deputato, vt ei, quem custodit, violentiam corporalem non inferat. *Cujus rei figuralem eruditionem habemus* Tob. 6. *Dicitur enim, quòd vbi junior Tobias juxta* fluuium Tigris exiuit, vt lauaret pedes suos, ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum. Quem expauescens Tobias, clamauit voce magna, dicens: Domine, inuadit me. *Piscis iste immanis diabolum manifestè designat, vnde & Iob 4. sub figura Leuiathan, idest Ceti, describitur. Et hic exit ad deuorandum hominem juxta illud 1. Pet. 5.* Circuit quærens quem deuoret. *Sed bonus Angelus assistens, viriliter defendit, & ea, qua diuinitus potestate pollet, ad manum trahi dæmonem facit; vnde & subditur*: Et dixit ei Angelus: Apprehende branchiam ejus, & trahe eum ad te. Quod cum fecisset, attraxit eum in siccum: & palpitare cæpit ante pedes ejus, *quasi timens ac tremens, ad boni Angeli præsentiam: nam, vt ajebat Author*, diabolus defert Angelo bono ad custodiam hominis deputato, vt ei violentiam non inferat corporalem. *Quod autem dicitur*: Si cordis ejus particula super carbones ponatur, fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum siue à viro siue à muliere, ita vt vltrà non accedat ad eos; *eo sensu dictum moraliter est, quo & ex viperea carne fit antidotum contra viperæ venenum: & quòd semel diabolus victus, non tam facilè ad tentandum redit: per cor enim ejus, voluntas nobis nocendi exprimitur; & tunc aduritur, quando id, quod anxiè desiderat, non impletur: siquidem propria malitia exuri, visum est. Sed & præterea contra ipsum potissimùm vales virtus passionis Christi.* Diabolus *namque* etiam nunc S potest quidem, Deo permittente, homines tentare quantùm ad animam, & vexare quantùm ad corpus: sed tamen preparatum est homini remedium ex passione Christi, quo se potest tueri contra hostis impugnationes, ne deducatur in interitum mortis æternæ. Et quicunque ante passionem Christi diabolo resistebant, per fidem passionis Christi hoc facere poterant, licèt passione Christi nondum peracta. *Quòd si aliqui, concludit Author*, hoc T remedio vti negligant, nil deperit efficaciæ passionis Christi: *deperit tamen saluti animarum suarum, quam negligunt. Sic in Christi nomine, hoc est, in virtute passionis ejus, deuictus est diabolus in persona Philisthæi à puero Dauid 1. Reg. 17.* Tu venis ad me cum gladio & hasta & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini. *Sic 1. Reg. 5. ante Arcam fœderis, quæ Ecclesiam Christi fundatam sanguine, siue Christum in Eucharistia per mannam ibi inclusam significat, prostratum in figura Dagon diabolum legimus*: Inuenerunt Dagon jacentem super faciem suam in terra coram Arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum ejus abscissæ erant super limen. *Vt ostendatur per manus excisas obtruncata ex Christi passione virtus illius & potestas: per caput verò abscissum, veritas pateat illius dicti*: Ipsa conteret caput tuum. *Vlteriùs in nostrum data præsidium fuerunt & sacramenta*: Oportet enim, quòd V virtus salutifera, à diuinitate Christi, per ejus humanitatem, in ipsa Sacramenta deriuetur. Vnde manifestum est, quòd Sacramenta Ecclesiæ specialiter habent virtutem ex passione Christi: cujus virtus quodammodo nobis copulatur per susceptionem Sacramentorum: in cujus signum de latere Christi pendentis in Cruce, fluxerunt aqua & sanguis: quorum vnum pertinet ad baptismum, aliud ad Eucharistiam, quæ sunt potissima Sacramenta. *Vnde & conuenienter* X ante baptismum expel-

Multa peccata ex nobis committimus absque diaboli instigatione.

L *Ma. 3. 5. c. & 1. p. 114. 3. ad 3. & 2. 2. 30. 4.*

Et ejus tentationes præuenimus.

M *2. 2. 76. 1. ad 4.*

N *Apoc. 12. l. 2. ibi, cauda.*

Faciliter resistimus per lib. arb. auxilium diuinum, & Angeli custodis præsidium.

O *2. d. 11. expos. 1. p. text.*

P *Ibid. q. 1. a. 2. in sed contra.*

Q *Apoc. 12. com. 1. & 2. ibi, non valuerunt.*

R *Op. de er. Pr. l. 4. c. 6.*

Hoc vltimum ostenditur exemplo.

S *3. p. 49. 2. ad 2. & in c. In 3. d. 19. 1. 2.*

Ex virtute passionis Christi contra diaboli impugnationes remedium habemus.

T *3. p. 49. 3 ad 3.*

V *3. p. 62. 5. & In 4. d. 1. 1. 4. q. 3.*

Et ex Sacramentis, quæ ex eadem passione virtutem sortiuntur.

X *3. p. 71. 2. & c. In 4. d. 6. 2. 3. q. 1.*

Digitized by Google

Per exorcismos præcedêtes baptismum expelluntur dispositiuè diabolus: plenè verò per baptismum.

Y 3.p.l.c.a.3. c. in 4.l.c.a.3. q.3.

expelluntur dæmones per exorcismos, ne salutem hominis impediant: quam quidem expulsionem significat exsufflatio: *videlicet*, quantùm ad hoc Y quòd dæmon non præstet impedimentum Sacramento suscipiendo. Manet tamen potestas dæmonis in homine quantùm ad maculam peccati, & reatum pœnæ, quousque peccatum per baptismum tollatur. *Et in hoc sensu*; Scias, *ajebat Cyprianus*, diaboli nequitiam posse remanere vsque ad aquam salutarem: in baptismo autem omnem nequitiam amittere. *En qualem habet in dæmones vim baptismatis Sacramentum. Cum autem per Sacramenta gratiam acquiramus, & per eam omnes virtutes & dona: hæc præter Sacramenta suam quoque habent contra dæmones validitatem. Sunt enim velut arma quædam ad pugnandum contra communem hostem. Eapropter Apostolus ad Ephes.6.* Induite vos *inquit* armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. *Armaturam Dei*, idest Z dona & virtutes, *Rom.*13. Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis (idest A virtutes, quæ & arma dicuntur, in quantùm nos muniunt, *vtique contra diabolum:*) *Coloss.*3. Induite vos ergo, sicut electi Dei (*quasi milites*) viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam &c. *Quoniam non est nobis colluctatio aduersùs carnem & sanguinem:* quòd enim nos impugnent caro & sanguis, hoc non est eorum principaliter, sed à superiore mouente scilicet diabolo*: sed aduersùs principes & potestates tenebrarum harum contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus*; idest, contra spirituales nequitias, emphaticè loquendo: per quod intelligitur plenitudo nequitiæ. *Propterea (adhuc repetit ad virtutum necessitatem insinuandam) accipite armaturam Dei*: idest, armamini B spiritualibus armis, 2. *Cor.*10. Arma militiæ nostræ non carnalia sunt &c. *vt possitis resistere*: quantò magis enim ei ceditur, tantò plus insequitur: *in die malo*, propter mala, quæ in dies fiunt, *Ephes.* 5. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Item *accipite*, non solùm ad resistendum, sed etiam ad proficiendum*: & in omnibus perfecti stare*; idest, in aduersis & prosperis immobiliter stare, *Iac.*1. Sitis perfecti, in nullo deficientes. *Nec enim minus exigitur ad tantam ineundam pugnam, atque victoriam reportandam. Et arma consequenter propria suggerit ad illam, cum subdit*: State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam justitiæ &c. *de quibus vide fusiùs ibi. Præ cæteris, verò contra superbiam diaboli adhibenda est virtus humilitatis, ceu omnium fundamentum virtutum* (Diabolus ex Hieronymo vincitur sola humilitate) *& contra odium illius, charitas nostra & Christi*: cujus vnico Sanctissimæ Crucis signo, *ajebat magnus Antonius*, debilitatus aufugit. *De quo vide V.* Crux sancta. *Valet & plurimùm abstinentia; & hoc, exemplo Christi*: per hoc *enim* quòd C ipse ante futuram diaboli tentationem jejunauit, docuit, quòd per jejunium nos oportet contra tentationes armari. *Vnde &* Matth. 17. *dictum est à Domino*: Hoc genus (idest D omne genus) dæmoniorum non ejicitur, nisi per orationem & jejunium. *Et ad Holofernis, diabolum figurantis, validam irruptionem, Iudith* 4. *legimus, quòd* filij Israel humiliauerunt animas suas in jejunijs & orationibus. *Et quidem specialiter necessarium est jejunium, & recursus per orationem ad Deum, ad vincendas diaboli tentationes, nedum in vigilia, sed & in somnis ad libidinem per illusionem excitantis. Ad hoc autem non tantùm monemur, sed & quandoque sub mortali obligamur. Scribit enim Author.* Quandoque E prouenit pollutio nocturna à causa extrinseca spirituali, scilicet ex dæmonum illusione: qui phantasmata commouere possunt, ex quorum apparitione pollutio interdum subsequitur. Hæc autem dæmonum illusio quandoque prouenit ex præcedenti negligentia præparationis ad deuotionem &

Habemus in adjumentum & virtutes.

Z Ephes.6 l.3. ibi.

Hæ arma nostra contra diabolum.

A Rom. 13. l. 3. ibi.

B Eph.6. l. 4. ibi.

Humilitas.

Charitas.

Abstinentia.

C 3.p. q. 41. 3 c.

D Matth. 17. lit. b. ibi.

E 3.p. 80. 7. c. In 4. d. 9. a. 4. q. 1. c.

Pollutio nocturna ex illusione dæmonum proueniens, ob præcedentem negligentiam potest esse & mortale peccatum.

orationem: quæ potest esse & mortale & veniale peccatum. *Quod alibi clariùs exemplificat, dicens*; putà F cum quis indeuotus ad dormiendum accesserit. *Et quia non tam facilè capitur, quomodo & quandonam possit in hoc mortaliter peccari: exponit idcircò doctissimus noster* Soto in 4. Sent. d. 12. q. 1. a. 7. ad 1. Concl. *dicens*: Quod quidem verbum maximè notandum est: nam licèt ei, qui nunquàm (*vel rarò*) illas dæmonum illusiones sensit, non imputetur ad culpam, quòd non se aduersùs illas communiat: tamen qui illis diuexari assolet, tenetur se precationibus atque alijs remedijs aduersùs illas coarmari, & nonnunquam corpus macerare. Quare tanta potest ingruere necessitas, tantaque esse negligentia, vt sit lethale crimen. Cujus vtique regula certa constitui non potest: sed est vir prudens consulendus. *Vnde & Ecclesia hunc ad finem canit in sero ad Completorium*:

F In 4. loc. cit.

Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmata:
Hostemque nostrum comprime,
Ne polluantur corpora.

Ex his vides, quàm necessaria sit contra dæmonum impugnationes omnium communitio virtutum. Et his quidem, præter cætera quæ præmisimus, homo vallatus, faciliter hostis impetus euadet, astusque omnes feliciter eludet. Quin ita munitus quascunque tentationes contemnit. Pro quo sciendum, quòd resistere G tentationi, dupliciter dicitur. Vno modo, vt quis à tentatione non vincatur: alio modo, vt quis tentationem vincat. Dicitur enim aliquis à tentatione vinci, quando à proposito bono trahitur per tentationem in consensum peccati: sicut est in incontinente, qui habet rationem rectam, sed deducitur: qui enim non habet propositum bonum, vt intemperatus, vel luxuriosus, non vincitur, quia libenter id agit. Vincit autem qui non solùm tentatione superueniente in actum peccati non deducitur, sed etiam ex magnitudine virtutis, quasi nihil tentationem paruipendit. Qui verò difficultatem à tentatione patitur, sed non deducitur: resistit quidem tentationi, cum non consentit, sed non vincit propriè.

G 3. d. 31. 1. 3. c.

Resistere tentationi, dupliciter dicitur.

Aliud est, à tentatione nô vinci: aliud, vincere tentationem.

11 *Atqui vt plurimùm homines nedum tentationem dæmonis non vincunt, sed à qualibet immò vel minima tentatione vincuntur, tot neglectis, quæ Deus exhibet, armis, ac virtutum præsidijs: neque Deo ipsi interiùs mouenti pœnamque minitanti, neque tutori Angelo bonum suadenti credimus: mendaci verò spiritui, immò patri mendacij, mox vt malum tentando suggerit, fidem prompti ad nostram ruinam præstamus. Id quod à protoparente nostro edidicimus*: Adam quippe H magis credidit promissioni diaboli, quàm commonitioni (*siue*, comminationi) diuinæ, vt patet *Genes.*3. Et ita quodammodo diabolum prætulit Deo. *Quod & nos quotidie ad interiores exterioresque monitiones à Deo immissas impudenter facimus, Spiritui Sancto jugiter resistentes, spiritui maligno hosti acerrimo obtemperantes, cum tamen ad hoc Eccli.*12. *dicatur*: Non credas inimico tuo in æternum. *Et væ diabolo fidem præstantibus & consentientibus! Quod innuitur* Matth. 4. *cum tentator ad Christum protulit*: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. *Quandoquidem* nullus I adorat diabolum, nisi cadat, sicut & ipse cecidit, *Dan.*3. Cadentes adorauerunt statuam auream. *Et casus vnus mox ad alterum disponit: vti contigit Petro, qui vni tentatus negationi consentiens, mox in alteram ruit*; & post pusillum, *inquit Matthæus, in tertiam prolapsus est*. Hoc autem L procurabat diabolus, vt respirationem non haberet. *Et tertiò quidem negauit cum majori culpæ extensione: nam cœpit detestari & jurare, quia non nouisset hominem. Vnde* negationi M perjurium addidit, perjurio blasphemiam. *Siquidem ex peccato faciliter in peccatum relabimur, & ex primo in tentationem consensu*, *in ma-*

Deo, & bono Angelo non credimus: diabolo statim fidem præstamus.

H Rom. 5. l. 4. ibi, etiam in eos.

Væ tentatori consentientibus!

I Matth. 4. lit. a. ibi.

Peccatum ad peccatum trahit.

L Matth. 26. lit. g. ibi.

M Ibid. ibi.

in majora delicta præcipites imus, *Psalm.* 41. Abyssus abyssum inuocat. *Quoniam verò diabolus incessanter, vt ait Apostolus Petrus*, circuit quærens quem deuoret, *spiritualiter necando; Quæritur: Vbinam potissimùm requiem inueniat? Et Respondet Author ex illo Matth.* 12. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. *Quibus verbis innui videtur, quòd* aliquando N diabolus requiem non inuenit. In quibus autem inueniat, dicitur Iob 40. *Sub vmbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus.* Loca humentia sunt corda voluptatibus dedita: loca arida sunt qui contemnunt voluptates, qui à prosperitatibus declinant. Dicit autem, *ambulat*: quia explorat quemcunque hominem, quem decipiat, vnde per hoc, quod dicit, *ambulat*, sollicitudinem ostendit, *Iob* 1. Circuiui terram & perambulaui eam. *Tunc dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui.* Ex verbo isto potes colligere, quòd si diabolus aliquando expellitur ab aliquo, quia agit pœnitentiam: non tamen totaliter dimittit eum, sicut de Christo legitur *Luc.* 4. quòd dimisit eum, vel *recessit ab illo vsque ad tempus*. Hoc ergo est intelligendum, vt semper solliciti sint homines, ne reuertatur. Et hoc est, quod dicit: *Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam.* Triplex ponitur occasio: scilicet ociositas, vnde dicit, *vacantem*, Eccli. 33. *Multam malitiam docuit ociositas*; ideò Hieronymus: *Semper aliquid boni facito, vt te diabolus inueniat occupatum.* Vnde, *vacantem*; idest, ociosum. *Scopis mundatam*: quia quod mundatur scopis, non mundatur nisi quod leuiter adhæret; vnde idem est scopare, quod leuiter mundare; & inde scopatio, imperfecta mundatio. Item, *ornatam*: & hoc est superficialis ornatus. Mundatio perfecta debet cum igne fieri, sicut habetur in lege, quòd vasa igne debebant mundari: (*anima scilicet Spiritus Sancti vas igne charitatis.*) Item illud, quod ornatur, aliam habet ex se pulchritudinem, aliam ex ornatu tantùm. Sed qui volunt esse securi, debent habere pulchritudinem interiorem, Psal. 44. *Omnia gloria ejus filiæ Regis ab intus &c.* Sed quando fit ornatus solùm in exterioribus, non relinquitur à dæmonibus. *Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius pejora prioribus.* Assumit septem *ex Chrysostomo*: quia cum aliquis *ex tentatione* cadit, & non cauet; tunc deterius accidit ei, Ioan. 5. *Iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.* Assumit septem *ex Augustino*: aliquando enim pœnitens agit pœnitentiam, sed negligenter se habet, & tunc fit procliuior, Rom. 1. *Propter quod tradidit illos Deus in reprobum sensum.* Et per hoc quod dicit, *septem*, vniuersitas vitiorum signatur: *quandoquidem, vt dicebamus, ex vno in aliud peccatum ruimus, nisi statim & perfectè de primo pœniteamus, vt cautiores surgamus ad resistendum tentatori. Videat vnusquisque & bene perpendat. Vnum in calce superest declamandum: quòd scilicet diabolus tota cum sua nequitia, tametsi coactè, Iesum Christum Filium Dei timet, reueretur, adorat: legimus enim Luc. 8. & Marc. 5. quòd* videns Iesum à longe, cucurrit, & adorauit eum; & clamans voce magna, dixit: Quid mihi, & tibi, Iesu Fili Dei altissimi? Adjuro te per Deum, ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine. *Homo verò, dæmone deterior, neque ab ipso (cui tamen in cæteris ad nutum paret) discere vult illius obsequi majestati, qui se ab æterna morte, & à diaboli potestate misericorditer liberauit; dum nec raro in Sacramento Altaris genua ei flectere negligis: quod tam promptè ipsomet in Templo præstat idolo vanitatis; & quem diabolus* Filium Dei Altissimi *venerando confitetur, ipse adeò frequenter impudentissimè blasphemat. Quin & idem perditionis author veram Christi fidem annunciat, & viam salutis hominibus quodammodo prædicat, vt habetur Act.* 16. *de Paulo & Sila.* Factum est autem, euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem spiritum pythonem obuiare nobis. Hæc subsecuta Paulum & nos, clamabat, dicens: *Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annunciant vobis viam salutis.* Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem Paulus, & conuersus, spiritui dixit: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Et exijt eadem hora. *At nequam homo malo prauæ vitæ exemplo, & verbo, nedum sibi damnationis eligit viam, sed & alijs perditionis iter ostendit: neque pudet vel ab ipsis dæmonibus erudiri. Erubesce igitur, quisquis plùs quam diabolicè viuis: erubesce tandem, & ad pœnitentiam confundere: nam* & est confusio adducens gloriam & gratiam, *Eccli.* 4. *DISCE, homo vigilare & orare, vt non intres in tentationem. Vide*, Adam, Angelus custos, Christi Tentatio, Tentatio.

Vbi diabolus requiem inueniat.

N *Matth.* 12. *lit. c. ibi.*

Voluptuosos amat diabolus.

Cauendum, ne post pœnitentiam reuertatur ad nos inhabitandû.

Ocium ideò fugiendum.

Conscientia subtiliter & diligenter mûdanda.

Ornandus homo interiùs.

Deum timet diabolus & adorat: quod sæpe homo facere detrectat.

Dæmones viã salutis annunciant: homo sibi & alijs viã sternit perditionis.

DIACONVS. Vide, CLERICVS, ORDO.

DIFFICVLTAS. Vide, ACTIO VIRTVOSA, VIRTVS.

DIGNITAS. Vide, AMBITIO, PRÆLATVS, PRINCEPS.

DILECTIO. Vide, AMOR, AMICITIA, CHARITAS.

DILECTIO INIMICORVM.

XXII. Amicitia perfecta non habetur ad multos, ita quòd ad vnumquemque sit ratione ipsius: sed quanto amicitia est perfectior ad vnum ratione ejus, tanto ad plures se posset extendere ratione ipsius. Et sic charitas, quia perfectissima amicitia est, ad Deum se extendit, & ad omnes, qui possunt percipere Deum, & non solùm ad notos, sed etiam ad inimicos. *De Virt.* 2. 4. *ad* 11.

x *Plurima, quæ hic desiderantur, ne diutiùs immoremur, repetenda sunt ex ijs, quæ diximus Tom.* 1. *Verbo*, Amor proximi. *Præceptum siquidem diligendi inimicos non est à dilectione proximi distinctum præceptum, sed ad illud reducitur, cum & inimicus procul dubio proximus noster sit. Sanè non tantùm amare, sed & diligere inimicum jubemur*, Diligite inimicos vestros, *Matth.* 5. Amor *autem* dicit O simplicem inclinationem affectus in amatum, vnde etiam quandoque passionem dicit, secundùm quòd est in parte sensitiua: & sic amor etiam in irrationabilibus inuenitur. Dilectio autem præsupponit electionem, sicut ipsum nomen ostendit; vnde tantùm rationabilium est. *Ex electione igitur inimicos amare debemus. Neque contra inclinationem naturæ censendum est præceptum hujusmodi: nam* ex natura P homo omnem hominem diligit, vt etiam dicitur in 8. *Ethic.* Sed quòd aliquis sit inimicus, est ex aliquo, quod naturæ superadditur: ex quo non debet tolli naturæ inclinatio. Charitas ergo, dum ad dilectionem inimicorum mouet, perficit naturalem inclinationem. *Profectò* lex Q diuina profertur homini in auxilium legis naturalis. Est autem omnibus hominibus naturale, vt se inuicem diligant: *cujus signum est*, quòd quodam naturali instinctu homo cuilibet homini etiam ignoto subuenit in necessitate, putà reuocando ab errore viæ, erigendo à casu, & alijs hujusmodi; ac si omnis homo omni homini esset familiaris & amicus. *Ergo non est contra naturam præcepta inimicorum dilectio.* Ex perfectione *autem* charitatis R procedit, quòd sola charitas sic moueat ad inimicum, sicut ad amicum mouet & charitas & specialis dilectio. Manifestum est autem, quòd ex

Amor an differat à dilectione.

O *In* 1. *d.* 10. *exp. text. In* 3. *d.* 27. 2. 2. *ine. c. &* 1. 2. 26. 3. *Psal.* 17. *lit. a. Ioann.* 21. *l.* 3. *lit. b. de div. Nom. c.* 4 *l.* 9.

P *De Virt.* 2. 8. *ad* 7.

Diligere inimicum non est contra naturæ inclinationem.

Q 3. *con. G. c.* 117. *n.* 5.

Lex diuina in auxilium datur legis naturalis.

Ex perfectione charitatis inimicos, sicut amicos diligimus.

R *Virt.* 2. 8. *f. c.*

perfectione activæ virtutis procedit, quòd actio agentis ad remota procedat. Perfectior enim est ignis virtus, per quam non solùm propinqua, sed etiam remota calefiunt. Ita & perfectior est charitas, per quam non solùm ad propinquos, sed etiam ad extremos, & vlteriùs ad inimicos, non solùm generaliter, sed etiam specialiter & diligendo & benefaciendo mouemur: *vt infrà magis patebit. Quando verò ad illud Matth. 5.* Dictum est: diliges proximum tuum; *adjicitur*: & odio habebis inimicum tuum; *contra diuinum præceptum vim non facit*: nam in veteri etiam S lege homines tenebantur ad dilectionem inimicorum, sicut patet per authoritatem *Leuit.* 19. Non quæras vltionem, nec memor eris injuriæ ciuium tuorum. (*Et priùs*: Non oderis fratrem tuum in corde tuo. *Et Exod.* 23. Si videris asinum odientis te jacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. *Et Malach.* 2. Cum odio habueris, dimitte. *Et Prou.* 24. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum.) Vnde quod dicitur: *Odio habebis inimicum tuum*; non est ex lege sumptum, quia nusquam hoc in litera inuenitur: sed est additum ex praua interpretatione Iudæorum, qui ex quo præcipiebatur dilectio proximi, concludebant quòd inimici essent odiendi. *Cæterùm, præcepti dilectionis inimicorum radix est*: quia secundùm hoc T tenemur aliquem diligere, secundùm quòd nobiscum aliquam communicationem habet. Inimicus autem noster habet quandam nobiscum communicationem in natura, secundùm quam est possibilis ad communicandum nobiscum in diuina vita: & ideò in ijs, quæ pertinent ad naturam suam, & ad gratiam habendam, debemus eum diligere.

Vnd Matth. 5 [illegible] habebis inimicum tuum, additum est à Iudæis.

S 3. d. 30 [illegible] ad 1 & ad Harmb. ibid. Virt. 2. 8. ad 5. Op. 4. de dilect. prox. § 3 Matth. 5. lit. s. ibi.

Vnde radix dilectionis inimicorum.

T In 3. l. c. in [illegible] & 2. 2. 25. 8. c. Matth. l. c. ibi, diligite. Virt. 2. 8. c. Op. 4 [illegible] c.

Y *Hæc autem dilectio, quocunque modo sumpta, non semper de præcepto est, sed & de consilio; hoc est, de perfectione charitatis. Quod facilè innotescit ex consideratione præcepti dilectionis Dei, quem jubemur* diligere ex toto corde, ex tota anima &c. *In hoc siquidem* potest V intelligi, quòd est de necessitate præcepti, & quòd est de perfectione consilij, & vlteriùs quod est de perfectione comprehensoris. Si enim sic intelligatur, *Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo*, vt semper cor hominis actu feratur in Deum: sic pertinet ad perfectionem comprehensoris. Si autem sic intelligatur, vt cor hominis nihil acceptet, quod sit diuinæ dilectioni contrarium: sic est de necessitate præcepti. Quòd vero homo etiam ea abjiciat, quibus potest licitè vti, vt liberiùs Deo vacet; hoc est de perfectione consilij. Sic igitur & hic dicendum est, quòd de necessitate præcepti est, vt à communitate dilectionis, qua quis proximos tenetur diligere, inimicum non excludat, nec aliquid contrarium hujus dilectionis in corde suo recipiat. Sed quòd actu feratur mens hominis in dilectionem inimici, etiam cum non adest necessitas, pertinet ad perfectionem consilij. In casu enim alicujus necessitatis, etiam in speciali, actu inimicos diligere & eis benefacere tenemur ex necessitate præcepti, putà, si fame morerentur, vel in alio hujusmodi articulo essent. Extra hos autem necessitatis articulos, inimicis specialem affectum & effectum impendere ex necessitate præcepti non tenemur, cum nec etiam teneamur ex necessitate præcepti hæc in speciali omnibus exhibere. Hujusmodi autem inimicorum dilectio directè ex sola diuina dilectione deriuatur. In alijs enim dilectionibus mouet ad diligendum aliquod aliud bonum, putà, vel beneficium exhibitum, vel communicatio sanguinis, vel vnitas Ciuitatis, aut aliquid hujusmodi. Sed ad diligendum inimicos nihil mouere potest, nisi solus Deus. Diliguntur enim, in quantùm sunt creaturæ Dei, quasi ad ejus imaginem facti, & ipsius capaces. Et quia Deum omnibus alijs bonis charitas præfert, considerat cujuscunque boni detrimentum, quod ab hostibus patitur, adhoc quod eos odiat, sed magis considerat diuinum bonum, vt eos diligat. Vnde quanto perfectiùs viget in homine charitas Dei, tantò faciliùs animus ejus flectitur, vt diligat inimicum. *En quomodo tota ratio dilectionis inimicorum in Deum refunditur, ex solo cujus amore diligendus est inimicus: alter in cassum nititur diligere. Et hoc est, quod promebat initio Author. Vnde & ab eodem docemur, quòd* amicitia X se extendit ad aliquem dupliciter. Vno modo respectu sui ipsius: & sic amicitia nunquam est, nisi ad amicum. Alio modo se extendit ad aliquem respectu alterius personæ: sicut si aliquis habet amicitiam ad aliquem hominem, ratione cujus diligit omnes ad illum hominem pertinentes, siue filios, siue seruos, siue qualitercunque ei attinentes; & tanta potest esse dilectio amici, quòd propter amicum amentur ij, qui ad ipsum pertinent, etiamsi nos offendant vel odiant: (*sæpe enim in gratiam amici & injurias remittimus.*) Et hoc modo amicitia charitatis se extendit etiam ad inimicos, quos diligimus ex charitate in ordine ad Deum, ad quem principaliter habetur amicitia charitatis. *Ex quo sequitur, quòd nec Deum possumus diligere, nisi & inimicos diligamus: &, si hos non diligimus, nec Deum diligimus.* Nam proprium & per se Y objectum charitatis est Deus: & quicquid ex charitate diligitur, ea ratione diligitur, qua ad Deum pertinet. Constat autem, quod omnes homines ad Deum pertinent, in quantùm sunt ab ipso creati, & capaces beatitudinis, quæ in fruitione ipsius consistit. Manifestum est ergo, quòd ista ratio dilectionis, quam respicit charitas, in omnibus hominibus inuenitur. *Sic ergo*, in eo qui contra nos inimicitiam exercet, est duo inuenire: vnum quod est ratio dilectionis, scilicet quòd ad Deum pertinet: & aliud, quod est ratio odij, scilicet quòd nobis aduersatur. In quocunque autem inuenitur ratio dilectionis, & ratio odij: si, prætermissa dilectione, in odium conuertamur, manifestum est, quod id, quod est ratio odij, præponderat in corde nostro ei, quod est ratio dilectionis. Sic ergo, si aliquis inimicum suum odio habeat, inimicitia illius præponderat in corde suo amori diuino. Magis ergo odit amicitiam illius, quam diligat Deum. Tantùm autem odimus aliquid, quantùm diligimus bonum, quod nobis per inimicum subtrahitur. Relinquitur ergo, quòd quicunque inimicum odit, aliquod bonum creatum diligit plùs quàm Deum: quod est contra præceptum charitatis. *Et ex hoc capite facile redditur quod arduum valdè & difficillimum præceptum videtur. Etenim* diligere Z inimicum, in quantùm inimicus est, est difficile, vel etiam impossibile: sed diligere inimicum propter aliquid magis amatum, est facile. Et sic id, quod in se videtur impossibile, charitas Dei facile facit. *Profectò* ea A quæ ex amore fiunt, & firmiter, & promptè, & delectabiliter fiunt. *Itaque propter solum Deum, ejusque præceptum, & inimicus sustinendus est & illius injuria tolerandà. Quòd si vel ad nutum, & in gratiam cujuspiam Principis, libenter injuriam facientibus ignoscimus: quanto magis in reuerentiam Dei hoc jubentis dimittere inimico debemus? Sicut enim ille in se recipit dimissionem: ita Deus, qui apertè denunciat*: Mihi vindictam, & ego retribuam. *Et hoc quidem proprium & specialius Christianorum est. Lex siquidem Christi, lex amoris est, vetus timoris. Vnde & præceptum* istud Ioan. 13. *ex hoc capite dicitur nouum*: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem; *non quia in veteri lege, vt vidimus, impositum non sit*: *sed* quòd mandatum B illud in veteri testamento ex timore & amore sancto erat, pertinebat ad nouum testamentum; vnde hoc mandatum in veteri testamento erat, non

Dilectio inimicorum alia de præcepto, alia de consilio, sicut dilectio Dei.

V Op. 18. c. 14. In 3. l. c. ad 1. & 4. 2. & 3. 2. [illegible] 4 ad 4. Virt. loc. cit. Rem. 12 l. 3. sub init.

Diligendi inimici solum motiuũ Deus.

X 2. 2. 23. 1. ad 2.

Amicitia ad alterum dupliciter se extendit.

Y Virt. 2. 8. post c.

Deum diligere non possumus, nisi & inimicos diligamus.

Z Ibid ad 13.

Facile propter Deum inimicos diligere.

A Virt. 2. 2. c.

Mandatum dilectionis cur nouum dicatur.

B Io. 13. l. 7. lit. c. ibi.

Digitized by Google

non tanquam proprium ejus, sed vt præparatiuum nouæ legis. *Ex quo Apostolus Ephes. 4. & Coloss. 3.* Exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis &c. *& consequenter subdit*: Induite vos ergo viscera misericordiæ, benignitatem, patientiam &c. *Et hæc quidem cum inimico pax*, quasi C testamentum seruandum, nobis statutum est à Christo, Eccli. 45. *Statuit illi testamentum pacis.* Non enim poterit *ex Augustino* ad hereditatem Domini peruenire qui testamentum ejus noluerit obseruare. Nec potest concordiam habere cum Christo qui discors esse voluerit cum Christiano. *In quo Deum Patrem nostrum tanquam boni filij imitari debemus & Christum. Deum quidem, vt innuitur post datum præceptum*: Vt sitis filij Patris vestri, qui in Cœlis est, *Matth.* 5. scilicet D imitatione; *quippe* qui Solem suum oriri facit super bonos & malos (*ad instructionem vtique nostram*) ad literam, *secundùm Rabanum*; & pluit super justos & injustos, *similiter* ad literam. *Et moraliter quotidie peccatoribus misericorditer ignoscit, lumen suæ gratiæ infundendo, & pluuiam lacrymarum ad veram pœnitentiam profundendo. Hinc degeneres filios increpare videtur* If. 55. *cum ait*: Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur ejus, & ad Deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ. *Quasi diceret*: Vos E impij, ego pius. Vos vltionem cogitatis, ego misericordiam. *Et concludit*: Neque viæ vestræ, viæ meæ: *quia Mundus ad ignominiam trahit, ignoscere inimico: Deus autem ad gloriam, sicut ex hoc capite tot sancti viri glorificati sunt, calumniatoribus ignoscentes. Et hoc est quod ait Petrus in sua prima cap.* 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida aut fur: (*hoc enim veram ignominiam facit.*) Si autem vt Christianus, *hoc est, vt mandatorum Christi executor*, non erubescat: *non enim rem indignam facit, vnde ignominiam incurrat, sed omni gloria dignam; vnde subdit*: glorificet autem Deum in isto nomine, *vt & ipse glorificetur, Act.* 5. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, *& generosè, inferenti dimittere. Quod à Christo Domino nostro satis didicerant: de quo Apostolus Rom.* 5. Cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. *Et iterum*: Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij ejus. *Nec officit quòd dicatur Ioan.* 15. Majorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. *Hoc enim dicitur*: quia Christus F non posuit animam suam pro nobis inimicis, vt scilicet inimici remaneremus, sed vt amicos efficeret: vel, licet non essent amici quasi amantes: erant tamen amici vt amati. *Quod est profectò, adeò inimicos diligere, vt amici fiant. Et hoc intendit inimicorum dilectio.*

C Ioa. 14. l. 9. fin. f. ibi.

Pax cum inimico testamentum Christi.

D Matth. 5. lit. i. ibi.

Deus imitandus: qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, ad literam, & moraliter.

E If. 55. ibi.

Alia via Dei, alia Mundi.

Parcere inimico, gloria Christianorum, non ignominia.

Christus in hoc exemplar nostrum.

F Ioan 15. l. 2. [illegible]

2 *Porrò inimicos, quatenus inimici sunt, diligere non jubemur*: hoc enim est G peruersum, & charitati repugnans: quia hoc est diligere malum alterius. *Et ratio adducitur: quia inimicum tenemur diligere, non vtcunque, sed vt dictum est*, in quantùm H habet quandam nobiscum communicationem in natura, secundùm quam est possibilis ad communicandum nobiscum in diuina vita. Sed inimicitiam suam, quam aduersùs nos habet, non debemus diligere: quia secundùm eam nobiscum non communicat, nec etiam sibi ipsi, sed magis contrariatur. *Ex quo & alibi docemus, quòd inimicus* I vt inimicus, non est objectum dilectionis, sed in quantùm pertinet ad Deum: vnde hoc debemus in inimico odire, quòd ipse nos odit, & desiderare, quòd nos diligat. *Sanè*, sicut L diligere amicum, in quantùm amicus est, bonum est: ita malum est diligere inimicum, quia inimicus est: sed bonum est diligere inimicum, in quantùm ad Deum pertinet, *Et hic est verus præcepti sensus. Igitur*, Diligite, *ait Christus Dominus*, inimicos vestros: *videlicet*, affectu M & etiam effectu in necessitate. Perfecti verò etiam extra necessitatem debent diligere inimicos perfectè affectu & effectu. *Benefacite* in effectu operis *his qui oderunt vos*, tum ex naturæ conformitate, If. 58. *Carnem tuam ne despexeris*. tum ex Dei & proximi charitate, Rom. 12. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum.* Et Chrysostomus: *Si benefeceris inimico, tibi amplius benefecisti.* Sequitur: *& orate* verbo oris *pro persequentibus* per apertam injuriam, *& calumniantibus vos* per apparentem injustitiam. Vel *persequentibus* facto, *& calumniantibus*; idest, falsò criminantibus verbo. *De quibus in sequentibus. DISCE inimicos diligere, vt amicos tibi facias Deum & homines.*

Inimicos vt inimicos diligere non jubemur, cum sit peruersum.

G 2. 2. 25. 8. [illegible] 3.

H 3. d. 30. [illegible]

I Virt. 2. 8. ad 6. & 2. 2. 34. 3. ad 3.

L De Virt. l. [illegible]

M Matth. 5. lit. i. ibi.

XXIII. *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Rom. 12. Naturale est homini, vt velit aduersarium vincere, & non vinci ab eo. Illud autem ab aliquo vincitur, quod ad illud trahitur: sicut aqua vincitur ab igne, quando trahitur ad calorem ignis. Si ergo bonus aliquis homo propter malum, quod sibi ab aliquo infertur, trahatur ad hoc, quòd ei malefaciat: bonus à malo vincitur. Si autem è contrario propter beneficium, quod bonus persecutori exhibet, cum ad suum amorem trahat: bonus malum vincit. Dicit ergo: *noli vinci à malo*, scilicet ejus qui te persequitur, vt tu eum persequaris: *sed in bono* tuo *vince malum* illius, vt scilicet ei benefaciendo, eum à malo trahas; *Ier.* 15. Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos. *Rom.* 12. *l.* 3. *fi.*

a QVoniam non impletur præceptum dilectionis inimicorum, odio duntaxat eos non habendo, sed positiuè ex electione diligendo; (*hoc est*, non sufficit N non velle malum, sed oportet velle bonum:) Probatio *autem* dilectionis, *ajebat Gregorius*, exhibitio est operis, *vnde & Ioannes in sua prima cap.* 3. Non diligamus verbo neque lingua, *scilicet* tantùm: O multi enim ostendunt verbo amorem, sed opere nihil; *ideò subdit*: sed opere & veritate; *opere*, idest exhibitione beneficij, *& veritate* puræ intentionis. *Idcircò, vt ore simul & opere proximus diligatur, adjicit Dominus*: benefacite his, qui oderunt vos &c. *Q. d. Diligite inimicos vestros affectu & effectu. Veruntamen distinguendum est circa signa dilectionis inimico exhibenda. Hoc namque* quodam quidem modo P est in præcepto, quodam autem modo est in cõsilio. Quod enim aliquis in generali dilectionis affectum impendat inimicis, non excludendo eos à communi dilectione proximorum, & à communi oratione, quam quis pro fidelibus facit, pertinet ad necessitatem præcepti. Similiter etiam, quòd aliquis in articulo necessitatis inimico dilectionis effectum particulariter impendat, pertinet ad necessitatem præcepti. Vnde dicitur Exod. 23. *Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum.* Sed quòd aliquis in speciali dilectionis affectum, aut orationis suffragium, aut qualecunque subuentionis beneficium exhibeat inimico, interdum etiam extra articulum manifestæ necessitatis, pertinet ad perfectionem consiliorum: quia per hoc ostenditur tam perfecta charitas hominis ad Deum, quòd omne humanum odium superet. Ille autem qui pœnitet, & misericordiam petit, jam non est inter inimicos aut persecutores computandus: vnde ei

Inimicus, non vtcunque, sed ex electione diligendus.

N Cp. 4. de dil. prox. §. 2.

O Ibi. Io. 3. ibi.

Nedum verbo, sed & opere.

An certa dilectionis signa inimicis ostendenda sint, & exhibenda.

P Rom 12. l. 3. sub in. 2. 2. 25. 9. In 3. d. 30. 1. 2. ad 1. & 1. 2. & ad Hann. ib. Cp. 4. de dil. prox §. 3. f.

abſq; omni difficultate sũt charitatis indicia oſtendenda; *Eccli.* 28. Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. *Et alibi:* Non teneris Q cum inimico habere familiaritatem, niſi peteret veniam: quia tunc eſſet amicus; & ſi refutares, haberes odio amicum. *Igitur* negare R homini ſigna familiaritatis, quando neceſſitas expeteret, eſſet vindicta; vel etiam quando veniam peteret; vel quando te ille, qui hoſtis habetur, ad familiaritatem ingereret, ſi habeatur præſumptio, quod non ſimulatè, vel irriſoriè facit: quia tunc diligit, & inter amicos deputandus eſt. Sed quod aliquis vltrò ſe ad familiaritatem inimico ingerat, hoc perfectionis eſt, *& de conſilio. Roganti ergo & veniam petenti nedum dimittendum, ſed & ſpecialia dilectionis ſigna exhibenda. Sicut & Deus facit, Matth.* 18. Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam *rogaſti* me: nonne ergo *oportuit* & te miſereri conſerui tui, *ſicut* & ego tui miſertus ſum: *Quod intellige de offenſa propria, non de ea, quæ in Dei & Eccleſiæ injuriam, vel damnum cedit communitatis. Non enim quemadmodum Dei infinita, ſed* finita eſt S miſericordia hominis, quia non remittit niſi offenſam propriam; & in hoc etiam (*nota*) modus eſſe debet, vt ſcilicet non ſic paſſim remittat, vt ille cui remittit, efficiatur procacior, pronior, & facilior ad iterum offendendum, *Eccle.* 8 Quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala. *Quod ſuprà tetigiſſe videtur Author, cum ait:* Si habeatur præſumptio, quòd non ſimulatè, vel irriſoriè facit. *Si verò ex corde veniam petat, dimittere oportet.* Et hoc etiam T naturale eſt; quia nullus eſt ita ſæuus, ſiue crudelis, quòd quando videt aliquem humiliatum, affligat eum vlteriùs. Canis etiam non mordet hominem jacentem. Quando ergo aliquis reſiſtit inimico, concitat inimicum ad nocendum ſibi. & Deus non juuat, Pſal. 7. *Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam meritò ab inimicis meis inanis.* Ideſt, juſtè V ab inimicis auferantur mihi bona mea. *Ideò patientiſſimus* Iob cap. 31. *ad noſtrum exprimebat exemplum:* Si gauiſus ſum ad ruinam ejus, qui me oderat, & exultaui, quod inueniſſet eum malum. Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animam ejus. *Igitur extra neceſſitatis caſum, & niſi veniam petat, non tenemur inimico ſpecialia dilectionis ſigna exhibere, nec aliquod ſubuentionis beneficium impendere.* Tenetur *tamen* X homo non facere ei malum, niſi in quantùm eſt impedimentum majoris mali, vel promotiuum majoris boni, vt juſtitiæ, vel alicujus hujuſmodi. *Quod intellige & de malo optato.* Poteſt *enim* aliquis Y ſalua charitate, optare malum temporale alicui, & gaudere, ſi contingit: non in quantùm eſt malum illius, ſed in quantùm eſt impedimentum malorum alterius, quem plus tenetur diligere, vel communitatis, aut Eccleſiæ. Similiter de malo etiam ejus, qui in malum temporale incidit, ſecundùm quòd per malum pœnæ impeditur frequenter malum culpæ ejus. Sed bona gratiæ mutuò ſe non impediunt: quia ſpiritualia bona à pluribus integrè poſſideri poſſunt. Et ideo quantùm adhoc, nullus ſalua charitate poteſt malum alteri optare, vel de malo gaudere, niſi in quantùm in malo culpæ, vel damnationis alicujus relucet bonum diuinæ juſtitiæ, quod plus tenetur diligere, quàm aliquem hominem. Sed hoc non eſt per ſe de malo gaudere, ſed de bono, quod adjunctum eſt malo.

Q Opuſ. 6. loc. cit.

K In 3. loc cit. & b. ad 3. & ad Ham. ib. Op. 7. Fet, §. 5.

Inimico noſtro veniam petenti dimittendum.

S Epheſ. 1. l. 1. ibi, in miſericordia

Propria offenſa dimittenda, non Eccleſiæ, aut communitatis.

Sed nec ſemper propria.

T Pſ. 37. lit. k.

Inimico reſiſtens concitat eum ad nocendum, & Deus non juuat.

V Pſ. 7. lit. b.

Quo ſenſu malum optare poſſimus alteri, vel de eo gaudere.

X In 3. d. 30. a. 2. ſ. c.

Y Ibid. a. 1. ad 4. Rom 12. l. 3. & 1. Matth. 7. ibi, vindictam. Opuſ. 4. de dil. prox. §. 3.

Non ita de malo culpæ & damnationis, niſi propter diuinam juſtitiam.

b *Verùm, nedum ad præceptum ſeruandum, ſed & ad conſilium, hoc eſt, charitatis perfectionem amplexandam, in ſpeciali etiam benefaciendo, & extra neceſſitatis articulum, noſtræ conſulens vtilitati hortatur Saluator, cum ait:* Benefacite his, qui oderunt vos &c. *& per Apoſtolum Rom.* 12. Benedicite perſequentibus vos, nulli malum pro malo reddentes, *per vindictam ſcilicet & ſanguinolentam ſæpe ſæpiùs vltionem.* Diligite inimicos veſtros *affectu cordis:* benefacite *effectu operis, beneficia temporalia & ſpiritualia exhibendo:* orate, *verbo oris, tum amicabili ſalutatione* (nam Z ſalutatio *ex gloſſa* eſt quædam ſpecies orationis:) *tum ad humanum conuictum familiari colloquio; tum etiam pro æterna eorum ſalute feruenti ad Deum precatione, nedum pro omnibus generaliter ex præcepto, ſed & in ſpeciali tam in neceſſitatis articulo, quàm extra, ex diuino conſilio, & ex perfectione charitatis.* Hæc *enim* Euangelica A perfectio conſiſtit in tribus: ſcilicet in actu cordis, operis, & oris. *Quam quidem ab ipſomet Deo exemplari noſtro ſatis docemur. Vnde & poſt datum de hac dilectione præceptum ſimul & conſilium, concluditur:* Eſtote ergo perfecti, ſicut & Pater veſter perfectus eſt, *Siquidem Ioan.* 3. Sic Deus dilexit Mundum, *ex peccato inimicum*, vt Filium ſuum vnigenitum daret. *En infinitam beneuolentiam ſimul & beneficentiam diligentis Dei.* Vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. *En dilectionis inimicorum finem præcipuum. Hanc pariter affectu & effectu dilectionem Chriſtus verus Deus & verus homo in homines abundanter, & ſuperabundanter oſtendit,* 1. *Tim.* 1. Superabundauit autem gratia Domini noſtri cum fide & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu; *vnde Rom.* 5 *dicitur:* Cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem Filij ejus. Majorem *autem* hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis; *amicis inquam eo ſenſu, quo præced.* Num. *dictum eſt. Id quod amantiſſimus Dominus in toto ſuæ vitæ decurſu ſeruauit* (qui *videlicet* pertranſijt benefaciendo, *Act.* 10.) *nedum in actionibus ſuis, ſed & in locutionibus.* In actionibus *quidem* oſtendit B benignitatem quadrupliciter. Primò, pro peccatoribus carnem aſſumendo, 1. Tim. 1. *Chriſtus Ieſus venit in hunc Mundum peccatores ſaluos facere.* Secundò ſpecialem familiaritatem peccatoribus demonſtrando, Luc. 15. *Erant appropinquantes peccatores, vt audirent illum.* Tertiò, magnos peccatores, magnos Sanctos faciendo, ſicut patet in Matthæo, Magdalena & Paulo. Quartò, languores infirmorum (*tam ſpiritualiter quàm corporaliter*) benignè curando, Luc 6. *Et ſanabat omnes.* In locutionibus oſtendit ſimiliter benignitatem quadrupliciter. Primò, omnibus benignè loquendo, Luc 4. *Mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipſius.* Secundò, peccatores ad ſe venientes dulciter alloquendo, ſicut patet *Ioan* 8. in adultera, & *Luc.* 7. in Magdalena. Tertiò, ſuum proditorem benignè vocando, Matth. 26. *Amice ad quid veniſti?* Quartò, pro ipſis crucifixoribus orando, Luc. 23. *Pater dimitte illis &c. Quos & orando ſanctificauit:* occidentium *enim* Chriſtum C aliqui ſunt ſaluati. *At quodnam clarius beneficæ in Chriſto charitatis indicium, quàm corporis & ſanguinis ſui inſtitutio Sacramenti, nobis peccatoribus, conſequenter inimicis, ante mortem exhibiti? Eſt enim Eucharistiæ Sacramentum* maximæ D charitatis ſignum: *& alibi:* Sacramentum E charitatis, quæ eſt vinculum perfectionis, vt dicitur Coloſſ. 3. *Et iterum:* Sacramentum F Eccleſiaſticæ vnionis; *vnde & Eccleſia in Secreta:* Vnitatis & pacis propitius dona concede, quæ ſub oblatis muneribus myſticè deſignantur. *Vnde exclamat Auguſtinus:* O Sacramentum pietatis, ò ſignum vnitatis, ò vinculum charitatis! *Hanc autem vnitatem & pacem in Eucharistiæ Sacramento homini exhibuit, cum ille actualis inimicitiæ ſigna daret. Quod vt innueret Apoſtolus* 1. Cor. 11. *ſignanter, inſtitutionis tempus deſcribens, ait:* Dominus Ieſus, in qua nocte tradebatur, accepit panem &c. G *d. Pacem exhibet Chriſtus, cum homo exiſteret inimicus:* Vt oſtenderet G quòd dum iſte intentaret mortem, ille conferret beneficia, *conficiens, & donans;*

Ex præcepto & ex conſilio ad inimicos diligendos excitamur.

Z Matth. 5. lit. 1. ibi, ſalutaueritis.

A Ibid ibi diligite.

Deus exemplar noſtrum in dilectione inimicorum.

Et Chriſtus.

Tum in actionibus ſuis, tum in locutionibus.

B Serm. ex Epi in Cœnam. Hebr. 13. l. 4. ſ.

Occidentium Chriſtum aliqui ejus oratione ſaluati.

C Ephes. 1. l. 1. ac ſ. Hebr. 7. l. 1. ſ.

Sacramentum Eucharistiæ, maximum ſignum charitatis in nos peccatores.

D 3. p. 75. l. a. E 3. p. 75. 3. ad 3. & 78. 3. ad 6. In 4. d. 8. 1. 2. 7. 3. ad 3. & d. 24. 3. 3. c. & 1. Cor. 11. l. 7. ant. med.

F § d. 45. 2. 3. q. 1. 5 Opuſ. 58. c. 9.

Chriſtus, cum traditur ab homine, exhibet ei Eucharistiam, quæ eſt Sacramentum vnitatis & pacis.

G Ioa. 13. l. 3. ſub init.

Digitized by Google

nans ei Sacramentum vitæ, & quidem æternæ, Ioan.6. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. *Quod sanè Sacramentum* simul H dedit omnibus discipulis, & etiam Iudæ; & hoc, vt cum sua benignitate à peccato reuocaret. *Insuper & pedes impudenti & sacrilego proditori humiliter lauit; in actuali quinimmò proditione amicum vocans*, Matth 26. Amice, ad quid venisti? *Vbi Author*: Vocat inquit amicum I quantùm est de se, quia Ps.119. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, *ait in persona Saluatoris Regius Psalmista. Volebat enim eo pacto cor emollire tradentis, & amicum facere ex inimico*, *Eccli.6.* Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. *Et cap 28.* Si sufflaueris in scintillam, quasi ignis exardebit: &, si exspueris super illam, extinguetur: vtraque ex ore proficiscuntur. *Quid amplius poterat benignissimus Dominus inimicis, etiam contumacibus, benefaciendo exhibere? Sed & post mortem & resurrectionem suam, tantum abest, quòd de inimicis sui nominis vltus sit, vt immo ad amorem sui efficacissimè attraxerit, & insuper exaltauerit: id quod Paulo contigit actualiter eum persequenti.* Vt in me primo (*ait idem Apostolus* 1. *Tim* 1.) ostenderet omnem patientiam, *idest* perfectam L quia prouocatus non puniuit, sed potiùs aduersarium exaltauit: *vt ita quodammodo exaltaretur & ipse*, *Is.30.* Exaltabitur parcens vobis; *parcere enim gloria vera est, non vlcisci.*

H Matth. 26. lit. c ibi, dedit que. Io. 13. l. 3. & l. 4. f. & 5. l. 81. 2. In 4. d 11. q. 2. a. 1. c. & ad 3. & 4. & q. 2.

I Matth. 26. lit. f. ibi.

L 1. Tim. 1. l. 4. ibi.

Christi imitator Stephanus.

c *Tantum ferrè Diaconi mox imitatus est & inuictus eius miles, Ecclesiæ protomartyr Stephanus, pro lapidatoribus deuotè orando, & spiritualiter benefaciendo*, Act 7. Domine, ne statuas illis hoc peccatum: *quod præcipuè intendit inimicorum dilectio. Quæ quidem tanta fuit in Stephano, quòd (teste Caietano ibi)* pro se M stans orauit: pro lapidatoribus autem *positis genibus*, vrgente charitate. *Hoc itidem in veteri testamento Sanctus præstitit David, vt innuunt ipsius verba Psalm.* 34. Ego autem, cum mihi molesti essent, induebar cilicio: humiliabam in jejunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur. *Quæ & in persona Christi mirabiliter ab Authore exponuntur: vel in persona justi pro inimicis orantis, cum ait*: Refertur N ad justum aliquem, qui orat pro alio: non tamen semper obtinet pro eo, Ier.7. *Tu autem noli orare pro populo hoc &c.* quia scilicet peccata ejus merentur non exaudiri. Tamen exauditur pro seipso, dum oratio sua efficitur meritoria. Vnde *oratio mea in sinu meo conuertetur*; idest, ad meipsum. Luc. 10. *Pax vestra ad vos reuertetur.* (*Vide, quàm proficua sit pro inimicis oratio! Vel enim orando, ipsos ad bonum conuertit: vel si non conuertit, orationis meritum ad ipsum reuertitur & conuertitur precatorem.*) Et quia affectus ad proximum *inimicum* in duobus ostenditur, scilicet in complacentia boni alterius, & in displicentia mali, *ideò subdit*: Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum (*ex Hieronymo*, quasi ad amicum, & quasi ad fratrem meum) sic complacebam: quasi lugens, & contristatus, sic humiliabar. *Sed & idem David inimicis remisit* O offensam (*Sauli præsertim persecutori, quem in speluncam ad ventrem exonerandum ingressum*, 1. Reg. 24. *& iterum in tentorio dormientem* 1. Reg 26. *cum occidere posset, interimere noluit*) 1. Reg. 24. cit. *Pepercit tibi oculus meus. Dixi enim: Non extendam manum meam in dominum meum: quia Christus Domini est.* Et inimicis benefecit. Vnde ad illud Psal.7. *Si reddidi retribuentibus mihi mala*, litera Hieronymi habet *Dimisi hostes meos vacuos*: (*Saulem videlicet & Absalom, sui acerrimos persecutores, vt ex Libris Regum liquet. Quibus impudentem adde Semei, qui publicè maledixit ei. Et tamen regia generositate pepercit, aliter sibi suadentes, cacodæmones vocans tentatores, cum* 2. Reg 19. *illud protulit*: Quid mihi & vobis, filij Saruiæ? Cur efficimini mihi hodie in Satan? Ergone hodie interficietur vir in Israel? An ignoro, hodie me factum Regem super Israel? *quem non parcere minimè decet.* Et ait Rex Semei: Non morieris.) Et Regi Samariæ mandauit Eliseus, vt apponeret cibos exercitui Regis Syriæ, qui venerat ad capiendum eum, 4. *Reg.* 6. Appositaque est eis ciborum magna præparatio.

M Caiet. in Act. Apost. c. 7. §.

David.

Orans pro inimicis, si non pro illis, pro seipso exauditur.

N Ps. 34. lit. & l.

O Ps. 7. lit. a. §.

Eliseus.

d *Ex præfatis Christi & Sanctorum gestis erudimur, & inimicis parcendum, & citò pacis cum eis fœdus esse ineundum. Hinc eod. Matth. cap.* 5. Esto consentiens, *ajebat Christus*, aduersario tuo, dum es cum eo in via. *Consentiens*; idest P beneuolus *secundùm Hieronymum ex Græco*, vel benignus *aduersario tuo* (*non quidem diabolo*: diabolus enim non est nobiscum in via, neque potest esse, sed est in deuio æterno:) sed *aduersario tuo*; idest, homini aduersanti, siue inimico *secundùm Chrysostomum* ad literam, *Si fieri potest, cum omnibus hominibus pacem habentes*, Rom.12. *Citò*; idest, sine mora: (ne ira, *inquit Augustinus*, crescat in odium, & trabem faciat de festuca:) *dum es cum eo in via*; idest, donec es in statu merendi, & *potes operari*, *Ioan.* 9. Venit nox, quando nemo potest operari. *Alioquin supplicium expecta*: ne fortè tradat te aduersarius: *idest, secundùm Augustinum*, ne causa sit occasionaliter (*quia non dimisisti*) vt traderis; (Et dicit, *fortè*, ne auferatur *secundùm glossam* pœnitentiæ locus) *judici*, idest *ex glossa* in manus Christi, *Ioan.* 5. Omne judicium dedit Filio. *Et judex*; idest, Christus, *Ier.* 29. Ego sum judex & testis; *tradat te ministro*; idest, Angelo qui colligit zizania ad comburendum: vel *ministro*; idest, exactori diabolo: *& in carcerem mittaris*; idest, in abyssum Inferni, *Is* 24. Claudentur ibi in carcere; *& Apoc.* 20. Misit eum in abyssum, & clausit. *Concluditque*: Amen dico tibi: non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. *Cui cohæret illud Matth. cap. seq.* Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. *Hæc mirè pariter facit quod habetur* Matth.18. *de nequam illo seruo, cui ingens debitum rogatus dimisit Dominus: at videns, quòd conseruo debitori minimum respectiuè debitum noluit vel rogatus dimittere*, iratus tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum: (*hoc est, æternaliter damnandum: de quo vide ibi*:) *ijs ad redargutionem præmissis verbis*: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? *Vbi valdè notandum verbum illud*, oportuit: *vt enim nobis remittantur peccata à Deo*, necesse est, *vt priùs & proximo nostro dimittamus: alioqui nulla à Deo speranda remissio est. Ideircò subditur*: Sic & Pater cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. (De cordibus *inquam* vestris: *aliqui enim oretenus tantùm dimittunt, pacemque inimico spondent, sed intus rancorem seruant. De quibus dicitur Psal.* 27. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. *Ideò ex* Hieronymo *Dominus addidit*, de cordibus vestris; *videlicet*, vt omnem Q simulationem fictæ pacis auerteret.) *Quo loci idem exclamat Hieronymus*: formidolosa sententia! *Quam tamen in Oratione Dominica quotidie spontanei petimus, cum oramus*: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. *Hoc est: eo modo Domine dimitte, quo & nos dimittimus. Si ergo dimittis, & Dominus dimittet, vt precaris. Si non dimittis, juxta precationem tuam nec ipse dimittet.* Indignum R esset (*ait ibi Author*) quòd peteret quis misericordiam, si remittere non vellet. *Igitur ex* parte nostra S requiritur, vt nos dimittamus proximis nostris offensas factas nobis, vnde dicitur: *sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*; aliter Deus non dimitteret nobis, Eccli. 28. *Homo homini seruat*

P Matth. 5. lit. g. ibi.

Vt dimittatur à Deo, inimico dimittendum: aliter nulla speranda remissio.

Q Cat. Aur. Matth. 18. ibi.

R Matth. 6. lit. s ibi.

S Op. 7. Pet. 5. §. & Op. 4. de dil. prox. §. 3. & 4. Matth. 6. loc. cit. & cap. 7. lit. a. ibi, omnia ergo.

iram.

Digitized by Google

iram, & à Deo quærit medelam? & Luc. 6. *Dimittite, & dimittemini.* Et ideò solummodo in ista petitione (*Orationis Dominicæ*) ponitur conditio, cùm dicitur: *sicut & nos dimittimus.* Si ergo non dimittis, non dimittetur tibi. Sed sciendum, quòd duobus modis dimittitur. Vnus est perfectorum, vt scilicet offensus requirat offendentem, Psal. 33. *Inquire pacem.* Alius est communiter omnium, ad quem tenentur omnes, vt scilicet petenti veniam tribuat, *Eccli.* 28. Relinque proximo tuo nocenti te; & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. *Et quidem, nedum vt remittatur, dimittendum, sed & vlteriùs ex eo, quòd Dominus, vt suprà innuimus, nobis peccatoribus redimendo donauit, Coloss.* 3. Donantes vobismetipsis, si quis aduersùs aliquem habet querelam: sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos. *Ille autem totum donauit, Matth.* 18. Omne debitum dimisi tibi. *Ita & nos totum* T debemus condonare, sicut Christus omnia condonauit. *Nec aliter possumus in oratione exaudiri. Promptè autem dimittentes, & in precatione exaudimur, & in tentationem minimè inducimur. Diuinas quidem gratias ita orando impetramus, secundùm illud* 1. *Ioann.* 3. Si cor nostrum non reprehenderit nos: *videlicet*, in oratione V cum dicemus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*: tunc *fiduciam habemus apud Deum*; idest, confidimus in Deo. *Et quicquid petierimus*, digna scilicet petitione, *accipiemus ab eo: quoniam mandata ejus custodimus*, scilicet dilectionis Dei & proximi. *Et alibi Author:* Datur X securitas impetrandi, si tales fuerimus quòd dimittamus. Et ideò dicitur, *Amen*, idest: ita fiat. *Hinc Salomon, quòd vltionem de inimicis non quæsierit: quam orando petijt, sapientiam impetrauit à Deo*, 3. Reg. 3. *sibi dicente*: Quia non petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum; sed postulasti tibi sapientiam: ecce feci tibi secundùm sermones tuos &c. *Ex opposito, proximis non dimittentes, nec nos à Deo exaudimur, nec alius quispiam pro nobis orans, tanquam sine spe remissionis peccantibus, Eccli.* 28 Ipse (*homo*) cùm caro sit, reseruat iram: & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius? *Vide quale & quantum delictum sit, inimico non ignoscere! Sed & dimittendo, in tentationem non inducimur; hoc est, ei nequaquam ex Dei gratia consentimus. Quod innuitur Apoc.* 3. Quia seruasti verbum patientiæ meæ &c. *Vbi docemur, quòd* verbum Y patientiæ Dei est, quod dixit in sua passione Luc. 23. *Pater, dimitte illis.* Vel præceptum patientiæ meæ, quam in me exemplo ostendi, orando pro inimicis: *& ego*; idest, etiam ego, qui possum, *seruabo te ab hora tentationis*; idest, ab ipso exordio, quo incipiet: vel *ab hora tentationis*; idest, à tentatione, in hora qua fit: non vt non tenteris, sed vt non vincaris. *Idcircò in oratione Dominica post verba illa*, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, *immediatè subjicitur*: & ne nos inducas in tentationem. *Q. d. Dominus: Quisquis ex corde orauerit*: dimitte nobis &c. *& veraciter dixerit*: sicut & nos dimittimus &c. *securus erit à tentatione, ne videlicèt ab ea vincatur. Profectò specialiùs* illi Z exaudiuntur à Deo, qui nouerunt pro inimicis orare, vt Ecclesia facit. Vnde dicitur Ier. 15. *Si steterint Moyses & Samuel coram me &c.* quia isti in veteri testamento orauerunt pro inimicis.

Vel ergo dimittendum, quod Dominus nobis donauit.

T *Matth.* 18. *ibi*, *septies & Col.* 3. *ibi*, *donantes Eph.* 4. *fi.*

Dimittentes in oratione exaudiuntur.

V 1. *Ioa.* 3. *ibi. & 1. Io.* 5 *ibi, petitiones. Matth.* 6. *in calce*, *dimittimus & Op.* 4. *de dil. prox.* 5. 4.

X *Matth. loc. cit. ibi*, *Amen.*

Non ita qui non dimittunt, nec alius pro eis orans.

Dimittentes nec in tentationem inducuntur.

Y *Apoc. prom. loc. cit. ibi.*

Z *Ps.* 37. *in. i. & Ier.* 15. *init.*

C Ex quo apparet, *qualis remuneratio supersit inimico parcentibus, & quanti sit emolumenti ex corde dimittere.* Si enim (*inquit Dominus* Matth. 5.) diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? Et, si salutaueritis fratres vestros tantùm, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? *Ethnici*, idest A Gentiles (*ethnos* enim græcè, *gens* latinè:) *& hoc faciunt*; idest, humano affectu suis compatiuntur & pro suis orant; *naturale siquidem est, amantes redamare. Vt ergo dignam vestra dilectione mercedem, & plenam quidem recipiatis*: Ego, *cujus nutu cuncta reguntur: cujus potentia in nihilum valet peccatorem redigere: cujus Sapientia* attingit à fine vsque ad finem fortiter (*Sap* 8) *& in lege sua* disponit omnia suauiter: *cujus bonitas in omnibus, & super omnia diffunditur*: Ego, *qui inimicitiæ læsæ majestatis crimen misericorditer dimitto: qui Deus immortalis, vt hominis compensarem offensam*, in similitudinem carnis peccati, & habitu inuentus vt homo, *cruci confixus sum, & pro inimicis oraui*: Ego, *qui* gloriam meam alteri non dabo (*Is.* 42.) *& tamen quotidie in me injuriosè commissa promptè peccata relaxo*: *Ille* Ego *Deus vester & Dominus* dico vobis: Diligite *nedum amicos, sed &* inimicos vestros, *benefaciendo illis, & pro eis orando*: vt sitis filij Patris vestri. *En super plenam dilectionis mercedem, adoptiuam nimirum filiationem Dei. Vnde & docemur, quòd plura ad hoc excitant motiua, &* multæ B rationes inducunt. Prima est propriæ dignitatis conseruatio: diuersæ enim dignitates diuersa signa habent. Nullus autem propriæ dignitatis signa dimittere debet. Inter omnes autem dignitates major est, quòd quis sit filius Dei. Hujus autem dignitatis signum est, si diligis inimicum, Matth. 5. *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri, qui in Cælis est.* Si enim diligis amicum, non est hoc signum filiationis diuinæ: nam publicani & ethnici hoc faciunt. Secunda est victoriæ acquisitio. Omnes enim hoc naturaliter desiderant. Oportet ergo, quod vel trahas eum, qui te offendit, ad dilectionem bonitate tua; & tunc vincis: vel quòd alius trahat te ad odium, & tunc perdis, Rom 12. *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. (Quod Author ab inimico docebat, & alibi* C.) Tertia est multiplicis vtilitatis consecutio. Acquirit enim ex hoc amicos, Rom. 12. cit. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus*: (idest D amorem charitatis, *additurque Prou.* 25. Et Dominus reddet tibi.) Nulla *ex Augustino* major prouocatio ad amorem, quam præuenire amando. Nullus enim est ita durus, qui etsi dilectionem nolit impendere, nolit tamen rependere. *Et Prou.* 16. Cùm placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque ejus conuertet ad pacem. (*Adde Eccli.* 6. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: *docemur enim, quòd* tria E faciunt hominem dilectum hominibus, scilicet sapientia, benignitas, & dulcis loquela.) Quarta est; quia ex hoc preces tuæ faciliùs exaudiuntur, vnde super illud Ier 15. *Si steterint Moyses & Samuel coram me &c.* dicit *Gregorius*, quòd fecit potiùs de istis mentionem, quia rogauerunt pro inimicis. Similiter Christus Luc. 23. *Pater, dimitte illis*: (*de quo Hebr.* 5. Exauditus est pro sua reuerentia; *& ex crucifixoribus aliqui, vt vidimus, ejus oratione saluati sunt.*) Item B. Stephanus orando pro inimicis magnam vtilitatem fecit Ecclesiæ, quia Paulum conuertit. Quinta est peccati euasio, quam maximè desiderare debemus. Aliquando enim peccamus, nec Deum quærimus: & Deus trahit nos ad se vel infirmitate, vel aliquo hujusmodi, Osc. 2. *Sepiam viam tuam spinis.* Sic fuit tractus B. Paulus, Psalm. 118. *Erraui sicut ouis, quæ perijt: quære seruum tuum, Domine.* Cant. 1. *Trahe me post te.* Hoc autem consequimur, si inimicum ad nos trahimus remittentes: quia, vt dicitur Luc. 6. *Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.* Et Matth. 5. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Nulla est enim major misericordia, quàm offendenti dimittere. *Quo sensu Chrysost. exponit illud Matth.* 7. Nolite judicare, & non judicabimini. *Nolite judicare*; scilicet F vosmetipsos vindicando: vnde si remittitis, *non inde judicabimini*: immò ratione hujus misericordiæ, misericordiam consequemini.

A *Matth.* 5. *loc. cit. ibi.*

Dilectionis inimicorum multiplex motiuum, & vtilitas.

B *Op.* 4. *de dil. prox.* § 4. *Serm. ex Epist. Dom.* 25. *post Pent.*

C 1. 3. 25. 9. *& c.* 9 *& c.* 10. *&c.*

D *Rom.* 12. *l. 3. ibi.*

E *Serm. ex Ep. cit. S. dilectio.*

F *Matth.* 7. *sub init. ibi.*

Cæte-

Peccatum quà in nos commissum remittere debemus; quà in Deum non ita.

G 2. 2. 11. 4. ad 2.

H 2. 2. 108. 1. ad 1.

f *Cæterùm, peccatum quà in nos commissum remittere debemus: non ita quà in Deum per diuini transgressionem præcepti.* Hoc enim ex *Hieronymo* non est G nostri arbitrij dimittere, *sed Dei: cujus pariter injurias tolerare fas non est, sicuti nostras æquanimiter ferre debemus. Docemur siquidem, quòd* mali H tolerantur à bonis in hoc, quod ab eis proprias injurias patienter sustinent, secundùm quòd oportet; non autem tolerant eos, vt sustineant injurias Dei & proximorum. Dicit enim *Chrysostomus super Matth.* In proprijs injurijs esse quempiam patientem, laudabile est: injurias autem Dei dissimulare, nimis est impium. *Vnde & Christus* I cum passus fuisset tentationis injuriam, dicente sibi diabolo: *Si Filius Dei es, mitte te deorsum*; non est turbatus, nec diabolum increpauit. Quando verò diabolus, Dei sibi vsurpauit honorem, dicens: *hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me*; exasperatus est, & repulit eum, dicens: *Vade Satana.* Vt nos illius discamus exemplo, nostras quidem injurias magnanimiter sustinere, Dei autem injurias nec vsque ad auditum sufferre. *Sic Matth. 26. cum falsum testimonium ferrent Judæi contra Christum, legitur de eo:* Iesus autem tacebat. *Cum autem Princeps Sacerdotum diceret ei:* Adjuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei; *respondit:* Tu dixisti. *Vbi Author:* Notate inquit quod L cum aliquid fuit contra eum, tacuit: sed statim, cum adjurata fuit potestas Patris, respondit; vnde gloriam Patris semper quæsiuit. *Nostras igitur injurias & offensas dimittere debemus: non ita, quia in Deum, ejusque irreuerentiam redundant.*

Sicut & injurias nostras laudabiliter toleramus: non ita Dei.

I 3. p. q. 41. 4. ad 6.

L Matth. 26. in 3. ibi.

g *Neque generosa hæc dimissio (vt falsa fert mundanorum opinio) vilam ignominiæ notam dimittenti inurit, Christiano præsertim viro: alioquin & Christo esset, & Sanctis ejus inurenda; quod vel audiendo inhorrescimus.* Sanctum Ioannem Gualbertum *Patritium genere Florentinum, ex eo sanctitatis culmen attigisse, tradunt, quòd inimico pacem cum vita donauerit, carecurrente die qua Christus pro nobis passus est, proque inimicis orauit: vnde & Sancti* Miniatis *Templum ingresso, Crucifixi imago caput flexit, salutans veluti & gratias agens. Sic de Theodosio piissimo Imperatore legimus, quòd* beneficium putabat recipere, quando rogabatur ignoscere. *Et quidem, si vt parcamus inimico & dimittamus, præceptum Domini est: beneficium erit opus & gloriosum, remittere. (Ita sibi ad gloriam attribuisse videtur Dauid, quod Sauli pepercit & inimicis, vbi Psal. 7. ait:* Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam meritò ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat. *Gloria siquidem est inimico parcere: quæ penitùs vlciscendo amittitur.) Neque enim impossibilia præcipit Deus, aut indigna. Quoniam,* sicut Deus M nihil operatur contra naturam, quia hoc est natura vniuscujusque rei, quod in ea Deus operatur: Ita etiam nihil Deus potest præcipere contra virtutem: quia in hoc principaliter consistit virtus, & rectitudo voluntatis humanæ, quòd Dei voluntati conformetur, & ejus sequatur imperium. *Ergo actus erit virtutis, inimico parcere, sicut & Christus mandans pepercit. Quòd si, mandante Principe, ne domo exeas ad vindicandum, absque vlla famæ læsione pares: quomodo, Dei præcepto obtemperans, ignominiæ notam incurres? An fortè indignum quid mandasse dicendus est hodie Galliarum Rex, eo quòd cum Ecclesia duella prohibuit? Nunquid inglorius subditus, qui à duello vel prouocatus abstineat? Immo gloriosus & illustrior. Secus, si non pareat: redundat enim legis transgressio in offensam & injuriam Regis, qui & viua dicitur lex: quantò magis præcipientis Dei? Profectò si Princeps quispiam clementer delinquenti ignoscat, opus non facit indignum, sed actum virtutis, qualis clementia est, adeò in Principe commendata, Prou. 20.* Roboratur clementiâ thronus Regis. *Hinc summè commendabilem sese ostendit Christus Regum Rex, vbi ex infinita clementia sua* Ioan. 8. *adulteram indamnatam dimisit:* Nec ego te condemnabo. *Vbi Author:* Dominus N culpam non amans; peccatis non fauens, ipsam damnauit culpam, non naturam, dicens: *Iam ampliùs noli peccare*; vt sic appareat, quàm dulcis est Dominus per mansuetudinem, & rectus per veritatem. *Verùm, coram Mundo (ais) dedecus est, non vlcisci. Fortasse, ajo ego, dedecus erit, vlcisci non posse; at non ita coram Deo, & hominibus, cum possis, & generosè non facis propter eum. Nemo siquidem est, vel plebejus vir, qui saltem proditoriè non valeat de inimico vindicari. Cæterùm apud mundanos homines ignominiæ admittamus notam, sitque probrosa confusio, injuriam non vindicare. Confundi nihilominus pro Domino suo, inglorium non est: nam &* est confusio *Eccli. 4.* adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. *Confundi autem pro Domino per obedientiam mandatorum ejus,* est confusio adducens gloriam. (1. Pet. 4. Si autem vt Christianus, non erubescat:) *Cujus & ipse Christus particeps fuit: qui tametsi* Dominus virtutum & Rex gloriæ, *secundùm Apostolum Hebr. 12.* sustinuit Crucem, confusione contempta: propter quod & Deus exaltauit illum &c. *Philip. 2. Vnde & in Cruce, vbi & pro crucifixoribus orauit, specialiùs & frequentiùs adorari consueuit & coli. Quòd si hanc pro Domino confusionem pati renuitaris: vide quid dicat Luc. 9.* Qui me erubescit, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua & Patris & Sanctorum Angelorum. *Denique si Christianus es, & saluus esse velis, vtique quam modò facis, te aliquando vel in vitæ termino detestari oportebit, & pœnitere. Non est autem prudentis Viri, quod retractandum omnino est, operari. Igitur generosè & meritoriè modò remitte: oppositum enim reprobandum tibi erit. Hac de causa monebat Sapiens Eccli. 28.* Memento nouissimorum, *quòd scilicet mori, & districtè à Deo judicari debes,* & desine inimicari. *Sic namque tempore mortis* non erit tibi hoc in singultum & in scrupulum cordis, quòd effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te vltus fueris, *vt ajebat Abigail ad Dauid 1. Reg. 25. Idcircò* noli de morte inimici tuo gaudere, sciens quoniam omnes morimur, *dicebat Sapiens Eccli. 8.*

Nulla ignominia esse potest, parcere inimico.

M 2. 2. 104. 4. ad 2.

Nihil Deus contra naturam, aut contra virtutem præcipit.

N Ioan. 8 l. 1. §.

Quamuis coram Mundo dedecus esset, non vlcisci: coram Deo, gloria est: Christi exemplo.

h *Quoniam verò docuit superiùs Author, quòd Christus in adultera* ipsam damnauit culpam, non naturam: *ex hoc instruimur, aliquid in proximo inimico existere quod oderimus, aliquid quod diligamus, ad exemplar vtique Dei. Siquidem* in omnibus O factis nostris factum Christi debet esse nobis exemplum. Deus enim diligit & odit: quia in quolibet homine duo sunt consideranda, scilicet natura & vitium. Natura quidem in omnibus hominibus diligi debet: vitium verò odiri. Vnde si quis vellet, hominem esse in Inferno, odiret naturam: si quis verò vellet, ipsum esse bonum, odiret peccatum, quod semper odiendum est, Psal. 5. *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem;* & Sap. 11. *Diligis Domine omnia quæ sunt: & nihil odisti eorum, quæ fecisti.* Ecce ergo quòd Deus diligit & odit: diligit naturam, & odit vitium. *Ex quo alibi coherenter docemur, quòd* Deus P non odit in aliquo quod suum est, scilicet bonum naturale, vel quodcunque aliud: sed solùm illud, quod suum non est, scilicet peccatum. Et sic etiam nos in hominibus debemus diligere quod Dei est, & odire quod est alienum à Deo. *Id quod ex eo confirmatur magis, quòd* tantum habet Q odium de ratione mali, quantum amor habet de ratione boni. Amor autem debetur proximo secundùm id, quod à Deo habet, idest secundùm naturam & gratiam: non autem debetur ei amor secundùm id, quod habet à seipso & diabolo, scilicet secundùm peccatum & justi-

O Op. 4. de dil. prox § 3.

Diligenda, vt facit Deus, natura hominis: & odiendum vitium.

P Virt. 2. 8. ad 8.

Diligendum in inimico quod Dei est, & odiendum quod est alienum à Deo.

Q 2. 2. 34. 3. c. & q. 25. 6.

& justitiæ defectum. Et ideò licet habere odio peccatum in fratre, & omne illud, quod pertinet ad defectum diuinæ justitiæ: sed ipsam naturam & gratiam fratris non potest aliquis habere odio sine peccato. Hoc autem ipsum, quòd in fratre odimus culpam & defectum boni, pertinet ad fratris amorem: ejusdem enim rationis est, quòd velimus bonum alicujus, & quòd odiamus malum ipsius. *Et hoc sensu dicitur Luc.* 14. Si quis non odit Patrem suum, & Matrem &c. non potest meus esse discipulus: *Quandoquidem* parentes R quantùm ad naturam & affinitatem, qua nobis conjunguntur, sunt à nobis secundùm præceptum Dei honorandi: odiendi autem sunt quantùm ad hoc, quòd impedimentum præstant nobis accedendi ad perfectionem diuinæ justitiæ. *Odiendum quippe est quicquid à Deo retrahit, & ab ejus justitia: quod fit per peccatum. Ex quo in tantum à Deo* præceptum fuit S filijs Israel, vt persequerentur hostes, & cum eis fœdus non inirent: in quantùm per eorum amicitiam in idololatriam pertrahebantur; & in quantùm erant executores diuinæ justitiæ ex præcepto ejus, qui authoritatem habebat, non autem ita, quòd ex vindicta facerent. Similiter Ecclesia hoc modo mouet bella aduersùs iniquos, *tyrannos & infideles*, vel vt justitiam faciat, vel vt majus malum euitet, aut majus bonum inducat. *Sic & plures sanctissimi viri traduntur inimicos odisse; quin & Dauid promebat Psal.* 138. Perfecto odio oderam illos. *Etenim* non oderat T eos perfecto odio, nisi in quantùm Deo inimici erant; hoc autem est, in quantùm peccabant: vnde non odiebat in eis, quos perfecto odio oderat, nisi peccatum. *Neque alio sensu dicuntur Sancti prophetæ quosdam odio prosecuti, cum vel æternæ damnationis malum (quod certè charitati repugnat) eis imprecati sunt, Psalm.* 54. Veniat mors super illos, & descendant in Infernum viuentes. *Et Psal.* 68. Deleantur de libro viuentium, & cum justis non scribantur. *Insuper & de Sancto Apostolo Thoma legitur, quòd alapam sibi impingenti imprecatus est, vt manus ejus in conuiuio à canibus deportaretur. Adhoc enim dicitur, quòd B.* Thomas V non expetijt pœnam sui percussoris zelo vindictæ, sed propter manifestationem diuinæ justitiæ & virtutis, *juxta illud Psal.* 104. Nolite tangere Christos meos; *& Luc.* 10. Qui vos spernit, me spernit. *Aliud verò soluitur dicendo, quòd* imprecationes X quæ inueniuntur in prophetis, sunt intelligendæ per prænunciationes, ita vt exponatur, *deleantur*, idest *delebuntur*. Vtuntur autem tali modo loquendi, quia conformant voluntatem suam diuinæ justitiæ eis reuelatæ. *Vlteriùs* injuria Y quæ infertur personæ alicui, quandoque redundat in Deum & in Ecclesiam: & tunc debet aliquis propriam injuriam vlcisci (*tanquam minister Dei, & ejus executor justitiæ; vnde & natu*raliter Z est insitus cuilibet creaturæ appetitus vindicandi injuriam Creatoris, Sap. 16 *Creatura tibi Factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersùs injustos:*) sicut patet de Elia, qui fecit ignem descendere super eos, qui venerant ad ipsum capiendum, vt legitur 4. *Reg.* 2. Et similiter Eliseus maledixit pueris cum irridentibus, vt habetur 4. *Reg.* 2. Et Siluester Papa excommunicauit eos, qui eum in exilium miserunt, vt habetur 23. *q* 4. (*Et sic Apostolus Thomas sui pœnam percussoris expetijt, vt jam jam tactum est.*) In quantùm verò injuria in aliquem illata, ad ejus personam pertinet, debet eam tolerare patienter, si expediat. Hujusmodi enim præcepta patientiæ intelligenda sunt secundùm præparationem animi, vt *Augustinus* dicit in Lib. de Serm. Dom. in Monte. *Vnde & Christus, alioqui patientissimus Agnus, alapam sibi impingenti respondit:* Quid me cædis? *expediebat enim* respondere stulto juxta stultitiam suam (*Prou.* 26.) ne sibi sapiens esse videretur: *quia nimirum Euangelicam impugnabat veritatem. Sanè vindicatio præfato modo, & debitis seruatis circumstantijs, specialis est virtus. Etenim* virtutes A perficiunt nos ad prosequendum debito modo inclinationes naturales, quæ pertinent ad jus naturale. Et ideò ad quamlibet inclinationem naturalem determinatam ordinatur aliqua virtus specialis. Est autem quædam specialis inclinatio naturæ ad remouendum nocumenta; vnde & animalibus datur vis irascibilis separatim à vi concupiscibili. Repellit autem homo nocumenta per hoc, quòd se defendit contra injurias, ne ei inferantur, vel illatas jam injurias vlciscitur, non intentione nocendi (*nota*) sed intentione remouendi nocumenta. Hoc autem pertinet ad vindicationem: dicit enim *Tullius* in sua Rhet. quòd *vindicatio est, per quam vis, aut injuria, & omnino quicquid obscurum est*, idest ignominiosum, *defendendo aut vlciscendo propulsatur. Et ideò*, sicut B recompensatio debiti legalis pertinet ad justitiam commutatiuam: recompensatio autem debiti moralis, quod nascitur ex particulari beneficio exhibito, pertinet ad virtutem gratiæ, *siue gratitudinis;* Ita etiam punitio peccatorum, secundùm quòd pertinet ad publicam justitiam, est actus justitiæ commutatiuæ: secundùm autem quòd pertinet ad immunitatem alicujus personæ singularis, a qua injuria propulsatur, pertinet ad virtutem vindicationis.

i *Eos igitur solummodo odisse debemus & persequi, vti Deus facit*, qui operantur iniquitatem, *quatenus scilicet eam operantur; Psalm.* 118. Iniquos odio habui. *Siquidem* affectus C persequendi distinguit persecutionis genus. Quidam enim persequuntur amore & zelo, Psal. 68. *Zelus domus tuæ comedit me:* & hoc faciunt, vt ad bonum, siue ad salutem perducant, vel malum impediant, Psal. 100. *Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar.* Et hoc modo persequuntur boni malos, siue peccatores. Quidam persequuntur ex odio inferentes malum, & impedientes bonum: & hoc modo persequuntur mali, siue carnales, viros justos; Psal. 70. *Persequimini & comprehendite eum &c. Quo sensu* Qui odit *& persequitur* fratrem suum, *hoc est, naturam illius & personam*, homicida est, 1. *Ioan.* 3. *Et quidem dupliciter: nam* primo D occidit animam suam: deinde animam proximi, quantùm in se est, quia prouocat ipsum ad odium mutuum. (Et notandum, quòd aliquis est homicida multipliciter. Primò prouocatiuè, vt qui habet odio fratrem suum, Prou. 10. *Odium suscitat rixas*. Item opere, Exod. 20. *Non occides*. Item consensu, Rom. 1. *Non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*. Item subtractione rei debitæ, Eccli. 34. *Panis egentium vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est.*) Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam; *videlicet*, quia non habet charitatem. *Itaque depurato cordis affectu, odisse jubemur culpam: personam & naturam diligere inimicorum. De injuria verò nostra, & offensa, soli Deo remittamus vltionem. Nec aliter Dauid inimico expressit Sauli, quem cum posset, noluit perimere*, 1. *Reg.* 24. Iudicet Dominus inter me & te, & vlciscatur me Dominus ex te: manus autem mea non fit in te. *Et audi quo fructu.* Leuauit Saul vocem suam, & fleuit; dixitque ad Dauid: Iustior tu es, quàm ego: tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc pro eo, quod hodie operatus es in me. Et nunc scio, quòd certissimè regnaturus sis (*quia videlicet tam generosè, regioque verè animo pepercisti:*) & habiturus in manu tua Regnum Israel. *Osor Saul ex opposito quasi regio indignus nomine prædicatur* 2. *Reg.* 1. Abjectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo, *quo inungi consueuerunt Reges. Et cap.* 26. *repetebat Dauid ad Saul:* Sicut magnificata est anima

Odium peccati in fratre pertinet ad amorem illius.

Parentes quo sensu odiendi.

R 2. 2. 34. *l. c. ad* 1.

S 3. *d.* 30. 1. 2. *ad* 7. & 8.

Et iniqui persequendi.

Malos propter peccatum odimus.

T ... 3. ... a. 1. ad 6. Vit. 2. 1. ad 7. & ... 4. de dil. prox. 50 3.

Et eis mala imprecatur ad manifestationem diuinæ justitiæ.

V ... art. 2. 8. ad 14.

X *Ibid. ad* 15.

Injuria, quæ in Deum & Ecclesiam redundat, vlciscenda.

Y 2. 2. q. 8. 1. *ad* 4. *Ioan.* 18. *l.* 4. ... quia me cædis ... 12. 3. *ad* 16. *Op.* 19. *c* 16.

Z *Serm.* 1. *ex Euang. Dom* 2. *Adu.*

Vindicatio, seruatis debitis circumstantijs, est virtus. A 2. 2. 108. 2. c.

B *Ibid. ad* 1.

Bifariam alios persequimur, in bonum scilicet & in malum.

C *Ps.* 17 *dit.* 7.

Qui odit inimicum, dupliciter homicida.

D 1. *Io.* 3. *ibi.*

Homicida multiplex.

Deo cum Dauid & nostræ offensæ vltio remittenda.

ma tua hodie in oculis meis: sic magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet me de omni angustia: *quemadmodum sperare potest quisquis inimico dimittit. Sed & post mortem Saulis iteratò promebat 2. Reg.9.* Nunquid superest aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam Dei? *Quod contra eos dictum sit, qui incessabili odio & de posteris inimici vlcisci volunt. Vindicet ergo Dominus injuriam nostram, nec sine mercede erit remissio: neque enim nostrum est vindictam facere. Hinc Gen.4. cum ex fratricidio confusione plenus prompsisset Cain:* Omnis qui inuenerit me, occidet me; *respondit Dominus:* Nequaquam ita fiet: sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. *Q.d.* Non ita E te rejicio à cura mea, quin grauissimè puniam eum, qui te occiderit authoritate sua. Sed quæritur: Quare non dicitur: Qui occiderit te, sed Cain? Et dicendum, quòd Cain est nomen naturæ. Per hoc igitur ostendit, quòd non licet in naturam insurgere, licèt in peccatum sit licitum, ratione culpæ, illis quorum interest: *ceu qui sunt in puniendis malis ministri Dei, cui vindicta reseruatur. Hinc docemur, quòd* circa vindictam F Deus aliquid sibi soli reseruauit. Inferre enim vindictam in manifestis delictis, alijs commisit, qui constituuntur in ordine alicujus potestatis. Dicitur enim de homine potestatem habente Rom.13. *Si malum feceris, time; non enim sine causa gladium portat: Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit.* De occultis verò sibi soli judicium & vindictam reseruauit, secundùm illud 1.Cor.4. *Nolite ante tempus judicare.* Sibi etiam soli reseruauit Deus, vt propter seipsum vindicaretur: homo enim non debet vindicari propter seipsum, sed propter culpam in seipso commissam, quæ est Dei offensa. Quando ergo aliquis quærit vindictam propter seipsum, vel præter ordinem judiciariæ potestatis (*nota*) vsurpat quod Dei est. *Et hoc satis perspicuè habetur Deuter.32.* Mea est vltio: & ego retribuam in tempore, *debito scilicet & opportuno: quod ab Apostolo* Rom.12. & Hebr.10. *transfertur:* Mihi vindictam (scilicet G seruate:) & ego retribuam. *Quod & Dauid prompsisse legitur Psal.137.* Dominus retribuet pro me. *Ergo cum Psalte, Psalm.53. quisquis injuriam ab inimicis passus es, dimittens dic:* Auerte Domine mala inimicis meis; *Deo autem vindictam relinquens, depurato subijce corde:* Et in veritate tua disperde illos. *Ipse enim vindicare tuam debet injuriam, non tu. Quòd si vlcisci de inimico velis, cum eodem Regio citharœdo fac sanctè vlciscaris in nomine Domini (non impiè in nomine diaboli vindictam suadentis, vt Mundus facit:) Psal.117.* In nomine Domini quia vltus sum in eos. *Nomen enim Domini, quod est IESVS, id est Saluator, nomen salutis est: quam si fueris inimico adprecatus, justè piè & sanctè vltus eris: hoc namque vnum est, quod potissimùm à charitate intenditur, salus videlicet spiritualis inimicorum. Si secus feceris, nuptiali veste non indutum, ab æternis Agni nuptijs certo certiùs te scito excludendum:* Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? *Matth.22.* idest H charitatem, *sine qua ad cœlestes nuptias non habetur ingressus.*

I *Quòd si pro coronide quæras: Vtrùm majoris sit meriti inimicum diligere, quàm amicum. Respondet Author, quòd* ratio I diligendi proximum ex charitate, Deus est. Cum ergo quæritur, quid sit melius, vel magis meritorium, vtrùm diligere amicum, vel inimicum: dupliciter istæ dilectiones comparari possunt. Vno modo ex parte proximi, qui diligitur: alio modo ex parte rationis, propter quam diligitur. Primò quidem modo dilectio amici præeminet dilectioni inimici: quia amicus & melior est & magis conjunctus; vnde est materia magis conueniens dilectioni. Et propter hoc actus dilectionis, super hanc materiam transiens, melior est; vnde & ejus oppositum est deterius: pejus enim est odire amicum, quàm inimicum. Secundo autem modo, dilectio inimici præeminet propter duo. Primò quidem, quia dilectionis amici potest esse alia ratio, quàm Deus: sed dilectionis inimici solus Deus est ratio. Secundò, quia præsupposito, quòd vterque propter Deum diligatur, fortior ostenditur esse Dei dilectio, quæ animum hominis ad remotiora extendit, scilicet vsque ad dilectionem inimicorum: sicut virtus ignis tantò ostenditur esse fortior, quantò ad remotiora diffundit suum calorem. Tantò ergo ostenditur diuina dilectio esse fortior, quantò propter ipsam difficiliora implemus: sicut & virtus ignis tantò est fortior, quantò comburere potest materiam minùs combustibilem. Sed sicut idem ignis in propinquiora fortiùs agit, quàm in remotiora: ita etiam charitas feruentiùs diligit conjunctos, quàm remotos. Et quantum ad hoc, dilectio amicorum, secundùm se considerata, est feruentior & melior, quàm dilectio inimicorum. *Verùm, ad contumacium confusionem vltorum, perstringat Seneca quicquid hac in materia posset Christianus Doctor suadere: quem affert Author noster in Opusculo* L. Cum in potestate tua videris inimicum, vindictam putabis, vindicari potuisse: & scito, honestum & melius genus vlciscendi esse, ignoscere. *DISCE inimico parcere homini, ne Deo in perpetuum inimiceris. Vide*, Amor proximi, Charitas.

E Gen.4. ibi.

F Ma. 12. 3. ad 5. & 4. 1. c. Vnt. 2. 8. ad 16 & 2.2.108. 1. c. & ad 1. Opusc. 4. de dil. prox §.3. Rom. 12. l.3.

Qui Deo non remittit, sed vlciscitur, vsurpat quod Dei est.

G Rom. 12. l. 3. & Hebr. 10. l.3. ibi.

Vlciscendum in nomine Domini, non diaboli suadentis.

Impius vltor excluditur ab æternis nuptijs, ceu non indutus veste nuptiali, quæ est charitas. H Op.58. c.13. fi. & Matth. 22. lect. ibi.

An majoris sit meriti, inimicum diligere, quàm amicū. I 2.2. 27.7. c. & 4. 8. ad 2. & 3. In 3. d. 30. 1. 3. & a. 4. ad 3. & ad Hom. ib. a. 3. Vnt. 2. 8. ad 17.

Senecæ Christiana sententia. L Op. de erud. Princ. lib. 7. c. 6.

DISCORDIA, DISSENSIO. Vide, PAX.

DISPENSATIO. Vide, DECALOGVS, LEX.

DIVINATIO.

XXIV. Omnis diuinatio vtitur ad præcognitionem futuri euentus aliquo dæmonum consilio, vel auxilio. 2. 2. 95. 3. *init. c.*

m EX *nimia proculdubio & vana hominum curiositate ortum habuit diuinatio.* Diuinatio enim & pertinet M ad curiositatem quantum ad finem intentum, qui est præcognitio futurorum; & pertinet ad superstitionem quantum ad modum operationis. *Verùm* superstitio N est vitium religioni oppositum secundùm excessum; non quia plus exhibeat in cultum diuinum, quàm vera religio: sed quia exhibet cultum diuinum vel cui non debet, vel eo modo, quo non debet. *Vnde superstitio dicitur, quasi* religio O suprà modum obseruata. *Et quidem*, sicut religio P non est fides, sed fidei protestatio per aliqua exteriora signa: ita superstitio est quædam infidelitatis protestatio per exteriorem cultum. *Et quamuis superstitiosus non semper sit in mente infidelis: infidelitatem tamen superstitiosa operatione protestatur.* Sicut enim religio Q consistit in quadam fidei protestatione, quam tamen aliquis interdum non habet in corde: ita etiam vitia opposita religioni habent quandam protestationem infidelitatis, licèt quandoque non sit infidelitas in mente. *Vnde &* superstitio R importat indebitum cultum diuinitatis. *Eapropter, quia* omnes S superstitiones procedunt ex aliquo pacto, cum dæmonibus inito, tacito vel expresso: ideo omnes intelliguntur prohiberi in hoc, quòd dicitur: *Non habebis Deos alienos.* Diuersificantur autem superstitionis T species: primò quidem ex parte objecti. Potest enim diuinus cultus exhiberi vel cui exhibendus est, scilicet Deo vero, modo tamen indebito: & hæc est prima superstitionis species. (*Quo sensu locutus videtur Apostolus Coloss.2.* Secundùm præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione; *idest*, in simulata V religione, *secundùm glossam.* Ista *autem* simulata X religio nihil est

Diuinatio ad curiositatem spectat, & ad superstitionē. M 2. 2. 95. 2. ad 1.

Superstitio quid. N 2. 2. 92. 1; fi. c. & q. 122. 3. c. In 3. d. 9. 1. 1. q. 3. ad 3. O 2. 2. 94. 1. ad 1. P In 3. l. c.

Q 2. 2. 100. 1. ad 1. & q. 97. 4. c.

Superstitio non semper infidelitatem mentis arguit. R 2. 2. 93. 2. init. c. S 2. 2. 122. 2. ad 3.

T 2.2. 92. 2. & 95. 2. Superstitionis species. Prima superstitio, veri Dei cultus indebito modo. V Ead. quæst. 92. a.1. arg. 3. X Ibid. in resp. eiusd.

Digitized by Google

Y 2. 2. 93. & q. 92. 1. ad 3. & 104. 2. ad 2.

est aliud, quàm cultus Deo vero exhibitus modo indebito: sicut si aliquis tempore gratiæ vellet colere Deum secundùm veteris legis ritum. *De quo vide fusiùs* Y.) Vel potest exhiberi diuinus cultus ei, cui non debet exhiberi, scilicet cuicunque creaturæ: & hoc est aliud superstitionis genus, quod in multas species diuiditur secundùm diuersos fines diuini cultus.

Idololatria.

Ordinatur enim primò diuinus cultus ad reuerentiam Deo exhibendam: & secundùm hoc prima species hujus generis est idololatria, quæ diuinam reuerentiam indebitè exhibet creaturæ.

Superstitio diuinatiua.

Secundò ordinatur adhoc, quòd homo instruatur à Deo, quem colit: & adhoc pertinet superstitio diuinatiua, quæ dæmones consulit per aliqua pacta cum eis inita vel tacita vel expressa. (*vt prætactum est.*)

Superstitio variarum obseruationum.

Tertiò ordinatur diuinus cultus ad quandam directionem humanorum actuum secundùm instituta Dei, qui colitur: & ad hoc pertinet superstitio quarundam obseruationum. Et hæc tria tangit *Augustinus* 2. *de doctr. Christ.* dicens, *superstitiosum esse quicquid institutum est ab hominibus, ad facienda & colenda idola pertinens*: & hoc pertinet ad primum. Et postea subdit: *Vel ad consultationes & pacta quædam significationum cum dæmonibus placita atque fœderata*: quod pertinet ad secundum. Et post pauca subdit: *Ad hoc genus pertinent omnes ligaturæ, & hujusmodi*: quod pertinet ad tertium.

Z 2. 2. 122. 2. ad 2. & q. 94. 2. c. Rom. 1. l. 7. fi.

Idololatria.

n *Porrò quod spectat ad idololatriam*, cultus Z alienorum deorum dupliciter apud aliquos obseruabatur. Quidam enim quasdam creaturas pro dijs colebant absque institutione imaginum; vnde *Varro* dicit, quòd antiqui Romani diu sine simulacris deos coluerunt. Et hic cultus prohibetur primò, cum dicitur: *Non habebis deos alienos*. Apud alios autem erat cultus falsorum deorum sub quibusdam imaginibus: & ideò opportunè prohibetur & ipsarum imaginum institutio, cum dicitur: *Non facies tibi sculptile*; & ipsarum imaginum cultus, cum dicitur: *Non coles ea &c. Ex quo idololatria, quæ diuinum exhibet cultum creaturæ*, ex parte A ipsius peccati, peccatum grauissimum est.

A 2. 2. 94. 3. c. & q. 10. 3. & q 13. 1. Ma. 2. 10. Rom. 2. l 2. Hebr. 10 l 3.

Quale peccatum.

Sicut enim in terrena Republica grauissimum esse videtur, quòd aliquis honorem regium alteri impendat, quàm vero Regi: quia, quantum in se est, totum Reipublicæ perturbat ordinem: Ita in peccatis, quæ contra Deum committuntur, quæ tamen sunt maxima, grauissimum esse videtur, quòd aliquis honorem diuinum creaturæ impendat: quia, quantum est in se, facit alium Deum in Mundo, minuens principatum diuinum. Ex parte vero ipsius peccantis, (dicitur enim grauius esse peccatum ejus, qui peccat scienter, quam ejus qui peccat ignoranter:) nihil prohibet grauiùs peccare hæreticos, qui scienter corrumpunt fidem, quam acceperunt: quàm idololatras ignoranter peccantes.

Hæresis majus peccatum, quàm idololatria ex parte peccantis.

Quòd si quæras, quænam fuerit idololatriæ occasio, vel causa? Respondet Author, quòd idololatriæ B duplex causa est.

B 2. 2. 94. 4. c. Pet. 3. 4. In 2. d. 15. 1. 2. c. & 3. cont. G. c. 120.

Homo idololatriæ causa dispositiua tripliciter.

Vna quidem dispositiua; & hæc fuit ex parte hominum: & hoc tripliciter. Primò quidem ex inordinatione affectus, prout scilicet homines aliquem hominem vel nimis amantes, vel nimis venerantes, honorem diuinum ei impenderunt. Et hæc causa assignatur Sap. 14. *Acerbo luctu dolens Pater, citò sibi rapti filij fecit imaginem: & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit*. Et ibidem etiam subditur, quòd homines *aut affectui aut regibus deseruientes, incommunicabile nomen* (scilicet diuinitatis) *lapidibus & lignis imposuerunt*. Secundò propter hoc, quòd homo naturaliter de repræsentatione delectatur: & ideò homines rudes à principio videntes per diligentiam artificum imagines hominum expressiuè factas, diuinitatis cultum eis impenderunt; vnde dicitur Sap. 13. *Si quis artifex faber de sylua lignum rectum secuerit, & per scientiam suæ artis figuret illud, & assimilet illud imagini hominis, de substantia sua & de filijs suis, & de nuptijs votum faciens inquirit*. Tertiò propter ignorantiam veri Dei, cujus excellentiam homines non considerantes, quibusdam creaturis propter pulchritudinem seu virtutem, diuinitatis cultum exhibuerunt; vnde dicitur Sap. 13. cit. *Neque operibus attendentes, agnouerunt quis esset artifex: sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut Solem & Lunam, rectores Orbis terrarum deos putauerunt*.

Consummatiua, diabolus.

Alia autem causa idololatrię fuit consummatiua ex parte dæmonum, qui se colendos hominibus errantibus se exhibuerunt, in idolis dando responsa, & aliqua quæ videbantur hominibus mirabilia, faciendo. Vnde & in Psalm. 95. dicitur: *Omnes dij gentium dæmonia*; & 1. Cor. 10. *Quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, & non Deo*.

C 2. 2. l. c. ad 2.

Cur in prima & sexta ætate non fuerit.

In prima *hac de causa* ætate C non fuit idololatria, propter recentem *videlicet* memoriam creationis Mundi, ex qua adhuc vigebat cognitio vnius Dei in mente hominum. In sexta autem ætate idololatria est exclusa per virtutem & doctrinam Christi, qui de diabolo triumphauit; *vnde & eo nascente plura ferunt idola corruisse, juxta illud Is.* 2. Humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur Dominus solus in die illa: & idola penitùs conterentur. *Et Ezech.* 6. Interibunt aræ vestræ & confringentur: & cessabunt idola vestra, & conterentur delubra vestra.

Diuinatio quid.

D Is. 3. circ. fi. 1. p. 57. 3. & q. 64. 1. ad 5. & 2. 2. 95. 1. c. & 3. cont. G. c. 154.

o *Secunda superstitionis species est diuinatio*. Diuinatio *autem* suo D nomine dicit vsurpationem actus diuini; & hoc præcipuè in cognitione futurorum, quæ naturaliter cognosci non possunt.

Futurorum diuersa consideratio.

Sunt enim quædam futura, quæ habent causas determinatas in natura, ex quibus necessariò proueniunt, sicut eclipsis Solis: & de his non est diuinatio. Quædam etiam habent causas determinatas, ex quibus proueniunt vt *in* pluribus, sicut siccitas in æstate sub Cane: vnde nec de his est diuinatio. (*Quò facit illud Genes.* 1. Fiant luminaria in firmamento Cœli: & sint in signa, & tempora, & dies, & annos.) Tales enim sunt prognosticationes medicorum de sanitate vel morte; & nautarum de tempestate futura: nisi fortè prænuncientur immobili veritate futura, quia hoc solius Dei est. Sunt etiam quædam futura, quæ non habent causas determinatas in natura: & præcipuè quæ fiunt ex libero arbitrio. Et horum præcognitionem nullus habet, nisi Deus, cui omnia sunt præsentia propter stabilitatem suæ æternitatis: vel aliquis accipiens à Deo.

Prophetia differt à diuinatione.

Et si quidem inspiratione diuina talia prædicuntur, erit prophetia, non diuinatio. Si autem per propriam inuentionem, & deceptoriè propter lucrum fiant, sicut faciunt vetulæ, dicitur diuinatio; & est peccatum, tum propter mendacium, quia asserunt incerta pro veris: tum propter deceptionem: tum propter vsurpationem diuinitatis.

Quænam dæmonibus futurorum cognitio.

Similiter dicitur diuinatio, si fiat consilio dæmonum qualitercunque: qui quidem possunt aliqua futura prædicere, vel quorum ipsi sunt causa, vel quæ ipsi sciunt per reuelationem bonorum Angelorum, vel præsciunt naturali cognitione in ijs, quæ habent causas determinatas in natura, latentes tamen nobis, & notas eis: tum propter perspicacitatem intelligentiæ: tum propter experimentum longi temporis. Et tamen semper est peccatum inquirere ab eis, & apostasia à fide, vt dicit *Augustinus*. Et hoc propter tres rationes. Primò, quia quamuis vera dicant, tamen semper intentio eorum est ad fallendum: (*vnde* nec etiam E veritatem à diabolo requirere debemus, *ajebat Chrysostomus*.)

Nihil à dæmone quærendū, nec ipsa veritas.

E Ma. 7. 9. ad 4. & 2. 2. 90. 2. ad 2. & 93. 4. c.

Secundò, quia certitudinalem cognitionem habere non possunt, nisi de ijs, quæ per reuelationem sciunt. Tertiò, quia non possumus simul esse participes donorum Dei, & diaboli. Et hæc inter omnes præcipua est. *Benè*

autem

Digitized by Google

autem dicit Author: sicut faciunt vetulæ, nec sine dæmonis commercio. Ab his enim, vt Seruio placet, superstitio dicta, quæ anicularum propria est, quòd multis per ætatem superstites sunt: & dum volunt videri nimis religiosæ, superstitiosæ fiunt, & ita delirant. Nec mirum, fœminarum potiùs, quàm virorum, superstitio propria sit & diuinatio: mulier enim prima fuit in attexendo cum dæmone colloquio, ex quo faciliùs cum eo familiaritatem habet (vt experientiâ liquet) vnde & in diabolicis operationibus minor eis metus incutitur, quàm viris. Et huc facit quod dicitur Is. 41. Annunciate quæ ventura sunt in futurum: & sciemus, quia dii estis vos: De quo vide 1. p. 57. 3. & V. Diabolus. Et quidem ex hoc F aliqui diuini dicuntur: vnde dicit Isidorus in lib. Etym. Diuini dicti, quasi Deo pleni: diuinitate enim se plenos simulant, & astutia quadam fraudulentiæ hominibus futura conjectant. Profectò omnis G diuinatio ex opere dæmonum prouenit, vel quia expresse dæmones inuocantur ad futura manifestanda: vel quia dæmones ingerunt se vanis inquisitionibus futurorum, vt mentes hominum implicent vanitate: quod ajebat initio Author. Hinc verò plures habentur diuinationis species. Dæmonis enim consilium, siue auxilium, vel expressè H imploratur, vel præter intentionem hominis se occultè dæmon ingerit ad prænunciandum futura quædam, quæ hominibus sunt ignota, eis autem cognita per modos, de quibus dictum est. Dæmones autem expresse inuocati, solent futura prænunciare multipliciter. Quandoque quidem præstigiosis quibusdam apparitionibus se aspectui & auditui hominum ingerentes ad prænunciandum futura: & hæc species vocatur præstigium, ex eo quòd oculi hominum præstringuntur. Quandoque autem per somnia: & hæc vocatur diuinatio somniorum. Quandoque verò per mortuorum aliquorum apparitionem vel locutionem: & hæc species vocatur Necromantia; quia, vt dicit Isidorus in lib. Etym. Necron græcè mortuus, mantia verò diuinatio nuncupatur: quia quibusdam præcantationibus, adhibito sanguine, videntur resuscitati mortui diuinare, & ad interrogata respondere. Quandoque verò futura prænunciant per homines viuos, sicut in arreptitijs patet. Et hæc est diuinatio per pythones. Et vt Isidorus dicit: Pythones à Pythone Apolline sunt dicti, qui dicebatur esse author diuinandi. (Ita & Hieronymus: ex quo pariter dicitur I Python qui habet diabolum in ventre. Item Python hebraicè os abyssi. Python autem dicebatur Apollo à Pythone serpente, quem peremisse traditur: quo nomine & Apollineum oraculum vocabatur; vnde spiritu diuinatorio afflati, pythones, & pythonissæ dicuntur, siue phanatici, sic dicti ex hoc L quòd in phanis, vel templis idolorum à dæmonibus responsa accipiebant: quales dæmoniacos etiam, & energumenos, aut arreptitios appellamus, juxta præfatam Hieronymi expositionem. Ariolos autem dicebant, qui M in aris dæmonum diuinabant.) Quandoque verò futura prænunciant per aliquas figuras, vel signa, quæ in rebus inanimatis apparent. Quæ quidem si appareant in aliquo corpore terrestri, putà in ligno, vel ferro, vel lapide polito, vocatur geomantia: si autem in aqua, hydromantia: si autem in aere, aeromantia: si autem in igne, pyromantia: si autem in visceribus animalium immolatorum in aris dæmonum, vocatur haruspicium. Diuinatio autem, quæ fit absque expressa dæmonum inuocatione, in duo genera diuiditur. Quorum primum est, quando ad prænoscendum futura aliquid consideramus in dispositionibus aliquarum rerum. Et si quidem aliquis conetur futura prænoscere ex consideratione situs & motus siderum, hoc pertineret ad astrologos, qui & genethliaci dicuntur, propter natalium considerationes dierum. Si verò per motus vel voces auium, seu quorumcunque animalium, siue per sternutationes hominum, vel membrorum saltus, hoc pertinet generaliter ad augurium, quod dicitur à garritu auium, sicut auspicium ab inspectione auium: quorum primum pertinet ad aures; secundum ad oculos: in auibus enim hujusmodi præcipuè considerari solent. (Augurium videtur initium sumpsisse apud Philistæos ex illo Is. 2. Augures habuerunt vt Philisthijm. Augures; idest N prognosticantes de futuris ex voce & garritu auium: habuerunt vt Philisthijm, in quibus maximè hæc superstitio vigebat.) Si verò hujusmodi consideratio fiat circa verba hominum absque intentione dicta, quæ quis retorquet ad futurum, quod vult prænoscere, hoc vocatur Omen: (quò & spectare videtur Onomatomantia, quæ est diuinatio ex nomine, vel per nomen alicujus. Et hac vtuntur sæpe puellæ ad prænoscendum futurum sponsum, & hujusmodi.) Si autem considerentur aliquæ dispositiones figurarum in aliquibus corporibus visui occurrentes, erit alia diuinitatis species. Nam ex lineamentis manus consideratis diuinatio sumpta, chiromantia vocatur, quasi diuinatio manus: chiros enim græcè dicitur manus. Diuinatio verò ex quibusdam signis, in spatula alicujus animalis apparentibus, spatulamantia vocatur. Ad secundum autem diuinitatis genus, quod est sine expressa dæmonum inuocatione, pertinet diuinatio, quæ fit ex consideratione eorum, quæ eueniunt ex quibusdam, quæ ab hominibus seriò fiunt ad aliquid occultum inquirendum, siue per protractionem punctorum, quod pertinet ad artem geomantiæ: siue per considerationem figurarum, quæ proueniunt ex plumbo liquefacto, in aquam projecto (vt passim à mulieribus fieri consueuit:) siue ex quibusdam schedulis scriptis vel non scriptis, in occulto repositis, dum consideratur quis quam accipiat: vel etiam ex festucis inæqualibus propositis, quis majorem vel minorem accipiat: vel taxillorum projectione, quis plura puncta projiciat: vel etiam dum consideratur, quid aperienti librum occurrat: quæ omnia sortium nomen habent. Sic ergo patet triplex diuinationis genus. Quorum Primum est per manifestam dæmonum inuocationem: quod pertinet ad necromanticos. Secundum autem est per solam considerationem dispositionis vel motus alterius rei: quod pertinet ad augures. Tertium est, dum facimus aliquid, vt nobis manifestetur aliquid occultum: quod pertinet ad sortes. Sub quolibet autem horum multa continentur, vt patet ex dictis: sed & plura alia, quæ dæmonum consilio ab hominibus minùs pijs, sed præsertim mulieribus, vanè, & impiè simul, exercentur in dies. Idcircò præfata cuncta prohibentur Deuter. 18. cum dicitur: Caue, ne imitari velis abominationes illarum gentium: nec inueniatur in te qui lustret filium suum aut filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, nec qui pythones consulat, nec diuinos, aut quærat à mortuis veritatem.

P Est igitur in primis detestabilis supra modum ea diuinatio, quæ fit per manifestam dæmonum inuocationem. Et hæc est O illicita duplici ratione. Quarum prima sumitur ex parte principij diuinationis, quod scilicet est pactum expresse cum dæmone initum per ipsam dæmonis inuocationem: & hoc est omnino illicitum. Vnde contra quosdam dicitur Is. 28. Dixistis: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum: & adhuc grauius esset, si sacrificium vel reuerentia dæmoni inuocato exhiberetur. Secunda verò ratio sumitur ex parte futuri euentus. Dæmon enim, qui intendit perditionem hominum, ex hujusmodi suis responsis, etiamsi aliquando vera dicat, intendit homines assuefacere adhoc, quòd ei credatur: & sic intendit perducere in aliquid, quod sit saluti

Marginalia (left): Superstitiosa diuinatio propria magis mulierum, quàm virorū. — Superstitio vnde dicatur. — F 2. 2. 95. 2. f. c. Is. 3. l. c. Diuini vnde dicantur. — G Ibid. a. 2. & 1 c. & 3. cont. G. c. 154. Omnis diuinatio ex opere dæmonum. — Plures diuinationis species. H Ibid. a. 3. c. & Op. 35. c. 3. Is 8. circ. fi. & 3. cont. G. l. c. Iob 40. l. 3. — Præstigium. — Diuinatio somniorum. — Necromantia. — Diuinatio per pythones. I Is. 8 circ. fi. ibi, à Pythonibus. Vnde hi dicti. — Phanatici quinam, & Arioli. L In 2. d. 22. exp. text. — M Is. 3. ibi, Ariolum. — Geomantia, hydromantia, aeromantia, pyromantia, Haruspicium. — Consideratio dierum natalium.

Marginalia (right): Augurium; Auspicium. — Augurium apud quos inceperit. N Is. 2. ibi. — Omen. — Onomatomantia. — Chiromantia. — Spatulamantia. — Sortilegium. — Triplex diuinationis genus. — Diuinatio per dæmonum inuocationem, duplici ratione illicita. O 2. 2. 95. 4. c. & 96 1. c. & 3. cont. G. c. 154. & locis sup. cit. — Dæmon in suis responsis quid intendat.

Digitized by Google

saluti humanæ nociuum. Vnde *Athanasius* exponens illud, quod habetur Luc. 4. *Increpauit illum, dicens, obmutesce*; dicit: *Quamuis verà fateretur dæmon, compescebat tamen Christus ejus sermonem, ne simul cum veritate etiam suam iniquitatem promulget: vt nos etiam assuefaciat, ne curemus de talibus, etsi vera loqui videatur.* Nefas enim est, vt cum adsit nobis Scriptura diuina, à diabolo instruamur. *Neque vlla adducatur in excusationem vtilitas*: nulla *enim* P vtilitas esse potest, pro qua aliquid faciendum sit, quod in Dei vergat injuriam: quod contingit, quando illud, quod ipsius est, non ab ipso quæritur, sed cum ejus aduersario fœdus initur. *Ex quo nec licet dæmones, nisi compulsiuè, adjurare. Quocirca sciendum, quòd* sicut homo Q seipsum ordinare potest ad aliquid agendum: ita etiam alios; superiores quidem deprecando, inferiores autem imperando. Cum ergo vtraque ordinatio per aliquod diuinum confirmatur, est adjuratio: *adjurare* enim R est, ad juramentum cogere. *Quia igitur* duplex est S adjurandi modus: vnus quidem per modum deprecationis, vel inductionis ob reuerentiam alicujus sacri; alius autem per modum compulsionis: primo modo non licet dæmones adjurare, quia ille modus adjurandi videtur ad quandam beneuolentiam vel amicitiam pertinere, qua non licet ad dæmones vti. Secundo autem adjurationis modo, qui est per compulsionem, licet nobis ad aliquid vti, & ad aliquid non licet. Dæmones enim in cursu hujus vitæ nobis aduersarij constituuntur: non autem eorum actus nostræ dispositioni subduntur, sed dispositioni diuinæ, & sanctorum Angelorum: quia, vt dicit *Augustinus* in 3. de Trin. *Spiritus desertor regitur per spiritum justum.* Possumus ergo dæmones, adjurando per virtutem diuini nominis, tanquam inimicos repellere, ne nobis noceant spiritualiter vel corporaliter, secundùm potestatem diuinam datam à Christo Luc. 10. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.* Non tamen licitum est eos adjurare ad aliquid ab eis addiscendum, vel etiam ad aliquid per eos obtinendum, quia hoc pertineret ad aliquam societatem cum ipsis habendam: nisi fortè ex speciali instinctu, vel reuelatione diuina, aliqui Sancti ad aliquos effectus, dæmonum operatione vtantur; sicut legitur de B. Iacobo, quòd per dæmonem fecit Hermogenem ad se adduci. *Sicut pariter Sancti Apostoli* Simon T & Iudas leguntur adjurasse dracones, & eis præcepisse, vt in desertum locum discederent: *quod est adjurare creaturas irrationales. Verùm* adjuratio V qua quis vtitur ad irrationalem creaturam, potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt adjuratio referatur ad ipsam irrationalem creaturam secundùm se: & sic vanum esset, irrationalem creaturam adjurare. Alio modo, vt referatur ad eum, à quo irrationalis creatura agitur & mouetur: & sic dupliciter adjuratur irrationalis creatura. Vno quidem modo per modum deprecationis ad Deum directæ: quod pertinet ad eos, qui diuina inuocatione miracula faciunt. Alio modo per modum compulsionis, quæ refertur ad diabolum, qui in nocumentum nostrum vtitur irrationalibus creaturis: & talis est modus adjurandi in Ecclesiæ exorcismis, per ques dæmonum potestas excluditur ab irrationalibus creaturis. Adjurare autem dæmones, ab eis auxilium implorando, non licet. *Et quamuis* 1. Reg. 28. *legatur, quòd Sauli pythonissam interroganti de futuri euentu belli, Samuel jam mortuus apparuerit, & futurum prædixerit euentum: non ideò licita redditur præfata dæmonum inuocatio. Sed quoad factum illud*, dicendum *ex Augustino* quòd non est X absurdum credere, *aliqua dispensatione permissum fuisse, vt non dominante arte magica, vel potentia, sed dispensatione occulta, quæ pythonissam & Saulem latebat, se ostenderet spiritus justi aspectibus Regis, diuinà eum sententià percussurus.* Vel non verè spiritus Samuelis à requie sua excitatus est: sed aliquod phantasma, & illusio imaginaria, diaboli machinationibus facta, quam Scriptura Samuelem appellat; sicut solent imagines, rerum suarum nominibus appellari. *Et alibi docemur, quòd* etsi Y dæmones animam alicujus Sancti euocare non possunt, neque cogere ad aliquid agendum: potest tamen hoc fieri diuina virtute, vt dum dæmon consulitur, ipse Deus per suum nuncium veritatem enunciet: sicut per Eliam veritatem respondit nuncijs Regis, qui mittebantur ad consulendum Deum Accaron, vt habetur 4. *Reg.* 1. *Quam ad rem pariter instruimur, quòd* prophetæ Z dæmonum non semper loquuntur ex dæmonum reuelatione, sed interdum ex inspiratione diuina, sicut manifestè legitur de Balaam, cui dicitur Dominus esse locutus *Num.* 22. licèt esset propheta dæmonum: quia Deus vtitur etiam malis ad vtilitatem bonorum. Vnde & per prophetas dæmonum aliqua vera prænunciant, tum vt credibilior fiat veritas, quæ etiam ex aduersarijs testimonium habet: tum etiam, quia cum homines talia credunt, per eorum dicta magis ad veritatem inducuntur; vnde etiam Sybillæ multa vera prædixerunt de Christo. Sed etiam, quando prophetæ dæmonum à dæmonibus instruuntur, aliqua vera prædicunt; quandoque quidem virtute propriæ naturæ, cujus actor est Spiritus Sanctus: quandoque etiam reuelatione bonorum spirituum, vt patet per *Augustinum. Nempe* ad dominium A diuinæ majestatis pertinet, cui dæmones subsunt, vt eis vtatur Deus ad quodcunque voluerit. Sed homini non est potestas super dæmones commissa, vt eis licitè possit vti ad quodcunque voluerit: sed est ei contra dæmones bellum indictum. Vnde nullo modo licet homini dæmonum auxilio vti per pacta tacita vel expressa. *Quòd si Christus legitur dæmonem interpellasse Marc.* 5. Quod tibi nomen est? *exponit* Beda, quod *non velut inscius* B *Dominus inquirit: sed vt confessa peste, quam tolerabat, virtus curantis gratior emicaret.* Aliud autem est inquirere aliquid à dæmone sponte occurrente; quod quandoque licet propter vtilitatem aliorum, maximè quando diuina virtute potest compelli ad vera dicenda: Aliud dæmonem inuocare ad cognitionem occultorum acquirendam ab ipso: *sicut fit per impias nonnullorum operationes (de quibus vide* C.) *quas, magicas consueuerunt scientias appellare: nec tamen* verum D est, quòd magicæ artes sint scientiæ, sed potiùs sunt quædam fallaciæ dæmonum.

q *Quoad diuinationem per astra, possunt quidem homines astronomiæ periti futura quædam ex astris prænoscere, quæ habent causas determinatas, ex quibus vel necessariò vel vt in pluribus proueniunt, de quibus superiùs dictum est: non tamen omnia. Siquidem* astrologi E non possunt prænunciare euentus, nisi quia reducuntur ad motum Cœli, sicut ad causam, vel per se, sicut transmutationes quæ accidunt in corporalibus, vt tempestates, & sterilitates, & pestilentias, & hujusmodi: quæ tamen impediri possunt, fortioribus motibus superuenientibus, vt dicit Philosophus *in lib. de somn. & vig.* Vel per accidens; sicut ad transmutationem corporis disponitur animus ad aliquos actus magis, quàm ad alios: sicut ex naturali complexione quidam sunt proni ad luxuriam, vel ad iram, & hujusmodi: non tamen talis dispositio corporis animæ necessitatem inducit. Vnde in ijs, quæ ex libero arbitrio dependent, maximè eorum judicia falluntur. *Et ratio adducitur.* Intellectus enim F siue ratio, non est corpus, nec actus organi corporei, & per consequens nec voluntas, quæ est in ratione, vt per Philosophum

losophum

P 2. d. 7. 3. 2. ad 4.

An liceat dæmones adjurare.

Q 2. 2. 90. 1. c.

Quid adjuratio.

R *Matth.* 26. *lit. g. ibi*, adjuro.

Duplex adjurandi modus.

S 2. 2. 90. 2. c. *Pot.* 6. 10. *ad* 4. & 5. *In* 4 *d.* 15. 4. 3. q. 1. *ad* 1.

Quo pacto liceat dæmones compulsiuè adjurare.

T *Ibid.* a. 3. *in* sed contra.

V *Ibid. in corp.* An licitè possimus creaturas adjurare irrationales.

Apparitio mortui Samuelis ad Saulem, qualis fuerit.

X 2. 2. 95. 4. ad 2.

Y 2. 2. 174. 5. *ad* 4.

Z 2. 2. 172. 6. *ad* 1. & *per totum*, & 3 *cont.* G. c. 154.

Prophetæ dæmonum cur aliquando vera prænuncient.

A 2. 2. 96. 2. *ad* 3.

B 2. 2. 95. 4. *ad* 1.

Magicæ artes nō sunt scientiæ.

C 3. *cont.* G. à *cap.* 104.

D *Quol.* 4. *a.* 16 *ad* 2.

Diuinatio per astra.

Quænam possint, vel non possint licite astrologi prænoscere

E 2. d. 7. 2. 2. *ad* 5. & *d.* 15. 1. 3. & 1. *p.* 115. *ab a.* 3. & 2. 2. 95. 5. *Op.* 25. 26. & 28. *a.* .. & 3 *cont.* G à c. 84 & c. 154. *Ad Gal.* 4 l. 4.

F 2. 2. 95. 5. *c.* & 1. *p.* 115. 4. *In* 2. *d.* 15. *l.* 4. *Op.* 25. *c.* 4.

Digitized by Google

Corpora cœlestia non possunt directè imprimere in humanam voluntatem.

G 1. p. l. c. ad 3. In 2. d. 15. a. 3. ad 4. Op. 25. l. c.

Quo sensu possint astrologi aliqua præscire, quæ ex humana pendent voluntate.

losophum *in* 3. *de Anima*. Nullum autem corpus potest imprimere in rem incorpoream: vnde impossibile est, quòd corpora cœlestia directè imprimant in intellectum & voluntatem. Hoc enim esset ponere intellectum non differre à sensu. *Igitur, quia* plures G hominum sequuntur passiones, quæ sunt motus sensitiui appetitus, ad quas cooperari possunt corpora cœlestia: pauci autem sunt sapientes, qui hujusmodi passionibus resistant (stultorum *siquidem* infinitus est numerus, *vt dicitur Eccle.* 1.) ideò astrologi vt in pluribus vera possunt prædicere, & maximè in communi, non autem in speciali: quia nihil prohibet, aliquem hominem per liberum arbitrium passionibus resistere. Vnde & ipsi astrologi dicunt, quòd *Sapiens* homo *dominatur astris*, in quantùm scilicet dominatur suis passionibus. *Et sic alibi concludit Author, quòd* per hunc H modum ex motibus corporum cœlestium aliqua possunt de operibus humanis præsciri, cum non sit dubium, dispositiones corporis humani impressiones corporum cœlestium sequi: quamuis talibus prædictionibus non sit tutum nimis intendere, vt dicit *Augustinus* 2. super Gen. cum plerunque astrologi de futuris vera prænuncient non tam ex signis cœlestibus, quàm ex occulto dæmonis instinctu, quem humanæ mentes interdum nescientes patiuntur: & sic cum hujusmodi diuinationibus quodammodo fœdus initur. *Ex quo dicebat Dominus ad Iob cap.* 38. Sciebas tunc, quòd nasciturus esses? *Quasi dicat*: Nunquid I præcognoscere potuisti per considerationem motus Cœli tempus tuæ natiuitatis? Et tu quidem hoc non potuisti, quia antequam nascereris, non eras. Sed nec alius homo hoc præcognoscere potuit propter debilitatem cognitionis humanæ: (loquitur enim Dominus ad Iob in persona omnium hominum.) Et sicut non potuisti præcognoscere tempus natiuitatis tuæ: ita non potes præcognoscere terminum vitæ tuæ; vnde subdit: *Et numerum dierum tuorum noueras?* Quasi dicat: Cognoscere hoc non poteras ex computatione cœlestium motuum, quorum terminum & certam mensuram ignoras: *cum soli Deo id notum sit, ex illo quòd præmittitur ab eodem Iob cap.* 14. Numerus mensium ejus apud te est. *Quod dictum sit contra eos, qui astrologicè erectâ figurâ circa horam natiuitatis cujuspiam, quam horoscopum vocant, futuros de vita illius inde præsumunt euentus prænunciare & diem mortis. Hoc autem expressè interdictum est à Sixto V. per Bullam, quæ incipit*: Cœli & terræ Creator Deus, *dat. sub die* 9. *Ianuarij* 1586. *& ab Vrb.* 8. *per aliam, quæ incipit*: Inscrutabilis, *editam* 1631. 1. *Apr. sub anathematis latæ sententiæ pœna, alijsque nec leuibus mulctis, vt ibi videre est. Vbi illud potissimè notandum venit, emanasse Pontificias has constitutiones* contra quoscunque judiciariæ astrologiæ artem (præterquam circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam) exercentes, aut facientes judicia, & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus, aliquid euenturum affirmare audent, etiamsi id se non certò affirmare asserant, aut protestentur. *Quocirca obseruat & bene Author, quòd* duæ sunt L partes astronomiæ secundùm *Ptolemæum*. Vna est de sitibus & motibus superiorum, & quantitatibus eorum, & passionibus proprijs: & ad hanc per demonstrationem peruenitur. Alia est de effectibus astrorum in inferioribus, quæ in rebus mutabilibus recipiuntur: & ideò ad hanc non peruenitur, nisi per conjecturam; & oportet astronomum in ista parte secundùm aliquem physicum habitum inferioris certitudinis esse, & ex signis physicis conjecturari. Conjecturatio autem, cum fit ex signis mobilibus, generat habitum minoris certitudinis, quàm sit scientia, vel opinio. Cum enim hæc communia

H In 2. loc. cit. & 1. 2. q. 9. a. 5. ad 2.

I Iob 38. l. 2. ibi.

Astrologia judiciaria à summis Pontificibus interdicta: *etiamsi id se non certò affirmare protestentur* astrologi.

L Op. 18. a. 4.

Astronomiæ partes duæ. Ad vnam per demonstrationem peruenitur: ad aliam per solam conjecturam.

signa sint & mutabilia, non potest ex ipsis haberi via syllogistica, eo quod vt videtur, vt in pluribus includunt signa tantùm, & fiunt judicia quædam, multis de causis mutabilia. Et ideò sæpe astronomus dicit verum, quia dictum suum est quoad dispositionem cœlestium verissimum, si hæc dispositio sit à mutabilitate rerum exclusa. *Vnum meo sensu totam destruit judiciariæ astrologiæ certitudinem. Si enim plures in eadem naui vno simul naufragio pereant, vel in eodem bellico conflictu necentur, non potest profectò horum omnium mors ad eorum constellationem referri: siquidem & diuersæ ætatis sunt, & complexionis diuersæ, & in dissitis singuli regionibus nati. Ergo* Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt (*ajebat Sapiens Eccli.* 11.) *cui quandocunque placuerit, diem vltimum oportet obire. Cæterùm, vt prætactum est*, si aliquis M judicijs astrorum vtatur ad prænoscendum corporales effectus, putà tempestatem & serenitatem aeris, sanitatem vel infirmitatem corporis, vbertatem & sterilitatem frugum, & similia, quæ ex corporalibus & naturalibus causis dependent: nullum videtur esse peccatum. Nam omnes homines circa tales effectus aliqua obseruatione vtuntur corporum cœlestium: sicut agricolæ seminant & metunt certo tempore, quod obseruatur secundùm motum Solis. Nautæ nauigationem vitant in plenilunio, vel etiam in Lunæ defectu. Medici circa ægritudinem criticos dies obseruant, qui determinantur secundùm cursum Solis & Lunæ: vnde non est inconueniens secundùm aliquas alias occultiores stellarum obseruationes circa corporales effectus vti astrorum judicio. Hoc autem omnino tenere oportet, quòd voluntas hominis non est subjecta necessitati astrorum: alioquin periret liberum arbitrium, quo sublato non deputarentur homini neque bona opera ad meritum, neque mala ad culpam. Et ideò certissimè tenendum est cuilibet Christiano, quòd ea quæ ex voluntate hominis dependent, qualia sunt omnia humana opera, non ex necessitate astris subduntur. Et ideò dicitur Ier. 10. *A signis Cœli nolite metuere, quæ timent Gentes: (idololatræ videlicet, & superstitiosæ.)* Sed diabolus, vt omnes pertrahat in errorem, immiscet se operationibus eorum, qui judicijs astrorum intendunt. Ideò *secundùm Augustinum* tales astrorum obseruationes referendæ sunt ad quædam pacta cum dæmonibus habita. Est autem omnino Christiano vitandum, pactum vel societatem cum dæmonibus habere, *secundùm illud Apostoli* 1. *Cor.* 10. Nolo vos socios fieri dæmoniorum, *superstitiosa nimirum astrorum obseruatione de humanis futuris euentibus judicia facientes. De quo & Galatas reprehendit Apostolus cap.* 4. *cum ait*: Dies obseruatis & menses & tempora & annos. *Quamuis enim hoc in loco de legalibus eos arguat obseruantijs; exponitur tamen & ad rem nostram*: obseruatis dies, *scilicet* faustos N & infaustos, *& menses & tempora & annos*, idest, constellationes & cursus corporum cœlestium, quæ omnia ortum habent ab idololatria. Et quòd obseruationes hujusmodi malæ sint, & contra cultum Christianæ religionis, patet: quia distinctio dierum, mensium, annorum, & temporum, attenditur secundùm cursum Solis & Lunæ. Et ideò tales temporum distinctiones obseruantes venerantur corpora cœlestia, & disponunt actus suos secundùm judicium astrorum, quæ nullam directam impressionem habent in voluntate hominis, & in his quæ dependent à libero arbitrio (*vt hucusque dictum est*:) & ex hoc imminet graue periculum. *Tu verò, sine vel minima animæ labe, felicem diem illam dic, siue horam, qua Deo vacas: infelicem, qua Mundo indulges. Fortunatam, qua proximum juuas: infortunatam, qua subuenisse non datur. Faustam (si peccator es) qua ad Deum converteris: infaustam, qua in peccatum prolaberis.* Quo

Astrologia judiciaria fallacissima.

M Op. 26. Quibus astrorum judicijs licitè vti possimus.

Vana dierum & temporum obseruatio.

N Ad Gal. 4. l. 4. ibi.

Quinam dies verè fausti & infausti vocandi.

Quo sensu promebat Sapiens Eccle.7. Melior est dies mortis die natiuitatis. Dies *inquam* mortis, *si in Domino morimur, æternùm victuri*, melior est die natiuitatis, *qua in peccato concepti, nascimur* naturâ filij iræ *Ephes.2. Ex quo Iob cap. 3. dicebat*: Pereat dies, in qua natus sum; & nox, in qua dictum est: Conceptus est homo. *Id quod exprimebat & Psaltes Psal.50.* In peccatis concepit me mater mea.

Diuinatio per somnia.
Somnia à somno dicuntur.

r *Sed & per somnia diuinatio tanquam illicita refellenda est. Quocirca sciendum, quòd somnia excitantur in phantasia hominis, cum dormit; vnde & dicuntur à somno: qui à sopore videtur distingui.* Nam sopor O est quies animalium virtutum cum intensione intellectualium: Somnus verò est quies animalium cum intensione naturalium. *Et quidem* sensus P ligatur in dormientibus propter euaporationes quasdam & fumositates resolutas, vt dicitur in lib. *de somn. & vig.* Et ideò secundùm dispositionem hujusmodi euaporationum contingit esse ligamentum sensus majus vel minus. Quando enim multus fuerit motus vaporum, ligatur non solùm sensus, sed etiam imaginatio: ita vt nulla appareant phantasmata, sicut præcipuè accidit, cum aliquis incipit dormire post multum cibum & potum. Si verò motus vaporum aliquantulùm fuerit remissior, apparent phantasmata, sed distorta & inordinata, sicut accidit in febricitantibus. Si verò adhuc magis motus sedetur, apparent phantasmata ordinata, sicut maximè solet contingere in fine dormitionis, & in hominibus sobrijs, & habentibus fortem imaginationem. Si autem motus vaporum fuerit modicus, non solùm imaginatio remanet libera, sed etiam ipse sensus communis ex parte soluitur, ita quòd homo judicat interdum in dormiendo ea, quæ videt somnia esse, quasi dijudicans inter res, & rerum similitudines. Sed tamen ex aliqua parte remanet sensus communis ligatus: & ideò, licet aliquas similitudines discernat à rebus, tamen semper in aliquibus decipitur. *Vt autem sciatur, qualis ex somnijs diuinatio illicita sit, obseruandum, quòd* somnia Q sunt futurorum euentuum quandoque quidem causa, puta cum mens alicujus solicita ex his, quæ videt in somnijs, inducitur ad aliquid faciendum, vel vitandum. Quandoque verò somnia sunt signa aliquorum futurorum euentuum, in quantùm reducuntur ad aliquam causam communem somnijs, & futuris euentibus: & secundùm hoc plurimum præcognitiones futurorum in somnijs fiunt. Sciendum est ergo, quòd somniorum quidem quandoque est causa interiùs, quandoque exteriùs. Interior autem somniorum causa est duplex. Vna quidem animalis, in quantùm scilicet ea occurrunt hominis phantasiæ in dormiendo, circa quæ ejus cogitatio & affectio fuit immorata in vigilando: & talis causa somniorum non est causa futurorum euentuum; vnde hujusmodi somnia per accidens se habent ad futuros euentus: &, si quandoque simul concurrant, erit casuale. Quandoque verò causa intrinseca somniorum est corporalis: nam ex interiori dispositione corporis formatur aliquis motus in phantasia conueniens tali dispositioni; sicut homini, in quo abundant frigidi humores, occurrit in somnijs, quòd sit vel in aqua, vel in niue: & propter hæc Medici dicunt, esse intendendum somnijs ad cognoscendum interiores dispositiones. Causa autem somniorum exterior, similiter est duplex: scilicet corporalis & spiritualis. Corporalis quidem, in quantùm imaginatio dormientis immutatur vel ab aere continente, vel ex impressione cœlestis corporis: vt sic dormienti aliquæ phantasiæ appareant, conformes cœlestium dispositionum. Spiritualis autem causa est, quandoque quidem à Deo, qui ministerio Angelorum aliqua hominibus reuelat in somnijs, secundùm illud Num.12. *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum.* Quandoque verò operatione dæmonum aliquæ phantasiæ dormientibus apparent, ex quibus quandoque aliqua futura reuelant his, qui cum eis habent pacta illicita. Si quis ergo vtatur somnijs ad præcognoscenda futura, secundùm quòd somnia procedunt ex reuelatione diuina, vel ex causa naturali intrinseca, siue extrinseca, quantùm potest se virtus talis extendere: non erit illicita diuinatio. Si autem hujusmodi diuinatio causetur ex reuelatione dæmonum, cum quibus pacta habentur expressa, quia adhoc inuocantur: vel tacita, quia hujusmodi diuinatio extenditur ad quod se non potest extendere: erit diuinatio illicita & superstitiosa; *vt passim facere consueuerunt fœminæ, naturaliter vanæ, & curiosæ, & alij minùs pij somniorum explanatores: cum tamen dicatur Ier.29.* Non vos seducant prophetæ vestri (*non Domini vates*) qui sunt in medio vestrum, & diuini vestri: & ne attendatis ad somnia vestra, quæ vos somniatis. *Ex quibus deducitur, aliud esse vanam ex somnijs diuinationem, aliud somniorum interpretationem, quæ à Deo immittuntur. Hoc enim prophetica prænunciatio est: illud verò superstitiosa prædictio. Pro quo sciendum, quòd si fiat* R diuinitus repræsentatio aliquarum rerum per similitudines imaginarias, vt Pharaoni & Nabuchodonosori: aut etiam per similitudines corporales, vt Balthassari: non est talis censendus propheta, nisi illuminetur ejus mens ad judicandum: sed talis apparitio est quiddam imperfectum in genere prophetiæ; vnde à quibusdam vocatur extasis prophetiæ, sicut & diuinatio somniorum. Erit autem propheta, si solummodo intellectus ejus illuminetur ad judicandum ea, quæ ab alijs imaginariè visa sunt, vt patet de Ioseph, qui exposuit somnium Pharaonis. Sed secundùm Augustinum *maximè propheta est, qui vtroque præcellit, vt scilicet videat in spiritu corporalium rerum significatiuas similitudines, & eas viuacitate mentis intelligat.* Repræsentantur autem diuinitus menti prophetæ, quandoque quidem mediante sensu, exteriùs quædam formæ sensibiles: sicut Daniel vidit scripturam parietis, vt legitur *Dan.5.* Quandoque autem per formas imaginarias, siue omnino diuinitus impressas, non per sensum acceptas; putà, si alicui cæco nato imprimerentur in imaginatione colorum similitudines: vel etiam diuinitus ordinatas ex his, quæ à sensibus sunt acceptæ, sicut Ieremias *vidit ollam succensam à facie Aquilonis*, vt habetur *Ier.1.* siue etiam imprimendo species intelligibiles ipsi menti, sicut patet de his, qui accipiunt scientiam, vel sapientiam infusam, sicut Salomon & Apostoli. *Vide, quantum interest inter propheticam explanationem, & vanam interpretationem somniorum. Idcircò Eccli.34. dicitur*: Diuinatio erroris, & somnia malè facientium vanitas est. Nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cor tuum: multos enim errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. *Et Eccle.5.* Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri. *Vtque vanas ex ijs diuinationes innuat deuitandas, subdit*: Tu verò Deum time. *Vt quid ergo, mulierculæ minus rationis habentes, in somnijs vestris, non secus ac in superfluis ornatibus*, vt quid *inquam* diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? *Psal.4.*

[Left margin notes:]
O Gen. 2. ibi, soporem, & Rom. 11. l. 3. ibi, de somno. Quid somnus, quid sopor.
P 1. p. 84. 8. ad 2.
Cur sensus in dormientibus ligetur: & qua magis & minus, vnde somniorum qualitates.
Q 2. 2. 95. 6. [illegible]
Somniorum causa, interior & exterior.
Interior, duplex.
Quænam causæ somniorum sint vel non sint causæ futurorum euentuum.
Causa exterior somniorum itidem duplex.

[Right margin notes:]
Quænam licita, vel illicita ex somnijs diuinatio.
R 2. 2. 173. 2. c. Ier. 12. 7. & 3. con. G. c. 154.
Verus propheta quis.

Diuinatio per auguria.
Augurium garritu auiû.
S Is. 2. ibi, augures.

ſ *Vlteriùs & per auguria reprobatur diuinatio. Augurium autem, tametsi primordialiter à garritu & volatu auium, vt vidimus, desumptum sit: ad motus tamen quorumcunque animalium, & hujusmodi, extendunt superstitiosi. Pro cujus notitia aduertimus, quòd* Deus S prouidit vnicuique rei ea, quibus possit conseruari in esse secundùm suæ naturæ capacitatem. Et ideò homini dedit rationem, per quam conferendo potest sibi adinuenire remedia contra nociua. Et quia in brutis deficit ratio, ordinauit,

dinauit, vt quod ex ratione deficit, natura suppleret. Et ideò talibus data sunt arma & operimenta naturaliter, quæ homo per artem sibi acquirit. Similiter creata est eis quædam vis naturalis æstimationis impellens ea ad operandum opera suæ speciei; vnde potiùs aguntur, quàm agant. Et cum natura inferior reguletur per naturam superiorem & moueatur, relinquuntur in ipsis impressiones superiorum motuum fricantium hujusmodi motum, per quem mouentur ad prouidendum sibi in necessarijs. Et in talibus accipere conjecturam ab auibus, vel auium motibus, vel aliorum animalium, non est peccatum; sed tantùm de ijs, quæ habent causam ex libero arbitrio, quod non operatur necessitate stellarum: *vt pluriès prætactum est. Quod vt clariùs innotescat, considerandum est, quòd* motus T vel garritus auium, vel quæcunque dispositiones, in hujusmodi rebus consideratæ, non sunt causa futurorum euentuum: vnde ex eis futura cognosci non possunt, sicut ex causis. Relinquitur ergo, quòd si ex eis aliqua futura cognoscantur, hoc erit in quantùm sunt effectus aliquarum causarum, quæ etiam sunt causantes, vel præcognoscentes futuros euentus. Causa autem operationum brutorum animalium est instinctus quidam, quo mouentur motu naturali: non enim habent dominium sui actus. Hic autem instinctus potest ex duplici causa procedere. Vno quidem modo ex causa corporali. Cum enim bruta animalia non habeant nisi animam sensitiuam, cujus omnes potentiæ sunt actus corporalium organorum, subjacet eorum anima dispositioni continentium corporum, & primordialiter cœlestium: & ideò nihil prohibet, aliquas eorum operationes esse futurorum signa, in quantùm conformantur dispositionibus corporum cœlestium, & aeris continentis, ex quibus proueniunt aliqui futuri euentus. In hoc tamen duo considerari oportet: primò quidem, vt operationes hujusmodi non extendantur, nisi ad præcognoscenda futura, quæ causantur per motus cœlestium corporum. Secundò vt non extendantur nisi ad ea, quæ aliqualiter possunt ad hujusmodi animalia pertinere. Consequuntur enim per cœlestia corpora cognitionem quandam naturalem & instinctum ad ea, quæ eorum vitæ sunt necessaria: sicut sunt immutationes, quæ fiunt per pluuias & ventos, & alia hujusmodi. Alio modo instinctus hujusmodi causantur ex causa spirituali: scilicet vel ex Deo, vt patet in Columba super Christum descendente, & in coruo qui pauit Eliam, & in cete, qui euomuit & ejecit Ionam: vel etiam ex dæmonibus, qui vtuntur hujusmodi operationibus brutorum animalium ad implicandos animos hominum vanis opinionibus. *Et hoc pacto redditur illicita diuinatio per auguria: non autem, si spectetur ad ea, quæ naturaliter ex motu cœlestium corporum in animalibus causantur. Quo sensu dicitur Ier. 8.* Miluus in Cœlo cognouit tempus suum: turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. *Ibi enim* loquitur V de cognitione auium respectu eorum, quæ ad eas pertinent; & ad hæc præcognoscenda, considerare earum voces & motus, non est illicitum: putà, si quis ex hoc, quòd cornicula frequenter crocitat, prædicat pluuiam citò esse futuram; *& plura ejusmodi, quæ à rusticis sine vlla culpa obseruantur. Neque ideò vana per auguria diuinatio approbanda, quòd Ioseph, vir alioquin justus,* Gen.44. *ad fratres suos ea prompserit verba*: An ignoratis, quòd non sit similis mei in augurandi scientia: *Hoc enim (ex Augustino) joco* X dixit, non seriò: referens fortè hoc ad illud, quod vulgus de eo opinabatur. *Quam verò de augurijs adduximus*, eadem ratio Y videtur esse de ominibus alijs hujusmodi, præterquam de ominibus: quia verba humana, quæ accipiuntur pro omine, non subduntur dispositioni stellarum: disponuntur tamen secundùm diuinam prouidentiam, & quandoque secundùm dæmonum operationem. Sic ergo dicendum, quòd omnis hujusmodi diuinatio, si extendatur vltra illud, ad quod potest pertingere secundùm ordinem naturæ, vel diuinæ prouidentiæ, est superstitiosa & illicita. *Porrò ominis* Z exemplum ex Valerio Maximo accipere possumus: qui narrat, quòd cum Lucius Paulus Consul bellum cum Rege Persarum esset facturus: à curia regressus, filiam suam tristem inueniens, tristitiæ causam quæsiuit. Quæ respondit, Persam perijsse: decesserat enim catulus quidam, nomine Persa. Arripuit igitur omen Paulus, & spem clarissimi triumphi animo concepit; *de Persis videlicet debellandis. Non ita vano ex omine operatus est Gedeon* Iudic.7. *de quo legitur*: Cumque venisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo: & in hunc modum referebat quod viderat, *Vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere: cumque peruenisset ad tabernaculum, percussit illud, atque subuertit, & terræ funditus coæquauit.* Respondit is, cui loquebatur. *Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filij Ioas viri Israelitæ: tradidit enim Dominus in manus ejus Madian, & omnia castra ejus.* Cumque audisset Gedeon somnium, & interpretationem ejus, adorauit: & reuersus est ad castra Israel, & ait: Surgite, tradidit enim Dominus in manus nostras castra Madian: *vti & feliciter euenit. Siquidem* Gedeon A obseruauit recitationem & expositionem somnij, accipiens ea pro omine, quasi ordinata ad sui instructionem à diuina prouidentia, *non ex vanitate. Id quod conijcitur ex eo, quod ibidem refertur*: Cumque audisset &c. adorauit; *Deum videlicet orans & adorans, vt ab illo ea in re instructionem acciperet; & ex tunc diuinitus accepit. Neque pariter vanum fuit omen, aut superstitiosa operatio Eliezer serui Abrabæ Gen. 24. dicentis, quòd futura esset Isaaci sponsa* Puella, cui ego dixero: Inclina hydriam tuam, vt bibam; & illa responderit: Bibe; quin & camelis tuis dabo potum: *Rebecca nimirùm. Fuit enim in hoc Eliezer specialiter à Deo directus, non vano omine ductus: idque vel ex eo liquet, quòd* attendit B verba puellæ, oratione præmissa ad Deum; *cum videlicet priùs orasset*: Domine Deus domini mei Abraham, occurre, obsecro, mihi hodie, & fac misericordiam cum domino meo Abraham. *Ad quod autem quis à Deo dirigitur, omen non est, neque superstitiosum opus, vt suprà exposuimus. Quam orationem nec superstitiosam fuisse, immò fidelem, deuotam, & discretam, fusè docemur* C.

t *Postremò reijciendum est sortilegium, quod est diuinatio per sortes.* Sors *autem* nihil D aliud est, quàm exquisitio prouidentię diuinæ de aliquo contingenti & humano. Vnde Augustinus: *Sors non est aliquod malum, sed in rebus dubijs diuinam exquirens voluntatem.* Est autem in sortibus triplex peccatum vitandum. Primò quidem superstitionis: nam omnis vana & illicita religio superstitio est. Tunc ergo in sortibus incurritur peccatum illicitæ superstitionis, quando in eis initur aliquod pactum cum dæmonibus; vnde dicitur Ezech. 21. *Stetit Rex Babylonis in biuio in capite duarum viarum, diuinationem quærens, commiscens sagittas: interrogauit idola, exta consuluit.* Commiscere enim sagittas, ad sortilegium pertinet: & interrogare idola, ad superstitionem. Et ibi sortilegium damnatur inter peccata ad superstitionem pertinentia. Secundò vitandum est peccatum tentationis Dei: nam quandiu per se homo aliquid potest facere, & scire quid debeat facere: si tunc à Deo sorte, vel aliquo alio loco tali exploret, quid facere debeat, Deum tentat. Quando autem necessitas imminet, neque ipse per se ipsum juuari potest: tunc licitè

Quænam per auguria liceat diuinatio, vel non.

T 2. 2. 95. 7. c. Op. 25. c. 3. & 4. & 3. cont. G. c. 154.

Explicatur magis.

V 2. 2. 1. c. ad 2. Op. 25. c. 5.

X Ibid. ad 2.

Y Ibid. fi. corp. Ad Tit. 1. l. 3. ibi. propheta.

Diuinatio per omen.

Ratio, vnde illicita reddatur omnis diuinatio.

Z Op. 25. c. 5. De vano ominis exemplum.

Gedeonis opus Iudic. 7. non fuit ex vano omine, sed diuina dispositum prouidentia.

A 2. 2. 95. 7. ad 3.

Sicut & operatio Eliezer serui Abrahæ Gen. 24.

B Ibid.

C Gen. 24. ibi.

Diuinatio per sortes, siue sortilegium. Sors quid.

D Eph. 1. l. 4. ibi. sorte. Col. 1. l. 3. ibi. sortis. Hebr. 8. l. 2. ibi. sortitus. Op. 25. c. 5. Io. 19. l. 4. lit. 5. & 2. 2. 95. 8. Quol. 12. a. 35. & 3. cont. G. c. 154.

In sortibus triplex peccatum vitandum; scilicet

Superstitio.

Tentatio Dei.

Digitized by Google

à Deo inquirit, quid facere debeat, 2. Paralip. 20. *Cum ignoremus, quid agere debeamus: hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.*

Peccatum vanitatis.

Tertiò vitandum est peccatum vanitatis: quod fit, si de inutilibus & impertinentibus ad nos inquiramus, vt putà de futuris contingentibus. Vnde dicitur Act. 1. *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.*

Sors triplex.

Potest ergo secundùm hoc, triplex sors accipi: scilicet, quædam diuisoria, quædam consultoria, quædam diuinatoria.

Quid diuisoria, & an licita.

Diuisoria est, cum aliqui diuidentes hereditatem, & concordare non valentes, mittunt sortes, putà anulum, vel chartam, vel aliquid tale ostendendo, dicentes: ille cuicunque euenerit, habebit partem istam in hereditate. Et hujusmodi sortes possunt licitè mitti, Prou. 18. *Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque dijudicat*; idest, inter volentes diuidere.

Quid consultoria.

Consultoria autem fit, quando quis dubitans quid facere debeat, consulit Deum, mittens sortes; & sic *Ion.* 3. quando superuenit tempestas illa in mari, consuluerunt Deum, sortem mittentes, vt scirent, cujus peccato tempestas illa venisset. Et hic modus licitus est, maximè in necessitatibus, & in electionibus potestatum secularium. Vnde faciunt rotulos de cera, in quorum quibusdam ponunt aliquas chartas, & in quibusdam non, quos bussulos vocant: vt illi, quibus veniunt bussuli cum chartis, habeant voces in electione.

Qua vti non licet in electione spirituali.

Sed hoc ante aduentum Spiritus Sancti Apostoli fecerunt etiam in electione spirituali Act. 1. quando *cecidit sors super Matthiam*: sed hoc post aduentum Spiritus Sancti, ampliùs non licet in prædictis electionibus, quia hoc faciendo injuriaretur Spiritui Sancto. Credendum est enim, quòd Spiritus Sanctus prouidet Ecclesiæ suæ de bonis Pastoribus: vnde post aduentum Spiritus Sancti, quando Apostoli elegerunt septem Diaconos, non miserunt sortes; & ideò in nulla electione Ecclesiastica hoc modò licet.

Diuinatoria nunquam licita.

Diuinatoria autem sors est inquisitio de futuris, soli diuinæ cognitioni reseruatis. Et hæc semper habet vanitatem admistam: nec potest sine vitio curiositatis fieri. *Bene ergo dicebat ad Deum Psaltes Psal.* 30. In manibus tuis sortes meæ: *idest*, quod datur E mihi secundùm judicium tuæ voluntatis, totum sub potestate tua est: nam Prou. 16. *Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.* (Alia litera habet, *tempora mea*; quanta scilicet & qualia, Dan. 2. *Ipse mutat tempora & ætates.*) *Et hoc est, quod de Christi Sacerdotio dicitur Hebr.* 8. Nunc autem melius sortitus est ministerium &c. *Sortitus est*; idest F sorte accepit: quia illud, quod habetur per sortem, expectatur à Deo.

E *Ps. 30. lit. p.*

Sors cur dicatur gratia diuinæ electionis.

F *Hebr. 8. l. 2.* [illegible]

Et ideò omnia, quæ fiunt secundùm distributionem diuini arbitrij, dicuntur sorte dari; & talia sunt effectus gratiæ: quia quando contingit deficere judicium humanum, solent se homines conferre ad electionem & dispositionem diuinam, mittentes sortem, sicut patet *Act. 1. cit.* de electione Matthiæ. *Quo eodem sensu dicitur Ephes.* 1. Sorte vocati sumus &c: *videlicet*, quia sors G nihil aliud est, quàm inquisitio rerum, quæ ex diuina voluntate fiunt. Gratia autem ejus ex sola diuina voluntate dependet: & inde est, quòd gratia diuinæ electionis dicitur sors: quia Deus per modum sortis secundùm occultam prouidentiam, non ex alicujus meritis, per gratiam internam vocat. *DISCE Sapienter cogitare de æternis, non vanè de temporalibus diuinare. Vide*, Auxilium diuinum, Clericus, Diabolus, Miraculum.

G *Ephes. 1. l. 4. ibi, & Coloss. 1. l. 3. ibi, Sortis, Op. 15. c. 4.*

XXV. Etiam proferre diuina verba, aut inuocare diuinum nomen, si respectus habeatur solùm ad Dei reuerentiam, à quo expectatur effectus: licitum erit. Si verò habeatur respectus ad aliquid aliud vanè obseruatum: illicitum erit. 2. 2. 96. 4. ad 1.

Artis notoriæ obseruantia.

u HActenusque de superstitione diuinatiua. *Superest modò de vanæ superstitione obseruantiæ quidpiam adjicere. Et prima quidem sese offert artis notoriæ obseruantia, qua illicitè ad aliquid addiscendum quis vtitur. Hæc autem* ars notoria H & illicita est & inefficax.

H *2. 2. 96. 1. c. & 1. p. 106. 1. c. & 1. 9. 3. c.*

Ars notoria illicita.

Illicita quidem est: quia vtitur quibusdam ad scientiam acquirendam, quæ non habent secundùm se virtutem causandi scientiam, sicut inspectione quarundam figurarum, & prolatione quorundam ignotorum verborum, & alijs hujusmodi: & ideò hujusmodi ars non vtitur his vt causis, sed vt signis, non autem vt signis diuinitus institutis, sicut sunt sacramentalia signa. Vnde relinquitur, quòd sint superuacua signa, & per consequens pertinentia ad pacta quedam significationum, cum dæmonibus placita atque fœderata. Et ideò ars notoria penitùs est repudianda & fugienda à Christiano, sicut & aliæ artes nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis, vt dicit *Augustinus* 2. *de Doctr. Christiana.*

Et inefficax.

Est etiam hujusmodi ars inefficax ad scientiam acquirendam, Cum enim per hujusmodi artem non intendatur acquisitio scientiæ per modum homini connaturalem, scilicet adinueniendo, vel addiscendo, consequens est, quòd iste effectus vel expectetur à Deo, vel à dæmonibus. Certum est autem, aliquos à Deo sapientiam & scientiam per infusionem habuisse, sicut de Salomone legitur 3. *Reg.* 3. & 2. *Paralip.* 1. Dominus etiam discipulis suis dixit, Luc. 21. *Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere aduersarij vestri.* Sed hoc donum non datur quibuscunque, aut cum certa obseruatione, sed secundùm arbitrium Spiritus Sancti, secundùm illud 1. Cor. 12. *Alij quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundùm eundem Spiritum*; & postea subditur: *Hæc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult.*

Ad dæmones non pertinet illuminare.

Ad dæmones autem non pertinent illuminare intellectum; acquisitio autem scientiæ & sapientiæ fit per illuminationem inte[llect]us; & ideo nullus vnquam per dæmones scientiam acquisiuit: *nec potest acquirere. Ad dæmones inquam non pertinet illuminare intellectum: nam* lumen I secundùm quod ad intellectum pertinet, nihil est aliud, quàm quædam manifestatio veritatis, secundùm illud Ephes. 5. *Omne, quod manifestatur, lumen est*; vnde illuminare nihil aliud est, quàm manifestationem agnitæ veritatis alijs tradere: secundùm quem modum Apostolus dicit *ad Ephes.* 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio Sacramenti absconditi à seculis in Deo.

I *1. p. 106. 1. init. c. Ver. 9. 1. & 1 Cor. 13. l. 1. ibi, Angelorum.*

Quid lumen quoad intellectum.

Igitur illuminatio L propriè est manifestatio veritatis, secundùm quod habet ordinem ad Deum, qui illuminat omnem intellectum. Peruersitas autem dæmonum hoc habet, quòd vnus alium (*siue dæmonem siue hominem*) non intendit ordinare ad Deum, sed magis ab ordine diuino abducere. *Ex quo liquet, non posse dæmones ad alicujus scientiæ acquisitionem hominem illuminare; proinde nedum illicita ars notoria est, sed & inefficax. Et sic* dæmones M ea, quæ sciunt, hominibus manifestant: non tamen per illuminationem intellectus, sed per aliquam imaginariam visionem. *Et alibi.* Ea N quæ dæmones præcognoscunt, præ-

L *1. p. 109. 3. c. & locis cit.*

Illuminatio quoad eundem quid.

M *2. 2. 172. 5. ad 2.*

N *3. cont. G. c. 154.*

Digitized by Google

Manifestat demò aliquid homini: non per illuminationem intellectus, sed per imaginariam visionem.

prænunciant quidem, non mentem illustrando, sicut in reuelatione diuina: (non enim eorum intentio est, vt mens humana perficiatur ad veritatem cognoscendam, sed magis quòd à veritate auertatur:) prænunciant autem quandoque quidem secundùm imaginationis immutationem vel in dormiendo, sicut cum per somnia aliquorum futurorum indicia monstrant: siue etiam vigilando, sicut in arreptitijs & phreneticis patet, qui aliqua futura prænunciant: aliquando verò per aliqua exteriora indicia: *de quibus omnibus satis superiùs dictum est. Verumtamen* possent O dæmones, verbis hominibus colloquentes, exprimere aliqua scientiarum documenta: sed hoc non quæritur per artem notoriam. *Nec obest his, quæ dicta sunt, quod legitur* Dan. 1. *videlicet quòd pueris per decem dies abstinentibus* dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia: *consueuerunt enim notoriæ artis obseruantiæ fieri secundùm aliqua jejunia & abstinentias quasdam. Non obest, inquam: nam* pueri illi P non abstinebant secundùm vanam obseruantiam artis notoriæ, sed secundùm authoritatem legis diuinæ, nolentes inquinari cibis gentilium: & ideò merito obedientiæ consecuti sunt à Deo scientiam, *secundùm illud Psal.* 118. Super senes intellexi: quia mandata tua quæsiui. *Subdolè autem diabolus in arte notoria jejunia insinuat & abstinentias cum vana simul tot vel tot dierum obseruantia, quasi vellet mentem à corporalibus abstrahere ad faciliùs addiscendum.*

O 2. 2. 96. 1. & c. & 72. 1. ad 1.

T 2. 2. 96. 1. ad 2.

Obseruantia quoad corporum immutationem illicita, & vnde.
Q Ibid. 4. 2. c.

x *Quoad corporum verò immutationem, putà ad sanitatem, vel ad aliquid hujusmodi, obseruantiæ ordinatæ, illicitæ pariter redduntur.* Etenim in his Q quæ fiunt ad aliquos effectus particulares inducendos, considerandum est, vtrùm naturaliter videantur posse tales effectus causare: sic enim non erit illicitum. Licet enim causas naturales adhibere ad proprios effectus. Vnde si naturaliter non videantur posse tales effectus causare, consequens est, quòd nec adhibeantur ad hos effectus causandos tanquam causæ, sed solum quasi signa: & sic pertinent ad pacta significationum cum dæmonibus. Vnde *Augustinus* dicit *lib. 21. de Ciu. Dei:* Illiciuntur dęmones per creaturas, quas non ipsi, sed Deus condidit, delectabilibus pro sua diuersitate diuersis, non vt animalia cibis, sed vt spiritus signis, quę cujusque delectationi congruunt, per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum, rituum. *Vlteriùs:* In obseruationibus R hujus artis (*magicæ*) vtuntur quibusdam characteribus, & figuris determinatis: figura autem, nullius actionis principium est neque passionis: aliàs mathematica corpora essent actiua & passiua. Non ergo potest per figuras determinatas disponi materia ad aliquem naturalem effectum suscipiendum. Non ergo vtuntur figuris aliquibus quasi dispositionibus. Relinquitur ergo, quòd vtuntur eis solùm quasi signis. Signis autem non vtimur, nisi ad alios intelligentes. Habent ergo magicę artes efficaciam ab illo intelligente, ad quem sermo magi dirigitur. Hoc etiam demonstrat & ipsum nomen, quod talibus figuris imponunt, characteres eas dicentes: character enim signum est. In quo datur intelligi, quòd figuris hujusmodi non vtuntur, nisi vt signis, exhibitis alicui intellectuali naturę, *diabolo nimirùm. Generalis autem in hac materia, ne in peccatum labamur, regula sit.* Si simpliciter S adhibeantur res naturales ad aliquos effectus producendos, ad quos putantur naturalem habere virtutem: non est superstitiosum, vel illicitum. Si verò adjungantur vel characteres aliqui, vel aliqua nomina, vel alię quęcunque varię obseruationes, quę manifestum est naturaliter efficaciam non habere: erit superstitiosum & illicitum.

R 3. cont. G. c. 105. n. 3. & 5. & cap. 104. & 2. 2. l. c. ad 2.

S 2. 2. loc. cit. ad 1.
Regula in his tenenda, ne peccemus.

y *Sed non minùs superstitiosa redditur obseruantia, quæ ad prænoscenda fortunia ordinatur. Et eâdem quidem ratione illicita est. Siquidem* homines T hujusmodi obseruationes attendunt, non vt quasdam causas, sed vt signa quędam futurarum euentuum bonorum, vel malorum. Non obseruantur autem sicut signa à Deo tradita, cum non sint introducta ex authoritate diuina, sed magis ex vanitate humana, cooperante dęmonum malitia, qui nituntur animos hominum hujusmodi vanitatibus implicare. Et ideò manifestum est, omnes hujusmodi obseruationes esse superstitiosas & illicitas. Et videntur esse quędam reliquię idololatrię, secundùm quam obseruabantur auguria, & quidam dies fausti, vel infausti: quod quodammodo pertinet ad diuinationem, quę fit per astra, secundùm quę diuersificantur dies: (*vt Num. præced. visum est:*) *quod reprobat Apostolus ad Galat.* 4. Dies obseruatis & menses &c. *Vbi Author:* Ideò *inquit* cauendum est V fidelibus talia obseruare: sed nulla debet esse eis suspicio harum rerum: quia prosperè potest cedere quicquid sub Dei deuotione simpliciter agitur: *cujus dispositioni & infallibili prouidentiæ omnes humanæ actiones subijciuntur. Igitur,* quia X & humani actus, & exteriorum rerum motus prouidentię diuinę subduntur: quid vnicuique accidere debeat, ex diuina dispositione procedit, per quam quidam sui propositi debitum finem assequuntur; vnde Psalmista petebat: *Dirige me in veritate tua.* Et interdum etiam homines in aliquod bonum dispositione diuina inducuntur præter eorum propositum; vnde & Apostolus dicebat ad Ephes. 3. *Deus potens est omnia facere superabundanter, quàm petimus, aut intelligimus.* Similiter etiam ex diuina dispositione procedit, quòd homines deficiunt à suo proposito, secundùm illud Iob 5. *Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant.* Interdum etiam ex diuina dispositione dejiciuntur aliqui in aduersa, quę nec cauere potuerunt, secundùm illud Is. 23. *Ducent eam pedes sui longè ad peregrinandum. Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam?* Et postea subditur: *Dominus exercituum cogitauit hoc.* Et inde est, quòd dicitur Ier. 10. *Scio, Domine, quia non est hominis via ejus, nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos.* Ex his igitur patet, quòd humanarum rerum euentus non subduntur totaliter dispositioni humanæ, sed dispositioni diuinæ: ex qua contingit, quòd aliqui ad ampliora bona perueniunt, quàm excogitare potuissent, qui dicuntur bene fortunati: quidam verò ab his, quæ prudenter disponunt, deficiunt, & ad inordinata mala deueniunt, qui infortunati dicuntur. Et sic (*post pauca*) potest contingere, Deo faciente, vt humani actus talem sortiantur effectum, siue processum, qui competat exteriorum rerum euentibus. *Quo sensu dicitur* Prou. 16. *Sortes mittuntur in sinum: sed à Domino temperantur.* Sunt tamen (*subjicit Author*) quidam deceptores spiritus, qui quamuis, quantùm in ipsis est, dispositioni diuinæ renitantur: vtitur tamen Deus eis ad suæ dispositionis impletionem, sicut & malis hominibus vtitur ad implendum suæ propositum voluntatis, vt patet in tyrannis, quorum nequitia vsus est ad coronas martyribus fabricandas. Hujusmodi autem immundi & fallaces spiritus ambiunt honorem diuinitatis sibi ab hominibus deferendum: & ideò illis rebus se ingerunt, quæ ad Deum pertinere videntur, vt diuinitatis eis honor ab hominibus deceptis exhibeatur. *Quòd si aliquando, immò & plùries, à multis experientiâ compertum sit, juxta hujusmodi obseruationes aliquid boni vel mali euentus contigisse, vt in occursu hominis vel animalis, in auditu aliquorum verborum, in salis vel vini super mensam effusione, & hujusmodi: Dicendum ad hæc, & his consimilia, quòd* hoc Y quod à principio in istis obseruationibus aliquid veri homines experti sunt, hoc accidit

Obseruantia fortuniorum, vel infortuniorum nominùs illicita.
T 2. 2. 96. 3. c.

V Ad Gal. 4. l. 4. ibi, timeo.
Omnes humani actus & rerum motus, diuinæ subduntur prouidentiæ, ex qua omnis fortuna pendet humana.
X Op. 23. c. 4.

Dæmon in vanis his sese ingerit, vt sibi ab hominibus honor exhibeatur diuinitatis.
T 2. 2. 96. 3. ad 2.

Digitized by Google

Cur sæpe juxta vanas obseruationes succedant euentus.

accidit casu. Sed postmodum, cum homines incipiunt suum animum hujusmodi obseruantijs implicare, multa secundùm hujusmodi obseruationes eueniunt per deceptionem dæmonum, vt in his obseruationibus homines implicati, curiosiores fiant, & se magis inserant multiplicibus laqueis perniciosi erroris, vt *Augustinus* dicit 2. de Doctr. Christ.

Diuinorum verborum ad collum suspensio an licita.

Z *Ibid. a. 4. c. Opusc. 15. c. 5. Quol. 12. a. 13. & 3. sent. 6. c 105. & 1. Cor. 10. l. 7. f.*

2 *Quartò reuocatur in dubium, num licitum sit, sacra & diuina verba ad collum suspendere. Et Respondet Author, quòd* in omnibus Z incantationibus, vel scripturis suspensis, duo cauenda videntur. Primò quidem, quid sit quod profertur vel scribitur: quia, si est aliquid ad inuocationes dæmonum pertinens, manifestè est superstitiosum, & illicitum. Similiter etiam videtur esse cauendum, si contineat ignota nomina: ne sub illis aliquid illicitum lateat. Vnde *Chrysostomus* dicit super Matth. quòd *Pharisæorum magnificantium fimbrias suas exemplo, nunc multi aliqua nomina hebraica Angelorum confingunt, & scribunt, & alligant: quæ non intelligentibus metuenda videntur*. Est etiam cauendum, ne aliquid falsitatis contineat: quia sic ejus effectus non posset expectari à Deo, qui non est testis falsitatis. Deinde cauendum est secundò, ne cum verbis sacris contineantur aliqua vana, putà aliqui characteres inscripti præter signum Crucis. Aut si spes habeatur in modo scribendi aut ligandi, aut in quacunque hujusmodi vanitate, quæ ad diuinam reuerentiam non pertineat, quia hoc judicaretur superstitiosum: aliàs autem est licitum. Vnde in Decretis 16. q. 5. cap. Non liceat, *dicitur*: Nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales sunt, aliquas obseruationes, aut incantationes, licet attendere, nisi tantùm cum Symbolo diuino, aut Dominica oratione: vt tantùm Creator & Deus omnium adoretur & honoretur: *non diabolus, qui adhuc in his sæpè sæpiùs se ingerit, vt diuinitatis honorem ab hominibus accipiat. Dicit autem signanter Author*: præter signum Crucis; *quia sacrosanctam Crucem secum ferre, superstitiosum non est: est enim hæc, vt canit Ecclesia*, signum salutis, salus in periculis. *Vnde & Ezech. 9.* Illi A saluati sunt, in quorum frontibus scriptum erat *Thau*, quod est signum Crucis. *Characteres verò adijcere; vel talem magis, quàm alium, Crucium numerum apponere, sapere videtur superstitionem. Porrò diuina Euangelij verba ad collum suspendere, quamuis à* Chrysostomo *non planè videatur laudari, cum ait super Matth.* Vbi est virtus Euangelij? in figuris literarum, an in intellectu sensuum? Si in figuris: bene circa collum suspendis. Si in intellectu: ergo meliùs in corde posita prosunt, quàm circa collum suspensa. *Nihilominus eo ibi sensu* loquitur B Chrysostomus, quando respectus habetur magis ad figuras scriptas, quàm ad verborum intellectum. *Ad quod cohærenter inquit alibi Author*: Reprehendit C Chrysostomus illos, qui collo verba Euangelij suspendunt, cum virtus Euangelij non sit in figuris literarum, sed in fide. Non tamen damno illos, qui super se gerunt Euangelium ex deuotione: quia & B. Cæcilia *Euangelium Christi semper gerebat in pectore*: (*quamuis exponi etiam possit*, in pectore; *idest*, in corde, *per fidem*:) sine tamen aliqua additione vel verborum, vel characterum, vel cæterorum suspectorum. *Quocirca ad illud Rom. 1.* Non enim erubesco Euangelium: virtus enim Dei est in salutem omni credenti; *docemur, quòd præcipuè* Euangelium D salutem confert per fidem; quod designatur, cum dicitur: *in salutem omni credenti*. Quod fit tripliciter. Primò per prædicationem, Marc. vlt. *Prædicate Euangelium omni creaturæ: qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit*. Secundò per confessionem, Rom. 10. *Ore confessio fit ad salutem*. Tertiò per scripturam; vnde etiam verba Euangelij scripta virtutem salutiferam habent, sicut B. Barnabas infirmos curabat, Euangelium superponendo. Cauendæ sunt tamen superstitiones characterem; quia hoc est superstitiosum, *vt dictum est*. *Et quidem* eadem etiam E ratio est de portatione reliquiarum: quia si portentur ex fiducia Dei & Sanctorum, quorum sunt reliquiæ (*eos inuocando*) non erit illicitum. Si autem circa hoc attenderetur aliquid aliud vanum, putà quòd vas (*eas includens*) esset triangulare, aut aliquid aliud hujusmodi, quod non pertineret ad reuerentiam Dei & Sanctorum: esset superstitiosum & illicitum. *Et hoc est, quod ab initio docuerat Author, quòd* etiam proferre diuina verba, aut inuocare diuinum nomen, si respectus habeatur solùm ad Dei reuerentiam, à quo expectatur effectus: licitum erit. Si verò habeatur respectus ad aliquid aliud vanè obseruatum: illicitum erit.

A *Rom. 1. l. 6. sub init.*

Crucem simpliciter appédere, superstitiosum non est: sicut nec verba Euangelij, nisi in materialibus characteribus vis ponatur.

B *2. 2. 96. 4. ad 4.*

C *Quol. 12. a. 13. in c.*

Tripliciter Euangelium salutem confert per fidem.

D *Rom. 1. l. 6. ibi.*

E *2. 2. 96. 4. ad 3.*

Quid de Sanctorum reliquijs, aut alijs orationibus ad aliquos effectus consequendos.

a *Quòd si hac occasione quæras, an liceat per sacra verba incantare (vt ajunt) serpentes, & id genus animalia, ex illo Psal. 57.* Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas: quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter: *Et Ierem. 8.* Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio. *Respondet Author, quòd* etiam in incantationibus F serpentum, vel quorumcunque animalium, si respectus habeatur solùm ad verba sacra, & ad virtutem diuinam; non erit illicitum. Sed plerunque tales incantationes habent illicitas obseruantias, & per dæmones sortiuntur effectum, & præcipuè in serpentibus: quia serpens fuit primum dæmonis instrumentum ad hominem decipiendum. *Secundò quæres: cur vt plurimùm in conjugibus, & ad actum carnalem fiant per dæmones maleficia? Et dicendum, quòd* quia G corruptio peccati prima, per quam homo seruus factus est diaboli, in nos per actum generantem deuenit; ideo maleficij potestas permittitur diabolo à Deo in hoc actu magis, quàm in alijs: sicut in serpentibus magis ostenditur virtus maleficorum (vt dicitur) quàm in alijs animalibus, quia per serpentem diabolus mulierem tentauit. *Hoc autem interest discrimen inter frigidum, & maleficiatum: quòd* frigidus H est impotens simpliciter quantùm ad omnes: maleficiatus verò fit quidem impotens; non tamen quoad omnes, sed quoad vnam tantùm: nam maleficium consistit in imaginatione viri respectu vnius mulieris, in quantùm scilicet operatione dæmonis fit illi abominatio alicujus mulieris, quam propter horrorem refugit & respuit. Vnde frigiditas soluit matrimonium contractum, & impedit contrahendum: maleficium verò soluit contractum, sed non dirimit, *siue impedit*, contrahendum. *Soluit inquam, si impedimentum matrimonium præcedat, & perpetuum sit; & ad hoc ab Ecclesia triennium pro experientia præfigitur. Secus autem est, si consummato superueniat matrimonio: tunc enim non soluit. Vide* I.

An licita serpentum incantatio.

F *Ibid. ad 2. & Ps. 13. lit. c.*

Serpens, primum diaboli instrumentum ad nos decipiendum.

G *4. d. 34. 1. 3. ad 1.*

Cur maleficium magis exerceatur ad actum carnalem, quàm ad alios.

H *Quol. 11. a. 11. c. & a. 10. In 4. l. c. in corp. & ad 4.*

In quo tale maleficium consistat.

b *Illud in calce pro tota hac materia generaliter obseruandum* L *quòd* quicquid aliquam certam causam potest habere vel naturalem, vel humanam, vel diuinam, superstitiosum non est: sed solùm id nugatorium dicitur & superstitiosum, quod certam habere non potest causam. Et hoc ad societatem dęmonum pertinet, qui talibus rebus efficaciam aliquando prestant, vt vanitatibus animos hominum implicent: (quia *nimirùm* dęmones M ingerunt se vanis inquisitionibus futurorum:) Vnde dicitur *in Psal. 39.* Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus: & non respexit in vanitates, & insanias falsas. *Cujus est nomen Domini spes ejus; idest* N cujus spes est inuocatio nominis Domini, *non dæmonis, siue tacitè, siue expressè, per superstitiosas diuinationes vanasque obseruantias; ex quo subditur*: & non respexit in vanitates & insanias falsas; *idest*, culturas idolorum, & *dæmonum*: quę falsę sunt, quia in falsitate, & non super virtutem diui-

I *Locis cit. in 4. a. 2. & 1. c. & Quol. 11. a. 10. & 11. c.*

L *Op. 15. c. 5. circ. med.*

Quid generaliter sit, vel non sit, superstitiosum, & vanum.

M *2. 2. 95. 2. c.*

In Deo, non in dæmone, omnis nostra fundetur spes, & bona fortuna.

N *Ps. 39. lit. k.*

diuinam fundatę. Ad has pertinent omnes vanę & noxię superstitiones, sicut necromantia, diuinationes, auguria: *& quæcunque, his similia, vana adinuenit superstitio. In Deo igitur, & in solo ejus nomine, & virtute, omnis humana locetur fiducia: nam Eccli.* 32. Qui confidit in illo, non minorabitur; *sed eò erit felicior, quò magis in illo sperabit*: quia nullus *Eccli.*2. sperauit in Domino, & confusus est. *Quid autem speret qui confidit in diabolo? mala vtique omnia, quæ diuina secum fert maledictio, & odium: quod sanè sibi promeretur quicumque per superstitiosa hæc opera socius fit dæmoniorum, juxta illud Psal.* 30. Odisti obseruantes vanitates superuacuè. *Vanitates;* idest O auguria, vel somnia, vel pacta dæmonum: & tales *hæc obseruantes* odiuntur à Deo, quia sacrilegi & idololatræ. *Addit autem*, superuacuè: *nimirùm*, quia deficiunt, *scilicet in effectibus suis: nam dæmones sunt in promissis mendaces: & quia cuncta hæc, vana sunt &* vacua *tum veritate tum fructu. Monet autem, & pressè, Sapiens Eccli.* 12. Non credas inimico tuo in æternum, *qualis est diabolus. DISCE in operibus tuis, non dæmonem, sed custodem Angelum, directorem habere. Vide, vt suprà.*

Superstitiosi & malefici odiuntur à Deo.

O *Ps.*30. *lit. d.*

DIVITIÆ, DIVES.

XXVI. Ex affectu aggregandi pecunias, incidit homo in multa peccata. 2. 2. 186. *3. ad 2.*

Stultè beatitudo in diuitijs ponitur.

P *Matth.* 5. *lit. b. ibi*, beati pauperes.

Ratio adducitur.

Q 1. 2. 2. 1. *c. Opusc.* 3. *c.* 108. *Op.* 20. *l.* 1. *c.* 8. *& Matth. loc. cit. Iob* 27. *l.* 1.

Duplices diuitiæ, naturales & artificiales.

c STultè *putarunt aliqui, quòd solis in diuitijs, siue* in affluentia P temporalium beatitudo consistat, secundùm illud *Psal.* 143. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: *quod vt falsum reprobat Psaltes, cum immediatè subijcit:* Beatus populus, cujus Dominus Deus ejus; *non mammona: quia* nemo potest duobus dominis seruire, *vt dicitur* Matth.6. *Et quidem* impossibile est Q beatitudinem hominis in diuitijs consistere. Sunt enim duplices diuitiæ *ex* 1. *Polit.* scilicet naturales, & artificiales. Naturales quidem diuitiæ sunt, quibus homini subuenitur ad defectus naturales tollendos: sicut cibus & potus, vestimenta, vehicula, habitacula, & hujusmodi. Diuitiæ artificiales sunt, quibus secundùm se natura non juuatur, vt denarij; sed ars humana eos adinuenit propter facilitatem commutationis, vt sint quasi mensura rerum venalium. Manifestum est autem, quòd in diuitijs naturalibus beatitudo hominis esse non potest: quæruntur enim hujusmodi diuitiæ ad sustentandam naturam hominis; & ideò non possunt esse vltimus finis, sed magis ordinantur ad hominem, sicut ad finem: vnde in ordine naturæ omnia hujusmodi sunt infra hominem, & propter hominem facta, secundùm illud Psalm. 8. *Omnia subjecisti sub pedibus ejus*. Diuitiæ autem artificiales non quæruntur, nisi propter naturales: non enim quærerentur, nisi quia per eas emuntur res ad vsum vitæ necessariæ; vnde multò minùs habent rationem vltimi finis. Impossibile est igitur, beatitudinem quæ est vltimus finis hominis, in diuitijs esse. *Idque vel ex eo liquet, quòd appetitum non tollunt, sed immò in infinitum augent cum anxietate, quam penitus excludit beatitudo, cujus est proprium, desiderium quietare, juxta illud Psal.* 16. Satiabor, cùm apparuerit gloria tua. *Quocirca docemur, quòd* appetitus R diuitiarum artificialium est infinitus, quia deseruit concupiscentiæ inordinatæ, quæ non modificatur, vt patet per Philos. in 1. Polit. *Hinc* qui sitim cupiditatis S diuitijs vult extinguere, similis est illi, qui sitim corporalem aquà salsà vellet extinguere. Aqua enim salsa, in quantùm aqua, habet sitim sedare; in quantùm salsa, prouocare. Sic diuitiæ, in quantùm aliquem defectum supplent, ad sedandam cupiditatem valent: in quantùm verò multos defectus secum afferunt, eam prouocant.

R 1. 2. *l. c. ad* 2. *& q.* 30. 4. *ff. c.*

Appetitus diuitiarum artificialium infinitus.

S *Op. de er. Pr. l.* 1. *c.* 9.

Salsæ aquæ dicuntur diuitiæ, augentes sitim, non restinguentes.

d *Præfatam autem concupiscentiæ inordinationem consequuntur veluti necessariò plurima, ne dicam, omnis generis peccata. Ex quo illud Iac.* 5. Agite nunc diuites &c. *exponitur:* diuites T in pecunia & in peccatis: hujusmodi enim diuitiæ de facili sese concomitantur. *Quod & ipse Dominus innuit* Matth. 6. *cum ait*: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur. *Hoc enim* mysticè V exponitur. Ærugo apparet, tinea latet. Vnde per æruginem peccata corporalia, per tineam spiritualia, per fures dæmones significantur. *Quæ cuncta ex diuitijs. Eapropter* à Cain X incepit Ecclesia malignantium, sicut Ecclesia catholica ab Abel. Et rectè à Cain incepit Ecclesia malorum, & Ecclesia bonorum ab Abel: Cain enim *possessio;* Abel interpretatur *nihil hoc*. Quia scilicet malorum Ecclesia surgit & fundatur super diuitias: bonorum verò ex paupertate surgit, & super paupertatem fundatur. Ecclesia malignantium terminatur in Antichristum diuitem, qui est vltimum caput Ecclesiæ malorum: Ecclesia bonorum terminatur in Christum pauperem, qui est vltimum caput Ecclesiæ bonorum. *Inter peccata verò primatum superbia tenet*. Abundantia *autem* diuitiarum Y est superbiendi occasio; *idcircò, postquam Psaltes* Psalm.72. *de diuitum prosperitate præmiserat:* in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur; *immediatè subijcit:* ideò tenuit eos superbia. *Et Apoc.* 12. *de Satana malorum capite dicitur, quòd habebat* capita septem, & cornua decem: *idest*, opulentiam Z & potentiam, quæ dicuntur *cornua*, quia per hæc eleuantur homines in superbiam; vnde Is.7. dicitur: *Requieuit Syria super Ephraim*; idest, superbia super opulentiam; & Apostolus 1. Tim. 6. *Diuitibus hujus seculi præcipe, non sublimè sapere;* Et Psalm. 72. *Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum*. Dicuntur autem *decem:* quia propter hæc Decalogus impugnatur, & propter illa despicitur. Vnde Habac. 1. *Congregabit quasi arenam captiuitatem: & ipse de regibus triumphabit: & tyranni ridiculi ejus erunt: ipse super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam*. Aggerem vocat Propheta diuitias seculares & honores, quibus diabolus Ecclesiam capere intendit, & cepit jam ex magna parte, quia earum amore peruertitur æquitas, relinquitur veritas, & dominatur falsitas. Vnde Ose. 4. *Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt: & sanguis sanguinem tetigit*, scilicet peccatum superbiæ peccatum auaritiæ, *ceu quæ magnam inter se affinitatem habent. Sanè, sicut* radix omnium malorum est cupiditas, 1. *Tim* 6. *Ita* initium omnis peccati est superbia, *Eccli.* 10. Dicitur autem A cupiditas *radix*, & superbia *initium*: quia omnia peccata consistunt in appetitu; & ideò origo peccatorum est secundùm originem appetibilium: origo enim appetibilium procedit ex fine. Et ideò quantò aliquod peccatum habet finem magis desiderabilem, tantò est pejus. Finis autem alicujus peccati est desiderabilis propter duo: scilicet propter se ipsum; & hæc est excellentia, quia ad hoc homo bonum illud vult, vt excellat. Et hæc est superbia: & ideò superbia est *initium* omnium peccatorum. Item propter aliud, quòd ad omnia valet: & hujusmodi sunt diuitiæ, quia per hoc homines credunt se habere omnia. Et ex ista parte auaritia est *radix* omnium malorum. *Ex his autem duobus peccatis* oriuntur B quædam specialia vitia; sed & interdum ex eis omnia vitia possunt oriri, & frequentiùs ex aliquo eorum oriuntur omnia, quàm ex quouis alio vitio. Cujus ratio est communitas objectorum ipsorum: quia objectum

T *Iac.* 5. *ibi.*

V *Matth.* 6. *lit. e. ibi.*

A' Cain Ecclesia malorum: ab Abel Ecclesia bonorum: & cur.

X *Apoc.* 13. *com.* 2. *ibi*, capita septem.

Hæc super paupertatem, illa super diuitias fundatur.

Ex appetitu diuitiarum plurima peccata, & primò superbia.

Y 1. p. 40. 3. *ad* 1. *&* 1. 2. 87. 7. *ad* 2.

Z *Apoc* 12. *com.* 1. *ibi.*

A 1. *Tim.* 6. *l.* 1. *ibi.*

Cur cupiditas *radix*, & superbia *initium* dicatur omnis peccati.

B 2. *d.* 42. 2. 3. *ad* 1. *Ma.* 8. 1. *c. & q.* 13. *a.* 3.

Ex superbia & cupiditate, omnia vitia.

ctum auaritiæ, scilicet pecunia, promittit sufficientiam in omnibus, quæ sunt homini necessaria; & ideò facillimè affectus inclinatur in hoc. Similiter etiam excellentia, quæ est objectum superbiæ, videtur esse magis propinquum bonum ipsi homini, & ideò appetitus facilè inclinatur in illam; & etiam magis, quàm in auaritiam, quia pecuniam nullus diligit, nisi propter aliud, quod ex ea consequi intendit, vt dicitur *in* 1. *Ethic.* sed excellentia est quoddam propter se desideratum.

Pauperes à diuitibus deridentur.

e *Ex hac verò superbia prouenit, quòd diuites irrident plerunque justorum pauperum statum, contra illud Eccli.*7. Ne irrideas hominem in amaritudine animæ. *Vnde Iob* 12. Deridetur justi simplicitas; lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. *Vbi Author*: Derideri C deficientis est, deridere autem superabundantis. Vnde qui in temporalibus abundant, maximè solent irridere eos, qui in temporalibus deficiunt: & præcipuè, quando studium non adhibent ad temporalia conquirenda. Studium autem justorum non est ad temporalia conquirenda, sed ad rectitudinem sectandam; vnde à fraudibus & dolis abstinent, quibus plerunque (*nota*) diuitiæ acquiruntur: & ex hoc simplices reputantur.

C Iob 12. l. 1. ibi.

Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quàm quòd ridiculos homines facit:

canebat ille Fraudibus *inquam* & dolis plerunque diuitiæ acquiruntur; *Ier.*5. Sicut decipula plena auibus: sic domus eorum plenæ dolo; ideò magnificati sunt & ditati: incrassati sunt, & impinguati. *Quod tangitur & Apoc.*18. Mercatores terræ de virtute deliciarum ejus (*Babylonis*) diuites facti sunt. *Mercatores dicit, quippe* qui D animas suas diabolo vendunt inhiando lucro temporalium; vnde sequitur, *terræ*; idest, inhiantes terrenis: *diuites facti sunt*; ad literam, diuitijs vanis: *de virtute deliciarum ejus*; idest, de peccatis, quæ Babylon (*hoc est, congregatio malorum*) reputat habere virtutem & efficaciam ad felicitatem, quam in Mundo constituit: quæ etiam peccata reputat delicias; & per multa genera peccatorum, quæ delectabilia videntur, fiunt multi diuites. Ex quo patet periculum acquirendi diuitias, quia per peccatum sæpè aggregantur, *Eccli.*11. Si diues fueris, non eris immunis à delicto; *videlicet mendacij, perjurij, fraudis, & ejusmodi: sunt enim* frequentia E negociatorum vitia, quia difficulter exuitur negociator à peccatis labiorum, vt dicitur Eccli.26. *sed & ab operum fraudulentia & iniquitate: contra quos Dominus Mich.* 6. Nunquid justificabo stateram impiam, & saccelli pondera dolosa? In quibus diuites ejus repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum. *Fraudulenta inquam lingua, simulque non rarò blasphema: diuites namque, si vnquam laudant, nonnisi in prosperitate laudant Deum & benedicunt, juxta illud Psal.*48. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei; *idest*, laudabit te F cum dederis sibi bona temporalia, quæ amat: *in qualibet autem vel minima aduersitate* ponentes in Cœlum os suum, *excandescentes blasphemant. Profectò impij vt plurimùm & peccatores, diuites sunt*, *Psal* 72. Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. *Et Prou.*28. Qui festinat ditari, non erit innocens. *Quod &* Psal.48. cit. *innuere videtur Psaltes, cum ait*: Ne timueris, cum diues factus fuerit homo. *Vbi docemur, quòd non casu dicit*, homo. Homo enim G constat ex duplici natura, scilicet animali, & rationali. Et quandoque sumitur pro vna, quandoque pro alia. Hic sumitur pro animalitate. q. d. Si homo animalis diues factus fuerit: tales enim sæpè ditantur, *Iob* 21. Quare impij viuunt, sublimati sunt, confortatique diuitijs? *Sic* Luc.16. *dicitur* Homo quidam (*non vir*) erat diues; *at quà animalis, non quà rationalis*. Animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei, 1. *Cor.* 2. *Sed ea solummodo, quæ Mundi sunt, quomodo ditior fiat siue justè, siue injustè.*

Negociatorum frequentia peccata ex lucri cupiditate.

D Apoc. 18. com. 1. ibi.

E 2. 2. 77. 4. ad 3.

F Ps. 48. lit. k.

Impij vt plurimùm & peccatores, diuites sunt.

G Ps. eod. lit. i.

Diuitum in pauperes violentia.

f *Hinc sequitur, ad multiplicanda peccata, in pauperes violentia, Psal.*9. Insidiatur, vt rapiat pauperem, rapere pauperem, dum attrahit eum. *Vt rapiat pauperem*; idest H bona pauperis, per violentiam & fraudulentiam: & subdit modum rapinæ, *rapere pauperem, dum attrahit eum*, alliciendo promissis, vel fraudulentia, vel violentia. *Id quod clarè satis legimus Iob* 22. Abstulisti pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos spoliasti vestibus. Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem. In fortitudine brachij tui possidebas terram, & potentissimus obtinebas eam. Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti. *Et cap.*24. Alij terminos transtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos. Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem viduæ. Subuerterunt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ. *Nec in abscondito tantùm*, insidiatur vt rapiat pauperem *fraudulenter diues, sed & manifestè per violentiam, latronis instar, prædando; vnde & diuitum domicilia dicuntur* Iob 12. *prædonum tabernacula*: abundant tabernacula prædonum: *quia videlicet*, ex quo I finem suum in diuitijs ponunt, omnes vias exquirunt adhunc finem vltimum consequendum, vel fraudando, vel quocunque alio modo; & sic efficiuntur prædones: & dum prædantur, diuitijs abundant: *indebita proinde & violenta* temporalium L acquisitio deprædationi assimilatur. *Hinc* Eccli. 3. *bene dicitur*: Quæ pars diuiti ad pauperem? Venatio leonis onager in eremo: sic & pascua diuitum sunt pauperes. *Tales sanè describuntur cit.* Iob 24. *cum dicitur*: Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum: vigilantes ad prædam, præparant panem liberis. Agrum non suum demetunt: & vineam ejus, quem vi oppresserint, vindemiant. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes &c. *Vbi Author*: Sunt M quidam, *inquit*, qui non fraudulenter, sed per manifestam violentiam alijs nocent; qui ad mala facienda prorumpunt, quasi nulla disciplina legis contineantur, de quibus subdit: *Alij, quasi onagri in deserto*; idest, asini syluestres, qui hominum seruituti non subsunt, *egrediuntur ad opus suum*; idest, ad latrocinium: cui quasi proprio operi, sollicitè intendunt; vnde subdit: *vigilantes ad prædam*, scilicet diripiendam, *præparant panem liberis*, scilicet suis ex præda direpta. *Agrum non suum demetunt*, scilicet per violentiam messes alienas colligentes, *& vineam ejus, quem vi oppresserint, vindemiant*: quia scilicet priùs aliquem opprimunt adhoc, quòd ejus bona liberiùs rapiant. Nec solùm exteriora bona per violentiam abstrahunt, sed etiam ea, quæ jam sunt ad vsum corporis fouendi assumpta; vnde subdit: *Nudos dimittunt homines*; idest, nihil eis relinquunt, indumenta tollentes. *Hanc autem potentiam & violentiam in proprijs fundant diuitijs, Prou.*10. Substantia diuitis, vrbs fortitudinis ejus. *Contra quos minatur Dominus Is.*5. Væ qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci: (*scilicet* vsque N ad viam publicam:) nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? In auribus meis sunt hæc, dicit Dominus exercituum: qui *scilicet* potest vos punire, *certòque puniet. His consonat quod habetur & Ier.*22. Væ qui ædificat domum suam in injustitia, & cœnacula sua non in judicio: amicum suum opprimet frustrà, & mercedem ejus non reddet ei. *Merces autem operario negata, manifesta deprædatio est, & vsurpatio violenta. At væ diuitibus mercedem fraudantibus! Iac.*5. Ecce merces operariorum vestrorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat. *Quæ*

frau-

H Ps. 9. lit. n. & Matth. 20. lit. b. ibi, dominantur.

I Iob 12. l. 1. ibi.

Diuites, prædones.

L Iob 17. l. 1. ibi, prædam.

M Iob 24. l. 1. ibi.

N Is. 5. ibi.

Væ mercedem fraudantibus.

Digitized by Google

O Iac.5.ibi.

fraudata est à vobis, scilicet O non reddendo, vel diminuendo, vel differendo reddere: *clamat*, idest, facit clamare pauperes, & conqueri; vel quia est materia clamoris, siue accusationis: in quo magnitudo peccati notatur. Vnde Eccli. 34. *Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt*. (*Et priùs*: Panis egentium, vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. *Hinc mercedis fraudatio, non secus ac homicidium, inter peccata vindictam ad Deum clamantia annumeratur; & ideò dicit*, clamat.) Dicit autem, *merces clamat*, non pauper: quia aliquando contingit, quòd pauper non audet præ timore diuitis. Nec talis clamor caret effectu; vnde subditur: *Et clamor eorum*, operariorum defraudatorum, *in aures Domini Sabaoth*, idest exercituum, hominum & Angelorum, qui potest vindicare & vult, *introiuit*: quod dicit ad terrorem diuitum, vt sciant, Deum esse tutorem & defensorem pauperum; *Psal.9.* Tibi derelictus est pauper; *& Psal.21.* Non spreuit Dominus neque despexit deprecationem pauperis. *Et hac de causa* Leuit. 11. *quasdam vetabantur judæi aues in sacrificium offerre*. *Nam* in

P 1.2. 101.6. ad 1.

Diuites quibusdam auibus comparantur, quæ vetabantur in sacrificium offerri Leu.11.

Grypho P qui equis & hominibus infestus est, crudelitas potentum prohibetur. In Haliæeto, qui pascitur minutis auibus, significantur illi, qui sunt pauperibus molesti. In Miluo, qui maximè insidijs vtitur, designantur fraudulenti. In Vulture, qui sequitur exercitum, expectans comedere cadauera mortuorum, significantur illi, qui mortes & seditiones hominum affectant, vt inde lucrentur. Accipiter, qui deseruit hominibus ad prædam, significat eos, qui ministrant potentibus ad deprædandum pauperes. Cygnus est coloris candidi, & longum collum habet, qui ex profunditate terræ vel aquæ cibum trahit: & potest significare homines, qui per exteriorem justitiæ candorem (*quales sunt hypocritæ*) lucra terrena quærunt. Onocrotalus auis est in partibus Orientis lungo rostro: quę in faucibus habet quosdam folliculos, in quibus primò cibum reponit, & post horam in ventrem mittit: & significat auaros, qui immoderata solicitudine necessaria vitę congregant. *Hisce auibus comparantur diuites peccatores, à quorum conuictu, & consortio multiplici ex capite cauendum, juxta Sapientis monitum Eccli.13.* Ditiori te ne socius fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim se colliserit, confringetur. Diues injustè egit, & fremet: pauper autem læsus tacebit: (*vtique præ timore*, *Prou.10.* Pauor pauperum, egestas eorum.) Si largitus fueris, assumet te: & si non habueris, derelinquet te. Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te: & ipse non dolebit super te.

Multipliciter peccat homo in diuitijs.

Q Serm.ex Ep. Dom.18. post Pent.

g *Sanè in diuitijs, & propter diuitias multipliciter peccatur.* Quatuor Q modis (*inquit Author*) peccat homo in diuitijs. Primò injustè acquirendo, Prou. 28. *Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas*. Secundò auarè possidendo, Eccle.5. *Diuitiæ conseruatæ in malum*, idest in periculum, *domini sui: pereunt enim in afflictione pessima*. Tertiò malè expendendo, Prou.31. *Ne dederis mulieribus*, scilicet corruptionibus vitiorum, *substantiam suam*, vel *tuam*, scilicet corpus & diuitias temporalium rerum; Luc. 15. *Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè*. Quartò in eis confidendo, & de eis superbiendo, Prou.11. *Qui confidit in diuitijs suis, corruet*; *& 1. Tim.6.* Diuitibus hujus seculi præcipe non sublimè sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. *Et in oratione Dominica ad ea verba*: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie; *notat Author*, *quòd Dominus* docuit R nos vitare quinque peccata, quæ consueuerunt contingere ex desiderio rerum temporalium. Primum peccatum est, quòd homo per immoderatum appetitum petit ea, quæ statum & conditionem ejus excedunt, non contentus his, quæ decent eum. Hoc autem docuit nos vitare, docens, nos petere *panem* tantùm; idest, necessaria ad præsentem vitam secundùm conditionem vniuscujusque, 1. Tim.6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus*. Secundum vitium est, quòd aliqui in acquisitione rerum temporalium alios molestant & defraudant. Hoc vitium est adeò periculosum, quo est difficile bona ablata restitui; non enim dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, *secundùm Augustinum*. Quod quidem vitium docuit nos vitare, docens nos petere *panem nostrum*, non alienum: raptores enim non comedunt panem suum, sed alienum. Tertium est superflua solicitudo. Aliqui enim sunt, qui nunquam sunt contenti de eo, quod habent, sed semper plus volunt: quod quidem immoderatum est, quia desiderium debet moderari secundùm necessitatem, Prou. 30. *Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantùm victui meo necessaria*. Et hoc monet nos vitare, dicens: *panem nostrum quotidianum*; idest, vnius diei, vel vnius temporis. Quartum vitium est immoderata voracitas. Sunt enim aliqui, qui tantum volunt consumere vno die, quod sufficeret pluribus diebus: & isti petunt non *panem quotidianum*, sed decem dierum; & ex hoc contingit, quòd omnia consumunt, Prou. 23. *Vacantes potibus & dantes symbola, consumentur*. Quintum vitium est ingratitudo. Nam, cum aliquis ex diuitijs superbit, & non recognoscit à Deo ea quæ habet, hoc est valdè malum: quia omnia quæ habemus siue spiritualia siue temporalia, à Deo sunt, 1. Par. 29. *Omnia tua sunt, quæ de manu tua accepimus*. Ideò ad remouendum hoc vitium, dicit: *Da nobis*, & *panem nostrum*: vt sciamus, quòd omnia nostra à Deo sunt. *Præfata autem cuncta paucis restringit Author ad ea Apostoli verba Hebr.13.* Sint mores sine auaritia; *cum ait*: Prohibet S Apostolus cupiditatem bonorum exteriorum: circa quæ contingit peccare duobus modis. Vno modo per tenacitatem, alio modo per cupiditatem. Cum verò dicit, *contenti præsentibus*, excludit causam auaritiæ, scilicet solicitudinem, *Matth.6.* Nolite soliciti esse &c.

R Op.7. Pet.4. Quinque peccata ex appetitu diuitiarum

S Hebr.13.l.1. ibi.

h *Ex quo autem multipliciter in diuitijs peccatur, jure optimo mammona iniquitatis appellantur*, *Luc.16.* Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. (Mammona *ex Hieronymo* sermone Syriaco diuitiæ nuncupantur.) *Siquidem* peccata T quæ sunt in nocumentum proximi, vt furtum, homicidium, & hujusmodi, propriè iniquitates dicuntur: quia æquitati justitiæ, quæ est ad alterum, contrariantur: *In quo potissimùm peccant diuites auari: vnde & Psalm.61. monentur*: Nolite sperare in iniquitate, & diuitias nolite concupiscere: *quæ nimirum sine iniquitate non coaceruantur*. *Et alibi docemur, quòd* omnes V diuitiæ *iniquitatis* dicuntur: quia non sunt istæ diuitiæ, *secundùm Augustinum*, nisi in iniquis, qui in eis spem constituunt. Vel, *secundùm Ambrosium*, Dominus *iniquum mammona* dixit: quia varijs diuitiarum illecebris nostros tentant affectus. Vel quia in pluribus prædecessoribus, quibus patrimonio succedis, aliquis reperitur, qui injustè vsurpauit aliena, quamuis tu nescias, vt *Basilius* dicit. (Vel omnes diuitiæ dicuntur *iniquitatis*, idest inæqualitatis: quia non æqualiter sunt omnibus distributæ, vno egente, & alio superabundante.) *Quò facit illud Apoc.18. superiùs cit.* Et mercatores terræ de virtute deliciarum ejus diuites facti sunt; *idest* de peccatis X per quæ acquiruntur diuitiæ: quia omnis diues iniquus, vel habens iniquitatem, *ex parentibus saltem, & majoribus, Eccli.11.* Si diues fueris, non eris immunis à delicto. *Vnde & Psal.48. dicitur*: Introibit (*diues*) vsque in progenies Patrum suorum. *Introibit*, scilicet Y peccator sic diues, & quem laudant omnes,

T Iob 13.l.8. ibi, iniquitates, & c. 31.l.1. Quænam peccata, iniquitates dicantur.

Cur diuitiæ, mammona iniquitatis dicantur.

V 2. 2. 31. 7. ad 1. In 4. d. 15. 2. 4. q. 2. ad 1.

Diues aut iniquus est, aut ex iniquis.

X Apoc. 18. com. 2. ibi.

Y Ps. 48.8.

Digitized by Google

nes, dum bene est ei, *introibit* dico *vsque in progenies Patrum suorum*, scilicet per imitationem, dum omnia mala, quæ tota sua progenies fecit, ipse operatur. Vel, *introibit vsque in progenies Patrum suorum*, quia Patres sui impij sunt in Inferno: & iste ibit illuc. *De his exponi potest illud Eccli.*41. De patre impio queruntur filij: quoniam propter illum sunt in opprobrio: (Dan.12. *Euigilabunt alij in vitam æternam, & alij in opprobrium:*) Et, si nati fueritis, in maledictione nascemini: &, si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra; *Matth.*25. Ite maledicti in ignem æternum. *Sed & peccant quandoque auari diuites prodigendo: quod non minùs, quàm auaritia, vitium sonat; neque enim ex virtute liberalitatis dant in bonum, sed superfluè erogant & in malum. De quibus* Philosophus Z in 4. Ethic. ait: *Dationes eorum non sunt bonæ, neque boni gratiâ, neque secundùm quod oportet.* Sed quandoque dant multa illis, quos oporteret pauperes esse, sicut histrionibus & adulatoribus: bonis autem nihil dant. *Nil prorsus in opera pietatis expendunt: plùs quàm par est, immò totum quandoque, in opera carnis profundunt. Quos ideò arguit Apostolus* Iac. 5. *cum ait:* Epulati estis (*diuites*) super terram, & in luxurijs vestris enutristis corda vestra. *Quasi diceret:* Non tantum A peccastis *ex glossa* superfluè congregando, aliena rapiendo, sed etiam superfluè expendendo. Vnde dicit: *Epulati estis super terram*: idest, super exigentiam carnis, quæ est de terra, non scilicet ad necessitatem, sed ad voluptatem: *& in luxurijs enutristis*; idest, extra mensuram nutristis, *corda vestra*; idest, satiastis, implendo scilicet desideria cordium vestrorum: *vti* Luc. 16. *diues ille faciebat, qui* epulabatur quotidie splendidè; *nec tamen Lazaro pauperi vel panis micas patiebatur erogari.* Valdè B fatuum est (*hanc ad rem inquit Author*) & peruersum, pascere oculos Mundi de hoc, quod subtrahitur in pauperibus famelico ori Dei: *siquidem* Quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis, *ait Dominus* Matth. c.25.

Peccant diuites & vitio prodigalitatis.

Z 2.2.119.a. ad 2.

Et superfluè expendendo in comessationibus & luxurijs: in pietatis operibus tenacissimi.

A Iac.5. ibi.

B Op. de er. Pr. l.3.c.24.

1 *Verùm hisce in culpis pedem fixisse, diuiti auaro satis non est: sed ex his ad impietatem vsque progreditur, & ad infidelitatem. Idcircò petebat à Domino Salomon* Prou.30 Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi. *Et de his immediatè subjicit:* ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis est Dominus? *Cui consonat Apostolus* 1. *ad Tim.*6. Radix omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt à fide. *Quod exponens Author:* Cujus *inquit* ratio C est: quia per sanam doctrinam fidei prohibentur multa illicita lucra, à quibus desistere nolunt; & inueniunt sibi aliam doctrinam (*notent Confessarij*) vbi eis sit spes salutis. Et hoc specialiter faciunt vsurarij; *subtiliores pro lucris faciendis, quàm acutissimi metaphysici. Hinc diues auarus, idololatra ab eodem Apostolo dicitur Ephes.*5. Scitote quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) &c. *Quandoquidem* idololatria D est, quando honor soli Deo debitus, impenditur creaturæ. Deo autem dupliciter honor debetur: scilicet, vt in eo finem nostrum constituamus, & vt in eo fiduciam nostram finaliter ponamus. Ergo qui hoc in creaturis ponit, reus est idololatriæ. Hoc autem facit auarus, qui finem suum in re creata ponit, & etiam totam suam fiduciam, Ose. 8. *Argentum suum, & aurum suum fecerunt sibi idola.* (Et Iob 31. *Si obrizo dixi: fiducia mea*; scilicet E tu es.) Et quamuis in alijs peccatis ponat homo finem suum in creatura, cui amore inhæret: non tamen dicitur omnis peccator idololatra. Idololatrare enim est aliquid exteriùs indebitè colere. Nunc autem in alijs peccatis ponitur finis in interioribus quasi in propria exaltatione. Sed qui ponit finem in diuitijs, ponit in eis finem, vt in re exteriori, sicut idololatra. *Et hi quidem describuntur* Is.2. *cum dicitur:* Repleta est terra argento & auro: & non est finis thesaurorum ejus. Et repleta est terra ejus idolis. Et incuruauit se homo, & humiliatus est vir. *Repleta est terra argento & auro.* Hic F ponit idololatriæ occasionem, quæ est auaritia. *Repleta est*: in quo notatur abundantia rerum. *Et non est finis &c.* In quo notatur insatiabilitas auari, qui *non implebitur pecunia*, vt dicitur Eccle.5. *Et repleta est terra ejus idolis* (*consequenter ad prædicta*) hic arguit in eis idololatriæ culturam. *Et incuruauit se*, supponendo se idolis (*Is.*44. Curuatur ante illud, & adorat illud, & obsecrat, dicens: Libera me, quia Deus meus es tu:) *homo*, qui scilicet ad imaginem Dei factus est: *& humiliatus est*, quia *Psal.*40. cum in honore esset, non intellexit &c. *vir*, qui virtuosus videbatur quantùm ad acquisita. *Sicque de Iudæis tunc, nunc verò de Christianis auaris diuitibus potest dici quod legitur* 4. *Reg.*17. Et cum Dominum colerent, dijs quoque suis seruiebant. *Cujus oppositum docet Christus Luc.*16. Nemo seruus potest duobus dominis seruire. *Et in specie Matth.*6. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. *Vbi Author*: Impossibile G est (*inquit*) quòd animus feratur ad duos fines simul & semel, dico contrarios & dissentientes. Dominus autem & diuitiæ sunt contrarij domini; ideò *non potestis Deo seruire & mammonæ*. Sed nota, quòd aliud est habere diuitias vt dominus, aliud vt seruus. Habet enim, vt dominus, qui benè vtitur illis, & inde facit fructum: sed ille est seruus diuitiarum, qui fructum inde non accipit, Eccle. 5. *Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub Sole: diuitiæ conseruatæ in malum domini sui.* (*Et Hieronymus*: Qui diuitiarum seruus est, diuitias custodit vt seruus: qui autem seruitutis excussit jugum, distribuit eas vt dominus.) Omne autem, in quo quis ponit finem suum, Deus suus est, sicut dicitur *Philipp.*3. de illis, *quorum Deus venter est*. Per mammonam etiam potest intelligi diabolus, qui præest diuitijs, & quasi deus suus est: non quia possit dare, sed quia nititur diuitijs homines decipere. Vnde sicut est quidam spiritus fornicationis, sic est spiritus diuitiarum. *Et hinc* Dis, *diuitiarum deus, simulque inferorum dicitur numen, quòd videlicet quadam connectuntur affinitate diuitiæ & Auernus; vnde Luc.*16. Mortuus est diues, & sepultus est, *tanquam in proprio loco*, in Inferno: (*Vbi Author*: Ecce *inquit* ipse H Dominus immediatè conjungit mortem diuitis & sepulturam Inferni. Quod autem Deus conjunxit, homo non separet:) *& Iob* 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. *De quo & nos moraliter lusimus* I.

Vsque ad infidelitatem delinquunt, quasi idololatræ.

C 1. Tim. 6 l. 2.

Diuites auari quærunt doctrinas nouas ad illicita lucra impunè facienda.

D Eph. 5. l. 3. ibi.

Auarus diues quomodo idololatra.

E Iob 31. l. 2. ibi.

F Is.2 ibi.

Nemo potest Deo seruire & mammonæ.

G Matth. 6. lit. e ibi & cap. 19. lit. a. ibi, diues.

Aliud habere diuitias vt dominus, aliud vt seruus.

Sicut est spiritus fornicationis, ita & spiritus diuitiarum.

H Apoc. 16. com. 2. ibi, & sextus Angelus.

I Cent. 7. Dist. 35.

Diues siue à Dite, à Diuite siue trahatur
Dis: valdè affines sunt sibi Auernus, opes.

1 *Cohærenter ad præfata cuncta docebat Author, quòd* diuitiæ habitæ L per se natæ sunt perfectionem charitatis impedire, principaliter alliciendo animum & distrahendo. Vnde *Matth.*13. dicitur, quòd *solicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbum Dei.* (Solicitudo M quoad futura, fallacia quoad præsentia. Vnde, cum abundant diuitiæ, fallaces sunt. Item, cum desiderantur, fallunt quantùm ad satietatem, quia non satiant. Item solicitant; ideò Dominus Apostolis suis prohibet Matth.6. *Nolite soliciti esse, dicentes: Quid manducabimus &c.*) Et ideò difficile est charitatem inter diuitias conseruare. *Neque enim anima corporalibus repleri diuitijs capax est: quia nimirùm* diuitiæ N corporales sunt: anima verò res spiritualis est. Et sicut arca, quæ est corporalis, sapientiâ, quæ est spiritualis, non impletur: sic nec anima, quæ spiritualis est, diuitijs corporalibus; maximè cum non intrent animam diuitiæ, sed earum similitudines. Quid in præsenti replet animam, nisi gratia *& charitas? qua vacui sunt vplu-*

L 2.2. 186.3. ad 4.

Difficile, inter diuitias charitatem seruare.

M Matth. 13. lit. a. fi. & cap. 19. li. a. ibi, sequere me.

N Opusc. de er. Pr. l. 2. c. 9. fi.

Quà solà impleri anima potest.

mùm diuites. Vnde verissimum est quod prompsit B. Virgo Luc. 1. Diuites dimisit inanes. *Temporaliter enim ditati, spiritualiter egeni sunt*, Psal. 33. Diuites eguerunt, & esurierunt: *Eguerunt*, scilicet O spiritualiter: idest, qui sunt diuites in mundanis, eguerunt in spiritualibus diuitijs, *Apoc.* 3. Dicis, quòd diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. *Et esurierunt*, scilicet spiritualia bona: quia naturalis appetitus inest homini ad virtutem. Licèt enim appetitus deprauatus sit ad peccata: tamen naturaliter desiderat virtutes. Item ad literam: quia diuites frequenter ad egestatem deducuntur, quia res mundanæ sunt caducæ. *Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono*: idest, non deficient perfecto bono: quia spiritualia habebunt ad votum, & temporalia ad necessitatem. *Quo sensu dicitur & Prouerb.* 13. Est quasi diues, cum nihil habeat: & est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit. *Igitur diuitiæ cum charitate rarò manent. Vnde ex Augustino*: Augmentum P charitatis est diminutio cupiditatis: perfectio charitatis nulla cupiditas: difficile enim & quasi impossibile est, quòd aliquis possideat diuitias, quin eis alliciatur. *Et post pauca*: Rarò contingit, quòd quis perfectionem cum diuitijs habeat. *Quæ autem ex diuitijs habet homo* charitatis Q impedimenta, sunt præcipuè tria. Quorum primum est solicitudo, quam secum diuitiæ afferunt, Matth. 13 *Solicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbum*. Secundum est diuitiarum amor, qui ex diuitijs possessis augetur. Tertium est inanis gloria, vel elatio, quæ ex diuitijs nascitur, *secundùm illud Psal.* 48. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. *Vnde & alibi consequenter instruimur*, quòd impossibile est R implere mandatum, quod dicit, *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, & esse diuitem: (sed hæc intelligenda sunt quantùm ad perfectum modum obseruantiæ hujus præcepti.) *Igitur bene ab initio prompserat Author*: Ex affectu aggregandi pecunias incidit homo in multa peccata. *Et iterum*: Per diuitias S homo acquirit facultatem perpetrandi quodcunque peccatum, & adipiscendi desiderium cujuscunque peccati: eo quòd ad habenda quæcunque temporalia bona potest homo per pecuniam juuari, secundùm quod dicitur Eccle. 10. *Pecuniæ obediunt omnia*: (*& sic eo intellige sensu, quòd* omnia T corporalia *obediunt pecuniæ* quantùm ad multitudinem stultorum, qui sola corporalia bona cognoscunt, quæ pecunia acquiri possunt. Iudicium autem de bonis humanis non debet sumi à stultis, sed à sapientibus: sicut & judicium de saporibus ab his, qui habent gustum bene moderatum, *non infectum*.) *Ratio autem horum est, quia* pecunia V habet quandam principalitatem inter bona sensibilia ratione jam dicta. *Et hinc auaritia capitale dicitur vitium*. Vitium *enim* capitale X dicitur, ex quo alia vitia oriuntur secundùm rationem finis: qui cum sit multùm appetibilis, propter ejus appetitum homo procedit ad multa facienda vel bona vel mala. Finis autem maximè appetibilis est beatitudo vel felicitas, quæ est vltimus finis humanæ vitæ: & ideò quanto aliquid magis participat conditiones felicitatis, tantò magis est appetibile. Est autem vna de conditionibus felicitatis, vt sit per se sufficiens: aliàs non quietaret appetitum tanquam vltimus finis: sed per se sufficientiam maximè repromittunt diuitiæ, vt *Boetius* dicit 3. *de Consol.* Cujus ratio est, quia sicut Philosophus dicit *in* 5. *Ethic.* Denario vtimur, quasi fidejussore ad omnia habenda. *Et hac de causa diuitiarum concupiscentia quandam habere videtur infinitatem*; *vnde* qui Y finem ponunt in diuitijs, habent concupiscentiam diuitiarum in infinitum, *juxta Poetæ dictum*:

Diuites temporaliter, spiritualiter egeni.
O *Ps.* 33. *lit.* I.
Naturalis inest homini appetitus ad virtutem.
Quid augmentum, quid perfectio charitatis.
P *Matth.* 19 *lit.* a. *ibi*, sequere me.
Rarò perfectio cum diuitijs.
Q 2. 2. 188. 7. c.
Tria præcipuè impedimenta charitatis ex diuitijs.
R *Op.* 17. c. 7. *sub initio.*
Per diuitias acquiritur facultas perpetrandi omne peccatum.
S 1. 2. 84. 1. *fi.* c. & 2. 2. 186. 3. ad 2. In 2. d. 42. a 3. ad 1.
Exponitur illud: *Pecuniæ obediunt omnia.*
T 1. 2. 2. 1. ad 1.
V 2. 2. 118. 7. ad 1.
Auaritia vitium capitale, & cur.
X 2. 2. *l. c. in corp.* Ma 8. 1. c. & 7. 13. 3.
Diuitiarum concupiscentia, infinita quodammodo.
Y 1. 2. 30. 4. *fi.* c. & q. 2 1 ad 3. & 78. 6. ad 2.

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Amantur autem fortassis diuitiæ, quia aurum Z lætificat cor. *Cæterùm aduertit Author, quòd* si quis A ex hoc arguere velit, inutile esse consilium Domini de diuitijs dimittendis, quia Abraham diuitias possidens fuit perfectus: ad hoc patet responsio. Non enim Dominus ea ratione hoc dedit consilium, quasi diuites perfecti esse non possint, aut intrare in Regnum Cœlorum: sed quia non de facili possunt. Magna ergo fuit virtus Abrahæ, quia etiam diuitias possidens, à diuitijs liberum animum habuit: sicut & magna fuit virtus Samson, qui absque armis cum sola mandibula asinæ multos hostes prostrauit, nec tamen consilium inutiliter datur militi, vt ad bellum accedens assumat arma ad hostes vincendos. Nec ergo inutiliter datur consilium perfectionem desiderantibus, vt dimittant diuitias, quia in diuitijs Abraham potuit esse perfectus. Facta enim mirabilia (*mirabile dicit, inter diuitias perfectum esse*) non sunt ad consequentiam trahenda: quia infirmi ea magis mirari & laudare possunt, quàm imitari. Vnde & Eccli. 3. dicitur: *Beatus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecunia & thesauris*. Magnæ virtutis diues esse ostenditur, & perfecta charitate fixus in Deo, qui ex affectu diuitiarum maculam peccati non contrahit: qui post aurum concupiscendo non vadit: nec de diuitijs confidendo per superbiam super alios se extollit. Vnde Apostolus 1. Tim. 6. *Diuitibus hujus seculi præcipe, non sublimè sapere, nec sperare in incerto diuitiarum*. Sed quantò diuitis taliter instituti major est beatitudo & virtus: tantò talium diuitum minor est numerus; vnde subditur: *Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua*. Verè enim mirabilia facit qui in diuitijs affluentibus cor non apponit, (Psal. 61. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere*:) & si quis talis est, absque dubio probatur perfectus. Vnde sequitur: *Qui probatus est in illo*; idest, in hoc quod absque macula diuitias habeat, *& perfectus* inuentus *est*: quasi dicat: rarus. *Diues enim & justus rarò inuenitur: ideircò ab Euangelista* Matthæo cap. 27. *singulariter commendatur Ioseph ab Arimathæa, quia diues & justus*: Venit quidam homo *diues* ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. *Et hic à Luca cap.* 23. *dicitur*: Vir bonus & justus.

m *Cum igitur rarus inueniatur sine macula diues; & aliàs tot propter diuitias perque illas admittantur delicta: diuitias non sine causa contemnunt justi & oderunt*. Sancti *enim* præeligunt B paupertatem diuitijs & voluptatibus, quia per ista impediuntur à consecutione finis sperati. *Et hoc fundat Author super verbis Apostoli* Hebr. 11. *dicentis*: Fide Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere jucunditatem, majores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi. *Siquidem viri justi, soli Deo intenti, corruptibiles hasce diuitias veluti fœdum lutum considerant*, Sap. 7 Tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius: *de quo eripi orabat Psaltes Psal.* 68. Eripe me de luto, vt non infigar, *ob nimiam videlicet diuitum tenacitatem. Et Habac.* 2. Væ ei, qui multiplicat non sua: vsquequò & aggrauat contra se densum lutum? *Profectò* quosdam Deus C appretiatur, quos de manu inimici quasi violenter eripit tribulationibus multis: quosdam verò despicit, quos velut fragmenta vasorum, & pannos irreparabiles in luto diuitiarum & deliciarum putrescere permittit. *Vnde & Iac.* 1. Exortus est Sol cum ardore, & arefecit fœnum: & flos ejus decidit, & decor vultus ejus deperijt: ita & diues in itineribus suis marcescet: *idest*, diuitia-

Z *Opusc.* 14. *post med.*
Et diuites perfecti esse possunt, sicut Abraham: at difficiliter.
A *Op.* 8 c. 7. *fi.* & 2. 2. 186. 3 ad 4. Matth. 19 *ibi*, diuites. *Apoc.* 16 *com. ibi* tinc ma*...*
Mirabile, & magnæ virtutis indicium, inter diuitias perfectum esse.
Rarus diues & justus.
Ioseph ab Arimathæa singulariter diues & justus.
B *Hebr.* 11. *l.* 5 *fi* Iob 12. *l.* 2 *ibi*, simplicitas.
Iusti diuitias cõtemnunt & fugiunt: & quare.
Diuitiæ lutum.
C *Opusc. de re. Pr. l.* 3. c. 4.

D *Iac. 1. ibi.*

uitiarum D amator deficiet, & quasi putrescet. Viæ autem diuitis sunt temporalia, in quibus beatificari quærit, quæ citò destruuntur. *Eapropter justus quisque, diuitias aspernatus, clamat cum Apostolo Philipp. 3.* Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. *Stercora quippe & lutum, vbi vtplurimum anima putrescit, diuitiæ sunt. Vnde & idem Apostolus* Iacobus c. 5. *de diuitijs loquens, nomine putrefactionis vsus est, dicens:* Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt: *idest*, vt putredo E & stercora reputandæ sunt. *Verùm, vt ab hac tot peccatorum putredine liber diues euadas, juxta Danielis consilium cap. 4.* Peccata tua eleemosynis redime; *immò juxta mandatum Domini* Luc. 11. *ad Pharisæos, cum ait:* Nunc vos, Pharisæi, quod deforis est calicis & catini, mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Verumtamen, quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. *Neque hoc, vt falsò quidam putauere, consilium Domini est, sed præceptum cuicunque superfluum habenti: superfluum inquam tum respectu sui, tum eorum, quorum sibi cura incumbit:* Dare F eleemosynam de superfluo, est in præcepto, & dare eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate. (*Immò, vt alio in loco docemur*, non expectanda est G vltima necessitas: quia tunc fortè non posset juuari natura, jam fame vel siti consumpta.) *Siquidem* res H quas aliqui superabundanter habent, ex naturali jure debentur pauperum sustentationi. Sed quia multi sunt necessitatem patientes, & non potest ex eadem re omnibus subueniri: committitur arbitrio vniuscujusque dispensatio propriarum rerum, vt ex eis subueniat necessitatem patientibus. *Igitur* priùs I oportet, quòd vnusquisque sibi prouideat, & his quorum cura ei incumbit, & postea de residuo, aliorum necessitatibus subueniat. Sicut & natura primò accipit cibum ad sustentationem proprij corporis, quod est necessarium, ministerio virtutis nutritiuæ: superfluum autem erogat ad generationem alterius per virtutem generatiuam. *Et sic* est L aliquod tempus dare, in quo mortaliter quis peccat, si eleemosynam dare omittat. Ex parte quidem recipientis, cum apparet euidens, & vrgens necessitas, nec apparet in promptu qui ei subueniat. (Si verò M non appareat *præfata necessitas*, tunc non tenetur dare pauperi petenti: quia quamuis teneatur, *nota*, dare pauperibus superfluum; non tamen tenetur omnibus dare, nec huic dare, sed tenetur distribuere secundùm quòd sibi visum fuerit opportunum. Nec tenetur inquirere: quia hoc esset nimis graue, quòd de omnibus pauperibus inquireret: & præcipuè, cum ad eum, qui necessitatem patitur, pertineat, vt necessitatem suam exponat.) Ex parte verò dantis, cum habet superflua, quæ secundùm statum præsentem non sunt sibi necessaria (*vel suis, quorum curam habet*) prout probabiliter æstimari potest. Nec oportet, quòd consideret omnes casus, qui possunt occurrere in futurum: hoc enim esset de crastino cogitare, quod Dominus prohibet *Matth. 6.* sed debet dijudicari superfluum & necessarium secundùm ea, quæ probabiliter & vt in pluribus occurrunt: *quod alibi exponit* secundùm justam N æstimationem; *& subdit:* secundùm justam æstimationem, dico, propter auaros: quia auaritia nunquam justè æstimat. *Id quod auaris diuitibus cordi esto. Et quidem* vtiliter O pecuniam expendere (*sicut cum pauperibus erogatur*) non est minoris prudentiæ, quàm vtiliter eam conseruare, sed majoris. *Etenim* diuitiæ P in hoc maximè conferunt, quòd expenduntur: hic enim earum vsus est. *Verumtamen circa hanc de malè acquisitis eleemosynarum erogationem, ne quis auaris diuitibus & vsurariis irrepat error, sciendum, quòd* tripliciter Q potest aliquid esse illicitè acquisitum. Vno enim modo id, quod illicitè ab aliquo acquiritur, debetur ei, à quo est acquisitum, nec potest ab eo retineri, qui acquisiuit, sicut contingit in rapina, furto, & vsuris. Et de talibus, cum homo teneatur ad restitutionem, eleemosyna fieri non potest. Alio modo est aliquid illicitè acquisitum, quia ille quidem, qui acquisiuit, retinere non potest: nec tamen debetur ei, à quo acquisiuit, quia scilicet contra justitiam accepit, & alter contra justitiam dedit: sicut contingit in simonia, in qua dans, & accipiens, contra justitiam legis diuinæ agit. Vnde non debet fieri restitutio ei, qui dedit, sed debet in eleemosynas erogari. Et eadem ratio est in similibus, in quibus scilicet & datio & acceptio est contra legem. Tertio modo est aliquid illicitè acquisitum; non quidem quia ipsa acquisitio sit illicita: sed quia id, ex quo acquiritur, est illicitum: sicut patet de eo, quod mulier acquirit per meretricium. Et hoc propriè vocatur turpe lucrum. Quòd enim mulier meretricium exerceat, turpiter agit & contra legem Dei: sed in eo, quòd accipit, non injustè agit, nec contra legem. Vnde quod sic illicitè acquisitum est, retineri potest, & de eo eleemosyna fieri. Non autem R fit de eo sacrificium, vel oblatio ad altare, tum propter scandalum, tum propter sacrorum reuerentiam, *juxta præceptum Domini Deut. 23.* Non offeres mercedem prostibuli in domo Domini Dei tui.

Diues peccata eleemosynis redimat.

Ex superfluo eleemosynam date, non consilium Domini est, sed præceptum.

F 2. 2. 32. 5. *ste.* & 87. 1. *ad* 4. & 118. 4 *ad* 2. *In* 4. *d.* 15. 2. 1. *q.* 4 *c.* & *a.* 4 *q.* 1. *Quol.* 8. *a* 12.

G *In* 4. *l. c. a.* 1. *q.* 4. *ad* 4.

H 2. 2. 66. 7. *c.* & *q.* 32. 5. *c.* & *ad* 2.

I 2. 2. 32. 5 *c. In* 4 *l. c. in corp.*

L *Ibid. ad* 3. *Iac.* 5. *loc. cit. In* 4. *l. c. ad* 4. *Quol.* 8. *a* 12.

Quandonam [illegible]

M *Quol.* 8 *l. c.*

N *Iac.* 5. *ibi, epulati, ad fi.* 5.

O 2. 2. 117. 4. *ad* 1.

Diuitiarum dispensatio, earum vsus.

P 3. *cont.* G. *c.* 30. *n.* 2.

Q 2. 2. 32. 7. *c.* & 62. 5. *ad* 2. *In* 4. *d.* 15. 2. 4 *q.* 2. & 3.

An de malè acquisitis possit eleemosyna erogari.

R 2. 2. 32. 1. *c. ad* 2. & 86. 3. *ad* 1. *In* 4. *l. c. q.* 3. *ad* 1.

n *Vt ergo diuitiarum copia in animæ cedat vtilitatem, ad bonum earum confugiendum est vsum: qui est, si eis cum sobrietate vtamur; ad Tit. 2.* Sobriè, justè, & piè viuamus in hoc seculo. *Sobriè* dicit S quantum ad se: *justè* ad proximum: *piè* ad Deum. *Sobriè* ad se, quasi mensuratè: *bria* enim mensura est. Et hoc erit, si homo cum mensura rationis vtatur exterioribus rebus. *Et clariùs ad illa Apostoli verba 1. ad Tim. 6.* Diuitibus hujus seculi præcipe non sublimè sapere &c. facilè tribuere, communicare &c. *notat Author, quòd* duplex est T vsus diuitiarum. Vnus est tenere, & alius est dare: sed principalis est dare. Et ideò ista duo ponit. Primò vt dent; vnde dicit, *facilè tribuere*; idest, sine grauitate cordis interiùs, 2. Cor. 9. *Non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus:* & sine tarditate, Prou. 3. *Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere; cras dabo tibi: cum statim possis dare.* Et Iob 31. *Si negaui, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci.* Secundò vt custodiant; non quidem tantùm ad suam vtilitatem, sed ad quoddam commune; vnde dicit, *communicare*; idest, habere eas, sicut communes; *Necessitatibus Sanctorum communicantes*, Roman. 12. *Et hoc, ne tibi in perditionem diuitiæ sint, juxta Sapientis monitum Eccli. 29.* Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum: & non abscondas illam sub lapide in perditionem. *Sic pariter & alibi cohærenter docemur, quòd* secundùm se V diuitiarum possessio non est illicita, si ordo rationis seruetur: ita scilicet quòd justè homo possideat quæ habet: & quòd in eis finem voluntatis suæ non constituat: & quòd eis debito modo vtatur ad suam & aliorum vtilitatem. Hinc est, quòd Apostolus diuites non condemnat, sed eis certam regulam diuitijs vtendi tradit, *vt jam jam visum est. Quinimmò ipsæ* etiam diuitiæ X in quantum sunt quoddam bonum, sunt aliquid diuinum, præcipuè in quantùm præbent facultatem ad multa bene agenda. *Vnde Eccli. 13.* Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia. *Aliud siquidem est habere diuitias, aliud ad eas affectum habere; & hoc, non illud, damnabile est.* Aliquis *enim* est Y diues actu, sed non affectu: & hic patet esse sanctus, sicut Abraham, & Ludouicus IX. Rex Franciæ. Aliquis est diues actu & affectu: & hic non est sanctus. De hoc *immò* dicitur Matth. 19. *Facilius est, camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare*

in

S *Ad Tit.* 2. *l.* 3. *ibi, sobriè.*

T 1. *Tim.* 6. *l.* 4. *ibi.*

Diuitiarum duplex vsus.

V 3. *cont* G. *c.* 127. *circ. fi* & *c.* 133. *init.*

X *Quol.* 10. *a.* 12. *ad* 2.

Diuitiæ, si bene vtamur, quoddam bonum diuinũ.

Y *Ps.* 48. *lit. a.*

Digitized by Google

in regnum Cœlorum. Quia ſicut eſt contra naturam intrare camelum per foramen acus: ita intrare diuitem in regnum cœlorum, eſt contra juſtitiam diuinam. Et tales ſunt *terrigenæ*: ſed primi *filij hominum* (*vt dicitur in Pſal.48.*) quique terrigenæ, & filij hominum: ſimul in vnum diues & pauper. *De quibus fusè Num. ſeq. DISCE in animæ ſalutem ſpirituales diuitias congregare.*

Aliud eſſe diuitem actu: aliud actu & aff.tu.

XXVII. ***Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua: quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.*** In interitum, ſcilicet in præſenti: propter diuitias enim multi perierunt: item in futuro; vnde dicit, ***& perditionem***, Act.5. ***Pecunia tua tecum ſit in perditionem.*** Vel vtrunque refertur ad ſpirituale damnum: ***interitum***, ideſt mortem æternam, ***Suſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum***, Roman.9. ***& perditionem***, ideſt pœnam æternam, quæ dicitur perditio propter pœnam damni, Iob 21. ***In diem perditionis ſeruatur malus***. 1. ad Tim. 6. l. 2. ibi.

Spiritualiter potiſſimùm damnificantur diuites, ſed & quandoq; corporaliter & in temporalibus.

O TAmetſi diuites potiſſimùm in ſpiritualibus damnificari conſueuerunt (vt hucuſque vidimus, magiſque inferiùs patebit:) temporaliter enim proſperantur plerunque, vt hîc nimirùm recipiant *Matth.6.* mercedem ſuam; *vnde dicitur Luc.6.* Væ vobis diuitibus, quia habetis conſolationem veſtram. *Nihilominus & in temporalibus ſimul & corporaliter ſolent non rarò detrimentum pati: ita Deo altè diſponente, vt à nimia terrenorum cupiditate retrahat hac via homines & abſterreat. Et quidem damnoſa eſt diuitiarum cum primis abundantia & ſuperfluitas, nedum animæ, Ezech.*16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis & abundantia: *ſed & ipſi corpori, Iſ.* 17. Attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis ejus marceſcet. *Hæc ſiquidem delicatum hominem reddit, & conſequenter voluptatibus deditum, ex quibus plura ſentit incommoda, & detrimenta. Porrò* voluptati Z corporali opponitur labor: & ideò res laborioſæ tantùm, impediunt voluptates. Delicioſi autem dicuntur, qui non poſſunt ſuſtinere aliquos labores, nec aliquid, quod voluptatem diminuat. Vnde dicitur Deut.28. *Tenera mulier & delicata, quæ ſuper terram ingredi non valebat; nec pedis veſtigium figere propter mollitiem.* Et ideò delicia mollities quædam eſt. *Et alibi.* Homines vacantes A delicijs ſenſu hebetantur. Immergit enim earum ſuauitas ſenſibus animam, ita quòd in rebus delectantibus liberum judicium habere non poſſunt: vnde ſecundùm *Ariſtotelis* ſententiam, *Prudentia judicij per delectationem corrumpitur.* Conſequenter etiam delicijs ſuperfluè deditι molleſcunt animo, & ad ardua quæque attentanda, nec non ad tolerandos labores, & pericula abhorrenda puſillanimes fiunt. Demùm delicijs reſoluti plerunque pigreſcunt, & intermiſſis neceſſarijs ſtudijs, & negocijs debitis, ſolis delicijs adhibent curam: in quas, quæ priùs ab alijs fuerant congregata, profusè diſpergunt. *Vlteriùs* multis B de cauſis fatuum eſt corpori ſuo delicias procurare. Primò quia qui delicatis vtitur, infirmitati corporis ſui medium adhibet, vnde infirmitas aggrauatur. Secundò quia cum aliquis delicatis vtitur, hoſti ejus conſuetudo mala ſuper eum acquiritur, quæ vix excutitur. Tertiò quia qui delicata corpori ſuo parat, adjutoria hoſti ſuo procurat. Quartò quia vſum deliciarum frequenter exceſſus comitatur, vnde infirmitas corporis, & ſæpe mors ſequitur. *Ex quo ajebat Chryſoſtomus*: Ij, qui luxurijs & delicijs vitam ducunt, reſoluta corpora & omni cera molliora circumferunt, atque infirmitatibus repleta, quibus ad cumulum malorum podagræ tremor, & immatura ſenectus accedit: & ſemper vita in medicis & medicamentis; ſenſus autem tardi, graues, & obtuſi, & quodammodo ſepulti. *Experientiâ id ſatis diuites norunt. Ex diuitijs autem, ſaltem occaſionaliter, præfata cuncta proueniunt. Idcircò Apoſtolus Iacobus cap.* 5. Agite nunc diuites, *ajebat*, plorate vlulantes in miſerijs veſtris, quæ aduenient vobis. *Et cum talia ac tanta ſint damna, minime à diuitibus conſiderantur, euidenſque periculum:* Pauci *enim* ſunt C qui conſiderant illud, quia cordis diſtractionem habent: *ſiquidem Matth.* 6. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. *Sanè, cum rerum opulentia ad voluptates incentiuum præſtet*, puritatem D frequenter diuitiæ obruunt, vel etiam minuunt, *ſecundùm illud Deut.*32. Incraſſatus eſt, impinguatus, dilatatus, & recalcitrauit. *Ex diuitijs enim deliciæ, ex delicijs comeſſationes, ex comeſſationibus luxuria, Iac.*5. Epulati eſtis (*diuites*) ſuper terram, & in luxurijs veſtris enutriſtis corda veſtra: *quandoquidem* hæc E duo vitia ſibi inuicem ſunt adnexa. *Vnde Hieronymus:* Venter *inquit* & genitalia vicina ſunt membra, & ex vicinitate membrorum naſcitur conformitas vitiorum: venter enim mero æſtuans de facili ſpumat in libidinem. *Diuitiarum vlteriùs affluentia jurgia inter conjunctos ſeminat & diſſenſiones.* Diuitiarum F abundantia diſcordiam parit; vnde legitur *Gen.*13. quod Abram & Loth (*qui fratres erant*) nequierunt ſimul habitare ad vitandum jurgium, quod ex rerum abundantia proueniebat; *Prou.*15. Conturbat domum ſuam qui ſectatur auaritiam. *De quo frequentiſſima in dies cernimus exempla: neque enim amicos, aut conſanguineos cognoſcimus, vbi de temporalium agitur adeptione. Sed & ad humanam felicitatem fundamentum hujuſmodi opulentia præbere nequaquam poteſt, cum diuitiæ caducæ ſint, temporaneæ, & aqua veluti tranſitoriæ. Quod aliuſit Ioannes Apoc.* 16. *cum ait:* Et ſextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnum Euphraten, & ſiccauit aquam ejus. ***Siccauit aquam ejus***: ideſt G affluentiam diuitum, quæ rectè aquæ comparatur propter defluxum celerem: &, ſi multa ſit affluentia ſicut aqua: tamen citò defluit ſicut aqua. Item multi in hujuſmodi affluentia demerguntur, qui natare neſciunt per mundanorum contemptum, Iſ.19. *Areſcet aqua de mari, & fluuius deſolabitur atque ſiccabitur.*

P *Quin & damnoſæ poſſidentibus vtplurimùm diuitiæ ſunt, Eccli.*8. Multos perdidit aurum & argentum. *Et cap.*31. Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie ipſius perditio illorum. *Tria autem præcipua aſſignantur damna, quæ ex illis proueniunt cupidè coaceruatis.* Primò quia H ſi congregantur, ſunt poſſeſſoribus ſuis in tormentum. Secundò quia, ſi congregantur, pereunt. Tertiò quia ducunt ad æternum ſupplicium; Eccle. 5. *Diuitiæ congregatæ in malum domini ſui*: ecce primum: *pereunt enim*: ecce ſecundum: *in afflictione peſſima*: ecce tertium. Afflictio enim mala eſt, cum congregantur: pejor, cum relinquuntur: peſſima, cum pro eis auari diuites æternaliter puniuntur. *Et quidem ad tormentum poſſidentis diuitiæ ſunt vel propter ſtudium & laborem in acquirendo, & anxietatem in augendo ſimul & conſeruando; vnde* Luc.12. *nec ſomnum capere poterat diues ille, qui angebatur ex eo, quòd ſibi capacia non eſſent horrea, vbi multiplices fructus reconderet; Eccle.*5. Saturitas diuitis non ſinit eum dormire. *Idcircò* Sap.5. *ex ore talium diuitum auarorum dicitur:* Laſſati ſumus in via iniquitatis. ***Iniquitas autem, vt vidimus,***

O 2 pecca-

Nimia opulentia etiam corpori damnoſa.

Reddit hominem delicatum.

Z 2. 2. q. 138. 1. ad 2.

Delicioſi quinam.

A Op 20. l. 2. c. 4. Op. de er. Pr. l. 1. c. 20.

Mali deliciarum effectus.

B Opuſc. de er. Pr. l. 5. c. 24.

Qui ex diuitijs originantur, nec tamen à diuitibus conſiderantur.

C Matth. 6. lit. e. ibi.

D Iob 1. l. 1. ibi, vt comederent.

Diuitiæ puritatem obruũt, vel minuunt.

E Iac. 5. ibi.

Gula & luxuria, vitia adnexa.

F Iob 1. l. 3. ibi, magnus.

Nimia opulentia diſcordiam inter cõjunctos parit.

Diuitiæ cru caducæ felicitare non poſſunt.

G Apoc. 16. com. 1 & 2. ibi, aquam ejus. Pſal. 31. lit. l. Iob 27. l. 1.

Diuitiarum fluxus & caducitas.

Tria ex diuitijs damna præcipua.

H Serm. ex Ep. in Fe. S. Laur.

In tormentum ſunt poſſidentibus propter laborem & anxietatem.

Digitized by Google

peccatum præsertim auarorum est, quòd sit contra æquitatem & justitiam, quæ est ad alterum, eoquòd proximum plerunque fraudant. Et Is. 45. dicitur: Labor Ægypti, & negociatio Æthiopiæ: *hoc est*, negociatio I terrena, *in qua videlicet ad lucra facienda plurimum laboris impenditur, pluraque ineuntur pericula:*

I Is. 45. ibi.

> Per mare pauperiem fugiunt, per saxa, per ignes:

canebat ille; at veriùs, diuitias quærunt, *dixisset*, *quàm* pauperiem fugiunt. *Et Sap. 14.* Exiguo ligno credunt homines animas suas. *Vno verbo; omnia constanter audent, ardua quæque adoriuntur, vt lucrifaciant:*

> ——— Quid non mortalia pectora cogis
> Auri sacra fames?

Et hoc non erit ad auarorum cruciatum? Quod quidem expressit Iob c. 20. *cum de impio diuite ait:* Cum satiatus fuerit, arctabitur: æstuabit, & omnis dolor irruet super eum. *Cum satiatus fuerit, arctabitur.* Loquitur L ad similitudinem hominis, qui nimis comedit: cujus viscera arctantur ex nimio cibo compressa. Per quod significatur, quòd homo, qui superflua sibi acquisiuit, arctationem quandam patietur, non valens omnia acquisita rectè disponere, sicut patet *Luc. 12.* de diuite, cujus ager vberes fructus protulit, quòd voluit horrea sua destruere, vt faceret ampliora. Ex arctatione viscerum sequitur inordinatus calor & anxietas; vnde subdit: *æstuabit*. Et similiter illi, qui multa sibi immoderatè congregant, multa solicitudine affliguntur. Demùm ex superfluo cibo ad omnia membra solet dolor peruenire; vnde subdit: *Et omnis dolor irruet super eum.* Sic etiam ijs, qui superflua congregauerunt, multiplex dolor exoritur, dum in pluribus dispendia patiuntur.

L Iob 20. l. 2. ibi.

Diuitiæ vt caducæ pereunt.

¶ *Secundum ex diuitijs damnum est, quòd pereunt. Pereunt inquam justo Dei judicio, si non in filijs, saltem in nepotibus & posteris, Iob 27.* Si multiplicati fuerint filij ejus, in gladio erunt: & nepotes ejus non saturabuntur pane. Si comportauerit quasi terram argentum, & sicut lutum præparauerit vestimenta: præparabit quidem, sed justus vestietur illis: & argentum innocens diuidet. *Si multiplicati fuerint filij ejus (diuitis:)* Ostendit hic M hereditatem esse caducam. Primò quidem quantùm adhoc, quòd frequenter circa impiorum prolem accidit: (quod tamen inter temporalia bona potissimum reputatur.) Contingit autem quandoque, quòd impiorum filij, qui in hoc Mundo prosperati sunt, occiduntur; vnde dicit: *Si multiplicati fuerint filij ejus*, quod scilicet ad magnam prosperitatem computabatur, *in gladio erunt*; idest, occidentur. Et quamuis raró contingat, quòd diuitum filij ad magnam paupertatem deueniant: tamen hoc circa nepotes & posteros frequenter contingit; vnde subdit: *& nepotes ejus non saturabuntur pane*; scilicet, propter inopiam. (*Videmus exempla.*) Sicut ergo fragilis est & caduca eorum felicitas quantum ad filios: ita etiam quantum ad diuitias possessas. Inter quas quædam sunt diuitiæ artificiales, scilicet pecunia, quæ est adinuenta quasi mensura commutationis rerum, vt Philosophus dicit: & quantum adhoc subdit: *Si comportauerit quasi terram argentum:* idest, si tantam copiam pecuniæ acquirat, quanta habetur terra. Aliæ verò sunt diuitiæ naturales, quæ scilicet hominum naturali necessitati subueniunt, sicut panis & vinum, & vestimenta & alia hujusmodi: & quantum adhoc subdit: *Et sicut lutum præparauerit vestimenta*, vt scilicet tantam eorum copiam habeat, quantam & luti: *præparabit quidem*; idest, habebit solicitudinem in præparando: alius tamen habebit fructum, & quandoque bonus, qui circa hoc non solicitatur; vnde subdit: *Sed justus vestietur illis*; scilicet, vestimentis ad suam necessitatem: *& argentum innocens diuidet*; idest, distribuet & dabit pauperibus; non reseruabit coaceruatum. *His adsonat quod habetur Psal. 38.* Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. *Thesaurizat:* idest N congregat thesauros superfluos in hac vita; *& ignorat cui:* quia sibi non, Iob 27. *Diues cum dormierit, nihil secum auferet:* ergo alijs; sed nescit cui: aliquando enim non congregat pueris, qui non remanent post eum; & si remanent, non tamen scit, quales sint: quia aliquando (*immò & frequenter*) sunt contra parentes. *Pereunt ergo diuitiæ, facilèque deficiunt: quia nimirùm* justo O Dei contingit judicio, vt qui diuitias injustè congregant, inutiliter eas dispergant, aut etiam justè auferantur ab eis; *Eccle. 5.* Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. *Nec faciliter tantùm, sed & breui citòque amittuntur, Apoc. 18.* Væ væ væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso & purpura: (Luc. 16. *Diues induebatur purpura & bysso.*) Loquitur P pro statu vitæ quantùm ad ditiores, & potentiores. *Sequitur:* quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ. *Vna hora*; idest, subitò, siue breui tempore: *destitutæ sunt*; idest, euacuatæ, siue amissæ, *tantæ diuitiæ*; *Sap. 5.* Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum jactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa, tanquam vmbra, & tanquam nuncius percurrens, & tanquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, aut tanquam auis, quæ transuolat in aere &c. *Hinc Luc. 12.* Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parasti, cujus erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. *Eapropter monebat Dominus Matth. 6.* Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. *Vbi Author: Prohibet inquit* thesaurizare Q thesauros in terra propter instabilitatem: quia citò amittuntur. Et ponit tria, quæ in diuitijs habentur: scilicet metalla, & hæc rubigine consumuntur: vestes, & hæ tineis; & quædam, quæ neutro modo, vt lapides pretiosi. Vnde tripliciter destruuntur. Aut ex principio extrinseco, vnde dicit, *ærugo:* aut ex principio intrinseco; & sic dicit, *tinea*, quæ innascitur vestibus: & quandoque ab extraneis; vnde dicit: *vbi fures &c.* Et, si aliquis dicat, quòd hæc non fiunt. Dicendum, quòd etsi non fiant, tamen sæpe contingit: &, si non contingit, possibile tamen est contingere: *vnde arguit*, diuitias incertas esse, *facilèque perire. Cui adnectitur illud Iac. 5.* Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt: aurum & argentum vestrum æruginauit. *Diuitiæ vestræ:* idest R fructuum abundantiæ pertinentes ad victum, *putrefactæ sunt* ad literam: putrescunt enim fructus auarorum præ nimia conseruatione (*vt sæpe contingit in tritico aliisque granorum generibus ad majus lucrum asseruatis:*) vel potest intelligi de futuro; idest, citò putrescent. *Et vestimenta vestra*; idest, superfluitates pertinentes ad vestitum, *à tineis comesta sunt*, non vsu necessario *ex glossa* attrita: nesciunt enim parci, vt cibum tineis præparant, & pauperes nudos dimittunt, contra illud Is. 58. *Cum videris nudum, operi eum.* Tandem *aurum & argentum vestrum*, quæ sunt durabilia, & præcellunt in metallis, *æruginauit:* idest, ærugine, hoc est, rubigine perijt propter longam conseruationem. Vel *æruginauit*; idest, nihil valebit, sicut illud, quod est ærugine consumptum, *Ezech. 7.* Argentum eorum foras projicietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. *Vel non raró à furibus deprædantur, Ier. 15.* Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratis. *Quasi dicat:* Nihil S tibi proderunt. *Et cap. 17.* Fortitudinem tuam, & omnes thesauros tuos in direptionem dabo. *Fortitudinem tuam*; idest T bona, in quibus putabas te fortem esse, sicut arena & castra: *nam, vt vidimus ex Prou. 10.*

M Iob 27. l. 1. ibi.

Duplices diuitiæ, artificiales & naturales: & vtræque pereunt.

N Ps. 38. lit. a. & Ps. 48. lit. a.

Nedum faciliter, sed citò amittuntur diuitiæ.

O Op. 20. l. 1. c. 10. ff.

P Apocal. 18. com. 1. & 2. ibi.

Q Matth. 6. lit. c. ibi. Apoc. 18. com. 2. ibi, exterminandi. Serm. ex Ep. Dom. 18. post Pent.

R Iac. 5. ibi.

S Ier. 15. ibi.

T Ier. 17. ibi.

Sub-

Digitized by Google

Diuites repentè egeni aliquando.

Substantia diuitis, vrbs fortitudinis ejus. *Nec satis quidem, longo tempore diripi, nisi & repentè sæpe sæpius amittantur, sicuti pio contigit Iob, diuina tamen speciali dispositione, ad exemplum nostrum: quamuis id alijs eueniat diuitibus, vt facilitas innotescat amittendi, tametsi plurimas, temporales diuitias. Quod sancto quidem prophetæ in probationem, minùs verò pijs diuitibus in pœnam cedit. Quin & cum facultatibus simul etiam nominis gloriam deperdunt*, Iob 16. Ego ille quondam opulentus, repentè contritus sum. *Siquidem* à maxima V prosperitate non paulatim decidit: sed subitò totaliter corruit. Et hoc est, quod dicit: *Ego ille quondam opulentus*. In hoc quod dicit, *opulentus*, designatur diuitiarum abundantia: in hoc autem, quod dicit, *ille*, designatur claritas famæ ejus, qua ab hominibus demonstrabatur. *Et tamen diuitias & gloriam* repentè contritus *in suæ cumulo prosperitatis, ad nostrum vtique exemplum, amisit. Quod & innuisse videtur cap.30. cum ait*: Ad dexteram Orientis calamitates meæ illicò surrexerunt: *vt edifcant diuites, vel in meridie* (quæ est X dextrum respectu Orientis: si quis enim se ad Orientem conuertat, meridies erit ei ad dextrum:) *hoc est, in majori prosperitatis augmento, posse ad egestatem deuenire. Vnde Prou.* 28. Vir, qui festinat ditari, & alijs inuidet, ignorat, quòd egestas superueniet ei. *Et iterùm Eccli.9.* Non zeles gloriam & opes peccatoris: non enim scis, quæ futura sit illius subuersio. *Et Luc.* 1. Diuites dimisit inanes. *Sed & vitâ simul cum diuitijs repentè priuantur, Iob 27.* Apprehendet eum, quasi aqua, inopia: nocte opprimet eum tempestas. Tollet eum ventus vrens, & auferet: & velut turbo rapiet eum de loco suo. *Apprehendet eum, quasi aqua*, scilicet Y pluuialis, *inopia*: idest, subitò superueniet ei. Et quamuis pluuia in die aliqualiter præuideri possit, in nocte tamen omnino præoccupat hominem; vnde subdit: *nocte opprimet eum tempestas* aduersitatis; idest, omnino ex improuiso: (Luc.12. *Stulte, hac nocte repetent à te &c.*) Vltimò autem ostendit fragilitatem mundanæ prosperitatis quantum ad ipsam personam hominis, quæ quandoque perit per aliquam febrem, vel per aliquam persecutionem; & quantum ad hoc subdit: *tollet eum ventus vrens*; idest, occidet eum: *& auferet*, scilicet à societate viuentium: & hoc fiet subitò & ex improuiso; vnde sequitur: *& velut turbo rapiet eum de loco suo*; idest, violenter & absque mora. *En quomodo de facili diuitiæ simulque diues dispereunt.*

Res, & gloria simul nominis, citò amittunt, & in cumulo prosperitatis.
V Iob 16. l. a. ibi. & cap. 15. l. 1. ibi, ignis, & Ps. 48. lit. i. & k.
X Iob 30. l. 1. ibi.
Immò & vitam.
Y Iob 27. l. 1. fi.

Tertium ex diuitijs pessimum damnū, æterna damnatio.
Z Matth. 5 lit. b. ibi.
Quinam verè dicuntur pauperes spiritu.

Z *Atqui deterius est, tertium quod additur*, in afflictione pessima: *quia nimirùm diuitiæ* ducunt ad æternum supplicium. *Eapropter dicebat Dominus Matth.5.* Beati pauperes spiritu: *scilicet*, quasi Z non beati, affluentes. *Et post multa*. Dicit, *spiritu*: quia quidam pauperes necessitate sunt; sed non debetur illis beatitudo, sed illis qui voluntate. Et isti dicuntur dupliciter: quia etsi aliqui diuitias habent, tamen non habent eas in corde, Psal.61. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Aliqui nec habent nec affectant: (& istud securius est, quia mens trahitur à spiritualibus ex diuitijs:) & isti dicuntur propriè *pauperes spiritu*: quia actus donorum, qui sunt supra humanum modum, sunt hominis beati: & quòd homo omnes diuitias abjiciat, vt nec aliquo etiam modo appetat, hoc est supra humanum modum. *Ergo melius est non habere diuitias, quàm illas, etiam sine affectu, possidere: tum propter temporalia corporis & animi, vt vidimus, detrimenta: tum, & eò fortiùs, propter jacturam animæ, potissimè verò sempiternam. Vel sola enim diuitiarum possessio, si non causa, occasio saltem est spiritualis ruinæ. Propterea Dominus Matth.19.* Diues *inquit* difficilè intrabit in regnum Cœlorum. *Cujus* ex Hieronymo *ratio est*: quia A diuitiæ habitæ difficilè contemnuntur. Non dixit: *Impossibile est, diuitem intrare in regnum cœlorum, sed difficile*. Vbi difficile ponitur, non impossibilitas prætenditur, sed raritas demonstratur. Et, sicut *Chrysostomus* dicit *super Matth.* procedit vlteriùs Dominus ad ostendendum, quod est impossibile, dicens: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Cœlorum.* (Ex his verbis, vt dicit *Augustinus in lib. de Quæst. Euang.* discipuli aduerterunt, omnes qui diuitias cupiunt, in diuitum haberi numero: alioquin, cum pauci sint diuites in comparatione multitudinis pauperum, non quæsiuissent discipuli: *Quis ergo poterit saluus esse?*) Ex quibus duabus Domini sententijs apertè ostenditur, quòd diuitias possidentes difficilè intrant in regnum Cœlorum: quia, sicut ipse Dominus alibi dicit: *Solicitudo seculi istius* Matth.13. *& fallacia diuitiarum suffocat verbum Dei, & sine fructu efficitur.* (*Hinc Apostolus inter errores contra fidem adnumerare videtur* 2. Tim.3. *quòd inter diuitias possit quis regnum Cœlorum adipisci. Ea etenim verba*, & in errorem mittentes, *exponit Author*: suadendo scilicet B quòd possint homines per prosperitates venire ad regnum Cœlorum, *contra illud*: Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. *Et Is. cap.3.* Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.) Eos verò, qui diuitias inordinatè amant, impossibile est, intrare in regnum Cœlorum, multò magis quàm ad literam *camelum per foramen acus transire*. Hoc enim est impossibile, quia repugnat naturæ: illud verò, quia repugnat diuinæ justitiæ, quæ est virtuosior omni natura creata. *His adde*, in quadam C glossa, cujus author ignoratur, inueniri: quòd Ierosolymis erat porta, quæ vocabatur *Foramen acus*, per quam non poterant cameli onerati transire. Ita non potest diues intrare in regnum Cœlorum, nisi exoneret se ex affectu diuitiarum. Sed facilius est, quòd camelus exoneretur, quàm quòd diues hunc affectum deponat. *Quàm aptè camelo diues comparatur! Gibbosum enim & oneriferum animal est camelus, qualis pariter est diues, pondere incuruatus diuitiarum, Psal. 37.* Iniquitates meæ (*& hæ propriè sunt peccata contra æquitatem & justitiam, quæ est ad alterum, & diuitum auarorum propria, vt vidimus*:) sicut onus graue grauatæ sunt super me: *videlicet*, quia D deprimunt more grauis. *Et mox subijcit*: Miser factus sum (Iac. 5. *Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs vestris*:) & curuatus sum: *Ecce onus simul & gibbum*: quia E peccata faciunt sicut graue onus, quod hominem incuruat, & facit terram respicere: Ita peccata faciunt inferiora respicere, & non permittunt per affectum tendere ad superiora. Et hæc incuruatio est *vsque in finem*, scilicet vitæ, *prauo affectu in naturam veluti conuerso. En quomodo, terrenis diuites affectu inhærentes, non possunt mentis oculos ad cœlestia leuare, ex quo multò minùs in Cœlorum ingredi regnum. Quod in specie de diuitibus tangitur Is. 30.* Portantes super humeros jumentorum diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos. *Et cap.60.* Inundatio camelorum operiet te. *Inundatio*: idest F abundantia diuitiarum, ad similitudinem inundantis aquæ: *camelorum*; quibus scilicet mercimonia ferebantur: in quibus mysticè diuites (ad fidem *tamen* conuersi) per onus diuitiarum & gibbum peccati significantur. *Nisi ergo Deus omnipotentia sua ab affectu diuitiarum cor auertat (sicut Saulo actu in Ecclesiam furenti cor repentè immutauit) non possunt onusti hi cameli regnum Cœlorum intrare, onere & affectu præpediti, eò vel maximè, quòd Matth. 7.* Angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam: lata verò porta, & spatiosa via (*& hac diuites facilliter transeunt*) quæ ducit ad perditionem; *vnde Luc.16.* Mortuus est diues: & *statim nullo absque obstaculo in via neque in porta*, sepultus est in

Exponitur illud: Diues difficile intrabit in regnum Cœlorū.
A Op. 18 c 7. sub init. & a 4. 186. 3 ad 4. Matth. 19 ibi, diues. & cap. 4. lit. b. ibi, at illi. Psalm. 48. lit. a.
Ex Hieronymo difficile.
Ex Chrysostomo impossibile quodammodo, diuitem saluari.
Error, contrarium.
B 2. Tim 3. l. 3. ibi.
C Matth. 19. loc. cit.
Foramen acus apud quosdam vna erat ex portis Ierosolymæ.
Diues camelus.
Peccata onus, vnde & gibbus.
D Ps. 37. lit. b. ibi.
E Ps. eod. lit. c.
F Is. 60. ibi.
Diuitiæ onus gibbus peccatum.

Digitized by Google

Inferno. *Porrò admirantibus ſuper hæc diſcipulis, & dicentibus*: Quis ergo poterit ſaluus eſſe? *Reſpondit Dominus*: Apud homines hoc impoſſibile eſt: apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt. *Vbi Author*: Quid eſt G quod dicit, *apud homines?* Videtur enim quòd pereat liberum arbitrium, ſi impoſſibile eſt apud homines. *Et reſpondet*. Verum eſt, quòd homo à ſe habet, vt poſſit peccare: ſed reſurgere, & opera ſalutis facere, hoc non habet à ſe ſine auxilio gratiæ Dei. Ipſe enim Deus eſt, qui iſta poteſt, Rom. 9. *Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei*. Et Iob 42. *Scio, quia omnia potes*. Vnde ſecundùm potentiam humanam impoſſibile eſt hominem ſaluum fieri: quia potentia humana non immutat voluntatem, ſed ſolius Dei eſt immutare eam, *Philipp.* 2. Deus eſt, qui operatur in nobis & velle & perficere. *Ex quibus innoteſcit ſatis, qualiter impoſſibilis redditur diuitis ſalus, ſi maneat ad diuitias affectus: ad quem remouendum tota veluti exigitur diuinæ omnipotentiæ plenitudo. Certum eſt enim, quòd cum affectu ad diuitias non poteſt pœnitentia & charitas locum habere: igitur ſtante hoc affectu, impoſſibile eſt diuitem ſaluari. Quo ſenſu dicitur Matth.* 6. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet. *Et mox ad rem noſtram ſubijcit*: Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ; *ideſt, diuitijs. Ergo, ſi per hujuſmodi affectum diuitias diligis, Deum non diligis: Sique has & cum eis diabolum ſuſtines, Deum contemnis: conſequenter cum tenaci ad illas affectu, impoſſibile eſt, diuitem ſaluum fieri. Sicuti ab oppoſito dicitur* 1. *Ioann.* 3. *quòd habens charitatem,* non poteſt peccare; *ideſt, manente & mouente charitate: nam* ſi conſideremus H charitatem ex parte Spiritus Sancti mouentis animam ad diligendum Deum, ex hac parte charitas impeccabilitatem habet ex virtute Spiritus Sancti. *Ita pariter manente ad diuitias affectu impoſſibile eſt diuitem ſaluari. Et quidem, ſpectata charitatis ratione, quemadmodum* charitas I nullo modo poteſt peccare, ſicut nec calor poteſt infrigidare; ſic etiam injuſtitia non poteſt bonum facere, vt *Auguſtinus* dicit in lib. de Serm. Dom. in Monte. *Sic ergo, manente ad diuitias affectu, impoſſibile eſt, diuitem in regnum Cœlorum intrare: quod & ipſe Dominus præfato cameli exemplo ſatis oſtendit. Hinc Eccli.* 31. Qui aurum diligit, non juſtificabitur. *Et paulò poſt*. Multi dati ſunt in auri caſus: & facta eſt in ſpecie ipſius perditio illorum.

G Matth. 19. ibi.

Homo ex libero arbitrio poteſt peccare, non ita ſine auxilio gratiæ à peccato reſurgere.

Quo ſenſu impoſſibilis dicatur diuitis ſalus.

Charitatem habens qualiter intelligatur non poſſe peccare.

H 2. 2. 24. 11. c. In 3. d. 31. 1. 1. & In 4 d. 14 1. 4. q. 1. c. & 1. 2. 1. ... non poteſt Et ... cont. G c. 7. Rom 8 ſi. ... 2. ... hoc, ſit.

¶ *Nec tamen ab inordinato hocce affectu, manifeſta ſuæ perditionis veritate detecta, retrahuntur diuites: ſed magis magiſque ad temporalia lucra incaleſcunt & inhiant, quaſi ſe non morituros putent*: quia L re vera ſi crederent, aliter viuerent, & alibi ædificarent, & theſaurizarent theſauros, vbi ſcilicet ſe manſuros in perpetuum ſperarent. Sed quia hìc diu manere ſperant, ideò hìc ædificant & theſaurizant. *At, cum inſperatò extrema ſibi ſuperuenit hora, mortales ſe quidem norunt; nec ideò, obdurati, Dei monita ſuſcipiunt, quæ & in vita contempſere. Verbum enim Dei detrectarunt ſemper audire: quod innuitur* Apoc. 16. *ijs verbis*: Et ſextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnum Euphraten: & ſiccauit aquam ejus, vt præpararetur via regibus &c. *ideſt*, prædixit M iram Dei futuram in illos, qui amore diuitiarum à fide Chriſti, *ſiue à Chriſto*, apoſtatabunt. *Et ſiccauit aquam ejus*: ideſt, Mundi affluentiam citò eſſe ſiccandam, ſeu perituram: *vt præpararetur via regibus*: ideſt vt prædicatoribus daretur via veniendi ad corda hominum: quod impedit abundantia diuitiarum. Quia diuites nolunt audire prædicationem, quæ conſulit diuitias abijcere. Vnde juueni illi, qui quærebat à Domino *Matth.* 19. quid faciendo vitam æternam poſſet habere? Reſpondit Dominus: vt mandata ſeruaret. Et ille dixit, quòd à juuentute ſua, omnia ſeruauerat. Et Dominus dixit: Vade, & vende quæ habes, & da pauperibus. Et contriſtatus eſt adoleſcens: erat enim multas habens diuitias. *Quem ad locum gloſſa*: Vſque huc *inquit* lubens audiuit ſermonem Domini; ſed vbi cœpit dicere de diuitijs abijciendis, non potuit audire ſine moleſtia. Vnde diuites ſunt *ſicut aſpides ſurdæ, quæ* vnam *aurem obturant* cauda, aliam figunt in terram, *ne exaudiant vocem incantantium ſapienter*, ſcilicet prædicatorum, vt dicitur *Pſal.* 57. *vbi & de malis diuitibus loquitur Pſaltes; præmittit namque*: Etenim in corde iniquitates operamini: in terra injuſtitias manus veſtræ concinnant. *Quod confirmat Dominus Ier.* 22. Locutus ſum ad te in abundantia tua; & dixiſti: Non audiam. Hæc eſt via tua ab adoleſcentia tua, quia non audiſti vocem meam. *Hanc enim viam vſque ad vitæ terminum diuites ambulant; vnde & impœnitentes vt plurimùm infeliciter decedunt: de quibus ſic Author*. Tales N rarò pœnitent, vento inflati ſuperbiæ, merito peccatorum à Deo deſerti, & adulationibus hominum delibuti, rariùs dignè ſatisfacere poſſunt. Quando enim reſtituent omnia, quæ præter juſtitiæ debitum abſtulerunt? Ad quæ tamen reſtituenda nullus dubitet eos teneri. Quando recompenſabunt eis, quos oppreſſerunt, & injuſtè qualitercunque læſerunt? Adijcitur autem ad eorum impœnitentiam, quòd omnia ſibi licita exiſtimant, quæ impunè ſine reſiſtentia facere potuerunt. Vnde, non ſolùm emendare non ſatagunt quæ malè fecerunt: ſed ſua conſuetudine pro authoritate vtentes, peccandi audaciam tranſmittunt ad poſteros: & ſic, non ſolùm ſuorum facinorum apud Deum rei tenentur, ſed etiam eorum, quibus apud Deum peccandi occaſionem reliquerunt. *Quibus adde, ad diabolicum finalis impœnitentiæ motiuum, ex multiplicitate & magnitudine peccatorum ſuæ deſperationem ſalutis*.

Theſaurizant diuites, quia non putant ſe morituros.

L Apoc. 11. com. 2. ibi, exterminandi.

Diuites contemnunt monita in vita & in morte.

M Apoc. 16. com. 2. ibi. Matth. 13. lit. a. ibi, ſuffocat.

N Opuſ. 20. l. 1. c. 11.

Impœnitentes decedunt plerunque.

¶ *Sic igitur & in vita, & in vitæ termino, damnoſæ ſunt homini diuitiæ, in quibus nimirùm confidit: cum tamen nec temporaliter nec æternaliter ſaluum facere poſſint, Pſalm.* 32. In abundantia virtutis ſuæ non ſaluabitur. *Virtutis ſuæ*; ideſt O rerum exteriorum. Vel, vndecunque habeat aptitudinem ad bonum, non ſaluatur, niſi ei Deus ſalutem tribuat *ſiue corporalem ſiue ſpiritualem. Et hoc eſt, quod dicitur Ier.* 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitijs ſuis: *quicquid præſumptuosè proferat Pſal.* 29. Ego dixi in abundantia mea: Non mouebor in æternum. *Ego dixi*: ideſt P corde præſumpſi: *in abundantia mea* corporalis proſperitatis: *non mouebor in æternum*; ideſt, non deficiam. Sed non eſt ita. *Vnde ſequitur*: Auertiſti faciem tuam: *ſcilicet*, ne mei miſerearis; & *ſtatim* factus ſum conturbatus: *quia Dominus* in furore ſuo *Pſal.* 2. conturbabit eos; *quando nimirùm* circundabunt eum *Pſal.* 17. dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbabunt eum; dolores Inferni circundabunt, & præoccupabunt laquei mortis. *Eapropter monebat Sapiens Eccli.* 5. & *Prou.* 11. Noli attendere ad poſſeſſiones iniquas; & ne dixeris: Eſt mihi ſufficiens vita. Nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis. *Id quod apertè tangitur Apoc.* 18. Væ væ væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis &c. Et negociatores terræ flebunt & lugebunt ſuper illam. *Siquidem* ad literam Q negociatores, qui in Mundo merces ſuas & negociationes ſuas fecerunt fraudulenter, & fraude diuitias congregauerunt, dolebunt in morte, & in judicio, & in Inferno, de hoc, quòd omnino deficientibus terrenis diuitijs, vel derelictis, in quibus poſuerunt amorem ſuum & gloriam, videbunt ſe expoſitos paupertati, dolori, & anguſtiæ maximæ. Duplicatur autem

verbum

In diuitijs nõ fidendum, quę ſaluare non poſſunt: vtraque enim ſalus à Deo.

O Pſ. 32. lit. p.

P Pſ. 29. lit. c.

Diuitum afflictio in morte.

Q Apoc. 18. com 2. & etiam 1. ibi.

Digitized by Google

verbum pertinens ad luctum, *flebunt & lugebunt*: quia tales plorabunt, & dolebunt in morte, specialiter de duobus, scilicet de amissione rei amatæ, & cum tanto labore acquisitæ, & de pœna pro amore illo illicito inflicta. *Et quidem* argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini, *vt dicitur Ezech. 7. Sanè quantò intensiùs amantur diuitiæ, tantò ægriùs in morte relinquuntur*: Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum, *Matth. 6. Quando autem credit diues, se horrea repleturum, tunc insperatò superueniunt dolores mortis, vnde intensiùs affligitur. Quod innuere videtur Isaias cap. 17.* Ablata est messis in die hereditatis: & dolebit grauiter. *In die hereditatis*: quando scilicet in horreo R debuit recondi quasi fructus hereditatis: (*Vel*, in die hereditatis, *nimirùm cœlestis, aut adipiscendæ, aut æternaliter amittendæ*:) & *ex hoc* dolebit grauiter, *ex vtraque scilicet mundanorum & cœlestium amissione sempiterna; Psal. 75.* Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. *Cui consonat illud Iob 27.* Diues cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet.

R *Is. 17. ibi.*

Mors diuitum amara.

u *Vides quàm acerba sit diuitum mors, quàm amara! Et hanc quidem* Psal. 48. *describit Psaltes, cum ait*: Relinquent alienis diuitias suas: & sepulchra eorum, domus illorum in æternum. *Diues, inquit Author*, primò S perdit diuitias per mortem, Ier. 17. *Fecit diuitias, & non in judicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas*. Et dicit, *diuitias suas*, quasi à se possessas: non enim vsus est eis ad vtilitatem aliorum. Et dicit, *alienis*: quia sæpe alieni, idest extranei secundùm carnem, accipiunt diuitias suas, Psal. 38. *Thesaurizat: & ignorat cui congregabit ea*. Item dicit, *alienis*: quia, si etiam filijs dimittat diuitias, tamen *alieni* sunt. Contingit enim (*mentirer vtinam!*) quòd filij & nepotes nihil boni faciunt mortuis, *parentibus scilicet aut auunculis*. Residua tamen sunt eis duo de rebus Mundi, scilicet sepulchrum & fama hominum. Sed quid habebunt in morte? pro palatio habebunt sepulchrum; & hoc *in æternum*; idest, vsque ad diem judicij habitabunt in sepulchris. *Et quoad famam, Psal. 9.* Perit memoria eorum cum sonitu *campanarum, cum scilicet justa pro eis celebrantur*: quia T nihil boni fecerunt, vnde memoria eorum maneret in bono; *ex quo etiam ibidem præmittitur*: Nomen eorum delesti in æternum, & in seculum seculi. *Idcircò præfato* Psal. 48. *confortat Propheta justos, ne malos diuites timeant*: Ne timueris, cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus: quoniam, cum interierit, non sumet omnia: *idest*, nihil V diues ex omnibus, quæ habuit, poterit habere, 1. Tim. vlt. *Nihil intulimus in hunc Mundum: haud dubium quòd nec auferre quid possumus*: Neque descendet cum eo gloria ejus: *nimirùm*, quia tunc gloria ejus finitur cum carne, & reseruatur ei ignominia in Inferno, *Ose. 4.* Gloriam eorum in ignominiam commutabo. *Sed valde terribile est quod sequitur*: Introibit vsque in progenies Patrum suorum: *scilicet, sicut patres sui, quos in iniquitatibus imitatus est*, in X Infernum. *Sequitur*: Et vsque in æternum non videbit lumen: *videlicet*, quia hic in vita noluit sequi lumen rationis, *Matth. 25.* Inutilem seruum mittite in tenebras exteriores. *Ex quo diues certa diaboli præda fit. Vnde* quæsitum est Y à dæmone: Quod est grauius peccatum? Et dixit: habere de alieno. Cui responsum est: Tu mentiris. Immò, verum est, dixit: quia alios peccatores sæpe amitto: istos autem non amitto. *Hos enim hiante ore Infernus expectat, Is. 5.* Dilatauit Infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino: *Dilatauit Infernus*; idest Z mors, vel diabolus, *animam suam*, quantum ad

S *Ps. 48. lit. s.*

T *Ps. 9. lit. g.*

V *Ps. 48. lit. i.*

Diuitum damnatio.

X *Ibid. lit. k.*

Dues, diaboli certa præda.

Y *Matth. 19. ibi, facilius.*

Z *Is. 5. ibi.*

affectum, & *aperuit os suum*, quantum ad effectum. *Figuratur autem æterna horum damnatio cit.* Apoc. 16. *cum dicitur*: Et sextus Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphraten. *Phialam suam*: idest A comminationem vltionis æternæ: *in flumen illud magnum Euphraten*; hoc est, in diuites, qui præ fertilitate diuitiarum magno fluxu defluunt de peccato in peccatum: & vitijs vorati, alios violenter, inducendo in peccatum, vel flagellis vel minis vel donis vel per alium modum vorant ad modum fluminis profundi & magni: Euphrates enim interpretatur fertilitas; *Ier. 46.* Victima Domini Dei exercituum in terra Aquilonis juxta fluuium Euphraten. *Victima enim Domini in Inferno fit tandem diues: & hic est mundanæ terminus prosperitatis. Quo sensu idem propheta cap. 12. dicebat*: Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui præuaricantur & iniquè agunt? &c. *Et concludit*: Congrega eos quasi gregem ad victimam, *vtique in Inferno. Vbi deridebitur diues à justis, juxta illud Psalm. 51.* Videbunt justi, & timebunt: & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui non posuit Deum adjutorem suum: sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: *at in cassum, nam Prou. 11.* Qui confidit in diuitijs suis, corruet. *Hæc quoque de diuitibus extrema vltio signatur* Is. 9. *ijs verbis*: Omnis violenta prædatio cum tumultu: *idest*, violenti B prædatores (*quales sunt diuites, vt visum est*:) cum tumultu *erunt in Inferno; ibi enim nullus ordo*: Et vestimentum mistum sanguine: *scilicet* eorum, quos occiderunt, *siue pauperum, viduarum, & pupillorum*: *vel* mistum sanguine *propter diuitum purpuras, sanguineum referentes colorem*: Purpura *enim* est C pannus sanguine concharum marinarum tinctus; *vnde Mart. lib. 13.*

A *Apoc. 16. com. 1. & 2. ibi.*

B *Is. 9. ibi.*

Purpura ex concharũ sanguine.

C *Apoc. 18. com. 1. ibi, purpuræ.*

Sanguine de nostro tinctas ingrate lacernas
Induis: & non est hoc satis, esca sumus.

Et quidem diues ille Luc. 16. induebatur purpurâ. *Hæc igitur purpura, siue purpureum vestimentum*, erit in combustionem, & cibus ignis *damnationis æternæ; Amos 1.* Conteram vestem Damasci. *Damascus autem interpretatur* sanguinis succus. *Hinc cohærenter legimus*: Mortuus est diues, & sepultus est in Inferno. *Non dicit*: Mortuus est *homicida, crapulo, adulter, inuidus &c. sed tantùm*, mortuus est diues: *ex quo enim quis talis est, facilè in quælibet flagitia prolabitur, quibus supplicium debetur sempiternum. Quo eodem* Lucæ cap. 16. *non abs re præmiserat Dominus*: Non potestis Deo seruire, & mammonæ; *idest, diuitijs*.

x *Porrò in ea de diuite narratione, quod magis exaggerat Euangelista de culpa illius, videtur esse*: quòd quidam mendicus, nomine Lazarus, jacebat ad januam ejus, vlceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis: & nemo illi dabat. *Ex quo, cum diuites (vt vidimus) sibi superflua pauperibus erogare teneantur: quia epulo ille non erogauit, æterni supplicij pœnâ justè damnatus est. Et quidem hanc solam supremus videtur judex damnatis causam adducere Matth. 25.* Esuriui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum &c. *Quod confirmat, cum subjicit*: Quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. *Eapropter eo in judicio extremo diuitiæ ipsæ erunt ad damnationem in testimonium contra possessores iniquos, Iac. 5.* Aurum & argentum vestrum æruginauit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit. *Ærugo eorum*; idest D rubigo contracta ex nimia conseruatione eorum, quæ deberent pauperibus distribui, *erit vobis*; idest, contra vos, *in testimonium*, scilicet auaritiæ. Ærugo enim pecuniæ *ex glossa* vertetur in testimonium nequitiæ, & augmentum pœnæ, quia intelliget (*diues*) se malè congregasse ea, quibus indigebat ad vsum vitæ. *Et manducabit carnes vestras*; idest, erit causa,

Diuitum auaritia, & eleemosyna pauperibus subtracta, causa præcipua damnationis.

In die judicij erunt diuitiæ in testimonium contra diuites.

D *Iac. 5. ibi.*

quare cruciabitur caro: *ſicut ignis*; flamma enim exterior corpora, & vermis interior animas cruciabit, *Iudith* 16. Dabit ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & ſentiant vſque in ſempiternum. *Et hinc eſt, quòd quanquam contra peccatores omnes Chriſtus in judicio juſtè indignabitur: ſpecialiùs tamen* contra eos E iraſcetur, quia temporalibus diuitijs abutuntur, Zach. 1. *Ira magna ego iraſcor ſuper gentes opulentas*: & (*quod in idem redire videtur*) contra eos, qui proximis non compatiuntur, *Iac.* 2. Iudicium ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam. *Et bene ad ſiniſtram Chriſti iniqui diuites & reprobi ſtatuentur: ad dexteram verò juſti & miſericordes: nimirùm, quia* per manus Dei F intelligitur potentia Dei operatiua: & hęc eſt quædam dextera, quæ exaltat bonos in ſpiritualibus bonis, Prou. 3. *Longitudo dierum in dextera ejus*. Siniſtra eſt, quæ punit malos, & largitur temporalia, *Ibid.* In ſiniſtra illius diuitiæ & gloria; *mundana videlicet, & temporalis, ex quibus vtplurimùm æterna prouenit condemnatio, niſi bene ijs vtamur, præſertim pauperibus erogando. Eapropter dicitur Iob* 22. Aquam laſſo non dediſti, & eſurienti ſubtraxiſti panem. In fortitudine brachij tui poſſidebas terram, & potentiſſimus poſſidebas eam. Viduas dimiſiſti vacuas, & lacertos pupillorum comminuiſti: *quæ ſunt diuitum frequentes iniquitates & peccata. Et poſtea immediatè ſequitur*: Propterea circundatus es laqueis, & conturbat te formido ſubita: *hoc eſt, tempore mortis*: Et putabas, te tenebras non viſurum, & impetu aquarum inundantium non oppreſſum iri? *quod eſt æterna damnatio. Et cap.* 24. Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperum ſpoliauerunt. Nudis & incedentibus abſque veſtitu & eſurientibus tulerunt ſpicas. De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit. *Et proſequitur de homicida & adultero, quòd hæc & alia vitia ex opulentia procedunt; moxque debitam adnectit pœnam, cum ſubdit*: Obliuiſcatur ejus miſericordia: dulcedo illius vermes: non ſit in recordatione; ſed conteratur quaſi lignum infructuoſum: (*cui aſſimilatur damnatus Ioan.* 5. Mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardebit:) *concluditque*: Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam: *ſicque impœnitens factus diues, æternis procul dubio damnatur ſupplicijs. Et hoc eſt, quod initio Author expreſſit: diuitias eſſe, quæ* mergunt homines in interitum & perditionem; *ideſt*, in æternam mortem, & pœnam æternam. *Ergo, ne contingat in extremo impœnitentes decedere*: Agite nunc diuites (*Iac.* 5.) plorate vlulantes in miſerijs veſtris. *Agite*, ſcilicet G pœnitentiam, recuperando per pœnitentiam quod deſtruxiſtis per culpam: *nunc*; dum ſcilicet tempus habetis: *plorate* lacrymis contritionis: *vlulantes* voce lacrymoſæ confeſſionis, *in miſerijs veſtris*; ideſt, pro miſerijs *ex peccato prouenientibus: nam Prou.* 14. Miſeros facit populos peccatum; *miſericordiæ operibus veſtras in proximum compenſantes iniquitates, exemplo innocentis diuitis Iob, qui* cap 29. *de ſe ipſo ait*: Auris audiens beatificabat me, & oculus videns teſtimonium reddebat mihi: eoquòd liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non eſſet adjutor. Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum. Iuſtitiâ indutus ſum, & veſtiui me, ſicut veſtimento & diademate, judicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum &c. *Talis igitur eſto, quiſquis diues es: & ejuſmodi quidem diues, pauperum nimirùm adjutor, tantum abeſt, quòd* ſepeliatur in Inferno, *quòd immò à cœleſtibus ſpiritibus in Cœlum ſubducitur*. Sicut H Habacuc (*poſtquam Danieli in lacu leonum poſito prandium attulerat*) ſine mora ab Angelo reſtitutus eſt ad locum ſuum, *Dan.* 14. Ita omnis defenſor juſtitiæ, & viduarum atque pupillorum conſolator, per Angelos Dei ad locum ſibi in Cœlis paratum deferetur.

Chriſtus judex ſpecialiùs contra diuites iraſcetur.

E *Serm.* 2. *ex Eu. Dom.* 22. *poſt Pent.*

F *Pſ.* 10. *lit f.* Quænam Dei dextera, quæ ſiniſtra.

Diuitiæ in ſiniſtra Chriſti, & cum eis diuites.

Quorum certa damnatio, ſi male vtantur.

Pœniteant.

G *Iac.* 5. *ibi.*

Iob imitentur diuitem innocentem.

H *Dan.* 14. *ſi. cap.*

Adjutor pauperum in Cœlum per Angelos ſubducitur.

y *Itaque, ſi diuitiæ inſunt, non amentur; ſi non ſunt, non expetantur: neque enim diuitiæ, ſi bene vtimur, virtutem tollunt, ſed affectus ad illas. Hinc* plures I ſunt pauperes qui voluntate ſunt diuites. *Et hos quidem pauperes actu, ſed diuites voluntate & affectu, non minùs, quàm diuites, reprobat Dominus; vnde Matth.* 5. Beati *inquit* pauperes ſpiritu: *poſſunt enim & pauperes voluntate eſſe diuites, & diuites ſpiritu pauperes. Hoc tamen firmiter tenendum, melius eſſe carere diuitijs, quàm habere, Pſal.* 36. Melius eſt modicum juſto ſuper diuitias peccatorum multas: *ſicut nec oppoſitum, ſcilicet mendicitas, deſiderandum, propter inſtans vtrinque periculum, Prou.* 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantùm victui meo neceſſaria. *Et rationem adducit Sapiens*: Ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum (*vide, quàm periculoſa opulentia!*) & dicam: Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & perjurem nomen Dei mei. *Idcircò petentibus denegantur plerunque diuitiæ à Deo, non petentibus conceduntur: hi enim, ceu qui non affectant, nonniſi in bonum vtuntur. Ita Salomoni ſapientiam, non diuitias, poſtulanti reſpondit Dominus* 3. *Reg.* 3. Quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies multos, nec diuitias, ſed ſapientiam: ecce feci tibi ſecundùm ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens. Sed & hæc, quæ non poſtulaſti, dedi tibi: diuitias ſcilicet & gloriam, vt nemo fuerit ſimilis tui in regibus cunctis retrò diebus. *Vnde & Author noſter*: Regibus *inquit* qui L juſtitiam quærunt, diuitiæ adduntur à Deo: ſicut Salomon, qui dum ſapientiam quæſiuit ad faciendum judicium, promiſſionem de abundantia diuitiarum accepit. *Nec alia quidem de cauſa non petendæ, niſi quia fallaces ſunt: proinde neque in eis ſperandum eſt, neque fidendum. De qua vana fiducia dicitur Iob cap.* 8. Spes hypocritæ peribit, & ſicut tela aranearum fiducia ejus. Innitetur ſuper domum ſuam: & non ſtabit. *Quod exponitur*: ideſt M ea, in quibus confidebat, de facili frangentur, ſicut aranearum tela. Confidebat enim non in diuino auxilio, ſed in fortitudine domus ſuæ; ideſt, in abundantia diuitiarum ſuarum, multitudine conſanguineorum, & alijs hujuſmodi: ſed hæc ei de facili deficient. Vnde ſequitur: *innitetur ſuper domum ſuam*; ideſt, fiduciam habebit ſtabilitatis in proſperitate domus ſuæ; & tamen *non ſtabit*: quia, cum defecerit ei diuinum auxilium, ruet. *Quapropter Apoſtolus* 1. *ad Tim.* 6. Diuitibus hujus ſeculi præcipe, non ſublimè ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum. *Non ſublimè ſapere*: ideſt N non ſentire aliquid excelſum de ſe: quod poteſt reddi malum, ſi quis ſublimè ſapit de ſe propter ea, quæ non habent excellentiam veram. Et hoc eſt in rebus temporalibus: vnde qui propter exteriorem excellentiam ſublimè ſapit, de ſe inordinatè ſapit; & eſt ſuperbia. Et tamen ea nales non aliam ſublimitatem curant, niſi illam: & hæc acquiri poteſt per diuitias. Vnde quia diuites hujus Mundi hæc habent, inaniter extolluntur. Secundum vitium in diuitibus eſt ſpes mundanorum; vnde dicit: *neque ſperare*, Iob 31. *Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi: fiducia mea*. Deinde, cum dicit: *in incerto diuitiarum*; aſſignat rationem monitionis. In eo enim ſperat aliquis, vnde credit auxilium habere: ſed auxilium habetur à forti; & diuitiæ ſunt fragiles: ergo non eſt in eis ſperandum, *Matth.* 6. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo &c. *Et Ier.* 17. Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus; *idcircò ſubdit Apoſtolus*: ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abunde: *cui cohæret illud Iac.* 1. Qui dat omnibus affluenter.

I *Matth.* 19. *ibi*, quis poterit?

Pauperes diuites, & diuites pauperes voluntate eſſe poſſunt.

Nec mendicitas nec opulentia à Deo petenda, propter periculũ peccandi.

Non petentibus cõceduntur diuitiæ à Deo: petentibus denegantur.

L *Op.* 20. *l.* 1. *c.* 10. *ſi.*

In eis non fidendum.

M *Iob* 8. *l.* 2. *ibi.*

Neque gloriandum, aut ſuperbiendũ.

N 1. *Tim.* 6. *l.* 4. *Op de er. Pr. l.* 2. *c.* 7.

2 Cum

2 *Cum igitur in diuitiis, vti fallacibus, fidendum non sit: & aliàs occasionem præstent spiritualis ruinæ; immò, vt vidimus, damnationis æternæ: contemnendæ diuitiæ sunt, non expetendæ. Cujus rei multiplex affertur motiuum.* Contemnendæ enim maximè sunt O propter quatuor. Primò propter earum inutilitatem, Eccle. 5. *Qui amat diuitias, fructum* (scilicet vitæ æternæ) *non capiet ex eis*. Secundò relinquendi necessitatem, Psal. 75. *Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis*. Tertiò quia ducent malè possidentem ad perpetuam paupertatem, Iob 27. *Diues nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet: apprehendet eum, quasi aqua, inopia*. Quartò, quia contemptus earum deducet ad vitæ æternitatem, *Matth.* 19. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores &c. aut agros &c. centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. *Quoniam verò plura diuitiarum genera sunt: aliæ enim sunt temporales* (*de quibus* 1. *ad Tim.* 6. Diuitibus hujus seculi præcipe &c.) *aliæ spirituales, aliæ æternales: sicut primæ fugiendæ sunt, ita spirituales, & æternæ, appetendæ nedum ardenter sunt, sed & totis viribus assequendæ*. Diuitiæ P spirituales sunt scientiæ & virtutes, Is. 33. *Diuitiæ salutis, sapientia & scientia*. Per scientiam est in nobis discretio & honesta conuersatio: est enim scientia, scire qualiter homo se debeat habere ad Deum, ad proximum, & ad se ipsum. Hanc scientiam docet nos Deus *ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus* voluptatis & cupiditatis. Is. 28. *Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum?* Et respondet: *Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus*. Mirum, cum homo in his vberibus amaritudinem inueniat & ardorem, quare non separetur ab eis; cum dicat Augustinus: *Delectationes meas respersisti Domine amaritudinibus, vt quærerem sine amaritudine viuere*. Per sapientiam est in nobis Dei dilectio. *Discat* (aiebat Bernardus) *quantum vult: ego sapientem non dicam, dum non timebit, nec diliget Deum*. Istæ autem diuitiæ appetendæ sunt propter tria. Primò propter immensitatem, Sap. 7. *Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei*; & Prou. 3. *Pretiosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari*. Secundò propter vtilitatem, Prou. 13. *Redemptio animæ viri, diuitiæ suæ: qui autem pauper est, increpationem non sustinet*. Qui vult *ex glossa* animam suam redimere à futura ira, congreget diuitias bonorum operum: quia qui eis carebit, increpationem districti judicij sustinere non valebit. Tertiò propter dignitatem, Prouerb. 14. *Corona sapientium, diuitiæ eorum*: hoc est, corona æterna pro virtutibus sapientium, diuitiæ eorum sunt. *De his sanè diuitijs loquebatur Apostolus* 1. *ad Cor.* 1. Gratias ago Deo meo, quòd in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia. *Quibus proculdubio spiritualibus diuitijs nobis æternales comparamus, de quibus pariter Paulus Roman.* 9. Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam, *vtique per Christum consequendam, qui cum esset diues* (*inquit Apostolus ad Corinthios scribens* 2. *Corinth.* 8.) propter vos egenus factus est, vt illius inopia diuites essetis, *videlicet in Cœlo, vbi veræ diuitiæ sunt, & quidem sempiternæ, Psal.* 111. Gloria & diuitiæ in domo ejus. *Et hæ quidem æternales* Q diuitiæ appetendæ *pariter* sunt propter tria. Primò propter earum veritatem: sunt enim illæ, veræ diuitiæ. *Fratres* (aiebat Gregorius) *si verè diuites esse cupitis, veras diuitias amate*. Secundò propter jucunditatem, Psal. 149. *Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis*. Tertiò propter æternitatem, *Sap.* 5. Iusti autem in perpetuum viuent: *quia nimirùm* Regni ejus non erit finis, *vt dicitur Luc.* 1. *Et tandem Matth.* 6. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo. *Quasi diceret:* Non R in aliquo loco corporali, *sed in cœlo*; idest, in spiritualibus bonis: hoc est, abundantiam bonorum meritorum acquirite: *per quas spirituales diuitias, æternales finaliter adipiscamini. Cæterùm seculares diuitiæ, &* bona S temporalia debent contemni, in quantùm nos impediunt ab amore & timore Dei: & secundùm hoc etiam non debent amari. Non autem debent contemni bona temporalia, in quantùm instrumentaliter nos juuant ad ea, quæ sunt diuini timoris & amoris. *Quod erit, si secundùm rationem, diuinumque præceptum, eis in nostram vtamur spiritualem salutem, & in proximi vtilitatem: quod potissimùm fit eleemosynas erogando, Luc.* 11. Quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. *At hæc diuitum auribus non benè sonant, de quibus concludat Author*: Minùs T Deum diligunt qui plura ab eo recipiunt, & minùs ab ejus offensa se custodiunt: & quantò majorem terram ab eo tenent, tantò minus seruitium ei exhibent. De bonis Domini (*Domini est terra & plenitudo ejus*, Psalm. 23.) quæ in manibus suis habent, nolunt Deo per pauperes petenti dare, vel ad centuplas vsuras commodare: quod vni Iudæo, vel Saraceno facerent (*quin & non rarò faciunt*) si sine peccato facere possent. *Et Augustinus ad auarum*. Dicit tibi Christus: Da mihi ex eo, quod tibi dedi: de meo quæro, da & redde. Habuisti me largitorem, fac me debitorem. Parum est quod dixi: habuisti me largitorem; habeam te fœneratorem. Pauca tradas, plura reddam. Temporalia mihi das, æterna restituam. *DISCE, non in terra, sed thesaurizare tibi thesauros in Cœlo. Vide*, Auaritia, Auarus, Bona temporalia, Clericus, Eleemosyna.

Multiplici ex capite côtemnendæ

O Sermone Ep. Dom. 18. post Pent.

Tria diuitiarum genera.

P Ibidem.

Temporales fugiendæ: spirituales & æternæ appetendæ sunt & assequendæ.

Mundanæ delectationes cû amaritudine.

Q Ibidem.

Diuitiæ gloriæ æternæ, veræ & stabiles diuitiæ.

In cœlo thesaurizandum, non in terra.

R Matth. 6. lit. e. ibi. & 1. Tim. 6. l. 4. sub initio.

S 2. 2. 126. 1. ad 3.

Diuitiæ & temporalia bona cur & quando contemnenda.

T Opusc. de er. Princ. l. 1. c. 1. circ. fi.

DIVORTIVM. Vide MATRIMONIVM.

DOCTOR ECCLESIASTICVS, & PRÆDICATOR.

XXVIII. Traditioni diuinorum fit injuria, dum vel tradita auarè retinentur, vel inconsideratè traduntur. *De diu. Nom. c.* 13. *l.* 4. *circ. fi.*

2 NOn *facultatem quamcunque, sed sapientiam cælestem, scientiamque callentes diuinorum, Doctores hic propriè appellamus. Et vtraque donum est Spiritus Sancti. Nam circa ea* V quæ fidei proponuntur credenda, duo requiruntur ex parte nostra. Primum quidem, vt intellectu penetrentur, vel capiantur: & hoc pertinet ad donum intellectus. Secundò autem oportet, vt de eis homo habeat judicium rectum, vt æstimet, his esse inhærendum, & ab eorum oppositis recedendum. Hoc ergo judicium quantùm ad res diuinas, pertinet ad donum sapientiæ: quantùm verò ad res creatas, pertinet ad donum scientiæ. *Et quidem*, licèt ea X de quibus est fides, sint res diuinæ & æternæ: tamen ipsa fides est quoddam temporale in animo credentis. Et ideò scire quid credendum sit, pertinet ad donum scientiæ: scire autem ipsas res creditas secundùm seipsas per quandam vnionem ad ipsas, pertinet ad donum sapientiæ. *Neque scientia hæc in pura contemplatione consistit: etenim* donum scientiæ Y ordinatur, sicut & donum intellectus, ad certitudinem fidei: fides autem primò & principaliter in speculatione consistit, in quantum scilicet inhæret primæ veritati. Sed quia veritas est etiam vltimus finis, propter quem operamur, inde etiam est, quòd fides ad operationem se extendit, secundùm illud ad Gal. 5. *Fides per charitatem operatur*. Vnde etiam oportet, quòd donum scientiæ, primò quidem & principaliter respiciat speculationem, in quantùm scilicet homo scit

Donum Intellectus, Sapientiæ, & Scientiæ.

V 2. 2. 8. 6. fi. c. & 1. 2. 68. 3. ad 1. & 2.

X 2. 2. 9. 2. ad 1.

Y Ibid. a. 3. c. Op. 7. Pet. 3. Op. 19. c. 12.

Donum Scientiæ quo sensu & ad operationem ordinetur.

scit quid fide tenere debeat: secundariò autem se extendit etiam ad operationem, secundùm quòd per scientiam credibilium, & eorum quæ ad credibilia consequuntur, dirigimur in agendis. *Et hoc est, quod ait Apostolus Philipp 1.* Oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora. *In omni scientia*: qua scilicet Z agnoscat veritatem, & inhæreat circa ea, quæ sunt fidei. *Et in omni sensu*, qui est vis cognoscitiua circa exteriora objecta. Et proprium ejus est, vt statim judicet de proprio sensibili rectè. Et ideò hoc nomen translatum est ad interius judicium rationis; vnde sensati dicuntur qui habent rectum judicium circa agibilia, Sap. 1. *Sentite de Domino in bonitate &c.* Sed hic sensus debet esse non tantùm consideratiuus, sed etiam discretiuus inter bonum & malum, & inter bonum & melius; vnde subdit: *Vt probetis potiora.* Charitas enim perficit sensum, vt probet bona; sed perfecta charitas, vt probet meliora, 1. *Cor.* 12. Æmulamini charismata meliora. *Talis ergo est scientia, de qua in præsenti tractamus, quam à Domino & Dauid petebat Ps.* 118. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. *Et potest considerari in homine vt in se ipso est, & in ordine ad alios, videlicet instruendos. Hoc enim inter doctrinam interest, & disciplinam (vt docemur* Poster. *l.* 1. *fi.a.)* quòd doctrina est actio ejus, qui aliquid cognoscere facit: disciplina autem est receptio cognitionis ab aliquo. *Ex quo* doctrina A pertinet ad majores, qui sunt sui juris immediatè sub lege existentes, quibus debent dari legis præcepta: disciplina autem ad minores, ad quos præcepta legis debent per majores peruenire. *Præfatam ideircò doctrinam qui alijs bene tradit, verè Doctor dicendus: qualis erat vtique Paulus*, Doctor gentium in fide & veritate, 1. *ad Tim.* 2. Doctor B generat scientiam in anima discipuli: Scientia autem non est de falso; vnde docens falsum, non est doctor. Et debet docere *in fide & veritate*: quia debet docere fidem & bonos mores. Et dicit, *in fide*; idest, de his, quæ pertinent ad statum præsentem, in quo secundùm fidem viuimus: *& in veritate*, quantùm ad statum gloriæ. *Alibi quoque instruimur*, *quòd* per scientiam C est in nobis discretio & honesta conuersatio: est enim scientia, scire qualiter homo se debeat habere ad Deum, ad proximum, & ad seipsum. Per sapientiam est in nobis Dei dilectio.

Exponitur illud Apostoli: *In omni scientia, & in omni sensu.*

Z *Philipp.* 1. *l.* 2. *ibi.*

Discrimen inter doctrinam & disciplinã.

A 2. 2. 16. 2. *ad* 2 *Iac.* 3. *ibi*, disciplinatus Illa ad maiores pertinet: hæc ad minores.

Quisnam verus Doctor.

B 1. *ad Tim.* 2. *l.* 2. *ibi.*

Sapientiæ & Scientiæ dona nedum ad fidem se extendunt, sed & ad bonos mores instituendos.

C *Serm ex Ep. Dom.* 18. *post Pent.*

b *Eapropter scientia hæc perfectè sine charitate non est, nec esse potest: quod satis ostendit Apostolus* 1. *Cor.* 8 *cùm ait*: Si quis se existimat scire aliquid, nondum cognouit, quemadmodum oporteat eum scire. *Quasi dicat* Habetis D scientiam, sed non sufficientem: quia *si quis vestrum existimat se scire*, habens scientiam sine charitate, aliquid scit: *nondum* tamen *cognouit*, quia non se cognoscere facto ostendit, *quemadmodum oporteat eum scire*; idest, qualiter debeat vti scientia, quia in ædificationem, non in nocumentum aliorum. Scire autem contingit dupliciter, scilicet habere scientiam, & vti scientia: sicut videre, habere visum & vti visu. Hic (*ex glossa Bernardi*) non approbat Apostolus multa scientem, si modum sciendi nescierit. Modus enim sciendi est, vt scias quo ordine, quo studio, quo fine scire quæque oporteat. Quo ordine, vt id priùs quod maturius ad salutem: quo studio, vt id ardentiùs, quod efficacius est ad amorem: quo fine, vt non ad inanem gloriam, vel curiositatem scire velis aliquid, sed ad ædificationem tui & proximi. Sunt namque qui scire volunt eo fine tantùm vt sciant; & curiositas est: quidam vt sciantur; & vanitas est: quidam vt scientiam vendant; & turpis quæstus est: quidam vt ædificentur; & prudentia est: quidam vt ædificent; & charitas est. *Vnde subdit Apostolus*: Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. *Quasi dicat*: Ille perfectè non scit, qui nescit, quemadmodum oporteat eum scire: *si quis autem diligit Deum*; & ita cum scientia habet charitatem, *hic cognitus est*, idest approbatus, *ab eo*: Cognouit *enim* Dominus, qui sunt ejus, 2. *Tim.* 2. Vnde talis verè scit, Deo approbante, quia bene vtitur scientia propter charitatem adnexam. Notandum est autem, quòd ad hoc, quòd aliquis sciat, quemadmodum oporteat scire, nouem sunt necessaria. Primò humiliter sine inflatione, Psal. 130. *Si non humiliter sentiebam.* Secundò sobriè sine præsumptione, Rom. 2. *Non plus sapere, quàm oportet.* Tertiò certitudinaliter sine hæsitatione, 2. Tim. 1. *Scio cui credidi, & certus sum.* Quartò veraciter & sine errore, 2. Tim. 3. *Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.* Quintò simpliciter sine deceptione, 1. Tim. 6. *Oppositiones falsi nominis scientiæ.* Sextò salubriter cum charitate & dilectione, 1. Cor. 13. *Si habuero omnem scientiam, charitatem autem non habuero &c.* Septimò vtiliter cum proximorum ædificatione, 1. Cor. 12. *Alij datur sermo scientiæ in eodem spiritu.* Octauò liberaliter cum gratuita communicatione, Sap. 6. *Ponam in lucem scientiam ejus.* Nonò efficaciter cum bona operatione, *scienti enim bonum facere & non facienti, peccatum est illi*, vt dicitur Iac. 4. *Sed & apertiùs hanc veritatem confirmat Apostolus* 1. *Cor.* 13. *cum ait*: Si linguis hominum loquar, & Angelorum: charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. *Vbi Author*: Rectè *inquit* comparatione E vtitur: anima enim per charitatem viuit, quæ viuit Deo, qui est animæ vita, Deuteron. 30. *Ipse est vita tua.* Rectè ergo comparat loquelam charitate carentem sono rei mortuæ, scilicet æris aut cymbali: quia licèt clarum sonum reddat, non tamen est viuus, sed mortuus. Ita etiam locutio hominis charitate carentis, quantumcunque sit diserta, tamen habetur pro mortua, quia non proficit ad meritum vitæ æternæ. *Subijcit vlteriùs*: Et si nouerim mysteria omnia, & si habuero omnem scientiam, & omnem fidem: charitatem autem non habuero, nihil sum. *Mysteria omnia*; idest, occulta diuinitatis, quod pertinet ad sapientiam: *& omnem scientiam*, siue humanitus acquisitam, sicut habuerunt Philosophi; siue diuinitus infusam, sicut habuerunt eam Apostoli: *& habuero omnem fidem*; idest, perfectam fidem: si inquam habuero omnia prædicta, ad perfectionem intellectus pertinentia: *charitatem autem non habuero*, per quam perficitur voluntas, *nihil sum*, scilicet secundùm esse gratiæ, Ezech. 28. *Nihili factus es, & non eris in perpetuum.* Quod quidem fit propter defectum charitatis, per quam homo bene vtitur intellectu perfecto: sine charitate autem, ejus vsus bonus non est. *Et hoc est, quod idem prompsit Apostolus Ephes.* 3. Vt possitis scire supereminentem scientiæ charitatem. *Cujus pulchram expositionem vide* F.

Donum scientiæ non est sine charitate.

D 1. *Cor.* 8. *l.* 1. *ibi.*

Scire dupliciter contingit.

Verè scit qui charitatem habet.

Perfectè scientis conditiones.

Charitatis necessitas cum scientia.

E 1. *Cor.* 13 *l.* 1. *ibi.*

c *Ex quo scientia ista ad vtramque vitam pertinet, contemplatiuam scilicet, & actiuam. Siquidem doctrina* G est duplex. Quædam, quæ ad cognitionem veritatis tantùm ordinatur: & hæc, quamuis ad alterum sit, limites tamen vitæ contemplatiuæ non exit. Est autem quædam doctrina, quæ ordinatur ad persuadendum bonos mores, quæ prædicatio dicitur: & hæc ad vitam actiuam pertinet. *Et sic* cognitio H contemplatiua æternorum aliquando pertinet ad actiuam vitam, non quòd sit de essentia ejus; sed quia præexigitur ad ipsam sicut causa, dum rationes viuendi ex contemplatione æternorum sumuntur. *Et hinc est, quòd docere ad vtramque potest vitam spectare.* Nam in actu I docendi inuenimus duplicem materiam, in cujus signum etiam actus docendi duplici actui conjungitur: (*& hæc est ratio, quare grammatici huic verbo doceo duplicem accusandi casum assignant.*) Est siquidem vna ejus materia ipsa res, quæ doce-

F *Ephes* 3. *l.* 5.

Scientia hæc num ad contemplatiuam, an ad actiuam etiam vitam pertineat.

G 3. *d.* 35. *q.* 1. *a.* 3. *q.* 1. *ad* 3.

H *Ibid. a.* 3. *q.* 2. *fi. c.*

Docere vtriusque vitæ potest esse actus.

I *Ver.* 11. 4. *c.* & 2. 2. 181. 3. *c. In* 3. *d.* 35. *q.* 1. *a.* 3. *q.* 1. *ad* 3.

Digitized by Google

docetur: alia verò ille, cui scientia traditur. Ratione igitur primæ materiæ, actus doctrinæ ad vitam contemplatiuam pertinet: sed ratione secundæ, pertinet ad actiuam. Sed ex parte finis doctrina solummodo ad vitam actiuam pertinere videtur: quia vltima materia ejus, in qua finem intentum consequitur, est actiuæ vitæ materia. *Quocirca illud ad rem nostram notandum, quòd* circa credenda L duplex scientia potest haberi. Vna quidem, per quam homo scit, quid credere debeat, discernens credenda à non credendis: & secundùm hoc scientia est donum, & conuenit omnibus Sanctis. (Et hæc M est scientia Sanctorum, de qua dicitur *Sap.* 10. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam Sanctorum. *Quæ & scientia Dei dicitur ab Apostolo Coloss.* 1. Crescentes in scientia Dei.) Alia verò est scientia circa credenda, per quam homo non solùm scit, quid credi debeat, sed etiam scit fidem manifestare, & alios ad credendum inducere, & contradictores conuincere. Et ista scientia ponitur inter gratias gratis datas, quæ non datur omnibus, sed quibusdam. *Et idem dic de sapientia.* Quidam *enim* altiori N gradu percipiunt sapientiæ donum, & quantùm ad contemplationem diuinorum, in quantùm scilicet altiora quædam mysteria & cognoscunt & alijs manifestare possunt: & etiam quantùm ad directionem humanorum secundùm regulas diuinas, in quantùm possunt secundùm eas non solùm seipsos, sed etiam alios ordinare. Et iste gradus sapientiæ non est communis omnibus habentibus gratiam gratum facientem, sed magis pertinet ad gratias gratis datas, quas Spiritus Sanctus distribuit, prout vult. (*Quamuis autem gratia gratis data non requirat ex necessitate gratiam sanctificantem in habente, vt de Caipha prophetante liquet, sicut exigit donum: dantur enim gratiæ illæ ex Apostolo* 1. *Cor.* 12. ad vtilitatem *Ecclesiæ*: *Nihilominus, vt plurimùm* operatio O miraculorum est manifestatiua gratiæ gratum facientis, sicut & donum prophetiæ, & quælibet gratia gratis data, vnde 1. *Cor.* 12. Gratia gratis data nominatur *manifestatio spiritus.*) *Idcircò Apostolus cit. loco* ad Corinth. *dicit*: Alij per spiritum datur sermo sapientiæ: *scilicet*, vt possit P persuadere ea, quæ ad cognitionem diuinorum pertinent, Luc 21. *Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri.* Alij autem sermo scientiæ secundùm eundem spiritum: *scilicet*, vt per creaturas ea, quæ sunt Dei, manifestare possint. Huic enim scientiæ attribuitur illud, quo pia fides defenditur & roboratur: non autem quicquid curiositatis in humanis scientijs inuenitur, vt *Augustinus* dicit; Sap. 10. *Dedit illi scientiam Sanctorum.* Est tamen notandum, quòd sapientia & scientia inter septem dona Spiritus Sancti computantur, sicut habetur *Is.* 11. Vnde Apostolus signanter inter gratias gratis datas non ponit sapientiam & scientiam, sed *sermonem sapientiæ & scientiæ*, quæ pertinent ad hoc, vt homo alijs persuadere valeat per sermonem ea, quæ sunt sapientiæ & scientiæ.

L 2. 2. q. 1. ad 2. & q. 45. 5. c. & 1. 2. 111. 4. ad 4. & 1. Cor. 13. l. 1. ibi, scientiam.

Scientia duplex, donum scilicet & gratia gratis data.

M 2. 2. 9. 3. ad 3. & 1. Cor. 13. l. 2. ibi, scientiæ. Philipp. 1. l. 2. ibi, scientia. Op. 7. Pet. 3 sub init.

N 2. 2. 45. 5. ſ. c. & 1. 2. 68. 5. ad 1.

Gratia gratis data, etsi non exigat gratiã sanctificantem in habente, vt plurimùm tamen est illius manifestatiua.

O 1. p. 43. 3. ad 4. & 1. Cor. 12. l. 2.

P 1. Cor. 12. l. 2. ibi.

Sapientia & scientia dona sunt Spiritus Sancti, non autem propriè gratiæ gratis datæ.

d *Et ecce quales esse debeant Doctores, qualisue doctrina proximis nostris tradenda sit. Vnde & Psaltes Psal.* 48. Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. *Vbi Author*: Quicunque *inquit* docet Q aut docet res, aut docet verba. Quando prædicamus fidem & mores, docemus res: quando exponimus Scripturam, docemus verba. Rerum autem cognitio necessaria est ad duo, scilicet ad cognitionem veritatis, & ad vsum operationis. Omnis ergo cognitio veritatis, quæ nobis necessaria est de alijs rebus, referenda est ad cognitionem veritatis diuinorum: & ideò omnis cognitio veritatis pertinet ad sapientiam; & ideò dicit: *Os meum loquetur sapientiam*, 1. Cor. 2. *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Id autem, quod est necessarium quantùm ad vsum operationis, pertinet ad prudentiam, qua habetur directio rerum humanarum; & ideò dicit: *& meditatio cordis mei prudentiam*; idest, loquetur: quia sapientia comparata ad res humanas, & materiales, est prudentia, *Prou.* 10. Sapientia est viro prudentia. *Et hæc est doctrina, quam oportet ecclesiasticum Doctorem effundere: qualem perfectè tradebat Apostolus, qui* 1. Cor. 2. *dicebat*: Sapientiam loquimur, non hujus seculi: sed loquimur sapientiam in mysterio, quam nemo principum hujus seculi cognouit. *Et paulò post, doctrinam hanc*, doctrinam spiritus *vocat, cum subdit*: quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus: *idest*, prout R Spiritus Sanctus nos loquentes interiùs docet, & auditorum corda ad capiendum illustrat. *Porrò alicujus doctrina ex tribus reddi potest erronea*, 1. *Tim.* 6. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundùm pietatem est, doctrinæ, superbus est, nihil sciens &c. *Vbi Author*: Si vis *inquit* scire S quæ doctrina sit erronea, hoc ostendit ex tribus. Primò si sit contra doctrinam Ecclesiasticam; & ideò dicit: *si quis aliter docet*, scilicet quàm ego & alij Apostoli, quantùm ad primum, ad Galat. 1. *Licèt nos, aut Angelus de Cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit.* Doctrina enim Apostolorum & Prophetarum dicitur canonica: quia est quasi regula intellectus nostri. Et ideò nullus debet aliter docere, Deut. 4. *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.* Quantùm ad secundum dicit: *Et non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi.* Nam Dominus Iesus venit, *vt testimonium perhibeat veritati*, vt dicitur Io: 18. & ideò missus est à Patre, sicut Doctor & Magister, 1. Mach. 2. *Ipsum audite semper, & ipse erit vobis Pater.* Et Matth. 17. *Hic est Filius meus dilectus: ipsum audite.* Et ideò erroneus est quicunque non acquiescit sermonibus ejus. Et dicit, *sanis*: quia in Christi sermonibus nihil est corruptionis, nihil falsitatis, vel peruersitatis, quia sunt sermones diuinæ Sapientiæ, Prou. 8. *Iusti sunt omnes sermones mei: non est in eis prauum quid, neque peruersum. Recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam (quæ donum est Spiritus Sancti.)* Quantùm ad tertium dicit: *& ei, quæ secundùm pietatem est, doctrinæ*, scilicet Ecclesiasticæ. Hæc pietas est per cultum Dei, Tit. 1. *Secundùm agnitionem veritatis, quæ secundùm pietatem est.* Radix autem erroris est duplex: scilicet superbiæ affectus, & defectus intellectus. Quantùm ad primum dicit: *superbus*. Superbia autem dicitur radix errorum dupliciter. Primò quia superbi volunt se intromittere de his, ad quæ non attingunt; & ideò necesse est, quòd errent & deficiant, Is. 16. *Superbia ejus, & arrogantia ejus, & indignatio ejus plusquam fortitudo ejus.* Item, quia nolunt intellectum alteri subjicere, sed innituntur suæ prudentiæ; & ideò nolunt obedire Scripturæ sacræ. Contra hoc dicitur Prou. 3. *Ne innitaris prudentiæ tuæ*; & cap. 11. *Vbi est humilitas, ibi & sapientia.* Item defectus intellectus. Vbi sciendum, quòd sicut in corpore sanitas est quædam æqualitas humorum: ita veritas est quædam æqualitas in intellectu, quia veritas est adæquatio rei & intellectus. Vnde sicut infirmus, quando non habet æqualitatem complexionis, ad modica contraria accidentia læditur: sic in intellectu, quando homo non fundatur in veritate, nec habet virtutem, per quam possit judicare veritatem; à qualibet quæstionis difficultate incidit in errorem. Vnde dicit: *nihil sciens, & languens circa quæstiones &c.* Ratio enim discurrit considerando actus ac

Qualis edocenda doctrina in Ecclesia.

Q Ps. 48. lit. b.

Quæ doctrina spiritus dicitur, & cur.

R 1. Cor. 2. l. 3. ibi.

Ex tribus redditur erronea doctrina.

S 1. Tim. 6. l. 1. ibi.

Doctrina Apostolorum canonica.

Duplex erroris radix.

Superbia dupliciter radix.

Sanitas in quo consistat.

Quid sit veritas.

dese-

defectus & habitudinem vnius rei ad aliam: & nisi resoluat vsque ad intellectum veritatis, vana est ratio. Quidam autem discurrunt, & non attingunt, *semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes*, vt dicitur 2. ad Tim. 3.

Sapientia hæc cur aqua dicatur.

e *Porrò sacra hæc & cœlestis doctrina multiplicia ex suis effectibus nomina sortitur. Dicitur enim aqua, Eccli.* 15. Aquâ sapientiæ salutaris potabit illũ. *Hinc super illud Is.* 32. Beati qui seminatis super omnes aquas, *docemur, quòd* Doctrina T Domini est aqua: Primò quia abundat, Eccli. 24. *Ego sapientia effudi flumina.* Secundò quia refrigerat, Prou. 25. *Aqua frigida animæ sitienti.* Tertiò quia fecundat, Is. 55. *Quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltrà non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo &c.* Quartò quia velociter portat, Ioan. 4. *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Quintò quia singulis se conformat; *In plateis aquas tuas diuide*, Prou. 5. *Item super illud Is.* 55. Omnes sitientes venite ad aquas, *erudimur, quòd* diuina V doctrina primò dicitur aqua: quia infirmos sanat, Eccli. 15. *Aqua sapientiæ salutaris potabit illum.* Secundò quia inquinatos mundificat, Ezech. 36. *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Tertiò quia sitientes satiat, Ioan. 4. *Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Item dicitur vinum: & hoc primò, quia pungit arguendo, Is. 1. *Vinum tuum mistum est aquâ.* Secundò quia incendit exhortando, Psal. 104. *Eloquium Domini inflammauit eum.* Tertiò quia inebriat consolando, Is. 66. *Vt sugatis & repleamini ab vbere consolationis eius*; & Cant. 5. *Bibite & inebriamini charissimi.* Item dicitur lac: & hoc primò propter pulchritudinem, Gen. 49. *Nephthali, ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis.* Secundò propter dulcedinem, Cant. 2. *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis.* Tertiò propter sumendi facilitatem: *Sicut modò geniti infantes lac concupiscite*, vt dicitur 1. Pet. 2. *Quam ad rem & ad ea verba Psal.* 130. Sicut ablactatus est super matre sua &c. *ex glossa docemur, quòd* in vtero X matris Ecclesiæ primò concipimur, dum fidei rudimentis instruimur: deinde in lucem educimur, dum per baptismum regeneramur: deinde quasi manibus Ecclesiæ portamur, & lacte nutrimur, cum post baptismum bonis operibus informamur, & lacte spiritualis doctrinæ nutrimur proficiendo, donec jam grandiusculi, à lacte matris accedamus ad mensam Patris; idest, à simplici doctrina vbi prædicatur, *Verbum caro factum est*, accedamus ad Verbum Patris in principio apud Deum: *quod erit in Patria. Idcircò* Cant. 4. *dicebat ad Sponsam, hoc est, Ecclesiam Sponsus*: Mel & lac sub lingua tua: *siquidem* lac Y paruulis conuenit; ideòque per lac designatur simplex doctrina. Mel verò, quod de rore Cœli confici creditur, cœlestem & spiritualem doctrinam significat: quæ & perfectis & instructis conuenit. *Sub lingua* ergo Ecclesiæ *mel* est *& lac*: quia aliquando cœlestia mysteria perfectis; aliquando rudibus plana & simplicia *per sacros Doctores* annunciat. *Ex quo & labia Ecclesiæ Doctores præfati dicuntur: quod innuitur, cum ibidem præmittitur*: Fauus distillans labia tua: *nam* labia Z Ecclesiæ fauus distillans vocantur: quia Sancti Doctores, qui per labia designantur, spiritualia documenta proferunt instruendis fidelibus. (*Quoniam verò* labium A breue quid est: sic labia Doctoris sunt *fauus distillans*, quando breuibus & paucis verbis multa & magna insinuat. Sed attende *ex Augustino*, quòd debet intendere hoc Doctor, quòd intelligatur. Et quandiu adhoc laborat, verba sua non sunt superflua: sed si, postquam intelligitur, eis immoratur, superflua sunt ejus verba.) *Sed & vitta coccinea eod. cap.* labia *sponsæ vocantur*: vitta enim B capillos ligat & constringit: & sancti Doctores sua prædicatione ad vnitatem fidei & dilectionis multitudinem fidelium in Ecclesia nectunt, & in vnum decorem redigunt. Vittæ autem coccineæ assimilantur: (coccus enim ignis habet speciem, *quo charitas signatur*:) quia prædicant & ardent dilectione: diligunt enim eos, quibus verbum impendunt, & etiam à quibus malum patiuntur. *Vlteriùs* duo *vbera* C *Ecclesiæ* eosdem significant sanctos Doctores. Nec mirum, quòd vna eademque res diuersis figuratur modis. Sancti Doctores *Oculi* sunt: quia vitæ vias, quas ingredi debeant, subjectis demonstrant. *Dentes* sunt: quia cibos diuinarum scripturarum molunt & comminuunt, vt mandi possint. Dens Ecclesiæ præcipuus erat Petrus, cui dictum est Act. 13. *Surge, occide, & manduca. Collum* sunt: quia caput & membra, hoc est, Christum & Ecclesiam, conjungunt. Ipsi ergo Doctores sunt & vbera Ecclesiæ: quia paruulos & simplices fideles lacte verbi Dei nutriunt. Iuxta quod Paulus simplicioribus intendens dicit 1. *Cor.* 3. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam. *Insuper propter stabilitatem doctrinæ* columnæ *dicuntur sacri Doctores. Cant.* 3. Ferculum fecit sibi Rex Salomon: columnas ejus fecit argenteas &c. *Quod exponitur*: Per columnas D Doctores Ecclesiæ figurantur, qui eam verbo & exemplo sustinent ac roborant; vnde ad Gal. 2. dicitur: *Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse.* Et hæc columnæ sunt *argenteæ*: quia nitore cœlestis eloquij refulgent, *Psalm.* 11. Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum &c. *igne videlicet charitatis, qua sancti debent pollere declamatores. Et alio in Commentario.* Proficientes E sunt ferculum Salomonis; idest, portatorium, quo Christum portant, & deferunt vsque ad alios: & hi debent habere *columnas argenteas*, alios sustentando, & eis veritatem annunciando: quod notatur per argentum, quod est metallum sonorum. *Ex eo autem, quòd sacram doctrinam, quia de Cœlo venit, aquam superiùs diximus, cohærenter & Ecclesiastici Doctores nubes appellantur, Matth.* 26. Amodo videbitis Filium hominis &c. venientem in nubibus Cœli. *Quod quidem* potest F referri ad aduentum vltimum, & quotidianum. Aduentus vltimus erit in nube, Act. 1. *Quemadmodum vidistis eum ascendentem in Cœlum: ita veniet*; & Matth. 24. *Videbunt Filium hominis venientem (ad judicandum) in nubibus Cœli.* Aduentus quotidianus est in nubibus; idest, in sacris Doctoribus: de quibus dicitur Is. 60. *Qui sunt isti, qui vt nubes volant?* Et dicuntur *nubes*, quia in altum ascendunt. Item nubes fecundæ sunt. Primum pertinet ad altitudinem vitæ: secundum ad fecunditatem doctrinæ. *Si ergo Doctores sacri nubes sunt, pluuia erit & eorum doctrina. Hinc de vinea Synagogæ dicitur Is.* 5. Nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem, *sacræ videlicet doctrinæ*: nubes *enim* sunt G prædicatores; *vnde Ier.* 3. Prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit, *ad terram vtique fecundandam humani cordis. De hac cordis humani per cœlestis doctrinæ pluuiam fecunditate videtur loqui Apostolus ad Hebr. 6. cum ait*: Terra sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. *Vbi Author*: Terra ista H est cor humanum, Luc. 8. *Quod autem cecidit in bonam terram, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.* Cor autem dicitur terra: quia sicut terra indiget pluuiâ, ita homo indiget gratia Dei (*vnde & regius Vates dicebat ad Deum Psal.* 142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi:) Psal. 64. *Visitasti terram, & inebriasti eam*; & Is. 55. *Quomodo descendit imber de Cœlo, & illuc*

Margin notes (left): T *Is.* 32. *ß.* — V *Is.* 55. *ß.* — Et vinum. — Et lac. — X 2. 2, 189. 1. *arg.* 4. — Exponitur illud: *Mel & lac sub lingua tua.* — Y *Cant.* 4 *com.* 1. *ibi.* — Z *Ibid. ibi.* Sacri DD. labia Ecclesiæ. — Monitum Doctoribus, & concionatoribus. — A *Eph.* 3. *l.* 3. *ibi*, in breui.

Margin notes (right): B *Cant.* 4. *com.* 1. *ibi.* Doctores præfati vittæ coccineæ comparantur, & quare. — Duo vbera Ecclesiæ sunt, oculi, dentes, & collum. — C *Ibid. ibi*, duo vbera. *Et* 1. *Cor.* 3. *l.* 1. *ibi*, lac. *Apoc.* 2. *com.* 2. *ibi* oculos. — Item columnæ, & argenteæ. — D *Cant.* 3. *com.* 1. *ibi.* — E *Ibid. com.* 2. *ibi.* — Nubes. — F *Matth.* 26. *lit.* g *ib.* — G *Is.* 5. *ibi.* Sacra doctrina, pluuia. — H *Hebr.* 6 *l.* 2. *ibi. Et Is.* 60. *ß.* Quæ cor humanum, quasi terram, fecundat.

& illuc vltrà non reuertitur; sed inebriat terram, & germinare eam facit: sic erit verbum meum &c. Sed doctrina fidei est quasi imber superueniens, quam pluit in cordibus auditorum, mediantibus Doctoribus, Iob 36. *Effundit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt.* Hunc imbrem bibit, quando quod audit, intelligit, & ad illud afficitur; Is. 55.

Hujus doctrinæ origo, cœlestis.

Omnes sitientes venite ad aquas. Ista autem doctrina est *super se;* idest, desuper veniens: & hoc quantùm ad principium hujus doctrinæ. Vel, *super se:* quia quædam doctrina est de terra, qua scilicet homo inhæret terrenis: alia est de cœlis, quæ scilicet docet cœlestia; Iac. 3. *Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica (qualis hæreticorum:)* Et postea sequitur: *Quæ autem desursum est sapientia, primùm quidem pudica est &c.* Vel, *super se;* idest, super facultatem humanæ rationis: nam aliæ scientiæ sunt secundùm humanam rationem inuentæ: hæc autem diuinitus inspirata: (1. *Pet.* 2. Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines,) Eccli. 3. *Plurima super sensum hominum ostensa sunt tibi.* Dicit autem non semper, nec raro, sed *sæpe:* quia (*ex Augustino & glossa*) si semper, vilescit: si raro, non sufficit, & negligitur, Iob 16. *Audiui frequenter talia.*

Fructus illius.

Fructus est, quia *generat herbam opportunam illis, à quibus colitur.* Et ista sunt bona opera, quæ facit homo per doctrinam susceptam, Gen. 1. *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen & lignum pomiferum faciens fructum.*

Terra humani cordis à pluribus colitur.

Ista terra colitur primò à Deo, Ioann. 15. *Pater meus agricola est.* Colitur etiam à Prælato, (*& ex ejus commissione à sacro Doctore*) 1. Cor. 3. *Ego plantaui, Apollo rigauit &c.* Colitur etiam ab homine ipso, Prou. 24. *Diligenter exerce agrum tuum.* Est autem *hæc herba* opportuna Deo ad gloriam, 1. Cor. 10. *Omnia in gloriam Dei facite:* alijs ad meritum & ad gloriam, 1. Thess. 2. *Vos estis gloria nostra & gaudium:* ipsi verò operanti, ad vitam æternam, Rom. 6. *Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.* Deinde cum dicit, *accipit benedictionem à Deo*, ostendit præmium, scilicet benedictionem diuinam, 1. Pet. 3. *In hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis:* videlicet, benedictionem I passiuam; illam scilicet, qua dicitur Matth. 25. *Venite benedicti Patris mei &c.* Et dicit, *hæreditate;* idest, in hæreditatem, scilicet firmiter & perseueranter, sicut hæreditaria possessio firma est.

I 1. *Pet.* 3. *ibi.*

Cur à prædicatoribus benedictio post sermonem detur.

Et hoc sacer concionator intendit, cùm post prædicationem, diuinam populo benedictionem implorat; quia nimirum terra cordis humani venientem super se bibens imbrem *cœlestis doctrinæ*, & generans herbam *bonorum operum*, accipit benedictionem à Deo. *Hinc* 1. *Cor.* 3. *dicebat idem Apostolus:* Dei agricultura estis. *Etenim* populus L fidelis, ager est à Deo cultus (*per sacros vtique Doctores; vnde & præmittit:* Dei adjutores sumus:) in quantùm per operationem diuinam fructum boni operis Deo acceptum producit.

L 1. *Cor.* 3. *f.* 2. *ibi.*

Docere, proprium Pastoris est & Prælati: qui dupliciter pascere debet.

M *Io.* 21. *l.* 3. *lit. d. Matth.* 24. *lit. d. ibi*, esbum.

N *Ephes.* 4. *l.* 4. *ibi*, & 1. *Tim.* 3 *l.* 1. 16. Doctorem *In* 4. *d.* 49. *S.* 3. *q* 3. *c.*

f *Quamuis autem docere proprium Pastorum sit & Prælatorum, juxta illud Ioan.* 21. Pasce oues meas: *videlicet*, doctrinæ verbo M vitæ exemplo, & temporali subsidio; *vnde Ephes.* 4. *ad ea verba:* Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos &c. alios autem Pastores, & Doctores. *Pastores;* curam scilicet N Dominici gregis habentes; & sub eodem addit, *& Doctores*, ad ostendendum, quòd proprium officium Pastorum Ecclesiæ est docere ea, quæ pertinent ad fidem & bonos mores, 1. *ad Tim.* 3. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, Doctorem &c. *Ex quo in veteri lege non fuit datum præceptum, vt Sacerdotes legem addiscerent, sicut Regi mandatur, quòd scientiam addiscat legis, vt habetur* Deut. 17. *quia nimirùm* scientia legis O est adeò adnexa officio Sacerdotis (*nota*) vt simul cum injunctione officij intelligatur etiam & scientiæ legis injunctio: & ideò non oportuit specialia præcepta dari de instructione Sacerdotum. Sed doctrina legis Dei non adeò est adnexa regali officio: quia rex constituitur super populum in temporalibus; & ideò specialiter præcipitur, vt rex instruatur de his, quæ pertinent ad legem Dei, per Sacerdotes.

O 2. 2. 16. 2. *ad* 3.

Scientia legis sacerdotali officio adnexa fuit.

P 4. *d.* 19. 2. 2. *q.* 1. *ad* 4. *Et Quol.* 12. *a.* 28. *c.*

Alijs etiam à Prælato, ex ejus commissione, conuenit docere.

Quamuis inquam docere, proprium Pastorum sit: nihilominus potest & alijs hoc officium conuenire, ex commissione scilicet, vel P ex authoritate alicujus prælationem habentis, *Rom.* 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? *Et hos, tanquam Dei ministros, instruere decet & docere, juxta illud Apostoli Rom.* 12. Habentes donationes secundùm gratiam, quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam secundùm rationem fidei: siue ministerium in ministrando: siue qui docet in doctrina: *Videlicet*, qui habet Q officium, vel gratiam docendi, vtatur doctrina; idest, vt studiosè & fideliter doceat, *præfatam scilicet doctrinam fidei & morum atque æternæ vitæ. Et qui hanc docet, super alios humanarum facultatum Doctores verè Magister est: nam* quantò R perfectius donum aliquis communicare potest, tantò in perfectiori gradu est: sicut in perfectiori gradu magisterij est qui potest docere altiorem scientiam: *qualis, catholica veritas est.* Catholicæ *autem* veritatis S Doctor, non solùm prouectos debet instruere, sed ad eum pertinet, etiam incipientes erudire *cum Apostolo, qui* Rom. 1. *dicebat:* Sapientibus & insipientibus debitor sum.

Q *Rom.* 12. *l.* 2. *ibi.*

Qui sacram doctrinam docet, in perfectiori gradu Magister est.

R 1. *p.* 108. 2. *ad* 2.

S *Prol. in* 1. *p.*

Et hic nedum prouectos, sed & incipientes erudire debet.

Et quidem melius majorisque meriti est sacram tradere communiter doctrinam, quàm particulariter saluti alicujus incumbere. Nam in ædificio T spirituali sunt quasi manuales operarij qui particulariter insistunt curæ animarum, putà sacramenta ministrando, vel aliquid hujusmodi particulariter agendo: sed quasi principales artifices sunt Episcopi, qui imperant & disponunt, qualiter prædicti suum officium exequi debeant (propter quod & Episcopi, idest superintendentes, dicuntur:) & simpliciter Theologiæ Doctores sunt quasi principales artifices, qui inquirunt & docent, qualiter alij debeant salutem animarum procurare. Simpliciter ergo melius est docere sacram doctrinam, & magis meritorium, si bona intentione agatur, quàm impendere particularem curam saluti hujus & illius. *Addit autem Author, quòd* in aliquo casu, necessitate imminente, deberent & Episcopi & Doctores, intermisso proprio officio, particulariter intendere saluti animarum: *Vnde & superiùs visum est, actum docendi ad vtramque posse vitam pertinere, sed principaliter ad actiuam.*

T *Quol.* 1. *a.* 14. *c.*

Episcopi & sacri Doctores principales veluti artifices in spirituali ædificio.

Magis meritorium communiter docere, quàm particulariter saluti alicujus incumbere.

An liceat pro docendo stipem accipere.

V 2. 2. 100. 3. *ad* 3.

Et hinc est, quòd ille V qui habet scientiam, & non suscipit cum hoc officium, ex quo obligetur alijs scientiæ vsum impendere, licitè potest pretium suæ doctrinæ, vel consilij accipere: non quasi veritatem, aut scientiam vendens, sed quasi operas suas locans. Si autem ex officio ad hoc teneretur, intelligeretur ipsam vendere veritatem, vnde & grauiter peccaret. Sicut patet in illis, qui instituuntur in aliquibus Ecclesijs ad docendum clericos Ecclesiæ, & alios pauperes, pro quo ab Ecclesia beneficium recipiunt, à quibus non licet eis aliquid recipere nec ad hoc quòd doceant, nec ad hoc quòd aliqua festa faciant vel prætermittant.

Qui docet, tenetur scire quæ docere debet.

Siue autem ex munere doceat, siue ad docendum fuerit quis institutus, scire necessariò eum oportet quæ debet docere: (*dico*, scire: *non materialiter duntaxat ex aliorum scriptis, ad purè recitandum, memoriæ mandare, vt in nonnullis contingit, qui in hujusmodi officijs institui eo solo fine procurant, vt lucri beneficium sentiant, aut ad altiorem gradum promoueantur, quanquam indocti: nil enim præsumptuosius, quàm talem se facere, qualis quis non est:* Præsumptuosum X est dicere, cum nihil sciat, velle se esse Magistrum:) Ex hoc *enim* ipso Y quòd aliquis docendi

X *Matth.* 19. *ibi*, sequere me. & *Io.* 3. *l.* 2. *lit. c.*

Y 1. *d.* 25. 2. 1. *q.* 3. *ad* 2.

P officium

Digitized by Google

Ignorantia in quo diff rat à neſcientia. Z 1. 2. 76. 2. c. & 105 3. ad 9. & 53. 2. ad 3 Quol. 1. a. 19. Ma. 3. 7. c.

officium aſſumit, obligatur ad ſciendum ea, quæ docere debet. *Quòd ſi ignoret, ignorantia imputatur ei ad peccatum. Quocirca ſciendum, quòd* ignorantia Z in hoc à neſcientia differt, quòd neſcientia dicit ſimplicem ſcientiæ negationem; vnde cuicunque deeſt aliquarum rerum ſcientia, poteſt dici neſcire illas: ſecundùm quem modum *Dionyſius* in Angelis neſcientiam ponit *cap. 7. Cœl. Hier.* Ignorantia verò importat ſcientiæ priuationem, dum ſcilicet alicui deeſt ſcientia eorum, quæ aptus natus eſt ſcire.

Quandonam peccatum.

Horum autem quædam aliquis ſcire tenetur, illa ſcilicet, ſine quorum ſcientia non poteſt debitum actum rectè exercere; vnde omnes tenentur ſcire communiter ea, quæ ſunt fidei, & vniuerſalia juris præcepta: ſinguli autem ea, quæ ad eorum ſtatum, vel officium, ſpectant. Quædam verò ſunt, quæ etſi aliquis natus eſt ſcire, non tamen ea ſcire tenetur, ſicut theoremata geometriæ, & contingentia particularia, niſi in caſu.

Ex negligentia redditur ignorantia culpabilis.

Manifeſtum eſt autem, quòd quicunque negligit habere, vel facere id, quod tenetur habere vel facere, peccat peccato omiſſionis. Vnde propter negligentiam, ignorantia eorum, quæ aliquis ſcire tenetur, eſt peccatum: non autem imputatur homini ad negligentiam, ſi neſciat ea, quæ ſcire non poteſt.

Ignorantia inuincibilis, & vincibilis quę.

Vnde horum ignorantia *inuincibilis* dicitur, quia ſtudio ſuperari non poteſt: & propter hoc talis ignorantia, cum non ſit voluntaria, eo quòd non eſt in poteſtate noſtra eam repellere, non eſt peccatum. Ex quo patet, quòd nulla ignorantia inuincibilis eſt peccatum: ignorantia autem *vincibilis* eſt peccatum, ſi ſit eorum, quæ aliquis ſcire tenetur; non autem, ſi ſit eorum, quæ quis ſcire non tenetur.

A Ma. 3. 7. c. In 2. d. 22. 2. 2. c.

Scire tenetur vnuſquiſque quæ ad ſuum ſpectant officium.

Igitur vnuſquiſque A tenetur ſcire quæ ad ſuum officium pertinent, ſicut Epiſcopus ea, quæ pertinent ad officium epiſcopale: & ſacerdos ea, quæ pertinent ad officium ſacerdotale: *conſequenter & Doctor ea, quæ pertinent ad munus docendi, non ſecus ac nauta ea, quæ pertinent ad veram artem nauigandi, noſſe tenetur. Eapropter dicebat Apoſtolus Iacobus cap. 3.* Nolite plures magiſtri fieri: *ideſt*, diuiſi: B quia in eo, quod vera dicunt, omnes magiſtri vnus Magiſter ſunt, quia officium vnius Magiſtri cœleſtis peragunt, Matth. 23. *Vnus eſt enim Magiſter veſter.* Vel, ad rem noſtram, *nolite plures Magiſtri fieri*, ideſt, idiotæ, & ſtulti: niſi tantùm diſereti (*ex gloſſa*) & in Scripturis docti. Vel *plures* ſunt, qui aliud docent, aliud faciunt; *Et ſubdit* Scientes, quoniam majus judicium ſumitis: *videlicet*, damnationis. Qui enim indoctus *ex gloſſa* officium docendi vſurpat, & Chriſtum non ſincerè nunciat, majorem damnationem meretur, quàm ſi ſolus in ſuo ſcelere periret:) *quales vtique erant Phariſæi, de quibus Dominus Matth. 23.* Dicunt, & non faciunt: *ſiquidem* iſti C non diſſonant à doctrina, ſed à vita: ideo doctrina eorum eſt attendenda, ſed vita cauenda.

B Iac. 3. ibi Matth. 23. lit. a. Pſ. 8. lit. i. Magiſter, doctus eſto, & bonæ vitæ.

C Matth. 23. lit. a. ibi, nolite facere.

Quapropter non ſufficit Doctori aut Magiſtro docenti claritas intellectus, niſi & bonitas accedat voluntatis, vt nimirùm nunc iſta doctrina morum honeſtate comprobetur. Magiſter idcircò bonus dictus eſt Chriſtus (*cujus vtique imitatores ſacri magiſtri eſſe debent, Matth. 23.* Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus:) *Matth. 19.* Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? *Vbi Author*: Vocat D eum *Magiſtrum*, quaſi ſcientem: talis enim debet eſſe magiſter, qui ſciat. Item vocat *bonum*. De ratione boni eſt ſe communicare, Sap. 7. *Sine inuidia communico*: Ipſe enim verè bonus eſt, *ſcilicet per eſſentiam, cujus participatione bonitatis & nos boni ſumus, Pſal. 118.* Bonus es tu, & in bonitate tua doce me &c. *Non eſt autem in ſchola Chriſti bonus magiſter* qui dicit, & non facit. *Profectò talium Doctorum literæ*, epiſtolæ E ſine literæ ſunt Vriæ, de quo legitur 2. *Reg.* 11. quòd portauit literas mortis ſuæ. Literas mortis ſuæ portant viri literati, qui ſciunt & docent, ſed non faciunt. Iſtæ ſunt literæ ſine ſigillo; ideſt, ſcientia ſine vita: & ideò non creditur eis.

D Matth. 19. ibi.

E Prol. in Epiſt. Can. non ang. à ſi Apocal. 14. com. 1. & 2. ibi, Euangeliũ.

Scientia Doctoris ſine bona vita, literæ ſunt Vriæ.

Profectò, quando F vita concordat doctrinæ, maioris authoritatis eſt doctrina. *Ex quibus deducitur, docentem in peccato mortali mortaliter peccare. Verumtamen ſciendum, quòd* docere G ſacram Scripturam dupliciter contingit. Vno modo ex officio prælationis, ſicut qui prædicat, docet: non enim licet alicui prædicare, niſi officium prælationis habeat, vel ex authoritate alicujus prælationem habentis, Rom. 10. *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* Alio modo ex officio magiſterij, ſicut magiſtri Theologiæ docent.

F 2. Cor. 12. l. 4. ibi, ſuper vos.

G 4. d. 19. 2. 2. q. 2. ad 4. & 2. 2. 33. 5. c. & 60. 2. ad 3. Io. 8. l. 1. lit. d. Rom. 1. l. 1.

An docens in peccato mortali mortaliter peccet.

Et dicendum, quòd ille, qui eſt in peccato notorio, peccat, ſiue ſic, ſiue ſic doceat: ſed ille, qui eſt in peccato occulto, peccat, ſi primo modo doceat: non autem, ſi ſecundo. *Et alibi*. Si aliquis H eſt in peccato publico, non debet publicè prædicare, vel docere. Et dico, *publico*: quia ſi peccatum non eſt publicum, poſſet cum charitate occultè fratrem ſuum de peccato etiam minori, quàm ſit ſuum peccatum, quod occultum eſt, reprehendere, reprehendendo tamen ſe ipſum. Si verò eſt in peccato occulto, & ſine pœnitentia: tunc prouocat Deum, quia ſimulat. Si verò peccatum eſt occultum, & dolet: non peccat prædicando vel docendo, etiamſi publicè loquatur contra peccatum: quia ſic, deteſtando aliorum peccata, deteſtatur etiam ſuum. *Quæ quidem ab Authore docemur occaſione verborum Pſal. 49.* Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os ſuum? Tu verò odiſti diſciplinam, & projeciſti ſermones meos retrorſum &c. *Nec deſunt quidem in Eccleſia, quibus poſſent præfata verba veraciter adaptari. Non ita Dauid Rex: qui* quandiu I ſenſit ſe peccatorem, non promiſit doctrinam manifeſtare, ſed poſtquam reſtituit ei Deus Spiritum principalem: (*vt nimirum doctrina cum fructu effundatur auditorum* & tales decet doctrinam habere, & docere. *Vnde primò petijt à Domino Spiritum ſanctum* (*qui & Spiritus dicitur* veritatis *Ioan. 15* Spiritu principali confirma me: *poſtea immediatè promiſit ei, ſe ſacram doctrinam peccatoribus manifeſtaturum:* Docebo iniquos vias tuas; *& benè ſequitur*: & impij ad te conuertentur: *quia* fructus L hujus doctrinæ non eſt tantùm ſpeculatio veritatis ad beatam contemplationem: ſed intentus finis ejus eſt conuerſio peccatorum: *qui & eccleſiaſtici Doctoris ſit finis oportet cujuſcunque.*

H Pſ. 49 lit. i. & 2. Cor. 6. l. 1. ibi, offenſionem.

I Pſ. 50. lit. g. Conſcientia docentis pura ſit, vt beatè doceat.

L Eod. Pſalm. ibid.

Sacri Doctoris finis, peccatorum conuerſio.

g *Quòd ſi quandoque vel inter catholicos diſputare contingat*: vt ſcilicet M ex mutua diſputatione veritas eluceſcat: *id nonniſi pacato fiat animo, ſolaque inflammante charitate, non paſſione excitante. Quod innuere voluit Iob, cum cap. 6. ait*: Præbete aurem, & videte, an mentiar. Reſpondete obſecro abſque contentione: & loquentes, id quod juſtum eſt, judicate. *Præbete aurem*: ideſt N auſcultate: *& videte*: ideſt, conſiderate, *an mentiar*. Hoc eſt enim primum impedimentum veritatis inueniendæ per diſputationem, cum aliquis ea, quæ ab aduerſario dicuntur, audire non vult. Secundum impedimentum eſt, cum ad audita clamosè & contumeliosè reſpondet. Et ad hoc remouendum dicit: *Reſpondete obſecro abſque contentione*. Eſt enim contentio *ex Ambroſio* impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Tertium impedimentum eſt, cum aliquis in diſputatione non intendit ad veritatem, ſed ad victoriam & gloriam, vt accidit in diſputationibus litigioſis & ſophiſticis. Et quantùm ad hoc dicit: *Et loquentes, id quod juſtum eſt, judicate*: vt ſcilicet concedatis ea, quæ vobis videntur vera; & negetis ea, quæ videntur falſa. *Et quidem, quoad ſecundum veritatis inueniendæ impedimentum, ſciendum: quòd* ſicut diſcordia O contrarietatem quandam importat in voluntate: ita contentio contrarietatem quandam importat in locutione.

M Iob 6. l. 2. ſ.

In diſputationibus qualiter ſe gerat doctor ſacer.

N Ibid. ibi & Iac. 3. ibi, contentio.

Tripliciter impeditur veritatis cognitio in diſputationibus.

Contentio quid.

O 2. 2. 38. 1. c. & 2. Tim. 2. l. 2.

In quo differat diſcordia à contentione.

tione. Si ergo accipiatur contentio, secundùm quod importat impugnationem veritatis, & inordinatum modum: sic est peccatum mortale. Si autem contentio dicatur impugnatio falsitatis cum debito modo acrimoniæ: sic contentio est laudabilis. Si autem accipiatur contentio, secundùm quod importat impugnationem falsitatis cum inordinato modo: sic potest esse peccatum veniale: nisi fortè tanta inordinatio fiat in contendendo, quòd ex hoc generetur scandalum aliorum. Vnde Apostolus, cum dixisset 2. Tim. 2. *Noli verbis contendere*; subdit: *ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium*. Dicit, *verbis*: quia P aliqui disceptant solùm verbis improperij: & hoc propriè est contendere. *Idcircò Iac. 3. dicitur*: Quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam. *Et quomodo?* in mansuetudine sapientiæ. Quòd si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari, & mendaces esse aduersùs veritatem. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. *Et de hoc monebat Titum Apostolus cap. 3.* Stultas quæstiones (*& ò quot nostro tempore publicis in scholis cientur verè stultæ quæstiones, & disputationes inutiles! Quò sapiens respexisse videtur, cum ait Eccle. 6.* Verba sunt plurima, multamque in disputando habentia vanitatem.) Stultas *inquam* quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita: sunt enim inutiles & vanæ. *Stultas quæstiones*: quando scilicet Q manifestum proponitur vt dubium: scilicet quæcunque debet aliquis per se tenere in scientia. Et hæc sunt, quæ spectant ad instructionem fidei, & eruditionem morum. *Contentiones, & pugnas legis*: quando enim est disputatio ad inquisitionem veritatis, est laudabile: sed quando est contentio, quid sit tenendum, & quid vitandum, tales sunt vitandæ. Et hoc ideò, quia *inutiles sunt*. Doctor enim ad duo intendere debet: scilicet ad vtilitatem, & ad veritatem, Prou. 8. *Veritatem meditabitur guttur meum*, & Is. 48. *Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia*. Non est ergo intromittendum de inutilibus, & quæ non habent solidam veritatem. Scire enim singularia, vt sunt genealogiæ, non est ad perfectionem intellectus, nec ad instructionem morum, nec fidei. Et sunt *vanæ*: quia non habent solidam veritatem.

Quale peccatum contentio.

P Ad Tim. loco cit.

Nesciunt aliqui disputare, nisi verbis improperij.

Stultæ & inutiles quæstiones vitandæ.

Q Ad Tit. 3. l. 2. ibi.

Ad duo debet Doctor intendere.

h *Non superbiat insuper Doctor de doctrina sua, quam à se non habet, sed à Deo, Eccli. 1.* Omnis sapientia à Domino Deo est. *Et 1. Cor. 4.* Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? *Ergo vt dicitur Ier. 9.* Non glorietur sapiens in sapientia sua: *sed immò Deum docendo glorificet, juxta illud Is. 24.* In doctrinis glorificate Dominum: *non semetipsum laudet Doctor aut commendet*. In hominibus enim R nec acceptum, nec congruum est, quòd homo se laudet, Prou. 27. *Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua*: quia non ex hoc laudabilis redditur, sed si à Deo commendatur, 2. Cor. 10. *Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat*: quia solus Deus perfectè eum cognoscit. *Non se inquam commendet apud homines: sed potiùs Deo se per humilem orationem commendet, vt rectè doceat. Quod mysticè tangitur* Matth. 1. *ijs verbis*: Salathiel autem genuit Zorobabel. *Etenim* oratio S debet præcedere doctrinam, secundùm illud Ephes. 6. *Orantes & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium Euangelij*. Salathiel autem interpretatur *petitio mea*: & ideò Salathiel sequitur Zorobabel, qui interpretatur *magister*, Babel, idest *confusionis*: quia per doctrinam & prædicationem Apostolorum reuocatæ sunt gentes ad Deum verum: & hoc fuit ad confusionem idololatriæ. *Vnde & ad Coloss. 4.* Orationi instate, orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. *Vt Deus aperiat nobis ostium sermonis*; idest T os, per quod sermo ex corde exit, & quòd Deus det gratiam dignè proferendi verbum suum. *Quò respexit Ioannes* Apoc. 8. *cum ait*: Et septem Angeli, qui habebant septem tubas, præparauerunt se, vt tuba canerent: *videlicet*, qui habent V officium prædicandi, præparant se, implendo priùs opere quod dicturi sunt ore, secundùm exemplum Domini, de quo Act. 1. *Cœpit Iesus facere, & docere*. Item fundendo orationem, vnde *Augustinus lib. 4. de Doctr. Christ.* Orando pro se *inquit* ac pro illis, quos est allocuturus, fit Orator antequam Doctor. *Id quod faciebat pientissimus Author noster, de quo legimus*: Nunquàm se lectioni aut scriptioni dedit, nisi post orationem. *Quinimmò*, in difficultatibus locorum sacræ Scripturæ, ad orationem jejunium adhibebat: *siquidem* confert X abstinentia ad sapientiæ perceptionem, *secundùm illud Eccle. 2.* Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam. *Cujus exemplum & in eo sacri Doctores sequantur, quòd nullam præter Deum studiorum suorum exquirant mercedem*: Non aliam præter te, Domine. *Quod quidem & fecit, & docuit: illud enim Psal. 33.* Exquisiui Dominum, & exaudiuit me, *exponens ait*: Optima Y optio, quærere ipsum Deum. *Et huc respexit Apostolus, cum 1. Cor. 3. dixit*: Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem: Dei enim sumus adjutores. *Nam*, quamuis Z qui incrementum dat, sit Deus, & ipse solus interiùs operetur: exteriùs tamen laborantibus mercedem tribuit, secundùm illud Ier. 31. *Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis: quia est merces operi tuo*. Quæ quidem merces est ipse Deus, secundùm illud Gen. 15. *Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis*. Pro qua mercede laborantes mercenarij laudantur, secundùm illud Luc. 15. *Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus!* Alioquin, si pro alia mercede in opere Dei aliquis laboret, laudandus non est, secundùm illud Ioan. 10. *Mercenarius autem, cujus non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & fugit*. Deinde, cum dicit: *Dei enim sumus adjutores*; assignat rationem ejus, quod dixerat. *Q. d.* Rectè quilibet nostrum mercedem accipiet: *Dei enim sumus adjutores*, scilicet secundùm nostros labores. Dicitur autem aliquis alium adjuuare, vno modo augendo ejus virtutem: & sic nullus potest esse Dei adjutor. Alio modo, obsequendo operationi alterius: sicut si minister dicatur Domini adjutor, in quantùm exequitur opus ejus, aut ministerium artificis. Et hoc modo ministri Dei sunt ejus adjutores. *Vide, quali gaudeant sacri Doctores dignitate, vt Dei adjutores efficiantur! ex quo æternam accipiunt & infinitam mercedem, quæ Deus est.*

Non debet de sua doctrina gloriari, aut se commendare, sed probari à Deo.

R Ioan. 8. l. 2. lit. d. & 1. Cor. 4. l. 2. ibi, accepisti. & 2. Cor. 10. fi.

Cui potiùs se per orationem commendet, vt bene doceat.

S Matth. 1. lit. d. ibi. Ephes. 6. l. 5. ibi. orantes. 2 Thess. 3 l. 1. ibi, orantes.

T Coloss. 4. l. 2. ibi.

V Apoc. 8. com. 1. ibi.

S. Thomæ pietas, & abstinentia pro sapientia comparanda.

X 2. 2. 148. 6. c. & 149. 3. ad 1.

Nullam facere Doctor cum eodem expetat mercedem præter Deum.

Y Ps. 33. lit. e.

Z 1. Cor. 3. l. 2. ibi.

Quo sensu sint sacri Doctores adjutores Dei.

i *Sed & præter mercedem hanc, quemadmodum virginibus & martyribus, ita & Doctoribus debetur aureola: quod est præmium quoddam accidentale additum essentiali præmio, quod Aurea dicitur, siue Corona; Exod. 25.* Facies super coronam *auream* alteram coronam aureolam: (*de quo vide V. Beatus.*) Sicut *enim* per martyrium A & virginitatem aliquis perfectissimam victoriam obtinet de carne & mundo: ita & perfectissima victoria contra diabolum obtinetur, quando aliquis non solùm diabolo impugnanti non cedit, sed etiam eum expellit; & non solùm à se, sed etiam ab alijs: hoc autem fit per prædicationem & doctrinam; & ideò prædicationi & doctrinæ aureola debetur, sicut virginitati & martyrio. Nec est dicendum (vt quidam dicunt) quòd tantùm debeatur Prælatis, quibus competit ex officio prædicare & docere, sed quibuscunque, qui licitè hunc actum exercent. Prælatis autem non debetur, quamuis habeant

Aureola quid. Sicut virginibus & martyribus: ita & Doctoribus debetur aureola.

A 4. d. 49. 5. 3. & 3. c. & d. 33. 3. 3. ad 3. Quod. 5. a. 24. ad 2.

Non tamen debetur Prælatis, nec alijs Doctoribus, nisi actu doceant sacrã doctrinam.

Digitized by Google

beant officium prædicandi, nisi actu prædicent: (*notent ij, qui Episcopatus, Doctoratus, vel Magisterij, aut prædicandi munus suscipiunt, nec eo in proximi vtilitatem vtuntur:*) quia corona non debetur habitui, sed actuali pugnæ, secundùm illud 2. Tim. 2. *Non coronatur, nisi qui legitimè certauerit:* quia B solùm actibus meremur: non enim *ex Philosopho* optimi & fortissimi coronantur, sed agonizantes. *Coronantur autem & aureà coronà, & aureolâ, qui in Ecclesia Dei, zelo diuinæ legis, edocent populos, Dan.* 12. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad justitiam (*non ad secularia & vana*) erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. *Quinimmò nedum docentibus verbo, sed etiam* C scribentibus sacram doctrinam debetur aureola. Sed hæc non distinguitur ab aureola Doctorum: quia scripta componere, quidam modus docendi est. *Verumtamen*, cum dicitur D quòd doctrinæ debetur aureola, intelligendum est de doctrina, quæ est de pertinentibus ad salutem, per quam diabolus à cordibus hominum expugnatur, sicut quibusdam spiritualibus armis, de quibus dicitur 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo &c. *Adhuc etiam, qui docet, ad gloriam Dei docere debet, & pro animarum salute: non ad inanem gloriam, & lucrum temporale: aliàs neutram promeretur coronam.* Nam cum Aureola E importet quandam singularem excellentiam præmij, necesse est, quòd præsupponat Auream, sicut comparatiuus præsupponit positiuum; & hoc figuratur Exod. 25. cit. *Facies super coronam auream alteram aureolam.* Et ideò qui non meretur auream, idest præmium essentiale, non meretur aureolam. Qui autem propter inanem gloriam operantur (*vel ob lucrum temporale*) non merentur præmium essentiale, quia *receperunt mercedem suam*, vt dicitur Matth. 6. vnde nec merentur aureolam. *Vt nimirùm quisquis docet, hinc discat, non tam doctè, quàm piè, sacram se debere doctrinam effundere, videlicet in gratia & charitate, quo valeat vtrunque præmium justè adipisci. Secus, neutrum speret: vel etiam, si malè docuerit, nedum circa veritatem fidei, verùm & circa bonorum informationem morum (quod est totum sacræ doctrinæ negocium) facilè aliquando quæ mortalis culpa est, venialem vel nullam faciens, in vanum non furò laxæ probabilitate opinionis æternam fundando vel salutem vel perditionem; vt de pluribus legimus. Docemur enim quod* omnis F quæstio, in qua de peccato mortali quæritur, nisi expressè veritas habeatur, periculosè determinatur. Quia error, quo non creditur esse peccatum mortale quod est peccatum mortale, conscientiam non excusat à toto, licèt fortè à tanto: Error verò, quo creditur esse mortale quod non est mortale, ex conscientia ligat ad peccatum mortale. Præcipuè autem periculosum est, vbi veritas est ambigua. *Siquidem* in rebus G dubijs non est de facili præstandus assensus. *De bis loquitur Apostolus* 1. Tim. 1. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta: à quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. *Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Hæc enim H sunt principalia legis, à quibus quidam discedunt. *A quibus aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium* (*Psal.* 11. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum.) Et nota, quòd recessus à charitate causa est falsæ doctrinæ: quia qui non amant charitatem, cadunt in mendacium, 2. Thess. 2. *Qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.* Similiter qui dimittunt cordis puritatem: habentes enim cor infectum passionibus, judicant secundùm affectum eorum, & non secundùm Deum; 1. Cor. 2. *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei.* (*Qui autem afficitur* I *ad diuina, accipit diuinitus rectum judicium de rebus diuinis. Porrò conueniens est* L *vt intelligantur diuina, vt decet Deum.*) Similiter habentes conscientiam malam: quia non possunt quiescere in veritate; & inde est, quòd quærunt falsa, vt in eis quiescant. Similiter qui habent fidem fictam, Is. 21. *Qui incredulus est, infideliter agit.* Sequitur: *volentes esse legis doctores.* Vbi ponitur conditio falsa docentium: & primò inordinata ambitio, secundò defectus eorum. Quantùm ad primum dicit, *volentes esse &c.* Matth. 23. *Amant primos recubitus in cœnis, & vocari ab hominibus Rabbi:* quantùm ad secundum dicit, *non intelligentes, Psalm.* 81. Nescierunt, neque intellexerunt: in tenebris ambulant: *neque quæ loquuntur* per authoritates, quas non intelligunt: *neque de quibus affirmant*, scilicet concludendo. *Hi sanè veri Doctores non sunt*, semper discentes 2. *Tim.* 3. & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes: *ad scientiam inquam Christianæ veritatis, quæ sine viua & perfecta fide morumque honestate non habetur. Vnde Apostolus loc. cit. ipsum admonens Timotheum, hortabatur:* Vt milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam. *Alioquin sapientia & scientia vera non est: sed, vt ajebat Iacobus Apostolus cap.* 3. terrena, animalis, diabolica. *Terrena*, idest M terrenæ gloriæ cupida: *animalis*, quærens voluptuosa & carnalia, in quibus delectatur sensus; non spiritualia, in quibus gaudet spiritus: & *diabolica*, quærens dignitates, quas suggerit diabolus. Vel *terrena* propter concupiscentiam oculorum: *animalis* propter concupiscentiam carnis: *diabolica* propter superbiam vitæ; 1. Ioann. 2. *Omne quod est in Mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Vel *terrena* propter diuitias: *animalis* propter delicias: *diabolica* propter honores.

I *Igitur Doctores, qui maculata conscientia fideque mortua docendi ministerium suscipiunt, non scientiam veritatis, sed falsam doctrinam, mente aliquando corrupti, populis annunciant, qualis hæreticorum est. Et ab his summopere cauendum, inquit Apostolus ad Ephes.* 4. Vt non circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris. *Quasi diceret*, Nulla N doctrina peruersa perflante ad commotionem cordis, & ruinam spiritualis ædificij, debemus moueri, quia non est bona doctrina. Quod patet ex tribus. Primò ex ejus principio, quod est *nequitia hominum*: ideò non est bona doctrina, sed falsa & nequam, quam dogmatizat aliquis ad perditionem animarum, vt obtineat principatum: sicut doctrina Arij nequissimi, qui crepuit medius; ita vt de ipso possit exponi illud Eccli. 31. *Testimonium nequitiæ illius verum est.* Item talis doctrina peruersa est: quod patet. Secundò ex ejus processu, qui est *astutia*: quia cum dolo; idest, vnum intendit, & aliud simulat: propter quod Apostolus dicit 2. Cor. 11. *Timeo autem, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo.* Tertiò patet hoc idem ex effectu: quia effectus talis doctrinæ est *ad circumuentionem erroris*: non enim ad denarios, vel alia temporalia acquirenda, sed ad seminandos errores seducunt, & circumueniunt tales Doctores, de quibus dicitur 2. *Tim.* 3. Mali homines, & seductores proficient in pejus, errantes, & in errorem mittentes. *En quales sunt malè viuentium Doctorum effectus doctrinæ, quemadmodum in tot contigit hæresiarchis, & in dies euenit in malè viuentibus hominibus: nam, vt superiùs ex Authore dictum est*: Recessus à charitate, causa est falsæ doctrinæ. *Non ita docebat Apostolus, qui* 1. Thess. 2. *immò dicebat*: Exhortatio nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo &c. *Exhortatio*

B Op. 19. c. 7. circ. med.

C In 4. d. 49. l. c. a. 5. q. 1. ad 5.

Vel scripserint.

D In 4. l. c. a. 5. q. 3. ad 4.

Quibusnam Doctoribus debeatur.

E Quolib. 5. a. 24. c.

Aureolam non meretur nec Auream, quicunque ad inanem gloriam docet.

F Quol. 9. a. 15 init. c. Ma. 3 a. 7. c.

Periculosè determinatur quæstio, in qua quæritur de peccato mortali.

G Quol. 3. a. 10. c.

Mali Doctores.

H 1. Tim. 1. l. 3 ibi.

Recessus à charitate causa falsæ doctrinæ.

Diuina, vt decet Deum, intelligenda.

I De diu. Nom. c. 2. l. 4. circ. fi.

L Ibid. cap. 7. l. 3. sub initio.

Scientia Christianæ veritatis sine fide & morum honestate non habetur.

M Iac. 3. ibi.

Scientia opposita, terrena, animalis, diabolica.

Malè viuentes doctores sæpe falsam doctrinam annunciant, vt contigit in hæresiarchis.

N Ephes. 4. l. 5. ibi.

Arij mors qualis.

Qualis doctrina, & qualiter in Ecclesia tradenda.

Digitized by Google

O 1. Thess. 2. l. 1. ibi.

ratio nostra non fuit O sicut aliquorum, *de errore*: vel propter immunditiam, sicut dicentium, vacandum esse voluptatibus; ideò dicit: *neque de immunditia*. Nec est exhortatio in dolo, sicut quorundam, qui licèt verum dicant, habent tamen intentionem corruptam: quia, non profectum auditorum, neque Dei honorem, sed suum quærunt. Contra quod dicit: *neque in dolo*, Ierem. 9. *Sagitta vulnerans lingua eorum: dolum locuta est*. Sua ergo exhortatio non est corrupta, sed sincera. Sincerum autem aliquid est, quod seruat suam naturam. Tunc autem est prædicatio sincera, quando quis docet eo tenore & fine, quo Christus docuit. *Idcirco idem Apostolus* 1. ad Tim. 2. *de seipso dicebat*: Prædicator & Apostolus (veritatem dico, non mentior) Doctor gentium in fide & veritate. *Vbi Author*: Hoc inquit est P officium prædicatorum, vt veritatem dicant, Ephes. 4. *Loquimini veritatem*. Non est autem doctrina aliqua, quæ non habeat aliquam veritatem: sed in hoc damnatur aliqua doctrina, quia miscet veritati falsitatem. Et ideò dicit: *Veritatem dico, non mentior*. Et hic est vsus officij, scilicet veritatem sine mendacio prædicare, qui competit meo officio, qui *Doctor gentium sum*. *Quid autem docere debeat, ostendit Author ad illud Apostoli* 1. *Corinth.* 14. In Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui; *cum ait*: Doctor Q debet quinque docere: scilicet credenda, Tit. 2. *Hæc loquere & exhortare*: agenda, Matth. vlt. *Euntes &c. docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis*: vitanda, scilicet peccata, Eccli. 21. *Quasi à facie colubri fuge peccata*, & If. 58. *Annuncia populo meo scelera eorum*: speranda, scilicet mercedem æternam, 1. Pet. 1. *De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetæ &c.* timenda, scilicet pœnas æternas, *Matth.* 25. Ite maledicti in ignem æternum. *Itaque Doctor optimus in Ecclesia est, qui fidei veritatem & morum honestatem cum charitate & ex charitate in communem profectum scribit & docet*: *non ita* qui intendit R suam doctrinam non manifestare multis, sed magis occultare; quod contingit quandoque ex inuidia docentis, qui vult per scientiam excellere, & ideò scientiam suam non vult alijs communicare. Quod in Christo (*doctorum Doctore, & magistrorum Magistro, de quo Ioel.* 2. Lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis Doctorem justitiæ; *juxta quod dicitur Dan.* 12. Qui ad justitiam erudiunt multos &c.) locum non habuit, ex cujus persona dicitur *Sap.* 7. Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo. *Vnde & Sapiens Eccli.* 24. & 33. Respicite, quoniam non mihi soli laboraui, sed omnibus exquirentibus disciplinam. *Non enim ex inuidia, aut ob inanem gloriam, sacræ doctrinæ veritas subtrahenda est, sed piè, & fideliter, præuio adhibito studio, Deique auxilio inuocato, publicè & omnibus indiscriminatim tradenda*: *aliàs diuinæ veritati injuria irrogatur; quod ajebat initio Author*: Traditioni S diuinorum fit injuria, dum vel tradita auarè retinentur, vel inconsideratè traduntur. *Meminerit tandem, si quis est, maculatæ conscientiæ minùsque honestæ vitæ in Ecclesia Doctor, quòd verè est Sapiens animæ suæ sapiens, vt dicitur* Eccli. 37. *aliòquin, sicut ibidem præmittitur, alijs proficuus, sibi inutilis redditur*: Est vir astutus multorum eruditor, & animæ suæ inutilis est. *Illudque Domini Luc.* 12. *fixè perpendat*: Seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & non fecit secundùm voluntatem ejus, vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem, cui multum datum est, multum quæretur ab eo. *Siquidem*, cum augentur dona (*ajebat Gregorius*) rationes etiam crescunt donorum. *Quoniam verò* (*vt suprà ex Authore protulimus*) *etiam qui prædicat* T *docet, plurima hîc de Apostolicis prædicatoribus dicenda supersunt*: *quæ ad sequentes Numeros reseruamus*. DISCITE *sacri Doctores benefacere* (*If.* 1.) *vt bene doceatis*. *Vide*, Ambitio, Christi Doctrina, Gratia, Sacra Scriptura, Spiritus Sanctus.

P 1. Tim. 2. l. 2. ibi.

Quinque debet docere sacer Doctor.

Q 1. Cor. 14. l. 4. ibi. Op. de er. Pr. l. 5. c. 2.

R 3. p. 42. 3. c. Sacra doctrina omnibus indiscriminatim tradenda est, non ex inuidia, aut ex inani gloria subtrahenda Christi Domini exemplo.

S de Diu. Nom. c. 13. l. 4. circ. fi.

Qui cognouit, & non fecit, vapulabit multis.

Qui plura habet dona, majorem rationem reddet.

T 4. d. 19. 2. 2. q. 2. ad 4.

XXIX. Inter omnes occupationes Ecclesiasticas dignior est occupatio eorum, qui verbum Dei annunciant. *Op. 19. c. 7. circ. med.*

m PRædicatio euangelica ex tribus præsertim *summè redditur commendabilis*: *nimirùm ex munere, ex materia, ex fine*. *Et munus quidem reputatur nobilius, quàm baptizare: vnde Apostolus* 1. *Cor.* 1. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. *Et licèt huic aduersari videatur quod dicitur Matth. vlt.* Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos &c. *dicendum tamen est, quòd* Christus V Apostolos misit ad vtrunque: ita tamen, quòd ipsi per seipsos prædicarent, secundùm quod ipsi dicebant Act. 6. *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis*: baptizarent autem per inferiores ministros. Et hoc ideò, quia in baptismo nihil operatur industria, vel virtus baptizantis: (nam indifferens est, vtrùm per majorem vel minorem ministrum detur baptismus:) sed in prædicatione Euangelij multùm operatur sapientia & virtus prædicantis. Et ideò prædicationis officium per seipsos Apostoli, tanquam majores ministri, exercebant; sicut & de ipso Christo dicitur Ioan. 4. quòd *ipse non baptizabat, sed discipuli ejus*: qui tamen de se ipso dicit Luc. 4. *Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare, quia ideò missus sum*. Ista X quidem est maxima dignitas. Vnde *Dionysius*: Nihil dignius in officio hominum, quàm Dei cooperatorem fieri. *Quod & à Ioanne innuitur* Matth. 3. *dicente*: Qui post me venturus est, fortior me est: cujus non sum dignus calceamenta portare. *Vbi Author*: De duobus Y hîc loquitur, videlicet de prædicatione, & de baptismo; vnde dicit: *Qui post me venturus est* ad baptizandum & docendum, *fortior me est: cujus non sum dignus calceamenta portare*. Q. d. Incomparabiliter me dignior est. In alijs autem Euangelistis non est sic: quia illic dicitur, *soluere corrigiam*; hîc verò, *calceamenta portare*. Possunt autem in corrigia calceamenti duo significari: quia per calceamentum intelligitur humanitas, Psal. 59. *In Idumæam extendam calceamentum meum*: Corrigia est vnio, qua humanitas ligata est diuinitati. Et quia Ioannes non reputabat se sufficientem ad explicandum mysterium vnionis; ideò dicit: *Cujus non sum dignus &c.* Vel ex *Hilario* calceamentum portant nunciatores humanitatis Christi per Mundum, quod fuit reseruatum Apostolis. Ergo Ioannes dicit, se non esse dignum portare calceamentum, quod Apostolis erat reseruatum: majus enim officium est euangelizare, quàm baptizare. Vel dicit, *cujus non sum dignus &c.* quia nec ipse, nec Apostoli se dignos reputant, vt sint ministri Euangelij Christi. *Igitur munus hoc vel ex eo nobile redditur, quia Apostolicum. Fuerunt enim Apostoli primi Mundi instructores, & prædicatores. Apostolus autem idem latinè, quod* missus: *etenim* quomodo prædicabunt, nisi mittantur? *Rom.* 10. *Et quamuis* (*vt præced. Num. visum est*) *docere in Ecclesia & prædicare, proprium Pastorum, & Prælatorum sit, quos dicitur Deus mittere, sicuti Moysen Exod.* 3. Mittam te ad Pharaonem &c. & *Luc.* 10. Misit illos binos ante faciem suam &c. *Nihilominus & alij mittuntur à Deo, Ierem.* 26. Misit me Dominus ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc; & *Ioan.* 1. Fuit homo missus à Deo. *Verùm* mittuntur Z aliqui à Domino dupliciter. Vno modo immediatè ab ipso Deo per inspirationem internam, If. 48. *Dominus Deus misit me, &* Spiri-

Prædicatio Euangelica ex tribus commendabilis.

Munus euangelizandi nobilius, quàm baptizandi.

V 1 Cor. 1. l. 2 fi. Rom. 1. l. 3 fi & 3. p. 67, 2. ad 1.

X Matth. 4. lit. b. ibi, faciam vos.

Y Matth. 3. lit. a. ibi.

Hypostaticæ vnionis mysterium ineffabile, per corrigiam calceamenti expressum.

Prædicatio, munus Apostolicum.

Prædicare, proprium Prælatorum.

Aliqui à Deo mittuntur, vel immediatè, vel mediatè per authoritatem Prælatorum.

Z Rom. 10. l. 2. ibi, mittantur Io. 1. l. 4. lit. a. ibi, missus.

Digitized by Google

Spiritus ejus. Alio modo mittuntur aliqui à Deo, mediante authoritate Prælatorum, qui gerunt vicem Dei, 2. *Cor.*8. Misimus cum illo fratrem, cujus laus est in Euangelio per omnes Ecclesias. *Vnde & hi in Ecclesia, Apostolorum nomen munusque sortiuntur: qualis dictus est Barnabas, de quo loc. cit. loquitur Paulus. Qui &* ad Coloss.1. *dicebat:* Cujus factus sum ego minister secundùm dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos. *Quibus in verbis* ostendit A dignitatem ministerij: magnum enim ministerium est, quia traditum est mihi *secundùm dispensationem Dei*. Quod dupliciter potest exponi: scilicet actiuè; & sic est sensus: idest, vt dispensem vobis diuina, fideliter tradens ea: vel passiuè; & tunc est sensus: idest, secundùm quòd mihi dispensatum est à Deo, *Act.*13. Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos: *quod est, à Deo mitti tanquam Apostolos. (Qualis autem fuerit Apostolorum dignitas, vide fusiùs V.* Apostoli.) *Item præcursores Christi sunt, quòd ab eo missi, Luc.*10. Misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipse venturus. *Vt enim dicit Gregorius:* Tunc ad mentis nostræ habitaculum Dominus venit, quando verba exhortationis præcurrunt. *Vnde & ad Prædicatores, tanquam Christi præcursores, Isaias ait cap.*40. Parate viam Domini; rectas facite semitas Dei nostri. *Sed & Euangelistæ nomen sibi debetur. Vnde & 2. ad Tim.*4. Opus fac Euangelistæ, *dicebat Paulus*: idest B Euangeliza: hoc enim est nobile opus. Euangelista autem dicitur aliquando qui scripsit Euangelium; & sic sunt quatuor: quandoque qui prædicat ipsum; & sic dicitur hic: *Opus fac Euangelistæ*. Vnde sequitur: *ministerium tuum imple*: scilicet prædicando. Ille autem implet officium Euangelistæ, qui verbo prædicat, & opere implet; *Coloss.*4. Dicite Archippo: Vide ministerium, quod accepisti in Domino, vt illud impleas. *Insuper ministerium hoc, munus est Angelicum: vnde & Ioannes*, licèt C natura non fuerit Angelus, fuit tamen officio, quia *missus à Deo*: proprium enim Angelorum officium est, quòd à Deo mittantur, & sint nuncij Dei, Hebr.1. *Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi*: vnde Angelus *Nuncius* interpretatur. Possunt ergo homines, qui à Deo ad aliquid annunciandum mittuntur, Angeli dici, *juxta illud Agg.* 1. Dixit Aggæus nuncius Domini de nuncijs Domini. *Sicut autem Angelus idem est, quod* nuncius: *sic Euangelium* bonum nuncium *sonat; vnde, nascente Domino, dicebat ad pastores Angelus*: Euangelizo vobis gaudium magnum &c. *Et quidem tales describuntur Prædicatores* Apoc.14. *cum dicitur*: Vidi alterum Angelum volantem per medium cœli, habentem Euangelium æternum. *Alterum Angelum*, idest D Prædicatores, qui sunt *alteri* à Christo; idest, vicem ejus exequentes: *volantem per medium Cœli*; idest, velociter discurrentes per omnem Ecclesiam, de quibus dicitur Ezech.1. *Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni*. Prima facies hominis per mansuetudinem, secunda leonis per audaciam, tertia bouis per patientiam, quarta aquilæ per sapientiam. Hæ quatuor virtutes sunt quatuor facies. Sed quatuor pennæ, quibus volant, sunt quatuor animæ affectiones: scilicet spes futuri boni, timor futuri mali, gaudium de præsenti bono, dolor de præsenti malo. Vel *alterum Angelum*; idest, Prædicatorem catholicum, *volantem per medium Cœli*; idest, per vtriusque Testamenti concordiam. Principium est vetus Testamentum: per hoc non volat Manichæus, qui vetus Testamentum non recipit. Finis est nouum Testamentum: per hoc non volat Iudæus, quia in Christum non credit, nec nouum recipit Testamentum. Medium Cœlum est concordia vtriusque Testamenti: & per hoc volat prædicator fidelis. *Habentem Euangelium*

*A Coloss.*1.l.6. *ibi.*

B 2. *Tim.*4. *l.* 1. *ibi, Ephes* 4. *l.*4. *ibi*, Euangelistas.

Munus Præcursoris, & Euangelistæ.

Euangelista quis dicatur.

Item munus Angelicum.

*C Io.*1. *l.*4. *lit.* a. *ibi*, sit homo.

D Apoc. 14. *com.* 2. & 1. *ibi.*

Manichæi vetus nõ admittunt Testamẽtum.

æternum. Dicitur autem Euangelium Christi *æternum*: quia ei non succedit aliud. Item quia æterna promittit, *Matth.*4. Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum. *Quod mysticè tangitur & Apoc. cap.*19. Et vidi vnum Angelum stantem in Sole: *idest*, cœtum E prædicatorum, qui dicuntur *Angeli*, quia hominibus annunciant quæ sunt salutis. Dicit autem, *vnum*, propter vniformitatem doctrinæ, quia omnes docent fidem & bonos mores. (*Vnde Ezech.*1. *de quatuor Euangelistis præcinitur*: Quatuor facies vni: *quin* & quatuor pennæ vni: *eandem enim fidem annunciant, eodem Spiritu Sancto dictante; ideòque subditur*: Vbi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur:) *stantem in Sole*: idest *ex glossa* veritatem in manifesto proponentes, 2. *Reg.*12. Ego faciam verbum istud in conspectu Solis; *& Matth.*5. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus. *Quoniam verò* Angeli F medij sunt inter Deum & homines: *hinc est, quòd & Prædicator inter Deum & populum sequester est. Cum enim in noua lege, sicut in veteri Propheta, munus impleat veritatem nunciandi*: cùm Propheta G constituatur quasi medius inter Deum & populum, sicut dicitur *Deuter.*5. Ego sequester & medius fui inter Dominum & vos: *idem de Euangelicis prædicatoribus dicendum*. Et sic orando *sicut Prophetæ*, causam populi referunt ad Deum, & prædicando, causam Dei ad populum. *Idcircò ad Ieremiam, quem populo suo prædicatorem destinauerat, dicebat Dominus Ierem.*1. Ecce constitui te super gentes, & super regna: *super gentes*, scilicet H diuersas, quibus prædicauit, quasi mediator inter ipsas & Deum.

n *Ex quo autem Christum, per Orbem discurrendo annunciantes, quodammodo portant, sacri declamatores pedes dicuntur Christi. Vnde super illud Matth.*3. Cujus non sum dignus calceamenta portare, *docemur, quòd* pedes I Christi *ex Chrysostomo* sunt Apostoli, & alij ejus famuli, inter quos Ioannes erat (*& cæteri Prædicatores*:) calceamentum autem est infirmitas eorum, quia sicut decor pedum non cognoscitur, quandiu teguntur calceamento, ita decor Apostolorum, 2. *Cor.*12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. *Quò facit illud Ephes.*6. Calceati in præparationem Euangelij pacis: *idest*, affectus L dispositi sint *in præparationem &c.* In signum hujus misit Apostolos Dominus Marc.6. *calceatos sandalijs*, quæ habent subtùs soleas, per quod significatur eleuatio mentis à terrenis: & aperta sunt superiùs, per quod significatur promptitudo ad diuinam sapientiam. Dicit autem, *pacis*: quia per Euangelium pax nobis annunciatur, *Luc.*10. In quamcunque domum intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui. *Sanè de his pedibus pacem annunciantium dicitur Is* 52. Quàm pulchri super montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem: annunciantis bonum, prædicantis salutem! *Cui consonat Nahum cap.* 1. Ecce super montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem. *Quam Isaiæ authoritatem sic transfert Apostolus Rom.* 10. Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona! *Vbi Author*: In his M verbis commendatur processus prædicatorum, cum dicit: *Quàm speciosi pedes!* Quod dupliciter potest intelligi. Vno modo, vt per pedes intelligantur eorum processus, quia scilicet ordinatè procedunt, non vsurpantes sibi prædicationis officium, Cant.7. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis!* Alio modo possunt intelligi per pedes affectus, qui rectitudinem habent, dum non intentione laudis aut lucri verbum Dei annunciant, sed propter hominum salutem, & Dei gloriam, *Ezech.*1. Pedes eorum, pedes recti. *Et sic verè sunt pedes Christi. Quod confirmare videtur*

Ioannes

Euangelium cur dicatur æternum.

*E Ap.*19. *com.* 1. & 2. *ibi.*

Cur prædicatores Angeli.

F 2. 2. 172. 2. c. & 3 *p.* 26. 1. *ad* 1.

Angeli medij inter Deum & homines: sic & prædicatores.

G Prol. in Ier. in fi.

*H Ier.*1. *ibi.*

Prædicatores pedes Christi.

I Matth. 3. a. *ibi.*

*L Eph.*6. *l.*4. *ibi.*

Sãdalia quid.

M Rom. 10. *l.* 2. *ibi.*

Per pedes, affectus.

Digitized by Google

Joannes Apoc. c.10. *Vbi Chriſtum deſcribens, de eo inter cætera promit:* Et pedes ejus tanquam columnæ ignis: *ideſt*, prædicatores N ipſum per Mundum ſuo præconio portantes, Act.9. *Vas electionis mihi eſt iſte, vt portet nomen meum &c.* (*Iſ.*50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare &c.) Vel, quia corpus Chriſti myſticum ſuſtentant vi doctrinæ; *Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum ſuſtinere*, Roman.15. *Tanquam columnæ ignis*: ideſt, illuminant alios, inflammant, & roborant. Quod ſignatur per ignem, formam columnæ habentem: columna enim ſolet dare firmitatem. *Columnæ inquam ignis: vt innueret, debere prædicatores ardere per zelum charitatis, & lucere per doctrinam & exemplum. Hinc de Baptiſta dicitur Ioan.*5. Ipſe erat lucerna ardens & lucens. *Et Matth.*5. Vos eſtis lux Mundi. *Et iterum:* Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant &c. *Dicit autem Ioannes, quòd Chriſtus* habebat in manu ſua libellum apertum; *ideſt*, ſacram O Scripturam, quæ eſt liber, in quo legitur quicquid eſt ſalutis. Et eſt liber *apertus*: quia ipſe Dominus prædicando populis, manifeſtauit ſecreta myſteria Scripturæ. Item ſuis documentis aperuit diſcipulis Scripturam, & per eos alijs; *Luc. vlt. Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas.* Et Apoc. 5. *Vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula ejus.* De hoc libro dat prædicatoribus materiam prædicationis. *Verùm, nedum pedes Chriſti prædicatores ſunt, ſed & Chriſti os: nam* qui vos audit, me audit, *ajebat ipſe* Luc.10. *Et ad literam* 2. Cor. 13. *dicebat Apoſtolus:* An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus? *Quaſi dicat*: Non eſt P dubitandum de poteſtate mea, quia quicquid ego loquor, vel proferendo ſententias, vel remittendo, vel prædicando, loquor à Chriſto, *Exod.*4. Perge igitur, & ego ero in ore tuo; & *Luc.*21. Ego dabo vobis os, & ſapientiam &c. *Quod myſticè innuitur Cant.* 5. Labia ejus (*ſcilicet Sponſi*) diſtillantia myrrham primam. *Labia ejus:* quales ſunt Q prædicatores: hæc autem *labia* ſunt *diſtillantia myrrham primam*; ideſt, prędicantia voluntariam pęnitētiam, *Matth.* 4. Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum Cœlorum. *Illud itidem Apoc.* 1. De ore ejus gladius vtraque parte acutus exibat, *exponitur*: Os R Chriſti eſt prædicator, qui debet habere gladium acutum ex vtraque parte, quia Mundum à ſe, & ſe à Mundo debet ſeparare. *Hinc* Ioan.15. *dicebat ad Apoſtolos Dominus*: Si ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt: *videlicet*, quia S verba veſtra ſunt mea verba. *Os quidem Chriſti eſt prædicator, non ſecus ac os dicitur Regis, Orator illius ſiue Legatus: qualis erat Chriſti Paulus, & cum eo Euangelicus quiſque prædicator*, 2. *Cor.* 5. Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. *Et Rom* 1. Per quem accepimus gratiam & Apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ipſius: *ideſt*, vice T & authoritate ipſius. Sicut enim Chriſtus in nomine Patris veniſſe dicitur *Ioann.*5. quaſi plenam Patris authoritatem habens: ita & A poſtoli in nomine Chriſti veniſſe dicuntur, quaſi in perſona Chriſti, 2.*Cor.*2. Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti. *Hinc de Apoſtolis, deque Apoſtolicis prædicatoribus dicitur Pſal.*104. Nolite tangere Chriſtos meos. *Quin & Chriſtus ipſe, munus hoc euangelizandi ſuſcipiens, maximè decorauit, tanquam Apoſtolus & Euangeliſta. Apoſtolus inquam, quod eſt* miſſus, *Luc.*4. Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare: quia ideò *miſſus* ſum, *ſcilicet à Patre. Et Hebr.*3. Conſiderate *Apoſtolum* & Pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum. *Item Euangeliſta: de Chriſto enim dicitur Iſ.*41. Primus ad Sion dicet: Ecce adſum: & Ieruſalem *Euangeliſtam* dabo. *Et hoc ſanè officium reapſe impleuit, vt habetur Matth.*4. Exinde cœpit Ieſus prædicare, & dicere (*non ſecus ac Ioannes*) Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum Cœlorum. *Et iterum*: Circuibat Ieſus totam Galilæam, docens in ſynagogis eorum, & prædicans Euangelium Regni.

N *Apoc.* 10. com. 1. & 2. ibi, pedem, & cap. 2. com. 2. ibi, pedes.

Prædicatores ardeant, & luceant.

O *Ibid. ibi.* Sacra Scriptura cur dicatur libellus apertus.

Prædicator, os Chriſti.

P 2 *Cor.* 13. l. 1. *ibi*.

Q *Cant.* 5. com. 2. *ibi*.

R *Apoc.* 1. com. 2. *ibi.* & *Ioan.* 12. l. 4. lit. *h.*

S *Ioan.* 15. l. 4. lit. *e.*

Prædicatoris verba, verba Chriſti.

D. Paulus & Apoſtoli, Chriſti Legati.

T *Rom.* 1 l. 4. *ibi*.

Chriſtus etiā munus prædicandi decorauit tanquam Apoſtolus & Euangeliſta.

o *Cum autem dicat Apoſtolus* 2. *Cor.* 5. *cit.* Tanquam Deo exhortante per nos: *nedum Chriſti os prædicatores ſunt, ſed & os ipſius Dei:* (*quamuis & os Chriſti veri Dei atque hominis, os Dei ſit:*) *Ier.*15. Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris: *videlicet*, quia V per te loquar. *Siquidem* Dei X ſapientia eſt, quæ linguam expedit ad loquendum, *Ier.*1. Miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum. Et dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo. *Homo enim ex ſe velut puer nec primum valet ad prædicandum proferre elementum; vnde Ieremias ad tale tantumque munus deſtinatus, ſe ipſum ineptum conſiderans, dicebat cap.* 1. A a a, Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. *Et huc reſpexiſſe videtur Dominus, vbi ad Satanam* Matth.4. *reſpondit*: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. *Quia nimirum* tota Y ſpiritualis doctrina eſt à Deo, ſiue ab homine, ſiue à Deo dicatur. Et dicit, *de ore Dei:* quia prædicator eſt os Dei. *Cohæret his & illud Apoc.*16. Audiui vocem magnam. *Quod exponitur*: ideſt Z inſpirationem diuinam fortiter inſtigantem: quia ſanctos prædicatores docet, quando & quomodo & quid debeant prædicare, *Ezech.*3. Audies de ore meo verbum, & annunciabis ex me. *Et Exod.*4. *Dominus ad Moyſen:* Ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris. *Vnde & ad Balac reſpondit Balaam propheta* Num. 22. (*& iterum cap.*23. & 24.) Nunquid loqui potero aliud, niſi quod Deus poſuerit in ore meo? *Neque enim ex ſe propheta loquitur, neque prædicator euangelizat ex ſe, ſed Deus per illum, Matth.*10. Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. *Et Luc.*12. Spiritus Sanctus docebit vos in ipſa hora, quid oporteat vos dicere. *Nam & Apoſtoli Act.* 2. cœperunt loqui varijs linguis, *non ex ſe, ſed* prout Spiritus Sanctus dabat, *nedum loqui, ſed &* eloqui illis. *Hinc non abs re canebat Dauid Pſalm.* 50. Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam; & *Pſal.* 118. Os meum aperui, & attraxi ſpiritum, *ſanctum videlicet inſpirantem, quid loqui deberem. Michæas demum cap.*3. Ego *inquit* repletus ſum fortitudine ſpiritus Domini (*Iſ.*11. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini: ſpiritus ſapientiæ & intellectus: ſpiritus conſilij & fortitudinis:) judicio & virtute: vt annunciem Iacob ſcelus ſuum, & Iſrael peccatum ſuum: *neque enim aliter poteſt homo prædicare. Et hoc innuere voluit Ioannes* Apoc. 2. *cum ait*: Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſijs. *Vbi quærit Author*: Cur A non dicit, *quid Filius dicat*, cujus eſt proprium dicere, quia ipſe eſt ſapientia Patris, & os Patris, & Magiſter Eccleſiæ? *Et Reſpondet*: Poteſt dici, quòd Spiritus fuerit eſſentialiter, & ſupponit pro tota Trinitate, Ioan.4. *Spiritus eſt Deus.* Vel id dicit de Spiritu, & non de Filio: vt per hoc innuat, quòd dictio illa, ſiue locutio, erat purè ſpiritualis, non corporalis. Vel ideò dicit, vel Spiritus hoc dicit, & facit Filius: quia quaſi quod facit vel dicit Spiritus, hoc habet à Filio: & ita in dictione *Spiritus* includitur dictio Filij, Ioan.16. *Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Vel (*ad rem noſtram*) ideò dicitur: *quid Spiritus dicat Eccleſijs*; vt per hoc innuat, quòd non ipſe, ſed Spiritus Sanctus loquitur in eo. *Nam homo, vtpote terrenus, nonniſi terrena loqui valet, Ioann.*3. Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loqui-

Prædicator, os ipſius Dei.

V *Ier.*15. *ibi*.

X *Prolog. in Thren. ſub init.* Dei ſapientia expedit prædicatoris linguam ad loquendum.

Omnis ſpiritualis doctrina ſiue ab homine dicatur, ſiue à Deo, à Deo eſt.

Y *Matth.* 4. lit. *a. ibi.* & *Apoc* 1. com. 1. & 2 *ibi*, ex ore.

Z *Apoc.* 16. com. 1. *ibi*.

Per Prophetas & Prædicatores Deus loquitur, non illi.

A *Apoc.*2. com. 2. *ibi*.

Cur dicatur à Ioanne in Apoc. *quid Spiritus dicat*, cũ dicere ſit proprium Filij.

Digitized by Google

ſcit quid fide tenere debeat: ſecundariò autem ſe extendit etiam ad operationem, ſecundùm quòd per ſcientiam credibilium, & eorum quæ ad credibilia conſequuntur, dirigimur in agendis. *Et hoc eſt, quod ait Apoſtolus Philipp* 1. Oro, vt charitas veſtra magis ac magis abundet in omni ſcientia, & in omni ſenſu, vt probetis potiora. *In omni ſcientia:* qua ſcilicet Z agnoſcat veritatem, & inhæreat circa ea, quæ ſunt fidei. *Et in omni ſenſu*, qui eſt vis cognoſcitiua circa exteriora objecta. Et proprium ejus eſt, vt ſtatim judicet de proprio ſenſibili rectè. Et ideò hoc nomen translatum eſt ad interius judicium rationis; vnde ſenſati dicuntur qui habent rectum judicium circa agibilia, Sap. 1. *Sentite de Domino in bonitate &c.* Sed hic ſenſus debet eſſe non tantùm conſideratiuus, ſed etiam diſcretiuus inter bonum & malum, & inter bonum & melius; vnde ſubdit: *Vt probetis potiora.* Charitas enim perficit ſenſum, vt probet bona; ſed perfecta charitas, vt probet meliora, 1. *Cor.* 12. Æmulamini chariſmata meliora. *Talis ergo eſt ſcientia, de qua in præſenti tractamus, quam à Domino & David petebat Pſ.* 118. Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me. *Et poteſt conſiderari in homine vt in ſe ipſo eſt, & in ordine ad alios, videlicet inſtruendos. Hoc enim inter doctrinam intereſt, & diſciplinam (vt docemur* Poſter. *l.* 1. *ſ.a.)* quòd doctrina eſt actio ejus, qui aliquid cognoſcere facit: diſciplina autem eſt receptio cognitionis ab aliquo. *Ex quo* doctrina A pertinet ad majores, qui ſunt ſui juris immediate ſub lege exiſtentes, quibus debent dari legis præcepta: diſciplina autem ad minores, ad quos præcepta legis debent per majores peruenire. *Præfatam idcircò doctrinam qui alijs bene tradit, verè Doctor dicendus: qualis erat vtique Paulus*, Doctor gentium in fide & veritate, 1. *ad Tim.* 2. Doctor B generat ſcientiam in anima diſcipuli: Scientia autem non eſt de falſo; vnde docens falſum, non eſt doctor. Et debet docere *in fide & veritate:* quia debet docere fidem & bonos mores. Et dicit, *in fide*; id eſt, de his, quæ pertinent ad ſtatum præſentem, in quo ſecundùm fidem viuimus: *& in veritate*, quantùm ad ſtatum gloriæ. *Alibi quoque inſtruimur, quòd* per ſcientiam C eſt in nobis diſcretio & honeſta conuerſatio: eſt enim ſcientia, ſcire qualiter homo ſe debeat habere ad Deum, ad proximum, & ad ſeipſum. Per ſapientiam eſt in nobis Dei dilectio.

Exponitur illud Apoſtoli: *In omni ſcientia, & in omni ſenſu.*
Z *Philipp.* 1. *l.* 2. *ibi.*
Diſcrimen inter doctrinam & diſciplinã.
A 2. 2. 16. 2. *ad* 2 *Iac.* 3. *ibi*, diſciplinatus Illa ad maiores pertinet: hæc ad minores.
Quiſnam verus Doctor.
B 1. *ad Tim.* 2. *l.* 2. *ibi.*
Sapientiæ & Scientię dona nedum ad fidem ſe extendunt, ſed & ad bonos mores inſtituendos.
C *Serm ex Ep. Dom.* 18. *poſt Pent.*

b *Eapropter ſcientia hæc perfectè ſine charitate non eſt, nec eſſe poteſt: quod ſatis oſtendit Apoſtolus* 1. *Cor.* 8 *cùm ait:* Si quis ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit, quemadmodum oporteat eum ſcire. *Quaſi dicat* Habetis D ſcientiam, ſed non ſufficientem: quia *ſi quis veſtrum exiſtimat ſe ſcire*, habens ſcientiam ſine charitate, aliquid ſcit: *nondum* tamen *cognouit*, quia non ſe cognoſcere facto oſtendit, *quemadmodum oporteat eum ſcire*; id eſt, qualiter debeat vti ſcientia, quia in ædificationem, non in nocumentum aliorum. Scire autem contingit dupliciter, ſcilicet habere ſcientiam, & vti ſcientia: ſicut videre, habere viſum & vti viſu. Hic (*ex gloſſa Bernardi*) non approbat Apoſtolus multa ſcientem, ſi modum ſciendi neſcierit. Modus enim ſciendi eſt, vt ſcias quo ordine, quo ſtudio, quo fine ſcire quæque oporteat. Quo ordine, vt id priùs quod maturius ad ſalutem: quo ſtudio, vt id ardentiùs, quod efficacius eſt ad amorem: quo fine, vt non ad inanem gloriam, vel curioſitatem ſcire velis aliquid, ſed ad ædificationem tui & proximi. Sunt namque qui ſcire volunt eo fine tantùm vt ſciant; & curioſitas eſt: quidam vt ſciantur; & vanitas eſt: quidam vt ſcientiam vendant; & turpis quæſtus eſt: quidam vt ædificentur; & prudentia eſt: quidam vt ædificent; & charitas eſt. *Vnde ſubdit Apoſtolus:* Si quis autem diligit Deum, hic cognitus eſt ab eo. *Quaſi dicat:* Ille perfectè non ſcit, qui neſcit, quemadmodum oporteat eum ſcire: *ſi quis autem diligit Deum*; & ita cum ſcientia habet charitatem, *hic cognitus eſt*, id eſt approbatus, *ab eo:* Cognouit *enim* Dominus, qui ſunt ejus, 2. *Tim.* 2. Vnde talis verè ſcit, Deo approbante, quia bene vtitur ſcientia propter charitatem adnexam. Notandum eſt autem, quòd ad hoc, quòd aliquis ſciat, quemadmodum oporteat ſcire, nouem ſunt neceſſaria. Primò humiliter ſine inflatione, Pſal. 130. *Si non humiliter ſentiebam.* Secundò ſobriè ſine præſumptione, Rom. 2. *Non plus ſapere, quàm oportet.* Tertiò certitudinaliter ſine hæſitatione, 2. Tim. 1. *Scio cui credidi, & certus ſum.* Quartò veraciter & ſine errore, 2. Tim. 3. *Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.* Quintò ſimpliciter ſine deceptione, 1. Tim. 6. *Oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ.* Sextò ſalubriter cum charitate & dilectione, 1. Cor. 13. *Si habuero omnem ſcientiam, charitatem autem non habuero &c.* Septimò vtiliter cum proximorum ædificatione, 1. Cor. 12. *Alij datur ſermo ſcientiæ in eodem ſpiritu.* Octauò liberaliter cum gratuita communicatione, Sap. 6. *Ponam in lucem ſcientiam ejus.* Nonò efficaciter cum bona operatione, *ſcienti enim bonum facere & non facienti, peccatum eſt illi*, vt dicitur Iac. 4. *Sed & apertiùs hanc veritatem confirmat Apoſtolus* 1. *Cor.* 13. *cum ait:* Si linguis hominum loquar, & Angelorum: charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. *Vbi Author:* Rectè *inquit* comparatione E vtitur: anima enim per charitatem viuit, quæ viuit Deo, qui eſt animæ vita, Deuteron. 30. *Ipſe eſt vita tua.* Rectè ergo comparat loquelam charitate carentem ſono rei mortuæ, ſcilicet æris aut cymbali: quia licèt clarum ſonum reddat, non tamen eſt viuus, ſed mortuus. Ita etiam locutio hominis charitate carentis, quantumcunque ſit diſerta, tamen habetur pro mortua, quia non proficit ad meritum vitæ æternæ. *Subijcit vlteriùs:* Et ſi nouerim myſteria omnia, & ſi habuero omnem ſcientiam, & omnem fidem: charitatem autem non habuero, nihil ſum. *Myſteria omnia*; id eſt, occulta diuinitatis, quod pertinet ad ſapientiam: *& omnem ſcientiam*, ſiue humanitus acquiſitam, ſicut habuerunt Philoſophi; ſiue diuinitus infuſam, ſicut habuerunt eam Apoſtoli; *& habuero omnem fidem*; id eſt, perfectam fidem: ſi inquam habuero omnia prædicta, ad perfectionem intellectus pertinentia: *charitatem autem non habuero*, per quam perficitur voluntas, *nihil ſum*, ſcilicet ſecundùm eſſe gratiæ, Ezech. 28. *Nihili factus es, & non eris in perpetuum.* Quod quidem fit propter defectum charitatis, per quam homo bene vtitur intellectu perfecto: ſine charitate autem, ejus vſus bonus non eſt. *Et hoc eſt, quod idem prompſit Apoſtolus Epheſ.* 3. Vt poſſitis ſcire ſupereminentem ſcientiæ charitatem. *Cujus pulchram expoſitionem vide* F.

Donum ſcientiæ non eſt ſine charitate.
D 1. *Cor.* 8. *l.* 1. *ibi.*
Scire dupliciter contingit.
Verè ſcit qui charitatem habet.
Perfectè ſcientis conditiones.
Charitatis neceſſitas cum ſcientia.
E 1. *Cor.* 13 *l.* 1. *ibi.*
F *Epheſ.* 3. *l.* 5.

c *Ex quo ſcientia iſta ad vtramque vitam pertinet, contemplatiuam ſcilicet, & actiuam. Siquidem* doctrina G eſt duplex. Quædam, quæ ad cognitionem veritatis tantùm ordinatur: & hæc, quamuis ad alterum ſit, limites tamen vitæ contemplatiuæ non exit. Eſt autem quædam doctrina, quæ ordinatur ad perſuadendum bonos mores, quæ prædicatio dicitur: & hæc ad vitam actiuam pertinet. *Et ſic* cognitio H contemplatiua æternorum aliquando pertinet ad actiuam vitam, non quòd ſit de eſſentia ejus; ſed quia præexigitur ad ipſam ſicut cauſa, dum rationes viuendi ex contemplatione æternorum ſumuntur. *Et hinc eſt, quòd docere ad vtramque poteſt vitam ſpectare.* Nam in actu I docendi inuenimus duplicem materiam, in cujus ſignum etiam actus docendi duplici actui conjungitur: (*& hæc eſt ratio, quare grammatici huic verbo doceo duplicem accuſandi caſum aſſignant.*) Eſt ſiquidem vna ejus materia ipſa res, quæ doce-

Scientia hæc num ad contemplatiuam, an ad actiuam etiam vitam pertineat.
G 3. *d.* 35. *a.* 3. *q.* 1. *ad* 3.
H *Ibid. a.* 3. *q.* 2. *ſi. c.*
Docere vtriuſque vitæ poteſt eſſe actus.
I *Ver.* 11. 4. *c.* & 2. 2. 181. 3. *c. In* 3. *d.* 35. *a.* 1. *q.* 3. *q.* 1. *ad* 3.

Digitized by Google

docetur: alia verò ille, cui scientia traditur. Ratione igitur primæ materiæ, actus doctrinæ ad vitam contemplatiuam pertinet: sed ratione secundæ, pertinet ad actiuam. Sed ex parte finis doctrina solummodo ad vitam actiuam pertinere videtur: quia vltima materia ejus, in qua finem intentum consequitur, est actiuæ vitæ materia. *Quocirca illud ad rem nostram notandum, quòd circa credenda* L *duplex scientia potest haberi*. Vna quidem, per quam homo scit, quid credere debeat, discernens credenda à non credendis: & secundùm hoc scientia est donum, & conuenit omnibus Sanctis. (Et hęc M est scientia Sanctorum, de qua dicitur *Sap*. 10. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam Sanctorum. *Quæ & scientia Dei dicitur ab Apostolo Coloss*. 1. Crescentes in scientia Dei.) Alia verò est scientia circa credenda, per quam homo non solùm scit, quid credi debeat, sed etiam scit fidem manifestare, & alios ad credendum inducere, & contradictores conuincere. Et ista scientia ponitur inter gratias gratis datas, quæ non datur omnibus, sed quibusdam. *Et idem dic de sapientia*. Quidam *enim* altiori N gradu percipiunt sapientiæ donum, & quantùm ad contemplationem diuinorum, in quantùm scilicet altiora quædam mysteria & cognoscunt & alijs manifestare possunt: & etiam quantùm ad directionem humanorum secundùm regulas diuinas, in quantùm possunt secundùm eas non solùm seipsos, sed etiam alios ordinare. Et iste gradus sapientiæ non est communis omnibus habentibus gratiam gratum facientem, sed magis pertinet ad gratias gratis datas, quas Spiritus Sanctus distribuit, prout vult. (*Quamuis autem gratia gratis data non requirat ex necessitate gratiam sanctificantem in habente, vt de Caipha prophetante liquet, sicut exigit donum: dantur enim gratiæ illæ ex Apostolo* 1. *Cor*. 12. ad vtilitatem *Ecclesiæ*: *Nihilominus, vt plurimùm* operatio O miraculorum est manifestatiua gratiæ gratum facientis, sicut & donum prophetiæ, & quælibet gratia gratis data, vnde 1. Cor. 12. Gratia gratis data nominatur *manifestatio spiritus*.) *Idcircò Apostolus cit. loco* ad Corinth. *dicit*: Alij per spiritum datur sermo sapientiæ: *scilicet*, vt possit P persuadere ea, quæ ad cognitionem diuinorum pertinent, Luc. 21. *Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri*. Alij autem sermo scientiæ secundùm eundem spiritum: *scilicet*, vt per creaturas ea, quæ sunt Dei, manifestare possint. Huic enim scientiæ attribuitur illud, quo pia fides defenditur & roboratur: non autem quicquid curiositatis in humanis scientijs inuenitur, vt *Augustinus* dicit; Sap. 10. *Dedit illi scientiam Sanctorum*. Est tamen notandum, quòd sapientia & scientia inter septem dona Spiritus Sancti computantur, sicut habetur *Is*. 11. Vnde Apostolus signanter inter gratias gratis datas non ponit sapientiam & scientiam, sed *sermonem sapientiæ & scientiæ*, quæ pertinent ad hoc, vt homo alijs persuadere valeat per sermonem ea, quæ sunt sapientiæ & scientiæ.

L 2. 2. q. 1. ad 2. & q. 45. 5. c. & 1. 2. 111. 4. ad 4. & 1. Cor. 12. l. 1. ibi, scientiam.

Scientia duplex, donum scilicet & gratia gratis data.

M 2. 2. 9. 3. ad 3 & 1 Cor. 12. l. 2. ibi, scientiæ. Philipp. 1. l. 2. ibi, scientia. Op. 7. Pet. 3 sub init.

N 2. 2. 45. 5. ∫ c. & 1. 2. 68. 5. ad 1.

Gratia gratis data, etsi non exigat gratiam sanctificantem in habente, vt plurimùm tamen est illius manifestatiua.

O 1 p. 43. 3. ad 4. & 1. Cor. 12. l. 2.

P 1. Cor. 12. l. 2. ibi.

Sapientia & scientia dona sunt Spiritus Sancti, non autem propriè gratiæ gratis datæ.

d *Et ecce quales esse debeant Doctores, qualisue doctrina proximis nostris tradenda sit. Vnde & Psaltes Psal*. 48. Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. *Vbi Author*: Quicunque *inquit* docet Q aut docet res, aut docet verba. Quando prædicamus fidem & mores, docemus res: quando exponimus Scripturam, docemus verba. Rerum autem cognitio necessaria est ad duo; scilicet ad cognitionem veritatis, & ad vsum operationis. Omnis ergo cognitio veritatis, quæ nobis necessaria est de alijs rebus, referenda est ad cognitionem veritatis diuinorum: & ideò omnis cognitio veritatis pertinet ad sapientiam; & ideò dicit: *Os meum loquetur sapientiam*, 1. Cor. 2. *Sapientiam loquimur inter perfectos*. Id autem, quod est necessarium quantùm ad vsum operationis, pertinet ad prudentiam, qua habetur directio rerum humanarum; & ideò dicit: *& meditatio cordis mei prudentiam*; idest, loquetur: quia sapientia comparata ad res humanas, & materiales, est prudentia, *Prou*. 10. Sapientia est viro prudentia. *Et hæc est doctrina, quam oportet ecclesiasticum Doctorem effundere: qualem perfectè tradebat Apostolus, qui* 1. Cor. 2. *dicebat*: Sapientiam loquimur, non hujus seculi: sed loquimur sapientiam in mysterio, quam nemo principum hujus seculi cognouit. *Et paulò post, doctrinam hanc*, doctrinam spiritus *vocat, cum subdit*: quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus: *idest*, prout R Spiritus Sanctus nos loquentes interiùs docet, & auditorum corda ad capiendum illustrat. *Porrò alicujus doctrina ex tribus reddi potest erronea*, 1. *Tim*. 6. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundùm pietatem est, doctrinæ, superbus est, nihil sciens &c. *Vbi Author*: Si vis *inquit* scire S quæ doctrina sit erronea, hoc ostendit ex tribus. Primò si sit contra doctrinam Ecclesiasticam; & ideò dicit: *si quis aliter docet*, scilicet quàm ego & alij Apostoli, quantùm ad primum, ad Galat. 1. *Licèt nos, aut Angelus de Cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit*. *Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit*. Doctrina enim Apostolorum & Prophetarum dicitur canonica: quia est quasi regula intellectus nostri. Et ideò nullus debet aliter docere, Deut. 4. *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo*. Quantùm ad secundum dicit: *Et non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi*. Nam Dominus Iesus venit, *vt testimonium perhibeat veritati*, vt dicitur Io: 18. & ideò missus est à Patre, sicut Doctor & Magister, 1. Mach. 2. *Ipsum audite semper, & ipse erit vobis Pater*. Et Matth. 17. *Hic est Filius meus dilectus: ipsum audite*. Et ideò erroneus est quicunque non acquiescit sermonibus ejus. Et dicit, *sanis*: quia in Christi sermonibus nihil est corruptionis, nihil falsitatis, vel peruersitatis, quia sunt sermones diuinæ Sapientiæ, Prou. 8. *Iusti sunt omnes sermones mei: non est in eis prauum quid, neque peruersum. Recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam* (*quæ donum est Spiritus Sancti*.) Quantùm ad tertium dicit: *& ei, quæ secundùm pietatem est, doctrinæ*, scilicet Ecclesiasticæ. Hæc pietas est per cultum Dei, Tit. 1. *Secundùm agnitionem veritatis, quæ secundùm pietatem est*. Radix autem erroris est duplex: scilicet superbiæ affectus, & defectus intellectus. Quantùm ad primum dicit: *superbus*. Superbia autem dicitur radix errorum dupliciter. Primò quia superbi volunt se intromittere de his, ad quæ non attingunt; & ideò necesse est, quòd errent & deficiant, Is. 16. *Superbia ejus, & arrogantia ejus, & indignatio ejus plusquam fortitudo ejus*. Item, quia nolunt intellectum alteri subjicere, sed innituntur suæ prudentiæ; & ideò nolunt obedire Scripturæ sacræ. Contra hoc dicitur Prou. 3. *Ne innitaris prudentiæ tuæ*; & cap. 11. *Vbi est humilitas, ibi & sapientia*. Item defectus intellectus. Vbi sciendum, quòd sicut in corpore sanitas est quædam æqualitas humorum: ita veritas est quædam æqualitas in intellectu, quia veritas est adæquatio rei & intellectus. Vnde sicut infirmus, quando non habet æqualitatem complexionis, ad modica contraria accidentia læditur: sic in intellectu, quando homo non fundatur in veritate, nec habet virtutem, per quam possit judicare veritatem, à qualibet quæstionis difficultate incidit in errorem. Vnde dicit: *nihil sciens, & languens circa quæstiones &c*. Ratio enim discurrit considerando actus ac defe-

Qualis edocenda doctrina in Ecclesia.

Q Psal. 48. lit. b.

Quæ doctrina spiritus dicitur, & cur R 1. Cor. 2. l. 3. ibi.

Ex tribus redditur erronea doctrina. S 1. Tim. 6. l. 1. ibi.

Doctrina Apostolorum canonica.

Duplex erroris radix.

Superbia dupliciter radix.

Sanitas in quo consistat.

Quid sit veritas.

Digitized by Google

defectus & habitudinem vnius rei ad aliam: & nisi resoluat vsque ad intellectum veritatis, vana est ratio. Quidam autem discurrunt, & non attingunt, *semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes*, vt dicitur 2. ad Tim. 3.

Sapientia hæc cur aqua dicatur.

c *Porrò sacra hæc & cœlestis doctrina multiplicia ex suis effectibus nomina sortitur. Dicitur enim aqua*, *Eccli.* 15. Aquâ sapientiæ salutaris potabit illũ. *Hinc super illud Is.* 32. Beati qui seminatis super omnes aquas, *docemur*, *quòd* Doctrina T Domini est aqua: Primò quia abundat, Eccli. 24. *Ego sapientia effudi flumina.* Secundò quia refrigerat, Prou. 25. *Aqua frigida animæ sitienti.* Tertiò quia fecundat, Is. 55. *Quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltrà non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo &c.* Quartò quia velociter portat, Ioan. 4. *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Quintò quia singulis se conformat; *In plateis aquas tuas diuide*, Prou. 5. *Item super illud Is.* 55. Omnes sitientes venite ad aquas, *erudimur*, *quòd* diuina V doctrina primò dicitur aqua: quia infirmos sanat, Eccli. 15. *Aqua sapientiæ salutaris potabit illum.* Secundò quia inquinatos mundificat, Ezech. 36. *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Tertiò quia sitientes satiat, Ioan. 4. *Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.*

T *Is.* 32. *fi.*

V *Is.* 55 *fi.*

Et vinum.

Item dicitur vinum: & hoc primò, quia pungit arguendo, Is. 1. *Vinum tuum mistum est aquâ.* Secundò quia incendit exhortando, Psal. 104. *Eloquium Domini inflammauit eum.* Tertiò quia inebriat consolando, Is. 66. *Vt sugatis & repleamini ab vbere consolationis eius*; & Cant. 5. *Bibite & inebriamini charissimi.*

Et lac.

Item dicitur lac: & hoc primò propter pulchritudinem, Gen. 49. *Nephthali, ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis.* Secundò propter dulcedinem, Cant. 2. *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis.* Tertiò propter sumendi facilitatem: *Sicut modò geniti infantes lac concupiscite*, vt dicitur 1. Pet. 2. *Quam ad rem & ad ea verba Psal.* 130. Sicut ablactatus est super matre sua &c. *ex glossa docemur*, *quòd* in vtero X matris Ecclesiæ primò concipimur, dum fidei rudimentis instruimur: deinde in lucem educimur, dum per baptismum regeneramur: deinde quasi manibus Ecclesiæ portamur, & lacte nutrimur, cum post baptismum bonis operibus informamur, & lacte spiritualis doctrinæ nutrimur proficiendo, donec jam grandiusculi, à lacte matris accedamus ad mensam Patris, idest, à simplici doctrina vbi prædicatur, *Verbum caro factum est*, accedamus ad Verbum Patris in principio apud Deum: *quod erit in Patria. Idcircò* Cant. 4. *dicebat ad Sponsam, hoc est, Ecclesiam Sponsus*: Mel & lac sub lingua tua: *siquidem* lac Y paruulis conuenit, ideòque per lac designatur simplex doctrina. Mel verò, quod de rore Cœli confici creditur, cœlestem & spiritualem doctrinam significat: quæ & perfectis & instructis conuenit. *Sub lingua* ergo Ecclesiæ *mel* est *& lac*: quia aliquando cœlestia mysteria perfectis; aliquando rudibus plana & simplicia *per sacros Doctores* annunciat. *Ex quo & labia Ecclesiæ Doctores præfati dicuntur: quod innuitur, cum ibidem præmittitur*: Fauus distillans labia tua: *nam* labia Z Ecclesiæ fauus distillans vocantur: quia Sancti Doctores, qui per labia designantur, spiritualia documenta proferunt instruendis fidelibus (*Quoniam verò* labium A breue quid est: sic labia Doctoris sunt *fauus distillans*, quando breuibus & paucis verbis multa & magna insinuat. Sed attende *ex Augustino*, quòd debet intendere hoc Doctor, quòd intelligatur. Et quandiu adhoc laborat, verba sua non sunt superflua: sed si, postquam intelligitur, eis immoratur, superflua sunt ejus verba.) *Sed &* vitta coccinea *eod. cap.* labia *sponsæ vocantur*: vitta enim B capillos ligat & constringit: & sancti Doctores sua prædicatione ad vnitatem fidei & dilectionis multitudinem fidelium in Ecclesia nectunt, & in vnum decorem redigunt. Vittæ autem coccineæ assimilantur: (coccus enim ignis habet speciem, *quo charitas signatur*:) quia prædicant & ardent dilectione: diligunt enim eos, quibus verbum impendunt, & etiam à quibus malum patiuntur.

X 2. 2. 189. 1. arg. 4.

Exponitur illud: *Mel & lac sub lingua tua.*

Y *Cant.* 4 *com.* 1. *ibi.*

Z *Ibid. ibi.* Sacri DD, labia Ecclesiæ.

Monitum Doctoribus, & côcionatoribus.

A *Eph.* 3. *l.* 3. *ibi*, in breui.

B *Cant.* 4. *com.* 1. *ibi.* Doctores præfati vittæ coccineæ comparantur, & quare.

Duo vbera Ecclesiæ sunt, oculi, dentes, & collum.

C *Ibid. ibi* duo vbera. Et 1. *Cor.* 3 *l.* 1. *ibi*, lac. *Apoc.* 2. *com.* 2, *ibi* oculos.

Vlteriùs duo *vbera* C *Ecclesiæ* eosdem significant sanctos Doctores. Nec mirum, quòd vna eademque res diuersis figuratur modis. Sancti Doctores *Oculi* sunt: quia vitæ vias, quas ingredi debeant, subjectis demonstrant. *Dentes* sunt: quia cibos diuinarum scripturarum molunt & comminuunt, vt mandi possint. Dens Ecclesiæ præcipuus erat Petrus, cui dictum est Act. 13. *Surge, occide, & manduca. Collum* sunt: quia caput & membra, hoc est, Christum & Ecclesiam, conjungunt. Ipsi ergo Doctores sunt & vbera Ecclesiæ: quia paruulos & simplices fideles lacte verbi Dei nutriunt. Iuxta quod Paulus simplicioribus intendens dicit *1. Cor.* 3. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam. *Insuper propter stabilitatem doctrinæ* columnæ *dicuntur sacri Doctores. Cant.* 3. Ferculum fecit sibi Rex Salomon: columnas ejus fecit argenteas &c. *Quod exponitur*: Per columnas D Doctores Ecclesiæ figurantur, qui eam verbo & exemplo sustinent ac roborant; vnde ad Gal. 2. dicitur: *Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse.* Et hæ columnæ sunt *argenteæ*: quia nitore cœlestis eloquij refulgent, *Psalm.* 11. Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum &c. *igne videlicet charitatis, qua sancti debent pollere declamatores. Et alio in Commentario.* Proficientes E sunt ferculum Salomonis; idest, portatorium, quo Christum portant, & deferunt vsque ad alios: & hi debent habere *columnas argenteas*, alios sustentando, & eis veritatem annunciando: quod notatur per argentum, quod est metallum sonorum. *Ex eo autem, quòd sacram doctrinam, quia de Cœlo venit, aquam superiùs diximus, cohærenter & Ecclesiastici Doctores nubes appellantur, Matth.* 26. Amodo videbitis Filium hominis &c. venientem in nubibus Cœli. *Quod quidem* potest F referri ad aduentum vltimum, & quotidianum. Aduentus vltimus erit in nube, Act. 1. *Quemadmodum vidistis eum ascendentem in Cœlum: ita veniet*; & Matth. 24. *Videbunt Filium hominis venientem (ad judicandum) in nubibus Cœli.* Aduentus quotidianus est in nubibus; idest, in sacris Doctoribus: de quibus dicitur Is. 60. *Qui sunt isti, qui vt nubes volant?* Et dicuntur *nubes*, quia in altum ascendunt. Item nubes fecundæ sunt. Primum pertinet ad altitudinem vitæ: secundum ad fecunditatem doctrinæ. *Si ergo Doctores sacri nubes sunt, pluuia erit & eorum doctrina. Hinc de vinea Synagogæ dicitur Is.* 5. Nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem, *sacræ videlicet doctrinæ*: nubes *enim* sunt G prædicatores; *vnde Ier.* 3. Prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit, *ad terram vtique fecundandam humani cordis. De hac cordis humani per cœlestis doctrinæ pluuiam fecunditate videtur loqui Apostolus ad Hebr.* 6. *cum ait*: Terra sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. *Vbi Author*: Terra ista H est cor humanum, Luc. 8. *Quod autem cecidit in bonam terram, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.* Cor autem dicitur terra: quia sicut terra indiget pluuiâ, ita homo indiget gratia Dei (*vnde & regius Vates dicebat ad Deum Psal.* 142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi:) Psal. 64. *Visitasti terram, & inebriasti eam*; & Is. 55. *Quomodo descendit imber de Cœlo,*

Item columnæ, & argenteæ.

D *Cant.* 3. *com.* 1. *ibi.*

E *Ibid. com.* 2. *ibi.*

Nubes.

F *Matth.* 26. *lit.* 3 *ib.*

G *Is.* 5. *ibi.* Sacra doctrina, pluuia.

H *Hebr.* 6 *l.* 2. *ibi.* Et *Is.* 60. *fi.* Quæ cor humanum, quasi terram, fecundat.

& illuc

& illuc vltrà non reuertitur; sed inebriat terram, & germinare eam facit: sic erit verbum meum &c. Sed doctrina fidei est quasi imber superueniens, quam pluit in cordibus auditorum, mediantibus Doctoribus, Iob 36. *Effundit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt.* Hunc imbrem bibit, quando quod audit, intelligit, & ad illud afficitur; If. 55. *Omnes sitientes venite ad aquas.* Ista autem doctrina est *super se*; idest, desuper veniens: & hoc quantùm ad principium hujus doctrinæ. Vel, *super se*: quia quædam doctrina est de terra, qua scilicet homo inhæret terrenis: alia est de cœlis, quæ scilicet docet cœlestia; Iac. 3. *Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica (qualis hæreticorum:)* Et postea sequitur: *Quæ autem desursum est sapientia, primùm quidem pudica est &c.* Vel, *super se*; idest, super facultatem humanæ rationis: nam aliæ scientiæ sunt secundùm humanam rationem inuentæ: hæc autem diuinitus inspirata: (1. Pet. 2. Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines,) Eccli. 3. *Plurima super sensum hominum ostensa sunt tibi.* Dicit autem non semper, nec rarò, sed *sæpe*: quia (*ex Augustino & glossa*) si semper, vilescit: si rarò, non sufficit, & negligitur, Iob 16. *Audiui frequenter talia.* Fructus est, quia *generat herbam opportunam illis, à quibus colitur.* Et ista sunt bona opera, quæ facit homo per doctrinam susceptam, Gen. 1. *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen & lignum pomiferum faciens fructum.* Ista terra colitur primò à Deo, Ioann. 15. *Pater meus agricola est.* Colitur etiam à Prælato, (*& ex ejus commissione à sacro Doctore*) 1. Cor. 3. *Ego plantaui, Apollo rigauit &c.* Colitur etiam ab homine ipso, Prou. 24. *Diligenter exerce agrum tuum.* Est autem *hæc herba* opportuna Deo ad gloriam, 1. Cor. 10. *Omnia in gloriam Dei facite*: alijs ad meritum & ad gloriam, 1. Thess. 2. *Vos estis gloria nostra & gaudium*: ipsi verò operanti, ad vitam æternam, Rom. 6. *Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.* Deinde cum dicit, *accipit benedictionem à Deo*, ostendit præmium, scilicet benedictionem diuinam, 1. Pet. 3. *In hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis*: videlicet, benedictionem I passiuam; illam scilicet, qua dicitur Matth. 25. *Venite benedicti Patris mei &c.* Et dicit, *hæreditate*; idest, in hæreditatem, scilicet firmiter & perseueranter, sicut hæreditaria possessio firma est. *Et hoc sacer concionator intendit, cùm post prædicationem, diuinam populo benedictionem implorat; quia nimirum terra cordis humani* venientem super se bibens imbrem *cœlestis doctrinæ*, & generans herbam *bonorum operum*, accipit benedictionem à Deo. *Hinc 1. Cor. 3. dicebat idem Apostolus*: Dei agricultura estis. *Etenim* populus L fidelis, ager est à Deo cultus (*per sacros vtique Doctores; vnde & præmittit*: Dei adjutores sumus:) in quantùm per operationem diuinam fructum boni operis Deo acceptum producit.

Hujus doctrinæ origo, cœlestis.

Fructus illius.

Terra humani cordis à pluribus colitur.

I 1. Pet. 3. ibi.

Curà prædicatoribus benedictio post sermonem detur.

L 1. Cor. 3. l. a. ibi.

f *Quamuis autem docere proprium Pastorum sit & Prælatorum, juxta illud Ioan. 21.* Pasce oues meas: *videlicet*, doctrinæ verbo M vitæ exemplo, & temporali subsidio; *vnde Ephes. 4. ad ea verba*: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos &c. alios autem Pastores, & Doctores. *Pastores*; curam scilicet N Dominici gregis habentes; & sub eodem addit, *& Doctores*, ad ostendendum, quòd proprium officium Pastorum Ecclesiæ est docere ea, quæ pertinent ad fidem & bonos mores, 1. *ad Tim.* 3. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, Doctorem &c. *Ex quo in veteri lege non fuit datum præceptum, vt Sacerdotes legem addiscerent, sicut Regi mandatur, quòd scientiam addiscat legis, vt habetur* Deut. 17. *quia nimirùm* scientia legis O est adeò adnexa officio Sacerdotis (*nota*) vt simul cum injunctione officij intelligatur etiam & scientiæ legis injunctio: & ideò non oportuit specialia præcepta dari de instructione Sacerdotum. Sed doctrina legis Dei non adeò est adnexa regali officio: quia rex constituitur super populum in temporalibus; & ideò specialiter præcipitur, vt rex instruatur de his, quæ pertinent ad legem Dei, per Sacerdotes. *Quamuis inquam docere, proprium Pastorum sit: nihilominus potest & alijs hoc officium conuenire, ex commissione scilicet*, vel P ex authoritate alicujus prælationem habentis, *Rom.* 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? *Et hos, tanquam Dei ministros, instruere decet & docere, juxta illud Apostoli Rom.* 12. Habentes donationes secundùm gratiam, quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam secundùm rationem fidei: siue ministerium in ministrando: siue qui docet in doctrina: *Videlicet*, qui habet Q officium, vel gratiam docendi, vtatur doctrina; idest, vt studiosè & fideliter doceat, *præfatam scilicet doctrinam fidei & morum atque æternæ vitæ. Et qui hanc docet, super alios humanarum facultatum Doctores verè Magister est: nam* quantò R perfectius donum aliquis communicare potest, tantò in perfectiori gradu est: sicut in perfectiori gradu magisterij est qui potest docere altiorem scientiam: *qualis, catholica veritas est.* Catholicæ *autem* veritatis S Doctor, non solùm prouectos debet instruere, sed ad eum pertinet, etiam incipientes erudire *cum Apostolo, qui* Rom. 1. *dicebat*: Sapientibus & insipientibus debitor sum. *Et quidem melius majorisque meriti est sacram tradere communiter doctrinam, quàm particulariter saluti alicujus incumbere. Nam* in ædificio T spirituali sunt quasi manuales operarij qui particulariter insistunt curæ animarum, putà sacramenta ministrando, vel aliquid hujusmodi particulariter agendo: sed quasi principales artifices sunt Episcopi, qui imperant & disponunt, qualiter prædicti suum officium exequi debeant (propter quod & Episcopi, idest superintendentes, dicuntur:) & simpliciter Theologiæ Doctores sunt quasi principales artifices, qui inquirunt & docent, qualiter alij debeant salutem animarum procurare. Simpliciter ergo melius est docere sacram doctrinam, & magis meritorium, si bona intentione agatur, quàm impendere particularem curam saluti hujus & illius. *Addit autem Author, quòd* in aliquo casu, necessitate imminente, deberent & Episcopi & Doctores, intermisso proprio officio, particulariter intendere saluti animarum. *Vnde & superiùs visum est, actum docendi ad vtramque posse vitam pertinere, sed principaliter ad actiuam. Et hinc est, quòd* ille V qui habet scientiam, & non suscipit cum hoc officium, ex quo obligetur alijs scientiæ vsum impendere, licitè potest pretium suæ doctrinæ, vel consilij accipere: non quasi veritatem, aut scientiam vendens, sed quasi operas suas locans. Si autem ex officio ad hoc teneretur, intelligeretur ipsam vendere veritatem, vnde & grauiter peccaret. Sicut patet in illis, qui instituuntur in aliquibus Ecclesijs ad docendum clericos Ecclesiæ, & alios pauperes, pro quo ab Ecclesia beneficium recipiunt, à quibus non licet eis aliquid recipere nec ad hoc quòd doceant, nec ad hoc quòd aliqua festa faciant vel prætermittant. *Siue autem ex munere doceat, siue ad docendum fuerit quis institutus, scire necessariò eum oportet quæ debet docere: (dico, scire: non materialiter duntaxat ad purè recitandum, memoriæ mandare, vt in nonnullis contingit, qui in hujusmodi officijs institui eo solo fine procurant, vt lucri beneficium sentiant, aut ad altiorem gradum promoueantur, quanquam indocti: nil enim præsumptuosius, quàm talem se facere, qualis quis non est:* Præsumptuosum X est dicere, cum nihil sciat, velle se esse Magistrum:) Ex hoc *enim* ipso Y quòd aliquis docendi officium

Docere, proprium Pastoris est & Prælati: qui dupliciter pascere debet.

M Io. 21. l. 3. lit. d. Matth. 24. lit. d. ibi, cibum.

N Ephes. 4. l. 4. ibi, & 1. Tim. 3 l. 1. ibi, Doctorem In 4. d. 19. 5. 3. q 3. c.

O 2. 2. 16. 2. ad 3.

Scientia legis sacerdotali officio adnectitur.

P 4. d. 19. 2. 2. q. 1. ad 4. Et Quol. 12. a. 28. c.

Alijs etiam à Prælato, ex ejus commissione, conuenit docere.

Q Rom. 12. l. 2. ibi.

Qui sacram doctrinam docet, in perfectiori gradu Magister est.

R 1. p. 106. 2. ad 2.

S Prol. in 1. p.

Et hic nedum prouectos, sed & incipientes erudire debet.

T Quol. 1. a. 14. c.

Episcopi & sacri Doctores principales veluti artifices in spirituali ædificio.

Magis meritorium communiter docere, quàm particulariter saluti alicujus incumbere.

An liceat pro docendo stipem accipere.

V 2. 2. 100. 3. ad 3.

Qui docet, tenetur scire quæ docere debet.

X Matth. 19. ibi, sequere me. & Io. 3. l. 2. lit. c.

Y 3. d. 25. 2. 1. q. 3. ad 2.

Ignorantia in quo differat à neſcientia. Z 1. 2. 76. 2. c. & 105 2. ad 9. & 53. 2. ad 2 Quol. 1. a 19. Ma. 3. 7. c.

officium aſſumit, obligatur ad ſciendum ea, quæ docere debet. *Quòd ſi ignoret, ignorantia imputatur ei ad peccatum. Quocirca ſciendum, quòd* ignorantia Z in hoc à neſcientia differt, quòd neſcientia dicit ſimplicem ſcientiæ negationem; vnde cuicunque deeſt aliquarum rerum ſcientia, poteſt dici neſcire illas: ſecundùm quem modum *Dionyſius* in Angelis neſcientiam ponit *cap. 7. Cæl. Hier.* Ignorantia verò importat ſcientiæ priuationem, dum ſcilicet alicui deeſt ſcientia eorum, quæ aptus natus eſt ſcire.

Quando non peccatum.

Horum autem quædam aliquis ſcire tenetur, illa ſcilicet, ſine quorum ſcientia non poteſt debitum actum rectè exercere; vnde omnes tenentur ſcire communiter ea, quæ ſunt fidei, & vniuerſalia juris præcepta: ſinguli autem ea, quæ ad eorum ſtatum, vel officium, ſpectant. Quædam verò ſunt, quæ etſi aliquis natus eſt ſcire, non tamen ea ſcire tenetur, ſicut theoremata geometriæ, & contingentia particularia, niſi in caſu.

Ex negligentia redditur ignorantia culpabilis.

Manifeſtum eſt autem, quòd quicunque negligit habere, vel facere id, quod tenetur habere vel facere, peccat peccato omiſſionis. Vnde propter negligentiam, ignorantia eorum, quæ aliquis ſcire tenetur, eſt peccatum: non autem imputatur homini ad negligentiam, ſi neſciat ea, quæ ſcire non poteſt.

Ignorantia inuincibilis, & vincibilis quę.

Vnde horum ignorantia *inuincibilis* dicitur, quia ſtudio ſuperari non poteſt: & propter hoc talis ignorantia, cum non ſit voluntaria, eoquòd non eſt in poteſtate noſtra eam repellere, non eſt peccatum. Ex quo patet, quòd nulla ignorantia inuincibilis eſt peccatum: ignorantia autem *vincibilis* eſt peccatum, ſi ſit eorum, quæ aliquis ſcire tenetur; non autem, ſi ſit eorum, quæ quis ſcire non tenetur.

A Ma. 3. 7. c. In 2. d. 22. 2. 1. c. Scire tenetur vnuſquiſque quæ ad ſuum ſpectant officium.

Igitur vnuſquiſque A tenetur ſcire quæ ad ſuum officium pertinent, ſicut Epiſcopus ea, quæ pertinent ad officium epiſcopale: & ſacerdos ea, quæ pertinent ad officium ſacerdotale: *conſequenter & Doctor ea, quæ pertinent ad munus docendi, non ſecus ac nauta ea, quæ pertinent ad veram artem nauigandi, noſſe tenetur. Ea propter dicebat Apoſtolus Iacobus cap. 3.* Nolite plures magiſtri fieri: *ideſt*, diuiſi:

B Iac. 3. ibi Matth. 23. lit. a. Pſ. 18. lit. 1. Magiſter, doctus eſto & bonæ vitæ.

B quia in eo, quòd vera dicunt, omnes magiſtri vnus Magiſter ſunt, quia officium vnius Magiſtri cœleſtis peragunt, Matth. 23. *Vnus eſt enim Magiſter veſter.* Vel, ad rem noſtram, *nolite plures Magiſtri fieri*; ideſt, idiotæ, & ſtulti: niſi tantùm diſcreti (*ex gloſſa*) & in Scripturis docti. Vel *plures* ſunt, qui aliud docent, aliud faciunt. (*Et ſubdit* Scientes, quoniam majus judicium ſumitis: *videlicet*, damnationis. Qui enim indoctus *ex gloſſa* officium docendi vſurpat, & Chriſtum non ſincerè nunciat, majorem damnationem meretur, quam ſi ſolus in ſuo ſcelere periret:) *quales vtique erant Phariſæi, de quibus Dominus Matth. 23.* Dicunt, & non faciunt:

C Matth. 23. lit. a. ibi, nolite facere.

ſiquidem iſti C non diſſonant à doctrina, ſed à vita: ideò doctrina eorum eſt attendenda, ſed vita cauenda. *Quapropter non ſufficit Doctori aut Magiſtro docenti claritas intellectus, niſi & bonitas accedat voluntatis, vt nimirùm nunci ita doctrina morum honeſtate comprobetur. Magiſter ideircò bonus dictus eſt Chriſtus (cujus vtique imitatores ſacri magiſtri eſſe debent, Matth. 23.* Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus:) *Matth. 19.* Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?

D Matth. 19. ibi.

Vbi Author: Vocat D eum *Magiſtrum*, quaſi ſcientem: talis enim debet eſſe magiſter, qui ſciat. Item vocat *bonum*. De ratione boni eſt ſe communicare, Sap. 7. *Sine inuidia communico*: Ipſe enim verè bonus eſt, *ſcilicet per eſſentiam, cujus participatione bonitatis & nos boni ſumus, Pſal. 118.* Bonus es tu, & in bonitate tua doce me &c. *Non eſt autem in ſchola Chriſti bonus magiſter* qui dicit, & non facit.

E Prol. in Epiſt. Can. non ang. à S. Apocal. 4. com. 1. & 2. ibi, Euangeliſt. Scientia Doctoris ſine bona vita, literæ ſunt Vriæ.

Profectò talium Doctorum literæ, epiſtolæ E ſiue literæ ſunt Vriæ, de quo legitur 2. Reg. 11. quòd portauit literas mortis ſuæ. Literas mortis ſuæ portant viri literati, qui ſciunt & docent, ſed non faciunt. Iſtæ ſunt literæ ſine ſigillo; ideſt, ſcientia ſine vita: & ideò non creditur eis.

F 2. Cor. 12. l. 4. ibi, ſuper vos.

Profectò, quando F vita concordat doctrinæ, majoris authoritatis eſt doctrina. *Ex quibus deducitur, docentem in peccato mortali mortaliter peccare. Verumtamen ſciendum, quòd* docere G ſacram Scripturam dupliciter contingit.

G 4. d. 19 2. 2. q 2. ad 4. & 2. 2. 33. 5. c. & 60. 2. ad 3. Io. 8. l. 1. lit. d. Rom. 1. l. 1.

An docens in peccato mortali mortaliter peccet.

Vno modo ex officio prælationis, ſicut qui prædicat, docet: non enim licet alicui prædicare, niſi officium prælationis habeat, vel ex authoritate alicujus prælationem habentis, Rom. 10. *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* Alio modo ex officio magiſterij, ſicut magiſtri Theologiæ docent. Et dicendum, quòd ille, qui eſt in peccato notorio, peccat, ſiue ſic, ſiue ſic doceat: ſed ille, qui eſt in peccato occulto, peccat, ſi primo modo doceat: non autem, ſi ſecundo.

H Pſ. 49 lit. i. & 2. Cor. 6. l. 1. ibi, offenſionem.

Et alibi. Si aliquis H eſt in peccato publico, non debet publicè prædicare, vel docere. Et dico, *publico*: quia ſi peccatum non eſt publicum, poſſet cum charitate occultè fratrem ſuum de peccato etiam minori, quàm ſit ſuum peccatum, quod occultum eſt, reprehendere, reprehendendo tamen ſe ipſum. Si verò eſt in peccato occulto, & ſine pœnitentia: tunc prouocat Deum, quia ſimulat. Si verò peccatum eſt occultum, & dolet: non peccat prædicando vel docendo, etiamſi publicè loquatur contra peccatum: quia ſic, deteſtando aliorum peccata, deteſtatur etiam ſuum. *Quæ quidem ab Authore docemur occaſione verborum Pſal. 49.* Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinam, & projeciſti ſermones meos retrorſum &c. *Nec deſunt quidem in Eccleſia, quibus poſſent præfata verba veraciter adaptari. Non ita David Rex*:

I Pſ. 50. lit. g. Conſcientia docentis pura ſit, vt benè doceat.

qui quandiu I ſenſit ſe peccatorem, non promiſit doctrinam manifeſtare, ſed poſtquam reſtituit ei Deus Spiritum principalem: (*vt nimirum doctrina cum fructu effundatur auditorum* & tales decet doctrinam habere, & docere. *Vnde primò petijt à Domino Spiritum ſanctum (qui & Spiritus dicitur* veritatis *Ioan. 15.* Spiritu principali confirma me: *poſtea immediatè promiſit ei, ſe ſacram doctrinam peccatoribus manifeſtaturum*: Docebo iniquos vias tuas; *& benè ſequitur*: & impij ad te conuertentur:

L Eod. Pſalm. ibid. Sacri Doctoris finis, peccatorum conuerſio.

quia fructus L *hujus doctrinæ non eſt tantùm ſpeculatio veritatis ad beatam contemplationem: ſed intentus finis ejus eſt conuerſio peccatorum: qui & eccleſiaſtici Doctoris ſit finis oportet cujuſcunque.*

M Iob 6. l. 2. ſi. In diſputationibus qualiter ſe gerat doctor ſacer.

g *Quòd ſi quandoque vel inter catholicos diſputare contingat*: vt ſcilicet M ex mutua diſputatione veritas eluceſcat: *id nonniſi pacato fiat animo, ſolaque inflammante charitate, non paſſione excitante. Quod innuere voluit Iob, cum cap. 6. ait*: Præbete aurem, & videte, an mentiar. Reſpondete obſecro abſque contentione: & loquentes, id quod juſtum eſt, judicate.

N Ibid. ibi. & Iac. 3. ibi, contentio. Tripliciter impeditur veritatis cognitio in diſputationibus.

Præbete aurem: ideſt N auſcultate: *& videte*: ideſt, conſiderate, *an mentiar*. Hoc eſt enim primum impedimentum veritatis inueniendæ per diſputationem, cum aliquis ea, quæ ab aduerſario dicuntur, audire non vult. Secundum impedimentum eſt, cum ad audita clamosè & contumelioſè reſpondet. Et ad hoc remouendum dicit: *Reſpondete obſecro abſque contentione*.

Contentio quid.

Eſt enim contentio *ex Ambroſio* impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Tertium impedimentum eſt, cum aliquis in diſputatione non intendit ad veritatem, ſed ad victoriam & gloriam, vt accidit in diſputationibus litigioſis & ſophiſticis. Et quantùm ad hoc dicit: *Et loquentes, id quod juſtum eſt, judicate*: vt ſcilicet concedatis ea, quæ vobis videntur vera; & negetis ea, quæ videntur falſa.

O 2. 2. 38. 1. c. & 2. Tim. 2. l. 2. In quo differat diſcordia à contentione.

Et quidem, quoad ſecundum veritatis inueniendæ impedimentum, ſciendum: quòd ſicut diſcordia O contrarietatem quandam importat in voluntate: ita contentio contrarietatem quandam importat in locutione.

Digitized by Google

tione. Si ergo accipiatur contentio, secundùm quod importat impugnationem veritatis, & inordinatum modum: sic est peccatum mortale. Si autem contentio dicatur impugnatio falsitatis cum debito modo acrimoniæ: sic contentio est laudabilis. Si autem accipiatur contentio, secundùm quod importat impugnationem falsitatis cum inordinato modo: sic potest esse peccatum veniale: nisi fortè tanta inordinatio fiat in contendendo, quòd ex hoc generetur scandalum aliorum. Vnde Apostolus, cum dixisset 2. Tim. 2. *Noli verbis contendere*; subdit: *ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium*. Dicit, *verbis*: quia P aliqui disceptant solùm verbis improperij: & hoc propriè est contendere. *Idcircò Iac. 3. dicitur*: Quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam. *Et quomodo?* in mansuetudine sapientiæ. Quòd si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari, & mendaces esse aduersùs veritatem. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. *Et de hoc monebat Titum Apostolus cap. 3.* Stultas quæstiones (*& ô quot nostro tempore publicis in scholis cientur verè* stultæ quæstiones, *& disputationes inutiles! Quò sapiens respexisse videtur, cum ait Eccle. 6.* Verba sunt plurima, multamque in disputando habentia vanitatem.) Stultas *inquam* quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita: sunt enim inutiles & vanæ. *Stultas quæstiones*: quando scilicet Q manifestum proponitur vt dubium: scilicet quæcunque debet aliquis per se tenere in scientia. Et hæc sunt, quæ spectant ad instructionem fidei, & eruditionem morum. *Contentiones, & pugnas legis*: quando enim est disputatio ad inquisitionem veritatis, est laudabile: sed quando est contentio, quid sit tenendum, & quid vitandum, tales sunt vitandæ. Et hoc ideò, quia *inutiles sunt*. Doctor enim ad duo intendere debet: scilicet ad vtilitatem, & ad veritatem, Prou. 8. *Veritatem meditabitur guttur meum*, & Is. 48. *Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia*. Non est ergo intromittendum de inutilibus, & quæ non habent solidam veritatem. Scire enim singularia, vt sunt genealogiæ, non est ad perfectionem intellectus, nec ad instructionem morum, nec fidei. Et sunt *vanæ*: quia non habent solidam veritatem.

Quale peccatum contentio.

P Ad Tim. loco cit.

Nesciunt aliqui disputare, nisi verbis improperij.

Stultæ & inutiles quæstiones vitandæ.

Q Ad Tit. 3. l. 2. ibi.

Ad duo debet Doctor intendere.

h *Non superbiat insuper Doctor de doctrina sua, quam à se non habet, sed à Deo, Eccli.* 1. Omnis sapientia à Domino Deo est. *Et 1. Cor. 4.* Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? *Ergo vt dicitur Ier. 9.* Non glorietur sapiens in sapientia sua: *sed immò Deum docendo glorificet, juxta illud Is. 24.* In doctrinis glorificate Dominum: *non semetipsum laudet Doctor aut commendet*. In hominibus enim R nec acceptum, nec congruum est, quòd homo se laudet, Prou. 27. *Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua*: quia non ex hoc laudabilis redditur, sed si à Deo commendatur, 2. Cor. 10. *Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat*: quia solus Deus perfectè eum cognoscit. *Non se inquam commendet apud homines: sed potiùs Deo se per humilem orationem commendet, vt rectè doceat. Quod mysticè tangitur* Matth. 1. *ijs verbis*: Salathiel autem genuit Zorobabel. *Etenim* oratio S debet præcedere doctrinam, secundùm illud Ephes. 6. *Orantes & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium Euangelij*. Salathiel autem interpretatur *petitio mea*: & ideò Salathiel sequitur Zorobabel, qui interpretatur *magister*, Babel, idest *confusionis*: quia per doctrinam & prædicationem Apostolorum reuocatæ sunt gentes ad Deum verum: & hoc fuit ad confusionem idololatriæ. *Vnde & ad Coloss. 4.* Orationi instate, orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. *Vt Deus aperiat nobis ostium sermonis*; idest T os, per quod sermo ex corde exit, & quòd Deus det gratiam dignè proferendi verbum suum. *Quò respexit Ioannes* Apoc. 8. *cum ait*: Et septem Angeli, qui habebant septem tubas, præparauerunt se, vt tuba canerent: *videlicet*, qui habent V officium prædicandi, præparant se, implendo priùs opere quod dicturi sunt ore, secundùm exemplum Domini, de quo Act. 1. *Cœpit Iesus facere, & docere*. Item fundendo orationem, vnde *Augustinus lib. 4. de Doctr. Christ.* Orando pro se *inquit* ac pro illis, quos est allocuturus, fit Orator antequam Doctor. *Id quod faciebat pientissimus Author noster, de quo legimus*: Nunquàm se lectioni aut scriptioni dedit, nisi post orationem. *Quinimmò*, in difficultatibus locorum sacræ Scripturæ, ad orationem jejunium adhibebat: *siquidem* confert X abstinentia ad sapientiæ perceptionem, *secundùm illud Eccle. 2.* Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam. *Cujus exemplum & in eo sacri Doctores sequantur, quòd nullam præter Deum studiorum suorum exquirant mercedem*: Non aliam præter te, Domine. *Quod quidem & fecit, & docuit: illud enim Psal. 33.* Exquisiui Dominum, & exaudiuit me, *exponens ait*: Optima Y optio, quærere ipsum Deum. *Et huc respexit Apostolus, cum 1. Cor. 3. dixit*: Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem: Dei enim sumus adjutores. *Nam*, quamuis Z qui incrementum dat, sit Deus, & ipse solus interiùs operetur: exteriùs tamen laborantibus mercedem tribuit, secundùm illud Ier. 31. *Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis: quia est merces operi tuo*. Quæ quidem merces est ipse Deus, secundùm illud Gen. 15. *Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis*. Pro qua mercede laborantes mercenarij laudantur, secundùm illud Luc. 15. *Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus!* Alioquin, si pro alia mercede in opere Dei aliquis laboret, laudandus non est, secundùm illud Ioan. 10. *Mercenarius autem, cujus non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & fugit*. Deinde, cum dicit: *Dei enim sumus adjutores*; assignat rationem ejus, quod dixerat. *Q. d.* Rectè quilibet nostrum mercedem accipiet: *Dei enim sumus adjutores*, scilicet secundùm nostros labores. Dicitur autem aliquis alium adjuuare, vno modo augendo ejus virtutem: & sic nullus potest esse Dei adjutor. Alio modo, obsequendo operationi alterius: sicut si minister dicatur Domini adjutor, in quantùm exequitur opus ejus, aut ministerium artificis. Et hoc modo ministri Dei sunt ejus adjutores. *Vide, quali gaudeant sacri Doctores dignitate, vt Dei adjutores efficiantur! ex quo æternam accipiunt & infinitam mercedem, quæ Deus est.*

Non debet de sua doctrina gloriari, aut se commendare, sed probari à Deo.

R Iam. 8. l. 2. lit. d. & 1. Cor. 4. l. 2. ibi, accepisti. & 2. Cor. 10. ff.

Cui potiùs se per orationem commendet, vt bene doceat.

S Matth. 1. lit. d. ibi. Ephes. 6. l. 5. ibi, orantes. 2. Thess. 3. l. 1. ibi, orantes.

T Coloss. 4. l. 1. ibi.

V Apoc. 8. com. 1. ibi.

S. Thomæ pietas, & abstinentia pro sapientia comparanda.

X 2. 2. 148. 6. c. & 149. 3. ad 1.

Nullam facit Doctor cum eodem expectat mercedem præter Deum.

Y Ps. 33. lit. c.

Z 1. Cor. 3. l. 2. ibi.

Quo sensu sint sacri Doctores adjutores Dei.

i *Sed & præter mercedem hanc, quemadmodum virginibus & martyribus, ita & Doctoribus debetur aureola: quod est præmium quoddam accidentale additum essentiali præmio, quod Aurea dicitur, siue Corona; Exod. 25.* Facies super coronam *auream* alteram coronam aureolam: (*de quo vide V.* Beatus.) Sicut *enim* per martyrium A & virginitatem aliquis perfectissimam victoriam obtinet de carne & mundo: ita & perfectissima victoria contra diabolum obtinetur, quando aliquis non solùm diabolo impugnanti non cedit, sed etiam eum expellit; & non solùm à se, sed etiam ab alijs: hoc autem fit per prædicationem & doctrinam; & ideò prædicationi & doctrinæ aureola debetur, sicut virginitati & martyrio. Nec est dicendum (vt quidam dicunt) quòd tantùm debeatur Prælatis, quibus competit ex officio prædicare & docere, sed quibuscunque, qui licitè hunc actum exercent. Prælatis autem non debetur, quamuis ha-

Aureola quid. Sicut virginibus & martyribus: ita & Doctoribus debetur aureola.

A 4. d. 49. 5. 3. q. 3. c. & d. 33. 3. 3. ad 1. Quol. 5. a. 24. ad 2.

Non tamen debetur Prælatis, nec alijs Doctoribus, nisi actu docuerint sacrã doctrinam.

Digitized by Google

beant officium prædicandi, niſi actu prædicent: (*notent ij, qui Epiſcopatus, Doctoratus, vel Magiſterij, aut prædicandi munus ſuſcipiunt, nec eo in proximi vtilitatem vtuntur:*) quia corona non debetur habitui, ſed actuali pugnæ, ſecundùm illud 2. Tim. 2. *Non coronatur, niſi qui legitimè certauerit:* quia B ſolùm actibus meremur: non enim *ex Philoſopho* optimi & fortiſſimi coronantur, ſed agonizantes. *Coronantur autem & aureà corona, & aureolà, qui in Eccleſia Dei, zelo diuinæ legis, edocent populos, Dan.* 12. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad juſtitiam (*non ad ſecularia & vana*) erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. *Quinimmò nedum docentibus verbo, ſed* etiam C ſcribentibus ſacram doctrinam debetur aureola. Sed hæc non diſtinguitur ab aureola Doctorum: quia ſcripta componere, quidam modus docendi eſt. *Verumtamen*, cum dicitur D quòd doctrinæ debetur aureola, intelligendum eſt de doctrina, quæ eſt de pertinentibus ad ſalutem, per quam diabolus à cordibus hominum expugnatur, ſicut quibuſdam ſpiritualibus armis, de quibus dicitur 2. *Cor.* 10. Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo &c. *Adhuc etiam, qui docet, ad gloriam Dei docere debet, & pro animarum ſalute: non ad inanem gloriam, & lucrum temporale: aliàs neutram promeretur coronam.* Nam cum Aureola E importet quandam ſingularem excellentiam præmij, neceſſe eſt, quod præſupponat Auream, ſicut comparatiuus præſupponit poſitiuum; & hoc figuratur Exod. 25. cit. *Facies ſuper coronam auream alteram aureolam.* Et ideò qui non meretur auream, idest præmium eſſentiale, non meretur aureolam. Qui autem propter inanem gloriam operantur (*vel ob lucrum temporale*) non merentur præmium eſſentiale, quia *receperunt mercedem ſuam*, vt dicitur Matth. 6. vnde nec merentur aureolam. *Vt nimirùm quiſquis docet, hinc diſcat, non tam doctè, quàm piè, ſacram ſe debere doctrinam effundere, videlicet in gratia & charitate, quo valeat vtrumque præmium juſtè adipiſci. Secus, neutram ſperet: vel etiam, ſi malè docuerit, nedum circa veritatem fidei, verùm & circa bonorum informationem morum (quod eſt totum ſacræ doctrinæ negocium) facilè aliquando quæ mortalis culpa eſt, venialem vel nullam faciens, in vanum non rarò laxæ probabilitate opinionis æternam fundando vel ſalutem vel perditionem, vt de pluribus legimus. Docemur enim quod* omnis F quæſtio, in qua de peccato mortali quæritur, niſi expreſsè veritas habeatur, periculosè determinatur. Quia error, quo non creditur eſſe peccatum mortale quod eſt peccatum mortale, conſcientiam non excuſat à toto, licèt fortè à tanto: Error verò, quo creditur eſſe mortale quod non eſt mortale, ex conſcientia ligat ad peccatum mortale. Præcipuè autem periculoſum eſt, vbi veritas eſt ambigua. *Siquidem* in rebus G dubijs non eſt de facili præſtandus aſſenſus. *De his loquitur Apoſtolus* 1. *Tim.* 1. Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta: à quibus quidam aberrantes, conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. *Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.* Hæc enim H ſunt principalia legis, à quibus quidam diſcedunt. *A quibus aberrantes, conuerſi ſunt in vaniloquium* (*Pſal.* 11. Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum.) Et nota, quòd receſſus à charitate cauſa eſt falſæ doctrinæ: quia qui non amant charitatem, cadunt in mendacium, 2. Theſſ. 2. *Qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.* Similiter qui dimittunt cordis puritatem: habentes enim cor infectum paſſionibus, judicant ſecundùm affectum earum, & non ſecundùm Deum; 1. Cor. 2. *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei.* (Qui *autem* afficitur I ad diuina, accipit diuinitus rectum judicium de rebus diuinis. *Porrò* conueniens eſt L vt intelligantur diuina, vt decet Deum.) Similiter habentes conſcientiam malam: quia non poſſunt quieſcere in veritate; & inde eſt, quòd quærunt falſa, vt in eis quieſcant. Similiter qui habent fidem fictam, Iſ. 21. *Qui incredulus eſt, infideliter agit.* Sequitur: *volentes eſſe legis doctores*. Vbi ponitur conditio falſa docentium: & primò inordinata ambitio, ſecundò defectus eorum. Quantùm ad primum dicit, *volentes eſſe &c.* Matth. 23. *Amant primos recubitus in cœnis, & vocari ab hominibus Rabbi*: quantùm ad ſecundum dicit, *non intelligentes*, *Pſalm.* 81. Neſcierunt, neque intellexerunt: in tenebris ambulant: *neque quæ loquuntur* per authoritates, quas non intelligunt: *neque de quibus affirmant*, ſcilicet concludendo. *Hi ſanè veri Doctores non ſunt*, ſemper diſcentes 2. *Tim.* 3. & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes: *ad ſcientiam inquam Chriſtianæ veritatis, quæ ſine viua & perfecta fide morumque honeſtate non habetur. Vnde Apoſtolus loc. cit. ipſum admonens Timotheum, hortabatur:* Vt milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conſcientiam. *Alioquin ſapientia & ſcientia vera non eſt: ſed, vt ajebat Iacobus Apoſtolus cap.* 3. terrena, animalis, diabolica. *Terrena*, idest M terrenæ gloriæ cupida: *animalis*, quærens voluptuoſa & carnalia, in quibus delectatur ſenſus; non ſpiritualia, in quibus gaudet ſpiritus: & *diabolica*, quærens dignitates, quas ſuggerit diabolus. Vel *terrena* propter concupiſcentiam oculorum: *animalis* propter concupiſcentiam carnis: *diabolica* propter ſuperbiam vitæ; 1. Ioann. 2. *Omne quod eſt in Mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Vel *terrena* propter diuitias: *animalis* propter delicias: *diabolica* propter honores.

Igitur Doctores, qui maculata conſcientia fideque mortua docendi miniſterium ſuſcipiunt, non ſcientiam veritatis, ſed falſam doctrinam, mente *aliquando* corrupti, *populis annunciant, qualis hæreticorum eſt. Et ab his ſummopere cauendum, inquit Apoſtolus ad Epheſ.* 4. Vt non circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris. *Quaſi diceret.* Nulla N doctrina peruerſa perflante ad commotionem cordis, & ruinam ſpiritualis ædificij, debemus moueri, quia non eſt bona doctrina. Quod patet ex tribus. Primò ex ejus principio, quod eſt *nequitia hominum*; ideò non eſt bona doctrina, ſed falſa & nequam, quam dogmatizat aliquis ad perditionem animarum, vt obtineat principatum: ſicut doctrina Arij nequiſſimi, qui crepuit medius; ita vt de ipſo poſſit exponi illud Eccli. 31. *Teſtimonium nequitiæ illius verum eſt.* Item talis doctrina peruerſa eſt: quod patet. Secundò ex ejus proceſſu, qui eſt *aſtutia*: quia cum dolo; id eſt, vnum intendit, & aliud ſimulat: propter quod Apoſtolus dicit 2. Cor. 11. *Timeo autem, ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua: ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto.* Tertiò patet hoc idem ex effectu: quia effectus talis doctrinæ eſt *ad circumuentionem erroris*: non enim ad denarios, vel alia temporalia acquirenda, ſed ad ſeminandos errores ſeducunt, & circumueniunt tales Doctores, de quibus dicitur 2. *Tim.* 3. Mali homines, & ſeductores proficient in pejus, errantes, & in errorem mittentes. *En quales ſunt malè viuentium Doctorum effectus doctrinæ, quemadmodum in tot contigit hæreſiarchis, & in dies euenit in malè viuentibus hominibus: nam, vt ſuperiùs ex Authore dictum eſt*: Receſſus à charitate, cauſa eſt falſæ doctrinæ. *Non ita docebat Apoſtolus, qui* 1. Theſſ. 2. *immò dicebat*: Exhortatio noſtra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo &c. *Exhortatio*

B *Op.* 19. *c.* 7. *circ. med.*

C *In* 4. *d.* 49. *l. c. a.* 5. *q.* 1. *ad* 5.

Vel ſcripſerint.

D *In* 4. *l. c. a.* 5. *q.* 3. *ad* 3.

Quibuſnam Doctoribus debeatur.

E *Quolib.* 5. *a.* 24. *c.*

Aureolam non meretur nec Auream, quicunque ad inanem gloriam docet.

F *Quol.* 9. *a.* 15. *init. c. Ma.* 3. *a.* 7. *c.*

Periculosè determinatur quæſtio, in qua quæritur de peccato mortali.

G *Quol.* 3. *a.* 10. *c.*

Mali Doctores.

H 1. *Tim.* 1. *l.* 3. *ibi.*

Receſſus à charitate cauſa falſæ doctrinæ.

Diuina, vt decet Deum, intelligenda.

I *De diu. Nom. c.* 2. *l.* 4. *circ. fi.*

L *Ibid. cap.* 7. *l.* 3. *ſub initio.*

Scientia Chriſtianæ veritatis ſine fide & morum honeſtate non habetur.

M *Iac.* 3. *ibi.*

Scientia oppoſita, terrena, animalis, diabolica.

Malè viuentes doctores ſæpè falſam doctrinam annunciant, vt contigit in hæreſiarchis.

N *Epheſ.* 4. *l.* 5. *ibi.*

Arij mors qualis.

Qualis doctrina, & qualiter in Eccleſia tradenda.

Digitized by Google

O 1. Thess. 2. l. 1. ibi.

ratio nostra non fuit O sicut aliquorum, *de errore*: vel propter immunditiam, sicut dicentium, vacandum esse voluptatibus; ideò dicit: *neque de immunditia*. Nec est exhortatio in dolo, sicut quorundam, qui licèt verum dicant, habent tamen intentionem corruptam: quia, non profectum auditorum, neque Dei honorem, sed suum quærunt. Contra quod dicit: *neque in dolo*, Ierem. 9. *Sagitta vulnerans lingua eorum: dolum locuta est*. Sua ergo exhortatio non est corrupta, sed sincera. Sincerum autem aliquid est, quod seruat suam naturam. Tunc autem est prædicatio sincera, quando quis docet eo tenore & fine, quo Christus docuit. *Idcircò idem Apostolus* 1. ad Tim. 2. *de seipso dicebat*: Prædicator & Apostolus (veritatem dico, non mentior) Doctor gentium in fide & veritate.

P 1. Tim. 2 l. 2. ibi.

Quinque debet docere ___ Doctor.

Vbi Author: Hoc *inquit* est P officium prædicatorum, vt veritatem dicant, Ephes. 4. *Loquimini veritatem*. Non est autem doctrina aliqua, quæ non habeat aliquam veritatem: sed in hoc damnatur aliqua doctrina, quia miscet veritati falsitatem. Et ideò dicit: *Veritatem dico, non mentior*. Et hic est vsus officij, scilicet veritatem sine mendacio prædicare, qui competit meo officio, qui *Doctor gentium* sum. *Quid autem docere debeat, ostendit Author ad illud Apostoli* 1. *Corinth*. 14. In Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui; *cum ait*: Doctor Q debet quinque docere: scilicet credenda, Tit. 2. *Hæc loquere & exhortare*: agenda, Matth. vlt. *Euntes &c. docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis*: vitanda, scilicet peccata, Eccli. 21. *Quasi à facie colubri fuge peccata*, & Is. 58. *Annuncia populo meo scelera eorum*: speranda, scilicet mercedem æternam, 1. Pet. 1. *De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetæ &c.* timenda, scilicet pœnas æternas, *Matth*. 25. Ite maledicti in ignem æternum. *Itaque Doctor optimus in Ecclesia est, qui fidei veritatem & morum honestatem cum charitate & ex charitate in communem profectum scribit & docet: non ita* qui intendit R suam doctrinam non manifestare multis, sed magis occultare: quod contingit quandoque ex inuidia docentis, qui vult per scientiam excellere, & ideò scientiam suam non vult alijs communicare. Quod in Christo (*doctorum Doctore, & magistrorum Magistro, de quo Ioel*. 2. Lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis Doctorem justitiæ; *juxta quod dicitur Dan*. 12. Qui ad justitiam erudiunt multos &c.) locum non habuit, ex cujus persona dicitur *Sap*. 7. Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo. *Vnde & Sapiens Eccli*. 24. & 33. Respicite, quoniam non mihi soli laboraui, sed omnibus exquirentibus disciplinam. *Non enim ex inuidia, aut ob inanem gloriam, sacræ doctrinæ veritas subtrahenda est, sed piè, & fideliter, præuio adhibito studio, Deique auxilio inuocato, publicè & omnibus indiscriminatim tradenda: aliàs diuinæ veritati injuria irrogatur; quod ajebat initio Author*: Traditioni S diuinorum fit injuria, dum vel tradita auarè retinentur, vel inconsideratè traduntur. *Memineris tandem, si quis est, maculatæ conscientiæ minùsque honestæ vitæ in Ecclesia Doctor, quòd verè est* Sapiens animæ suæ sapiens, *vt dicitur* Eccli. 37. *alioquin, sicut ibidem præmittitur, alijs proficuus, sibi inutilis redditur*: Est vir astutus multorum eruditor, & animæ suæ inutilis est. *Illudque Domini* Luc. 22. *fixè perpendat*: Seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & non fecit secundùm voluntatem ejus, vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem, cui multum datum est, multum quæretur ab eo. *Siquidem*, cum augentur dona, (*ajebat Gregorius*) rationes etiam crescunt donorum. *Quoniam verò (vt suprà ex Authore protulimus) etiam* qui prædicat T docet, *plurima hìc de Apostolicis prædicatoribus dicenda supersunt: quæ ad sequentes Numeros reseruamus*. *DISCITE sacri Doctores* benefacere (*Is*. 1.) *vt bene doceatis*. *Vide*, Ambitio, Christi Doctrina, Gratia, Sacra Scriptura, Spiritus Sanctus.

Q 1. Cor. 14. l. 4. ibi. Op. de er. Pr. l. 5. c. 9.

R 3. p. 42. 3. c. Sacra doctrina omnibus indiscriminatim tradenda est, non ex inuidia, aut ex inani gloria subtrahenda, Christi Domini exemplo.

S de Diu. Nom. c. 13. l. 4. circ. fi.

Qui cognouit, & non fecit, vapulabit multis.

Qui plura habet dona, majorem rationem reddet.

T 4. d. 19. a. 2. q. 2. ad 4.

XXIX. Inter omnes occupationes Ecclesiasticas dignior est occupatio eorum, qui verbum Dei annunciant. *Op*. 19. *c*. 7. *circ. med.*

Prædicatio Euangelica ex tribus cõmendabilis.

m PRædicatio euangelica ex tribus præsertim summè redditur commendabilis: nimirùm ex munere, ex materia, ex fine. Et munus quidem reputatur nobilius, quàm baptizare: vnde Apostolus* 1. Cor. 1. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. *Et licèt huic aduersari videatur quod dicitur Matth. vlt*. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos &c. *dicendum tamen est, quòd* Christus V Apostolos misit ad vtrunque: ita tamen, quòd ipsi per seipsos prædicarent, secundùm quod ipsi dicebant Act. 6. *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis*: baptizarent autem per inferiores ministros. Et hoc ideò, quia in baptismo nihil operatur industria, vel virtus baptizantis: (nam indifferens est, vtrùm per majorem vel minorem ministrum detur baptismus:) sed in prædicatione Euangelij multùm operatur sapientia & virtus prædicantis. Et ideò prædicationis officium per seipsos Apostoli, tanquam majores ministri, exercebant; sicut & de ipso Christo dicitur Ioan. 4. quòd *ipse non baptizabat, sed discipuli ejus*: qui tamen de se ipso dicit Luc. 4. *Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare, quia ideò missus sum*. Ista X quidem est maxima dignitas. Vnde *Dionysius*: Nihil dignius in officio hominum, quàm Dei cooperatorem fieri. *Quod & à Ioanne innuitur* Matth. 3. *dicente*: Qui post me venturus est, fortior me est: cujus non sum dignus calceamenta portare. *Vbi Author*: De duobus Y hìc loquitur, videlicet de prædicatione, & de baptismo; vnde dicit: *Qui post me venturus est* ad baptizandum & docendum, *fortior me est: cujus non sum dignus calceamenta portare*. Q. d. Incomparabiliter me dignior est. In alijs autem Euangelistis non est sic: quia illic dicitur, *soluere corrigiam*; hìc verò, *calceamenta portare*. Possunt autem in corrigia calceamenti duo significari: quia per calceamentum intelligitur humanitas, Psal. 59. *In Idumæam extendam calceamentum meum*: Corrigia est vnio, qua humanitas ligata est diuinitati. Et quia Ioannes non reputabat se sufficientem ad explicandum mysterium vnionis; ideò dicit: *Cujus non sum dignus &c.* Vel *ex Hilario* calceamentum portant nunciatores humanitatis Christi per Mundum, quod fuit reseruatum Apostolis. Ergo Ioannes dicit, se non esse dignum portare calceamentum, quod Apostolis erat reseruatum: majus enim officium est euangelizare, quàm baptizare. Vel dicit, *cujus non sum dignus &c.* quia nec ipse, nec Apostoli se dignos reputant, vt sint ministri Euangelij Christi. *Igitur munus hoc vel ex eo nobile redditur, quia Apostolicum. Fuerunt enim Apostoli primi Mundi instructores, & prædicatores. Apostolus autem idem latinè, quod* missus: *etenim* quomodo prædicabunt, nisi mittantur? *Rom*. 10. *Et quamuis (vt præced. Num. visum est) docere in Ecclesia & prædicare, proprium Pastorum, & Prælatorum sit, quos dicitur Deus mittere, sicuti Moysen Exod*. 3. Mittam te ad Pharaonem &c. *& Luc*. 10. Misit illos binos ante faciem suam &c. *Nihilominus & alij mittuntur à Deo, Ierem*. 26. Misit me Dominus ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc; *& Ioan*. 1. Fuit homo missus à Deo. *Verùm* mittuntur Z aliqui à Domino dupliciter. Vno modo immediatè ab ipso Deo per inspirationem internam, Is. 48. *Dominus Deus misit me, &*

Munus euangelizandi nobilius, quàm baptizandi.

V 1 Cor. 1. l. 2 fi. Rom. 1. l. 3 fi. & 3. p. 67. 2. ad 1.

X Matth. 4. lit. b. ibi, faciam vos.

Y Matth. 3. lit. a. ibi.

Hypostaticæ vnionis mysterium ineffabile, per corrigiam calceamenti expressum.

Prædicatio, munus Apostolicum.

Prædicare, proprium Prælatorum.

Aliqui à Deo mittuntur, vel immediatè, vel mediatè per authoritatem Prælatorum.

Z Rom. 10. l. 2. ibi, mittantur Io. 1. l. 4. lit a. ibi, missus.

Digitized by Google

Spiritus ejus. Alio modo mittuntur aliqui à Deo, mediante authoritate Prælatorum, qui gerunt vicem Dei, 2. *Cor.* 8. Miſimus cum illo fratrem, cujus laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias. *Vnde & hi in Eccleſia, Apoſtolorum nomen munuſque ſortiuntur: qualis dictus eſt Barnabas, de quo loc. cit. loquitur Paulus. Qui & ad Coloſſ.* 1. *dicebat*: Cujus factus ſum ego miniſter ſecundùm diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi in vos. *Quibus in verbis* oſtendit A dignitatem miniſterij: magnum enim miniſterium eſt, quia traditum eſt mihi *ſecundùm diſpenſationem Dei*. Quod dupliciter poteſt exponi: ſcilicet actiuè; & ſic eſt ſenſus: ideſt, vt diſpenſem vobis diuina, fideliter tradens ea: vel paſſiuè; & tunc eſt ſenſus: ideſt, ſecundùm quòd mihi diſpenſatum eſt à Deo, *Act.* 13. Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos: *quod eſt, à Deo mitti tanquam Apoſtolos. (Qualis autem fuerit Apoſtolorum dignitas, vide fuſiùs V.* Apoſtoli.) *Item præcurſores Chriſti ſunt, quòd ab eo miſſi, Luc.* 10. Miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipſe venturus. *Vt enim dicit Gregorius*: Tunc ad mentis noſtræ habitaculum Dominus venit, quando verba exhortationis præcurrunt. *Vnde & ad Prædicatores, tanquam Chriſti præcurſores, Iſaias ait cap.* 40. Parate viam Domini; rectas facite ſemitas Dei noſtri. *Sed & Euangeliſtæ nomen ſibi debetur. Vnde & 2. ad Tim.* 4. Opus fac Euangeliſtæ, *dicebat Paulus*: ideſt B Euangeliza: hoc enim eſt nobile opus. Euangeliſta autem dicitur aliquando qui ſcripſit Euangelium; & ſic ſunt quatuor: quandoque qui prædicat ipſum; & ſic dicitur hic: *Opus fac Euangeliſtæ*. Vnde ſequitur: *miniſterium tuum imple*: ſcilicet prædicando. Ille autem implet officium Euangeliſtæ, qui verbo prædicat, & opere implet; *Coloſſ.* 4. Dicite Archippo: Vide miniſterium, quod accepiſti in Domino, vt illud impleas. *Inſuper miniſterium hoc, munus eſt Angelicum: vnde & Ioannes*, licèt C natura non fuerit Angelus, fuit tamen officio, quia *miſſus à Deo*: proprium enim Angelorum officium eſt, quòd à Deo mittantur, & ſint nuncij Dei, Hebr. 1. *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi*: vnde Angelus *Nuncius* interpretatur. Poſſunt ergo homines, qui à Deo ad aliquid annunciandum mittuntur, Angeli dici, *juxta illud Agg.* 1. Dixit Aggæus nuncius Domini de nuncijs Domini. *Sicut autem Angelus idem eſt, quod* nuncius: *ſic Euangelium* bonum nuncium *ſonat*; *vnde, naſcente Domino, dicebat ad paſtores Angelus*: Euangelizo vobis gaudium magnum &c. *Et quidem tales deſcribuntur Prædicatores* Apoc. 14. *cum dicitur*: Vidi alterum Angelum volantem per medium cœli, habentem Euangelium æternum. *Alterum Angelum*, ideſt D Prædicatores, qui ſunt *alteri* à Chriſto; ideſt, vicem ejus exequentes: *volantem per medium Cœli*; ideſt, velociter diſcurrentes per omnem Eccleſiam, de quibus dicitur Ezech. 1. *Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni*. Prima facies hominis per manſuetudinem, ſecunda leonis per audaciam, tertia bouis per patientiam, quarta aquilæ per ſapientiam. Hæ quatuor virtutes ſunt quatuor facies. Sed quatuor pennæ, quibus volant, ſunt quatuor animæ affectiones: ſcilicet ſpes futuri boni, timor futuri mali, gaudium de præſenti bono, dolor de præſenti malo. *Vel alterum Angelum*; ideſt, Prædicatorem catholicum, *volantem per medium Cœli*; ideſt, per vtriuſque Teſtamenti concordiam. Principium eſt vetus Teſtamentum: per hoc non volat Manichæus, qui vetus Teſtamentum non recipit. Finis eſt nouum Teſtamentum: per hoc non volat Iudæus, quia in Chriſtum non credit, nec nouum recipit Teſtamentum. Medium Cœlum eſt concordia vtriuſque Teſtamenti: & per hoc volat prædicator fidelis. *Habentem Euangelium æternum*. Dicitur autem Euangelium Chriſti *æternum*: quia ei non ſuccedit aliud. Item quia æterna promittit, *Matth.* 4. Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum. *Quod myſticè ſangitur & Apoc. cap.* 19. Et vidi vnum Angelum ſtantem in Sole: *ideſt*, cœtum E prædicatorum, qui dicuntur *Angeli*, quia hominibus annunciant quæ ſunt ſalutis. Dicit autem, *vnum*, propter vniformitatem doctrinæ, quia omnes docent fidem & bonos mores. (*Vnde Ezech.* 1. *de quatuor Euangeliſtis præcinitur*: Quatuor facies vni: *quin* & quatuor pennæ vni: *eandem enim fidem annunciant, eodem Spiritu Sancto dictante; ideòque ſubditur*: Vbi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur:) *ſtantem in Sole*: ideſt *ex gloſſa* veritatem in manifeſto proponentes, 2. *Reg.* 12. Ego faciam verbum iſtud in conſpectu Solis; & *Matth.* 5. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus. *Quoniam verò* Angeli F medij ſunt inter Deum & homines: *hinc eſt, quòd & Prædicator inter Deum & populum ſequeſter eſt. Cum enim in noua lege, ſicut in veteri Propheta, munus impleat veritatem nunciandi*: cùm Propheta G conſtituatur quaſi medius inter Deum & populum, ſicut dicitur *Deuter.* 5. Ego ſequeſter & medius fui inter Dominum & vos: *idem de Euangelicis prædicatoribus dicendum*. Et ſic orando *ſicut Prophetæ*, cauſam populi referunt ad Deum, & prædicando, cauſam Dei ad populum. *Idcircò ad Ieremiam, quem populo ſuo prædicatorem deſtinauerat, dicebat Dominus Ierem.* 1. Ecce conſtitui te ſuper gentes, & ſuper regna: *ſuper gentes*, ſcilicet H diuerſas, quibus prædicauit, quaſi mediator inter ipſas & Deum.

A Coloſſ. 1. l. 6. ibi.

B 2. Tim. 4. l. 1. ibi. Epheſ. 4. l. 4. ibi, Euangeliſtas.

Munus Præcurſoris, & Euangeliſtæ.

Euangeliſta quis dicatur.

Item munus Angelicum.

C Io. 1. l. 4. lit. a. ibi, fiat homo.

D Apoc. 14. com. 2. & 1. ibi.

Manichæi vetus nō admittunt Teſtamētum.

Euangelium cur dicatur æternum.

E Ap. 19. com. 1. & 2. ibi.

Cur prædicatores Angeli.

F 2. 2. 172. 2. 1. & 3 p. 22. 1. ad 2.

Angeli, medij inter Deum & homines: ſic & prædicatores.

G Prol. in Ier. in fi.

H Ier. 1. ibi.

n *Ex quo autem Chriſtum, per Orbem diſcurrendo annunciantes, quodammodo portant, ſacri declamatores pedes dicuntur Chriſti. Vnde ſuper illud Matth.* 3. Cujus non ſum dignus calceamenta portare, *docemur, quòd* pedes I Chriſti *ex Chryſoſtomo* ſunt Apoſtoli, & alij ejus famuli, inter quos Ioannes erat (*& cæteri Prædicatores*:) calceamentum autem eſt infirmitas eorum, quia ſicut decor pedum non cognoſcitur, quandiu teguntur calceamento, ita decor Apoſtolorum, 2. *Cor.* 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. *Quò facit illud Epheſ.* 6. Calceati in præparationem Euangelij pacis: *ideſt*, affectus L diſpoſiti ſint *in præparationem &c.* In ſignum hujus miſit Apoſtolos Dominus Marc. 6. *calceatos ſandalijs*, quæ habent ſubtùs ſoleas, per quod ſignificatur eleuatio mentis à terrenis: & aperta ſunt ſuperiùs, per quod ſignificatur promptitudo ad diuinam ſapientiam. Dicit autem, *pacis*: quia per Euangelium pax nobis annunciatur, *Luc.* 10. In quamcunque domum intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui. *Sanè de his pedibus pacem annunciantium dicitur Iſ.* 52. Quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem: annunciantis bonum, prædicantis ſalutem! *Cui conſonat Nahum cap.* 1. Ecce ſuper montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem. *Quam Iſaiæ authoritatem ſic transfert Apoſtolus Rom.* 10. Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona! *Vbi Author*: In his M verbis commendatur proceſſus prædicatorum, cum dicit: *Quàm ſpecioſi pedes*! Quod dupliciter poteſt intelligi. Vno modo, vt per pedes intelligantur eorum proceſſus, quia ſcilicet ordinatè procedunt, non vſurpantes ſibi prædicationis officium, Cant. 7. *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis*! Alio modo poſſunt intelligi per pedes affectus, qui rectitudinem habent, dum non intentione laudis aut lucri verbum Dei annunciant, ſed propter hominum ſalutem, & Dei gloriam, *Ezech.* 1. Pedes eorum, pedes recti. *Et ſic verè ſunt pedes Chriſti. Quod confirmare videtur*

Prædicatores pedes Chriſti.

I Matth. 3. a. ibi.

L Eph. 6. l. 4. ibi.

Sādalia quid.

M Rom. 10. l. 2. ibi.

Per pedes, affectus.

Ioannes

Ioannes Apoc. c.10. *Vbi Christum describens, de eo inter cætera promit:* Et pedes ejus tanquam columnæ ignis: *idest*, prædicatores N ipsum per Mundum suo præconio portantes, Act. 9. *Vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum &c.* (*Is.* 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare &c.) Vel, quia corpus Christi mysticum sustentant vi doctrinæ; *Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum sustinere*, Roman. 15. *Tanquam columnæ ignis*: idest, illuminant alios, inflammant, & roborant. Quod signatur per ignem, formam columnæ habentem: columna enim solet dare firmitatem. *Columnæ inquam ignis: vt innueret, debere prædicatores ardere per zelum charitatis, & lucere per doctrinam & exemplum. Hinc de Baptista dicitur Ioan.* 5. Ipse erat lucerna ardens & lucens. *Et Matth.* 5. Vos estis lux Mundi. *Et iterum:* Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant &c. *Dicit autem Ioannes, quòd Christus* habebat in manu sua libellum apertum; *idest*, sacram O Scripturam, quæ est liber, in quo legitur quicquid est salutis. Et est liber *apertus*: quia ipse Dominus prædicando populis, manifestauit secreta mysteria Scripturæ. Item suis documentis aperuit discipulis Scripturam, & per eos alijs; *Luc. vlt. Aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas.* Et Apoc. 5. *Vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula ejus.* De hoc libro dat prædicatoribus materiam prædicationis. *Verùm, nedum pedes Christi prædicatores sunt, sed & Christi os: nam* qui vos audit, me audit, *ajebat ipse* Luc. 10. *Et ad literam* 2. Cor. 13. *dicebat Apostolus:* An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus? *Quasi dicat*: Non est P dubitandum de potestate mea, quia quicquid ego loquor, vel proferendo sententias, vel remittendo, vel prædicando, loquor à Christo, *Exod.* 4. Perge igitur, & ego ero in ore tuo; & *Luc.* 21. Ego dabo vobis os, & sapientiam &c. *Quod mysticè innuitur Cant.* 5. Labia ejus (*scilicet Sponsi*) distillantia myrrham primam. *Labia ejus:* quales sunt Q prædicatores: hæc autem *labia* sunt *distillantia myrrham primam*; idest, prędicantia voluntariam pęnitētiam, *Matth.* 4. Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum Cœlorum. *Illud itidem Apoc.* 1. De ore ejus gladius vtraque parte acutus exibat, *exponitur*: Os R Christi est prædicator, qui debet habere gladium acutum ex vtraque parte, quia Mundum à se, & se à Mundo debet separare. *Hinc* Ioan. 15. *dicebat ad Apostolos Dominus*: Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt: *videlicet*, quia S verba vestra sunt mea verba. *Os quidem Christi est prædicator, non secus ac os dicitur Regis, Orator illius siue Legatus: qualis erat Christi Paulus, & cum eo Euangelicus quisque prædicator*, 2. *Cor.* 5. Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. *Et Rom* 1. Per quem accepimus gratiam & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ipsius: *idest*, vice T & authoritate ipsius. Sicut enim Christus in nomine Patris venisse dicitur *Ioann.* 5. quasi plenam Patris authoritatem habens: ita & Apostoli in nomine Christi venisse dicuntur, quasi in persona Christi, 2. *Cor.* 2. Nam & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos in persona Christi. *Hinc de Apostolis, deque Apostolicis prædicatoribus dicitur Psal.* 104. Nolite tangere Christos meos. *Quin & Christus ipse, munus hoc euangelizandi suscipiens, maximè decorauit, tanquam Apostolus & Euangelista. Apostolus inquam, quod est* missus, *Luc.* 4. Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare: quia ideo *missus* sum, *scilicet à Patre. Et Hebr.* 3. Considerate *Apostolum* & Pontificem confessionis nostræ Iesum. *Item Euangelista: de Christo enim dicitur Is.* 41. Primus ad Sion dicet: Ecce adsum: & Ierusalem *Euangelistam* dabo. *Et hoc sanè officium reapse impleuit, vt habetur Matth.* 4. Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere (*non secus ac Ioannes*) Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum Cœlorum. *Et iterum*: Circuibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium Regni.

N *Apoc.* 10. *com.* 1. & 2. *ibi, pedem, & cap.* 2. *com.* 2. *ibi, pedes.*

Prædicatores ardeant, & luceant.

O *Ibid. ibi.* Sacra Scriptura cur dicatur libellus apertus.

Prædicator, os Christi.

P 2 *Cor.* 13. *l.* 1. *ibi.*

Q *Cant.* 5. *com.* 2. *ibi.*

R *Apoc.* 1. *com.* 2. *ibi. & Ioan.* 12. *l.* 4. *lit. A.*

S *Ioan.* 15. *à l.* 4. *lit. e.*

Prædicatoris verba, verba Christi.

D. Paulus & Apostoli, Christi Legati.

T *Rom.* 1. *l.* 4. *ibi.*

Christus etiã munus prædicandi decorauit tanquam Apostolus & Euangelista.

o *Cum autem dicat Apostolus* 2. *Cor.* 5. *cit.* Tanquam Deo exhortante per nos: *nedum Christi os prædicatores sunt, sed & os ipsius Dei:* (*quamuis & os Christi veri Dei atque hominis, os Dei sit:*) *Ier.* 15. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris: *videlicet*, quia V per te loquar. *Siquidem* Dei X sapientia est, quæ linguam expedit ad loquendum, *Ier.* 1. Misit Dominus manum suam, & tetigit os meum. Et dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo. *Homo enim ex se velut puer nec primum valet ad prædicandum proferre elementum; vnde Ieremias ad tale tantumque munus destinatus, se ipsum ineptum considerans, dicebat cap.* 1. A a a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. *Et huc respexisse videtur Dominus, vbi ad Satanam* Matth. 4. *respondit*: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. *Quia nimirum* tota Y spiritualis doctrina est à Deo, siue ab homine, siue à Deo dicatur. Et dicit, *de ore Dei:* quia prædicator est os Dei. *Cohæret his & illud Apoc.* 16. Audiui vocem magnam. *Quod exponitur*: idest Z inspirationem diuinam fortiter instigantem: quia sanctos prædicatores docet, quando & quomodo & quid debeant prædicare, *Ezech.* 3. Audies de ore meo verbum, & annunciabis ex me. *Et Exod.* 4. *Dominus ad Moysen:* Ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris. *Vnde & ad Balac respondit Balaam propheta* Num. 22. (*& iterum cap.* 23. *&* 24.) Nunquid loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo? *Neque enim ex se propheta loquitur, neque prædicator euangelizat ex se, sed Deus per illum, Matth.* 10. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. *Et Luc.* 12. Spiritus Sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere. *Nam & Apostoli Act.* 2. cœperunt loqui varijs linguis, *non ex se, sed* prout Spiritus Sanctus dabat, *nedum loqui, sed &* eloqui illis. *Hinc non abs re canebat Dauid Psalm.* 50. Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam; & *Psal.* 118. Os meum aperui, & attraxi spiritum, *sanctum videlicet inspirantem, quid loqui deberem. Micheas demum cap.* 3. Ego *inquit* repletus sum fortitudine spiritus Domini (*Is.* 11. Et requiescet super eum spiritus Domini: spiritus sapientiæ & intellectus: spiritus consilij & fortitudinis:) judicio & virtute: vt annunciem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum: *neque enim aliter potest homo prædicare. Et hoc innuere voluit Ioannes* Apoc. 2. *cum ait*: Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs. *Vbi quærit Author*: Cur A non dicit, *quid Filius dicat*, cujus est proprium dicere, quia ipse est sapientia Patris, & os Patris, & Magister Ecclesiæ? *Et Respondet*: Potest dici, quòd Spiritus fuerit essentialiter, & supponit pro tota Trinitate, Ioan. 4. *Spiritus est Deus.* Vel id dicit de Spiritu, & non de Filio: vt per hoc innuat, quòd dictio illa, siue locutio, erat purè spiritualis, non corporalis. Vel ideò dicit, vel Spiritus hoc dicit, & facit Filius: quia quasi quod facit vel dicit Spiritus, hoc habet à Filio: & ita in dictione *Spiritus* includitur dictio Filij, Ioan. 16. *Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Vel (*ad rem nostram*) ideò dicitur: *quid Spiritus dicat Ecclesijs*; vt per hoc innuat, quòd non ipse, sed Spiritus Sanctus loquitur in eo. *Nam homo, vtpote terrenus, nonnisi terrena loqui valet, Ioann.* 3. Qui est de terra, de terra est, & de terra loqui-

Prædicator, os ipsius Dei.

V *Ier.* 15. *ibi.*

X *Prolog. in Thren. sub init.* Dei sapientia expedit prædicatoris linguam ad loquendum.

Omnis spiritualis doctrina siue ab homine dicatur, siue à Deo, à Deo est.

Y *Matth.* 4. *lit. a. ibi. & Apoc* 1. *com.* 1. & 2 *ibi, ex ore.*

Z *Apoc.* 16. *com.* 1. *ibi.*

Per Prophetas & Prædicatores Deus loquitur, non illi.

A *Apoc.* 2. *com.* 2. *ibi.*

Cur dicatur à Ioanne in Apoc. *quid Spiritus dicat*, cũ dicere sit proprium Filij.

Digitized by Google

loquitur. *Quem ad locum ex Augustino Author:* Ioannes *inquit* & quilibet B purus homo, ex se habet, quòd sit de terra; & ideò, quantùm ad ipsum pertinet, non habet quod loquatur nisi de terra; &, si aliqua diuina loquitur, hoc habet ex diuina illuminatione; *vnde Apostolus* 1. Cor. 15. *de sua prædicatione dicebat*: Abundantiùs illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum. *Id, quod signauit Ioannes* Apoc. 11. *cùm ait*: Datus est mihi calamus similis virgæ. *Calamus*, idest C libertas prædicandi. Vel, *calamus*; idest, scientia Scripturæ; vel lingua siue eloquentia ad prædicandum ipsam scientiam, If. 50. *Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum, qui lassus est, verbo*; & Eccli. 51. *Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam (quàm aptè prædicatoribus, & doctoribus sacris!) & in ipsa laudabo eum*. Et dicitur hic *calamus similis virgæ*: quia virga flexibilis est in omnem partem: sic & Scripturæ prædicatio catholicam exquirit *variam* expositionem, 2. Tim. 3. *Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus*. De hoc calamo dicitur Ps. 44. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*. Scriba est Spiritus Sanctus, Matth. 10. *Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis*. Sicut ergo non laudatur calamus de bona litera, sed scriptor: ita non debet laudari de prædicatione bona prædicator, sed Spiritus Sanctus. Vnde *Bernardus*: De bona scriptura laudatur manus, non calamus: sic de bona scientia laudatur, non prædicator, sed Spiritus Sanctus.

B Ioan. 3. l. 5. lit. b.

C Apocal. 11. com 2. & 1. ibi. & Psal. 44. lit. a.

Prædicatio cur similis virgæ.

Spiritus Sanctus scriba.

P *Ex quo in humanæ salutis operoso negocio redditur Ecclesiastes, Dei quodammodo coadiutor: vnde in persona omnium, prædicator veritatis Apostolus* 1. Cor. 3. *dicebat*: Dei sumus adjutores; *præmiserat enim*: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit: *eo verumtamen sensu, quo* Num. præced. *dictum est*. *Eapropter ad hoc tam nobile ministerium & munus, non quæcunque, sed perfecta exigitur ætas*. *Idcircò enim, præter cætera*, Christus D conuenienter fuit in trigesimo anno baptizatus, quia baptizabatur, quasi ex tunc incipiens docere & prædicare; ad quod requiritur perfecta ætas, qualis est triginta annorum. Vnde legitur *Gen.* 41. quòd triginta annorum erat Ioseph, quando accepit regimen Ægypti. Similiter etiam 2. *Reg.* 5. legitur de Dauid, quòd triginta annorum erat, cum regnare cœpisset. Ezechiel etiam in trigesimo anno cœpit prophetizare, vt habetur *Ezech.* 1. *Et quia Christus Dominus* proponebatur E hominibus in exemplum omnium: ideò oportuit in eo ostendi id, quod competit omnibus secundùm legem communem, vt scilicet in ætate perfecta doceret. Aliquibus tamen ex quadam speciali dispensatione, secundùm diuinæ sapientiæ ordinem concessum est præter legem communem, vt ante perfectam ætatem officium vel præsidendi vel docendi haberent, sicut Salomon, Daniel, & Ieremias. *Perfectio autem ætatis perfectionem subinnuit virtutis: vnde & signanter post baptismum acceptum, postque jejunium in deserto*, exinde (*inquit Matthæus cap.* 4.) cœpit Iesus prædicare: *siquidem illius exemplo* nullus F debet assumere prædicationis officium, nisi priùs fuerit purgatus, & in virtute perfectus. *Vnde & Isaias, priusquam mitteretur ad prædicandum, manu seraphica purgatus est, If.* 6. Vir pollutus labijs ego sum. Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari: & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. *Moxque subijcitur*: Et audiui vocem Domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade. *Perfectus verò potest & debet esse homo nedum in se, sed & in ordine ad alios, ad Deum vtique reducendos*. *Quod mysticè* Cant. 8. *per murum & ostium exponitur*: Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. *Vt enim explanat Author.* Sicut G in esse naturæ priùs aliquid accipit quòd possit subsistere in forma acquisita, & hoc primò competit rei à principio suæ generationis; & postea accipit, quòd secundùm formam illam possit sibi simile producere: quod ei non competit, nisi quando est jam perfecta, quia vnumquodque tunc est perfectum, quando potest sibi simile generare. Sic in esse spirituali priùs accipit homo, quòd stet in dono sibi cœlitus infuso; & tunc dicitur *murus*, quia habet, quòd stet, non quòd alios adducat: & postea quando est perfectus secundùm donum illud, accipit quòd alios manuducat ad Christum; & tunc dicitur *ostium*, quia alios ad Christum potest introducere. *Si murus est*: vt firmiùs & constantiùs perseueret, *ædificemus super eum propugnacula argentea*; idest, scientias diuini eloquij firmas, & lucidas, sicut argentum est firmum & lucidum, quibus fide & dilectione corda firmantur, juxta illud Psal. 118. *Confirma me in verbis tuis*. Si autem non est murus, sed *ostium est*; idest, si ita perfectus est, vt possint per eum alij ad me introduci, *compingamus illud tabulis cedrinis*; idest, ita ornemus Sanctorum testimonijs & exemplis, vt decore conuersationis, & bono odore famæ alij faciliùs per tale *ostium* inducantur venire ad me. *Et hac de causa prædicator vtramque debet vitam, actiuam scilicet & contemplatiuam, perfectè profiteri*. Quia H Prælatorum est in vtraque vita perfectos esse, vtpote qui medij sunt inter Deum & plebem, à Deo recipientes per contemplationem, & populo tradentes per actionem: ideò oportet eos in moralibus virtutibus perfectos esse; & similiter prædicatores: aliàs indignè quis prælationis, vel prædicationis officium assumit. *Hinc diuini præcones verbi, in Ecclesia militante duces fortissimi nuncupantur*, *Cant.* 3. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. *Lectulum Salomonis*, idest I Ecclesiam Christi, *sexaginta fortes ambiunt*, scilicet ordo doctorum, qui prædicando Ecclesiam muniunt. Sexagenarius autem numerus ex senario & denario constat: nam sexies deni, vel decies seni, sexaginta faciunt. Senarius verò perfectionem significat operis: quia sex diebus perfecit Deus opera sua: Denarius autem remunerationem & præmium, quod in fine electis dabitur; vnde & ij, qui in vineam venerunt, denarium leguntur accepisse. *Sexaginta* ergo *fortes* significant Sanctos Doctores, fortes opere, & animo constantes. *Fortissimi* verò *Israel* sunt, qui Ecclesiam tueri prædicando, & ab incursibus dæmonum, vel impugnatione hæreticorum defendere nouerunt. *Omnes tenentes gladios*: tenent enim gladium spiritualem verbi Dei, de quo Apostolus Ephes. 6. *Gladium spiritus, quod est verbum Dei*. Sunt verò *ad bella doctissimi*: quia necesse est, vt spiritualis prælij arte instructi sint qui *aduersùs principes & potestates* Ephes. 6. cit. *& aduersùs Mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus* bellum gerunt, *Psal.* 143. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. *Et quidem sacra* prædicatio L dicitur *gladius spiritus*: quia non penetrat vsque ad spiritum, nisi ducatur à Spiritu Sancto, *vt dictum est*. *Propter egregios verò hac in sacra militia labores impensos, & eximia nobili in hoc munere exercita opera, condignam à Deo protectionem expectet atque mercedem: quam & sibi promisisse tradit Ieremias cap.* 15. Si conuerteris, conuertam te: & ante faciem meam stabis. Et si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Conuertentur ipsi ad te: & tu non conuer-

Prædicator Dei adjutor.

Ad prædicandum perfecta exigitur ætas.

D 3. p. q. 39. a. 3. c. In 4. d. 4. q. 3. a. 1. q. 2. ad 1. & d. 44. exp. tex. & Matth. 3. lit. b. ibi, tunc venit.

E 3. p. l. c. ad 3.

F 3. p. 41. a. 3. ad 1. In 3. d. 35. q. 1. a. 3. q. 3. c. Prædicator in virtute perfectus esto.

Homo perfectus qui & in se, & in ordine ad alios, ad Deum adducendos.

G Cant. 8. com. 2. ibi.

H 3. d. 35. q. 1. a. 3. q. 3. fi. c. In vtraque vita fit prædicator perfectus.

I Cant. 3. com. 1. ibi. Ephes. 6. l. 4. ibi gladiū.

L Ephes. 6. loc. cit.

Operis sui mercedem à Deo expectet & protectionem.

Digitized by Google

M Ier. 15. ibi.

conuerteris ad eos. *Si conuerteris*, scilicet M alios ad me à peccatis, *conuertam te* ab angustijs: *& stabis* per vitæ rectitudinem, vel contemplationis eminentiam, *ante faciem meam*, 4. Reg. 3. *Viuit Dominus, in cujus conspectu sto.* Sequitur: *&, si separaueris pretiosum à vili*, scilicet opera mala à bonis, *quasi os meum eris*, quia per te loquar, *Conuertentur ipsi ad te*; idest, ipsi imitabuntur te, & non tu eos. *Et generaliter diuinam spondet protectionem, cum subdit:* Et dabo te populo huic in murum æreum, fortem: & bellabunt aduersùm te, & non præualebunt: quia ego tecum sum, vt saluem te, & eruam te, *Psalm.* 26. Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo? *Quin & omnia* bona N quæ auditores faciunt, quia consequuntur ex prædicatione doctoris, sicut effectus per se, redundant ad præmium prædicatoris. *Et verè in gloriam pariter ipsius, auditorum cedit profectus; vnde sui gloriam Apostolatus 1. Cor. 9. adscribit Paulus Corinthijs, dum ait:* Etsi alijs non sum Apostolus, sed tamen vobis sum. Nam signaculum Apostolatus mei vos estis in Domino. Mea defensio apud eos, qui me interrogant, hæc est. *Etsi alijs*, scilicet O Iudæis, quorum legem euacuo, *non sum*, idest, non videor esse *Apostolus* (*quia scilicet Doctor Gentium*) *sed tamen vobis sum*, qui per me conuersi estis specialiter, Rom. 11. *Quandiu Gentium sum Apostolus, ministerium meum honorificabo.* Et verè vobis sum Apostolus; nam *signaculum Apostolatus mei vos estis*; idest, forma & sigillum: quia Apostolatus meus impressus est in vobis, sicut forma sigilli in cera. *Vos estis* inquam *in Domino*; idest, Domino principali actore: & verè ita est, quia *mea defensio apud eos, qui me interrogant*, vtrùm scilicet sim Apostolus, *hæc est*; scilicet, hoc estis vos: per vos enim ostendo, me esse Apostolum: *quia nimirùm ex mea Apostolica prædicatione ad Deum verum conuersi estis. Vnde & ad* Philipp. 4. *dicebat*: Gaudium meum, & corona mea, sic state in Domino charissimi. *Et* 1. *ad Thess.* 2. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos estis? *Quæ est enim nostra spes: q. d.* Gratias P ago de bonis vestris, quæ sunt spes nostra; nam pro his speramus à Deo præmia: maxima enim est retributio prædicatori ex his, quos conuertit. *Aut gaudium*: quia gaudium illorum est gaudium Apostoli, sicut bonum eorum est bonum Apostoli; bonum enim effectus reducitur in bonum causæ. *Aut corona gloriæ*: quia pro certaminibus aliorum & ipse, qui induxit ad certandum, coronatur: dux enim, qui induxit milites ad pugnam, coronabitur, *Eccli.* 30. Qui docet filium suum, laudabitur in illo; & in medio domesticorum in illo gloriabitur. *Et hæc est* (*præter æternam*) *quam hic habent sacri præcones ex sancta prædicatione mercedem. Quod appositè facit & illud Eccli.* 51. Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam: *ex qua nimirùm condigna sibi merces debetur & gloria. Propter hæc autem, quæ hactenus adducta sunt*, Prædicationis Q officium & laudabiliter appeti potest ex charitate, exemplo Isaiæ, qui se ad hoc sponte obtulit, Is. 6. *Ecce ego, mitte me*: & laudabiliter potest vitari ex humilitate, exemplo Ieremiæ, qui dixit: *A, a, a, Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum*, Ierem. cap. 1. *Et hæc de prædicatorij muneris dignitate.*

N 1. 2. 20. 5. ad 2.

Bona, quæ faciunt auditores, in præmium prædicatoris cedût, & in gloriam.

O 1. Cor. 9. l. 2. ibi.

P 1. Thess. 2. l. 3. fi.

Maxima prædicatori retributio à Deo.

Q Op. 12 c. 6. fi.

Nobilis & alta prædicationis materia.

Euangelium quid significet

R Rom. 1. l. 1. fi. & 1. Cor. 15. l. 1. ibi, Euangelium.

Triplex conjunctio hominis ad Deum: quæ & in Euangelio annunciatur.

q *At non minùs, quàm officium, nobilis materia est prædicationis, videlicet sacrosanctum Christi Euangelium. Sonat autem Euangelium* bonum *optimorum* nuncium. Euangelium (*inquit Author*) idem est R quod bona annunciatio: annunciatur enim in ipso conjunctio hominis ad Deum, quæ est bonum hominis, secundùm illud Psal. 72. *Mihi autem adhærere Deo bonum est.* Triplex autem conjunctio hominis ad Deum annunciatur in Euangelio. Prima quidem per gratiam vnionis, Ioann. 1. *Verbum caro factum est.* Secunda per gratiam adoptionis, prout inducitur in Psal. 81. *Ego dixi: dij estis, & filij excelsi omnes.* Tertia per gloriam fruitionis, Io. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant &c.* Hæc autem annunciatio, non humanitus, sed à Deo facta est, Is. 21. Quæ audiui à Domino exercituum Deo Israel, annunciaui vobis. *Idcircò dicebat de seipso Apostolus Rom.* 1. Segregatus in Euangelium Dei. *Et hoc idem ipsemet Christus annunciauit: dicitur enim Matth.* 4. *quòd* circuibat docens, & prædicans Euangelium regni. *Cujus quidem sancti Euangelij perfectionem ostendit Apostolus, vocans illud Rom.* 9. Verbum consummans, & abbreuians in æquitate. *Vbi ex Authore* notatur S duplex efficacia Euangelici verbi. Prima est, quia *consummans*, idest perficiens: vt enim dicitur Hebr. 7. *Nihil ad perfectum adduxit lex*: Dominus autem dicit Matth. 5. *Non veni legem soluere, sed adimplere*: tum quia figuris legis veritatem adhibuit, tum quia præcepta legis moralia debito modo exposuit, & occasiones transgrediendi abstulit, & etiam eis consilia perfectionis adjunxit; vnde & juueni illi diuiti *Matth.* 19. quia omnia mandata legis seruauerat, dixit: Vnum tibi deest: *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes &c.* Et propter hoc discipulis suis dicebat Matth. 5. *Estote perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.* Secunda efficacia est abbreuiandi; & hæc conuenienter primæ adjungitur: quia quantò aliquod verbum est magis perfectum, tantò est altius, & per consequens magis simplex & breue. Est autem *verbum* Euangelij *abbreuians* verba legis: quia omnia sacrificia figuralia legis in vno vero sacrificio comprehendit, quo Christus obtulit semetipsum pro nobis hostiam, vt dicitur *Ephes.* 5. Omnia verò præcepta legis moralia in duobus præceptis charitatis concludit, Matth. 22. *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ*; vnde dicit: *& abbreuians in æquitate.* Vel quia nihil est prætermissum de multitudine figurarum & præceptorum legis, quin sub breuitate Euangelij comprehenderetur. Vel quia nihil ipsorum remanet obseruandum, quod est æquum secundùm dictamen rationis naturalis, Psalm. 118. *Omnia mandata tua æquitas*; ideò dicit: *in æquitate.* Subaudiendum est autem, *erit*; vt sit sensus: *Verbum* Euangelij erit *consummans & abbreuians in æquitate. Ex quo & nobilitas Euangelij simul & certitudo innotescit. Author enim illius est Spiritus Sanctus, qui per quatuor Euangelistas, veluti per os vnum, fidei veritatem Christo edocente reuelauit. Per quatuor inquam, veluti per os vnum, propter vnum omnium consensum: quod mysticè tangitur sub figura quatuor animalium* Ezech. cap. 1. (*& c.* 10.) *de quibus dicitur*: Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. Iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum. *Et infrà*: Cumque aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram juxta animalia, habens quatuor facies. *Denique quòd à Spiritu Sancto ducerentur, ibidem subditur*: Vbi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur. *Id quod clarè manifestat Paulus ad Galat.* 1. *cum ait*: Notum vobis facio, fratres, Euangelium quod euangelizatum est à me, quia non est secundùm hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: sed per reuelationem Iesu Christi. *Quibus in verbis* duplicem T modum acceptionis excludit. Primò quòd non habuit ab homine authoritatem euangelizandi; & quantùm adhoc dicit: *Neque enim ab homine*, scilicet puro, *accepi illud*; idest, authoritatem euangelizandi Euangelium, sed à Christo, Is. 49. *Dedi te in lucem gentium &c.* & Act. 9. *Vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum &c.* Secundò quòd non accepit scientiam euangelizandi ab homine; & ideò dicit: *neque didici*, scilicet Euangelium per hominem purum, *sed per reuelationem Iesu Christi*; idest, per Iesu Christum omnia clarè ostendentem, 1. Cor. 2. *Nobis autem reuelauit Deus &c.* Et

S Rom. 9. l. 5. ibi.

Duplex Euangelij efficacia.

Verbum Euangelij cur dicatur consummãs.

Et abbreuians.

Nobilitas ejus & certitudo.

T Gal. 1. l. 3. ibi.

Is. 50.

Iſ. 50. *Dominus Deus aperuit mihi aurem &c.* Hæc autem reuelatio facta fuit Apoſtolo, cum raptus fuit in Paradiſum, vbi *audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui*, 2. Corinth. 12. *Quod confirmat &* Rom. 1. Segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in Scripturis ſanctis de Filio ſuo. *Quo in loco* commendatur V Euangelium quadrupliciter. Primò quidem ex antiquitate: quod fuit neceſſarium contra Paganos, qui Euangelio detrahebant, quaſi poſt longa tempora ſubitò ejus prædicatio eſſet exorta; & ad hoc excludendum dicit: *quod ante*; quia licèt ex tempore certo prædicari inceperit: *ante* tamen prænunciatum fuit diuinitus, Iſ. 48. *Antequam venirent, indicaui tibi*. Secundò ex ejus firmitate, quæ deſignatur in hoc, quòd dicit, *promiſerat*: quia ipſe *ante* promiſit, qui non mentitur, Act. 13. *Nos vobis annunciamus eam, quæ ad Patres noſtros repromiſſio facta eſt*. Tertiò ex dignitate miniſtrorum, ſiue teſtium, cum dicit, *per prophetas*, quibus *ante* fuerant reuelata quæ ſunt completa circa Verbum incarnatum, Amos 3. *Non faciet Dominus Deus Verbum*, ſcilicet incarnatum, *niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas*, Act. 10. *Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent &c.* Signanter autem dicit, *ſuos*: ſunt enim aliqui prophetæ ſpiritu humano loquentes, Ier. 23. *Viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore Domini*. Sunt etiam quidam prophetæ dæmonum, qui immundo ſpiritu inſpirantur, ſicut prophetæ, quos interfecit Elias 3. Reg. 18. Sed prophetæ Dei dicuntur, qui diuino ſpiritu inſpirantur, Ioel. 2. *Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem: & prophetabunt filij veſtri &c.* Et 2. Pet. 1. *Spiritu Sancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines*. Quartò ex modo tradendi: quia non ſolùm ſunt hujuſmodi promiſſa verbo edicta, ſed literis ſcripta; vnde dicit, *in Scripturis*, Habac. 2. *Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas: vt percurrat qui legerit eum*. Non autem conſueuerunt ſcribi niſi magna, quæ ſunt digna memoriâ, & quæ oportet ad poſteros deuenire. Et ideò (*vt Auguſtinus dicit 18. de Ciuit. Dei*) tunc inceperunt ſcribi prophetiæ de Chriſto per Iſaiam, & Oſeam, quando Roma eſt edita, ſub cujus imperio Chriſtus erat naſciturus, & fides ejus gentibus prædicanda, Ioann. 5. *Scrutamini Scripturas*. Addit autem, *ſanctis*, ad differentiam ſcripturarum gentilium. Dicuntur autem *ſanctæ*: Primò quidem, quia à Spiritu ſancto ſunt, 2. Timoth. 3. *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata eſt &c.* Secundò quia ſancta continent, Pſal. 96. *Confitemini memoriæ ſanctificationis ejus*. (Et Pſ. 104. *Memor fuit verbi ſancti ſui, quod habuit ad Abraham puerum ſuum*.) Tertiò quia ſanctificant, Ioan. 18. *Sanctifica eos in veritate: ſermo tuus veritas eſt*. Dicit tandem, *de Filio ſuo*: in quo excellentiam Euangelij deſignauit. Nam myſterium generationis æternæ ante erat valdè abſconditum; vnde Salomon dicit Prou. 30. *Quod nomen eſt ejus, & quod nomen Filij ejus, ſi noſti?* Sed in Euangelio, Patris teſtimonio declaratum eſt Matth. 3. & 17. *Hic eſt Filius meus dilectus*. Conuenienter autem Filius Dei, materia ſanctarum Scripturarum eſſe dicitur, quæ diuinam ſapientiam exponunt, ſecundùm illud Deuter. 4. *Hæc eſt veſtra ſapientia & intellectus coram populis*: Filius enim dicitur eſſe Verbum & Sapientia genita, 1. *Cor.* 1. Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. *Ex quibus omnibus liquet, cæteris quibuſcunque doctrinis doctrinam Euangelicam dignitate præferri. Et ideò in Eccleſia* nouum X Teſtamentum ſuperioribus miniſtris pronunciandum committitur, vetus autem inferioribus (*Lectoribus nimirùm*.) Doctrina etiam noui teſtamenti perfectior eſt, quam Dominus per ſeipſum tradidit, quàm ipſius manifeſtatio per Apoſtolos: & ideò Euangelium Diacono, Epiſtola Subdiacono committuntur. *Hanc inquam doctrinam Dominus per ſeipſum tradidit, tanquam prædicatorum exemplar*, *Matth.* 4. Circuibat Ieſus totam Galilæam, docens in ſynagogis eorum, & prædicans Euangelium Regni. *Circuibat*: quia Y non erat acceptator perſonarum, terrarum, vel villarum, ſed *circuibat totam Galilæam* abſque differentia; (*quod dictum ſit* contra eos Z qui nonniſi in locis famoſis prædicare dignantur: cum tamen Dominus vni mulierculæ doctrinam dederit Io. 4. *nimirùm Samaritanæ: ea enim ſolummodo loca quidam ad prædicandum quærunt, vnde majorem ſperant lucri prouentum*.) Sequitur: *docens in ſynagogis eorum, & prædicans &c.* Vbi duo dicit, *docens* ſcilicet & *prædicans*: docens quæ agenda ſunt in præſenti, prædicans de futuris. Vel docens quæ pertinent ad inſtructionem morum, Iſ. 48. *Ego Dominus docens te vtilia*: prædicans futura bona, Roman. 10. *Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona!* Vel docens naturales juſtitias: quædam enim in theologia traduntur, quæ naturalis ratio dictat, ſcilicet juſtitia, & hujuſmodi; & quantùm ad hoc dicit, *docens*: quædam verò, quæ excedunt rationem; & quantùm ad hoc dicit, *prædicans*: & ſubdit, *Euangelium regni*: non fabulas ſcilicet & curioſa; ſed quæ ad Dei regnum pertinebant, & ea quæ hominibus proficerent; 2. *Pet.* 1. Non enim doctas fabulas ſecuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem & præſentiam: ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. *Quandoquidem, quia* doctrina A Euangelica eſt doctrina perfectionis, ideò oportuit, quòd in ipſa perfectè inſtrueretur homo de omnibus, quæ pertinent ad rectitudinem vitæ, ſiue ſint fines, ſiue ſint ea, quæ ſunt ad finem. *Vnde Apoſtolus* 1. *Cor.* 15. Notum vobis facio, fratres, Euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſaluamini. *Vbi ex Authore* commendat B eminentiam Euangelicæ doctrinæ quantùm ad quatuor. *Primò* quantùm ad prædicantium authoritatem, quia ipſi Apoſtoli; & hoc eſt, quod dicit: *Notum vobis facio Euangelium*, quod idem eſt quod bona annunciatio, quæ incepit à Chriſto: vnde quicquid pertinet ad Chriſtum, vel eſt de ipſo Chriſto, dicitur Euangelium. *Quod prædicaui vobis*. Q. d. Illud, quod *prædicaui vobis* de Chriſto, *notum vobis facio*; id eſt, reduco vobis ad memoriam, quaſi non ſint noua ea, quæ ſcribo: *quod prædicaui* ego ſcilicet *vobis*, & alij Apoſtoli alijs. Et in hoc apparet authoritas hujus doctrinæ: quia à Chriſto, à Paulo, & ab alijs Apoſtolis. *Secundò* quantùm ad communem fidem omnium populorum; & ideò dicit: *quod & accepiſtis*; ſcilicet omnes. Sed hoc *Auguſtinus* dicit pertinere ad euidentiam hujus fidei, faciens tale argumentum. Ad credenda ea, quæ ſunt fidei, aut ſunt miracula facta, aut non. Si ſunt facta miracula, habeo propoſitum, quòd digniſſima & certiſſima eſt. Si non ſunt facta, hoc eſt maximum omnium miraculorum, quòd per quoſdam paucos conuerſi ſunt ad fidem infinita multitudo hominum: per pauperes prædicantes paupertatem, diuites: per idiotas prædicantes ea, quæ rationem excedunt, conuerſi ſunt ſapientes & philoſophi, Pſalm. 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum*. Et, ſi objiciatur, quòd etiam lex Mahometis recepta eſt à multis: Dicendum, quòd non eſt ſimile, quia ille opprimendo & vi armorum ſubjugauit eos: ſed Apoſtoli moriendo, ipſi alios ad fidem duxerunt, & faciendo ſigna & prodigia. Ille etiam proponebat quædam, quæ ad delicias & laſciuias pertinent: ſed Chriſtus & Apoſtoli terrenorum contemptum; 1. *Theſſ.* 2. Cum accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis illud, non vt verbum hominum, ſed (ſicut eſt verè) verbum Dei. *Tertiò* quantùm ad virtutem, quia confirmat, & eleuat ad cœleſtia; ideò dicit: *in quo & ſtatis*, ſcilicet eleuati ad

cœle-

V *Rom.* 1. *l.* 3. *ibi* 2. *Cor.* 2. *l.* 3. *fi. ad T.* 1. 1. 3. *circ. fi. Pról. in Ier.* & 2. 2. 171. *a.* 5 & 6. & 3. *contr. G.* c. 154.

Quadrupliciter Euangeliũ commẽdatur.

Nõ omnes prophetæ, prophetæ Dei,

Quo tempore prophetias de Chriſto ſcripſerint Iſaias & Oſeas.

Sacra Scriptura cur *Sancta* dicatur.

Euangelium nobilioribus Eccleſiæ miniſtris pronũciandum committitur.

X *In* 4. *d.* 24. 2. 2. *ad* 4. & 4. *cont. G. c.* 75.

Vbique prædicator verbi Dei annunciet abſque differentia locorum.

Y *Matth.* 4. *lit. c. ibi.*

Z *Apoc.* 8. *com.* 1. *ibi*, per medium cœli.

A 2. 2. 56. 1. *ad* 2.

Doctrina Euangelica doctrina perfectionis.

B 1. *Cor.* 15. *l.* 1. *ibi.*

Cujus eminentia ex quatuor,

Ad euidentiam fidei *Auguſtini* argumentum.

Digitized by Google

cœlestia: ille enim dicitur stare qui rectus est: & hoc sola lex Christi facit, Rom. 5. *Habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus &c.* Lex enim vetus non faciebat stare, sed curuabat ad terrena, *Deut.* 33. Oculus Iacob in terra frumenti & vini. *Quartò* quantùm ad vtilitatem, quia sola noua lex perducit ad finem salutis: vetus autem non, Hebr. 7. *Nihil ad perfectum adduxit lex*; & ideò dicit: *per quod & saluamini*: hic jam ex certitudine spei per inchoationem, quæ est per fidem: & in futuro in veritate rei & spei, *Iacob.* 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras; *&* *Ioann.* 20. Hæc autem scripta sunt, vt credatis, & vt credentes vitam habeatis in nomine ipsius. *Vetus tandem, nouumque Testamentum per vinum, & oleum significantur Apocal.*6. Vinum & oleum ne læseris. *Nimirùm, quia* vinum C est legis austeritas, oleum est Euangelij suauitas: illud inebriat, istud sanat: illud pungit, istud vngit: illud mentes euertit, istud dementes conuertit: *litera enim occidit, spiritus autem viuificat*. Illud D comparatur nocti (quia sicut in nocte apparent vmbræ, ita etiam illo tempore eminebant legalia:) istud autem comparatur diei propter præsentiam spiritualis Solis in Mundo, *Rom.* 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. *Et idcircò ad illustrandas veteris tenebras Testamenti, Euangelica doctrina, lucerna ea est, de qua* Matth. 5. *Dominus dicit*: Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio &c. *Neque accendunt lucernam*, scilicet E viri sancti doctrinam prædicationis, vel feruorem doctrinæ. Nam in lucerna est ignis & lumen: sic & in prædicatione debet esse feruor spiritus interiùs, & lumen boni exempli exteriùs. Sic dicitur *Ioann.* 5. quòd Ioannes erat lucerna ardens, & lucens. *Nec ponunt eam sub modio*, id est in abscondito: *sed super candelabrum*, id est in manifesto: *vt luceat omnibus, qui in domo sunt*; id est, in Ecclesia, vel Mundo. Vnde dicit: *sic luceat lux vestra*, id est, doctrina, *coram hominibus*, Rom. 12. *Prouidentes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus*. Vnde subdit: *Vt videant opera vestra bona &c.* Opera ex *glossa* requiro, vt videantur, & sic doctrina confirmetur, *Iac.* 2. Sic loquimini, & sic facite. *Idque mysticè tangitur* Apoc. 8. *cùm dicitur*: Et accepit Angelus thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris. *Accepit Angelus*, idest F Christus, *thuribulum*, idest Apostolos, qui sunt quasi thuribula, & vasa Spiritus sancti, inferiùs clausa per contemptum carnis & terrenorum, superiùs aperta per desiderium supernorum: *aureum* propter cœlestem sapientiam: *& impleuit illud de igne altaris*, idest igne Spiritus sancti, cum scilicet Spiritum sanctum super eos effudit abundè, Act. 1. *Repleti sunt omnes Spiritu sancto*: vt essent idonei & haberent virtutes ad prædicandum hominibus. Et per hoc signatum est, quòd prædicator debet habere claritatem in scientia, & ardorem in vita: claritatem etiam in exemplo, & ardorem in animo. Ignis enim, in cujus specie apparuit super Apostolos Spiritus sanctus, lucet & ardet. *Idcircò præmiserat Dominus cit.* Matth. 5. *ad eosdem Apostolos*: Vos estis sal terræ: vos estis lux Mundi: *sal videlicet*, ad condiendum G exemplo vitæ: *lux* ad lucendum, vel illuminandum verbo doctrinæ. Ergo debent esse (*prædicatores*) sal in vita & moribus: lux in doctrinis & prædicationibus. *Quòd si quæras, quamobrem præmiserit sal luci? Respondet Author*: quia ex *Chrysostomo* priùs est vita, quàm doctrina: vita enim ducit ad scientiam veritatis: *qualis est doctrina Euangelica*. (*Vide hunc ad locum egregiam & vberiorem Authoris nostri doctrinam.*) *De qua vt breui omnia complectamur, super illud Apostoli Rom.* 10. Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona! *docemur, quòd*

Nemo saluatur nisi in fide Christi.

C *Apoc.* 6 com. 2. ibi.

D *Rom.* 13. l. 3. ibi, nox præcessit. & 2. 2. 147. 7. ad 1.

Euangelica doctrina, lucerna.

E *Matth.* 5. lit. e. ibi.

Prædicator sit lucens & ardens.

Apostoli & prædicatores aurea thuribula.

F *Apocal.* 8. com. 1. ibi.

G *Matth.* 5. lit. d. ibi.

prædicationis H materia est duplex. Prædicant enim (*Euangelizantes*) ea quæ sunt vtilia ad vitam præsentem: quod designat, cum dicit, *euangelizantium pacem*, scilicet triplicem. Primò quidem annunciant pacem, quam Christus fecit inter homines & Deum, 2. Cor. 5. *Deus erat in Christo, Mundum reconcilians sibi: Et posuit in nobis verbum reconciliationis*; & Rom. 5. *Pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum*. Secundò annunciant pacem habendam cum omnibus hominibus, Rom. 12. *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes*. Tertiò annunciant ea, per quæ homo potest habere pacem in semetipso, Ps. 118. *Pax multa diligentibus legem tuam*. Et sub his tribus continentur omnia, quæ in hac vita sunt vtilia ad salutem vel quantum ad Deum, vel quantum ad proximum, vel quantum ad semetipsum. (*Et hanc triplicem pacem monetur prædicator quisque populo adprecari, & cum Christo relinquere, Ioan.* 14. Pacem relinquo vobis, *feria tertia Paschæ recessurus ab eis: vt inde sempiternam in Cœlis consequantur pacem.*) Prædicant etiam ea, quæ speramus habere in alia vita; & quantum ad hoc dicit: *Euangelizantium bona*, scilicet sempiterna, *Matth.* 24. Super omnia bona sua constituet eum. *Ex quibus omnibus clarescit, quàm nobilis, quàm excelsa sit prædicationis materia, videlicet Euangelica doctrina.*

Sed & Apostolici euangelizandi muneris nobilitas fortiùs elucet ex fine: qui est Dei gloria, & animarum beatitudo. Et hoc secundum ad primum proculdubiò reducitur: idcircò enim ad gloriam Deus homines prædestinauit, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, *sicut dicit Apostolus* Rom. 9. *Dei igitur gloria & Christi, finis est potissimus Ecclesiastæ, in quem dirigitur & animarum adductio ad regnum cœleste, Matth.* 4. Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum Cœlorum. *Vnde Apostolus* 1. *Cor.* 1. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, *quippe qui* multos filios in gloriam adduxerat, *vt dicitur ad Hebr.* 2. *Et* 2. *Cor.* 8. In hanc gratiam, quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam. *Hinc ad illud Apoc.* 8. Stantes in conspectu Dei, *docemur*, quòd prædicationis I finis est honorificatio diuina in ejus laude, & humana salute. *Sed &* 1. *Tim.* 1. *de sacra doctrina loquens Apostolus illud adjicit*: Quæ est secundùm Euangelium gloriæ beati Dei, quòd creditum est mihi. *Euangelium inquam*: quod L describit tripliciter. Et primò à fine, cum dicit, *gloriæ*, quam scilicet annunciat, Psal. 95. *Annunciate inter Gentes gloriam ejus*. Secundò ab actore gloriæ, cum dicit, *beati Dei*, 1. Tim. 6. *Quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens &c.* Tertiò à ministro, cum dicit: *quod creditum est mihi*, qui sum Apostolus ejus: *Cum vidissent quod creditum est mihi Euangelium &c.* ad Galat. 2. *Et quoniam gloria annunciata cedit in gloriam Christi veri hominis Dei: idcircò* 2. Thess. 2. *& illud promit*: In fide veritatis, in qua & vocauit vos per Euangelium nostrum in acquisitionem gloriæ Domini nostri Iesu Christi. *Per Euangelium nostrum*: idest M à me prædicatum: *in acquisitionem gloriæ Domini nostri Iesu Christi*, idest, vt *quæramus &* acquiramus Christi gloriam. *Et* 2. *Cor.* 4. Non enim nosmetipsos prædicamus: sed Iesum Christum Dominum nostrum, *idest*: non commendamus N nos; nec ad nos, idest ad laudem, vel lucrum nostrum, conuertimus prædicationem nostram; sed ad Christum totum referimus, & ad laudem ejus, *Psal.* 72. Vt annunciem omnes prædicationes tuas, *non meas*, in portis filiæ Sion. *Nos autem seruos vestros per Iesum*: quia principaliter quærimus laudem Christi, & non nostram: nam seruus est qui est propter vtilitatem Domini. *Vnde & ad Ecclesiam sponsam dicebat Cant.* 2. Sonet vox tua in auribus meis. *Vox* O *tua dicit in auribus meis sonet*, vt ex sincera intentione dilectionis procedat: vt non propter aliud

H *Rom.* 10. l. 2 ibi.

Duplex prædicationis materia.

Triplicem prædicatores pacem annunciant.

Quam & populo adprecari monentur in termino prædicationis.

Nobilitas prædicationis ex fine: qui est Dei gloria, & animarũ beatitudo.

I *Apoc.* 8. com. 1. ibi. & cap. 11. ibi, in conspectu Dei.

L 1. *Tim.* 1. l. 3. ibi.

M 2. *Thess.* 2. l. 3. ibi.

N 2. *Cor.* 4. l. 2. ibi.

O *Cant.* 2. com. 1. ibi.

prædices, nisi propter me, *& ad gloriam meam. Profectò ad gloriam Christi non omnes verbum Dei euangelizant, tametsi Christum annuncient, vt in pluribus contingit. Et hoc est, quod dicit Paulus Philipp.* 1. Quid enim? dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur &c. *Vbi Author*: Per occasionem P annunciat Christum qui non intendit hoc principaliter, sed propter aliud, putà lucrum vel gloriam. *Per veritatem* autem, quando ex recta intentione: (sed hoc vtroque modo fit ad vtilitatem Ecclesiæ:) *& hic propter Christum & ad ejus gloriam verè sacrum disseminat verbum.* Non quasi hominibus placentes, *ajebat Apostolus* 1. *Thess.* 2. sed Deo. *Quasi diceret*: Prædicatio Q mea non est quasi hominibus placens, scilicet finaliter. Aliquando tamen debent velle placere hominibus propter gloriam Dei, vt prædicatio magis fructificet (*quo sensu* 1. Cor. 10. *dicebat*: Ego per omnia omnibus placeo, non quęrens quod mihi vtile est, sed quod multis:) *vnde subdit*: Neque quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab alijs, *scilicet* de prædicata doctrina. *Et hoc, exemplo Christi, qui dicebat Ioan.* 8. Ego gloriam meam non quæro. *Et iterum*: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. *Idque satis innuere voluit Apostolus* 2. Cor. 8. *cum ait*: Siue pro Tito, qui est socius meus, & in vos adjutor, siue fratres vestri, Apostoli Ecclesiarum, gloriæ Christi: *idest*, ad gloriam R Christi. *Hinc ad illud Ioann.* 1. Inuenit hic (*Andreas*) primùm fratrem suum Simonem, & adduxit eum ad Iesum: *docemur, quòd* hic S debet esse prædicatorum conatus & studium, vt fructum prædicationis & studium non sibi vendicent, seu ad vtilitatem & honorem proprium conuertant: sed *vt adducant ad Iesum*; idest, ad ejus gloriam & honorem referant, 2. *Cor.* 4. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum. *Ex quo illud Eccli.* 42. Sol illuminans per omnia respexit: & gloria Domini plenum est opus ejus, *mysticè interpretatur Author de Sancto Patriarcha Dominico, cum ait*: B. Dominicus T dicitur Sol propter septem (*quæ vide ibi*) Eccli. 50. *Quasi Sol refulgens, sic ille effulsit in Templo Dei*: Opus ejus est Prædicatorum Ordo, *ab ipso institutus. Cum enim prædicantium finis debeat esse gloria Dei, rectè* gloriâ Domini plenum opus *dicitur Ordo Prædicatorum.* (*Quem & ijs verbis commendat Author*: In Ordine V Fratrum Prædicatorum est cautissima, & securissima forma profitendi; quia non promittit se seruare Regulam, sed obedientiam secundùm Regulam &c.) *Quod autem hactenus dictum est, breui edocet Psaltes* Ps. 47. *cum ait*: Distribuite domos ejus, vt enarretis in progenie altera. *Distribuite*, scilicet X dispensando diuersas Ecclesias diuersis ministris, *ad Ephes.* 4. Et ipse dedit quosdam Apostolos, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores &c. *Vt enarretis*, scilicet quę audistis, Is. 21. *Quæ audiui à Domino exercituum Deo Israel, annunciaui vobis*: quia quod accepit vnus, debet alteri communicare: *in progenie altera*; idest, peccatoribus: vel, *altera*, idest futura. Et quid enarretis? Duo: quia omnis prędicatio ad duo debet ordinari: scilicet, ad ostendendam Dei magnificentiam, sicut quando prędicat fidem; vel ad annunciandum beneficia Dei, vt accendatur charitas in eorum cordibus. *Vnde dicit*: Quoniam hic est Deus noster in ęternum &c. *Non igitur ad gloriam propriam aut temporale lucrum, vt nonnulli faciunt, prædicandum est. Ex quo illud Domini Matth.* 9. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam, *exponit Author*: Operarios Y dicit, non quęstuarios, qui corrumpunt malo exemplo: *in messem suam*; scilicet, in messem Dei. Quęstuarij enim non mittuntur in messem Dei, sed in messem suam: quia non quęrunt gloriam Dei, sed commodum suum. *Et illud pariter Matth.* 6. Quærite primùm regnum Dei, & justitiam ejus: & hæc omnia adjicientur vobis; *scribit Author*: Non debemus Z hæc temporalia quærere; & hoc verum est, tanquam finem aut mercedem. Vnde non debemus euangelizare, vt comedamus, sed potiùs è conuerso; *sustentari scilicet debemus & viuere, vt euangelizemus, ad solam vtique Dei gloriam, & animarum profectum. Ex quibus omnibus satis claret, quàm nobile, quàm egregium sit opus, prædicatio diuini verbi, videlicet ex munere, ex materia, & ex fine. Idcircò bene expresserat initio Author*: Inter omnes occupationes Ecclesiasticas dignior est occupatio eorum, qui verbum Dei annunciant. *Vnde & conuenienter (sicut Num. præced. visum est)* prædicationi A & doctrinæ aureola debetur, sicut & virginitati & martyrio, *tanquam speciale præ cæteris præmium, quod euangelizando quis promeretur. Promeretur inquam*: *nam* quamuis B facultas prædicandi & docendi quandoque ex studio proueniat: tamen vsus doctrinæ ex voluntate procedit, quæ per charitatem informatur à Deo infusam; & sic actus ejus meritorius esse potest, *præfati scilicet accidentalis præmij, quod est aureola, præter essentiale beatitudinis, quod est Aurea*: maxima enim C est retributio prædicatori ex ijs, quos conuertit; *nisi tamen ob inanem gloriam prædicando, vel ob temporale lucrum, hic* recipiat mercedem suam. *Vide, quanti interest morum honestas in prædicante: redditur enim sine charitate, vt dicit Apostolus* 1. *Cor.* 13. velut æs sonans, aut cymbalum tinniens; *&, vt ajebat ille*, Vox Vox, præterea nihil. *De quo Num. seq. Quòd si pro coronide roges: an mulieres deceat, & an possint prædicare & docere? Respondet Apostolus* 1. Tim. 2. *ijs verbis*: Mulier in silentio discat cum omni subjectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. *Et* 1. *Cor.* 14. Mulieres in Ecclesijs taceant: non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia. *Neque oppositum probat (inquit hoc loco Author)* quia D de multis mulieribus legitur, quòd prophetauerunt: sicut de Samaritana *Ioan.* 4. de Anna vidua filia Phanuel *Luc.* 2. de Debbora *Iudic.* 4. de Holdam prophetide vxore Sellum 4. *Reg.* 22. & de filiabus Philippi *Act.* 21. *Et* 1. *Cor.* 11. etiam dicitur: *Omnis mulier orans aut prophetans &c.* Dicendum enim, quòd in prophetia sunt duo: scilicet reuelatio, & manifestatio reuelationis. A reuelatione non excluduntur mulieres: sed multa reuelantur eis, sicut & viris. Sed annunciatio est duplex. Vna publica: & ab hac excluduntur. Alia est priuata: & hæc permittitur eis, quia non est prædicatio, sed annunciatio. (*Et alibi*: Doctrina E alia est publica: & hæc non competit mulieri; & ideò signanter dicit: *in Ecclesia*. Alia est priuata: & hac mater erudit filium, Prou. 31. *Visio, qua erudiuit eum mater sua*. Permittitur enim F mulieri priuatim aliquos domestica admonitione instruere. Et ideò *de Magdalena Christi resurrectionem Apostolis nunciante* dicit *Ambrosius*: Ad eos fœmina mittitur, qui domestici sunt: non autem mittitur ad hoc, quòd resurrectionis testimonium ferat ad populum.) Hujus autem rationem assignat, dicens: *Non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse*: non permittitur scilicet ab Ecclesiæ authoritate: sed hoc est officium earum, vt sint subditæ viris: *sicut & lex dicit*; videlicet Gen. 3. *Sub viri potestate eris*. Vnde cum docere dicat prælationem, & præsidentiam, non decet eas, quæ subditæ sunt, 1. Tim. 2. *Neque dominari in virum, sed esse in silentio*. Ratio autem, quare subditæ sunt, & non præsunt, est: quia deficiunt ratione, quæ est maximè necessaria præsidenti. Et ideò dicit *Philosophus in Politica sua*, quòd corruptio regiminis

est,

Multi per occasionem annunciant Christum, non per veritatem.

P *Philipp.* 1. *l.* 3. *ibi.*

Q 1. *Thess.* 2. *l.* 1. *ibi.*

R 2. *Cor.* 8. *fi. ibi.*

S *Ioan.* 1. *l.* 15. *lit. g.*

Qualis prædicatorum conatus & finis.

T *Serm. de S. Dominico.*

B. Dominicus mysticus Sol. Illius Ordo commẽdatur.

V *Quol.* 1. *a.* 20. *c.* & 2. 2. 186. 9. *ad* 1.

X *Ps.* 47. *fi.*

Prædicatio omnis ordinatur ad duo.

Operarius sit prædicator, non quæstuarius.

Y *Matth.* 9. *fi.*

Z *Matth.* 6. *fi. Op.* 19. *c.* 7.

A 4. *d.* 49. 5. 3. 9. 3. *c.* & *d.* 33. 3. 3. *ad* 3. *Quol.* 5. *a.* 29. *ad* 2.

Prædicatori debetur aureola: & maximam expectet retributionem.

B *In* 4. *d.* 49. *l. c. ad* 2.

C 1. *Thess.* 2. *l.* 2. *fi.*

An mulier possit laurea insigniri, & docere: & aureolæ doctrinæ capax esse.

Mulier non doceat.

D 1. *Cor.* 14. *l.* 7. *ibi.* & *cap.* 11. *l.* 2. *ibi*, mulier prophetãs. & 1. *Tim.* 2. *l.* 3. *initio.*

Nisi priuatim.

E 1. *Tim.* 2. *l.* 3. *ibi*, docere.

F 3. *p.* 55. 1. *ad* 3.

Digitized by Google

est, quando regimen peruenit ad mulieres. *Si quid autem volunt discere*; idest, si aliqua, de quibus dubitant, discere volunt, *domi viros suos interrogent*, 1. ad Tim. 2. cit. *Mulier in silentio discat cum omni subjectione (ad viros nimirùm.)* Hujus autem ratio est, quia *turpe est mulieri loqui in Ecclesia*: turpe est, non solùm indecens. In mulieribus enim commendatur verecundia, Eccli. 26. *Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata*. Si ergo in publicum quęreret, & disputaret, signum esset inuerecundię: & hoc est ei *turpe*. Et inde est etiam, quòd jure interdicitur mulieribus officium aduocandi. *Et quidem, cohærenter ad hæc, alio in loco instruimur, quòd* sermone G potest aliquis vti dupliciter. Vno modo, priuatè ad vnum, vel paucos familiariter loquendo: & quantùm ad hoc, gratia sermonis potest competere mulieribus. Alio modo, publicè alloquendo totam Ecclesiam: & hoc mulieri non conceditur. Primò quidem, & principaliter propter conditionem fœminei sexus, qui debet esse subditus viro, vt patet *Genes.* 3. Docere autem & persuadere publicè in Ecclesia, non pertinet ad subditos, sed ad Prelatos. Magis tamen viri subditi ex commissione possunt exequi, quia non habent hujusmodi subjectionem ex naturali sexu, sicut mulieres; sed ex aliquo accidentaliter superueniente. Secundò, ne animi hominum alliciantur ad libidinem: dicitur enim Eccli. 9. *Colloquium illius, quasi ignis exardescit*. Tertiò, quia vt communiter mulieres non sunt in sapientia perfectę, vt eis possit conuenienter publica doctrina committi. *Ex quibus omnibus deducitur, quòd quamuis mulier quæpiam docta sit (meliùs dixerim, docta & sapiens appareat) vt de pluribus ferunt; inter cæteras, de S. Catharina virgine, de qua Ecclesia*: Ad eam doctrinę perfectionem peruenit, vt decem & octo annos nata, eruditissimum quemque superaret: *non tamen debet laureâ Doctoratus insigniri, præsertim in sacra doctrina. Nam Doctor, sacer in primis & Ecclesiasticus, ex authoritate sibi ab Ecclesia concessa potest publicè populum docere, fideique & morum doctrinam prædicare: hoc autem mulieri non conuenit propter rationes adductas; vnde & ab Ecclesia & in Ecclesia absolutè vetantur docendi munus obire. Consequenter, tametsi doctissimis, Aureola nullatenus eis debetur, tum propter ea, quæ dicta sunt: tum etiam, quia (vt superiùs visum est)* Prelatis H non debetur Aureola, quamuis habeant officium prędicandi, nisi actu prędicent: quia corona non debetur habitui, sed actuali pugnę, *secundùm illud* 2. Tim. 2. Non coronatur, nisi qui legitimè certauerit. *Mulier autem nec habet officium prædicandi, nec potest in Ecclesia docere aut prædicare: igitur si actuali tantummodo publicæque prædicationi aut instructioni Aureola debetur: mulier, docta licèt & sapiens, doctoratus Aureolæ incapax erit. Vnde & de Beata Catharina præfata in Breuiario Romano legitur, quòd* fortiter dato capite, ad duplicatum virginitatis & martyrij prémium euolauit, *nulla de doctrinæ Aureola facta mentione. Nec mirum, cum de prima muliere scribat Apostolus* 1. *ad Tim.* 2. Adam non est seductus: mulier autem seducta in preuaricatione fuit. *Adam non est seductus*, scilicet I primò, quia fortior erat: sed tentator incepit à debiliori, vt faciliùs seduceretur fortior. Et ideò dicit: *Adam non est seductus*. Seductio autem duplex est, scilicet in vniuersali, & in particulari eligibili, quę est ignorantia electionis. Quicumque ergo peccat, seducitur ignorantia electionis in particulari eligibili. *Mulier autem seducta fuit* ignorantiâ in vniuersali, quando scilicet credidit quod serpens dixit: *Eritis sicut dij scientes*. Sed vir non credidit hoc: sed deceptus fuit in particulari, scilicet quòd gerendus esset mos vxori, & cum ea comedere pomum deberet; & inexpertus diuinę seueritatis, credidit quòd facilè ei remitteretur. (*Auertat Deus, quòd fidei documenta publicè fœmina traderet, cum prima mulier, quæ tamen minùs cæteris imperfectior, tam faciliter tamque citò seducta fit.*) Sed contra (*sibi Author opponit.*) Ignorantia est pœna peccati, ergo pœna precessit culpam. *Et respondet*, quòd non precessit: quia statim ad verba serpentis fuit elata (*vanâ mulier gloriâ quàm facilè effertur!*) eoquòd alius esset de ea solicitus, & ex illa elatione seducta est, vnde elationis culpa precessit. *DISCITE, Christi præcones, vti par est, Apostolicum munus implere. Vide*, Apostoli, Christi Doctrina & prędicatio, Scriptura sacra.

Mulieri officium interdicitur aduocandi. G 2. 2. q. 177. a. 2.

Multò magis prędicandi ex triplici causa.

Nec eis, etiam docti s, aureola debetur. H 4. d. 49. 5. 3. q. 3. 2. & Quol 5. a. 24. ad 2.

I 1. Tim. 2. l. 3. ibi.

XXX. Affectus prophetarum (sicut & prædicatorum: nam & *propheta dicitur* L *qui habet intellectuale lumen ad exponendum dicta Prophetarum, vel scripturas Apostolorum*, vt populos doceat: quo sensu loquitur Apostolus 1. Cor. 14. *Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem &c.*) Affectus inquam prophetarum tripliciter variatur. Quidam enim sunt amatores lucri, Is. 56. *Dormientes, & amantes somnia, & canes impudentissimi, nescierunt saturitatem.* Quidam amatores fauoris humani, Matth. 23. *Amant primos recubitus in cœnis*. Sed tertij sunt amatores populi, 2. Mach. 15. *Hic est fratrum amator, & populi Israel*: implentes illud Apostoli Heb. 13. *Charitas fraternitatis maneat in vobis*. Primi spoliabant diuitijs: secundi decipiebant blanditijs: sed tertij instruebant veris doctrinis. *Prolog. in Ierem.*

L 1. Cor. 14. l. 1. & Apoc. 11. com. 1. & 2 ibi, prophetabũt.

1 *QVoniam tale ac tantum est, vt hucusque vidimus, Euangelicæ prædicationis munus, ad illud proinde exercendum diligens sine dubio exigitur præparatio. Quod innuitur. Apoc.* 8. *cum dicitur*: Et septem Angeli, qui habebant septem tubas, præparauerunt se, vt tuba canerent. *Septem Angeli*, idest M prædicatores vniuersi, spiritu septiformi imbuti: *qui habebant septem tubas*; idest, officium prædicationis: (*vnde & Patrum Prædicatorum signifer Sanctus Patriarcha Dominicus* Euangelij tuba *ab Ecclesia dictus est*:) *præparauerunt se*. Tribus autem modis se præparare debent. Primò, vt quæ dicturi sunt in prædicatione, priùs ostendant opere, idest sua conuersatione, juxta illud Act. 1. Cœpit Iesus facere, & docere. Secundò, vt priùs addiscant quod prædicent, Eccli. 18. *Antequam loquaris, disce*; & 1. Esdr. 7. *Esdras parauit cor suum, vt inuestigaret legem Domini, & faceret, & doceret in Israel præceptum & judicium*. Tertiò, vt priusquam prædicent, præuideant, & cogitent secum, quando & quomodo & quid singulis personis prædicare oporteat. Nam aliter & aliud laicis, aliter & aliud clericis: aliter & aliud viris, aliter & aliud mulieribus: aliter & aliud religiosis, aliter & aliud secularibus: aliter & aliud justis, aliter & aliud peccatoribus: aliter & aliud duris, aliter & aliud mansuetis: aliter & aliud Christianis, aliter & aliud infidelibus: aliter & aliud rudibus & idiotis, aliter & aliud perfectis & sapientibus prædicare oportet, Eccli. 37. *Vir sapiens plebem suam erudit, & fructus sensus illius fideles sunt*: quia quilibet habet aliquid vtilitatis. *Vt tubâ canerent*: idest N vt officio prædicationis vterentur in actu. *Cæterùm* comparatur O tubę prædicatio, siue officium prædicandi, propter sonum: quia publicè & apertè fieri debet, Is. 58. *Clama, ne cesses*:

M Apoc. 8. com. 2. & 1. ibi.

Triplex ad prædicationẽ præparatio.

N Apoc. 8. com. 1. & 2. ibi. Prædicatio cur tubæ comparata.

O Apoc. 8. com. 1. ibi, septem tubæ, & com. 2. ibi, vt tuba.

Q *quasi*

Digitized by Google

Vsus tubarum apud Iudæos ad quæ.

quasi tuba, exalta vocem tuam. Item propter vsum: vsus enim tubarum apud Iudæos erat in bellis, in festis, in conuiuijs. Similiter prædicatio excitat ad bellum contra vitia; vnde *Iosu.6.* legitur, quòd septem sacerdotes septem tubis clangebant ad bellandum contra Iericho; idest, contra vitia Mundi, qui mutatur vt Luna (Iericho enim *Luna* interpretatur.) Item vocat ad vera solemnia, scilicet gratiæ & gloriæ, Is.30. *Canticum erit vobis sicut vox sanctificatæ solemnitatis.* Item inuitat ad omnia conuiuia, quæ fiunt hìc per gratiam, & in futuro per gloriam, Apoc. 19. *Gaudeamus & exultemus, quia venerunt nuptiæ Agni &c.* Septem autem tubæ dicuntur propter vniuersitatem officij prædicationis, quod datur prædicatoribus adhoc idoneis, vt scilicet de vniuersa Scriptura prædicent. Item, vt prædicent vniuersis, diuitibus & pauperibus, magnis & paruis, bonis & malis, fidelibus & incredulis. Item, vt prædicent vniuersa, quæ ad salutem pertinent, vt de vitijs & virtutibus, de supplicijs & præmijs, Iosu.6. *Buccinas, quarum vsus est in jubileo:* idest, quibus annunciatur peccatorum remissio, quæ est in via, & reuersio ad hereditatem, quæ erit in gloria.

Postulet prædicator à Deo intelligentiam sacræ Scripturæ.

Cum autem vniuersam Scripturam personare debeat Euangelica tuba, potissima præparatio concionatoris erit, sanam & rectam illius intelligentiam à Deo postulare. Quod innuitur Apoc.10. cum dicitur: Et audiui vocem de cœlo iterum dicentem: Vade, & accipe librum apertum de manu Angeli: *videlicet*, accipe P Scripturam à Christo; idest, pete intelligentiam Scripturæ, quam Christus aperuit, & habet *in manu*, idest in potestate sua: ipse enim Christus dat suis sapientiam, & intelligentiam Scripturæ (Luc.21. *Ego dabo vobis os & sapientiam &c.* & cap.24. *Aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas:*) quod dicitur, non tantùm propter Beatum Ioannem, sed etiam propter alios prædicatores: necessaria enim est eis intelligentia Scripturæ; & ideò eam & ejus augmentum quærere debent à Deo.

P *Apocal. 10. com.1. & 2 ibi.*

Quid sonet Euangelica tuba.

Duo autem tuba hæc populo sonet, ex 1. Pet.3. (& Psalm. 33.) vt scilicet Declinet à malo, & faciat bonum. *Declinet à malo*: hæc *ex glossa* est Q prima pars justitiæ; *& faciat bonum*: hæc est secunda pars justitiæ: priùs enim oportet extirpare vitia, quàm inserere virtutes. *Quod pariter tangitur* Apoc.14 *ijs verbis*: Et vidi alterum Angelum volantem per medium Cœli habentem Euangelium æternum (*quod & superiùs expositum est*) vt euangelizaret sedentibus super terram, dicens magna voce: Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora judicij ejus. *Vbi Author*: Cum R ad famulandum Deo, siue adhærendum, sit vitandum malum, & agendum bonum: primò fit admonitio ad declinationem mali, secundò ad operationem boni. Dicit igitur: *Timete Dominum*, vt declinetis à malo, Prou.15. *Per timorem Domini declinat omnis à malo.* Per hoc autem, quod dicit, *Dominum*, ostenditur ratio timendi, Malach. 1. *Si Dominus ego sum, vbi est timor meus?* Et vt faciatis bonum, *date illi honorem*, scilicet verbo & obsequio: hoc enim *ex glossa* est debitum creaturæ rationalis ad Deum, Psal.28. *Afferte Domino gloriam & honorem.* Sequitur: *quia venit hora*; idest, instat in breui (omne enim tempus breue est respectu æternitatis) *judicij ejus*, quo judicabit omnes, quo timentes & honorantes præmiabuntur, & contemnentes damnabuntur, 1. *Reg.*2. Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. *Et tunc, non prædicatoris, sed judicis supremi terrifica resonabit tuba* (canet enim tuba, 1. *Cor.*15.) *non quidem ad exhortandum, sed ad recipiendum vel sempiternum præmium vel supplicium.*

Q 1. *Pet.3 ibi, declinet. Et Ps.33. lit. n.*

R *Apocal. 14. com. 1. ibi.*

S *Apoc 8. com. 2 ibi, vt tuba. Et com. 1. ibi*, primus Angelus tuba cecinit.

Monitum ad cõcionatores.

Aduerte autem quoad Euangelicam tubam, quòd tuba S non sonat, nisi manu teneatur: nec prædicatio valet, nisi opere impleatur. Item tuba arctior est ex parte canentis, latior ex parte audientis: sic vita prædicatoris, arctior debet esse, quàm populi; & prædicator sibi arctiora, quàm populo, debet imponere. Sed heu! modò fit è contrario; vnde Matth.23. *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere; dicunt enim & non faciunt. Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere.* Vnde peruersa est tuba, cum latum habet prædicator ad se, arctum autem ad populum: & ideò non potest bene sonare.

Prædicator sit justus & in gratia.

T *Ps. 50. lit g. & Ps. 49. lit. i.*

† *Iustus idcircò esto prædicator & in gratia*: per hoc enim T quod dicit Psaltes in Psal.49. *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas &c.* ostendit, quòd peccatorem non decet doctrinam effundere: *& hoc, ne inanis, quin & damnosa reddatur prædicatio; quod ait Apostolus 2. Cor. 6.* Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. *Quasi dicat*: Si per malam V vitam aliquos offenderemus, vituperaretur ministerium nostrum, & contemneretur prædicatio nostra. *Cujus vita* (ajebat Gregorius) *despicitur, restat vt ejus prædicatio contemnatur.* Vnde publicus & famosus peccator, cauere debet sibi, ne prædicet: aliàs peccat. *Immò & peccator occultus prædicando peccat, si impœnitens perseuerat, vt superiùs visum est. Hoc autem, quòd prædicator in gratia sit, satis clarescit in Ioanne, Prædicatorum coryphæo: ad illud enim, quod dicitur Ioan.*1. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes, *docemur, quòd* satis congruè X Euangelista idoneitatem Præcursoris insinuat ex ejus nomine, dicens: *cui nomen erat Ioannes*; quod interpretatur, in quo est gratia. Ad officium namque testimonij requiritur idoneitas: nam, nisi testis sit idoneus, qualitercunque mittatur ab alio, non est sufficiens testimonium ejus. Homo autem efficitur idoneus ex gratia Dei, 1. *Corinth.*15. Gratiâ Dei sum id, quod sum; *& 2. Cor.3.* Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti. *Hoc est enim quod dicitur Apoc.*8. Et septem Angeli, *idest prædicatores, ad prædicationem* præparauerunt se: *videlicet*, implendo Y priùs opere quod dicturi erant ore. *Sic Ioannes pœnitentiam prædicabat, quam tamen in deserto & ipse agebat, Matth.*3. Venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite. *In deserto*: quia Z congruebat suæ prædicationi, quia ipse pœnitentiam prædicabat. Talis autem debet esse locus pœnitentiæ vel corporaliter vel mentaliter, *Psalm.* 53. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. *Sic Henoch & Elias, sancti prædicatores, tempore Anti-christi* prophetabunt amicti saccis *Apoc.*11. idest A prædicabunt, sicut accipitur 1. *Cor.*14. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem &c. *amicti saccis*; idest, vilibus pannis: in præconibus enim secundi aduentus erit vilitas habitus exterioris indicium humilitatis & sanctitatis, sicut in præcone primi aduentus, de quo Marc.1. *Erat Ioannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos ejus.* Prædicabunt enim Henoch & Elias pœnitentiam, & exemplo eam ostendent. (*Sed & ab eodem Ioanne erudiuntur prædicatores, non tam facilè, nisi ob publicam prædicationem, in publicum procedere, exemplo Christi Domini, qui* vt daret B exemplum prædicatoribus, quòd non semper se darent in publicum, quandoque se à turbis retraxit. Quod quidem legitur fecisse *inter cætera*, vt doceret fauorem humanum vitare. *Adde, ne nimia cum secularibus familiaritas & frequentia, contemptum pariat, & deuotionem minuat.*) *Quod igitur prædicator edocet verbo, hoc opere faciat, vt in cordibus auditorum fructum producat. Idcircò Apostolus Rom.*15. Non audeo *inquit* aliquid loqui eorum, quæ per me non

An peccet prędicans in peccato mortali.

V 2 *Cor.6 l.1. ibi. Rom. 2.l.1. Ps.49. lit i. Io. 8.l.1. lit, d. In 4. d.19. a 2.q. 2. ad 4. & 1.2. 33.5.c. & 60. 2. ad 3.*

X *Ioan.1. l.4. ibi.*

Y *Apoc.8. com. 1. & 2. ibi.*

Pœnitens esto qui pœnitentiam prædicat.

Z *Matth. 3. lit. a. ibi.*

A *Apocal. 11. com. 1. & 2 ibi. & 1. Cor 14. l.1 ibi, prophetat.*

Rarò procedat in publicum.

B 3. *p. 40. 1. ad 2. Matth. 3. lit. a. ibi, deserto. & cap 5. lit a. ibi, ascendit.*

Quæ docet, faciat.

efficit

Digitized by Google

efficit Christus in obedientiam Gentium, verbo & factis, in virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti. *Hinc Ioannes* Apoc. 8. *se audisse, ait*, vocem vnius Aquilæ, dicentis voce magna: Væ væ væ &c. *Vocem vnius Aquilæ*, idest C prædicatoris, propter sublimitatem intelligentiæ, siue perspicacitatem: quia sicut aquila visum multùm acutum habet, sic prædicator debet habere acumen intelligentiæ in diuinis: *dicentis voce magna*, per operationem voci adjunctam: multi enim prædicatores habent vocem paruam, quia non habent in opere efficaciam: *de quibus loquitur Sapiens Eccli.*4. Noli citatus esse in lingua tua: & inutilis & remissus in operibus tuis. *Hac de causa prædicatorem comparat Dominus* Luc.8. *homini seminanti*: Exijt qui seminat seminare semen suum, *hoc est* verbum Dei. *Sator autem manu semen spargit: vt innuatur, boni exemplum operis, quod per manum signatur, necessariò in prædicante exigi ad fructificandum. Profectò* communitas D ædificationis per exemplum, parat viam ad communitatem informationis per verbum. Hoc est contra aliquos, qui non curant de exemplo, nisi ad quosdam, vt ad diuites, vel nobiles: nec predicare dignantur, nisi multitudini magnę. *Cum tamen dicatur Apoc.*14. Vidi alterum Angelum volantem per medium Cœli; *idest*, communiter E per omnem Ecclesiam: medium enim communitatem notat. Omnibus debet predicator lucere per exemplum, & sic omnes informare per verbum. Eccli.15. *In medio Ecclesiæ aperuit os ejus*. Habentem Euangelium ęternum. *Quasi diceret:* Hoc Euangelium habet prędicator, quando scientiam eorum, quę debet annunciare, simul cum vita consona doctrinę, tenet, *Psal.*118. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me: *sed ante hanc*, bonitatem. *Et alibi*: habentem Euangelium ęternum: *videlicet*, in ore F per doctrinam & prędicationem: in manu per operis adimpletionem. *Ex quo Sponsa, Ecclesia nimirùm, Cant.*5. Surrexi, *inquit*, vt aperirem dilecto meo. *Vbi Author*. Bene G primò dicitur, *surrexi*; deinde, *vt aperirem*: qui enim prędicando, aliorum corda Christo vult aperire, priùs debet surgere; hoc est, ad studia bonorum operum erigi, & opere implere quod prędicat: *ne fortè, cum alijs prædicauerit, ipse reprobus efficiatur*, vt dicebat Apostolus 1. Cor.9. *Quòd si quis vitæ exemplo verbum prædicationis confirmet, sibi specialiter Deus assistet, & vires animosque præstabit, vt cum fiducia prædicet, & cum fructu, Psalm.*67. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. *Cui concordat illud Act.*4. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri, & gratia magna erat in omnibus illis. *Et paulò ante, quòd in eis diuina esset gratia*, Repleti sunt Spiritu sancto, *ideòque* loquebantur verbum Dei cum fiducia.

C *Apoc.*8 *com.* 1. *ibi, & si cap.*

D *Apocal.* 14. *com.*1. *ibi*, per medium Cœlum.

E *Apocal.* 14. *com.* 1. *ibi*. Euangelium.

F *Apocal.* 14. *com.* 2. *ibid.*

G *Cant.*5 *com.* 2. *ibi.*

11 *Sanè per vitæ exemplum efficacius redditur Dei verbum, ad meliorem audientium frugem, majusque meritum prædicantis. Et hoc est, quod dicebat Dominus Matth.*5. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno Cœlorum. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno Cœlorum. *Minimus vocabitur*. Non H habebitur, *dicit Cassiodorus*, sed vocabitur: quia erit eo indignus. Vel *minimus*, idest *ex glossa* despectissimus in Ecclesia. *Quòd si dicas: Immò minimus est qui malè facit, & malè docet. Respondet*: Qui malè facit, & male docet, non est in Ecclesia quoad hoc opus; & ideo non vocatur in regno Cœlorum nec magnus nec paruus: sed qui malè facit, & bene docet, est in Ecclesia quoad aliquod opus, sed *minimus* in illa. *Qui autem fecerit*; idest, mandata seruauerit, *& docuerit*, sic esse faciendum, *hic magnus vocabitur*, scilicet merito in Ecclesia militante, & *magnus* premio *in regno Cœlorum*; idest, in Ecclesia triumphante. *Vnde Augustinus*: Non dicit determinatè: *qui fecerit minima*; sed indeterminatè: vt ostendat, quòd majora & minima oportet eum facere, qui in regno Cœlorum vult magnus esse. *Et quidem extra omne dubium est, fortiùs mouere exempla, quàm verba. Vnde Apostolus* 1. *ad Tim.*4. Precipe hęc, & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat. *Postea subdit*: sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione &c. *Quasi dicat*: Licèt sis I juuenis, mores tamen representent senectutem, *Tob.* 1. Cum esset junior, nihil tamen puerile gessit in opere: (*ex quo non contemnendus prædicator, quòd juuenis, modò seniles mores habeat, solidamque doctrinam*.) Et ideò dicit: *sed exemplum esto fidelium*, vt scilicet quod verbo pręcipis, impleas opere, 1. Pet. vlt. *Forma facti gregis ex animo*. Et dicit, *in verbo*, scilicet ponderato, ordinato, & circumspecto, *Coloss.*4. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus; & 1. *Pet.*4. Si quis loquitur, quasi sermones Dei. Item *in conuersatione* exteriori, vt sicut excellit loco & dignitate, ita & honesta conuersatione, 1. *Pet.*2. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam. *Ejusmodi exemplares prædicatores describuntur* Apoc.14. *ijs verbis*. Vocem quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. *Citharœdorum*, idest L prędicatorum, *citharizantium*, idest carnis mortificationem prędicantium, *in citharis suis*, quam scilicet in se ipsis ostendebant. In hoc ergo quod dicit, *citharizantium in citharis suis*, notat illos, qui semper citharizant in citharis alienis; idest, qui prædicant alijs pœnitentiam, & ipsi nullam, vel modicam faciunt, *de quibus dicitur Matth.*23. Super cathedram Moysi sedebunt Scribæ & Pharisæi &c. dicunt enim & non faciunt. *Quod mysticè innuitur & Cant.* 3. Vniuscujusque ensis super femur suum. *His enim verbis* ostendit M quòd incipientes custodiuntur per eos, qui annunciant veritatem justitiæ: nam non sufficit, quòd aliquis prædicet de moribus, annunciando veritatem vitæ, vel quòd prædicet de fide, annunciando veritatem doctrinæ: sed oportet eum annunciare veritatem justitiæ in se, vt faciat quod dicit, & credat quod docet: quia justum est, vt aliquis talis sit in se, qualem prædicat alium debere esse. Ideò prædicatores, qui debent custodire lectulum Salomonis, siue incipientes, debent tenere ensem, non in ore tantùm, vt dicant, & non faciant; sed *vniuscuiusque ensis* debet esse *super femur suum*, constringendo femora sua, viuendo castè, & obseruando quæ prædicant. *Id quod de Apostolis propheticè tangitur* Is.11. *cùm dicitur*: Idumęa & Moab pręceptum manus eorum: *nimirùm*, quia N docebant verbo & exemplo. *Eapropter legitur & de prædicante Ioanne Matth* 3. *quòd* habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem ejus locustę, & mel syluestre; *moxque subditur*: Tunc exibat ad eum Ierosolyma & omnis Iudęa, & baptizabantur ab eo: *videlicet*, videntes O vitam ipsius *exemplarem, ex qua magis, quàm ex prædicata doctrina mouebantur ad baptismum pœnitentiæ. Et hinc est, quòd* Christus P circumeundo, & Apostoli discurrendo per Mundum, docebant: sed Ioannes docebat stando, Io.1. *Stabat Ioannes &c.* scilicet in vno loco trans Iordanem. Et ratio est: quia prędicatio Christi (*& Apostolorum*) facta erat credibilis per miracula: & ideò circuibat diuersa loca, vt miracula & virtutes Christi innotescerent. Prędicatio verò Ioannis non est confirmata miraculis (vnde dicitur Io.10. *Ioannes signum fecit nullum*:) sed merito & sanctitate vitę. Et ideò *stabat* in loco vno: vt diuersi ad eum confluerent, & per ejus sanctitatem ducerentur ad Christum. *Quod & ipse Saluator, nostrum in omnibus exemplar, ostendere voluit, cùm post prædi-*cationem

Exponitur illud: *Qui soluerit vnum de mandatis minimis &c.* Matth. 5.

H *Matth.* 5. *lit f. ibi.*

Exempla fortiùs mouent, quàm verba.

I 1. *Tim.*4. *l.* 3. *ibi.*

Exemplares prædicatores describuntur.

L *Apocal.* 14. *com.*2. & 1. *ibi.*

M *Cant.*3. *com.* 3. *ibi.*

N *Is.*11. *ibi.*

Ioannes Baptista quàm exēplaris prædicator!

O *Matth.* 3. *lit a. ibi.*

P *Matth.*4. *lit. c. ibi. & cap.*9. *lit. e.*

cationem suam languentes omnes sanaret. Circuibat (*ait Matthæus c.4.*) prędicans Euangelium regni, & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo, *qui videlicet eum audiebat*. Languor Q potest referri ad infirmitates corporales, infirmitas ad infirmitatem animę: non enim minores sunt infirmitates animę, quàm corporis. Vel per languores intellige graues infirmitates & diuturnas: per infirmitates quamcunque aliam. Et in hoc datur intelligi, quòd prędicatores debent suam doctrinam confirmare per opera; & si non per miracula, per vitam virtuosam. *Ex quo bene prosequitur Euangelicus textus:* Et abijt opinio ejus in totam Syriam &c. *Nam ex optimo vitæ exemplo* triplex R sequitur prędicationis fructus: scilicet fama circa exemplum, fiducia, quam homines de eo habebant, & deuotio qua eum sequebantur. Et hoc etiam pertinet ad prędicatores, vt habeant testimonium bonum, *Eccli.41*. Curam habe de bono nomine; *& 2.Tim.2*. Solicitè cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis. *Ita Paulus, perfectus discipulus Christi, sese in prædicatione gerebat. Vnde Rom.15*. Non audeo *inquit* aliquid loqui eorum, quę per me non efficit Christus in obedientiam Gentium, verbo & factis. *Verbo*, idest S per verbum prędicationis fidei. Argumenta autem fidei prędicatę sunt bona conuersatio prędicantis; & quantùm ad hoc subdit, *& factis*, quasi scilicet per recta opera vos ad fidem allexi, *Matth.5*. Vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum &c. *Quod inculcat & 2. Cor.6*. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum; *idest*, non facientes T aliquid, vnde alij scandalizentur, *1. Cor.10*. Sine offensione estote Iudęis & Gentibus & Ecclesię Dei. *Et ad Ephes.4*. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo &c. *Videlicet*, in bono V opere, & forma boni operis: quę duo sunt veritas & charitas. Veritas autem quandoque dicitur omne opus bonum, *Tob.1*. In captiuitate tamen positus viam veritatis non deseruit. *Faciamus* ergo *veritatem*, scilicet omne opus bonum, vel veritatem doctrinę: quia non sufficere nobis debet audire vel docere *veritatem*, sed oportet *facere*. Propter hoc dicebat idem Apostolus 1. ad Tim.4. *Attende tibi & doctrinæ: hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt*. Aliqui enim X sic attendunt doctrinę, quòd sui curam negligunt: sed Apostolus dicit, quod primò attendat sibi, & postea doctrinę, *Eccli 30*. Miserere animę tuę placens Deo. *Et de hoc arguebat Christus Pharisæos Matth.23*. Vę vobis, qui clauditis regnum Cœlorum ante homines. *Vbi Author:* Quid est Y claudere regnum Cœlorum, nisi quòd isti claudebant per malam doctrinam, & per malam vitam? Claudebant *inquam* per malam vitam, quando per malum exemplum inducebant ad peccandum, Psal.1. *Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit*. Ille propriè in cathedra pestilentię sedet, qui officium docendi accipit, & per malam vitam populum corrumpit. *Hinc tres ex Authore exiguntur in prædicantibus conditiones, vt sint idonei, 2.Tim.2.* Qui idonei erunt & alios docere: *videlicet*, Primò Z intellectu, vt sint sapientes ad intelligendum, Luc.21. *Dabo vobis os & sapientiam &c*. Item lingua, vt sint facundi ad docendum, Is.50. *Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum, qui lapsus est, verbo*. Item opere, quia *cœpit Iesus facere & docere*, vt dicitur Act.1. *Concludat Author*. Bonum opus A verbum confirmat: malum verò illud infirmat. Vita mala suspectam reddit doctrinam. Quis credat dicenti sibi, cibum aliquem esse venenatum, si eo vidente ipsum sumat? Sicut exemplum boni operis plùs ædificat, quàm sermo: sic exemplum mali operis magis corrumpit. Indignum est, cœlestem doctrinam esse in vase immundo. Parùm proficit ejus doctrina, cui repugnat vita. *Quin plùs proficit boni operis exemplum, quàm patratio miraculorum*. Magnum est B facere miracula: sed majus est virtuosè viuere, *ad profectum vtique docentis, & auditorum*.

X *Cæterùm plura sunt, quæ reprobantur in prædicatoribus, vel commendantur: de quibus, ne nimiùm fortasse prolixi simus, vide fusiùs* C. *Vniuersas autem prædicatorum qualitates, ad tres videtur Author reducere, quas & initio adduximus ex illo, dicente:* Quidam sunt D amatores lucri: quidam amatores fauoris humani: sed tertij sunt amatores populi. *Hoc est: prædicare quisque debet non ob temporale lucrum, non ob inanem gloriam, sed ex charitate, & propter salutem animarum. Et licèt singula hæc in præcedentibus obiter prætacta sint: hìc tamen vberiùs tractanda. Quod igitur ad temporale spectat emolumentum, satis apertè ostendit Apostolus, prædicatoribus ad victum necessaria deberi, cum 1. Corinth.9. sic ait:* Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundùm hominem hęc dico? An & lex hęc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: *Non alligabis os boui trituranti*. Quoniam debet in spe qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quę de sacrario sunt, edunt: & qui altari deseruiunt, cum altari participant? Ita & Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. *Hucusque Apostolus. Cujus authoritatem priusquam cum Authore exponamus, ex eodem aduertimus, hunc in primitiua Ecclesia errorem irrepsisse, pauperibus fratribus non esse curam humanitatis impendendam, neque Euangelium prædicantibus ad victum necessaria subministranda. Cujus author falsitatis fuit Diotrephes quidam, illius temporis hæresiarcha, de quo Ioannes in sua tertia Canonica mentionem facit:* Scripsissem forsitan Ecclesię: sed is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos. Propter hoc, si venero, commonebo ejus opera, quę facit, verbis malignis garriens in nos: & quasi non ei ista sufficiant, neque ipse suscipit fratres, & eos, qui suscipiunt, prohibet, & de Ecclesia ejicit. *Porrò* hęc E ejus erat hęretica doctrina, quod prohibebat, ne impenderetur cura humanitatis fratribus peregrinis, alienis à rebus proprijs. Hic etiam error in *Vigilantio* surrexit, vt patet *in Epistola Hieronymi* ad Riparium & Desiderium contra Vigilantium: *vbi sic dicitur*. Pręterea, eisdem ad me relatum est Epistolis, quòd contra authoritatem Apostoli Pauli (immo Petri, Ioannis, & Iacobi, qui dextras dederunt Paulo & Barnabę communicationis, & pręceperunt eis, vt pauperum memores essent) tu prohibeas Ierosolymam in vsus Sanctorum aliqua sumptuum solatia dirigi. *Eliminat autem errorem hunc Apostolus 1. Cor.9. cit. in suam & prædicatorum defensionem, cum ait;* Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? *Quibus in verbis* probat F quod liceat accipere sumptus per authoritatem humanæ consuetudinis: & primò in statu militis, secundò agricolæ, tertiò pastoris. Militi comparatur Prælatus propter subsidium, agricolæ propter verbum, pastori propter exemplum. Debet enim subditos defendere suffragio, plantare verbo, pascere exemplo. Dabantur autem militibus stipendia de Republica; vnde Ioannes dicit Luc.3. *Contenti estote stipendijs vestris*. Sic prædicatores & Prælati accipere possunt

Q Io. 1. l. 15. lit. a. ibi, & 3. p. 18, 2, ad 2.

R Matth. 4. ibid. Triplex ex bono exemplo prædicationis fructus.

S Rom. 15. l. 2. ibi. & 2 Cor. 12 l. 4. ibi, facta sunt. & 2. Pet. 1. ibi, præconem.

T 2. Cor. 6 l. 1. ibi.

V Ephes 4. l. 5. ibi. Ioan. 3. l. 6. lit. d. Psal. 11. lit. a. ibi. veritates. & Psal. 30. circ. fi.

X 1. Tim 4. l. 3. ibi.

Y Matth. 23. lit. a. ibi.

Tres prædicatorum conditiones, vt idonei sint.

Z 1. Tim. 2. l. 1. ibi.

A Op de ex. Pr. l. 5. c 9.

Exemplum boni operis ædificat: mali operis, magis corrumpit.

B Matth. 10. lit. a. ibi, gratis.

C Apoc. 4. com. 2 ibi animalia. & cap 8. com. 1. fi. & cap. 15. ibi, exeuntes. Op. de er Pr. l. 5. c. 9.

Tres præcipuæ prædicationis qualitates.

D Psal. in Ier.

Euangelium annunciantibus ad victum necessaria debentur.

Diotrephis hæresiarchæ error.

E Op. 19. c. 7. & cap. 3. Can. Io ibi.

Et Vigilantij.

Confutantur ab Apostolo. Probatur ab eodem, quod victus debeatur prædicatori, ex authoritate consuetudinis.

Tria in prælato exiguntur.

F 1. Cor. 9. l. 1. & 2. ibi. & l. 2 & 3. fi. Rom. 15. l. 3. ibi. in carnalibus. 1. Tim. 5. l 3. & 2. Tim. 2. l. 1. fi. Matth. 10. lit. a. ibi, cibo suo. & 1. 2. 102. 6. ad 8. & 2. 2. 1 0. 2. c. & 185. 6. ad 2. & 187. 5. ad 5. & fuse Op. 19. c 7. cit.

sunt sumptus à subditis. Item vinea Domini est Ecclesia, Is.5. *Vinea Domini exercituum, domus Israel est*. Apostoli autem fuerunt plantatores hujus vineæ, 1. Cor.3. *Ego plantaui, Apollo rigauit*. Item grex Domini sunt fideles Ecclesiæ, Ezech. 34. *Vos greges pascuæ meæ*: & hujus gregis pastores sunt Prælati & prædicatores. Si ergo defendimus, plantamus, & pascimus, more boni militis, boni agricolæ, & boni pastoris: licet nobis sumptus accipere. Deinde cum dicit: *Nunquid secundùm hominem hæc dico? an & lex hæc non dicit*? probat, quòd licet sumptus accipere per authoritatem diuinæ legis: *Scriptum est enim in lege Moysi*, videlicet Deuter.25. & habetur idem 1. ad Tim.5. *Non alligabis os boui trituranti*, vt possit viuere de labore suo: idest, non prohibebis, prædicatorem viuere de Euangelio. Triturare enim est separare granum à paleis: quod facit prædicator abstrahendo animas à terrenis, discernendo virtutes à vitijs, separando vtilia à vanis, *Ier.15. Si separaueris preciosum à vili, quasi os meum eris*. *Quoniam debet in spe qui arat, arare*: in spe scilicet stipendiorum temporalium; non tamen (*nota*) propter spem hanc: debet enim primùm quærere Regnum Dei. *Et qui triturat*; idest, bonos à malis, quasi grana à paleis, discernit prædicando ad mores, debet hoc facere *in spe*: (*non propter spem*) *fructus percipiendi*, 2. *Tim*. 2. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus*? Hîc probat, quòd licet accipere sumptus, per rationem. Majus enim est dare spiritualia, quàm accipere temporalia: ergo, si Apostolus & *prædicator* dat spiritualia, licet ei accipere temporalia. Q.d. *Si nos vobis seminauimus spiritualia*, à Spiritu sancto ministrata, *magnum est, si nos metamus* ad sustentationem nostram *carnalia*; idest, ad carnis sustentationem concessa? Q.d. Non est magnum. Deinde cum dicit: *Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur &c.* probat, quòd licet sumptus accipere per exemplorum multitudinem. Q.d. *Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur*; idest, in Templo Iudæorum vel Gentilium, vt artifices, *quæ de sacrario sunt, edunt*? sustentabantur enim artifices de denarijs, qui in gazophylacio Templi offerebantur, vt patet 4. *Reg*.12. tempore Ioas. *Et qui altari* Templi Ierosolymitani, vel etiam ipsi Templo, vt Sacerdotes, *deseruiunt*, idest deuotè seruiunt: (vna enim de duodecim abusionibus est irreuerentia coram altari:) *cum altari participant*? quia scilicet partem habent de his, quæ offeruntur in altari, vt patet per totum Leuiticum, & maximè 6. & 7. Capite. Et sicut fit hìc, *ita & Dominus ordinauit*, idest rationabiliter disposuit, *ijs qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere*. Hoc autem ordinauit *Matth*.10. & *Luc*.10. dicens: *Dignus est enim operarius mercede*, vel *cibo suo*. Notandum autem, quòd Apostolus nominibus multorum officiorum prædicatorem hîc designat. Quia vocat eum primò militem, propter officium, Ecclesiam contra aduersarios defendendi, 2. Cor. 10. *Arma militiæ nostræ &c*. & 2. ad Tim. 2. *Labora sicut bonus miles Christi*. Secundò vocat eum vinitorem, propter officium palmites superfluos, idest malos, resecandi, Ose.2. *Dabo eis vinitores ejus ex eodem loco*. Tertiò pastorem, propter officium subditos bono exemplo pascendi, 1. Petr.5. *Pascite qui in vobis est gregem*. Quartò bouem, propter officium maturitatis in omnibus procedendi, Prou.14. *Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est: vbi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis*. Quintò aratorem, propter officium corda ad fidem & pœnitentiam aperiendi, Ose.10. *Arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob*. Sextò trituratorem, propter officium malos à bonis discernendi, Is.41. *Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia: triturabis montes, & comminues*. Septimò seminatorem, propter officium frequenter & vtiliter prædicandi, Luc.8. *Exijt qui seminat seminare semen suum*; & Psal.125. *Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua*. Octauò Templi architectum, propter officium Ecclesiam construendi, & reparandi, 1.Cor.3. *Vt sapiens architectus fundamentum posui*. Nonò altaris ministrum, propter officium Deo deuotum obsequium impendendi, 1. Cor. 4. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi*.

Probatur idem authoritate diuinæ legis.

Probatur ratione.

Item exemplis.

Idem & Christus ordinauit.

Prædicator, miles, vinitor, pastor, bos, arator, triturator, seminator, Templi architectus, & altaris minister.

y *Verùm, quæ hucusque dicta sunt, & ex Apostolo exposita, sano intelligenda sensu, ne venale fortè putetur Euangelium. Vnde & ad hoc tollendum scandalum apud pseudo-apostolos, immò & apud Corinthios ipsos, quia erant auari, à sumptibus accipiendis abstinuit Paulus, vt supracit. loco tangit, cum ait*: Sed non vsi sumus hac potestate (*sumptus scilicet accipiendi, qui sibi debebantur*) sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi. *Quasi diceret*: Patet G quòd licet nobis sumptus accipere: sed tamen *non vsi sumus hac potestate*, 1. Corint.6. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt*: non quia non indigeamus, quia etsi penuriam patiamur, *omnia* tamen patienter *sustinemus*, 2. Corinth.11. *Cum essem apud vos, & egerem, nulli onerosus fui*: sed hoc ideò feci, *ne quod offendiculum demus Euangelio Christi*. Hoc autem potuisset accidere, vel quia pseudo-apostolis daret exemplum accipiendi: vel quia Corinthij auari erant, & scandalizarentur, si ab eis acciperet. Vel fortè putarent, se emisse licentiam peccandi (*caueant idcircò Prælati, ne aliquid præter debitum à subditis accipiant, vt non detur eis ansa ad peccandum*:) & diminueretur in Apostolo authoritas arguendi: & his modis daret offendiculum Euangelio Christi. *Hinc* 2. ad Tim.2. *postquam dixit Apostolus*: Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere; *signanter subijcit*: Intellige quæ dico. *Hoc est, intellige* Primò H de subditorum fructibus, Philip.4. *Fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum & corona mea*. Secundò de subsidijs temporalibus, non pro præmio principali, sed pro stipendio. *Intellige quæ dico*: quia est necessaria discretio: ibi enim non sunt stipendia accipienda, vbi est occasio auaritiæ (*nota*) contra Euangelium, vel propter cupiditatem, vel propter ocium. *Et super illud Luc*.10. & 1.*Tim*.5. Dignus est operarius mercede sua, *quærit Author*. Nunquid I isti sumptus sunt merces? *Et respondet* ex Augustino *quòd sic*. Non tamen venale est Euangelium, vt pro istis prædicetur. Merces enim quandoque dicitur quod homini redditur pro præmio finali: & sic absit, quòd prædicatorum merces sint hujusmodi sumptus. Quandoque dicitur merces solùm quo quis fit dignus laborando. Et hoc modo largè hîc dicitur merces. *Igitur* stipendia L debentur prædicatoribus ad sustentationem victus, ne cogantur relinquere verbum Dei, & circa procuranda sibi necessaria occupari: non autem debentur eis, quasi pretium prædicationis. *Vnde & alibi quærens ex professo Author*: Vtrùm sit peccatum prædicatori, habere oculum ad temporalia? *Respondet, quòd* habere M oculum ad terrena, contingit dupliciter. Vno modo, sicut ad mercedem vel præmium: & sic prædicatori non licet habere oculum ad terrena, quia sic faceret Euangelium venale. Alio modo, sicut ad stipendia pro necessitate sustentationis vitæ: & sic licet prædicatori habere oculum ad terrena. Vnde super illud 1. Tim. 5. *Qui bene præsunt presbyteri &c*. dicit glossa *Augustini*: Necessitatis est accipere, vnde viuitur: charitatis est præbere; non tamen venale est Euangelium, vt pro his prædicetur, sed pro æternis: si enim sic vendunt, magnam rem vili vendunt. Accipiant ergo sustentationem necessitatis à populo, mercedem dispensationis à Domino. *Et huc fortasse*

Quomodo licitè accipiat prædicator stipendia sua.

G 1. Cor. 9. l. 2. ibi, & l. 3. In 4. d. 38. 2. 4. q. 1. ad 1. & Op. 19. c. 7. ad 5.

Corinthij auari.

Caueant Prælati ab accipiendo à subditis.

H 2. Tim. 2. l. 1. fi. & 1. Cor. 9. l. 2. fi.

Notent prædicatores.

I 1. Tim. 5. l. 3. ibi. & 1. Cor. 9. l. 1.

L 4. d. 25. 3. 1. q. 3 ad 5.

Sumptus non debentur quasi pretium prædicationis.

An peccet prædicator, habens oculum ad temporalia.

M Quol. 2. a. 12. & 1. Cor. 9. l. 5. fi.

tasse respexit Dominus Matth. 10. *vbi abstinens à verbo mercedis*: Dignus est *inquit* operarius cibo suo: *vt innueret, ad victus duntaxat sustentationem, non tanquam Euangelij prædicati mercedem, Dei verbum annunciantibus temporalia deberi. Quòd si quis vim faciat in ijs verbis Luc.* 10. Dignus est operarius mercede sua: *dicimus cum Authore, quòd* merces N alicui operanti debetur dupliciter. Vno modo ex debito legalis justitiæ, sicut quando pactum interuenit inter operantem, & eum cui operatur: ita, quòd operarius potest alium compellere ad soluendum. Alio modo ex debito justitiæ amicabilis: sicut quando aliquis amicabiliter alteri de suo labore seruit, debitum est, vt alius ei suo modo vicem rependat, quamuis non possit eum per judicem compellere: hos enim duos justitiæ modos Philosophus distinguit *in* 8. *Ethic.* Quando ergo aliquis Prælatus alicui plebi præficitur, hoc modo ad inuicem colligantur, quòd subditi possunt à Prælato spiritualia petere, & Prælatus à subditis temporalia. Sed ab alijs, qui non sunt Prælati, non possunt subditi spiritualia exigere, nec è conuerso ipsi possunt eos cogere ad soluendum temporalia, quamuis ex licentia Prælatorum spiritualia seminent: nisi fortè quantum ad omnia Vicarij Prælatorum constituantur. *Cæterùm* prædicatores O non debent quærere temporalia, quasi ex principali intentione, vt in eis finem constituant: possunt tamen quærere secundariò, vt sustententur ad Euangelium prædicandum, quod primò quærere debent, Matth. 6. *Quærite primùm regnum Dei, & justitiam ejus.* Apertè, *ait glossa*, hic ostendit, ista non esse petenda, tanquam bona nostra, etsi necessaria. Regnum enim petendum est, & in eo finis noster est ponendus, propter quem omnia faciamus. *V. G.* Manducemus, vt euangelizemus: non euangelizemus, vt manducemus. *Ad necessariam ergo tantummodo vitæ sustentationem, non aliter, temporalia à populis prædicatores quærant.*

N *Op.* 19. *c.* 7. *ad* 4. *In* 4. *d.* 25. 3. 2. *q.* 2. *ad* 4.

Duplex operanti merces debetur.

O *Op.* 19. *l. c. ad* 3.

Secundariò, non de prima intentione & tanquam finē, quærat prædicator temporalia.

2 *Et hac quidem de causa, gratis verbum Dei seminandum docuit Dominus Matth.* 10. Gratis accepistis, gratis date. *Vbi* cupiditatem P excludit; idest, non propter aliquod temporale. Pretium enim rei vel majus vel æquale. Illud enim, quod per pretium tradis, non est ita in corde tuo fixum, sicut pretium, quod recipis. Nihil autem est dono Dei æquale vel majus, *Sap.* 7. Non comparaui illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua &c. *Idcircò, pauperem immò vitam agere voluit prædicantes: quod innuit satis vbi immediatè subdit*: Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris: non peram in via, neque calceamenta, neque virgam. *Quem ad locum: Ante* Q passionem, *inquit Author*, missi sunt Apostoli ad Iudæos: apud Iudæos autem erat consuetudo, quòd suis debebant prouidere Magistris; ideò nihil ferre præcepit, cum mitteret eos ad Iudæos. Sed ista non erat consuetudo in Gentibus: ideò, cum missi sunt ad Gentes, data est eis licentia portandi sumptus. (Luc. 22. *Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram &c.*) Portabant igitur, quando prædicabant alijs, quàm Iudæis. Et quia quędam sunt ad necessitatem, alia quibus emuntur necessaria, ideò vtrunque prohibet. Dicit ergo: *Nolite possidere aurum &c.* Quia omnis pecunia vel est de auro, vel de argento, vel ęre. Vnde dicebat Petrus Act. 3. *Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do.* Et quare hoc Dominus pręcepit? Vna ratio est: quia Dominus mittebat pauperes ad prędicandum: ideò posset aliquis credere, quòd non prędicarent, nisi propter quęstum. Vt igitur ista suspicio amoueatur, pręcepit nihil portare. Item ad tollendum solicitudinem: quia si essent circa hoc nimis soliciti, impediretur verbum Dei. *Vide plura ibi. Quod quidem & Christus Dominus suo ostendit exemplo*: Christum *enim* decuit R in hoc Mundo pauperem vitam ducere (*inter cætera*) quia hoc erat congruum prędicationis officio, propter quod venisse se dicit Marc. 1. *Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem: adhoc enim veni.* Oportet autem prędicatores verbi Dei, vt omnino vacent prędicationi, omnino à sęcularium rerum cura esse absolutos: quod facere non possunt qui diuitias possident. Item, ne si diuitias haberet, cupiditati, ejus prędicatio adscriberetur. *Ex quo debent omnino prædicatores affectu esse alieni à terrenis & temporalibus, & ad Christi nomen prædicandum solummodo intenti, Rom.* 1. Per quem accepimus gratiam & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ejus, *scilicet* dilatando S non pro aliquo terreno fructu sibi quęrendo, *Act.* 9. Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum &c. *Hinc hi, qui propter Dei gloriam prædicant*, Reginę *in domo Regis, scilicet in Ecclesia, sunt: qui propter temporalia*, concubinę, *Cant.* 6. Sexaginta sunt Reginę, & octoginta concubinę. *Vbi Author*: Reginę T sunt Doctores Sanctę Ecclesię, qui merito fidei & scientię, toro Regis ęterni propinquant, & spirituales Dei filios pariunt. Sexagenarius numerus ex denario & senario perficitur. Denarius per senarium multiplicatus, in sexagenarium consurgit. Et per denarium significantur diuina pręcepta propter Decalogum legis. Senarius verò pro perfectione ponitur: quia sex diebus perfecit Deus opera sua. *Reginæ* ergo *sexaginta* dicuntur esse, quia eos significant, qui perfectione scientię & operis pollent: & propter solum amorem Conditoris sui, & intuitu supernę remunerationis ęterna gaudia prędicant. *Concubinæ* verò significant eos, qui non sincerè Christum prędicant, sed propter lucra temporalia, vel propter laudes populares. Nam & istę, sicut & *Reginæ*, ad torum Regis per scientiam accedunt, & filios spirituales generant: sed ad coronam ęterni Regis alienę existunt. Et bene octogenario numero comprehenduntur: nam hic numerus ex denario & octonario conficitur. Octonarius verò in malo accipitur aliquando propter quaternarium, quo multiplicato consistit: quaternarius enim temporalia quęque & præsentia significat, propter anni tempora, vel propter quatuor Mundi elementa (*vel quatuor Mundi partes.*) Rectè ergo *Concubinæ* istæ *octoginta* esse dicuntur: quia propter sola temporalia & visibilia prædicant, & spiritualia minùs curant. De talibus Apostolus dicebat *Philip.* 1. Quidam autem ex contentione Christum annunciant non sincerè. *In maiori autem numero concubinæ sunt, quàm Reginæ: quia multò plures sunt qui ob lucrum temporale prædicant, quàm qui sincerè Christum annunciant. De his pariter videtur locutus & Apostolus Petrus in sua secunda cap.* 2. *cum ait*: In auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur. *In auaritia*, causa V lucri temporalis, *negociabuntur de vobis*, vt aliquid lucri acquirant, sicut homo negociatur de panno, vt aliquid lucretur, *fictis verbis*, idest falsis doctrinis & adulationibus. Non causa, *inquit glossa*, religionis, sed auaritiæ: vt aliquid lucrentur, nouas fingunt doctrinas: nec vos emunt Deo, sed *de vobis* aliquid commodi acquirunt, 1. Tim. 6. *Existimantes quæstum esse pietatem.* Conueniunt autem hæc verba prædicatoribus quæstuarijs, qui in prædicatione sua, quæstus causa, falsa interserunt (*falsa narrantes miracula*) & indulgentias vendunt, *nec rarò fortassè fingunt, ad lucrum multiplicandum. Ex his deducitur, quàm congruum justumque sit, prædicatoribus necessaria siue pro victu, siue pro vestitu, siue pro itinere, siue pro studio subministrare: quàm scandalosum verò fidelibus, & damnosum concionatoribus, si qui essent, sacram prædicationem*

P *Matth.* 10. *lit. a. ibi.*

Prædicator non inhiet pecuniæ.

Q *Ibid. ibi. Quol.* 12. *a.* 19. *ad* 1. & 2. 2. 185. 6. *ad* 2.

Exemplo Christi paupertate, & cur.

R 3. *p.* 40. 3. *c.*

S *Rom.* 1. *l.* 4. *ibi. Eph.* 6. *l.* 4. *ibi, calceati. Philip.* 1. *l.* 2. *ibi, sincere.*

Prædicatores, ob Dei gloriam ejus verbum annunciantes, Reginæ in Ecclesia sunt: ob temporalia, concubinæ.

T *Cant.* 6. *com.* 1. *ibi.*

V 2. *Pet.* 2 *ibi.* & 1. *Thess.* 2. *l.* 1.

Prædicatoribus quæstuarijs monitum.

Digitized by Google

nem vendere, plusque offerenti sanctum exhibere ministerium, & hoc sæpe ex condicto stabilire: quod est adulterare verbum Dei, 2. Cor. 2. Non adulterantes verbum Dei. *Adulterantes*, idest X prædicantes vel propter quæstum, vel propter fauorem laudis. Sic enim mulieres, adulteræ dicuntur, quando recipiunt semen ex alio viro ad propagationem prolis. In prædicatione autem semen nihil aliud est, quàm finis, seu intentio tua. Si ergo finis tuus est questus: si intentio tua est fauor glorię proprię, adulteras verbum Dei. Hoc faciebant pseudoapostoli, qui propter questum prędicabant, & propriam gloriam. *Et alibi*. Adulterium Y spirituale est, quando verba sacrę Scripturę retorquent in alium sensum, vel ad alium finem, putà si prędicent ad lucrum, vel seductionem. *Cæterùm Apostolus 1. Corinth. 9.* Quatuor Z tangit differentias eorum, qui tenentur prędicare. Quidam enim tenentur, sed non euangelizant. Hi merentur pœnam. Quidam tenentur, & euangelizant, sed coacti. Hi non merentur mercedem, sed vitant pœnam. Quidam tenentur, & euangelizant voluntariè, sed accipiunt sumptus. Hi merentur mercedem, & vitant pœnam, sed non habent supererogationis gloriam. Quidam tenentur, & euangelizant voluntariè, nec accipiunt sumptus. Et hi mercedem merentur, & vitant pœnam, & habent supererogationis gloriam. *De qua ibid. Apostolus*: Bonum est mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. *Vbi subijcit Author*: Multi A tamen moderni Doctores gloriam istam euacuant, vel propter intentionem sumptuum, vel propter fauorem humanum, *Iob cap. 12.* Ducit Sacerdotes inglorios, & Optimates supplantat. *Consulat sibi, quisquis vel ex munere, vel ex commissione, Dei verbum annunciat.*

X 2. Cor. 2. l. 3. fi. & cap. 4. l. 1.
Quid sit adulterare verbum Dei.
Y Ps. 49. lit. 2. fi.
Z 1. Cor. 9. l. 3 fi.
Quatuor differentiæ eorum, qui prædicare tenentur.
A Ibid. sub initio.

a *Et bene dicitur*, vel propter fauorem humanum, *quod est secundum à prædicatoribus declinandum, vt & ab initio ex Authore præmissum est. Porrò inter cætera, quæ ad humanum captandum fauorem alliciunt, præcipuum est sermonis facundia: quam in sacris præconibus non ideò improbari, sed immò potissimùm exigi, ex pluribus manifestum est. Et in primis quidem ex eo liquet, quod de Apostolis dicitur Act. 2.* Cœperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. *Eloqui autem ex Calepino proprium est Oratoris. Vnde* Tullius 2. de Orat. Oratoris *inquit* est, compositè, ornatè, copiosè loqui. *Eloquentes inquam fuerunt in prædicatione Apostoli sancti.* Est enim B triplex modus loquendi. Vnus humilis, quem communiter loquimur. Alius, quando est coloratus. Et alius, quando est ornatus tantùm. Primus conuenit docenti: secundus persuadenti: tertius delectanti. Et quolibet istorum modorum loquebantur Apostoli, *magnalia scilicet Dei: siquidem singuli prædicatoribus necessarij sunt. Sanè*, quia C Apostoli priuilegiati fuerunt in omnibus donis, habuerunt (*præter cætera*) etiam copiam *eloquentiæ* ad annunciandum Euangelium, *Luc. 21.* Dabo vobis os & sapientiam &c. *Et alibi*: Non sufficit D injunctio & authoritas prædicandi, nisi homo per bonam scientiam & discretam *eloquentiam* ipsam exequatur, & per bonam vitam commendet &c. *Et ad illud Ioann. 12.* Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas & Philippus rursùm dixerunt Iesu (*quòd scilicet quidam Gentiles volebant eum videre*:) *scribit Author*. Possumus E in nominibus istorum duorum intelligere duo necessaria prædicatoribus, vt homines ad Christum adducant. Primum est *disertitudo ordinatæ locutionis*, quæ notatur in nomine Philippi, quod interpretatur *os lampadis*. Secundum est virtus bonæ operationis, quæ notatur in nomine Andreæ, quod interpretatur *virilis*. *Et quamuis sacri præcones* Christum crucifixum *cum Paulo prædicare moneantur: minimè tamen prohibentur simul & Nazarenum (qualem & in Cruce legimus) hoc est, floridum, denunciare, quemadmodum &* florem campi, & lilium conuallium *edicere. Vnde* floribus fulciri languens amore *sponsa (hoc est, Ecclesia) petit* Cant. 2. *dum &* flores fructus parturiunt, *Cant. 7.* Fructus *inquam* honoris & honestatis, *Eccli. 24. Quod mysticè ad eandem sponsam, Ecclesiam nimirùm, innuere videtur sponsus* Cant. 4. *cum ait*: Mel & lac sub lingua tua, *ad signandam sacri eloquij dulcedinem, & facundiæ suauitatem. Et priùs cap. 1.* Muręnulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. *Quod exponitur.* Muręnulæ F juxta literam ornamenta sunt colli virginalis & puellaris: virgulæ videlicet auri perplexæ, intermistis nonnunquam pulchra varietate subtilissimis argenti filis. Et hoc est, quod dicit, *vermiculatas argento*; idest, in modum vermium terrenorū, quos lumbricos dicunt, distinctas, & inter se conjunctas. *Muręnulæ* autem dicuntur à similitudine piscis maritimi, qui *muræna* vocatur. Mysticè (*ad rem nostram*) *muręnulæ* sunt perplexa Scripturarum dogmata, ex diuersis Sanctorum Patrum sententijs inter se juncta. Aurum quippe claritatem significat sensus spiritualis: argentum verò nitorem *eloquij* designat: (*Psalm. 11.* Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum.) *Muręnulas aureas* ergo Sponsus Sponsæ suæ facit, cum Christus Ecclesiam suam doctrinis Patrum, sensu & *eloquio* fulgentibus, instruit: atque ad illorum fidem & virtutem imitandam accendit. Notandum verò, quòd dicit pluraliter, *faciemus tibi*: quasi enim Christus se personis Doctorum conjungit, per quos ipsæ *muręnulæ* incatenantur, vt istis Ecclesia exornetur; *Luc. 21. cit.* Dabo vobis os, & sapientiam &c. *Hinc super illa verba Apostoli Coloss. 2.* Vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonis, *quærit author*: Nunquid G est peccatum, vti sermonibus sublimibus? *Et respondet*: Non. Quia etiam sancti Viri elegantiùs loquuntur, quàm etiam rhetores Mundi, sicut Ambrosius, Hieronymus, & Leo Papa. Nam, si licet vti ad persuadendum in malo ornata locutione: multò magis in bono. *Quam quidem nedum Sancti Patres adhibuerunt, sed & ipsa sacra comprobat Scriptura. Nam de veteri loquens Apostolus testamento Rom. 3. ait*: Credita sunt illis (*Iudæis*) eloquia Dei. *Item* Dauidis & Iobi *metricè scripti sunt libri, vt docemur H. Facundissimus etiam fuit sacræ* Machabæorum *scriptor historiæ. Et de* Isaia *dicit* Hieronymus *in Prolog.* Primum de Isaia sciendum, quòd in sermone suo disertus sit: quippe vt vir nobilis & vrbanæ eloquentiæ, nec habens quidquam in eloquio rusticitatis admistum. *In specie autem Liber* Threnorum Ieremiæ *laudatur ab Authore ex illo Ezech. 2.* Ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber; *cum ait*: Est idem I iste *liber inuolutus* ornatu verborum, vnde & metricè descriptus, & rhetoricis est ornamentis coloratus, Prou. 15. *Lingua sapientum ornat scientiam.* Est etiam *inuolutus* profunditate mysteriorum, 1. Cor. 14. *Spiritus enim loquitur mysteria.* Est etiam *inuolutus* varietate similitudinum, sicut & cæteri prophetarum libri, *Prouerb. 1.* Animaduertet parabolam & interpretationem, verba sapientum, & ænigmata eorum. *Vnde & Ecclesia hymnis vtitur metrica arte confectis ad laudes Domino decantandas. Et quidem Sap. 7. de diuina Sapientia dicitur*: Est in illa spiritus intelligentiæ subtilis disertus &c. *& cap. 10.* Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas; *prædicatorum scilicet, qui ad annunciandam veritatem diuinam, nisi Deus det, velut infantes sunt, Ierem. 1.* A a a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. *Igitur eloquentia sermonis & ornatus prædicatoribus non interdicitur, sed quòd principaliter in humana eloquentia non sistant, quam potiùs diuinæ studeant sapientiæ deseruire. Illud propterea Matth. 10.* Nolite possidere aurum neque argentum,

Non prædicandum ob humanum fauorem.
Non improbatur, immò exigitur & laudatur in prædicatore facundia, & eloquentia.
B Ps. 18 lit. b. fi.
Apostoli, eloquentes in prædicatione fuerunt, atque diserti.
C Eph. 4. l. 4. initio. & 1. Cor. 1. l. 4. & cap. 2. l. 1.
D Ad Gal. 1. l. 2. ibi, operatus est Petro.
E Ioan. 12. l. 4. in fi.
Murænulæ aureæ quid literaliter.
F Cant. 1. com. 2. ibi.
Quid mysticè.
G Coloss. 2. l. 1. fi. Op. 19. c. 11.
Sancti Patres, & sacra Scriptura ornata elocutione vtuntur.
Psalmorum & Iob Libri, metricè scripti.
H Ps. 4. lit. a. & Ps. 38. lit. a. Iob 3. l. 1. & cap. 21. l. 1.
I Prol. in Thren. & in Is.
Non interdicitur prædicatoribus eloquentia & ornatus, sed vt in ea principaliter non sistant.

Digitized by Google

L 2. 2. 185. 6. ad 2.

tium, *nedum literaliter, vt expositum est, sed & mysticè* L potest intelligi *ex Hieronymo*: vt non possideamus aurum, neque argentum: idest, vt prædicatores non innitantur principaliter sapientiæ & eloquentiæ temporali. *Sic quoque intelligenda veniunt verba Apostoli pluribus in locis, præsertim* 1. *Cor.* 2. Non veni in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Christi. *Et iterum:* Sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis. *Et post pauca:* Quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis &c. *Et cap.* 1. Misit me Christus euangelizare, non in sapientia verbi: *Quod exponitur:* idest M in sapientia humana. *Vbi & ad rem nostram instruimur*, quòd aliud est docere in sapientia verbi quocunque modo intelligatur: & aliud vti sapientiâ verbi in docendo. Ille in sapientia verbi docet, qui sapientiam verbi accipit pro principali radice suæ doctrinæ, ita scilicet quòd ea solùm approbet, quæ verbi sapientiam continent: reprobet autem ea, quæ sapientiam verbi non habent; & hoc fidei est corruptiuum. Vtitur autem sapientiâ verbi qui suppositis veræ fidei fundamentis, si qua vera in doctrinis Philosophorum inueniat, in obsequium fidei assumit. Vnde *Augustinus dicit in* 2. *de Doctr. Christ.* Si qua Philosophi dixerunt fidei nostræ accommoda, non solùm formidanda non sunt, sed ab eis, tanquam ab injustis possessoribus, in vsum nostrum vendicanda. *Et in* 4. *de Doctr. Christ. dicit:* Cum posita sit in medio facultas eloquij, quæ ad persuadendum seu praua seu recta valet pluribus, cur non bonorum studio comparetur, vt militet veritati, si eam mali in vsum iniquitatis & erroris vsurpant? *Profectò (docet alibi Author)* commendabile est N quòd aliquis eloquentiam & sapientiam secularem ad obsequium diuinæ sapientiæ trahat: & hoc reprehendentes, sunt sicut cæci inuidentes videntibus, *quæcunque ignorant, blasphemantes*, vt dicitur in canonica Iudæ. Et in sacra Scriptura curandum est, vt homo eloquenter & ornatè loquatur, vt magis (*nota*) sermo proficiat audientibus: (*Prou* 16. Dulcis eloquio, majora percipiet.) Vnde *Augustinus* in 4. lib. de Doctr. Christ. *Oportet eloquentem Ecclesiasticum, quando suadet aliquid quod agendum est, non solùm docere vt instruat, & delectare vt teneat, sed etiam flectere vt vincat.* Ex quibus patet, eos qui prædicando vel legendo, sacram Scripturam docét, eloquentia vti debere, & sapientia seculari. (*Vnde & de Moyse legitur Act.* 7. *quòd* eruditus erat omni sapientia Ægyptiorum.) Hoc etiam patet per *Gregorium & Ambrosium*, & alios, qui ornatissimè sunt locuti. *Augustinus* etiam, & *Dionysius*, & *Basilius* multa in suis libris de sapientia seculari interseuerunt, sicut patet legentibus, & intelligentibus eorum scripta. Apostolus etiam *Paulus* (*qui & peritissimus erat: quamuis enim de se dicat* 2. *Cor.* 11. Etsi imperitus sermone, *hoc exponitur*: idest O ad literam balbus fuit; *unde subdit*: sed non scientiâ:) authoritatibus Ethnicorum in sua prædicatione est vsus, vt patet ad Tit. 1. *Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta:* Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. *Testimonium hoc verum est:* (*videlicet*, testimonium P cujusdam poetæ eorum, scilicet Epimenidis. Per hoc *ex glossa* intelligimus, quòd Doctor sacræ Scripturæ accipit testimonium veritatis vbicunque inuenerit. Vnde Apostolus in pluribus locis recitat dicta Gentilium, sicut 1. Cor. 15. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Item Act. 17. *In ipso viuimus, & mouemur, & sumus.* Nec propter hoc approbatur tota eorum doctrina: sed eligitur bonum, quia verum à quocunque dicatur, est à Spiritu sancto: & respuitur malum.) Ex quo iterum patet, quòd Doctoribus sacræ Scripturæ conuenit, eloquentiâ & sapientiâ seculari vti. Sciendum est tamen, quòd vti sapientiâ & eloquentiâ seculari in sacra Scriptura, quodammodo commendatur, & quodammodo reprehenditur. Reprehenditur quidem, quando aliquis ad jactantiam eis vtitur, & quando eloquentiæ & sapientiæ seculari principaliter studet. Tunc enim oportet, quòd illa vel taceat vel neget, quæ secularis scientia non approbat, sicut articulos fidei, qui sunt supra humanam rationem. Et similiter qui eloquentiæ principaliter studet (*nota*) homines non intendit inducere in admirationem eorum, quæ dicit, sed dicentis. Et hoc modo humana sapientiâ & eloquentiâ pseudo-apostoli vtebantur, contra quos Apostolus loquitur in Epistola 2. *ad Corinthios*. Commendatur autem, quando ad se non ostentandum, sed ad vtilitatem audientium, qui sic quandoque (*nota*) faciliùs & efficaciùs instruuntur, vel conuincuntur aduersarij, vtitur aliquis sapientiâ & eloquentiâ seculari. Et iterum, quando aliquis non principaliter eis intendit, sed eis vtitur in obsequium sacræ Scripturæ, cui principaliter inhæret, vt sic omnia alia in obsequium ejus assumat, secundùm illud 2. Cor. 10. *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Et ita etiam Apostoli eloquentiâ vtebantur. *Nam ad stabiliendam in Ecclesia fidem Christi*, Spiritus sanctus dabat *eloqui illis*. *Sapientiæ igitur diuinæ humanæ scientiæ tanquam ancillæ deseruiant: quod innuitur satis Prou.* 9. *cum dicitur:* Sapientia misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem &c. *Ancillas suas: hoc est humanas scientias.* Vtitur enim Q alijs scientijs, tanquam inferioribus & ancillis: sicut architectonicæ vtuntur subministrantibus, vt ciuilis militari. Et hoc ipsum, quòd sic vtitur eis, non est propter defectum, vel insufficientiam ejus, sed propter defectum intellectus nostri, qui ex his, quæ per naturalem rationem (ex qua procedunt aliæ scientiæ) cognoscuntur, faciliùs manuducitur in ea, quæ sunt supra rationem, *vt dicitur* ad Rom. 1. *Itaque humanam sapientiam, & eloquium, diuinæ sapientiæ præponere, reprehensibile est: secus, in obsequium fidei & euangelicæ veritatis adhibere, commendabile plurimùm est, & sæpè proficuum. Præferatur ergo doctrina Christi humanæ sapientiæ & doctrinæ. Quod mysticè innuere voluit sponsus* Cant. 4. *vbi ad Ecclesiam sponsam expressit:* Meliora sunt vbera tua vino; *idest*, doctrina tua R præualet doctrinæ philosophorum, quæ non temperat se proportioni audientium, sed continet se in quadam austeritate, & excellentia verbi cum ponderositate sententiæ: ideò hujusmodi doctrina dicitur vinum, non lac, quia caret dulcedine. *Sed & illud quantùm ad secularem sapientiam reprobandum*: quando S propter delectationem in aliqua scientia veniret in contemptum alicujus quod reuereri oportet: sicut de *Hieronymo* accidit, qui tantùm delectabatur in ornatu verborum Tullij, quòd despiciebat ei incultus sermo Prophetarum, vt ipse dicit. Sicut etiam accidit illis, qui tantùm inhærent rationibus humanis, quòd à fide discedunt, & eam impugnant. *Et Augustinus, loquens de se ipso ante conuersionem suam:* Visa est T mihi, *inquit*, Scriptura sacra indigna quam Tullianæ dignitati compararem: tumor enim meus refugiebat modum ejus.

b *Hinc aduersùs illos, qui studium literarum in religiosis damnabant (quorum antesignanus fuit impius* Iulianus V apostata, qui vt Ecclesiastica narrat historia, seruos Christi à studio literarum coercuit: cujus imitatores se ostendunt qui religiosis studium interdicunt, manifestè contra authoritatem Scripturæ loquentes: dicitur enim Is. 5. *Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam*; idest, quia noluit habere. Non autem voluntarius defectus scientiæ puniretur, nisi studium scientiæ laudabile esset. *Vide plura ibi.*)

con-

Marginal notes (left): M 1. Cor. 1. 3. ibi. Opusc. 19. c. 11. — Aliud docere in sapientia verbi: aliud vti sapientia verbi in docendo. — Humana sapientia & eloquentia ad obsequium fidei, & Christianæ sapientiæ trahenda: non improbanda. — N Op. 19. c. 12. — Ornata locutio magis audientibus proficua. — Licet vti & dictis Gentilium. — O 2. Cor. 11. l. 2. ibi. D Paulus balbus erat. — P Ad Tit. 1. l. 3. ibi. — Verum, à quocunq; dicatur, à Spiritu sancto est.

Marginal notes (right): Vti in sacra Scriptura sapientia seculari, quodammodo commendatur, quodammodo reprehenditur. — Notet prædicator disertus. — Q 1. p. q. 1. a. 5. ad 2. — R Cant. 4. com. 1. ibi. — S 3. d. 35. q. 1. a. 3. q. 3. c. — Malum est delectari magis in sapientia humana & eloquentia, quã in lectione sacræ Scripturæ. T Opusc. de er. Pr. l. 3. c. 10. — V Op. 19. c. 11. Iuliani apostatæ impius error.

X *Ibidem.* Religiosi, non solùm studio sacrarum, sed & secularium literarum laudabiliter vacant.

constanter asserit Author, quòd Religiosi, prædicatores præsertim, non solùm X studio literarum sacrarum, sed etiam studio literarum secularium laudabiliter vacare possunt, vt expressè habetur *per Hieronymum* in Epist. ad Pammachium Monachum. *Si adamaueris captiuam mulierem, scientiam scilicet secularem, & ejus pulchritudine captus fueris: decalua eam, atque illecebras crinium atque ornamenta verborum cum remotis vnguibus seca: laua eam prophetali nitro; & tunc requiescens cum illa, dicito:* Sinistra ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me: *& multos sibi fœtus captiua dabit, ac de Moabitide efficietur Israelitis.* Ex quo patet, quòd & monachis licet seculares scientias addiscere: dummodo ea ibi, quæ reprehensibilia inueniuntur, secundùm regulam sacræ Scripturæ resecentur. *Vnde &* Paulus Y & alij Apostoli fuerunt instructi diuinitus in linguis omnium gentium, quantum requirebatur ad fidei doctrinam: sed quantùm ad quædam, quæ superadduntur humana arte ad ornatum & elegantiam locutionis, Apostolus instructus erat in propria lingua, non autem in aliena. Sicut etiam in sapientia & scientia fuerunt sufficienter instructi, quantum requirebat doctrina fidei. *Quod expressè fatetur* 2. Cor. 11. *cum de seipso ait:* Nam, etsi imperitus sermone, sed non scientia. *Ad cujus majorem notitiam* hoc sciendum Z quòd pseudo-apostoli, quærentes gloriam propriam, & lucra sectantes, nitebantur attrahere populum per ornata & subtilia & exquisita verba, non attendentes nisi solùm aures permulcere. Apostolus verò, quia non quærebat vtilitatem propriam, sed solùm dilatationem fidei Christi & profectum ejus, ita proponebat verbum fidei, vt omnes possent capere, conformans se conditioni auditorum & capacitati. Vnde quia isti in principio non erant capaces altæ doctrinæ, proposuit eis fidem, non in subtilitate sermonis, sed eo modo, quo capere possent, scilicet planè & apertè. Et ideò isti dicebant, eum esse *imperitum sermone: (quales dicuntur & modò prædicatores, si Euangelicam veritatem sine fuco denunciant, & charitatis zelo in peccatores declamant, non prurientes auribus, aut adulantes:)* Et propter hoc dicit Apostolus: *Etsi imperitus sermone*, vt vobis videtur, hoc non fuit ex defectu scientiæ, sed propter vos ex quadam dispensatione, quia *tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis*, 1. Cor. 3. Vel ad literam dicendum, quòd Apostolus balbus erat, & ex hoc deridebant eum. Et ideò dicit: *etsi imperitus sermone*; idest, impeditę linguę: sed tamen non sum *imperitus scientia.* *Ex quo instruuntur prædicatores sese auditoribus conformare, & juxta eorum statum, diuinum proponere verbum. Prædicator (inquit Author)* ea A debet dicere, quę pertinent ad eos, quibus prędicat, non autem quę pertinent ad alios, Is. 58. *Annuncia populo meo peccata eorum:* Q. d. non quę sunt aliorum. *Vnde Apostolus* 1. *Corinth.* 9. Factus sum Iudęis, tanquam Iudęus, vt Iudęos lucrarer. Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. *Id quod edocuit Dominus Magister noster.* Christus *enim* quędam B turbis loquebatur in occulto, parabolis vtens ad annuncianda spiritualia mysteria, ad quę capienda non erant idonei, vel digni. Et tamen melius erat eis, vel sub tegumento parabolarum, spiritualium doctrinam audire, quàm omnino ea priuari. Harum tamen parabolarum apertam & nudam veritatem Dominus discipulis exponebat, per quos deueniret ad alios, qui essent idonei, secundùm illud 2. *Tim.* 2. Quæ audisti à me per multos testes, hęc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. *Eapropter & plures adducebat sermocinando parabolas:* quia nimirùm in multitudine C hominum diuersi diuersimodè sunt affecti: ideò diuersificare debuit, vt congruant diuersis affectibus. *Cujus exemplo non solùm prædicatores vti decet similitudinibus vel parabolis, sed & laudabile est, & auditoribus proficuum.* *Et quidem* vna ratio D est: quia per hujusmodi parabolas absconduntur sacra ab infidelibus, ne blasphement, Matth. 7. *Nolite dare sanctum canibus.* Et cap. 13. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis.* (*Vnde &* B. Dionysius E in omnibus libris suis obscuro vtitur stylo: quod non ex imperitia fecit, sed ex industria, vt sacra, & diuina dogmata ab irrisione infidelium occultaret.) Secunda ratio est: quia per hujusmodi parabolas homines rudes meliùs docentur; vnde quando diuina sub similitudinibus explicantur, meliùs capiunt & retinent: ideò Dominus loqui voluit in parabolis, vt meliùs memoriæ commendarent. *Et iterum, ad illud*, sine parabolis non loquebatur eis, *docemur, quòd turbis in parabolis loquebatur:* quia F in turba permisti erant aliqui fideles, & aliqui infideles: item aliqui benigni, & aliqui maligni. Propter malignos & infideles loquebatur sic, vt non intelligerent, Matth. 13. *Vt videntes non videant &c.* Propter fideles, vt meliùs capiant, meliùs retineant (*sicut prætactum est:*) *Vt impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum.* Dupliciter enim locutus est Dominus humano generi: primò in prophetis: secundò in seipso, Is. 5. *Ego ipse, qui loquebar, ecce adsum.* Vtrobique parabolicè locutus est, in prophetis multipliciter, & per seipsum similiter. Quod enim factum est in prophetis, signum fuit ejus quod faciendum erat per Christum. *Ex quo commendans Author Isaiæ librum:* Iste *inquit* propheta G alios prophetas *in hoc præter cætera* excellit, quòd ponit pulchras & curiales similitudines: quæ quidem sunt necessariæ nobis propter connaturalitatem sensus ad rationem. Est enim naturale rationi nostræ accipere à sensibilibus, vnde perspicaciùs capit ea, quorum similia ad propositum videt. Vnde *Dionysius in Epistola ad Tit.* 2. demonstrat, quòd necessariæ sint sensibiles figuræ in Scripturis, dicens: *Quicunque plana cum audierint, in se ipsis componunt figuram quandam, ad intellectum Theologiæ ipsos manuducentem.* Et Ose. 12. *In manu prophetarum assimilatus sum.*

C *Porrò tripliciter* H propter ea, quæ aliquis dicit, reputatur verbum ejus gratiosum. Primò quando dicit ea, quæ placent, & vtilia. Sic verbum Christi fuit gratiosum, quia leuia imponebat, & quietem promisit, Matth. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis &c. & ego reficiam vos. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Et Ioan. 6. *Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.* Item aliquis dicitur habere gratiosum verbum, propter efficaciam ad persuadendum. Et sic etiam habuit Christus, Matth. 7. *Erat docens eos sicut potestatem habens.* Et ideò dicitur Luc. 21. quòd *omnis populus manicabat ad eum*, idest, mane veniebat, *in Templo audire eum.* Et Ioan. 7. *Nunquam sic locutus est homo.* Item aliquis habet gratiosum verbum propter ordinatum modum proferendi & feruentem. Et sic habuit ordinatum & feruentem modum Christus in proferendo, *Psal.* 118. Ignitum eloquium tuum vehementer. *Et hinc optimi prædicatoris qualitates manifestantur. Debet enim in primis prædicare* quæ placent & vtilia, *collectiuè, non diuisiuè: multa enim placent sensui, quæ spiritui vtilia non sunt. Et hæc quidam, immò plurimi hoc nostro etiam tempore desiderant, de quibus dicitur Is.* 30. Qui dicunt Videntibus: Nolite videre; & aspicientibus: Nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt. Loquimini nobis placentia. *Quin nec desunt prædicatores, qui studiosè hoc palpando, & adulando procurant. Cujus oppositum diuinus prædicatorum Magister agebat: qui enim Ioan.* 1. plenus gratiæ & veritatis

Y 2. 2. 176. 1. ad 1. Pauli, cæterique Apostoli scientia etiam humana instructi.

Z 2. Cor. 11. l. 2. ibi. & Opusc. 19. cit. c. 12 ad 3.

Quo sensu dicatur Apostolus imperitus sermone.

Prædicator se auditoribus conformet, exemplo Christi.

A *Rom.* 3. *l.* 2. *ibi.*

B 3. p. 42. 3. *& c. & ad* 3. *Is.* 28. *lit.* 6.

C *Matth.* 13. *lit. a. ibi.* multa in parabolis.

Laudabiliter vtitur similitudinibus & parabolis: & cur eas Christus adhiberet.

D *Ibid. ibi.*

E *De diu. Nom. Proem.*

F *Matth.* 13. *lit. c. ibi.* sine parabolis.

Isaiæ liber ex hoc commendatur.

G *Prolog. in Is. & in Timen.*

H *Ps.* 44. *lit. b.* Tripliciter alicujus verbum gratiosum, sicut Christi fuit.

Prædicet concionator quæ placent & vtilia simul, non quæ tantùm placent palpando, exemplo Christi.

Digitized by Google

tatis *erat*, non palpabat I vitia hominum, sed veritatem omnibus apertè sine vlla fraude prædicabat, Ioan.16. *Ecce palam loqueris*. Sed heu! L talis Magister non quæritur: &, si esset aliquis talis, non audiretur, quia non dicit *placentia*, Is. cap.30. *Cesset à facie nostra Sanctus Israel*: idest, doctor docens veritatem: *quin tempore nostro* facta est veritas in obliuionem, *Is*.59. Quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum, *vt dicitur Psal*.11. *Verumtamen*, quamuis M qui sine adulatione prædicant, non habeant gratiam (*hoc est, non gratiosum verbum*) apud malos, qui dicuntur homines carnales: habent tamen gratiam apud bonos: *penes quos valdè gratiosum redditur eorum verbum*. *Probibetur autem quis præfato sensu hominibus placere*: Vno modo, ne N propter seipsum placere quærat, quasi in humano fauore finem constituens: sed hoc, quòd hominibus placere curat, debet aliquis referre vlteriùs ad aliquod bonum, scilicet ad Dei gloriam, vel proximorum salutem. *Quod bene*, inquit Gregorius, *Paulus insinuat, cum sui nobis studij occulta manifestat, dicens* 1.Cor.10. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. *Qui tamen rursus dicit ad Gal*.1. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. *Placet ergo Paulus, & non placet: quia in hoc, quòd placere appetit, non se, sed per se hominibus veritatem placere quærit*. Alio modo, quando aliquis, vt placeat hominibus, facit (*aut dicit*) aliquid, per quod Deo displicet. Et hoc est quod *Hieronymus dicit super Epist. ad Gal.* Si *inquit* fieri potest, vt pariter Deo & hominibus placeamus, placendum est & hominibus. Si autem aliter non placemus hominibus, nisi Deo displiceamus: Deo magis, quàm hominibus placere debemus. *Hinc ad illud Apostoli Galat*.1.*cit*. An quæro hominibus placere? *in persona Pauli exponit Author*: idest O non est intentionis meæ homines conuertere, vt placeam hominibus tantùm, sed propter honorem Dei. Et hoc patet: quia *si adhuc intenderem placere hominibus*, vt olim placui, *Christi seruus non essem* (*nec bonus ejus prædicator*.) Cujus ratio est: quia hæc sunt contraria: ita duntaxat, vt scilicet vellem placere hominibus propter homines, non referendo illud in Deum. Si enim ideò intendam aliquando placere hominibus, vt eos traham ad Deum, non pecco. Sed si primo modo, non sum seruus Christi, *Is*.28. Coangustatum est stratum, ita vt alter decidat. *Et* 1. *Cor*.10.*cit*. Sine offensione estote Iudæis & Gentibus & Ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. *Vbi Author*: Ecce *inquit* optimus P modus placendi omnibus, si omnium vtilitas, non priuatum commodum procuretur. *Charitas* enim *non quærit quæ sua sunt*; 1. Corinth.13. *Quod est* inquam *vtile multis*; & hoc non ad aliquod commodum temporale (*aut ad gloriam propriam*) sed adhoc *vt salui fiant*. *Idcircò, vt placeret, gratusque foret omnibus sermo suus, petebat Ephes*.6. Vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium Euangelij. *Quibus verbis* non solùm Q petit, quòd detur sibi sermo, seu prædicandi scientia: sed gratia loquendi *cum fiducia*. Item petit, vt detur sibi temporis seu modi congruentia: quia *tempus tacendi, & tempus loquendi*, vt dicitur Eccle.3. Et ideò subdit: *ita vt in ipso audeam prout oportet me loqui*. Et certè in omnibus modus & qualitas facit gratum: quia *Sermo opportunus est optimus*, vt dicitur Prou. 15. *Itaque debet prætosacer, gratus esse prædicando quæ placent, non quomodocunque, sed quæ placent, & vtilia spiritui*. *Non ergo vana & inutilia*, 1. Tim. 6. Depositum custodi, deuitans profanas vocum nouitates. *Et* 2. *Tim*.2. Profana, & vaniloquia deuita. *Profana*, quasi procul à Fano, scilicet à cultu diuino; idest, quæ fidei repugnant: *& vaniloquia*, idest, fabulosa. *Vnde Ier*.23. *dicebat Dominus*: Propheta, qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè: quid paleis ad triticum? *Et Iob cap*.16. Nunquid habebunt finem verba ventosa? *Vbi Author*: In hoc R quod dicit, *ventosa*, ostendit, quòd inutilia erant, soliditatem non habentia. *O quot ventosa in aliquibus audiuntur verba! Cui cohæret illud Psalm*. 11. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. *Nempe* vanum est S quod non habet subsistentiam. Item vanum est quod intellectu non tenetur. Etiam superflua verba vana sunt, *Prou*.14. Vbi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas. *Vnde & inutiles auditoribus efficiuntur, Psal*.13. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. *Ex quo autem* facti sunt *prædicatores* inutiles, *bene sequitur*: Non est qui faciat bonum *ex auditoribus*, non est vsque ad vnum. *Vana ergo, & superflua Prædicator euitet, si vult in auditoribus fructum facere: breuis siquidem sermo, sed medullatus, doctiorem indicat prædicantem, gratiorque euadit audientibus & fructuosior, Ephes*.3. Scripsi in breui, prout potestis legentes intelligere &c. *Hoc est*: in verbis T paucis hoc expressi, in quibus cognoscere potestis, quòd perfectam cognitionem habeam de mysterijs fidei, Cant.4. *Fauus distillans labia tua*. Labium quidem, breue quid est: & sic labia doctoris sunt *fauus distillans*, quando breuibus & paucis verbis multa & magna insinuat. Sed attende *ex Augustino* quòd debet intendere hoc Doctor, quòd intelligatur. Et quandiu adhoc laborat, verba sua non sunt superflua: sed, si postquam intelligitur, eis immoratur (*bene nota*) superflua sunt ejus verba, *nimiùmque audientibus tædiosa*. *Et ad Hebr*.13. Etenim perpaucis scripsi vobis: *idest*, valdè V paucis. Sermones autem breues valdè accepti sunt: quia, si sunt boni, inde auidiùs audiuntur: si verò mali, parùm grauant, *Eccle*.5. Sint pauci sermones tui; *& ab opposito*: In multis sermonibus inuenietur stultitia: *quandoquidem Prou*.10. In multiloquio non deerit peccatum, *defectus nimirùm, vanitatis saltem & superfluitatis*. *Hinc est, quòd vidit Ioannes Apoc*.14. alterum Angelum habentem Euangelium æternum. *Alterum Angelum*, idest X prædicatorem catholicum, *habentem Euangelium æternum*: multi enim habent, non *Euangelium*, sed vaniloquium, quia magis vanitatem, quàm veritatem vel bonitatem nunciant, Psal.118. *Narrauerunt mihi fabulationes*: (2. Tim.4. Ad fabulas autem conuertentur.) Deinde vidit Ioannes, ad quid haberet *Euangelium*: non enim ad vendendum in foro, sicut venditores oleum: neque ad custodiendum in armariolo, vt librarij: neque ad illuminandum pulchriores literas, vt pueri: sed ad prædicandum. Vnde sequitur: *vt euangelizaret*; idest, vt bona nunciaret, *sedentibus super terram*, idest bonis, qui terrena calcando, & sibi subijciendo, & omnia abijciendo contemnunt: & quia parum esset prædicare solis bonis, ideò dicit: *& super omnem Gentem*, idest omnibus Gentibus. *Quod ait Apostolus Rom*.1. Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum: *etenim*, quia Y vniuersalem Gentium Apostolatum susceperat, omnibus se asserit debitorem. *Et Coloss*.1. Corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu. *Quo pariter respectum habuit Canticorum Sponsus, cum cap*.4.*ait*: Mel & lac sub lingua tua. *Quandoquidem* lac Z paruulis conuenit; ideoque per lac designatur simplex doctrina, qua initia credentium imbuuntur: Mel verò, quod de rore Cœli confici creditur, cœlestem & spiritualem doctrinam significat, quæ perfectis & instructis conuenit. *Sub lingua* ergo Ecclesiæ *mel & lac* est: quia aliquando cœlestia mysteria perfectis: aliquando rudibus plana & simplicia annunciat:

I *Ioa*. 1. *l*.9.*fi*. & 1. *Thess*. 2. *l*.1. *ibi*, placentes.

L *Apocal*. 10. *com*.2.*ibi*, super terram.

M *Op*.19.*c*.7.

N *Op*.19.*c*.17. Qualiter studeat hominibus placere.

O *Gal*.1.*l*.9.*fi*. & 1. *Thess*. 2. *l*. 1. *ibi*, placentes.

Modus placendi omnibus quis ex Apostolo.

P 1. *Cor*. 10, *l*. 7. *ibi*.

Q *Ephes*. 6. *l*. *vlt ibi*. *Op*. *de er*. *Pr*. *l*.3.*c*.20.

R *Iob* 16. *l*. 1. *ibi*.

Non vana, superflua, aut inutilia prædicet.

S *Ps*. 11. *lit*. 6.

T *Ephes*. 3. *l*. 1. *ibi*.

Breuis sermo sit, & medullatus: non verbosus.

V *Hebr*. 13. *fi*. *ibi*, scripsi.

X *Apocal*. 14. *com*.2. *ibi*.

Y *Rom*. 1. *l* 5. *ibi*, & 2. *Tim*. 4. *l*. 1. *ibi*, in omnibus.

Omnibus indiscriminatim prædicandum.

Z *Cant*. 4. *com*. 1. *ibi*.

Digitized by Google

ciat: *quod idem est ac dicere cum Apostolo*: Sapientibus & insipientibus debitor sum. *Vnde & sub lactis metaphora hoc idem exprimit* 1. Cor. 3. Lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis &c. *Cæterùm de ijs, qui vana & inutilia prædicant, loqui videtur Paulus* 1. Cor. 3. *cit. cum dicit*: Si quis autem superædificat super fundamentum hoc (*quod est Christus Iesus*) aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam &c. *Si quis superædificat* vel operando A vel docendo, *super fundamentum hoc*, idest super fidem formatam, vel super fidem fundatam ab Apostolis & prædicatam, *aurum, argentum, lapides pretiosos*, idest spiritualia opera, vel præclaram doctrinam: Vel *ligna, fœnum, stipulam*, idest corporalia opera, vel friuolam doctrinam: *vniuscujusque opus manifestum erit*, scilicet in diuino judicio, *quale sit*. (*Metuant prædicatores.*) Non enim latet per humanam ignorantiam. Nam quidam videntur *superædificare aurum, argentum, lapides pretiosos*: qui tamen *superædificant ligna, fœnum, stipulam*, in rebus spiritualibus corporalia meditantes, putà lucrum, vel fauorem humanum. Quidam verò videntur *superædificare ligna, fœnum, stipulam*: qui tamen *superædificant aurum, argentum, lapides pretiosos*, quia in administratione temporalium nihil nisi spiritualia cogitant, *nimirùm Dei gloriam, & salutem animarum*; *Sophon.* 1. Scrutabor Ierusalem in lucernis.

A 1. Cor. 3 l. 2. ibi.

d *Superædificet ergo Prædicator* aurum, *idest fidei veritatem*, 1. *Petr.* 1. Vt probatio vestræ fidei multò pretiosior auro &c. *non verò* ligna, fœnum, stipulam, *idest vana, superflua, & inutilia*: *nam* circa illud B quod prædicandum est, hæc tria sunt attendenda: scilicet veritas, quia falsa non sunt prædicanda, 1. Tim. 2. *Veritatem dico, non mentior*. Item honestas: non enim omnia vera sunt prædicanda, quia quædam non decerent, Psal. 11. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum*. Item vtilitas: non enim omnia vera & honesta sunt prædicanda, sed quæ sunt ad salutem vtilia, Matth. 4. *Prædicans Euangelium Regni*. Euangelium *inquam* Regni: *cujus præcipua materia, vt vidimus, est Christus Filius Dei*; *vnde Apostolus* 1. *Cor.* 2. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum: *quod est, veritatem prædicare*; *nam Christus Verbum Dei est, & increata Veritas*, *Ioan.* 14. Ego sum veritas. *Et hoc est, alicujus esse* gratiosum verbum propter efficaciam ad persuadendum: *Veritas enim est, quæ facilè suadetur* (*quia verum est objectum intellectus*) *non ita falsitas*, *Prou.* 8. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. *Quibus in verbis* duplex C sapientis officium ex ore Sapientiæ demonstratur: scilicet veritatem diuinam, quæ antonomasicè est veritas, meditatam eloqui, & errorem contra veritatem impugnare. *Id quod docuit Apostolus* 2. Tim. 4. *cum scribit*: Prædica verbum; *verbum* scilicet D Euangelij (*quod est verbum Dei*:) In prædicatione autem duo sunt: scilicet denunciatio veritatis, & instructio ad mores. Et hæc duo debet prædicator facere. *Vnde & 1. ad eund. Tim.* 2. *de seipso dicit*: Doctor Gentium in fide & veritate: *videlicet*, quia E debet docere fidem & bonos mores. Doctor enim generat scientiam in anima discipuli: scientia autem non est de falso; vnde docens falsum non est doctor, *nec verus prædicator nec verax*. *Quin prædicatio ipsa*, verbum *ab eodem dicitur* veritatis, *Ephes.* 1. Cum audiuissetis verbum veritatis, Euangelium salutis vestræ &c. *Verbum veritatis*: idest F verbum prædicationis. *Et hoc sensu dicebat* 2. *Cor.* 4. Neque adulterantes verbum Dei. *Quod quidem* dupliciter G exponitur: & primò, idest non permiscentes doctrinæ Christi falsam doctrinam: secundò, idest non prædicantes propter lucrum vel gloriam pro-

B Apoc. 8. com. 1. ibi, caueant. Vera, honesta, & vtilia prædicanda.

Gratiosum illius verbum, qui veritatem efficaciter persuadet.

C 1. cont. G. c. 1. fi.

D 2. Tim 4. l. 1. ibi. Duo debet facere prædicator.

E 1. Tim. 2. l. 2. ibi.

F Eph. 1. l. 5. ibi. Adulteratur verbum Dei, si veritas taceatur.

G 2 Cor. 4. l. 1. ibi. & cap. 2. l. 3. fi.

priam. Et istorum primus, est lupus: secundus, mercenarius. Sed qui vera prædicat & propter gloriam Dei, est pastor. Vnde & subdit: *in manifestatione veritatis*: idest, veritatem puram manifestamus. *Et* 2. *Tim.* 2. *optimum vocat prædicatorem* operarium rectè tractantem verbum veritatis: *qualis erit*, vera H docendo, & vtilia audientibus, non quærens lucrum & gloriam. *Hinc Sapiens* Eccli. 16. *dicebat*: In veritate enuncio scientiam ejus. *Et Sap.* 6. Ponam in lucem scientiam illius, & non præteribo veritatem. *Ab opposito de aliquibus verum habet quod suo tempore deplorabat Ieremias Thren.* 2. Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. *Falsa* inquam & *stulta*: quia I stultum erat credere, quòd Deus peccatores non puniret, *Ezech.* 22. Prophetæ ejus liniebant eos absque temperamento. *Profectò nedum falsa prædicare vetamur, sed & friuola atque apocrypha*: *qualia sunt quæ multa enarrantur de Christi Saluatoris infantia, pluresque de ejusdem passione Matrisque compassione meditationes pueriles, aut res ejusmodi, Ecclesiæ, sacrarum Scripturarum, Sanctorumue Patrum fundamento minimè innixæ*. Non enim decet L prædicatorem veritatis ad fabulas ignotas diuertere. *Quicquid autem sine aliquo fundamento facilè adducitur*, eadem M facilitate contemnitur, qua dicitur, cum nullius authoritatis robore fulciatur. Nec æstimo (*subjicit Author*) hujusmodi friuola esse prædicanda, vbi tanta suppetit copia prædicandi ea, quæ sunt certissimæ veritatis. *Et hæc sola prædicanda sunt*.

H 2. Tim. 2. l. 2. fi.

I Thren. 2 ibi.

Nedum falsa non prædicanda, sed neque apocrypha.

L Op 12 art. 1.

M Ibid. a. 5.

e *Sic autem prædicans quis veritatem, solam Dei gloriam pro fine statuat, non vanum sibi, aut humanum fauorem, quo faciliter capitur prædicator*. *Vnde super illud Matth.* 10. Excutite puluerem de pedibus vestris, *docemur*, *quòd* pedes N sunt affectus eorum: quantumcunque enim sunt sancti, prædicatores, oportet, quòd aliquo puluere affectus eorum moueatur, vel aliqua vanagloria, vt habetur *Ioan.* 13. vbi dicitur, quòd Dominus lauit pedes discipulorum, & dixit: *Qui mundus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus*: vnde indigebant lotione quoad venialia. Et quare hoc præcepit Dominus? ad ostendendum, quòd prædicator committit se periculo. *Et quidem vel auditorio frequenti facilè delectatur, & ad gloriolam quandam rapitur*: Sicut enim O artifex *ex Chrysostomo* quando videt præparatam materiam, delectatur operari: ita Sacerdos delectatur prædicare, quando populum videt congregatum. *Idcircò humilietur oportet coram Deo*: *de Christo enim docente dicitur eodem Matth. cap.* 5. *quòd* cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus, & docebat eos. *Vbi Author*: Duo possunt P notari in sessione ejus. Humiliatio, Psal. 138. *Tu cognouisti sessionem meam*: Quando enim erat in altitudine diuinæ majestatis, non poterat capi ejus doctrina; sed tunc cœperunt homines capere, quando se humiliauit. Vel hoc pertinet ad dignitatem magisterij, Matth. 23. *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi*: ad studium enim sapientiæ requiritur quies. (*Quòd si quæras: cur modò Christus sederet docens, modò staret? Respondet Author, quòd* sedens quidem Q docuit discipulos, *Matth.* 5. *cit.* stans autem, turbas, Ioann. 7. *Stabat Iesus, & clamabat*. Et ideò ex hoc inoleuit consuetudo in Ecclesia, vt turbis prædicetur stando, Religiosis verò & clericis sedendo. Cujus ratio est: quia, cum prædicatio ad turbas sit quasi ad eas conuertendas, fit per modum exhortationis: sed cum prædicatio ad clerum sit quasi jam ad existentes in Domo Dei, est vt quædam commemoratio.) *Humilietur inquam prædicator coram Deo, vt sapienter, & vti par est, verbum Dei ad ejus gloriam annunciet*. *Idcircò enim dicitur Matth.* 11. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti

N Matth. 10. lit. a ibi. Prædicator aliquo mouetur mundano affectu.

Delectatur auditorio congregato.

O Matth. 5. lit a. ibi, ascendit.

Humilietur idcirco coram Deo.

P Matth. 5 lit. a. ibi.

Cur Christus modò stans doceret, modò sedens.

Q Io. 7. l. 5 lit. a. & Matth. 5. loco cit.

Ecclesiæ in hoc consuetudo.

Digitized by Google

R Matth. 11. lit. c. ibi.

uelasti ea paruulis; *Apostolis scilicet, & prædicatoribus: siquidem* paruulus dicitur R humilitate, quia parua de se sentit. Et sic *paruulis*, idest humilibus, non de se præsumentibus: *Vbi enim est humilitas, ibi & sapientia*, Prou.11. *Talis erat Ieremias. qui à Domino ad prædicandum electus respondit*: A A A, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum, *Ierem*.1. *Quod exponitur*: A propter defectum S vitæ: A propter defectum scientiæ: A propter defectum eloquentiæ. *Sic & Ioannes humiliter dicebat Ioan*.1. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cujus ego non sum dignus, vt soluam ejus corigiam calceamenti: *contra eos, qui superbiæ typho intumescentes, cæteros omnes superexcellere ambiunt; vnde & ab alijs dicta dedignantur referre: cum tamen ipse Dominus eadem Ioannis verba prædicando repetierit*: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum Cœlorum. *Vbi Author*: Notandum *inquit* quòd T eadem verba dicit hic (*Matth*.4.) quæ Ioannes (*Matth*. 3.) propter duo. Primò enim admonet nos de humilitate, vt scilicet nullus dedignetur verba ab alijs dicta prædicare, cũ ipse fons Ecclesiasticę scientiæ eadem prædicauerit. Secundò quia Ioannes est vox; Ipse verò Verbum: idem autem significatur per Verbum & vocem. *Quod & omnibus prædicatoribus adaptatur: vox enim Dei prædicator est, juxta illud Ierem*.15. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.

S Ier. 1. ibi.

Ab alijs dicta non dedignetur prædicator referre.

T Matth. 4. lit. L. ibi.

V Op. de er. Pr. l. 5. c. 20. fi.

Quomodo à prædicatoribus prædicandum.

f *Sed & prædicator* attendere V debet, quomodo sit dicendum. In locutione reprehensibilis est nimius clamor, Is.42. *Non clamabit*, prædicitur de Christo: Et *Seneca*: Vox sit sine clamore. (*Ad persuadendum enim non alta vox & valida, sed fortis exigitur & efficax ratio. Clamor autem in Scripturis affectum aliquando signat; vnde Apoc*.12. Clamabat parturiens *mulier illa*, id est X Ecclesia in prædicatoribus, & pastoribus bonis, prædicando cum affectu, qui in clamore intelligitur, *Is*. 57. Clama, ne cesses &c. *Et Ioan*.7. Clamabat Iesus in Templo docens. *Vbi Author*: Clamor *inquit* ex magnitudine Y affectus procedit. Et ideò quandoque importat turbulentiam animi interiùs concitati: & hoc modo non competit Christo, de quo scriptum est Is. 42. cit. *Non clamabit, nec audietur vox ejus foris*. Quandoque importat magnitudinem deuotionis, secundùm illud Psal. 119. *Ad Dominum cum tribularer clamaui*. Quandoque verò cum hoc signat magnitudinem dicendorum, secundùm illud Is.6. *Seraphim clamabant alter ad alterum &c*. Et Prou.1. *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum clamitat &c*. Et sic prædicatores clamare monentur. *Vnde &* Eccle.9. *potiùs docemur, quòd* verba sapientium audiuntur in silentio plùs quàm clamor principis inter stultos.) Et notandum, quòd ad condimentum sermonis facit, quòd sermo sit purus, opportunus, dulcis, & vtilis. De primo dicitur Prou.15. *Sermo purus pulcherrimus*. Purus autem debet esse à falsitate, à noxietate proximi, à contumelia Dei. De secundo legitur Prouerb. l. c. *Sermo opportunus, optimus est*. De tertio Eccli.6. *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos*. Magis enim proficiunt qui habent dulcedinem linguæ, quàm qui habent sapientiam magnam. De quarto dicit *Seneca*: Sermones vtiles, magis quàm facetos & affabiles, ama: rectos potiùs, quàm obsecundantes. *Et sic sermone suo veritatem suadebit prædicator. Vt enim* verbum illius gratiosum *sit, efficaciter loqui debet, vt efficaciter persuadeat*. Quod Z pertinet ad gratiam sermonis: & hoc tripliciter. Primò quidem ad instruendum intellectum: quod fit, dum aliquis sic loquitur, quòd doceat. Secundò ad mouendum affectum, vt scilicet libenter audiat verbum Dei: quod fit, dum aliquis sic loquitur, quòd auditores delectet. Quod tamen non debet aliquis quærere propter fauorem suum, sed vt homines alliciantur ad audiendum verbum Dei. Tertiò ad hoc quòd aliquis amet ea, quæ verbis significantur, & velit ea implere: quod fit, dum aliquis sic loquitur, quòd auditorem flectat. *Sanè, si quis hæc habeat, non erit*, sicut plurimi adulterantes verbum Dei, 2.*Cor*. 2. *Plurimi inquam & tempore Apostolis erant, & nostro inueniuntur (mentirer vtinam!) non rari aut pauci, qui verbum Dei multifariam adulterant: quales erant* pseudo-apostoli A qui propter quæstum prædicabant (*quod ajebat initio Author*:) Paulus autem & Apostoli neque propter quæstum, neque propter gloriam propriam prædicabant: sed propter laudem Dei, & salutem proximi.

Nimius clamor non laudatur.

X Apoc. 12. com. 1. ibi.

Clamor multifariam in Scripturis accipitur.

Y Io 7. l. 3 lit. e & l. 5 lit a. Ps 16. lit. 6 Ps. 33. lit. 9. Is. 42. ibi, non clamabit.

Qualis sermo.

Gratia sermonis in quo cõsistat:

Z 2. 2. 177. 1. c.

A 2 Cor. 2. l. 5. fi. & cap. 4. l. 2. ibi, adulterantes.

g *Et ecce tertia conditio, quæ in prædicatore exigitur, vt scilicet sit* populi amator *& auditorum: quod est, ex charitate, & propter animarum salutem, Dei verbum annunciare. Sic erit & tertio modo* gratiosum illius verbum propter ordinatum modum proferendi & feruentem: *feruor enim charitatis designatur & zelus, quo quis in proximorum profectum sacro in suggestu desudat. Quod vt faciliter certòque consequatur, & ipse oportet in gratia & charitate sit, vti superiùs jam tactum est. Hinc tria cum Paulo postulet opus est à Deo, sicut ad Ephesios ait cap*.6. Orantes vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium Euangelij. *Quibus verbis* tria B petit pro se, quæ cuilibet prædicatori sunt necessaria: scilicet quòd Deus os aperiat: quòd ad prædicandum se præparet, quantum in se est: & quòd detur sibi gratia; *qua videlicet munitus, valeat intelligentiam Scripturarum adipisci. De quo mysticè instruimur* Ioann.6. *cum scilicet Dominus videns*, quia multitudo maxima veniebat ad eum, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducent hi? *Vbi Author*: Notandum *inquit* quòd C omnis Doctor necesse habet spiritualiter pascere turbam ad se venientem. Et quia nullus homo habet ex se, vnde pascat eam, ideò oportet, quòd aliunde emat, scilicet labore, studio, assiduitate orationum, Is.55. *Qui non habetis argentum, properate, & emite absque commutatione vinum & lac*. Et iterum: *Quare appenditis argentum*, idest eloquentiam, *non in panibus*; idest, non in vera sapientia, quæ reficit, *Eccli*. 15. Cibabit illum Dominus pane vitæ & intellectus: *& laborem vestrum non in saturitate*, addiscendo ea, quæ non satiant, sed magis euacuant? *Et hinc est, quòd quia studium non adhibetur & oratio*, paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis, *Thren*.4. *Et Is*.33. Vbi est literatus? vbi legis verba ponderans? vbi ductor paruulorum? *Libenter autem frangimus eis panem, si charitas insit, & stimulet; Vnde Apostolus*: Charitas Christi vrget nos. *Videlicet*: quia vrgere D idem est, quod stimulare. Q. d. Charitas Christi quasi stimulus stimulat nos ad faciendum ea, quæ charitas imperat, vt scilicet procuremus salutem proximorũ. Hic est effectus charitatis, Rom.8. *Qui spiritu Dei aguntur*, idest agitantur, &c. *Charitatis autem igne flagrantes, certum sibi promittant animarum lucrum prædicatores: sic enim Apostoli sanctissimi, postquam* charitas Dei diffusa est in cordibus *eorum (nam Act*.2. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, *qui charitas est) vniuersum Mundum à vanis idolorum simulachris ad Deum verum & viuum attraxerunt. Quod innuere voluit Saluator, quando Matth*. 21. Cum appropinquasset Ierosolymis, misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum &c. *Vbi Author*: Signauit *inquit* missionem E Apostolorum in hunc Mundum, Matth. 10. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos*. Sed duos misit, vt significaret charitatem, quæ consistit saltem inter duos, vnde & *Luc*.10. *dicitur, quòd* misit illos binos ante faciem suam &c. *Et hæc est, quæ mouere debet ad annunciandum verbum Dei sacrum concionatorem*.

Tertia prædicatoris conditio, ex charitatis zelo verbum Dei annunciare: ex quo, tertio modo redditur gratiosum verbum illius.

Tria prædicatori necessaria.

B Ephes 6. l. 5. ibi. & Ioan. 17. l. 3. lit. a.

C Io 6. l. 1. d.

Charitas vrget ad animarum procurandam salutem, si insit.

D 2. Cor. 5. l. 1. ibi.

E Matth. 21. lit. a. ibi. & Matth. 4 lit b. ibi, fratres.

Nam

Digitized by Google

Nam tria sunt, vnde excitandus est (sicut docemur ex illo *Is.41.* Quis annunciauit ab exordio, vt sciamus? Non est neque annuncians neque prædicens neque audiens &c.) Primò F instinctus fidei, Psal. 115. *Credidi propter quod locutus sum.* Secundò stimulus zeli, Ierem.20. *Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans (zelus videlicet charitatis.)* Tertiò magnitudo præmij, *Matth.5.* Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno Cœlorum. *Hinc* Apoc.14. *Angelus* habens Euangelium æternum, vt euangelizaret, *describitur* dicens voce magna; *idest*, magna G persuasione, & magno desiderio ac feruore. Magna enim vox est, quæ persuasionem habet valdè motiuam (*non quæ clamorosa, vt prætactum est:*) Magnum etiam desiderium ac feruorem signat, in quo notatur viuax zelus, *charitatis nimirum. Quo certè æstuabat feruidus prædicator Elias, vnde & in igneo curru in Paradisum translatatus est, de quo dicitur Eccli.48.* In diebus suis non pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum, nec superauit illum verbum aliquod. *Et paulò ante:* Qui receptus es in turbine ignis, in currum equorum igneorum. *Tali flagrabat charitatis zelo & Paulus, quæ & eò vsque deuenit, vt magna tristitia & dolore affectus optaret, si fieri posset;* anathema esse à Christo; *idest*, separatus H esse, *pro fratribus suis Iudæis conuertendis, vt dicitur* Rom.9. *Dolor hic exprimi videtur* Apoc.12. *in figura illius mulieris, quæ à Ioanne visa est* in vtero habens, & clamabat parturiens, & cruciabatur, vt pariat. *Mulier clamabat;* idest I Ecclesia in prædicatoribus, *Is.58.* Clama, ne cesses: *parturiens;* idest, cum labore satagens ad pariendum filios spirituales. Parturitio est præparatio partus, quæ fit cum frequenti cruciatu & dolore: & per hoc signatur diligentia & laboris frequentia in officio prædicandi & adjuuandi animas, *ad Gal.4.* Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis; *& cruciabatur* interiori desiderio, & exteriori carnis maceratione, *vt pariat*, scilicet spirituales filios Deo. Partus enim est, quando proles nascitur, vnde procedit parturitio, idest præparatio ad partum, & sequitur partus. Sancti enim prædicatores quandoque se affligunt corporaliter (*præter laborem quem studendo & prædicando sustinent*) vt efficaciter animas conuertant, & Deo pariant, 1. *Cor.9.* Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne fortè cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar, *non ex charitate nimirum, aut sine charitate, munus prædicationis exercens. Haud secus & per prædicatores suos (siquidem, vt vidimus,* os Dei *sunt) videtur quodammodo & ipse Dominus condolere, Is.42.* Sicut parturiens loquar; *idest*, proferam L dissimulatum dolorem. *Sic ergo de peccatorum culpis doleat ex zelo charitatis, sicut parturiens, prædicator: qui & piè illis compatiens, nutrix spiritualiter esse debet: qualis erat Apostolus, qui de se ipso dicit 1. Thess.2.* Tanquam si nutrix foueat filios suos: *videlicet*, quæ M condescendit infanti, balbutiendo ei loquens, vt puer loqui discat: & in gestibus etiam ei condescendit, 1. *Cor.9.* Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos; & *cap.3.* Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi &c. *Et charitas quidem in hoc elucet maxima: subjicit enim Apostolus:* Ita desiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis non solùm Euangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis, *amore scilicet charitatis*, 2. *Cor.12.* Ego autem libentissimè impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris. *Et quidem* majorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, *dicebat Dominus* Ioan.15.

h *Ex hac verò dilectionis charitate oritur solicitudo operantis.* Causa N solicitudinis, *inquit Author*, est charitas Christi. *Si enim diligit animas, solicitus esse debet de illarum salute: nescit enim amor tarditatem (vnde & aligerum finxere)* & operatur magna, si est, *ajebat Gregorius. Quam quidem solicitudinem præ cæteris habebat prędicator Gentium Apostolus, 2. Cor.11. dicens:* Præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solicitudo omnium Ecclesiarum. *Quasi dicat:* Præter O omnia, quæ exteriùs patior & passus sum, angit me grauiùs interior afflictio, scilicet solicitudo subditorum, *Rom.12.* Qui præest in solicitudine. *Sequitur:* Quis infirmatur, & ego non infirmor? *Quis infirmatur*, scilicet in fide & bono: *& ego non infirmor*, in corde dolens de eo, sicut de me? 1. *Cor.9.* Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. *Quis scandalizatur*, scilicet malo pœnæ; idest, quis patitur tribulationes: *& ego non vror* igne compassionis? *En Apostoli instantia, & Ecclesiarum solicitudo. Et cap.7.* Scripsi vobis ad manifestandam solicitudinem nostram, quam habemus pro vobis coram Deo: *idest*, vt sciretis P quàm soliciti sumus pro vobis. Et hoc dico *coram Deo*, vt sit juramentum; idest, Deo teste. *Et 1. Thess.2.* Fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad vos Euangelium Dei in multa solicitudine: *idest*, de vestra Q conuersione. *Hanc autem solicitudinem ingerere mysticè voluit Dominus animis discipulorum, vbi Luc.10. eos ad prędicandum mittens, dixit illis:* Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta: *vt nimirùm omnia tolleret impedimenta solicitudinis: quod prę cęteris signatur, cum subdit:* Et neminem per viam salutaueritis (*hoc enim quandam videtur alioquin sapere incomitatem:*) *quasi diceret:* Ita R sitis attenti & festini ad iter, & ad salutem animarum, quòd de exteriori salutatione, & aspectu viatorum, quasi non curetis. *Hinc 2. ad Tim.4. dicebat Paulus:* Prædica verbum, insta opportunè, importunè, argue, obsecra, increpa: *tantùm, vt animas solicitè lucrifacere cures. Ideircò & ad hanc innuendam solicitudinem, quę laboribus non parcit, eidem dicebat cap.2.* Labora sicut bonus miles Christi Iesu. *Et post pauca:* Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. *Etenim* officium S Prædicatorum & Doctorum est officium militum, in quantum insurgunt contra hostes & vitia. Item est officium agricolæ, in quantum fructum faciunt, promouendo ad bona. Hujus ager est Ecclesia: & principalis agricola est Deus, interiùs & exteriùs operans, Ioan.15. *Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est.* Homines autem exteriùs adhibent ministerium, 1. Cor.3. *Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit.* Isti sunt exteriores agricolæ. *Vt autem tum miles tum agricola vel plenam victoriam, vel copiosam messem reportet, omni procul dubio esse debet in opere solicitus. Ita quoque prędicatores. Qui & ad terram humani cordis fecundandam, nubes dicuntur, & venti, Is.60.* Qui sunt isti, qui vt nubes volant? *scilicet* velociter T sine impedimento (*quod solicitudinem innuit*) & Apostoli V dicuntur *nubes* propter terræ fertilitatem, scilicet ex pluuia: *quam & ipsi effundunt, Hebr.6.* Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam &c. *Quod superiùs de sacris Doctoribus expositum est. Item dicuntur venti, vt eadem innuatur solicitudo, Apoc.7.* Post hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ. *Quatuor Angelos:* idest X vniuersos dæmones, propter quatuor partes terræ, in quibus nocent: *stantes super quatuor angulos terrę;* idest, super quatuor partes terræ, scilicet Orientalem, Occidentalem, Australem, & Aquilonarem: *tenentes;* idest, impedientes: *quatuor ventos terrę;* idest, vniuersos prædicatores. Dicuntur autem *venti:* quia ventus nubes excitat, & sic terram rigat, rigatam facit fructificare, & faciem terræ fructificantis hilarem reddit. Sic prædicator corda prauorum resoluit

R in la-

F *Is.41.fi.*
Tria ad prædicandum mouere debent.
G *Apoc.14. com.1.ibi.*
Zelus commendatur charitatis in prædicante.
Qualis Elias.
Et Pauli.
H *Rom.9.l.1.ibi.*
Mulier parturiens prædicatorzelores.
I *Apocal.12.com.1.ibi.*
L *Is.42.ibi.*
Et nutrix.
M *1.Thess.2.l.1.ibi. & 2.Cor.8.l.3.*
N *2.Cor.5.lo. ...ibi, charitas.*
Solicitudo in prędicatoribus requisita.
O *2.Cor.11.l.6.ibi.*
P *2.Cor.7.l.4.ibi.*
Q *1.Thess.2.l.1.ibi.*
Exponitur de Apostolica solicitudine illud Luc.10. *Neminem per viam salutaueritis.*
R *Gen.19.ibi, post tergum.*
S *2.Tim.2.l.1.ibi, laborantem. & 1.Cor.9.l.1.ibi, militat. & l.2. post med.*
Prædicator miles & agricola.
Nubes, & venti.
T *Is.60.ibi.*
V *Ibid.fi.*
X *Apoc.7.com.1. & 2.ibi.*

Digitized by Google

in lacrymas: & sic animæ fructificant, & gaudium internum recipiunt. Item flando, idest prædicando, desiccat terram cordis humani ab humiditate peccati. Dicuntur autem *quatuor* propter partes quatuor *Mundi*, quas debent prædicatores illustrare doctrinis & exemplis: vel propter quatuor Euangelia, de quibus sumi debet materia prædicationis: vel propter quatuor virtutes Cardinales, vt sint quasi lapides quadrati in fundamento Templi, vt tangitur 3. *Reg*. 5. *Et huc fortasse respectum habent verba Ezechielis cap.* 37. A quatuor ventis veni spiritus. *Quid autem vento solicitius? Solicitudinis verò indiuidua comes est vigilantia, quę non minùs prędicatori necessaria est. Idcircò gallo comparatur prędicator, Iob* 38. Quis dedit gallo intelligentiam? *Et quidem* in hoc Y videtur gallus quandam intelligentiæ similitudinem habere, quòd determinatis horis in cantum prorumpit, ac si cognosceret proportiones cœlestium motuum. *Canit autem nocturno præsertim tempore, facitque sopore detentos homines euigilare. Sic Petrum in peccato dormientem legitur gallus excitasse* Matth. 26. *nam post trinam ipsius negationem subditur*: Et continuò gallus cantauit. *Vbi Author*: Per gallum Z prædicator signatur, qui homines peccatores excitat ad pœnitentiam; 1. Cor. 15. *Euigilate justi, & nolite peccare*. Et ad Ephes. 5. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus*. Vnde & mox sequitur: *Et recordatus est Petrus verbi Iesu &c.* Psalm. 21. *Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum*. Et hæc duo frequenter accidunt ad vocem prædicatoris: quia qui oblitus est Deum per peccatum, ad vocem prædicatoris reuertitur. *Tangitur & vigilantia hęc in mysticis quatuor animalibus, de quibus Apoc.* 4. Et quatuor animalia in circuitu & intus plena sunt oculis. *Siquidem* per hæc animalia A prædicatores designari possunt, qui quatuor prædicare debent, scilicet credenda, agenda, vitanda, & desideranda. Et quia vigilantia maximè eis necessaria est, ideò multa dicit de oculorum multiplicitate: (*Tota enim pingitur oculata, vigilantia.*) *In circuitu*, quoad exemplum exterioris conuersationis respectu proximi: *& intus*, quoad munditiam internam conscientiæ. De primo *Malach.* 2. Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege. De secundo *Psalm.* 44. Omnis gloria ejus ab intus.

Vigilantia prædicatori necessaria.

Y Iob. 38. l. 3. bi.

Gallo idcircò comparatur.

Z Matth. 26. fi.

A Apoc. 4. com. 2. & 1. ibi.

i *Cęterùm ex præfato charitatis motiuo & absterrere concionator debet, & allicere. Vnde & ventus superiùs dictus est: quia nimirùm*, sicut ventus B concutit homines & arbores & hujusmodi: sic prædicator animas ad timorem concutit, dum ostendit pœnam gehennæ, & multiplex damnum culpæ. Tamen, sicut ventus quandoque mitigatur: sic prædicator quandoque debet condescendere, & allicere ad spem & amorem. *Hinc super illud Apoc.* 15. Vidi aliud signum in Cœlo magnum & mirabile, Angelos septem habentes plagas septem nouissimas, *scribit Author*: Moraliter C hoc *signum mirabile in Cœlo*, idest in Ecclesia, est, quòd prædicatores, qui debent esse medici ad curanda vulnera peccatorum, & qui debent portare vnguenta suauissima, idest verba consolationis & compassionis ad sanandum, non porrigunt nisi gladium ad occidendum, idest verba dura & mordentia: de quibus dicitur *Mich.* 3. Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & si quis non dederit in ore eorum quidpiam, sanctificant super eum prælium. *Et Prou.* 30. Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis &c. *De talibus dicit Gregorius Nazianzenus*: Meliores prædicatores æstimantur, qui meliùs mordere nouerunt: & sancti sunt prædicatores satyrici. *Non semper igitur minetur concionator aut mordeat, ne irritetur peccator, aut desperet; sed & amanter opportunè alliciat ad bonum. Sic ad timorem incutiendum prędicabat Angelus ille Apoc.* 14. Vt euangelizaret sedentibus super terram, voce magna dicens: Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora judicij ejus. *Voce magna*: Magna enim D debet esse vox prædicatoris; idest libera & seuera: *dicens: Timete Dominum &c. quia venit hora judicij ejus*: quando scilicet *justi hereditabunt terram* Psalm. 36. *injusti autem disperibunt simul*: ideoque magis timendum est, quia illa hora judicij omnibus est incerta. *Non secus & Vincentius Ferrerius, ferrei reuera pectoris Apostolicus declamator, instantem judicij diem feruido spiritu annuncians*, supra centum millia perditorum hominum ad pœnitentiam traduxit: plusquam vigintiquinque millia Iudæorum conuertit ad Christum: & supra octo millia Saracenorum ad Ecclesiam adduxit. *Ex opposito Euangelista Ioannes, ardenti proximorum charitate flagrans, via amoris procedebat, nil aliud in epistolis suis, nisi dilectionem promens; præsertim verò in sua prima c.* 4. Deus *inquit* charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die judicij. *Coherenter &* Apoc. cap. 8. *de prędicatoribus dicitur, quòd præparauerunt se, vt tuba canerent. Videlicet*, quia E etsi prædicatio quandoque terrere debeat: tamen etiam debet allicere ad amorem: (*siquidem*

Oderunt peccare mali, formidine pœnæ:
Oderunt peccare boni, virtutis amore.)

Terrere debet prædicator, & allicere.

B Apoc. 7. com. 1. ibi, ventos.

C Apoc. 15. com. 2. sub fi.

D Apoc. 14. com. 2. ibi.

E Apoc. 8. com. 1. ibi & utroque com. ibi tonitrua. & cap. 4. ibi, de throno, & c. 1. ibi, cum leo.

Quantum ad incussionem timoris, officium prædicandi, siuè prædicatio dicitur *tuba*: quantùm ad secundum dicitur *cantus*, *Ioel.* 2. Canite tuba in Sion. *Et alibi*: Vt tuba canerent. *Etenim* in tuba F notatur terror, in cantu lætitia: quia prædicator & terrorem comminationis, & lætitiam consolationis debet habere, Matth. 11. *Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis*. Ideò in libro, quem vidit Ezechiel, *scriptę erant lamentationes, & carmen, & vę*, vt dicitur Ezech. 2. *Et illud eod. Apoc. cap.* 8. Secundus Angelus tubâ cecinit, *exponitur*: tubâ cecinit; *idest*, terribiliter G & dulciter prædicauit gentibus: nam terror in tuba, dulcedo prædicationis significatur in cantu. Sic etenim prædicatores terrere debent comminando, & dulciter alloqui consolando, & promittendo. Sic fecit Ioannes Baptista *Matth.* 3. Primò dixit: *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim Regnum Cœlorum*. Ecce cantus. Deinde adjunxit: *Iam securis ad radicem arborum posita est*. Ecce tuba. *Eapropter* 2. ad Tim. 4. *dicebat Apostolus*: Argue, obsecra: *ecce cantus*: increpa: *ecce tuba*. Sed H quis (*inquit Author*) modus? *In omni patientia*: ne scilicet iratus appareas, & ex ira instruas, sed tranquillè, *Prou.* 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. *Et Psal.* 91. Bene patientes erunt, vt annuncient. *Et ad Tit.* 2. Hæc loquere, & exhortare: *ecce cantus*: & argue cum omni imperio: *ecce tuba*. *Loquere* spectantia I ad credenda: *exhortare* ad agenda: *argue* malè agentes, 1. Tim. 5. *Peccantes, coram omnibus argue*. Et hoc *cum omni imperio*; idest, cum authoritate, quia loquitur vt instrumentum vel minister Dei: & ideò cum fiducia diuinæ authoritatis. Est tamen loquendum in exhortando quandoque cum prece, considerando infirmitatem propriam: quandoque *cum imperio*, considerando authoritatem commissam. Vel cum mansuetudine ad bonos, cum authoritate & *cum imperio* ad obstinatos. (*Vnde per* oleum & vinum, *Apoc.* 6. *signantur* Prædicatores L qui malè viuentes mordaciter increpant, & pusillos suauiter consolantur: sicut Samaritanus, qui *vinum & oleum* infudit vulneribus sauciati, *Luc.* 10.) Habet autem moneri, vt *cum imperio arguat*, quia Titus naturaliter fuit mitis. *Idcircò & supra cap.* 1. *præmiserat*:

Prædicatio tuba est & cantus: & cur.

F Apoc. 8. com. 2. ibi.

G Ibid com. 2. & 1. ibi, secundus Angelus.

H 2 Tim. 4. l. 1. ibi.

I Tit. 2. l. 3. fi. & Coloss. 1. l. 6. fi.

Aliter ad bonos, aliter in malos prædicandum.

L Apoc. 6 com. 2. ibi, vinum & oleum.

Quam

Digitized by Google

M Tit. 1. l. 4. ibi.

Cretenses duri & pertinaces.

Titus lenis, Timotheus rigidus vir.

Quam ob causam increpa illos durè, *Cretenses videlicet: nam* Cretenses M sunt malæ bestiæ, quibus scilicet debetur flagellum & castigatio. Sed contra. In 2. *ad Tim.* 4. *cit.* dicit: *Argue, obsecra, increpa* quidem, sed *in omni patientia*. Respondeo. Duplex est ratio exhortationis hujus. Vna ex parte eorum, qui reprehenduntur: Cretenses enim duri & pertinaces erant; & ideò durè eos reprehendi jubet: non autem Ephesij, quorum Archiepiscopus erat Timotheus. Alia ex parte reprehendentium: quia Titus lenis fuit & mansuetus; & ideò inducitur quasi ad contrarium: sed Timotheus erat rigidus; & ideò inducitur ad patientiam. *Et hic est clamor prędicationis*, *If.* 58. Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. *Hic est clamor prędicantis Ioannis*, *Ioan.* 1. Ego vox clamantis in deserto. *Hic immò clamor est Christi Domini prędicantis*, *Ioan.* 7. Clamabat Iesus in Templo docens. *Et iterum:* Stabat Iesus, & clamabat: Si quis sitit &c. *Cui respondet illud Apoc.* 10. Et clamauit (*Angelus fortis*) voce magna, quemadmodum cum leo rugit. *Quasi dicat:* Dominus N per suos prædicatores terret peccatores comminatione suppliciorum, sicut leo suo rugitu animalia terret. (*Sic Ionas cap.* 3. *quasi leo rugiens clamabat in Niniue*: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. *Et quidem cum fructu; sequitur enim:* Et crediderunt viri Niniuitæ, & prædicauerunt jejunium, & vestiti sunt saccis, *in pœnitentię signum*.) *Et alibi*. Voce magna; *idest*, prædicatione O magna promittente, scilicet regnum Cœlorum; & magnas comminationes, scilicet pœnas Inferni. Ideò dicitur prædicatio *vox magna*. De primo Matth. 4. *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim Regnum Cœlorum*. De secundo Matth. 23. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi &c.* idest, æterna damnatio. *Verùm* tria P debet prædicator clamare. Primò hominum scelera, If. 58. *Clama, ne cesses &c.* & postea: *Annuncia populo meo scelera eorum*. Secundò fragilitatis humanæ miseriam, If. 40. *Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum*. Tertiò vt præparetur Domino via, If. 40. cit. *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini*. Præparant autem Domino viam humilitas, æquitas, & puritas. De primis duobus If. 62. *Præparate viam*; & subdit modum præparandi: *planum facite iter*, montuositatem superbiæ remouendo, quod fit per humilitatem. *Eligite lapides*, cætera peccata remouendo, quod pertinet ad æquitatem. De tertio Ioan. 1. *Dirigite viam Domini &c.* quod fit per puritatem. Humilitas ordinat nos ad Deum, æquitas ad proximum, puritas ad nos ipsos. *Ita clamantibus, ita clangentibus mysticis prædicatorum tubis, muri Iericho certo certiùs cadent, & corruent*, *Hebr.* 11. Fide muri Iericho corruerunt circuitu dierum septem. *Vbi Author*. Moraliter Q Iericho interpretatur *Luna*, siue defectus: & significat Mundum istum. Muri ejus sunt impedimenta, quibus aliquis detinetur in Mundo. Per buccinas, quibus Leuitæ & Sacerdotes insonabant, vox prædicatorum significatur. Per circuitum septem dierum totus designatur decursus præsentis temporis, qui per septem dies completur. Per quæ datur intelligi, quòd omnia impedimenta Mundi cadunt ad continuam vocem prædicationis, 2. Cor. 10. *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersùs scientiam Dei*.

Cur prædicatio clamor, & vox magna.

N Apocal. 10. com. 1. ibi.

O Apocal. 10. com. 2. ibi.

P Serm. ex Euang. Dom. 4. Adu.

Tria debet clamare prædicator.

Tria parant viam Domino.

Prædicationis fructus.

Q Hebr. 11. l. 6. ibi.

Constanter prædicet & intrepidè.

R Apoc. 8. com. 1. & 2. ibi.

I *Sed & dicitur prædicator voce magna clamare propter constantiam prædicandi*, *If.* 40. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem: exalta, noli timere. *Quod innuitur* Apoc. 8. *ijs verbis*: Audiui vocem vnius Aquilæ volantis per medium Cœli, dicentis voce magna &c. *Vocem vnius Aquilæ*: per quam R intelligitur prædicatio sanctorum prædicatorum, quia sua voce alios excitant: *volantis per medium Cœli*; idest, per medium Ecclesiæ, *Eccli.* 15. In medio Ecclesiæ aperuit os ejus: *dicentis voce magna*; idest, magna stabilitate: Ille enim loquitur magna voce, cujus vox fulcitur magna constantia mentis ad sustinendum quælibet aduersa. *Hinc per equum significatur Apoc.* 6. Et ecce equus albus &c. *idest*, primorum S prædicatorum cœtus & propter fortitudinem, qua fortiter sustinent aduersa, & propter audaciam prædicationis, qua audacter prædicant vera: *Vnde Iob* 39. Nunquid præbebis equo fortitudinem &c. Exultat audacter: in occursum pergit armatis, contemnit pauorem &c. *Qualis vtique erat Paulus, qui Act.* 20. *ad majores Ecclesiæ Ephesinę dicebat*: Vos scitis, quoniam nihil subtraxerim vtilium, quo minùs annunciarem vobis, & docerem vos publicè &c. Et nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Ierusalem: quæ in ea ventura sint mihi, ignorans: nisi quòd Spiritus sanctus mihi protestatur dicens: quoniam vincula & tribulationes Ierosolymis me manent. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem, quàm me, dummodo consummem cursum meum, in ministerium verbi, quod accepi à Domino Iesu, testificari Euangelium gratiæ Dei. *Et* Act. 21. *intrepidus repetebat*: Ego non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu. *Sic* Act. 5. *& alij Apostoli* ibant gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. *Sic inflexibili animo Ioannes arguebat Herodem Marc.* 6. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. *Vnde & Eccli.* 4. *monemur*: Pro justitia agonizare. *Sanè declamare constanter in vitia prędicator debet, in Domino fiduciam habens, à quo & missus est*, *Ier.* 1. Ad omnia, quæ mittam te, ibis: & vniuersa quæcunque mandauero tibi, loquèris. Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego sum, vt eruam te. *Et iterum:* Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum. *Siquidem* non est T timenda aliquorum offensio à prædicatore, ad hoc quòd multitudinis saluti prouideat. Et ideò Dominus, non obstante offensione eorum (*Scribarum, Pharisęorum, & Principum Iudęorum*) publicè veritatem docebat, quam illi odiebant, & eorum vitia arguebat. *Vnde & de Ioanne dicitur Ioan.* 1. Ioannes testimonium perhibet de ipso; & clamat, dicens: Hic erat, quem dixi. *Clamat*, in quantum V liberè & sine timore: ardenter & ex magno feruore. *Et hoc, quia* missus erat à Deo, vt testimonium perhiberet de lumine. *Idcircò & Ieremias populo sibi mortem minitanti respondit intrepidus*: In veritate misit me Dominus ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc. *Et dixerunt Principes & omnis populus ad Sacerdotes, & ad Prophetas*: Non est viro huic judicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos. *Si ergo in nomine, & ex ore Domini, loquitur concionator, & declamat, quid iniustè obloquuntur peccatores, si quos Deo inspirante ad pœnitentiam fecit? Conticeant igitur, & pœniteant: timeant, & doleant: humilientur & contristentur. Ita Marc. 6. sese arguentem* Herodes metuebat Ioannem, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat (*non odiebat:*) *cumque deberet ob nefarium juramentum occidi*, contristatus est, *& ò vtinam ad pœnitentiam! ad hanc enim contristatio laudabilis est*, 2. *Cor.* 7. Gaudeo, non quia contristati estis: sed quia contristati estis ad pœnitentiam. *Declamet igitur constanter, intrepidè arguat, & increpet liberè qui euangelizat verbum Dei*, *vti* 2. ad Tim. 4. *hortabatur Apostolus*: Prædica verbum: insta opportunè, importunè. *Vbi docemur, quòd* prædicator X secundùm veritatem semper debet prædicare *opportunè*: sed secundùm falsam æstimationem audientium, debet prædicare *importunè*: quia prædicator veritatis semper est bonis opportunus, & malis importunus

S Apoc. 6. com. 2. ibi.

Liberè arguat, quia à Deo missus.

Neminem metuat.

T 3. p. 42. 2. c.

V Ioan. 1. l. 9. lit. b.

Audiant peccatores libenter, & ad pœnitentiam cõtristentur.

X 2. Tim. 4. l. 1. ibi

Exponitur illud: *Insta opportunè, importunè*.

Digitized by Google

semper, Ioann.8. *Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Si homo enim vellet hanc seruare opportunitatem, vt solùm diceret his, qui volunt audire, prodesset tantùm justis: sed oportet, quòd aliquando etiam prædicet malis, vt conuertantur. Et adhoc additur, *importunè, Is.58.* Clama, ne cesses, *quicquid dicant, & ægrè audiant peccatores: ad quos immò potissimùm hortatorius dirigendus est sermo: finis namque prædicationis vnus est, vt tollatur iniquitas, qua remota introducantur virtutes, Is.27.* Iste omnis fructus, vt auferatur peccatum. *Quod mysticè tangitur* Matth.21. *cum Dominus discipulis præcepit:* Ite in castellum, quod contra vos est: & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi. *Quibus in verbis* moraliter Y per asinam & pullum significantur homines brutaliter viuentes, quia quantùm adhoc similes sunt bestijs, Psal.40. *Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis:* & sunt ligati vinculis ignorantiæ (*quia* omnis malus est ignorans:) item vinculo peccati: Prou.5. *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur;* vnde dicitur: *Soluite, & adducite mibi;* idest, *soluite* à vinculis ignorantiæ per doctrinam, Psalm.106. *Eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula eorum disrupit.* Item *soluite* à vinculis peccatorum; vnde Petro & Apostolis dixit Matth.18. *Quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in Cœlo.* Sequitur: *& adducite mibi:* isti enim populum conuertentes adduxerunt ad Iesum. *Quod innuitur & Is.58.* Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes: dimitte eos, qui confracti sunt, liberos: & omne onus dirumpe, *peccatorum videlicet, Psal.37.* Iniquitates meæ, sicut onus graue, grauatæ sunt super me.

Finis prædicationis & fructus, ablatio peccati.

Y Matth. 21. lit. a. ibi.

m *Et hoc pacto Dei verbum disseminans, verè* amator populi *est, vt aiebat initio Author, ex charitatis zelo animarum salutem curans; non ad turpe lucrum aut gloriam propriam, sed ad solam Dei gloriam laborans: & hoc pacto redditur tertio modo* gratiosum illius verbum propter ordinatum proferendi modum & feruentem, *charitate nimirùm. Et ita licitè gaudet de profectu animarum, quem prædicando facit.* Nam *&* Act.11. *postquam dictum est, quòd* multus numerus credentium conuersus est ad Dominum, *scilicet ad prædicationem quorundam fidelium, subditur:* Peruenit autem sermo ad aures Ecclesiæ, quæ erat Ierosolymis, super istis, & miserunt Barnabam vsque ad Antiochiam. Qui cum peruenisset, & vidisset gratiam Dei, gauisus est. *Et cap.15. dicitur de Paulo & Barnaba, quòd* narrantes conuersionem Gentium, faciebant gaudium magnum omnibus fratribus. *Idemque Paulus ad Philip.4.* Fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea. *Et bene quidem rectèque gaudebat: etenim* gaudium Z non est nisi de bono; vnde secundùm ordinem bonorum est de his gaudendum: & ideò finis lætitiæ in solo summo bono ponendus est, quo propriè dicimur frui. Alijs autem rebus hoc modo gaudere debemus, vt in tali gaudio finis non ponatur, sed referatur ad vltimum finem. Qui ergo gaudet de bonis, quæ Deus per eum operatur, hoc gaudium in Deum referens, rectè gaudet: quod contingit, dum aliquis propter hoc gaudet de his, quæ Deus per eum facit, quia videt hoc in gloriam Dei cedere, & suam, & aliorum salutem. Si autem aliter gaudeat: suis operibus fruitur, & peccat. *Sanè, vt vidimus,* nihil A in baptismo operatur industria hominis: sed in Euangelio prædicando, industria prædicatoris operatur: *de fructu proinde gaudere potest industriæ suæ, quam tamen à Deo recognoscere* (1.*Cor.*2. Vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis) *& in Deum debet profectum omnem referre: à quo omne bonum, qui & solus potest hominis immutare voluntatem, vt sæpe in superioribus visum est, Iob 13.* Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? *Hinc, postquam Dominus* Matth.21. *cit. discipulos misit, dicens eis:* Ite in castellum &c. *subjecit:* Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. *Si quis aliquid dixerit* contradicendo: B idest, si quis voluerit contradicere: *dicetis &c. & confestim dimittet eos.* In hoc ostenditur virtus Christi: quia non propter Apostolos dimisissent, nisi hoc fieret opere Christi, inuisibiliter cor immutantis. Vnde dabat intelligere, quòd ipse erat Deus, quia solius Dei est immutare cor. *Et sic Deo operante dimittuntur* asina & pullus; *hoc est, relinquuntur habitus vitiosus & actus peccati, qui per eos signantur, vnde & in veteri lege* quantò grauius C erat peccatum, tantò vilior species animalis offerebatur pro eo; 1.*Cor.*3. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. *Et hoc est, quod idem Paulus Rom.10. ait:* Sed non omnes obediunt Euangelio. *Vbi Author:* Hoc D ideò dicit, vt ostendatur, quòd verbum exteriùs loquentis non est causa sufficiens fidei, nisi cor hominis attrahatur virtute Dei interiùs loquentis, Ioan.6. *Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.* Et sic, quòd homines credunt (*vel pœnitent, aut in virtute proficiunt*) non est attribuendum prædicatoris industriæ. *Isaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro?* Quasi diceret: Rarus: (*quod & nostro maximè tempore verum habet: audiunt enim homines concionatorem, sed non obaudiunt.*) *Ergo fides ex auditu.* Sed contra videtur esse, quòd fides est virtus infusa diuinitus, Philip.1. *Vobis datum est, vt in ipsum credatis.* Dicendum est ergo, quòd ad fidem duo requiruntur. Quorum vnum est cordis inclinatio ad credendum: & hoc non est *ex auditu*, sed ex dono gratiæ. Aliud autem est determinatio de credibili: & istud est *ex auditu;* & ideò Cornelius, qui habebat cor inclinatum ad credendum, necesse habuit, vt ad eum mitteretur Petrus, qui sibi determinaret, quid esset credendum. *Auditus autem per verbum Christi:* auditus enim credentium est per verbum prædicatorum, quod est *verbum Christi:* vel quia à Christo habent, quòd mittantur. *His cohæret quod habetur Apoc.3.* Ecce dabo de synagoga satanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur: ecce faciam illos, vt veniant, & adorent ante pedes tuos. *Quo loci* per hoc E notatur, quòd donum Dei est, cum aliquis conuertitur ad fidem. Item quòd verbum prædicationis, si proficit, hoc habet à Deo, *Ierem.1.* Ecce dedi verba mea in ore tuo. *Quapropter ad jam vocatos, totumque ad instruendum Orbem destinatos Apostolos* Matth.4. *dicebat Dominus:* Faciam vos fieri piscatores hominum: *nimirùm,* quia F frustrà laborat prædicatio exteriùs, nisi adsit interiùs gratia Redemptoris. Non enim virtute sua trahebant homines, sed operatione Christi; *& ideò dicit:* faciam.

Licitè gaudet prædicator de fructu spirituali, quem Deus per ipsum facit.

Z Op. 19. cap. 18. & 1.Cor.3. l.2. ibi, autum.

A Rom.1. l.3. fi.

Fructus prædicationis à Deo

B Matth. 21. lit. a. ibi.

C 1. 2. 102. 3. ad 11.

D Rom. 10. l. 2. fi. & Ioan. 6. l. 16. lit d.

Rarus ad verbum prædicatoris proficit.

Exponitur illud: Fides ex auditu.

E Apoc. 3 com. 1. ibi.

F Matth. 4. lit b. ibi. & 1. Cor. 3. l. 4.

n *Verùmtamen non rarò* quod G Dei proprium est, ab homine vsurpatur, & creaturæ attribuitur: quod est quasi idololatria. Et, si contingat, quòd ad exhortationem alicujus aliquis corrigatur, eloquentiæ & sapientiæ suæ hoc attribuit, & inde gloriam suam & laudem hominum quærit. Si verò non corrigatur, offenditur, & peccatori indignatur & irascitur, incorrigibilitatem ipsius, suam contumeliam reputans: non attendens, quòd correctio peccatoris non est opus humanæ virtutis, sed diuinæ. *Caueant ergo sibi sacri concionatores, ne terrena voluptate, aut humano fauore capiantur. Idcircò Cant.3. dicitur:* Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt: *idest,* Ecclesiam Christi H ordo prædicatorum, qui prædicando Ecclesiam muniunt; *omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi:*

G Op de er. Pr. l 3 c.4.

Non sibi attribuat prædicator conuersionem peccatoris.

H Cant. 3. com. 1. ibi.

tenent

tenent enim gladium, de quo Apostolus *Ephes.6.* Et gladium spiritus, quod est verbum Dei. *Vniuscujusque ensis super femur suum.* Vbi notandum, quòd superiùs tenere gladium dicuntur: hîc verò super femur enses habere. Gladios enim tenent, vt aduersarijs resistant, vt hæreticos & omnes sanæ fidei contradicentes confodiant. *Super femur* verò enses habent, vt sumet curam habeant, vt fluxus carnalium voluptatum reprimant, *& gloriæ titillationem humanæ*: ne juxta verbum Apostoli 1. *Cor.* 9. alijs prædicantes, ipsi reprobi efficiantur. *Quales vtique erant qui* Psal. 11. *dicebant*: Linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt. *Etenim* hæc est I prima species superbiæ, quando quis æstimat habere à semetipso *quod habet à Deo, à quo & omnis fructus animarum. Quòd si de se inaniter præsumpserint, & malè vixerint, diuina proculdubio carebunt sapientia: (nam in maleuolam animam non introibit sapientia, Sap. 1.) sine qua nihil proficit sapientia terrena: sunt enim prædicatores hujusmodi*, nubes quæ sine aqua à ventis circumferuntur, *vt dicitur in Epistola Iudæ. Nubes inquam sine aqua*, idest L prædicatores sine diuina sapientia, Eccli. 15. *Aqua sapientiæ salutaris potabit illum.* Prædicatores enim dicuntur nubes, quia à terra eleuantur, & aqua sapientiæ replentur. Sed isti sunt nubes Solem obscurantes, in Cœlum os suum ponentes, peruersè & superbè docentes: *quæ à ventis circumferuntur (inanis gloriæ & humani fauoris)* Ephes. 4. *Non circumferamur omni vento doctrinæ.* Item dicuntur (*mali prædicatores*) *arbores autumnales*: quia tunc folia & fructus cadunt: *infructuosæ*, nullam vtilitatem sibi vel alijs ferentes: *bis mortuæ*, in ramis scilicet & radice: in ramis quidem bonorum operum, & radice bonæ voluntatis: *eradicatæ*, idest extra radicem charitatis. *Nihil inquam prodest terrena sapientia, si absit diuina. Eapropter mittens Dominus ad prædicandum discipulos, ait illis*: Nolite possidere aurum neque argentum. *Neque aurum*, idest M secularem sapientiam: *neque argentum*, idest eloquentiam secularem (*nisi vt diuinæ deseruiant, vt visum est*:) *neque virgam*: aliqui enim equis vtuntur: alij verò virga sustinentur; ideò illud minimum etiam prohibuit, vt in ipso totaliter confiderent; *& soli diuinæ sapientiæ principaliter inniterentur. Qui secus faciunt, in agro Ecclesiæ infestæ locustæ sunt, de quibus dicitur Apoc.* 9. De fumo putei exierunt locustæ in terram: *idest*, falsi N prædicatores in Ecclesiam, terrena amantes & quærentes. Et isti comparantur locustis, quia saliunt in altum per superbiam, cadunt in terram per auaritiam, plùs diligunt terrena, quàm cœlestia: quod signant crura locustarum, quæ retrò sunt longiora. Tales sunt modò in Ecclesia multi doctores & prædicatores; vnde *Nah.* 3. Custodes tui quasi locustæ, & paruuli tui quasi locustæ locustarum. *His autem malæ vitæ, & quandoque falsæ doctrinæ prædicatoribus exprobrat Dominus Psal.* 49. Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? *Vbi Author*: Iustitia O refertur ad instructionem: testamentum refertur ad laudem Dei, Eccli. 15. *Non est speciosa laus in ore peccatoris*: quia nomen Dei est sanctissimum, & ideò inconueniens est, quòd à peccatoribus assumatur, quasi vsurpatum. *Sequitur*: Tu verò odisti disciplinam, *quam in alijs inculcas*: & projecisti sermones meos retrorsum: *vis tamen tuos, ad humanam gloriam captandam, gratos esse & jucundos.* Multi, *vt vidimus*, habent P literas Vriæ, quas portant contra se: literas inquam mortis suæ, sicut Vrias 2. *Reg.* 11. Hi sunt qui benè docent, & malè viuunt, Rom. 2. *Qui alium doces, te ipsum non doces?* idest Q qui alium doces dirigendo in bonum, te ipsum non doces dirigendo? *Et priùs*: Inexcusabilis es ò homo omnis, qui judicas: in quo enim alterum judicas, *videlicet*, quasi R malè agentem, *eo ipso si malè viuas*, te ipsum condemnas; *idest*, ostendis te esse condemnabilem.

I *Ps.* 11. *lit. e.*
Mali prædicatores describuntur.

L *Epist. Iudæ, ibi.*

M *Matth.* 10. *lit. a, ibi.*

Locustis assimilantur.

N *Apoc.* 9. *com.* 2. *&* 3. *ibi.*

Dei ad malos prædicatores exprobratio.

O *Ps.* 49. *lit. s.*

P *Apocal.* 14. *comm.* 1. *&* 2. *ibi, Euangelium, & Præd. in Ep. Can*

Q *Rom.* 2. *l.* 4. *ibi.*

R *Ibid. l.* 1. *ibi.*

o *Profectò mala omnia spiritualia, quibus Orbis subjacet Christianus, nonnisi ex malis prædicatoribus deriuatur. Aut enim malo exemplo, aut inutili verbo populos inficiunt, nec à peccato retrahunt contumaces, Ier.* 23. A prophetis Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram. *Et causam adducit*: Prophetant vobis, & decipiunt vos: visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini. Dicunt his, qui blasphemant me: Locutus est Dominus: Pax erit vobis. Et omni, qui ambulat in prauitate cordis sui, dixerunt: Non veniet super vos malum: *quod est, culpam adulando fouere, non comminando tollere: quod est, proprio ingenio indulgendo verbis ludere, non sacris dictis & factis hominum voluntates ad bonum inducere. Et cap.* 5. Stupor, & mirabilia facta sunt in terra. Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus &c. *Vbi Author*. Ponit S admirabilem culpam. *Stupor*, idest stupenda res: *prophetæ prophetabant mendacium*, quorum erat veritatem docere. *Et sacerdotes applaudebant*, consentientes mendacijs, quorum erat prophetas corrigere. *Et iterum Thren.* 2. Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta: nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: *quod est totum Euangelicæ negocium prædicationis.* Viderunt *inquam* falsa & stulta: *& ideò de his dicitur Is.* 56. Speculatores ejus cæci omnes: nescierunt vniuersi. *Et Matth.* 15. Cæci sunt, *scilicet vel ex ignorantia vel ex malitia*, & duces cęcorum: *ex quo benè sequitur*: Cæcus autem, si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt *damnationis æternæ*, 1. *Cor.* 9. Ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. *Perpendant idcircò, & attentè considerent verba Domini Ezech.* 3. Si dicente me ad impium: Morte morieris: non annunciaueris ei neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus (*hoc est, animam*) de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. *Et quidem, hanc ad rem, minimè prætereundum memorabile dictum B. Pij V. sanctæ memoriæ Pontificis Maximi: qui admonitus, aliqua indigere Ecclesiam reformatione, piè & sapienter respondisse fertur*: Prædicatores & Confessarij suum, vt par est, munus exerceant: & ecce Ecclesia in omnibus reformata. *Et ad hunc sensum videtur Dominus locutus fuisse Ier.* 23. Si stetissent (*Prophetæ*) in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem vtique eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. *Et post pauca*. Propheta, qui habet somnium, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè: quid paleis ad triticum? *At væ, suo munere, vti conuenit, non fungentibus! væ ad propriam gloriam, proque turpi lucro prædicantibus! Matth.* 23. Væ vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia clauditis regnum Cœlorum ante homines. Vos enim non intratis: nec introeuntes sinitis intrare. *Quod sub salis metaphora malis prædicatoribus & doctoribus minatur Dominus, cum Matth.* 5. *ait.* Vos estis sal terræ. Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? *Si sal*: idest T si prædicator, Prælatus, vel doctor, *euanuerit*. Euanescere dicitur sal tripliciter: scilicet liquefactione, quod fit per humidum & frigidum: secundò infatuatione: tertiò euanescit, quando omnino deficit. Igitur, *si euanuerit*; idest, si frigore, siue timore aduersitatis, vel humiditate prosperitatis (*siue fauoris humani*) se dissoluerit: *in quo salietur?* idest, quomodo populus bonis moribus informabitur? Vel, *si euanuerit*; idest, infatuetur deuian-

Ex malis prædicatoribus, orbis Christiani spiritualis ruina.

S *Ier.* 5. *ibi.*

B. Pij V. notabile dictum.

Væ malis concionatoribus.

T *Matth.* 5. *lit. d. ibi. Hebr.* 13. *l.* 1. *ibi, homo.*
Tripliciter sal euanescit.

doâ veritate: *in quo salietur?* idest, per quem populus erudietur? *ex Beda*. Vel, *si euanuerit*; idest, omninò defecerit: *in quo salietur?* idest, per quem modum pœnitentiæ condietur populus? *At valdè timendum quod sequitur:* Ad nihilum valet vltrà, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. *Vbi Author:* Hic notatur eorum supplicium: & tria ponuntur. Primò valoris annihilatio per subtractionem gratiæ, 1. Cor.15. *Gratia Dei sum id quod sum:* & quantùm ad hoc dicit: *ad nihilum valet vltrà*; Vnde Luc.14. dicitur: *Neque in terram neque in sterquilinium vtile est*. Secundò gloriæ amissio ex defectu negligentiæ (*nota*) vnde subditur: *nisi vt mittatur foras*; idest, extra Ecclesiam, vel extra Paradisum, Apoc.22. *Foris canes: (canes* inquam

V *Is.56 ibi.*

muti, non valentes latrare, scilicet contra V vitia, *vt dicitur Is.56.*) & Ioan.15. *Mittetur foras, sicut pal-*

Prædicatorum damnatio, si in officio defecerint.

mes, & arescet &c. Tertiò damnatio gehennæ ex cumulatione nequitiæ; vnde subditur: *& conculcetur ab hominibus:* idest à dæmonibus: dæmon enim aliquando dicitur homo, Psal.117. *Non timebo, quid faciat mihi homo*, idest *ex glossa* diabolus. Vel, *conculcetur ab hominibus*; idest, simul cum alijs calcetur: vel (*nota*) subtus alios in profundum Inferni projiciatur, *Malach.4.* Calcabitis impios. *Vide, qualis instet ruina concionatoribus, si muneris sui malo exemplo minusque sana doctrina partes exerceant. Bene ergo viuat prædicator, vt bene*

Ad eos monitio.

prædicet: & vt bene prædicet, ad solam Dei gloriam prædicet, dicens cum Apostolo 2. Cor.1. Per ipsum amen Deo ad gloriam nostram. *Per ipsum*, scili-

X *2.Cor.1.l.5. ibi.*

cet X Christum, dicimus *amen Deo*, idest verum, Apocal.3. *Hæc dicit amen testis fidelis & verus.* Et istam veritatem dicimus *Deo*; idest, ad honorem Dei, scilicet manifestantes ejus veritatem, *& gloriam nostram:* quia gloria nostra est conuersio vestra: vel, *gloriam nostram*, quia gloria nostra est, ostendere & prædicare verbum Dei: *gloria tamen ad Dei gloriam relata, tanquam in finem vltimum, in quem nostra omnia dirigenda sunt*, 1. Cor.10. Omnia

Y *1.Cor.10.l.7.ibi.*

in gloriam Dei facite: *videlicet* ea Y intentione, vt Deus laudetur & glorificetur. *Quod quidem maximè fit in peccatorum conuersione: vnde & de Laza-*

Conuersio peccatoris in suscitatione Lazari exprimitur.

ro dicitur Ioann.11. Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam. *Et eodem capite cum dixisset Martha:* Domine, jam fœtet, quatriduanus est; *dixit ei Iesus:* Nonne dixi tibi: quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? *Per Lazarum mortuum peccator figu-*

Z *Ioan.11.l.6. lit.b.*

ratur: qui & quatriduanus *dicitur*, quasi Z pressus pondere peccatorum & cupiditatum carnalium. *Cum autem conuertitur, & à morte animæ ad vitam gratiæ redit, totum hoc est* pro gloria Dei; *& ideò signanter dixit:* Si credideris, videbis glo-

A *Ibid. & l.1. lit.c.*

riam Dei; *idest* suscitationem A fratris tui (*sicut & cujuslibet peccatoris à morte peccati ad vocem Christi per os prædicatoris inclamantis:* Lazare veni foras, *à fœtido scilicet malæ consuetudinis sepulchro*) per quam Deus glorificabitur, *& quotidie glorificatur. Sic ergo, cum animas peccantium conuertit prædicator ad Deum, hoc Dei gratiæ & auxilio attribuens, non virtuti suæ, ad gloriam Dei*

Gloria solius Dei, sit prædicatoris finis.

dirigat: cui soli 1. *ad Timoth.1.* honor & gloria in secula seculorum, Amen. *DISCITE Ecclesiæ declamatores, non vos, sed qui in vobis loquitur Deus, prædicando glorificare. Vide*, Apostoli, Christi Doctrina & Prædicatio, Episcopus, Scriptura Sacra.

XXXI. Exiguntur à nobis tria circa verbum Dei: scilicet, solicitudo ad audiendum, Iac.1. *Sit autem omnis homo velox ad audiendum &c.* Fides ad credendum, Rom.10. *Fides ex auditu*. Constantia ad permanendum, Eccli.6. *Quàm aspera est nimiùm sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors*. Ioann.8. l.4. lit.a.

P HActenus de prædicatoribus dictum est. Superest, vt & de verbo Dei nonnulla adducamus: quo hinc & ad prædicandum magis inflammentur idonei, & faciliùs ad audiendum excitentur fideles. Et quidem si tria B sunt necessaria in locutione,

B *Serm. in Fe. S. Barth.*

scilicet puritas, delectabilitas, & vtilitas: puritas in veritate, delectabilitas in honestate, & vtilitas in verborum bonitate: *quantò magis verbum Dei tripli-*

Verbum Dei, honestum, vtile, delectabile.

ci gaudebit veri proprietate boni, quòd sit nimirùm honestum, vtile, & delectabile? Ex quo ad illud Rom.3. Credita sunt illis eloquia Dei, *docemur, quòd Dei verbum, siue* eloquia Dei C sunt honesta, Psal.18.

C *Rom.3.l.1. ibi.*

Eloquia Domini vera, iustificata in semetipsa. Sunt delectabilia, Psalm.118. *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua!* Sunt etiam vtilia ad non peccandum; *In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi*, Psalm. eodem. *Nec perperam* Ioann.7. *ministri illi ad Pontifices & Pharisæos, Christi sermonem admirati, dixerunt:* Nunquam sic locutus est homo. *Etenim* non solùm D homo erat, sed etiam Dei

D *Ioan.7.l.5. lit.f.*

Verbum: & ideò verba sua erant virtuosa ad commouendum, Ierem.23. *Nunquid non verba mea sunt*

Verba Christi virtuosa, sapida, vtilia.

quasi ignis? Et ideò dicitur Matth.7. quòd *erat docens eos, sicut potestatem habens*. Erant etiam sapida ad dulcorandum, Cant.2. *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis*. Erant & vtilia ad retinendum, quia promittebant bona æterna, *Ioan.6.* Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes; *& Is.48.* Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia. *Sanè multipliciter vtile est Dei verbum*. Pri-

Dei verbum multipliciter vtile.

mò E ad intellectus illustrationem, Prou.6. *Man-*

E *Is.49. ibi, Audite, 5. Nota.*

datum lucerna est, & lex lux. Secundò ad affectus dulcedinem, Psalm.118. *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua!* Tertiò ad amoris accensionem, Ier.20. *Et factus est* (sermo Domini) *in corde meo quasi ignis exæstuans.* Quartò ad operis rectitudinem, Ps.24. *Dirige me in veritate tua.* Quintò ad gloriæ adeptionem, Prou.3. *Custodi legem atque consilium: & erit vita animæ tuæ.* Sextò ad aliorum instructionem, 2. Tim.3. *Omnis Scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum; ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia &c.* Adde ex Prou.19. *& ad bene moriendum:* Audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis. *Porrò vtilitas hæc* (*sicut & honestas illius & delectabilitas*) *per plurima ostenditur ex multiplici verbi Dei sacris in literis nomenclatura. Et in primis dicitur gla-*

Verbum Dei, gladius.

dius, quo anima ex amore Dei vulneratur, Cant.5. Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me. *Quo loci Author:* Verbum *inquit* Dei F gladius est,

F *Cant.5. com. 3. ibi.*

dicente Apostolo Hebr.4. *Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ.* Hoc gladio sponsa percutitur, & vulneratur, quando prædicatoris sermo de Deo loquitur, & auditoris mentem veluti quodam spiculo compunctionis & amoris transfodit. *Vocat autem illud Apostolus Ephes.6.* gladium spiritus: *quia nimirùm* prædicatio G non

G *Ephes.6.l.4. ibi.*

penetrat vsque ad spiritum, nisi ducatur à Spiritu Sancto. *Item* gladium *vocat* verbum Dei: *quia per ipsum* habemus H arma ad impugnandum ipsos

H *Ibid. fi.*

dæmones: quod fit frequenter in sermonibus, in quibus verbum Dei penetrans corda, expellit congeriem

geriem peccatorum & dæmonum. *In cujus virtutis & validitatis signum legitur* Ioan. 8. *quòd vbi Christus* erat docens in Templo, nemo apprehendit eum. *Videlicet*, quia sermones I ejus fortiores erant his, qui eum capere volebant: quando verò voluit crucifigi, tacuit.

I Io. 8. l. 2. fi. Ejus virtus, & vis.

q *Eapropter, quia ignis inter elementa validius, igni verbum Dei comparatur*, Psal. 118. Ignitum eloquium tuum vehementer. *Et clariùs Ier.* 5. Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem. *Neque inconcinna æquiparatio. Nam verbum Dei* L dicitur ignis: quia illuminat, Psalm. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis*. Quia inflammat, Psalm. 104. *Eloquium Domini inflammauit eum*. Quia intima penetrat, Ierem. 20. *Et factus est* (sermo Domini) *in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis*. Quia liquefacit, Psal. 147. *Emittet verbum suum, & liquefaciet ea*. Quia consumit inobedientes, *Is. cap.* 30. Labia ejus repleta sunt indignatione, & lingua ejus, quasi ignis deuorans. *Liquefacit inquam & consumit: consumit enim corda obstinatione indurata: liquefacit ad pœnitentiam disposita, in doloris lacrymas vel amoris resoluens; idcircò, postquam cit.* Psalm. 147. *dictum est*: Emittet verbum suum, & liquefaciet ea; *statim subjicitur*: Flabit Spiritus ejus (*hoc est, Spiritus sanctus, Hebr.* 12. Deus noster ignis consumens est:) & fluent aquæ, *scilicet lacbrymarum*. *Hinc de peccatrice pœnitente Magdalena canit Ecclesia*: Liquefecit & refecit resolutam in lamentis verbum missum cœlitus. *Et Cant.* 5. *vi amoris elanguens sponsa, dicebat*: Anima mea liquefacta est, vt locutus est (*dilectus meus*.) *Ex quo, cum & ignis charitas sit*, Flammescat igne charitas; *& Cant.* 8. Lampades ejus, lampades ignis atque flammarum: *non mirum, si auditum Dei verbum, ad ejusdem Dei amorem accendat*. Ad acquirendam M charitatem, primum est, diligens diuini verbi auditio: & hoc manifestum est satis ex his, quæ sunt apud nos. Audientes enim bona de aliquo, in ejus dilectionem accendimur. Sic & Dei verba audientes, accendimur in amorem ipsius, Psal. 118. *Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud*. Et propterea illi duo discipuli diuino amore æstuantes dicebant Luc. 24. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?* Vnde & *Act.* 10. legitur, quòd prædicante Petro Spiritus sanctus in auditores diuini verbi cecidit: (*Spiritus sanctus autem amor est*.) Et hoc frequenter accidit in prædicationibus, quòd qui duro corde accedunt, propter verbum prædicationis ad diuinum amorem accenduntur. *Sed & verbum Dei, aqua est salutaris, Is.* 55. Omnes sitientes venite ad aquas. *Verbum Dei, siue diuina* N doctrina dicitur aqua: Primò quia infirmos sanat, Eccli. 15. *Aqua sapientiæ salutaris potabit illum*. Secundò quia inquinatos mundificat, Ezech. 36. *Effundam super vos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris*. Tertiò quia sitientes satiat, Ioann. cap. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. *Satiat autem verbum Dei, quia veritatem habet, qua inspecta intellectus quiescit*, Psalm. 16. Satiabor, cum apparuerit gloria tua; *nimirùm, increatam & primam contemplando veritatem*. *Et ex hoc redditur verbum Dei acceptabile*, 1. *Tim.* 1. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quòd Christus Iesus venit &c. *Fidelis sermo*: Duo enim O sunt in sermone commendanda: scilicet, quòd sit verus, & quòd sit acceptabilis. Aliquando enim sermo verus, est durus, & odia concitans, Galat. 4. *Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis?* (Et Ioan. 6. *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?*) Sed hic sermo primò quidem habet veritatem, vnde dicit: *Fidelis sermo*, Apocal. vlt. *Hæc verba fidelissima sunt & vera*. Item acceptabilis est, quia de salute nostra; ideò dicit: *& omni acceptione dignus*.

Ignis ex varijs ejus effectibus.

L Ier. 5. fi. & Matth. 13. lit. a.

M Op. 4. § 3. Iuuat auditum ad exercitandam charitatem, & amorem Dei.

Aqua est salutaris.

N Is. 55. circ. fi. & cap. 32. fi.

Verbum Dei fidele & acceptabile.

O 1. Tim. 1. l. q. ibi. Duæ boni sermonis conditiones.

r *Acceptabile sanè, verbum Dei: quippe quòd spirituale semen est in anima ad fructificandum Deo in salutem, Matth.* 13. Exijt qui seminat seminare: *scilicet*, semen P doctrinæ; *vnde Luc.* 8. *apertè dicitur*: Semen est verbum Dei. *Verbum inquam Dei*: Sicut autem Q verbum Dei est semen in anima hominis, secundùm quod est voce sensibili indutum, ad fructum bonæ operationis producendum: ita Verbum Dei, carne indutum, est semen missum in Mundum, ex quo maxima seges pullulare debebat, *Ioan.* 12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. *Dicit autem, semen: quia sicut* R ad vitam carnalem generatur quis per emissionem seminis corporalis: ita ad vitam spiritualem per infusionem seminis spiritualis, quod est verbum Dei. *Et huc respexit Paulus, cum* 1. *Cor.* 4. *ait*: Si decem millia pædagogorum habeatis in Christo: sed non multos Patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. *Vbi considerat Author, quòd* Pater est S qui primò generat: pædagogus autem est, qui jam natum nutrit & erudit, Galat. 3. *Lex pædagogus noster fuit in Christo*. Dicit ergo Apostolus se patrem eorum in Christo, quia eis primò Euangelium prædicauit; vnde assignans rationem ejus, quod dixerat, subdit: *nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui*. Est autem generatio processus ad vitam: homo autem viuit in Christo per fidem, Galat. 2. *Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo Filij Dei*. Fides verò, vt dicitur Rom. 1. *est ex auditu, auditus autem per verbum*. Vnde verbum Dei est semen, quo Apostolus eos genuit in Christo; *Iac.* 1. Voluntariè genuit nos verbo veritatis. *Verumtamen spiritualem ex hoc semine generationem impedit sæpe diabolus, tollitque quantum potest seminatum, Matth.* 13. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & superseminauit zizania in medio tritici; *& Luc.* 8. Volucres cœli comederunt illud. *Vbi Author*: Per volucres T intelliguntur dæmones, qui comedunt semen, idest verbum Dei, Matth. 13. *Venit malus, & rapit quod seminatum est*: (& clariùs Luc. 8. cit. *Venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant*.) Hoc autem semen verbi Dei tollunt dæmones, errorem in corde hominis seminando, 2. Cor. 4. *In quibus Deus hujus seculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij &c.* Deus hujus seculi: *idest*, diabolus V qui dicitur Deus hujus seculi, idest seculariter viuentium, non creatione, sed imitatione, qua seculares eum imitantur. *Sed & impedit non rarò, quin audiatur, Rom.* 1. Sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc. *Prohibitus sum*, scilicet X à diabolo, qui nititur impedire prædicationem, ex qua prouenit salus hominis, Prou. 25. *Ventus Aquilo dissipat pluuias*; idest, doctrinas prædicatorum. *Et* 1. *Thess.* 2. Voluimus venire ad vos (*ad prædicandum vtique personaliter verbum Dei*) & semel & iterum: sed impediuit nos Satanas: *idest*, procurauit Y impedimenta, fortè per aeris tempestates, Apoc. 7. *Vidi quatuor Angelos tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare, neque in vllam arborem*: Hoc est dæmones, impedientes prædicatores: *ne flarent super terram*; idest, super illos, qui sunt arabiles vomere prædicationis, & diuini seminis susceptibiles: *neque super mare*; idest, super fluidos & instabiles: *neque in vllam arborem*; idest, super illos, qui ad fructificandum sunt habiles. Dæmones enim conati sunt, & conantur quotidie impedire prædicatores, ne prædicent neque bonis, neque malis, neque ad exhortationem bonorum, neque ad reuocationem malorum. Sciunt namque dæmones, quòd

Verbum Dei, semen.

P Matth. 13. lit. a. ibi.

Comparatio inter diuinum Verbum, & verbum prædicationis.

Q Ioa. 12. l. 4. lit. c.

Cur semen.

R Prol. ad Tit.

S 1. Cor. 4. l. 3. ibi. Patres; & ibi. imitatores. Qui pædagogus.

Semen hoc tollit sæpe de cordibus diabolus.

T Serm. ex Euang. Domin. in Sexag.

V 2. Cor. 4. l. 2. ibi.

Vel impedit prædicationē.

X 1. Thess. 2. l. 2. ibi.

Y Apoc. 7. com. 2. & 1. ibi.

Digitized by Google

tatis *erat*, non palpabat I vitia hominum, sed veritatem omnibus apertè sine vlla fraude prædicabat, Ioan.16. *Ecce palam loqueris*. Sed heu! L talis Magister non quæritur: &, si esset aliquis talis, non audiretur, quia non dicit *placentia*, *Is.* cap.30. *Cesset à facie nostra Sanctus Israel*: idest, doctor docens veritatem: *quin tempore nostro* facta est veritas in obliuionem, *Is.*59. Quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum, *vt dicitur Psal.*11. *Verumtamen*, quamuis M qui sine adulatione prædicant, non habeant gratiam (*hoc est, non gratiosum verbum*) apud malos, qui dicuntur homines carnales: habent tamen gratiam apud bonos: *penes quos valdè gratiosum redditur eorum verbum*. *Prohibetur autem quis præfato sensu hominibus placere*: Vno modo, ne N propter seipsum placere quærat, quasi in humano fauore finem constituens: sed hoc, quòd hominibus placere curat, debet aliquis referre vlteriùs ad aliquod bonum, scilicet ad Dei gloriam, vel proximorum salutem. *Quod bene*, inquit Gregorius, *Paulus insinuat, cum sui nobis studij occulta manifestat, dicens* 1. Cor. 10. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. *Qui tamen rursus dicit ad Gal.*1. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. *Placet ergo Paulus, & non placet: quia in hoc, quòd placere appetit, non se, sed per se hominibus veritatem placere quærit*. Alio modo, quando aliquis, vt placeat hominibus, facit (*aut dicit*) aliquid, per quod Deo displicet. Et hoc est quod *Hieronymus dicit super Epist. ad Gal. Si inquit* fieri potest, vt pariter Deo & hominibus placeamus, placendum est & hominibus. Si autem aliter non placemus hominibus, nisi Deo displiceamus: Deo magis, quàm hominibus placere debemus. *Hinc ad illud Apostoli Galat.*1.*cit.* An quæro hominibus placere? *in persona Pauli exponit Author*: idest O non est intentionis meæ homines conuertere, vt placeam hominibus tantùm, sed propter honorem Dei. Et hoc patet: quia *si adhuc* intenderem *placere hominibus*, vt olim placui, *Christi seruus non essem* (*nec bonus ejus prædicator*.) Cujus ratio est: quia hæc sunt contraria: ita duntaxat, vt scilicet vellem placere hominibus propter homines, non referendo illud in Deum. Si enim ideò intendam aliquando placere hominibus, vt eos traham ad Deum, non pecco. Sed si primo modo, non sum seruus Christi, *Is.*28. Coangustatum est stratum, ita vt alter decidat. *Et* 1. *Cor.*10.*cit.* Sine offensione estote Iudæis & Gentibus & Ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. *Vbi Author*: Ecce *inquit* optimus P modus placendi omnibus, si omnium vtilitas, non priuatum commodum procuretur. *Charitas* enim *non quærit quæ sua sunt*; 1. Corinth.13. *Quod est* inquam *vtile multis*; & hoc non ad aliquod commodum temporale (*aut ad gloriam propriam*) sed adhoc *vt salui fiant*. *Idcircò, vt placeret, gratusque foret omnibus sermo suus, petebat Ephes.*6. Vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium Euangelij. *Quibus verbis* non solùm Q petit, quòd detur sibi sermo, seu prædicandi scientia: sed gratia loquendi *cum fiducia*. Item petit, vt detur sibi temporis seu modi congruentia: quia *tempus tacendi, & tempus loquendi*, vt dicitur Eccle.3. Et ideò subdit: *ita vt in ipso audeam prout oportet me loqui*. Et certè in omnibus modus & qualitas facit gratum: quia *Sermo opportunus est optimus*, vt dicitur Prou.15. *Itaque debet præcosacer, gratus esse prædicando quæ placent, non quomodocunque, sed quæ placent, & vtilia spiritui*. *Non ergo vana & inutilia*, 1. *Tim.*6. Depositum custodi, deuitans profanas vocum nouitates. *Et* 2. *Tim.*2. Profana, & vaniloquia deuita. *Profana*, quasi procul à Fano, scilicet à cultu diuino; idest, quæ fidei repugnant: *& vaniloquia*, idest, fabulosa. *Vnde Ier.*23.*dicebat Dominus*: Propheta, qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè: quid paleis ad triticum? *Et Iob cap.*16. Nunquid habebunt finem verba ventosa? *Vbi Author*: In hoc R quod dicit, *ventosa*, ostendit, quòd inutilia erant, soliditatem non habentia. *O quot ventosa in aliquibus audiuntur verba! Cui cohæret illud Psalm.* 11. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. *Nempe* vanum est S quod non habet subsistentiam. Item vanum est quod intellectu non tenetur. Etiam superflua verba vana sunt, *Prou.*14. Vbi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas. *Vnde & inutiles auditoribus efficiuntur*, *Psal.*13. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. *Ex quo autem* facti sunt *prædicatores* inutiles, *bene sequitur*: Non est qui faciat bonum *ex auditoribus*, non est vsque ad vnum. *Vana ergo, & superflua Prædicator euitet, si vult in auditoribus fructum facere: breuis siquidem sermo, sed medullatus, doctiorem indicat prædicantem, gratiorque euadit audientibus & fructuosior, Ephes.*3. Scripsi in breui, prout potestis legentes intelligere &c. *Hoc est*: in verbis T paucis hoc expressi, in quibus cognoscere potestis, quòd perfectam cognitionem habeam de mysterijs fidei, Cant.4. *Fauus distillans labia tua*. Labium quidem, breue quid est: & sic labia doctoris sunt *fauus distillans*, quando breuibus & paucis verbis multa & magna insinuat. Sed attende *ex Augustino* quòd debet intendere hoc Doctor, quòd intelligatur. Et quandiu adhoc laborat, verba sua non sunt superflua: sed, si postquam intelligitur, eis immoratur (*bene nota*) superflua sunt ejus verba, *nimiùmque audientibus tædiosa*. *Et ad Hebr.*13. Etenim perpaucis scripsi vobis: *idest*, valdè V paucis. Sermones autem breues valdè accepti sunt: quia, si sunt boni, inde auidiùs audiuntur: si verò mali, parùm grauant, *Eccle.*5. Sint pauci sermones tui; *& ab opposito*: In multis sermonibus inuenietur stultitia: *quandoquidem Prou.*10. In multiloquio non deerit peccatum, *defectus nimirùm, vanitatis saltem & superfluitatis*. *Hinc est, quòd vidit Ioannes Apoc.*14. alterum Angelum habentem Euangelium æternum. *Alterum Angelum*, idest X prædicatorem catholicum, *habentem Euangelium æternum*: multi enim habent, non *Euangelium*, sed vaniloquium, quia magis vanitatem, quàm veritatem vel bonitatem nunciant, Psal.118. *Narrauerunt mihi fabulationes*: (2. *Tim.*4. Ad fabulas autem conuertentur.) Deinde vidit Ioannes, ad quid haberet *Euangelium*: non enim ad vendendum in foro, sicut venditores oleorum: neque ad custodiendum in armariolo, vt librarij: neque ad illuminandum pulchriores literas, vt pueri: sed ad prædicandum. Vnde sequitur: *vt euangelizaret*; idest, vt bona nunciaret, *sedentibus super terram*, idest bonis, qui terrena calcando, & sibi subijciendo, & omnia abijciendo contemnunt: & quia parum esset prædicare solis bonis, ideò dicit: *& super omnem Gentem*, idest omnibus Gentibus. *Quod ait Apostolus Rom.*1. Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum: *etenim*, quia Y vniuersalem Gentium Apostolatum susceperat, omnibus se asserit debitorem. *Et Coloss.*1. Corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu. *Quò pariter respectum habuit Canticorum Sponsus, cum cap.*4.*ait*: Mel & lac sub lingua tua. *Quandoquidem* lac Z paruulis conuenit; ideoque per lac designatur simplex doctrina, qua initia credentium imbuuntur: Mel verò, quod de rore Cœli confici creditur, cœlestem & spiritualem doctrinam significat, quæ perfectis & instructis conuenit. *Sub lingua ergo Ecclesiæ mel & lac est*: quia aliquando cœlestia mysteria perfectis: aliquando rudibus plana & simplicia annunciat:

I Ioa. 1. l.6.f. & 1. Thess. 2. l.1. ibi, placentes.
L Apocal. 10. com.2.ibi, super terram.
M Op. 19. c.7.
N Op.19. c.17. Qualiter studeat hominibus placere.
O Gal.1. l.1.f. & 1. Thess. 2. l. 1. ibi, placentes.
Modus placendi omnibus quis ex Apostolo.
P 1. Cor.10. l. 7. ibi.
Q Ephes. 6. l. vlt ibi. Op. de er. Pr. l.5.c.20.
R Iob 16. l. 1. ibi.
Non vana, superflua, aut inutilia prædicet.
S Ps. 11. lit. b.
T Ephes.3. l.1. ibi.
Breuis sermo sit, & medullatus: non verbosus.
V Hebr. 13. f. ibi, scripsi.
X Apocal. 14. com.2. ibi.
Y Rom. 1. l. 5. ibi, & 2. Tim. 4. l. 1. ibi, in omnibus.
Omnibus indiscriminatim prædicandum.
Z Cant.4. com. 1. ibi.

Digitized by Google

ciat: *quod idem est ac dicere cum Apostolo:* Sapientibus & insipientibus debitor sum. *Vnde & sub lactis metaphora hoc idem exprimit* 1. Cor. 3. Lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis &c. *Cæterùm de ijs, qui vana & inutilia prædicant, loqui videtur Paulus* 1. Cor. 3. *cit. cum dicit:* Si quis autem superædificat super fundamentum hoc (*quod est Christus Iesus*) aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam &c. *Si quis superædificat* vel operando A vel docendo, *super fundamentum hoc*, idest super fidem formatam, vel super fidem fundatam ab Apostolis & prædicatam, *aurum, argentum, lapides pretiosos*, idest spiritualia opera, vel præclaram doctrinam: Vel *ligna, fœnum, stipulam*, idest corporalia opera, vel friuolam doctrinam: *vniuscujusque opus manifestum erit*, scilicet in diuino judicio, *quale sit*. (*Metuant prædicatores.*) Non enim latet per humanam ignorantiam. Nam quidam videntur *superædificare aurum, argentum, lapides pretiosos:* qui tamen *superædificant ligna, fœnum, stipulam*, in rebus spiritualibus corporalia meditantes, putà lucrum, vel fauorem humanum. Quidam verò videntur *superædificare ligna, fœnum, stipulam:* qui tamen *superædificant aurum, argentum, lapides pretiosos*, quia in administratione temporalium nihil nisi spiritualia cogitant, *nimirùm Dei gloriam, & salutem animarum; Sophon.* 1. Scrutabor Ierusalem in lucernis.

d *Superædificet ergo Prædicator* aurum, *idest fidei veritatem*, 1. *Petr.* 1. Vt probatio vestræ fidei multò pretiosior auro &c. *non verò* ligna, fœnum, stipulam, *idest vana, superflua, & inutilia: nam* circa illud B quod prædicandum est, hæc tria sunt attendenda: scilicet veritas, quia falsa non sunt prædicanda, 1. Tim. 2. *Veritatem dico, non mentior.* Item honestas: non enim omnia vera sunt prædicanda, quia quædam non decerent, Psal. 11. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum.* Item vtilitas: non enim omnia vera & honesta sunt prædicanda, sed quæ sunt ad salutem vtilia, Matth. 4. *Prædicans Euangelium Regni.* Euangelium *inquam* Regni: *cujus præcipua materia, vt vidimus, est Christus Filius Dei; vnde Apostolus* 1. *Cor.* 2. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum: *quod est, veritatem prædicare; nam Christus Verbum Dei est, & increata Veritas, Ioan.* 14. Ego sum veritas. *Et hoc est, alicujus esse* gratiosum verbum propter efficaciam ad persuadendum: *Veritas enim est, quæ facilè suadetur* (*quia verum est objectum intellectus*) *non ita falsitas, Prou.* 8. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. *Quibus in verbis* duplex C sapientis officium ex ore Sapientiæ demonstratur: scilicet veritatem diuinam, quæ antonomasicè est veritas, meditatam eloqui, & errorem contra veritatem impugnare. *Id quod docuit Apostolus* 2. Tim. 4. *cum scribit:* Prædica verbum; *verbum* scilicet D Euangelij (*quod est verbum Dei:*) In prædicatione autem duo sunt: scilicet denunciatio veritatis, & instructio ad mores. Et hæc duo debet prædicator facere. *Vnde &* 1. *ad eund. Tim.* 2. *de seipso dicit:* Doctor Gentium in fide & veritate: *videlicet*, quia E debet docere fidem & bonos mores. Doctor enim generat scientiam in anima discipuli: scientia autem non est de falso; vnde docens falsum non est doctor, *nec verus prædicator nec verax. Quin prædicatio ipsa*, verbum *ab eodem dicitur* veritatis, *Ephes.* 1. Cum audiuissetis verbum veritatis, Euangelium salutis vestræ &c. *Verbum veritatis:* idest F verbum prædicationis. *Et hoc sensu dicebat* 2. *Cor.* 4. Neque adulterantes verbum Dei. *Quod quidem* dupliciter G exponitur: & primò, idest non permiscentes doctrinæ Christi falsam doctrinam: secundò, idest non prædicantes propter lucrum vel gloriam pro-

A 1. Cor. 3 l. 2. ibi.

B Apoc. 8. com. 2. ibi, canerent. Vera, honesta, & vtilia prædicanda.

Gratiosum illius verbum qui veritatem efficaciter persuadet.

C 1. cont. Gen. c. 1. fi.

D 2. Tim. 4. l. 1. ibi. Duo debet facere prædicator.

E 1. Tim. 2. l. 2. ibi.

F Eph. 1. l. 3. ibi

Adulteratur verbum Dei, si veritas tacetur.

G 2 Cor. 4. l. 1. ibi. & cap. 2 l. 3. fi.

priam. Et istorum primus, est lupus: secundus, mercenarius. Sed qui vera prædicat & propter gloriam Dei, est pastor. Vnde & subdit: *in manifestatione veritatis:* idest, veritatem puram manifestamus. *Et* 2. *Tim.* 2. *optimum vocat prædicatorem* operarium rectè tractantem verbum veritatis: *qualis erit*, vera H docendo, & vtilia audientibus, non quærens lucrum & gloriam. *Hinc Sapiens* Eccli. 16. *dicebat:* In veritate enuncio scientiam ejus. *Et Sap.* 6. Ponam in lucem scientiam illius, & non præteribo veritatem. *Ab opposito de aliquibus verum habet quod suo tempore deplorabat Ieremias Thren.* 2. Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. *Falsa* inquam *& stulta:* quia I stultum erat credere, quòd Deus peccatores non puniret, *Ezech.* 22. Prophetæ ejus liniebant eos absque temperamento. *Profectò nedum falsa prædicare vetamur, sed & friuola atque apocrypha: qualia sunt quæ multa enarrantur de Christi Saluatoris infantia, pluresque de ejusdem passione Matrisque compassione meditationes pueriles, aut res ejusmodi, Ecclesiæ, sacrarum Scripturarum, Sanctorumue Patrum fundamento minimè innixæ.* Non enim decet L prædicatorem veritatis ad fabulas ignotas diuertere. *Quicquid autem sine aliquo fundamento facilè adducitur*, eadem M facilitate contemnitur, qua dicitur, cum nullius authoritatis robore fulciatur. Nec æstimo (*subjicit Author*) hujusmodi friuola esse prædicanda, vbi tanta suppetit copia prædicandi ea, quæ sunt certissimæ veritatis. *Et hæc sola prædicanda sunt.*

e *Sic autem prædicans quis veritatem, solam Dei gloriam pro fine statuat, non vanum sibi, aut humanum fauorem, quo faciliter capitur prædicator. Vnde super illud Matth.* 10. Excutite puluerem de pedibus vestris, *docemur*, quòd pedes N sunt affectus eorum: quantumcunque enim sint sancti, prædicatores, oportet, quòd aliquo puluere affectus eorum moueatur, vel aliqua vanagloria, vt habetur *Ioan.* 13. vbi dicitur, quòd Dominus lauit pedes discipulorum, & dixit: *Qui mundus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus:* vnde indigebant lotione quoad venialia. Et quare hoc præcepit Dominus? ad ostendendum, quòd prædicator committit se periculo. *Et quidem vel auditorio frequenti facilè delectatur, & ad gloriolam quandam rapitur:* Sicut enim O artifex *ex Chrysostomo* quando videt præparatam materiam, delectatur operari: ita Sacerdos delectatur prædicare, quando populum videt congregatum. *Idcircò humilietur oportet coram Deo: de Christo enim docente dicitur eodem Matth. cap.* 5. *quòd* cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus, & docebat eos. *Vbi Author:* Duo possunt P notari in sessione ejus. Humiliatio, Psal. 138. *Tu cognouisti sessionem meam:* Quando enim erat in altitudine diuinæ majestatis, non poterat capi ejus doctrina; sed tunc cœperunt homines capere, quando se humiliauit. Vel hoc pertinet ad dignitatem magisterij, Matth. 23. *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi:* ad studium enim sapientiæ requiritur quies. (*Quòd si quæras: cur modò Christus sederet docens, modò staret? Respondet Author*, quòd sedens quidem Q docuit discipulos, *Matth.* 5. *cit.* stans autem, turbas, Ioann. 7. *Stabat Iesus, & clamabat.* Et ideò ex hoc inoleuit consuetudo in Ecclesia, vt turbis prædicetur stando, Religiosis verò & clericis sedendo. Cujus ratio est: quia, cum prædicatio ad turbas sit quasi ad eas conuertendas, fit per modum exhortationis: sed cum prædicatio ad clerum sit quasi jam ad existentes in Domo Dei, est vt quædam commemoratio.) *Humilietur inquam prædicator coram Deo, vt sapienter, & vti par est, verbum Dei ad ejus gloriam annunciet. Idcircò enim dicitur Matth.* 11. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti

H 2. Tim. 2. l. 2. fi.

I Thren. 2 ibi.

Nedum falsa, non prædicanda, sed neque apocrypha.

L Op. 12 art. 1.

M Ibid. a. 5.

N Matth. 10. lit a ibi

Prædicator aliquo moueatur mundano affectu.

Delectatur auditorio congregato.

O Matth. 5. lit a. ibi, ascendit.

Humilietur idcircò coram Deo.

P Matth. 5 lit. a. ibi.

Cur Christus modò stans doceret, modò sedens.

Q Io. 7. l. 5 lit. a. & Matth. 5. loco cit.

Ecclesiæ in hoc consuetudo.

Digitized by Google

R Matth. 11. lit. c. ibi.

uelasti ea paruulis; *Apostolis scilicet, & prædicatoribus: siquidem* paruulus dicitur R humilitate, quia parua de se sentit. Et sic *paruulis*, idest humilibus, non de se præsumentibus: *Vbi enim est humilitas, ibi & sapientia*, Prou. 11. *Talis erat Ieremias, qui à Domino ad prædicandum electus respondit*: A A A, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum, *Ierem.* 1. *Quod exponitur*: A propter defectum S vitæ: A propter defectum scientiæ: A propter defectum eloquentiæ. *Sic & Ioannes humiliter dicebat Ioan.* 1. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cujus ego non sum dignus, vt soluam ejus corigiam calceamenti: *contra eos, qui superbiæ typho intumescentes, cæteros omnes superexcellere ambiunt; vnde & ab alijs dicta dedignantur referre: cum tamen ipse Dominus eadem Ioannis verba prædicando repetierit*: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum Cœlorum. *Vbi Author*: Notandum *inquit* quòd T eadem verba dicit hìc (*Matth.* 4.) quæ Ioannes (*Matth.* 3.) propter duo. Primò enim admonet nos de humilitate, vt scilicet nullus dedignetur verba ab alijs dicta prædicare, cũ ipse fons Ecclesiasticæ scientiæ eadem prædicauerit. Secundò quia Ioannes est vox; Ipse verò Verbum: idem autem significatur per Verbum & vocem. *Quod & omnibus prædicatoribus adaptatur: vox enim Dei prædicator est, juxta illud Ierem.* 15. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.

S Ier. 1. ibi.

Ab alijs dicta non dedignetur prædicator referre.

T Matth. 4. lit. L. ibi.

V Op. de er. Pr. l. 5. c. 20. ff.

Quomodo à prædicatoribus prædicandum.

f *Sed & prædicator* attendere V debet, quomodo sit dicendum. In locutione reprehensibilis est nimius clamor, Is. 42. *Non clamabit*, prædicitur de Christo: Et *Seneca*: Vox sit sine clamore. (*Ad persuadendum enim non alta vox & valida, sed fortis exigitur & efficax ratio. Clamor autem in Scripturis affectum aliquando signat; vnde Apoc.* 12. Clamabat parturiens *mulier illa*, id est X Ecclesia in prædicatoribus, & pastoribus bonis, prædicando cum affectu, qui in clamore intelligitur, *Is.* 57. Clama, ne cesses &c. *Et Ioan.* 7. Clamabat Iesus in Templo docens. *Vbi Author* : Clamor *inquit* ex magnitudine Y affectus procedit. Et ideò quandoque importat turbulentiam animi interiùs concitati: & hoc modo non competit Christo, de quo scriptum est Is. 42. cit. *Non clamabit, nec audietur vox ejus foris*. Quandoque importat magnitudinem deuotionis, secundùm illud Psal. 119. *Ad Dominum cum tribularer clamaui*. Quandoque verò cum hoc signat magnitudinem dicendorum, secundùm illud Is. 6. *Seraphim clamabant alter ad alterum &c.* Et Prou. 1. *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum clamitat &c.* Et sic prædicatores clamare monentur. *Vnde & Eccle.* 9. *potiùs docemur, quòd* verba sapientium audiuntur in silentio plùs quàm clamor principis inter stultos.) Et notandum, quòd ad condimentum sermonis facit, quòd sermo sit purus, opportunus, dulcis, & vtilis. De primo dicitur Prou. 15. *Sermo purus pulcherrimus*. Purus autem debet esse à falsitate, à noxietate proximi, à contumelia Dei. De secundo legitur Prouerb. l. c. *Sermo opportunus, optimus est*. De tertio Eccli. 6. *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos*. Magis enim proficiunt qui habent dulcedinem linguæ, quàm qui habent sapientiam magnam. De quarto dicit *Seneca*: Sermones vtiles, magis quàm facetos & affabiles, ama: rectos potiùs, quàm obsecundantes. *Et sic sermone suo veritatem suadebit prædicator. Vt enim verbum illius gratiosum sit, efficaciter loqui debet, vt efficaciter persuadeat*. Quod Z pertinet ad gratiam sermonis: & hoc tripliciter. Primò quidem ad instruendum intellectum: quod fit, dum aliquis sic loquitur, quòd doceat. Secundò ad mouendum affectum, vt scilicet libenter audiat verbum Dei: quod fit, dum aliquis sic loquitur, quòd auditores delectet. Quod tamen non debet aliquis quærere propter fauorem suum, sed vt homines alliciantur ad audiendum verbum Dei. Tertiò ad hoc quòd aliquis amet ea, quæ verbis significantur, & velit ea implere: quod fit, dum aliquis sic loquitur, quòd auditorem flectat. *Sanè, si quis hæc habeat, non erit*, sicut plurimi adulterantes verbum Dei, 2. *Cor.* 2. *Plurimi inquam & tempore Apostolorum erant, & nostro inueniuntur (mentirer vtinam!) non rari aut pauci, qui verbum Dei multifariam adulterant: quales erant* pseudo-apostoli A qui propter quæstum prædicabant (*quod ajebat initio Author*:) Paulus autem & Apostoli neque propter quæstum, neque propter gloriam propriam prædicabant: sed propter laudem Dei, & salutem proximi.

Nimius clamor non laudatur.

X Apocal. 12. com. 1. ibi.

Clamor multifariam in Scripturis accipitur.

Y Io. 7. l. 3 lit. e & l. 5 lit a. Ps. 16. lit. 6 Ps. 33. lit. g. Is. 42. ibi, non clamabit.

Qualis sermo.

Gratia sermonis in quo cõsistat.

Z 1. 2. 177. 1. c.

A 2 Cor. 2. l. 3. ff. & cap. 4. l. 4. ibi, adulterantes.

g *Et ecce tertia conditio, quæ in prædicatore exigitur, vt scilicet sit* populi amator *& auditorum: quod est, ex charitate, & propter animarum salutem, Dei verbum annunciare. Sic erit & tertio modo* gratiosum illius verbum propter ordinatum modum proferendi & feruentem: *feruor enim charitatis designatur & zelus, quo quis in proximorum profectum sacro in suggestu desudat. Quod vt faciliter certòque consequatur, & ipse oportet in gratia & charitate sit, vti superiùs jam tactum est. Hinc tria cum Paulo postulet opus est à Deo, sicut ad Ephesios ait cap.* 6. Orantes vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium Euangelij. *Quibus verbis* tria B petit pro se, quæ cuilibet prædicatori sunt necessaria: scilicet quòd Deus os aperiat: quòd ad prædicandum se præparet, quantum in se est: & quòd detur sibi gratia; *qua videlicet munitus, valeat intelligentiam Scripturarum adipisci. De quo mysticè instruimur* Ioann. 6. *cum scilicet Dominus videns*, quia multitudo maxima veniebat ad eum, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducent hi? *Vbi Author*: Notandum *inquit* quòd C omnis Doctor necesse habet spiritualiter pascere turbam ad se venientem. Et quia nullus homo habet ex se, vnde pascat eam, ideò oportet, quòd aliunde emat, scilicet labore, studio, assiduitate orationum, Is. 55. *Qui non habetis argentum, properate, & emite absque commutatione vinum & lac*. Et iterum: *Quare appenditis argentum*, idest eloquentiam, *non in panibus*; idest, non in vera sapientia, quæ reficit, *Eccli.* 15. Cibabit illum Dominus pane vitæ & intellectus: *& laborem vestrum non in saturitate*, addiscendo ea, quæ non satiant, sed magis euacuant? *Et hinc est, quòd quia studium non adhibetur & oratio*, paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis, *Thren.* 4. *Et Is.* 33. Vbi est literatus? vbi legis verba ponderans? vbi doctor paruulorum? *Libenter autem frangimus eis panem, si charitas insit, & stimulet; Vnde Apostolus*: Charitas Christi vrget nos. *Videlicet*: quia vrgere D idem est, quod stimulare. Q. d. Charitas Christi quasi stimulus stimulat nos ad faciendum ea, quæ charitas imperat, vt scilicet procuremus salutem proximorũ. Hic est effectus charitatis, Rom. 8. *Qui spiritu Dei aguntur*, idest agitantur, &c. *Charitatis autem igne flagrantes, certum sibi promittant animarum lucrum prædicatores: sic enim Apostoli sanctissimi, postquam* charitas Dei diffusa est in cordibus *eorum* (*nam Act.* 2. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, *qui charitas est*) *vniuersum Mundum à vanis idolorum simulacbris ad Deum verum & viuum attraxerunt. Quod innuere voluit Saluator, quando Matth.* 21. Cum appropinquasset Ierosolymis, misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum &c. *Vbi Author*: Signauit *inquit* missionem E Apostolorum in hunc Mundum, Matth. 10. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos*. Sed duos misit, vt significaret charitatem, quæ consistit saltem inter duos, vnde & *Luc.* 10. *dicitur, quòd* misit illos binos ante faciem suam &c. *Et hæc est, quæ mouere debet ad annunciandum verbum Dei sacrum concionatorem*.

Tertia prædicatoris conditio, ex charitatis zelo verbum Dei annunciare: ex quo, tertio modo redditur gratiosum verbum illius.

Tria prædicatori necessaria.

B Ephes. 6. l. 5. ibi. & Ioan. 17. l. 1. lit. a.

C Io. 6. l. 1. d.

Charitas vrget ad animarum procurandam salutem, si infit.

D 2. Cor. 5. l. 3. ibi.

E Matth. 21. lit. a. ibi. & Matth. 4 lit b. ibi, fratres.

Nam

Nam tria sunt, vnde excitandus est (sicut docemur ex illo Is.41. Quis annunciauit ab exordio, vt sciamus? Non est neque annuncians neque prædicens neque audiens &c.) Primò F instinctus fidei, Psal. 115. *Credidi propter quod locutus sum.* Secundò stimulus zeli, Ierem.20. *Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans (zelus videlicet charitatis.)* Tertiò magnitudo præmij, *Matth.5.* Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno Cœlorum. *Hinc* Apoc.14. *Angelus* habens Euangelium æternum, vt euangelizaret, *describitur* dicens voce magna; *idest*, magna G persuasione, & magno desiderio ac feruore. Magna enim vox est, quæ persuasionem habet valde motiuam (*non quæ clamorosa, vt prætactum est:*) Magnum etiam desiderium ac feruorem signat, in quo notatur viuax zelus, *charitatis nimirum. Quo certè æstuabat feruidus prædicator Elias, vnde & in igneo curru in Paradisum translatatus est, de quo dicitur Eccli.48.* In diebus suis non pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum, nec superauit illum verbum aliquod. *Et paulò ante:* Qui receptus es in turbine ignis, in currum equorum igneorum. *Tali flagrabat charitatis zelo & Paulus, quæ & eò vsque deuenit, vt magna tristitia & dolore affectus optaret, si fieri posset,* anathema esse à Christo; *idest*, separatus H esse, *pro fratribus suis Iudæis conuertendis, vt dicitur* Rom.9. *Dolor hic exprimi videtur* Apoc.12. *in figura illius mulieris, quæ à Ioanne visa est* in vtero habens, & clamabat parturiens, & cruciabatur, vt pariat. *Mulier clamabat;* idest I Ecclesia in prædicatoribus, *Is.*58. Clama, ne cesses: *parturiens*; idest, cum labore satagens ad pariendum filios spirituales. Parturitio est præparatio partus, quæ fit cum frequenti cruciatu & dolore: & per hoc signatur diligentia & laboris frequentia in officio prædicandi & adjuuandi animas, *ad Gal.*4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis; *& cruciabatur* interiori desiderio, & exteriori carnis maceratione, *vt pariat*, scilicet spirituales filios Deo. Partus enim est, quando proles nascitur, vnde procedit parturitio, idest præparatio ad partum, & sequitur partus. Sancti enim prædicatores quandoque se affligunt corporaliter (*præter laborem quem studendo & prædicando sustinent*) vt efficaciter animas conuertant, & Deo pariant, 1. *Cor.*9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne fortè cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar, *non ex charitate nimirum, aut sine charitate, munus prædicationis exercens. Haud secus & per prædicatores suos (siquidem, vt vidimus,* os Dei *sunt) videtur quodammodo & ipse Dominus condolere, Is.*42. Sicut parturiens loquar; *idest*, proferam L dissimulatum dolorem. *Sic ergo de peccatorum culpis doleat ex zelo charitatis, sicut parturiens, prædicator: qui & piè illis compatiens, nutrix spiritualiter esse debet: qualis erat Apostolus, qui de se ipso dicit* 1. *Theff.*2. Tanquam si nutrix foueat filios suos: *videlicet*, quæ M condescendit infanti, balbutiendo ei loquens, vt puer loqui discat: & in gestibus etiam ei condescendit, 1. *Cor.*9. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos; & *cap.*3. Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi &c. *Et charitas quidem in hoc elucet maxima: subjicit enim Apostolus:* Ita desiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis non solùm Euangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis, *amore scilicet charitatis*, 2. *Cor.*12. Ego autem libentissimè impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris. *Et quidem* majorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, *dicebat Dominus* Ioan.15.

h *Ex hac verò dilectionis charitate oritur solicitudo operantis.* Causa N solicitudinis, *inquit Author*, est charitas Christi. *Si enim diligis animas, solicitus esse debet de illarum salute: nescit enim amor tarditatem (vnde & aligerum finxere)* & operatur magna, si est, *ajebat Gregorius. Quam quidem solicitudinem præ cæteris habebat prædicator Gentium Apostolus,* 2. *Cor.*11. *dicens:* Præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solicitudo omnium Ecclesiarum. *Quasi dicat:* Præter O omnia, quæ exteriùs patior & passus sum, angit me grauiùs interior afflictio, scilicet solicitudo subditorum, *Rom.*12. Qui præest in solicitudine. *Sequitur:* Quis infirmatur, & ego non infirmor? *Quis infirmatur*, scilicet in fide & bono: *& ego non infirmor*, in corde dolens de eo, sicut de me? 1. *Cor.* 9. Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. *Quis scandalizatur*, scilicet malo pœnæ; idest, quis patitur tribulationes: *& ego non vror* igne compassionis? *En Apostoli instantia, & Ecclesiarum solicitudo. Et cap.*7. Scripsi vobis ad manifestandam solicitudinem nostram, quam habemus pro vobis coram Deo: *idest*, vt sciretis P quàm soliciti sumus pro vobis. Et hoc dico *coram Deo*, vt sit juramentum; idest, Deo teste. *Et* 1. *Theff.*2. Fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos Euangelium Dei in multa solicitudine: *idest*, de vestra Q conuersione. *Hanc autem solicitudinem ingerere mysticè voluit Dominus animis discipulorum, vbi* Luc.10. *eos ad prædicandum mittens, dixit illis:* Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta: *vt nimirùm omnia tolleret impedimenta solicitudinis: quod præ cæteris signatur, cum subdit:* Et neminem per viam salutaueritis (*hoc enim quandam videtur alioquin sapere incomitatem:*) *quasi diceret;* Ita R sitis attenti & festini ad iter, & ad salutem animarum, quòd de exteriori salutatione, & aspectu viatorum, quasi non curetis. *Hinc* 2. *ad Tim.*4. *dicebat Paulus:* Prædica verbum, insta opportunè, importunè, argue, obsecra, increpa: *tantùm, vt animas solicitè lucrifacere cures. Idcircò & ad hanc innuendam solicitudinem, quæ laboribus non parcit, eidem dicebat cap.*2. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. *Et post pauca:* Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. *Etenim* officium S Prædicatorum & Doctorum est officium militum, in quantum insurgunt contra hostes & vitia. Item est officium agricolæ, in quantum fructum faciunt, promouendo ad bona. Hujus ager est Ecclesia: & principalis agricola est Deus, interiùs & exteriùs operans, Ioan.15. *Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est.* Homines autem exteriùs adhibent ministerium, 1. Cor.3. *Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit.* Isti sunt exteriores agricolæ. *Vt autem tum miles tum agricola vel plenam victoriam, vel copiosam messem reportet, omni procul dubio esse debet in opere solicitus. Ita quoque prædicatores. Qui & ad terram humani cordis fecundandam, nubes dicuntur, & venti, Is.*60. Qui sunt isti, qui vt nubes volant? *scilicet* velociter T sine impedimento (*quod solicitudinem innuit*) & Apostoli V dicuntur *nubes* propter terræ fertilitatem, scilicet ex pluuia: *quam & ipsi effundunt, Hebr.*6. Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam &c. *Quod superiùs de sacris Doctoribus expositum est. Item dicuntur venti, vt eadem innuatur solicitudo, Apoc.*7. Post hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ. *Quatuor Angelos:* idest X vniuersos dæmones, propter quatuor partes terræ, in quibus nocent: *stantes super quatuor angulos terræ;* idest, super quatuor partes terræ, scilicet Orientalem, Occidentalem, Australem, & Aquilonarem: *tenentes;* idest, impedientes: *quatuor ventos terræ;* idest, vniuersos prædicatores. Dicuntur autem *venti:* quia ventus nubes excitat, & sic terram rigat, rigatam facit fructificare, & faciem terræ fructificantis hilarem reddit. Sic prædicator corda prauorum resoluit in la-

R

F Is.41.ff.
Tria ad prædicandum mouere debent.
G Apoc. 14. com. 1. ibi.
Zelus commendatus charitatis in prædicante.
Qualis Eliæ.
Et Pauli.
H Rom.9. l. 1. ibi.
Mulier parturiens prædicatores zelotes.
I Apocal. 12. com. 1. ibi.
L Is.42. ibi.
Et nutrix.
M 1. Theff. 2. l. 1. ibi. & 2. Cor.5. l. 3.
N 2. Cor. 5. lectio. ibi, charitas.
Solicitudo in prædicatoribus requisita.
O 2. Cor. 11. l. 6. ibi.
P 2. Cor. 7. l. 4. ibi.
Q 1. Theff. 2. l. 1. ibi.
Exponitur de Apostolica solicitudine illud Luc. 10. Neminem per viam salutaueritis.
R Gen. 17. ibi, post tergum.
S 2. Tim. 2. l. 1. ibi, laborantem. & 1. Cor. 9. l. 1. ibi, militat, & l. 2 post med.
Prædicator miles & agricola.
Nubes, & venti.
T Is.60. ibi.
V Ibid. ff.
X Apoc. 7. com. 1. & 2. ibi.

Digitized by Google

in lacrymas: & sic animæ fructificant, & gaudium internum recipiunt. Item flando, idest prædicando, desiccat terram cordis humani ab humiditate peccati. Dicuntur autem *quatuor* propter partes quatuor *Mundi*, quas debent prædicatores illustrare doctrinis & exemplis: vel propter quatuor Euangelia, de quibus sumi debet materia prædicationis: vel propter quatuor virtutes Cardinales, vt sint quasi lapides quadrati in fundamento Templi, vt tangitur 3. *Reg.* 5. *Et huc fortasse respectum habent verba Ezechielis cap.* 37. A quatuor ventis veni spiritus. *Quid autem vento solicitius? Solicitudinis verò individua comes est vigilantia, quę non minùs prędicatori necessaria est. Idcircò gallo comparatur prędicator*, *Iob* 38. Quis dedit gallo intelligentiam? *Et quidem* in hoc Y videtur gallus quandam intelligentiæ similitudinem habere, quòd determinatis horis in cantum prorumpit, ac si cognosceret proportiones cœlestium motuum. *Canit autem nocturno prȩsertim tempore, facitque sopore detentos homines euigilare. Sic Petrum in peccato dormientem legitur gallus excitasse* Matth. 26. *nam post trinam ipsius negationem subditur*: Et continuò gallus cantauit. *Vbi Author*: Per gallum Z prædicator signatur, qui homines peccatores excitat ad pœnitentiam; 1. Cor. 15. *Euigilate iusti, & nolite peccare*. Et ad Ephes. 5. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus*. Vnde & mox sequitur: *Et recordatus est Petrus verbi Iesu &c.* Psalm. 21. *Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum*. Et hæc duo frequenter accidunt ad vocem prædicatoris: quia qui oblitus est Deum per peccatum, ad vocem prædicatoris reuertitur. *Tangitur & vigilantia hęc in mysticis quatuor animalibus, de quibus Apoc.* 4. Et quatuor animalia in circuitu & intus plena sunt oculis. *Siquidem* per hæc animalia A prædicatores designari possunt, qui quatuor prædicare debent, scilicet credenda, agenda, vitanda, & desideranda. Et quia vigilantia maximè eis necessaria est, ideò multa dicit de oculorum multiplicitate: (*Tota enim pingitur oculata, vigilantia.*) *In circuitu*, quoad exemplum exterioris conuersationis respectu proximi: *& intus*, quoad munditiam internam conscientiæ. De primo *Malach.* 2. Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege. De secundo *Psalm.* 44. Omnis gloria ejus ab intus.

Vigilantia prædicatori necessaria.

Y *Iob* 38. *l.* 3. *6.*

Gallo idcircò comparatur.

Z *Matth.* 26. *fi.*

A *Apoc.* 4. *com.* 4. *&* 1. *ibi.*

i *Cęterùm ex prȩfato charitatis motiuo & absterrere concionator debet, & allicere. Vnde & ventus superiùs dictus est: quia nimirùm*, sicut ventus B concutit homines & arbores & hujusmodi: sic prædicator animas ad timorem concutit, dum ostendit pœnam gehennæ, & multiplex damnum culpæ. Tamen, sicut ventus quandoque mitigatur: sic prædicator quandoque debet condescendere, & allicere ad spem & amorem. *Hinc super illud Apoc.* 15. Vidi aliud signum in Cœlo magnum & mirabile, Angelos septem habentes plagas septem nouissimas, *scribit Author*: Moraliter C hoc *signum mirabile in Cœlo*, idest in Ecclesia, est, quòd prædicatores, qui debent esse medici ad curanda vulnera peccatorum, & qui debent portare vnguenta suauissima, idest verba consolationis & compassionis ad sanandum, non porrigunt nisi gladium ad occidendum, idest verba dura & mordentia: de quibus dicitur *Mich.* 3. Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & si quis non dederit in ore eorum quidpiam, sanctificant super eum prælium. *Et Prou.* 30. Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis &c. *De talibus dicit Gregorius Nazianzenus*: Meliores prædicatores æstimantur, qui meliùs mordere nouerunt: & sancti sunt prædicatores satyrici. *Non semper igitur minetur concionator aut mordeat, ne irritetur peccator, aut desperet; sed & amanter opportunè alliciat ad bonum. Sic ad timorem incutiendum prędicabat Angelus ille Apoc.* 14. Vt euangelizaret sedentibus super terram, voce magna dicens: Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora judicij ejus. *Voce magna*: Magna enim D debet esse vox prædicatoris; idest libera & seuera: *dicens: Timete Dominum &c. quia venit hora judicij ejus*: quando scilicet *iusti hereditabunt terram* Psalm. 36. *injusti autem disperibunt simul*: ideoque magis timendum est, quia illa hora judicij omnibus est incerta. *Non secus & Vincentius Ferrerius, ferrei reuera pectoris Apostolicus declamator, instantem judicij diem feruido spiritu annuncians*, supra centum millia perditorum hominum ad pœnitentiam traduxit: plusquam vigintiquinque millia Iudæorum conuertit ad Christum: & supra octo millia Saracenorum ad Ecclesiam adduxit. *Ex opposito Euangelista Ioannes, ardenti proximorum charitate flagrans, via amoris procedebat, nil aliud in epistolis suis, nisi dilectionem promens; prȩsertim verò in sua prima c.* 4. Deus *inquit* charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die judicij. *Cohȩrenter &* Apoc. cap. 8. *de prȩdicatoribus dicitur, quòd* præparauerunt se, vt tuba canerent. *Videlicet*, quia E etsi prædicatio quandoque terrere debeat: tamen etiam debet allicere ad amorem: (*siquidem*

Oderunt peccare mali, formidine pœnæ:
Oderunt peccare boni, virtutis amore.)

Terrerè debet prædicator, & allicere.

B *Apoc.* 7. *com.* 1. *ibi*, ventos.

C *Apoc.* 15. *c.* 1. *ibi*, *fi.*

D *Apoc.* 14. *com.* 2. *ibi.*

E *Apoc.* 8. *com.* 2. *ibi & vtroque com. ibi*, tonitrua. *& cap.* 4. *ibi*, de throno, *& c.* 10. *ibi*, cum leo.

Quantum ad incussionem timoris, officium prædicandi, siuè prædicatio dicitur *tuba*: quantùm ad secundum dicitur *cantus*, *Ioel.* 2. Canite tuba in Sion. *Et alibi*: Vt tuba canerent. *Etenim* in tuba F notatur terror, in cantu lætitia: quia prædicator & terrorem comminationis, & lætitiam consolationis debet habere, Matth. 11. *Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis*. Ideò in libro, quem vidit Ezechiel, *scriptę erant lamentationes, & carmen, & vę*, vt dicitur Ezech. 2. *Et illud eod. Apoc. cap.* 8. Secundus Angelus tubâ cecinit, *exponitur*: tubâ cecinit; *idest*, terribiliter G & dulciter prædicauit gentibus: nam terror in tuba, dulcedo prædicationis significatur in cantu. Sic etenim prędicatores terrere debent comminando, & dulciter alloqui consolando, & promittendo. Sic fecit Ioannes Baptista *Matth.* 3. Primò dixit: *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim Regnum Cœlorum*. Ecce cantus. Deinde adjunxit: *Iam securis ad radicem arborum posita est*. Ecce tuba. *Eapropter* 2. ad Tim. 4. *dicebat Apostolus*: Argue, obsecra: *ecce cantus*: increpa: *ecce tuba*. Sed H quis (*inquit Author*) modus? *In omni patientia*: ne scilicet iratus appareas, & ex ira instruas, sed tranquillè, *Prou.* 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. *Et Psal.* 91. Bene patientes erunt, vt annuncient. *Et ad Tit.* 2. Hæc loquere, & exhortare: *ecce cantus*: & argue cum omni imperio: *ecce tuba*. *Loquere* spectantia I ad credenda: *exhortare* ad agenda: *argue* malè agentes, 1. Tim. 5. *Peccantes, coram omnibus argue*. Et hoc *cum omni imperio*; idest, cum authoritate, quia loquitur vt instrumentum vel minister Dei: & ideò cum fiducia diuinæ authoritatis. Est tamen loquendum in exhortando quandoque cum prece, considerando infirmitatem propriam: quandoque *cum imperio*, considerando authoritatem commissam. Vel cum mansuetudine ad bonos, cum authoritate & *cum imperio* ad obstinatos. (*Vnde per* oleum & vinum, *Apoc.* 6. *signantur* Prædicatores L qui malè viuentes mordaciter increpant, & pusillos suauiter consolantur: sicut Samaritanus, qui *vinum & oleum* infudit vulneribus sauciati, *Luc.* 10.) Habet autem moneri, vt *cum imperio arguat*, quia Titus naturaliter fuit mitis. *Idcircò & supra cap.* 1. *prȩmiserat*:

Prædicatio, tuba est & cantus: & cur.

F *Apoc.* 8. *com.* 2. *ibi.*

G *Ibid com.* 2. *& 1. ibi*, secundus Angelus.

H 2. *Tim.* 4. *l.* 2. *ibi.*

I *Tit.* 2. *l.* 3. *fi.* *& Coloss.* 1. *l.* 6. *fi.*

Aliter ad bonos, aliter in malos prædicandum.

L *Apoc.* 6 *com.* 2. *ibi*, vinum & oleum.

Quam

M Tit. 1. l. 4. ibi.

Quam ob causam increpa illos durè, *Cretenses videlicet*: *nam* Cretenses M sunt malæ bestiæ, quibus scilicet debetur flagellum & castigatio. Sed contra. In 2. *ad Tim.* 4. *cit.* dicit: *Argue, obsecra, increpa* quidem, sed *in omni patientia*. Respondeo. Duplex est ratio exhortationis hujus. Vna ex parte eorum, qui reprehenduntur: Cretenses enim duri & pertinaces erant; & ideò durè eos reprehendi jubet: non autem Ephesij, quorum Archiepiscopus erat Timotheus. Alia ex parte reprehendentium: quia Titus lenis fuit & mansuetus; & ideò inducitur quasi ad contrarium: sed Timotheus erat rigidus; & ideò inducitur ad patientiam. *Et hic est clamor prędicationis*, *Is.* 58. Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. *Hic est clamor prędicantis Ioannis*, *Ioan.* 1. Ego vox clamantis in deserto. *Hic immò clamor est Christi Domini prędicantis*, *Ioan.* 7. Clamabat Iesus in Templo docens. *Et iterum*: Stabat Iesus, & clamabat: Si quis sitit &c. *Cui respondet illud Apoc.* 10. Et clamauit (*Angelus fortis*) voce magna, quemadmodum cum leo rugit. *Quasi dicat*: Dominus N per suos prædicatores terret peccatores comminatione suppliciorum, sicut leo suo rugitu animalia terret. (*Sic Ionas cap.* 3. *quasi leo rugiens clamabat in Niniue*: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. *Et quidem cum fructu*; *sequitur enim*: Et crediderunt viri Niniuitæ, & prædicauerunt jejunium, & vestiti sunt saccis, *in pœnitentię signum*.) *Et alibi*. Voce magna; *idest*, prædicatione O magna promittente, scilicet regnum Cœlorum; & magnas comminationes, scilicet pœnas Inferni. Ideò dicitur prædicatio *vox magna*. De primo Matth. 4. *Pœnitentiam agite*: *appropinquauit enim Regnum Cœlorum*. De secundo Matth. 23. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi &c.* idest, æterna damnatio. *Verùm* tria P debet prædicator clamare. Primò hominum scelera, Is. 58. *Clama, ne cesses &c.* & postea: *Annuncia populo meo scelera eorum*. Secundò fragilitatis humanæ miseriam, Is. 40. *Vox dicentis*: *Clama. Et dixi*: *Quid clamabo? Omnis caro fœnum*. Tertiò vt præparetur Domino via, Is. 40. cit. *Vox clamantis in deserto*: *Parate viam Domini*. Præparant autem Domino viam humilitas, æquitas, & puritas. De primis duobus Is. 62. *Præparate viam*; & subdit modum præparandi: *planum facite iter*, montuositatem superbiæ remouendo, quod fit per humilitatem. *Eligite lapides*, cætera peccata remouendo, quod pertinet ad æquitatem. De tertio Ioan. 1. *Dirigite viam Domini &c.* quod fit per puritatem. Humilitas ordinat nos ad Deum, æquitas ad proximum, puritas ad nos ipsos. *Ita clamantibus*, *ita clangentibus mysticis prædicatorum tubis*, *muri Iericho certo certiùs cadent*, *& corruent*, *Hebr.* 11. Fide muri Iericho corruerunt circuitu dierum septem. *Vbi Author*. Moraliter Q Iericho interpretatur *Luna*, siue defectus: & significat Mundum istum. Muri ejus sunt impedimenta, quibus aliquis detinetur in Mundo. Per buccinas, quibus Leuitæ & Sacerdotes insonabant, vox prædicatorum significatur. Per circuitum septem dierum totus designatur decursus præsentis temporis, qui per septem dies completur. Per quæ datur intelligi, quòd omnia impedimenta Mundi cadunt ad continuam vocem prædicationis, 2. Cor. 10. *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt*, *sed potentia Deo ad destructionem munitionum*, *consilia destruentes*, *& omnem altitudinem extollentem se aduersùs scientiam Dei*.

Cretenses duri & pertinaces.

Titus lenis, Timotheus rigidus vir.

Cur prædicatio clamor, & vox magna.

N Apocal. 10. com. 1. ibi.

O Apocal. 10. com. 2. ibi.

P Serm. ex Euang. Dom. 4. Adu.

Tria debet clamare prædicator.

Tria parant viam Domino.

Prædicationis fructus.

Q Hebr. 11. l. 6. ibi.

I *Sed & dicitur prædicator voce magna clamare propter constantiam prædicandi*, *Is.* 40. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem: exalta, noli timere. *Quod innuitur* Apoc. 8. *ijs verbis*: Audiui vocem vnius Aquilæ volantis per medium Cœli, dicentis voce magna &c. *Vocem vnius Aquilæ*: per quam R intelligitur prædicatio sanctorum prædicatorum, quia sua voce alios excitant: *volantis per medium Cœli*; idest, per medium Ecclesiæ, *Eccli.* 15. In medio Ecclesiæ aperuit os ejus: *dicentis voce magna*; idest, magna stabilitate: Ille enim loquitur magna voce, cujus vox fulcitur magna constantia mentis ad sustinendum quælibet aduersa. *Hinc per equum significatur Apoc.* 6. Et ecce equus albus &c. *idest*, primorum S prædicatorum cœtus & propter fortitudinem, qua fortiter sustinent aduersa, & propter audaciam prædicationis, qua audacter prædicant vera: *Vnde Iob* 39. Nunquid præbebis equo fortitudinem &c. Exultat audacter: in occursum pergit armatis, contemnit pauorem &c. *Qualis vtique erat Paulus*, *qui Act.* 20. *ad majores Ecclesiæ Ephesinę dicebat*: Vos scitis, quoniam nihil subtraxerim vtilium, quo minùs annunciarem vobis, & docerem vos publicè &c. Et nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Ierusalem: quæ in ea ventura sint mihi, ignorans: nisi quòd Spiritus sanctus mihi protestatur dicens: quoniam vincula & tribulationes Ierosolymis me manent. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem, quàm me, dummodo consummem cursum meum, in ministerium verbi, quod accepi à Domino Iesu, testificari Euangelium gratiæ Dei. *Et* Act. 21. *intrepidus repetebat*: Ego non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu. *Sic* Act. 5. *& alij Apostoli* ibant gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. *Sic inflexibili animo Ioannes arguebat Herodem Marc.* 6. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. *Vnde & Eccli.* 4. *monemur*: Pro justitia agonizare. *Sanè declamare constanter in vitia prędicator debet*, *in Domino fiduciam habens*, *à quo & missus est*, *Ier.* 1. Ad omnia, quæ mittam te, ibis: & vniuersa quæcunque mandauero tibi, loquèris. Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego sum, vt eruam te. *Et iterum*: Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum. *Siquidem* non est T timenda aliquorum offensio à prædicatore, ad hoc quòd multitudinis saluti prouideat. Et ideò Dominus, non obstante offensione eorum (*Scribarum*, *Pharisęorum*, *& Principum Iudęorum*) publicè veritatem docebat, quam illi odiebant, & eorum vitia arguebat. *Vnde & de Ioanne dicitur Ioan.* 1. Ioannes testimonium perhibet de ipso; & clamat, dicens: Hic erat, quem dixi. *Clamat*, in quantum V liberè & sine timore: ardenter & ex magno feruore. *Et hoc*, *quia* missus erat à Deo, vt testimonium perhiberet de lumine. *Idcircò & Ieremias populo sibi mortem minitanti respondit intrepidus*: In veritate misit me Dominus ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc. *Et dixerunt Principes & omnis populus ad Sacerdotes*, *& ad Prophetas*: Non est viro huic judicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos. *Si ergo in nomine*, *& ex ore Domini*, *loquitur concionator*, *& declamat*, *quid iniustè obloquuntur peccatores*, *si quos Deo inspirante ad pœnitentiam fecit? Conticeant igitur*, *& pœniteant*: *timeant*, *& doleant*: *humilientur & contristentur*. *Ita Marc.* 6. *sese arguentem* Herodes metuebat Ioannem, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat (*non odiebat*:) *cumque deberet ob nefarium juramentum occidi*, contristatus est, *& ò vtinam ad pœnitentiam! ad hanc enim contristatio laudabilis est*, 2. *Cor.* 7. Gaudeo, non quia contristati estis: sed quia contristati estis ad pœnitentiam. *Declamet igitur constanter*, *intrepidè arguat*, *& increpet liberè qui euangelizat verbum Dei*, *vti* 2. ad Tim. 4. *hortabatur Apostolus*: Prædica verbum: insta opportunè, importunè. *Vbi docemur*, *quòd* prædicator X secundùm veritatem semper debet prædicare *opportunè*: sed secundùm falsam æstimationem audientium, debet prædicare *importunè*: quia prædicator veritatis semper est bonis opportunus, & malis importunus

Constanter prædicet & intrepidè.

R Apoc. 8. com. 1. & 2. ibi.

S Apoc. 6. com. 2. ibi.

Liberè arguat, quia à Deo missus.

Neminem metuat.

T 3. p. q. 42. a. 2. c.

V Ioan. 1. l. 9. lit. b.

Audiant peccatores libenter, & ad pœnitentiam contristentur.

X 2. Tim. 4. l. 1. ibi

Exponitur illud: Insta opportunè, importunè.

Digitized by Google

semper, Ioann.8. *Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Si homo enim vellet hanc seruare opportunitatem, vt solùm diceret his, qui volunt audire, prodesset tantùm justis: sed oportet, quòd aliquando etiam prædicet malis, vt conuertantur. Et adhoc additur, *importunè, Is.58.* Clama, ne cesses, *quicquid dicant, & ægrè audiant peccatores: ad quos immò potissimùm hortatorius dirigendus est sermo: finis namque prædicationis vnus est, vt tollatur iniquitas, qua remota introducantur virtutes, Is.27.* Iste omnis fructus, vt auferatur peccatum. *Quod mysticè tangitur* Matth.21. *cum Dominus discipulis præcepit:* Ite in castellum, quod contra vos est: & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi. *Quibus in verbis* moraliter Y per asinam & pullum significantur homines brutaliter viuentes, quia quantùm adhoc similes sunt bestijs, Psal.40. *Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis:* & sunt ligati vinculis ignorantiæ (*quia* omnis malus est ignorans:) item vinculo peccati: Prou.5. *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur*; vnde dicitur: *Soluite, & adducite mibi*; idest, *soluite* à vinculis ignorantiæ per doctrinam, Psalm.106. *Eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula eorum disrupit.* Item *soluite* à vinculis peccatorum; vnde Petro & Apostolis dixit Matth.18. *Quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in Cœlo.* Sequitur: *& adducite mibi*: isti enim populum conuertentes adduxerunt ad Iesum. *Quod innuitur & Is.58.* Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes: dimitte eos, qui confracti sunt, liberos: & omne onus dirumpe, *peccatorum videlicet, Psal.37.* Iniquitates meæ, sicut onus graue, grauatæ sunt super me.

Finis prædicationis & fructus, ablatio peccati.

Y Matth. 21. lit. a. ibi.

m *Et hoc pacto Dei verbum disseminans, verè amator populi est, vt aiebat initio Author, ex charitatis zelo animarum salutem curans; non ad turpe lucrum aut gloriam propriam, sed ad solam Dei gloriam laborans: & hoc pacto redditur tertio modo* gratiosum illius verbum propter ordinatum proferendi modum & feruentem, *charitate nimirùm. Et ita licitè gaudet de profectu animarum, quem prædicando facit. Nam & Act.11. postquam dictum est,* quòd multus numerus credentium conuersus est ad Dominum, *scilicet ad prædicationem quorundam fidelium, subditur:* Peruenit autem sermo ad aures Ecclesiæ, quæ erat Ierosolymis, super istis, & miserunt Barnabam vsque ad Antiochiam. Qui cum peruenisset, & vidisset gratiam Dei, gauisus est. *Et cap.15. dicitur de Paulo & Barnaba, quòd* narrantes conuersionem Gentium, faciebant gaudium magnum omnibus fratribus. *Idemque Paulus ad Philip.4.* Fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea. *Et bene quidem rectèque gaudebat: etenim* gaudium Z non est nisi de bono; vnde secundùm ordinem bonorum est de his gaudendum: & ideò finis lætitiæ in solo summo bono ponendus est, quo propriè dicimur frui. Alijs autem rebus hoc modo gaudere debemus, vt in tali gaudio finis non ponatur, sed referatur ad vltimum finem. Qui ergo gaudet de bonis, quæ Deus per eum operatur, hoc gaudium in Deum referens, rectè gaudet; quod contingit, dum aliquis propter hoc gaudet de his, quæ Deus per eum facit, quia videt hoc in gloriam Dei cedere, & suam, & aliorum salutem. *Si* autem aliter gaudeat: suis operibus fruitur, & peccat. *Sanè, vt vidimus,* nihil A in baptismo operatur industria hominis: sed in Euangelio prædicando, industria prædicatoris operatur: *de fructu proinde gaudere potest industriæ suæ, quam tamen à Deo recognoscere* (1.Cor.2. Vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis) *& in Deum debet profectum omnem referre: à quo omne bonum, qui & solus potest hominis immutare voluntatem, vt sæpe in superioribus visum est, Iob 13.* Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? *Hinc, postquam Dominus* Matth. 21. *cit. discipulos misit, dicens eis:* Ite in castellum &c. *subjecit:* Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. *Si quis aliquid dixerit* contradicendo: B idest, si quis voluerit contradicere: *dicetis &c. & confestim dimittet eos.* In hoc ostenditur virtus Christi: quia non propter Apostolos dimisissent, nisi hoc fieret opere Christi, inuisibiliter cor immutantis. Vnde dabat intelligere, quòd ipse erat Deus, quia solius Dei est immutare cor. *Et sic Deo operante dimittuntur* asina & pullus; *hoc est, relinquuntur habitus vitiosus & actus peccati, qui per eos signantur, vnde & in veteri lege* quantò grauius C erat peccatum, tantò vilior species animalis offerebatur pro eo; 1.Cor.3. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. *Et hoc est, quod idem Paulus Rom.10. ait:* Sed non omnes obediunt Euangelio. *Vbi Author:* Hoc D ideò dicit, vt ostendatur, quòd verbum exteriùs loquentis non est causa sufficiens fidei, nisi cor hominis attrahatur virtute Dei interiùs loquentis, Ioan.6. *Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.* Et sic, quòd homines credunt (*vel pœnitent, aut in virtute proficiunt*) non est attribuendum prædicatoris industriæ. *Isaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro?* Quasi diceret: Rarus: (*quod & nostro maximè tempore verum habet: audiunt enim homines concionatorem, sed non obaudiunt.*) *Ergo fides ex auditu.* Sed contra videtur esse, quòd fides est virtus infusa diuinitus, Philip.1. *Vobis datum est, vt in ipsum credatis.* Dicendum est ergo, quòd ad fidem duo requiruntur. Quorum vnum est cordis inclinatio ad credendum: & hoc non est *ex auditu*, sed ex dono gratiæ. Aliud autem est determinatio de credibili: & istud est *ex auditu*; & ideò Cornelius, qui habebat cor inclinatum ad credendum, necesse habuit, vt ad eum mitteretur Petrus, qui sibi determinaret, quid esset credendum. *Auditus autem per verbum Christi:* auditus enim credentium est per verbum prædicatorum, quod est *verbum Christi*: vel quia à Christo habent, quòd mittantur. *His cohæret quod habetur Apoc.3.* Ecce dabo de synagoga satanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur: ecce faciam illos, vt veniant, & adorent ante pedes tuos. *Quo loci per hoc* E notatur, quòd donum Dei est, cum aliquis conuertitur ad fidem. Item quòd verbum prædicationis, si proficit, hoc habet à Deo, *Ierem.1.* Ecce dedi verba mea in ore tuo. *Quapropter ad jam vocatos, totumque ad instruendum Orbem destinatos Apostolos* Matth.4. *dicebat Dominus:* Faciam vos fieri piscatores hominum: *nimirùm*, quia F frustrà laborat prædicatio exteriùs, nisi adsit interiùs gratia Redemptoris. Non enim virtute sua trahebant homines, sed operatione Christi; *& ideò dicit:* faciam.

Licitè gaudet prædicator de fructu spirituali, quem Deus per ipsum facit.

Z Op. 19. cap. 18. & 1.Cor.3. l.2. ibi, autem.

A Rom.2. l.3. ff.

Fructus prædicationis à Deo

B Matth. 21. lit. a. ibi.

C 1. 2. 102. 3. ad 11.

D Rom. 10. l. 2. ff. & Ioan.1. l.16. lit d.

Rarus ad verbum prædicatoris proficit.

Exponitur illud: Fides ex auditu.

E Apoc.3 com. 1. ibi.

F Matth. 4. lit b. ibi. & 1. Cor.1. l.4.

n *Verumtamen non rarò* quod G Dei proprium est, ab homine vsurpatur, & creaturæ attribuitur: quod est quasi idololatria. Et, si contingat, quòd ad exhortationem alicujus aliquis corrigatur, eloquentiæ & sapientiæ suæ hoc attribuit, & inde gloriam suam & laudem hominum quærit. Si verò non corrigatur, offenditur, & peccatori indignatur & irascitur, incorrigibilitatem ipsius, suam contumeliam reputans: non attendens, quòd correctio peccatoris non est opus humanæ virtutis, sed diuinæ. *Caueant ergo sibi sacri concionatores, ne terrena voluptate, aut humano fauore capiantur. Idcircò Cant.3. dicitur:* Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt: *idest,* Ecclesiam Christi H ordo prædicatorum, qui prædicando Ecclesiam muniunt: *omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi:* tenent

G Op de en Pr. l 3 c.4.

Non sibi attribuat prædicator conuersionem peccatoris.

H Cant.3.com. 1. ibi.

tenent enim gladium, de quo Apostolus *Ephes.6.* Et gladium spiritus, quod est verbum Dei. *Vniuscujusque ensis super femur suum.* Vbi notandum, quòd superiùs tenere gladium dicuntur: hic verò super femur enses habere. Gladios enim tenent, vt aduersarijs resistant, vt hæreticos & omnes sanæ fidei contradicentes confodiant. *Super femur* verò enses habent, vt sumet curam habeant, vt fluxus carnalium voluptatum reprimant, *& gloriæ titillationem humanæ*: ne juxta verbum Apostoli 1. *Cor.* 9. alijs prædicantes, ipsi reprobi efficiantur. *Quales vtique erant qui* Psal. 11. *dicebant*: Linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt. *Etenim* hæc est I prima species superbiæ, quando quis æstimat habere à semetipso *quod habet à Deo, à quo & omnis fructus animarum. Quòd si de se inaniter præsumpserint, & malè vixerint, diuina proculdubio carebunt sapientia: (nam in maleuolam animam non introibit sapientia, Sap.1.) sine qua nihil proficit sapientia terrena: sunt enim prædicatores hujusmodi*, nubes quæ sine aqua à ventis circumferuntur, *vt dicitur in Epistola Iudæ. Nubes inquam sine aqua*, idest L prædicatores sine diuina sapientia, Eccli.15. *Aqua sapientiæ salutaris potabit illum.* Prædicatores enim dicuntur nubes, quia à terra eleuantur, & aqua sapientiæ replentur. Sed isti sunt nubes Solem obscurantes, in Cœlum os suum ponentes, peruersè & superbè docentes: *quæ à ventis circumferuntur (inanis gloriæ & humani fauoris)* Ephes.4. *Non circumferamur omni vento doctrinæ.* Item dicuntur (*mali prædicatores*) *arbores autumnales*: quia tunc folia & fructus cadunt: *infructuosæ*, nullam vtilitatem sibi vel alijs ferentes: *bis mortuæ*, in ramis scilicet & radice: in ramis quidem bonorum operum, & radice bonæ voluntatis: *eradicatæ*, idest extra radicem charitatis. *Nihil inquam prodest terrena sapientia, si absit diuina. Eapropter mittens Dominus ad prædicandum discipulos, ait illis*: Nolite possidere aurum neque argentum. *Neque aurum*, idest M secularem sapientiam: *neque argentum*, idest eloquentiam secularem (*nisi vt diuinæ deseruiant, vt visum est:*) *neque virgam*: aliqui enim equis vtuntur: alij verò virga sustinentur; ideò illud minimum etiam prohibuit, vt in ipso totaliter confiderent; *& soli diuinæ sapientiæ principaliter inniterentur. Qui secus faciunt, in agro Ecclesiæ infestæ locustæ sunt, de quibus dicitur Apoc.9.* De fumo putei exierunt locustæ in terram: *idest*, falsi N prædicatores in Ecclesiam, terrena amantes & quærentes. Et isti comparantur locustis, quia saliunt in altum per superbiam, cadunt in terram per auaritiam, plùs diligunt terrena, quàm cœlestia: *quod signant crura locustarum, quæ retrò sunt longiora.* Tales sunt modò in Ecclesia multi doctores & prædicatores; vnde *Nah.3.* Custodes tui quasi locustæ, & paruuli tui quasi locustæ locustarum. *His autem malæ vitæ, & quandoque falsæ doctrinæ prædicatoribus exprobrat Dominus Psal. 49.* Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? *Vbi Author*: Iustitia O refertur ad instructionem: testamentum refertur ad laudem Dei, Eccli. 15. *Non est speciosa laus in ore peccatoris*: quia nomen Dei est sanctissimum, & ideò inconueniens est, quòd à peccatoribus assumatur, quasi vsurpatum. *Sequitur*: Tu verò odisti disciplinam, *quam in alijs inculcas*: & projecisti sermones meos retrorsum: *vis tamen tuos, ad humanam gloriam captandam, gratos esse & jucundos.* Multi, *vt vidimus*, habent P literas Vriæ, quas portant contra se: literas inquam mortis suæ, sicut Vrias 2. *Reg.*11. Hi sunt qui benè docent, & malè viuunt, Rom.2. *Qui alium doces, te ipsum non doces?* idest Q qui alium doces dirigendo in bonum, te ipsum non doces dirigendo? *Et priùs*: Inexcusabilis es ò homo omnis, qui judicas: in quo enim alterum judicas, *videlicet*, quasi R malè agentem, *eo ipso si malè viuas*, te ipsum condemnas; *idest*, ostendis te esse condemnabilem.

I *Psal.11. lit.e.* Mali prædicatores describuntur.

L *Epist. Iudæ, ibi.*

M *Matth.10. lit.a. ibi.*

Locustis assimulantur.

N *Apoc 9. com. 2. & 1. ibi.*

Dei ad malos prædicatores exprobratio.

O *Psal.49. lit.i.*

P *Apocal. 14. com.2. & 1. ibi, Euangelium, & Prol. in Ep. Can.*

Q *Rom. 2. l.4. ibi.*

R *Ibid. l.1. ibi.*

O *Profectò mala omnia spiritualia, quibus Orbis subjacet Christianus, nonnisi ex malis prædicatoribus deriuatur. Aut enim malo exemplo, aut inutili verbo populos inficiunt, nec à peccato retrahunt contumaces*, *Ier.*23. A prophetis Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram. *Et causam adducit*: Prophetant vobis, & decipiunt vos: visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini. Dicunt his, qui blasphemant me: Locutus est Dominus: Pax erit vobis. Et omni, qui ambulat in prauitate cordis sui, dixerunt: Non veniet super vos malum: *quod est, culpam adulando fouere, non comminando tollere: quod est, proprio ingenio indulgendo verbis ludere, non sacris dictis & factis hominum voluntates ad bonum inducere. Et cap.5.* Stupor, & mirabilia facta sunt in terra. Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus &c. *Vbi Author.* Ponit S admirabilem culpam. *Stupor*, idest stupenda res: *prophetæ prophetabant mendacium*, quorum erat veritatem docere. *Et sacerdotes applaudebant*, consentientes mendacijs, quorum erat prophetas corrigere. *Et iterum Thren.*2. Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta: nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: *quod est totum Euangelicæ negocium prædicationis.* Viderunt *inquam* falsa & stulta: *& ideò de his dicitur Is.*56. Speculatores ejus cæci omnes: nescierunt vniuersi. *Et Matth.*15. Cæci sunt, *scilicet vel ex ignorantia vel ex malitia*, & duces cæcorum: *ex quo benè sequitur*: Cæcus autem, si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt *damnationis æternæ*, 1. *Cor.*9. Ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. *Perpendant idcircò, & attentè considerent verba Domini Ezech.*3. Si dicente me ad impium: Morte morieris: non annunciaueris ei neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus (*hoc est, animam*) de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. *Et quidem, hanc ad rem, minimè prætereundum memorabile dictum B. Pij V. sanctæ memoriæ Pontificis Maximi: qui admonitus, aliqua indigere Ecclesiam reformatione, piè & sapienter respondisse fertur*: Prædicatores & Confessarij suum, vt par est, munus exerceant: & ecce Ecclesia in omnibus reformata. *Et ad hunc sensum videtur Dominus locutus fuisse Ier.* 23. Si stetissent (*Prophetæ*) in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem vtique eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. *Et post pauca.* Propheta, qui habet somnium, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè: quid paleis ad triticum? *At væ, suo munere, vti conuenit, non fungentibus! væ ad propriam gloriam, proque turpi lucro prædicantibus! Matth.*23. Væ vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia clauditis regnum Cœlorum ante homines. Vos enim non intratis: nec introeuntes sinitis intrare. *Quod sub salis metaphora malis prædicatoribus & doctoribus minatur Dominus, cum Matth.5. ait.* Vos estis sal terræ. Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? *Si sal*: idest T si prædicator, Prælatus, vel doctor, *euanuerit*. Euanescere dicitur sal tripliciter: scilicet liquefactione, quod fit per humidum & frigidum: secundò infatuatione: tertiò euanescit, quando omnino deficit. Igitur, *si euanuerit*; idest, si frigore, siue timore aduersitatis, vel humiditate prosperitatis (*siue fauoris humani*) se dissoluerit: *in quo salietur?* idest, quomodo populus bonis moribus informabitur? Vel, *si euanuerit*; idest, infatuetur deuian-

Ex malis prædicatoribus, orbis Christiani spiritualis ruina.

S *Ier.5. ibi.*

B. Pij V. notabile dictum.

Væ malis concionatoribus.

T *Matth. 5. lit.d. ibi. Hebr. 13. l.1. ibi, homo.* Tripliciter sal euanescit.

Digitized by Google

ſemper, Ioann.8. *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.* Si homo enim vellet hanc ſeruare opportunitatem, vt ſolùm diceret his, qui volunt audire, prodeſſet tantùm juſtis: ſed oportet, quòd aliquando etiam prædicet malis, vt conuertantur. Et adhoc additur, *importunè*, *Iſ.* 58. Clama, ne ceſſes, *quicquid dicant, & ægrè audiant peccatores: ad quos immò potiſſimùm hortatorius dirigendus eſt ſermo: finis namque prædicationis vnus eſt, vt tollatur iniquitas, qua remota introducantur virtutes*, *Iſ.*27. Iſte omnis fructus, vt auferatur peccatum. *Quod myſticè tangitur* Matth.21. *cum Dominus diſcipulis præcepit:* Ite in caſtellum, quod contra vos eſt: & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea: ſoluite, & adducite mihi. *Quibus in verbis* moraliter Y per aſinam & pullum ſignificantur homines brutaliter viuentes, quia quantùm adhoc ſimiles ſunt beſtijs, Pſal.40. *Homo, cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis:* & ſunt ligati vinculis ignorantiæ (*quia* omnis malus eſt ignorans:) item vinculo peccati: Prou.5. *Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur*; vnde dicitur: *Soluite, & adducite mihi*; ideſt, *ſoluite* à vinculis ignorantiæ per doctrinam, Pſalm.106. *Eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula eorum diſrupit.* Item *ſoluite* à vinculis peccatorum; vnde Petro & Apoſtolis dixit Matth.18. *Quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cœlo.* Sequitur: *& adducite mihi*: iſti enim populum conuertentes adduxerunt ad Ieſum. *Quod innuitur & Iſ.* 58. Diſſolue colligationes impietatis: ſolue faſciculos deprimentes: dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos: & omne onus dirumpe, *peccatorum videlicet*, *Pſal.*37. Iniquitates meæ, ſicut onus graue, grauatæ ſunt ſuper me.

Finis prædicationis & fructus, ablatio peccati.

Y Matth. 21. lit. a. ibi.

m *Et hoc pacto Dei verbum diſſeminans, verè* amator populi *eſt, vt aiebat initio Author, ex charitatis zelo animarum ſalutem curans; non ad turpe lucrum aut gloriam propriam, ſed ad ſolam Dei gloriam laborans: & hoc pacto redditur tertio modo* gratioſum illius verbum propter ordinatum proferendi modum & feruentem, *charitate nimirùm. Et ita licitè gaudet de profectu animarum, quem prædicando facit. Nam &* Act.11. *poſtquam dictum eſt, quòd* multus numerus credentium conuerſus eſt ad Dominum, *ſcilicet ad prædicationem quorundam fidelium, ſubditur:* Peruenit autem ſermo ad aures Eccleſiæ, quæ erat Ieroſolymis, ſuper iſtis, & miſerunt Barnabam vſque ad Antiochiam. Qui cum perueniſſet, & vidiſſet gratiam Dei, gauiſus eſt. *Et cap.15. dicitur de Paulo & Barnaba, quòd* narrantes conuerſionem Gentium, faciebant gaudium magnum omnibus fratribus. *Idemque Paulus ad Philip.*4. Fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi, gaudium meum & corona mea. *Et bene quidem rectèque gaudebat: etenim* gaudium Z non eſt niſi de bono; vnde ſecundùm ordinem bonorum eſt de his gaudendum: & ideò finis lætitiæ in ſolo ſummo bono ponendus eſt, quo propriè dicimur frui. Alijs autem rebus hoc modo gaudere debemus, vt in tali gaudio finis non ponatur, ſed referatur ad vltimum finem. Qui ergo gaudet de bonis, quæ Deus per eum operatur, hoc gaudium in Deum referens, rectè gaudet; quod contingit, dum aliquis propter hoc gaudet de his, quæ Deus per eum facit, quia videt hoc in gloriam Dei cedere, & ſuam, & aliorum ſalutem. Si autem aliter gaudeat: ſuis operibus fruitur, & peccat. *Sanè, vt vidimus*, nihil A in baptiſmo operatur induſtria hominis: ſed in Euangelio prædicando, induſtria prædicatoris operatur: *de fructu proinde gaudere poteſt induſtriæ ſuæ, quam tamen à Deo recognoſcere* (1.*Cor.*2. Vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis) *& in Deum debet profectum omnem referre: à quo omne bonum, qui & ſolus poteſt hominis immutare voluntatem, vt ſæpe in ſuperioribus viſum eſt, Iob* 13. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu qui ſolus es? *Hinc, poſtquam Dominus* Matth. 21. *cit. diſcipulos miſit, dicens eis:* Ite in caſtellum &c. *ſubjecit:* Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet: & confeſtim dimittet eos. *Si quis aliquid dixerit* contradicendo: B ideſt, ſi quis voluerit contradicere: *dicetis &c. & confeſtim dimittet eos.* In hoc oſtenditur virtus Chriſti: quia non propter Apoſtolos dimiſiſſent, niſi hoc fieret opere Chriſti, inuiſibiliter cor immutantis. Vnde dabat intelligere, quòd ipſe erat Deus, quia ſolius Dei eſt immutare cor. *Et ſic Deo operante dimittuntur* aſina & pullus; *hoc eſt, relinquuntur habitus vitioſus & actus peccati, qui per eos ſignantur, vnde & in veteri lege* quantò grauius C erat peccatum, tantò vilior ſpecies animalis offerebatur pro eo; 1.*Cor.*3. Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incrementum dedit. *Et hoc eſt, quod idem Paulus Rom.*10. *ait:* Sed non omnes obediunt Euangelio. *Vbi Author:* Hoc D ideò dicit, vt oſtendatur, quòd verbum exteriùs loquentis non eſt cauſa ſufficiens fidei, niſi cor hominis attrahatur virtute Dei interiùs loquentis, Ioan.6. *Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.* Et ſic, quòd homines credunt (*vel pœnitent, aut in virtute proficiunt*) non eſt attribuendum prædicatoris induſtriæ. *Iſaias enim dicit: Domine quis credidit auditui noſtro?* Quaſi diceret: Rarus: (*quod & noſtro maximè tempore verum habet: audiunt enim homines concionatorem, ſed non obaudiunt.*) *Ergo fides ex auditu.* Sed contra videtur eſſe, quòd fides eſt virtus infuſa diuinitus, Philip.1. *Vobis datum eſt, vt in ipſum credatis.* Dicendum eſt ergo, quòd ad fidem duo requiruntur. Quorum vnum eſt cordis inclinatio ad credendum: & hoc non eſt *ex auditu*, ſed ex dono gratiæ. Aliud autem eſt determinatio de credibili: & iſtud eſt *ex auditu*; & ideò Cornelius, qui habebat cor inclinatum ad credendum, neceſſe habuit, vt ad eum mitteretur Petrus, qui ſibi determinaret, quid eſſet credendum. *Auditus autem per verbum Chriſti*: auditus enim credentium eſt per verbum prædicatorum, quod eſt *verbum Chriſti:* vel quia à Chriſto habent, quòd mittantur. *His cohæret quod habetur Apoc.*3. Ecce dabo de ſynagoga ſatanæ, qui dicunt ſe Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed mentiuntur; ecce faciam illos, vt veniant, & adorent ante pedes tuos. *Quo loci* per hoc E notatur, quòd donum Dei eſt, cum aliquis conuertitur ad fidem. Item quòd verbum prædicationis, ſi proficit, hoc habet à Deo, *Ierem.*1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. *Quapropter ad jam vocatos, totumque ad inſtruendum Orbem deſtinatos Apoſtolos* Matth.4. *dicebat Dominus*: Faciam vos fieri piſcatores hominum: *nimirùm*, quia F fruſtrà laborat prædicatio exteriùs, niſi adſit interiùs gratia Redemptoris. Non enim virtute ſua trahebant homines, ſed operatione Chriſti; *& ideò dicit:* faciam.

Licitè gaudet prædicator de fructu ſpirituali, quem Deus per ipſum facit.

Z Op. 19. cap. 18. & 1.Cor.3. l.2. ibi, autum.

A Rom.2. l.3. ſi.

Fructus prædicationis à Deo

B Matth. 21. lit. a. ibi.

C 1. 2. 102. 3. ad 11.

D Rom. 10. l. 2. ſi. & Ioan. 1. l. 16. lit d.

Rarus ad verbum prædicatoris proficit.

Exponitur illud: Fides ex auditu.

E Apoc. 3 com. 1. ibi.

F Matth. 4. lit b. ibi. & 1. Cor. 1. l. 4.

n *Verumtamen non rarò* quod G Dei proprium eſt, ab homine vſurpatur, & creaturæ attribuitur: quod eſt quaſi idololatria. Et, ſi contingat, quòd ad exhortationem alicujus aliquis corrigatur, eloquentiæ & ſapientiæ ſuæ hoc attribuit, & inde gloriam ſuam & laudem hominum quærit. Si verò non corrigatur, oſtenditur, & peccatori indignatur & iraſcitur, incorrigibilitatem ipſius, ſuam contumeliam reputans: non attendens, quòd correctio peccatoris non eſt opus humanæ virtutis, ſed diuinæ. *Caueant ergo ſibi ſacri concionatores, ne terrena voluptate, aut humano fauore capiantur. Idcircò Cant.*3. *dicitur*: Lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt: *ideſt*, Eccleſiam Chriſti H ordo prædicatorum, qui prædicando Eccleſiam muniunt: *omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi:*

G Op. de erud. Pr. l. 3 c. 4.

Non ſibi attribuat prædicator conuerſionem peccatoris.

H Cant. 3. com. 1. ibi.

tenent

tenent enim gladium, de quo Apostolus *Ephes.6.* Et gladium spiritus, quod est verbum Dei. *Vniuscujusque ensis super femur suum.* Vbi notandum, quòd superiùs tenere gladium dicuntur: hîc verò super femur enses habere. Gladios enim tenent, vt aduersarijs resistant, vt hæreticos & omnes sanæ fidei contradicentes confodiant. *Super femur* verò enses habent, vt suimet curam habeant, vt fluxus carnalium voluptatum reprimant, *& gloriæ titillationem humanæ*: ne juxta verbum Apostoli 1. *Cor.* 9. alijs prædicantes, ipsi reprobi efficiantur. *Quales vtique erant qui* Psal.11. *dicebant*: Linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt. *Etenim* hæc est I prima species superbiæ, quando quis æstimat habere à semetipso *quod habet à Deo, à quo & omnis fructus animarum. Quòd si de se inaniter præsumpserint, & malè vixerint, diuina procul dubio carebunt sapientia: (nam* in maleuolam animam non introibit sapientia, *Sap.*1.) *sine qua nihil proficit sapientia terrena: fiunt enim prædicatores hujusmodi*, nubes quæ sine aqua à ventis circumferuntur, *vt dicitur in Epistola Iudæ. Nubes inquam sine aqua*, idest L prædicatores sine diuina sapientia, Eccli.15. *Aqua sapientiæ salutaris potabit illum.* Prædicatores enim dicuntur nubes, quia à terra eleuantur, & aqua sapientiæ replentur. Sed isti sunt nubes Solem obscurantes, in Cœlum os suum ponentes, peruersè & superbè docentes: *quæ à ventis circumferuntur* (*inanis gloriæ & humani fauoris*) Ephes.4. *Non circumferamur omni vento doctrinæ.* Item dicuntur (*mali prædicatores*) *arbores autumnales*: quia tunc folia & fructus cadunt: *infructuosæ*, nullam vtilitatem sibi vel alijs ferentes: *bis mortuæ*, in ramis scilicet & radice: in ramis quidem bonorum operum, & radice bonæ voluntatis: *eradicatæ*, idest extra radicem charitatis. *Nihil inquam prodest terrena sapientia, si absit diuina. Eapropter mittens Dominus ad prædicandum discipulos, ait illis*: Nolite possidere aurum neque argentum. *Neque aurum*, idest M secularem sapientiam: *neque argentum*, idest eloquentiam secularem (*nisi vt diuinæ deseruiant, vt visum est*:) *neque virgam*: aliqui enim equis vtuntur: alij verò virga sustinentur; ideò illud minimum etiam prohibuit, vt in ipso totaliter confiderent; *& soli diuinæ sapientiæ principaliter innitterentur. Qui secus faciunt, in agro Ecclesiæ infestæ locustæ sunt, de quibus dicitur Apoc.*9. De fumo putei exierunt locustæ in terram: *idest*, falsi N prædicatores in Ecclesiam, terrena amantes & quærentes. Et isti comparantur locustis, quia saliunt in altum per superbiam, cadunt in terram per auaritiam, plùs diligunt terrena, quàm cœlestia: quod signant crura locustarum, quæ retrò sunt longiora. Tales sunt modò in Ecclesia multi doctores & prædicatores; vnde Nah.3. Custodes tui quasi locustæ, & paruuli tui quasi locustæ locustarum. *His autem malæ vitæ, & quandoque falsæ doctrinæ prædicatoribus exprobrat Dominus Psal.* 49. Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? *Vbi Author*: Iustitia O refertur ad instructionem: testamentum refertur ad laudem Dei, Eccli. 15. *Non est speciosa laus in ore peccatoris*: quia nomen Dei est sanctissimum, & ideò inconueniens est, quòd à peccatoribus assumatur, quasi vsurpatum. *Sequitur*: Tu verò odisti disciplinam, *quam in alijs inculcas*: & projecisti sermones meos retrorsum: *vis tamen tuos, ad humanam gloriam captandam, gratos esse & jucundos.* Multi, *vt vidimus*, habent P literas Vriæ, quas portant contra se: literas inquam mortis suæ, sicut Vrias 2. *Reg.*11. Hi sunt qui benè docent, & malè viuunt, Rom.2. *Qui alium doces, te ipsum non doces?* idest Q qui alium doces dirigendo in bonum, te ipsum non doces dirigendo? *Et priùs*: Inexcusabilis es ò homo omnis, qui judicas: in quo enim alterum judicas, *videlicet*, quasi R malè agentem, *eo ipso si malè viuas*, te ipsum condemnas; *idest*, ostendis te esse condemnabilem.

I *Ps* 11. *lit. e.*

Mali prædicatores describuntur.

L *Epist. Iudæ, ibi.*

M *Matth.* 10. *lit. a. ibi.*

Locustis assimilantur.

N *Apoc* 9. *com.* 2. *&* 1. *ibi.*

Dei ad malos prædicatores exprobratio.

O *Psal.* 49. *lit.* 1.

P *Apocal.* 14. *com.* 1. *&* 1. *ibi. Euangelium, & Prol. in Ep. Can.*

Q *Rom.* 2. *l.* 4. *ibi.*

R *Ibid. l.* 1. *ibi.*

O *Profectò mala omnia spiritualia, quibus Orbis subjacet Christianus, nonnisi ex malis prædicatoribus deriuatur. Aut enim malo exemplo, aut inutili verbo populos inficiunt, nec à peccato retrahunt contumaces, Ier.*23. A prophetis Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram. *Et causam adducit*: Prophetant vobis, & decipiunt vos: visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini. Dicunt his, qui blasphemant me: Locutus est Dominus: Pax erit vobis. Et omni, qui ambulat in prauitate cordis sui, dixerunt: Non veniet super vos malum: *quod est, culpam adulando fouere, non comminando tollere: quod est, proprio ingenio indulgendo verbis ludere, non sacris dictis & factis hominum voluntates ad bonum inducere. Et cap.*5. Stupor, & mirabilia facta sunt in terra. Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus &c. *Vbi Author*. Ponit S admirabilem culpam. *Stupor*, idest stupenda res: *prophetæ prophetabant mendacium*, quorum erat veritatem docere. *Et sacerdotes applaudebant*, consentientes mendacijs, quorum erat prophetas corrigere. *Et iterum Thren.* 2. Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta: nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: *quod est totum Euangelicæ negocium prædicationis*. Viderunt *inquam* falsa & stulta: *& ideò de his dicitur Is.*56. Speculatores ejus cæci omnes: nescierunt vniuersi. *Et Matth.*15. Cæci sunt, *scilicet vel ex ignorantia vel ex malitia*, & duces cęcorum: *ex quo benè sequitur*: Cæcus autem, si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt *damnationis æternæ*, 1. *Cor.*9. Ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. *Perpendant idcircò, & attentè considerent verba Domini Ezech.*3. Si dicente me ad impium: Morte morieris: non annunciaueris ei neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus (*hoc est, animam*) de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. *Et quidem, hanc ad rem, minimè prætereundum memorabile dictum B. Pij V. sanctæ memoriæ Pontificis Maximi: qui admonitus, aliqua indigere Ecclesiam reformatione, piè & sapienter respondisse fertur*: Prædicatores & Confessarij suum, vt par est, munus exerceant: & ecce Ecclesia in omnibus reformata. *Et ad hunc sensum videtur Dominus locutus fuisse Ier.* 23. Si stetissent (*Prophetæ*) in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem vtique eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. *Et post pauca*. Propheta, qui habet somnium, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè: quid paleis ad triticum? *At væ, suo munere, vti conuenit, non fungentibus! væ ad propriam gloriam, proque turpi lucro prædicantibus! Matth.*23. Væ vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia clauditis regnum Cœlorum ante homines. Vos enim non intratis: nec introeuntes sinitis intrare. *Quod sub salis metaphora malis prædicatoribus & doctoribus minatur Dominus, cum Matth.*5. *ait*. Vos estis sal terræ. Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? *Si sal*: idest T si prædicator, Prælatus, vel doctor, *euanuerit*. Euanescere dicitur sal tripliciter: scilicet liquefactione, quod fit per humidum & frigidum: secundò infatuatione: tertiò euanescit, quando omnino deficit. Igitur, *si euanuerit*; idest, si frigore, siue timore aduersitatis, vel humiditate prosperitatis (*siue fauoris humani*) se dissoluerit: *in quo salietur?* idest, quomodo populus bonis moribus informabitur? Vel, *si euanuerit*; idest, infatuetur deuian-

Ex malis prædicatoribus, orbis Christiani spiritualis ruina.

S *Ier.* 5. *ibi.*

B. Pij V. notabile dictum.

Væ malis concionatoribus.

T *Matth.* 5. *lit. d. ibi. Hebr.* 13. *l. c. ibi, homo.*

Tripliciter sal euanescit.

do à veritate: *in quo salietur?* idest, per quem populus erudietur? *ex Beda*. Vel, *si euanuerit*; idest, omninò defecerit: *in quo salietur?* idest, per quem modum pœnitentiæ condietur populus? *At valdè timendum quod sequitur:* Ad nihilum valet vltrà, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. *Vbi Author:* Hîc notatur eorum supplicium: & tria ponuntur. Primò valoris annihilatio per subtractionem gratiæ, 1. Cor. 15. *Gratia Dei sum id quod sum:* & quantùm ad hoc dicit: *ad nihilum valet vltrà;* Vnde Luc. 14. dicitur: *Neque in terram neque in sterquilinium vtile est*. Secundò gloriæ amissio ex defectu negligentiæ (*nota*) vnde subditur: *nisi vt mittatur foras*; idest, extra Ecclesiam, vel extra Paradisum, Apoc. 22. *Foris canes:* (*canes* inquam *muti, non valentes latrare*, scilicet contra V vitia, *vt dicitur Is. 56.*) & Ioan. 15. *Mittetur foras, sicut palmes, & arescet &c.* Tertiò damnatio gehennæ ex cumulatione nequitiæ; vnde subditur: *& conculcetur ab hominibus*: idest à dæmonibus: dæmon enim aliquando dicitur homo, Psal. 117. *Non timebo, quid faciat mihi homo*, idest *ex glossa* diabolus. Vel, *conculcetur ab hominibus*; idest, simul cum alijs calcetur: vel (*nota*) subtus alios in profundum Inferni projiciatur, *Malach. 4.* Calcabitis impios. *Vide, qualis instet ruina concionatoribus, si muneris sui malo exemplo minusque sana doctrina partes exerceant. Bene ergo viuat prædicator, vt bene prædicet: & vt bene prædicet, ad solam Dei gloriam prædicet, dicens cum Apostolo 2. Cor. 1.* Per ipsum amen Deo ad gloriam nostram. *Per ipsum*, scilicet X Christum, dicimus *amen Deo*, idest verum, Apocal. 3. *Hæc dicit amen testis fidelis & verus*. Et istam veritatem dicimus *Deo*; idest, ad honorem Dei, scilicet manifestantes ejus veritatem, *& gloriam nostram:* quia gloria nostra est conuersio vestra: vel, *gloriam nostram*, quia gloria nostra est, ostendere & prædicare verbum Dei: *gloria tamen, ad Dei gloriam relata, tanquam in finem vltimum, in quem nostra omnia dirigenda sunt*, 1. Cor. 10. Omnia in gloriam Dei facite: *videlicet* ea Y intentione, vt Deus laudetur & glorificetur. *Quod quidem maximè fit in peccatorum conuersione: vnde & de Lazaro dicitur Ioann. 11.* Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam. *Et eodem capite cum dixisset Martha*: Domine, jam fœtet, quatriduanus est; *dixit ei Iesus:* Nonne dixi tibi: quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? *Per Lazarum mortuum peccator figuratur: qui & quatriduanus dicitur*, quasi Z pressus pondere peccatorum & cupiditatum carnalium. *Cum autem conuertitur, & à morte animæ ad vitam gratiæ redit, totum hoc est* pro gloria Dei; *& ideò signanter dixit:* Si credideris, videbis gloriam Dei; *idest* suscitationem A fratris tui (*sicut & cujuslibet peccatoris à morte peccati ad vocem Christi per os prædicatoris inclamantis:* Lazare veni foras, *à fœtido scilicet malæ consuetudinis sepulchro*) per quam Deus glorificabitur, *& quotidie glorificatur. Sic ergo, cum animas peccantium conuertit prædicator ad Deum, hoc Dei gratiæ & auxilio attribuens, non virtuti suæ, ad gloriam Dei dirigat:* cui soli 1. *ad Timoth.* 1. honor & gloria in secula seculorum, Amen. *DISCITE Ecclesiæ declamatores, non vos, sed qui in vobis loquitur Deus, prædicando glorificare. Vide,* Apostoli, Christi Doctrina & Prædicatio, Episcopus, Scriptura Sacra.

V Is. 56 ibi.

Prædicatorum damnatio, si in officio defecerint.

Ad eos monitio.

X 2. Cor. 1. l. 5. ibi.

Y 1. Cor. 10. l. 7. ibi.

Conuersio peccatoris in suscitatione Lazari exprimitur.

Z Ioan. 11. l. 6. lit. b.

A Ibid, & l. 5. lit. c.

Gloria solius Dei, sit prædicatoris finis.

XXXI. Exiguntur à nobis tria circa verbum Dei: scilicet, solicitudo ad audiendum, Iac. 1. *Sit autem omnis homo velox ad audiendum &c.* Fides ad credendum, Rom. 10. *Fides ex auditu*. Constantia ad permanendum, Eccli. 6. *Quàm aspera est nimiùm sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors*. Ioann. 8. l. 4. lit. a.

P HActenus de prædicatoribus dictum est. *Superest, vt & de verbo Dei nonnulla adducamus: quo hinc & ad prædicandum magis inflammentur idonei, & faciliùs ad audiendum excitentur fideles. Et quidem si tria* B sunt necessaria in locutione, scilicet puritas, delectabilitas, & vtilitas: puritas in veritate, delectabilitas in honestate, & vtilitas in verborum bonitate: *quantò magis verbum Dei triplici gaudebit veri proprietate boni, quòd sit nimirùm honestum, vtile, & delectabile? Ex quo ad illud Rom. 3.* Credita sunt illis eloquia Dei, *docemur, quòd Dei verbum, siue* eloquia Dei C sunt honesta, Psal. 18. *Eloquia Domini vera, justificata in semetipsa*. Sunt delectabilia, Psalm. 118. *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua!* Sunt etiam vtilia ad non peccandum; *In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi*, Psalm. eodem. *Nec perperam* Ioann. 7. *ministri illi ad Pontifices & Pharisæos, Christi sermonem admirati, dixerunt:* Nunquam sic locutus est homo. *Etenim* non solùm D homo erat, sed etiam Dei Verbum: & ideò verba sua erant virtuosa ad commouendum, Ierem. 24. *Nunquid non verba mea sunt quasi ignis?* Et ideò dicitur Matth. 7. quòd *erat docens eos, sicut potestatem habens*. Erant etiam sapida ad dulcorandum, Cant. 2. *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis*. Erant & vtilia ad retinendum, quia promittebant bona æterna, *Ioan. 6.* Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes; *& Is. 48.* Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia. *Sanè multipliciter vtile est Dei verbum*. Primò E ad intellectus illustrationem, Prou. 6. *Mandatum lucerna est, & lex lux*. Secundò ad affectus dulcedinem, Psalm. 118. *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua!* Tertiò ad amoris accensionem, Ier. 20. *Et factus est* (sermo Domini) *in corde meo quasi ignis exæstuans*. Quartò ad operis rectitudinem, Ps. 24. *Dirige me in veritate tua*. Quintò ad gloriæ adeptionem, Prou. 3. *Custodi legem atque consilium: & erit vita animæ tuæ*. Sextò ad aliorum instructionem, 2. Tim. 3. *Omnis Scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia &c.* Adde ex Prou. 19. *& ad bene moriendum:* Audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis. *Porrò vtilitas hæc (sicut & honestas illius & delectabilitas) per plurima ostenditur ex multiplici verbi Dei sacris in literis nomenclatura. Et in primis dicitur gladius, quo anima ex amore Dei vulneratur, Cant. 5.* Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me. *Quo loci Author:* Verbum inquit Dei F gladius est, dicente Apostolo Hebr. 4. *Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ*. Hoc gladio sponsa percutitur, & vulneratur, quando prædicatoris sermo de Deo loquitur, & auditoris mentem veluti quodam spiculo compunctionis & amoris transfodit. *Vocat autem illud Apostolus Ephes. 6.* gladium spiritus: *quia nimirùm* prædicatio G non penetrat vsque ad spiritum, nisi ducatur à Spiritu sancto. *Item* gladium *vocat verbum Dei: quia per ipsum* habemus H arma ad impugnandum ipsos dæmones: quod fit frequenter in sermonibus, in quibus verbum Dei penetrans corda, expellit congeriem

B Serm. in Fe. S. Barth.

Verbum Dei, honestum, vtile, delectabile.

C Rom. 3. l. 1. ibi.

D Ioan. 7. l. 5, lit. f

Verba Christi virtuosa, sapida, vtilia.

Dei verbum multipliciter vtile.

E Is. 49. ibi, Audite, 5. Nota.

Verbum Dei, gladius.

F Cant. 5. com. 3. ibi.

G Ephes. 6. l. 4. ibi.

H Ibid. fi.

Digitized by Google

geriem peccatorum & dæmonum. *In cujus virtutis & validitatis signum legitur* Ioan.8. *quòd vbi Christus* erat docens in Templo, nemo apprehendit eum. *Videlicet*, quia sermones I ejus fortiores erant his, qui eum capere volebant: quando verò voluit crucifigi, tacuit.

I *Io.8.l.2 fi.* Ejus virtus, & vis.

Ignis ex varijs ejus effectibus.

q *Eapropter, quia ignis inter elementa validius, igni verbum Dei comparatur, Psal.*118. Ignitum eloquium tuum vehementer. *Et clariùs Ier.* 5. Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem. *Neque inconcinna æquiparatio.* Nam verbum Dei L dicitur ignis: quia illuminat, Psalm. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Quia inflammat, Psalm.104. *Eloquium Domini inflammauit eum.* Quia intima penetrat, Ierem.20. *Et factus est* (sermo Domini) *in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis.* Quia liquefacit, Psal.147. *Emittet verbum suum, & liquefaciet ea.* Quia consumit inobedientes, *Is. cap.*30. Labia ejus repleta sunt indignatione, & lingua ejus, quasi ignis deuorans. *Liquefacit inquam & consumit: consumit enim corda obstinatione indurata: liquefacit ad pœnitentiam disposita, in doloris lacrymas vel amoris resoluens; idcircò, postquam cit.* Psalm. 147. *dictum est:* Emittet verbum suum, & liquefaciet ea; *statim subijcitur:* Flabit Spiritus ejus (*hoc est, Spiritus sanctus, Hebr.*12. Deus noster ignis consumens est:) & fluent aquæ, *scilicet lacbrymarum. Hinc de peccatrice pœnitente Magdalena canit Ecclesia:* Liquefecit & refecit resolutam in lamentis verbum missum cœlitus. *Et* Cant. 5. *vi amoris elanguens sponsa, dicebat:* Anima mea liquefacta est, vt locutus est (*dilectus meus.*) *Ex quo, cum & ignis charitas sit,* Flammescat igne charitas; *& Cant.*8. Lampades ejus, lampades ignis atque flammarum: *non mirum, si auditum Dei verbum, ad ejusdem Dei amorem accendat.* Ad acquirendam M charitatem, primum est, diligens diuini verbi auditio: & hoc manifestum est satis ex his, quæ sunt apud nos. Audientes enim bona de aliquo, in ejus dilectionem accendimur. Sic & Dei verba audientes, accendimur in amorem ipsius, Psal. 118. *Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud.* Et propterea illi duo discipuli diuino amore æstuantes dicebant Luc.24. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?* Vnde & *Act.* 10. legitur, quòd prædicante Petro Spiritus sanctus in auditores diuini verbi cecidit: (*Spiritus sanctus autem amor est.*) Et hoc frequenter accidit in prædicationibus, quòd qui duro corde accedunt, propter verbum prædicationis ad diuinum amorem accenduntur.

I *Ier.* 5. *fi.* & *Matth.* 13. *lit.* a.

M *Cp.*4. § 1. Iuuat auditum ad exercitandam charitatem, & amorem Dei.

Aqua est salutaris.

N *Is* 55. *circ. fi.* & *cap* 32. *fi.*

*Sed & verbum Dei, aqua est salutaris, Is.*55. Omnes sitientes venite ad aquas. *Verbum Dei, siue* diuina N doctrina dicitur aqua: Primò quia infirmos sanat, Eccli.15. *Aqua sapientiæ salutaris potabit illum.* Secundò quia inquinatos mundificat, Ezech. 36. *Effundam super vos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Tertiò quia sitientes satiat, *Ioann. cap.*4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. *Satiat autem verbum Dei, quia veritatem habet, qua inspecta intellectus quiescit, Psalm.*16. Satiabor, cum apparuerit gloria tua; *nimirùm, increatam & primam contemplando veritatem. Et ex hoc redditur verbum Dei acceptabile,* 1. *Tim.* 1. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quòd Christus Iesus venit &c. *Fidelis sermo:* Duo enim O sunt in sermone commendanda: scilicet, quòd sit verus, & quod sit acceptabilis. Aliquando enim sermo verus, est durus, & odia concitans, Galat. 4. *Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis?* (Et Ioan.6. *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?*) Sed hic sermo primò quidem habet veritatem, vnde dicit: *Fidelis sermo,* Apocal. vlt. *Hæc verba fidelissima sunt & vera.* Item acceptabilis est, quia de salute nostra; ideò dicit: *& omni acceptione dignus.*

Verbum Dei fidele & acceptabile.

O 1. *Tim,* 1. *l,* 4. *ibi.* Duæ boni sermonis conditiones.

Verbum Dei, semen.

P *Matth.* 13. *lit.* a. *ibi.*

Comparatio inter diuinum Verbum, & verbum prædicationis.

Q *Ioa.* 12 *l.*4. *lit.*e.

r *Acceptabile sanè, verbum Dei: quippe quòd spirituale semen est in anima ad fructificandum Deo in salutem, Matth.*13. Exijt qui seminat seminare: *scilicet*, semen P doctrinæ; *vnde Luc.*8. *apertè dicitur:* Semen est verbum Dei. *Verbum inquam Dei:* Sicut autem Q verbum Dei est semen in anima hominis, secundùm quod est voce sensibili indutum, ad fructum bonæ operationis producendum: ita Verbum Dei, carne indutum, est semen missum in Mundum, ex quo maxima seges pullulare debebat, *Ioan.*12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. *Dicit autem*, semen: *quia* sicut R ad vitam carnalem generatur quis per emissionem seminis corporalis: ita ad vitam spiritualem per infusionem seminis spiritualis, quod est verbum Dei. *Et huc respexit Paulus, cum* 1. *Cor.*4. *ait:* Si decem millia pædagogorum habeatis in Christo: sed non multos Patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. *Vbi considerat Author, quòd* Pater est S qui primò generat: pædagogus autem est, qui jam natum nutrit & erudit, Galat. 3. *Lex pædagogus noster fuit in Christo.* Dicit ergo Apostolus se patrem eorum in Christo, quia eis primò Euangelium prædicauit; vnde assignans rationem ejus, quod dixerat, subdit: *nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.* Est autem generatio processus ad vitam: homo autem viuit in Christo per fidem, Galat. 2. *Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo Filij Dei.* Fides verò, vt dicitur Rom. 1. est *ex auditu, auditus autem per verbum.* Vnde verbum Dei est semen, quo Apostolus eos genuit in Christo, *Iac.*1. Voluntariè genuit nos verbo veritatis.

Cur semen.

R *Prol.ad Tit.*

S 1. *Cor.*4. *l.*3. *ibi.* Patres; & *ibi.* imitatores. Quis pædagogus.

*Verumtamen spiritualem ex hoc semine generationem impedit sæpe diabolus, tollitque quantum potest seminatum, Matth.*13. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & superseminauit zizania in medio tritici; *& Luc* 8. Volucres cœli comederunt illud. *Vbi Author:* Per volucres T intelliguntur dæmones, qui comedunt semen, idest verbum Dei, Matth.13. *Venit malus, & rapit quod seminatum est:* (& clariùs Luc.8. cit. *Venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant.*) Hoc autem semen verbi Dei tollunt dæmones, errorem in corde hominis seminando, 2. Cor. 4. *In quibus Deus hujus seculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij &c.* Deus hujus seculi: *idest*, diabolus V qui dicitur Deus hujus seculi, idest seculariter viuentium, non creatione, sed imitatione, qua seculares eum imitantur. *Sed & impedit non rarò, quin audiatur, Rom.*1. Sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc. *Prohibitus sum*, scilicet X à diabolo, qui nititur impedire prædicationem, ex qua prouenit salus hominis, Prou. 25. *Ventus Aquilo dissipat pluuias;* idest, doctrinas prædicatorum. *Et* 1. *Thess.*2. Voluimus venire ad vos (*ad prædicandum vtique personaliter verbum Dei*) & semel & iterum: sed impediuit nos Satanas: *idest*, procurauit Y impedimenta, fortè per aeris tempestates, Apoc.7. *Vidi quatuor Angelos tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare, neque in vllam arborem:* Hoc est dæmones, impedientes prædicatores: *ne flarent super terram;* idest, super illos, qui sunt arabiles vomere prædicationis, & diuini seminis susceptibiles: *neque super mare;* idest, super fluidos & instabiles: *neque in vllam arborem;* idest, super illos, qui ad fructificandum sunt habiles. Dæmones enim conati sunt, & conantur quotidie impedire prædicatores, ne prædicent neque bonis, neque malis, neque ad exhortationem bonorum, neque ad reuocationem malorum. Sciunt namque dæmones,

Semen hoc tollit sæpe de cordibus diabolus.

T *Serm. ex Euang. Domin. in Sexag.*

V 2. *Cor.*4. *l.*2. *ibi.*

Vel impedit prædicationē.

X 1. *Thess.* 2. *l.*2. *ibi.*

Y *Apoc.*7. *circ.* 2. & 1. *ibi.*

quòd

by Google

quòd nihil adeò prodest, vt prædicatio verbi Dei. E' contrario autem Dominus vocat prædicatores, vt prædicent, Cant.4. *Surge Aquilo, & veni Auster: perfla hortum meum;* idest Z Ecclesiam meam: *& fluant aromata illius;* hoc est, fragrantia virtutum & odor bonorum operum. Aquilo enim frigidissimus ventus est: Auster calidus. *Per illum signatur timor, quem incutit: per hunc amor, ad quem excitat prædicator. Verùm sanctum Dei verbum non solummodo semen est gratiæ: sed cùm gratia, semen (vt ajunt) gloriæ sit, verbum quoque Dei sementis est gloriæ. Quod innuit Dominus* Ioan. 8. *cum ait:* Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum; *idest, vitam habebit sempiternam.* Et A congruenter (*ait Author*) tali merito debetur tale præmium. Nam vita æterna præcipuè in diuina visione consistit, Ioan.17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum &c.* Hujus autem visionis quoddam seminarium & principium in nobis fit per verbum Christi, Luc.8. *Semen est verbum Dei.* Sicut ergo ille, qui seruat semen alicujus plantæ vel arboris, ne corrumpatur, peruenit ad perceptionem fructus: ita qui seruat verbum Dei, peruenit ad vitam æternam. *Vita autem æterna est hereditas, quæ ad filios spectat,* Rom.8. Si filij, & hæredes: *consequenter verbum Dei & filios Dei facit.* Istud B semen est verbum Dei, quod procedit essentialiter, vnde est Verbum Patris, Eccli.1. *Fons sapientiæ Verbum Dei.* Sed quid facit? Simile ei, à quo procedit: quia facit filios Dei, *Psal.*81. Ego dixi: dij estis, & filij excelsi omnes. *Et sic diuinitatis (per adoptionem vtique) participes efficit. Hinc præfati Psalmi verba Christus assumens,* Ioan.10. *dicebat:* Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura, quem Pater misit in Mundum &c. *Quasi diceret:* Ideò C vocauit eos deos, in quantùm participant aliquid diuinitatis secundùm participationem sermonis Dei ad eos facti. Nam ex sermone Dei homo aliquam participationem diuinæ virtutis & puritatis consequitur, *Ioann.* 15. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. *Et cum* Hilario *concludit:* Si hoc referamus ad Christum, secundùm quod est homo, tunc est sensus: Homines aliqui dicuntur dij sola participatione sermonis Dei.

Z Cant.4. com. 1. ibi.

Semen gratiæ & gloriæ.

A Ioan.8. l.8. lit.a.

B Matth. 13. lit.a. ibi, seminate.

Efficit filios Dei.

C Ioan.10. l.6. lit.d. ibi.

Ex Dei verbo aliquid participamus diuinitatis.

¶ *Idcircò Dei Filius, qui est diuinum Verbum, dicitur* Ioann.6. *panis vitæ:* Ego sum panis vitæ: *hoc est,* dans D vitam. *Hinc Apostolus ad Philip.* 2. Verbum vitæ continentes ad gloriam nostram, *scilicet,* verbum E Christi. *Et ad Hebr.6.* Gustauerunt bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi. *Vbi Author:* Verbum istud F dicitur bonum, quia est verbum vitæ æternæ, Ioann.6. *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Dicit autem, *gustauerunt:* quia non solùm illuminat intellectum, sed etiam reficit affectum, in quo est quædam saporatio, 1. *Pet.*2. Si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus. *Et ad illud* 1. *ad Tim.* 4. Enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ; *docemur, quòd* verbum Dei G est spirituale nutrimentum, quo sustentatur anima, sicut corpus per cibum, *Matth.*4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. *Et hic solus cibus & panis verè animam saturat, Matth.* 15. Misereor turbæ: & dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via. *Siquidem* deficiunt H in via (*hoc est, in hac vita faciliter peccant*) qui verbo Dei non reficiuntur, *quod est panis vitæ, Eccli.* 15. Cibabit illum pane vitæ & intellectus. *At vide quod sequitur:* Et accipiens Iesus septem panes, & gratias agens fregit, & dedit discipulis, & discipuli dederunt populo: & comederunt omnes, & saturati sunt; *idest,* vsque ad saturitatem manducauerunt: *hoc enim præstat verbum Dei, quod est panis vitæ, vt non solùm reficiat, sed saturet spiritualiter comedentem, Psal.*77. Manducauerunt, & saturati sunt nimis. *Hæc autem panis multiplicatio vberem signat fructum verbi Dei.* Verbum Dei I est panis, arctus *quidem* (*Is.*30. Dabit tibi Dominus panem arctum:) propter obseruandi difficultatem, *Matth.*7. Arcta via est, quæ ducit ad vitam: *sed tamen* vberrimus propter fructus vtilitatem (*Is. loc. cit.* Et panis frugum terræ erit vberrimus:) & pinguis propter delectationis suauitatem, *Genes.*49. Aser, pinguis panis ejus, & præbebit delicias regibus. *Aser autem interpretatur* beatitudo: *vt nouerimus, Dei verbum panem vitæ esse, sed æternæ. Nec mirum, verbum Dei sub similitudine adducatur panis, cum sub aquæ simbolo fuerit superiùs expressum:* Sicut *enim* refectio L corporalis non est perfecta, nisi cibo jungatur potus, & è conuerso: ita etiam ad spiritualem refectionem vtrumque habere debet, Eccli.15. *Cibabit illum Dominus pane vitæ & intellectus:* ecce cibus. *Et aqua sapientiæ salutaris potabit illum:* ecce potus. Et ideò *Ioan.*4. post poculi negocium, quo Samaritana potata fuerat, conueniens erat & de cibo disceptare: *Vnde dicitur:* Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. *Quod mysticè innuitur Eccli.* 29. Initium vitæ hominis (*non tam corporalis, quàm spiritualis*) aqua & panis. *Et hac quidem aqua, & hoc pane inebriari & saturari spiritualiter debemus, Cant.*5. Comedite amici: & bibite, & inebriamini charissimi. *Quod exponens Author:* Ebrietas *inquit* aliquando M pro saturitate ponitur in Scripturis: sicut de fratribus Ioseph scriptum est Genes.43. *Biberunt, & inebriati sunt cum eo.* Et Psalm.64. *Visitasti terram, & inebriasti eam;* idest, satiasti, & replesti. Hortatur ergo nos, vt non solùm comedamus & bibamus; verùm etiam saturemur. Quia sunt qui comedunt, & non saturantur: hi videlicet, qui verba Dei corporis quidem aure percipiunt, sed opere adimplere contemnunt. At verò electi quique & comedunt & saturantur: quia videlicet prædicationem diuinam delectabiliter audiunt, internis sensibus recondunt, & opere adimplere satagunt: *de quibus Psalmista Psal.* 21. Edent pauperes, & saturabuntur. *Cohærenter ad hæc dicitur* Cant.7. *ad Ecclesiam:* Erunt vbera tua sicut botri vineæ. *Nempe* vbera N Ecclesiæ Doctores sunt, cum paruulos simplici doctrina nutriunt: sed botri vineæ efficiuntur, cum perfectioribus sublimia quæque annunciant. Nam & B. Paulus vno eodemque tempore vbera & botros habuit, quando de Christo loquens dixit Rom.9. *Quorum Patres, & ex quibus est Christus.* Ecce vbera: idest, simplex de Christo prædicatio. Sed hæc vbera in suauissimum & fortissimum vinum conuersa sunt, cum subjunxit: *Qui est super omnia Deus benedictus in secula.* Et odor oris tui (*prosequitur consequenter textus*) sicut malorum: guttur tuum, sicut vinum optimum. *Siquidem* os Ecclesiæ est prædicatio, quæ fama vel scripto ad absentes peruenit: guttur verò est vox ipsa prædicatoris, quæ in præsenti auditur. *Odor ergo oris* Ecclesiæ *malis* comparatur: quia ipsa fama prędicationis plena est suauitatis & gratię. *Guttur* verò *vino optimo* assimilatur: quia ipsa vox prędicantium magnam in se virtutem auditoribus ostendit. *Triplici autem ex causa vinum dicitur verbum Dei.* Primò O quia pungit arguendo, Is. 1. *Vinum tuum mistum est aqua.* Secundò, quia incendit exhortando, Psal. 104. *Eloquium Domini inflammauit eum.* Tertiò, quia inebriat consolando, Is.66. *Vt sugatis & repleamini ab vbere consolationis ejus.* (Item dicitur lac. Primò propter pulchritudinem, Gen.49. *Nephthali, ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis.* Secundò propter dulcedinem, Cant.2. *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis.* Tertiò propter sumendi facilitatem, 1. Pet. 2. *Sicut modò geniti infantes, lac concupiscite.*) Inebriat *inquam, inter cæteros effectus,* consolando,

Dei verbum panis vitæ æternæ nimirùm.

D Ioan.6. l.6. lit b.

E Philip.2. l.4. ibi.

F Hebr. 6. l. 1. ibi.

G 1. Tim.4. l. 2. ibi.

Hic solus panis & cibus animam saturat.

H Matth. 15. lit. c. ibi.

I Is.30 ibi. panis frugum.

L Ioann.4. l. 3. lit.d.

M Cant.5. com. 1. ibi.

Aliqui comedunt, sed non saturantur: & cur.

N Cant 7. com. 1. ibi, botri vineæ, & ibi, botris.

Verbum Dei, vinum & lac.

O Is.55. s. Et quare.

corque

Digitized by Google

Exhilarat & sanat.

corque spiritualiter exhilarat vinum hoc: *&*, *si quo anima morbo laboret, illam perfectè sanat. Quod quidem duplex signat miraculum in Cana Galilææ à Christo patratum: ibi enim & aquam in vinum conuertit; & iterum rediens, Reguli filium sanauit.* Mysticè P per duplicem aduentum in Cana, signatur duplex effectus verbi Dei in mentem. Primò enim lætificat: quia (vt dicitur Luc.8.) *cum gaudio suscipiunt verbum.* Et hoc signatur in miraculo vini, quod *lætificat cor hominis*, vt dicitur in Psal.103. Secundò sanat, Sap.16. *Neque herba neque malagma sanauit eos: sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia.* Et hoc significatur in cura infirmi. (Item per hoc significatur duplex aduentus Filij Dei: scilicet primus, qui fuit mansuetudinis ad lætificandum, If. 12. *Exulta & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui Sanctus Israel*; vnde & Angelus ad pastores ait Luc.2. *Euangelizo vobis gaudium magnum: quia natus est vobis hodie Saluator &c.* Et hoc signatur per vinum. Secundus aduentus ejus in Mundum, erit majestatis: quando veniet tollere infirmitates & pœnalitates nostras, & *configurare nos corpori claritatis suæ*, vt dicitur *Philip.*3. Et hoc signatur in cura infirmi.) *Sanè propter vitalem hanc spiritualem animæ refectionem Filius Dei, hoc est, diuinum Verbum, dicitur (vt prætactum est) panis vitæ, Ioan.6.* Ego sum panis vitæ. *Quo loci Author*: Verbum Q Sapientiæ *inquit* est specialis cibus mentis, quia eo mens sustentatur, Eccli.15. *Cibabit illum pane vitæ & intellectus.* Dicitur autem panis sapientiæ esse *panis vitæ*, ad differentiam panis corporalis, qui est panis mortis, quia non competit, nisi ad restaurandum defectum mortalitatis. Sed panis sapientiæ diuinæ est per se viuificatiuus, nec habet mortem contrariam. Item panis corporalis non dat vitam, sed tantùm præexistentem sustentat ad tempus. Sed panis spiritualis ita viuificat, quòd dat vitam: (Psal.118. *Eloquium tuum viuificauit me*:) nam anima incipit viuere per hoc, quòd adhæret verbo Dei. Quia ergo omne verbum sapientiæ deriuatur à Verbo Dei vnigenito, Eccli.1. *Fons sapientiæ, Verbum Dei in excelsis*: ideò ipsum Dei Verbum principaliter dicitur *panis vitæ*.

P Io.4.l.6.ſ. Duplex in Cana miraculum, duplex signat mysterium.

Filius Dei cur panis vitæ dicatur.

Q Ioan. 6. l.4. lit.A.

Differentia inter corporalem panem, & spiritualem.

t *Porrò præfatos admirandos effectus parit in anima semen verbi Dei, si non aure tantùm, sed & corde excipiatur, & maneat, Ioan.5.* Verbum ejus non habetis in vobis manens; *& cap.15.* Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint &c. *In nobis autem manet* R verbum Dei quadrupliciter: scilicet, amando, credendo, meditando, & implendo, Prou.4. *Fili mi, ausculta sermones meos*, scilicet credendo: *& ad eloquia mea inclina aurem tuam*, scilicet obediendo, seu implendo: *ne recedant ab oculis tuis*, meditando: *custodi ea in medio cordis tui*, amando. Tunc ergo in nobis sunt verba Christi, quando facimus quæ præcepit, & diligimus quod promisit. *Vnde Ecclesia in Collecta:* Et vt mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis. *Et hoc est, quod de spirituali isto semine dicitur Luc.*8. Quod autem in bonam terram: hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. *Et cap.*11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. *Non potest autem verbum Dei custodiri, & in nobis manere, nisi solicitè audiatur, & credatur: quæ sunt conditiones ad illud rectè excipiendum requisitæ, vt ab initio Author. Audire autem, & credere, ad auditores spectat, quorum aliquibus placet, aliquibus displicet verbum Dei. Hinc amarum simul efficitur & dulce: dulce quidem bonis & spiritualibus; amarum malis & carnalibus. Quod signatur* Apoc.10. *ijs verbis:* Accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum; sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. *Faciet amaricari ventrem tuum*: idest S sensualitatem, siue carnem infirmam. Sensualitas ergo per librum deuoratum amaricatur: quia, cum consideratur verbum Dei adimplendum in se, generatur horror in sensualitate, seu carne, propter afflictionem, quæ intelligitur esse in obseruantia verborum, Ier.4. *Ventrem meum, ventrem meum doleo: sensus cordis mei turbati sunt in me.* (*Hinc verba Christi* multi audientes ex discipulis ejus, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? *Ioann. cap.*6. Durum dicitur T quod non facilè diuiditur, & resistentiam habet. Est ergo aliquis sermo durus, aut quia resistit intellectui, cum scilicet illum intellectu capere non possumus; aut quia resistit voluntati, cum scilicet voluntati non placet. Et vtroque modo erat istis durus sermo. *Nec istis duntaxat est durus, sed plurimis; vnde dicit:* multi ex discipulis ejus, *scilicet Christianis: quia, vt dicitur Eccle.*1. Stultorum infinitus est numerus. *Et* 1. *ad Tim.*6. Si quis non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, superbus est &c. *Videlicet*: quia hi V nolunt intellectum alteri subijcere; & ideò nolunt obedire Scripturæ sacræ, *neque sermoni Dei: quo sensu dicitur Psal.*35. Noluit intelligere, vt bene ageret.) Prosequitur textus*: sed in ore tuo*; idest, in mente siue ratione: quæ dicitur os, quia per eam, dum masticat verbum Dei, venit nutrimentum ad animam*: erit dulce tanquam mel*; quia verbum Dei, dum deuotè consideratur, dulcedinem parit in mente, licèt faciat amaritudinem in carne, *Ierem.*3. Et comedi illud (*volumen*) & factum est in ore meo, sicut mel dulce; *& Psal.*118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo. *Qua itidem ex causa dicitur Cant.*5. Guttur illius suauissimum. *Vbi Author*: Superiùs X per *labia* Sponsi verba ejus intellecta sunt: nunc per *guttur* ipsorum verborum interior dulcedo significatur, qua intellectus noster satiatur, & ad quam percipiendam inuitabat Psalmista Psal.33. *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.* Et multi quidem verba Domini facilè intelligere possunt: sed pauci sunt, qui dulcedinem illorum valeant penetrare; hoc est, qui præcepta Domini ex amore & desiderio studeant adimplere. *Quod est esse verbum Dei* amarum & dulce*: dulce spiritualibus, amarum carnalibus: id enim ex diuersa prouenit auditorum dispositione: siquidem* Palatò non sano (*ajebat Augustinus*) pœna est panis, qui sano est suauis: & oculis ægris odiosa lux, quæ puris est amabilis. *At de Auditoribus fusè* Num. seq. *DISCE Prædicator, Verbum Dei, vt bene fructificet, diligenter seminare. Vide*, Christi doctrina & Prædicatio.

Effectus præfatos verbi Dei semen habet, si in corde maneat.

R Ioan.15.l.1. lit.g & cap.5. l.6 lit. i.

Quadrupliciter in nobis manet.

Vt maneat, quid exigatur.

Amarum & dulce.

S Apocal. 10. tom.1. ibi.

Sensualitas per ventrem signatur.

Durus sermo quis.

T Ioan. 6. l.8. lit.a.

V 1. Tim. 6. l. 1 ibi.

Ratio, siue mens, per os exprimitur.

X Cant. 5. tom. 1. ibi.

Multi audiūt, sed non gustant verbum Dei.

XXXII. Illi beatificantur, *qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud*, credendo interiùs in corde, & exequendo exteriùs in opere. Qui verò audiunt illud, & custodire non satagunt, magis rei ex hoc efficiuntur. *Io.*12. *l.*8. *lit.g.*

u Dicebat Apostolus ad Ephes.1. Cum audiuissetis verbum veritatis, Euangelium salutis vestræ &c. *Verbum veritatis*, idest Y verbum prædicationis: quod tripliciter commendat. Primò à veritate, cum dicit, *verbum veritatis*: quippe quia accipit originem à Christo, de quo dicitur Ioan.17. *Sermo tuus veritas est*; & Iac.1. *Voluntariè genuit nos verbo veritatis.* Secundò quia est annunciatio bona; vnde dicit, *Euangelium*: quod quidem annunciat summum bonum, & vitam æternam. Et antonomasicè verbum fidei, *Euangelium* dicitur, quasi annunciatio summi boni, If.52. *Quàm pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem: annunciantis bonum, prædicantis salutem!* Et hoc est quantùm ad bona futura. Tertiò describitur, & commendatur quantùm

Verbum prædicationis tripliciter ab Apostolo commendatur.

Y Ephes.1.l.5. ibi.

tùm ad bona præsentia, quia saluat; vnde dicit, *Euangelium salutis vestræ*: idest, quod creditum dat salutem, 1. *Cor.* 15. Notum vobis facio fratres Euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini. *Igitur, quia* Euangelium (*quod est* verbum Dei) *cùm vera tùm bona denunciat, solicitè* audiendum *est, firmiterque ei* credendum, *vt in corde ad spiritualiter fructificandum* permaneat. *Sanè Dei verbum, vtpote bonum (vt vidimus) honestum vtile & delectabile, amabile est: quod autem diligimus, solicitè quærimus; consequenter solicitè promptè & libenter audiendum. Hinc Apostolus Iacobus, postquàm de semine verbi Dei expressit cap.* 1. Voluntariè genuit nos verbo veritatis, *scilicet*, in filios Z gratiæ, verbo Euangelij Christi, tanquam semine spirituali; *subjecit*: Sit autem omnis homo velox ad audiendum. *Quasi dicat*: Vt ergo hæc generatio in nobis conseruetur, *sit omnis homo*, siue incipiens, siue proficiens, siue perfectus, *velox ad audiendum*, verbum scilicet Dei; idest, promptus & paratus. *Et iterum repetit*: Suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. *Suscipite*: scilicet, cum magno honore: vel, *suscipite*; idest, semoti à temporalibus curis, capite: *insitum verbum*: verbum quidem creatum insitum est cordi per prædicationem & inspirationem: verbum verò increatum insitum est humanæ naturæ per incarnationem. Cor autem humanum ante fidem verbi, & natura humana ante incarnationem Filij Dei, erat tanquam truncus syluestris, Rom. 11. *Ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam.* Quod verbum *potest saluare animas vestras*: verbum creatum dispositiuè, increatum effectiuè. Et dicit, *quod potest saluare*, & non dicit, *saluabit*: ne excludere videatur humani arbitrij libertatem. *Delectabilitatem hanc & dulcedinem verbi Dei exprimunt satis verba Dilecti Cant.* 5. *dicentis*: Comedi fauum cum melle meo. *Etenim* fauus A prædicatores sunt, qui arcana & intima Scripturarum mysteria, quasi mella de fauis producunt, & prædicando alijs manifestant. Mel verò sunt boni auditores, qui dulcedinem verbi Dei attentè percipere, eàque delectabiliter pasci student. *Idcircò hortabatur Sapiens* Eccle. 4. *vt ad Templum proficiscentes, ibi Dei verbum satagamus audire*: Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua, vt audias. *Alioquin subtrahet in pœnam Deus, cùm serò audire exoptaueris, Amos* 8. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & mittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. *Nec perperam studere debent, vt audiant, cum & Christus ipse, & Angeli, & Beati omnes tali auscultatione delectentur. Quod innuitur* Cant. 8. *à Sponso, cum ad Dilectam ait*: Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam. *Quasi dicat*: O Ecclesia, *quæ habitas in hortis*, idest B quæ excolendis virtutum germinibus insistis: *fac me audire vocem tuam*; idest, prædica Euangelium, præceptaque meæ legis simul, & promissionem cœlestium præmiorum annuncia. Hoc enim mihi jucundum & delectabile est, *vt audiam vocem tuam*: hoc est, vt audiam te, verba salutis æternæ annunciantem. Sed *& amici auscultant*: idest, Angelici spiritus vocem tuam delectantur audire, quos tibi *amicos* feci per effusionem sanguinis mei, tuosque adjutores & protectores contra malignos spiritus institui. Siue, *amici*, idest spiritus justorum, *auscultant*, quos de tuo cœtu ad me in cœlestibus assumpsi: & ipsi enim de tua prædicatione & fratrum salute congaudent. *In quorum robur, de Venerabili Beda scribit* Durandus lib. 7. c. 40. *quòd cum præ matura senectute cæcus euasisset, & ex animarum zelo vellet adhuc in sacra se prædicatione, villas & castra circumeundo, exercere: ductor ejus aliquando in quadam saxosa valle pedem figens, derisoriè monuit, multitudinem hominum inibi adesse, qui Dei verbum ab ipso audire præstolabantur. Tum vir Dei prædicare feruidè cœpit. Cumque sermonem ijs terminasset verbis*, per omnia secula seculorum; *mox lapides conclamasse dicuntur*: Amen, venerabilis Pater. *Alij verò (ad rem nostram) asserunt, Angelos respondisse*: Bene dixisti, venerabilis Pater. *Et ex tunc dictus est* Venerabilis.

Verbum Dei promptè & libenter audiendum.

Z Iac. 1. ibi.

A Cant. 5. com. 1. ibi.

Fauus prædicatores, *mel* auditores, ob dulcedinem verbi Dei.

Christus, Angeli, & Beati, verbi Dei auditione delectantur.

B Cant. 8. com. 1. ibi.

De Ven. Beda ad rem exemplum.

x *Et quidem, si vti par est, audiatur verbum Dei, signum prædestinationis est in audiente: dicebat enim Dominus Ioan.* 10. Oues meæ vocem meam audiunt. *Per oues autem manifestè intelliguntur electi, Matth.* 25. Statuet oues à dextris suis, hœdos autem à sinistris. *Oues* igitur *meæ*, scilicet C per prædestinationem, *vocem meam audiunt* credendo & præceptis meis obediendo. *Quod & Apostolus confirmat* 1. *Thess.* 1. Scientes, fratres dilecti à Deo, electionem vestram: quia Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantùm &c. *Scientes, fratres dilecti à Deo*, non solùm D communiter, in quantum dat esse naturæ, sed in quantum specialiter ad bona æterna estis vocati. *Scientes* inquam *electionem vestram*: Q. d. Certitudinaliter cognosco vos esse electos: quia hanc electionem non meruistis, sed à Deo estis gratuitè electi. Et hoc scio, quia Deus dedit mihi magnum argumentum in prædicatione; scilicet, quòd illi, quibus loquor, sunt à Deo electi: scilicet, quando Deus dat eis, vel mihi gratiam copiosè prædicandi eis. *Et rationem clariùs adducit in seqq. cum ait*: Et vos imitatores nostri facti estis & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio Spiritus sancti. *Vnde & Ioan.* 6. *dicebat Christus*: Omnis, qui audiuit à Patre (*per prædicatores vtique, qui os Dei sunt*) & didicit, venit ad me. *Et Luc.* 11. Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. *Beatificantur enim homines & sanctificantur per sanctum Dei verbum. Id quod rogabat Christus Ioan.* 17. Pater, sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. *Et post pauca*. Non pro eis (*Apostolis*) rogo tantùm, sed & pro eis, qui credituri sunt *per verbum eorum* in me, vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sit: *quod est, gloria perfrui sempiterna. Ex opposito, vel minimè vel malè vel ægrè audientes, propriam indicant reprobationem. Hebr.* 6. Terra proferens spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima: cujus consummatio in combustionem. *Vbi Author*. Fructus E sunt *spinæ*; idest, minora peccata: *& tribuli*; idest, majora, quæ pungunt conscientiam propriam, quandoque etiam alienam, Genes. 3. *Spinas & tribulos germinabit tibi*. In pœna verò ponit tria, scilicet diuinam reprobationem, judiciariam condemnationem, & finalem punitionem. Quantum ad primum, dicit, *reproba est*: sicut enim prædestinatio est principium remunerationis, ita reprobatio signum est condemnationis. Quòd ergo aliquis frequenter rigetur præceptis salutaribus, signum est reprobationis, si persistat in peccatis, *Ierem.* 6. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit illos: (*præmiserat autem Ieremias*: Frustrà conflauit conflator, *idest* verbum Dei F Deus vel prædicator.) Condemnatio est, cum dicit: *Maledicto proxima*, Matth. 25. *Ite maledicti &c.* Punitio est, cum subdit: *cujus consummatio in combustionem, Is.* 9. Erit in combustionem, & cibus ignis. *Eapropter væ illis, qui Euangelium vel prædicare erubescunt, vel audire*. Non erubesco Euangelium, *ajebat Paulus Rom.* 1. Quod quidem G infidelibus apud quosdam erubescibile videbatur propter id, quod dicit 1. Cor. 1. *Nos autem prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam*. Non est autem secundùm rei veritatem erubescendum propter id, quod sequitur: *Ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum Dei virtutem & Dei sapientiam*. Vnde

dicitur

Audire libenter verbum Dei, signum prædestinationis.

C Ioan. 10. l. 5. lit. d ibi.

D 1. Thess. 1. l. 1. & Ioan. 1. l. 15. lit. c. & cap. 6. l. 5. lit. a.

Minimè vel ægrè audire reprobationis.

E Hebr. c. l. 1. fi.

F Ier. 6. ibi.

Væ sanctum Euangelium erubescentibus.

G Rom. 1. l. 5. fi.

Digitized by Google

dicitur Luc. 9. *Qui me erubuerit & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet*. Et inde est, quòd baptizati liniuntur chrismate in fronte signo Crucis, vbi est sedes verecundiæ: ne scilicet Euangelium erubescant. *Sed &, præter infideles, plurimi ex fidelibus audire detrectant exteriùs, quia nec Deum interiùs loquentem volunt audire, Ezech.3.* Nolunt audire te, quia nolunt audire me. *Et, si quidem audiunt, cum tamen veritas prædicatur, ægrè à quibusdam auditur, nec sine odio ad dicentem. Sic impius Achab* 3. Reg.22. *de Prophæta Michæa dicebat*: Ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Iemla. *Et Apostolus ad Galat.*4. Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis? *Hoc est*: habetis me H odio; & hoc ideò, quia dico vobis verum, vt sic *verum dicens vobis*, ponatur vt sit causa odij: nam homines, veritatem dicentes, à malis odio habentur: Veritas enim odium parit, *Amos* 5. Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfectè abominati sunt. *Vnde & Iudæi* Act.7. *Stephano prædicante*, audientes dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. *Qua de causa ejecerunt & cæcum illum, cui Dominus visum dederat: dixerat enim Ioan.*9. Nisi esset hic (*Christus*) à Deo, non poterat facere quidquam. *Et tunc* responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus: & tu nos doces? Et ejecerunt eum foras. *Tu nos doces?* Q.d. Non es I dignus. Nullus enim homo, quantumcunque sapiens, debet à quocunque paruo doctrinam repellere. Injustitiæ autem defectum incurrunt, injustè eum ejciendo, *ejecerunt eum foras*, propter veritatis confessionem. *Sed & de ipsa increata veritate, Christo Domino nostro, legimus Luc.*4. Repleti sunt omnes in Synagoga irâ, hæc audientes. Et surrexerunt, & ejecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, vt præcipitarent eum. *Non alia certè de causa, nisi quia veritatem prædicabat, Ioann.* 8. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare non creditis mihi? *Quasi diceret*: Si me L quem exosum habetis, non potestis arguere de peccato, manifestum est, quoniam propter veritatem me odio habetis, *Prou.*18. Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde ejus. *Veritas quippe à malis, quia redarguuntur, audiri non potest, nisi cum odio ad apetientem, Ioan.6.* Durus est hic sermo: & quis potest eum audire? *Sanè, auaris durus est sermo de restitutione, vel de eleemosyna: superbis de humilitate: gulosis de jejunio: iracundis & litigiosis de pace: obstinatis de pœnitentia: adolescentibus de oratione & maceratione: mulieribus de abjecto vestitu: luxoriosis potissimùm de castitate aliisque virtutibus. Vnde* Iob cap.31. *de peccato luxuriæ loquens, ait*: Nunquid non perditio est iniquo, & alienatio operantibus injustitiam? *Quasi dicat*: Iniquus M qui hoc peccato inuoluitur, in perditionem vadit. *Et alienatio operantibus injustitiam*: quia enim vehemens delectatio magis animum ad se trahit, inde est, quòd homines luxuriæ dediti à bonis operibus discedunt, & etiam à bonis prædicationibus; *Eccli.*21. Verbum sapiens quodcunque audierit scius laudabit, & ad se adjiciet: audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & projiciet illud post dorsum suum. *Vno verbo: Qui Deum non diligunt, ægrè audiunt verbum illius. Eapropter Dominus* Ioan.8. *ad Iudæos dicebat*: Loquelam meam non cognoscitis, quia non potestis audire sermonem meum. *Etenim* effectus dilectionis N alicujus est, quòd diligens libenter audit verba dilecti. Quia ergo illi Christum non diligebant, durum videbatur eis etiam vocem ejus audire, Sap.2. *Grauis est nobis etiam ad videndum: quoniam dissimilis est aliis vita illius: (Et priùs*: Circumueniamus justum: *quoniam, ecce vnica causa*, contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis.) Et ideò dicit: *quia non potestis audire sermonem meum*: idest, ita durum cor habetis ad me, quòd nec sermonem meum audire vultis. *Hi omnes sunt, de quibus Author super illud Apoc.*2. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis; *ita scribit*. Multi O habent aures, & non audiunt quid loquitur Spiritus, Is.42. *Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuncios meos misi?* & Psal.113. *Aures habent, & non audient*. Alij non audiunt, quia dormiunt, Eccli.22. *Cum dormiente loquitur qui enarrat stulto sapientiam.* (*Vnde Apostolus Ephes.*5. Surge qui dormis &c.) Alij, quia nimis sunt remoti ab eo, qui longè non est, Psal.118. *Longè à peccatoribus salus*. Alij, quia aures obturant, Psalm.57. *Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium &c.* (*Hinc Act.*7. *docentem Stephanum audientes Iudæi*, exclamantes, *ne audiretur*, continuerunt aures suas, *ne & ipsi audirent.*) Alij, quia mortui sunt, Sap.13. *Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est*; & Ephes.5. *Exurge à mortuis, & illuminabit te Christus*. Alij, quia sunt in tumultu: *Aufer à me tumultum carminum tuorum*, Amos 5. *In tumultu in quam vel interno passionum, vel externo. Experientiâ enim noti sunt tumultus, confabulationes, & cachinni, tempore prædicationis in Templo Dei. Ex quo Dominus ad Prophetam Ezech.*43. *dicebat*: Fili hominis ostende domui Israel Templum, & confundantur ab iniquitatibus suis, & erubescant ex omnibus, quæ fecerunt; *vt videlicèt considerent, ad quod factum sit Templum: non enim ad confabulandum, non ad negociandum, non ad mundana idola adoranda, sed verum Deum, illiusque audiendum verbum, non vana, non amatoria, non proximorum læsiua.*

His autem in cassum spargitur semen verbi Dei: cadit enim aut in petrosa, aut in spinas, vt dicitur Matth. 13. (*Vide P.*) *Et sic eis potiùs subtrahendum est, Apoc.*11. Surge, & metire Templum Dei, & altare, & adorantes in eo: atrium autem, quod est foris Templum, ejice foras, & ne metiaris illud. *Atrium*; idest Q falsos Christianos, qui ficti sunt & in malo indurati. Hos comparat atrio, quia dicunt se adhærere Ecclesiæ, sicut atrium adhæret Templo: tamen non pertinent ad Ecclesiam secundùm veritatem; vnde dicuntur esse *foris Templum*. Item, quia sicut atrium sanctum est; tamen in eo sepeliuntur cadauera: ita isti fuerunt aliquando sacramentaliter sanctificati per baptismum, intus tamen fœtent fœtore vitiorum. Hos igitur *ejice foras*; idest, prædica esse foras, qui sunt falsi Christiani, simulantes se esse veros filios Ecclesiæ, cum non sint: quia vel fide carent; vel, si fidem habent, in moribus prauis obstinati sunt. *Et ne metiaris illud*: idest, nullam circa eos discretionem adhibeas ad prædicandum; sed omnino prædicationem subtrahe: quia non sunt dandæ margaritæ ante porcos, vt dicitur *Matth.*7. *Et adducitur ratio*: quoniam datum est Gentibus. *Quasi dicat*: Ideò non prædices falsis Christianis obstinatis: *quoniam datum est* atrium *Gentibus*: idest, Deo eos deserente, facti sunt similes Gentilibus, in vitiorum profunditate sepulti; & ideò conculcarent margaritas. *Ad hæc quoque cohærenter docemur*, quòd gratia R sermonis, quæ datur alicui ad vtilitatem aliorum (*sicut & cæteræ dantur gratiæ gratis datæ*) quandoque subtrahitur propter auditoris culpam: (*licèt quandoque etiam* propter culpam ipsius loquentis.) *Et hoc innuere voluit Apostolus* ad Rom.1. *cum ait*: Nolo autem vos ignorare, fratres, quia sæpe proposui venire ad vos: & prohibitus sum vsque adhuc. *Prohibitus sum*, vel S à diabolo (*vt suprà exponebatur*:) vel etiam ab ipso Deo, secundùm cujus nutum dispensantur prædicatorum itinera & verba, Iob 37. *Nubes*, idest prædicatores, *spargunt lumen suum: quæ lustrant per circuitum, quocunque eas voluntas gubernantis*

Veritas ægrè ab aliquibus auditur, & cum odio ad dicentem.

H Gal. 4. l. 4. vel 5 ibi.

I Io. 9. l. 3. ß. & l. 4. lit. f.

A quocunque doctrinæ veritas excipienda.

L Ioan. 8. l. 7. lit. e.

Verbum Dei aliquibus sermo durus.

M Iob 31. l. 1. ibi.

Luxoriosis præsertim.

Qui Deum non diligunt, ægrè audiunt verbum illius.

N Io. 8. l. 5. ß.

O Apoc. 2 com. 2. ibi.

Multa non audientium genera.

P Matth. 13. lit. a.

Verbum Dei non audientibus & obstinatis subtrahendum.

Q Apocal. 11. com. 2. ibi.

R 2. 2. 177. 1. ad 3.

Gratia sermonis propter auditorum culpam quandoque subtrahitur.

S Rom. 1. l. 3. ibi.

Digitized by Google

nantis duxerit, ad omne, quod præceperit illis ſuper faciem Orbis terrarum. Vnde & Act. 16. dicitur: *Tranſeuntes autem* (Paulus & Timotheus) *Phrygiam & Galatiæ regionem, vetati ſunt à Spiritu ſancto loqui verbum Dei in Aſia. Cum veniſſent autem in Myſiam, tentabant ire in Bithyniam: & non permiſit Spiritus Ieſu.* Vtrunque autem horum vult Apoſtolus eos non ignorare propter eorum vtilitatem: vt ſcilicet cognoſcentes affectum Apoſtoli, deuotiùs ejus verba ſuſcipiant, & impedimentum viſitationis ejus, *& perſonalis prædicationis*, imputent ſuæ culpæ; & ſic corrigantur. Nam in pœnam culpæ dicitur *Iſ. cap.* 5. Nubibus mandabo, ne pluant ſuper eam (*vineam Domini*) imbrem. *Id quod tangitur Ier.* 6. Defecit ſufflatorium: in igne conſumptum eſt plumbum: fruſtrà conflauit conflator: *idest* Deus T vel prædicator (*vt ſuprà expoſitum eſt:*) *& adducit rationem ipſemet Dominus:* Malitiæ enim eorum non ſunt conſumptæ; *& ideò, quia contumaces erant, ſubtracturi eſt eis verbum. Præmiſerat enim eod. cap. propheta:* Cui loquar, & quem conteſtabor, vt audiat? Ecce incircumciſæ aures eorum, & audire non poſſunt. *Et cap.* 22. *clamabat:* Terra, terra, terra, audi ſermonem Domini: *Quaſi diceret:* Ex quo V homines non audiunt, ſaltem inſenſibilia obediant, *Ezech.* 36. Montes Iſrael audite verbum Domini. *Nam & lapides faciliùs reſpondebunt, quàm homines obſtinati* (quorum corda duriora ſaxis, *ajebat Gregorius*, ſcindi ad pœnitendum nolunt) *Luc.* 19. Dico vobis: quia ſi hi (*diſcipuli Chriſti*) tacuerint, lapides clamabunt. *Et Habac.* 2. Lapis de pariete clamabit: & lignum, quod inter juncturas ædificiorum eſt, reſpondebit: *vti contigit ad prædicationem* Ven. Bedæ, *cui* (*ſicut ſuperiùs præmiſſum eſt*) *in ea ſermonem verba terminanti*, per omnia ſecula ſeculorum, *reſpondiſſe feruntur lapides:* Amen, Ven. Pater. *Quapropter non abs re monetur prædicator Eccli.* 32. Vbi auditus non eſt, non effundas ſermonem. *Quin contumacem populum in ſua contumacia relinquat, Apoc.* 22. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. *Et Ier.* 51. Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata: derelinquamus eam. *Ipſe autem coram Deo publicè proteſtetur, ſe muneri ſatisfeciſſe ſuo, dicens cum Apoſtolo Act.* 20. Et nunc ecce ego ſcio, quia ampliùs non videbitis faciem meam vos omnes, per quos tranſiui prædicans regnum Dei. Quapropter conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine omnium: (Ezech. 3. *Sanguinem ejus de manu tua requiram.*) Non enim ſubterfugi, quo minùs annunciarem omne conſilium Dei vobis. *Et cum Iſaia cap.* 49. In vacuum laboraui: ſine cauſa, & vanè fortitudinem meam conſumpſi. *Et concludit:* Ergo judicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo. *Iudicium meum cum Domino:* idest X pro me coram ipſo: *& opus meum cum Deo meo*, quaſi gratum ipſi. *Quòd ſi fortè ex his, Deo interiùs miſericorditer operante, auditores ad pœnitentiam emollientur: tunc prædicator, de diuina pietate confiſus, nomine aſtantium omnium, Crucifixum alloquatur Seruatorem ijs Iſaiæ verbis cap.* 64. Ecce tu iratus es, Domine, & peccauimus: in ipſis fuimus ſemper, & ſaluabimur. Et facti ſumus, vt immundus, omnes nos: & quaſi pannus menſtruatæ vniverſæ juſtitiæ noſtræ: & cecidimus, quaſi folium, vniverſi: & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos. Non eſt qui inuocet nomen tuum: qui conſurgat, & teneat te: (*Cant.* 3. Tenui eum, nec dimittam:) abſcondiſti faciem tuam à nobis, & alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ. Et nunc, Domine, Pater noſter es tu, nos verò lutum: & fictor noſter tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Ne iraſcaris Domine ſatis, & ne vltrà memineris iniquitatis noſtræ. Ecce reſpice, populus tuus omnes nos.

T *Ier.* 6. 5.

V *Ier.* 22. *ibi.* Ex quo homines non audiunt, ad inſenſibili à ſermo vertendus.

Populus contumax derelinquendus.

Prædicatoris ob id proteſtatio.

X *Iſ.* 49. *ibi.*

Ejuſdem, nomine auditorum, ad Crucifixum oratio.

2. *Diximus autem, nec perperam, Deo interiùs operante: ſiquidem duplex eſt auditus juxta duplicem locutionem.* Eſt *enim* quædam Y locutio exterior, qua Deus nobis per prædicatores loquitur: quædam interior, qua loquitur nobis per inſpirationem internam. Dicitur autem ipſa interior inſpiratio, locutio quædam, ad ſimilitudinem exterioris locutionis. Sicut enim in exteriori locutione proferimus ad ipſum audientem, non ipſam rem, quam notificare cupimus, ſed ſignum illius rei, ſcilicet vocem ſignificatiuam: ita Deus interiùs inſpirando non exhibet eſſentiam ſuam ad videndum, ſed aliquod ſuæ eſſentiæ ſignum, quod eſt aliqua ſpiritualis ſimilitudo ſuæ ſapientiæ, *Pſal.* 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. *Et hac quidem interiori locutione facit Dominus* ſurdos audire, & mutos loqui, *vt dicitur Marc.* 6. Surdos audire; *idest, auditores in malo obſtinatos, aures cordis aperiendo, Iſ.* 42. Quis ſurdus, niſi ad quem nuncios meos miſi? *Item facit* mutos loqui; *ſcilicet, prædicatores ignaros aut minùs zelantes, Iſ.* 56. Canes muti, non valentes latrare (*ſcilicet*, contra Z vitia) videntes vana: *in quibus & per quos loquitur ſæpe Deus, Matth.* 10. Non enim vos eſtis, qui loquimini &c. *Idcircò illecebat Pſaltes Pſal.* 118. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis: *nam Sap.* 10. Linguas infantium facit diſertas: *aliàs prædicator quiſque poſſet cum Ieremia cap.* 1. *veraciter dicere:* Neſcio loqui, quia puer ego ſum. *Non ſufficit ergo exteriùs audire, niſi & Deo adjuuante interiorem cordis admoueamus auditum ad benè operandum: quod eſt, audire ſimulque facere verbum Dei, correlatiuè ad prædicatorem, qui* (*vt vidimus*) *debet* facere & docere. *Ex quo dicitur Iac.* 1. Eſtote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes voſmetipſos &c. *Factores*, idest A impletores verbi. *Fallentes voſmetipſos: quia ſi quis auditor eſt verbi, & non factor: hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo.* Ad literam enim talis fallitur; quia videtur ſibi, quòd videat rem, ſed non vidit rem, ſed ſolùm rei idolum, vel imaginem. Sic ille, qui audit & non facit, ſolam verborum vmbram habet, non corpus operis. Vnde verbum Dei comparatur ſpeculo. *Conſiderauit enim ſe, & abijt: & ſtatim oblitus eſt, qualis fuerit.* Pro tanto ponitur ſimilitudo: quia, ſicut nihil prodeſt homini vidiſſe in ſpeculo maculam vultus ſui, ſi illam non abſtergit: ſic nihil prodeſt homini audire verbum Scripturæ vel prædicationis, niſi illud quod audit aure, impleat opere. Et ideò ſubdit: *Qui autem perſpexerit in legem perfectam libertatis*, idest in doctrinam Euangelii: *& permanſerit in ea* per perſeuerationem operis: *& non auditor obliuioſus*, audita ſcilicet memorando, *ſed factor operis;* idest, opere implendo: *hic beatus in facto ſuo erit*, non in verbo tantùm, Pſalm. 18. *In cuſtodiendis illis retributio multa:* non dicit, *in audiendo. Sed & Dominus ipſe Matth.* 7. Omnis *inquit* qui audit verba mea hæc, & non facit ea: ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam. *Quibus in verbis* oſtendit B quòd ſine operibus nihil ſufficit, nec etiam auditus verbi Dei. *Auditus enim eſt neceſſarius, ſed ſatis non eſt, Rom.* 2. Non enim auditores legis juſti ſunt apud Deum: ſed factores legis juſtificabuntur. *Hinc ad illud Pſal.* 36. Mutuabitur peccator, & non ſoluet: juſtus autem miſeretur, & tribuet, *inſtruimur*, *quòd* homo C aliquid à Deo mutuatur, & aliquid à miniſtro Dei, ſcilicet homine. Dicitur autem peccator homo quicunque. Dicit ergo: *Mutuabitur*, ſcilicet à Deo, quia *quid habes, quod non accepiſti?* 1. Cor. 4. Et hoc eſt quaſi mutuum: quia adhoc dat nobis Deus quæcunque bona, vt ex eis creſcamus in ijs, quæ ad honorem Dei ſunt, Luc. 19. *Et ego veniens, cum vſuris vtique exegiſſem illam.* Et hic retribuimus ei per gratiarum actionem. Sed Deus peccatori dedit bona natura-

Duplex locutio & auditus. Y *Ier.* 18. 3. *c. Iob* 33. *l.* 1. *ibi.* inſpiratio. *Rom.* 10. *l.* 2. & 2. *Petr.* 1. *ibi,* inſpirati.

Z *Iſ.* 56. *ibi.*

Verbum Dei nedum audiendum eſt, ſed & faciendum.

A *Iac.* 1. *ibi.*

B *Matth.* 7. *lit.* 6. *ibi. & Rom.* 2. *l.* 3. *ſub initio.*

C *Pſ.* 36 *lit. q.* Homo à Deo mutuatur & à miniſtro Dei.

Digitized by Google

lia; temporalia verò aliquando largitur, & spiritualia. Sed *peccator non soluit* per spiritualem profectum, & gratiarum actionem, Is. 1. *Filios enutriui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me.* A ministro etiam Dei accipit homo mutuum: Prælati namque & Doctores sunt quidam campsores, Luc. 19. cit. *Vocatis decem seruis suis, dedit eis decem mnas; & ait ad illos: Negociamini dum venio.* Ergo sunt negociatores. Doctor ergo dat populo doctrinam quasi pecuniam, Psal. 51. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum*: sed dat verba Domini, non sua. Boni autem *retribuunt*, quia faciunt quod audiunt: sed mali non, quia non implent obediendo, Ezech. 33. *Audiunt verba tua, & non faciunt ea.* Iustus autem, quod accepit à Deo, quicquid sit illud & quocunque modo, expendit in alios, 1. Pet. 4. *Vnusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores*: & sic *miseretur*. Item regratiatur Deo, & sic *tribuet*, siue retribuet, *Psalm.* 115. Qui retribuam Domino &c. *Sed & super illud Ioann. 6.* Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me, *docemur, quòd* per operis D imitationem itur ad Christum, secundùm illud Matth. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis &c.* Et hoc modo, quicunque discit, venit ad Christum: nam sicut conclusio se habet in scibilibus, ita & operatio in operabilibus. In scientijs autem quicunque perfectè discit, venit ad conclusionem: Ergo in operabilibus, qui perfectè verba discit, venit ad rectam operationem, *Is.* 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico, retrorsum non abij. *Idcircò Apoc. 1. dicitur:* Beatus qui legit & audit verba prophetiæ hujus, & seruat ea. *Beatus qui legit*, alios E docendo, *& audit* discendo, *& seruat* implendo: *nisi enim seruentur, audiuisse non prodest; vnde* Apoc. vlt. *omisso verbo*, audit, *simpliciter dicitur:* Beatus qui custodit verba prophetiæ libri hujus: *nisi enim custodiantur, in cassum audiuntur, Luc.* 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. *Cohærenter ad hæc dicebat Christus Ioann.* 13. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. *Si hæc scitis;* quod quidem F est omnium: tamen *beati eritis, si feceritis ea*, quod est paucorum. Et dicit, *Si scitis, & feceritis*: quia *intellectus bonus omnibus facientibus eum*, vt dicitur Psal. 110. E'contra, *scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi*, dicitur Iac. 4. *Et idem Dominus* Ioann. 12. *præmiserat*: Si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non judico eum: *scilicet* modò G idest in primo aduentu, quo venit vt Saluator: *Non enim veni, vt judicem Mundum, sed vt saluificem Mundum.* Licèt autem qui verba mea non custodiunt, non judicentur modò: tamen non euadent impunes, quicunque sint illi. Vnde subdit: *Qui spernit me, & non accipit verba mea*, credendo & opere implendo, *habet qui judicet eum. Sermo, quem locutus sum, ille judicabit eum in nouissimo die.* Quod tantum valet *ex Augustino*, ac si dixisset: Ego judicabo eum in nouissimo die. Seipsum quippe Christus expressit in suo sermone, se ipsum annunciauit: *est enim æterni Patris Verbum. Vel dic:* Sermo judicabit eum; *quia nimirum prædicationis verba, audita sed non impleta, ad contumacium auditorum deseruient redargutionem in die judicij, Ioann.* 15. Si non venissem, & locutus non fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo: *quinimmò majorem incurrunt reatum, audita non implendo*: Qui audiunt verbum Dei, & custodire non satagunt, magis rei ex hoc efficiuntur: *vt ajebat initio Author.*

Peccator mutuum Deo nō soluit.

Prælati, & Prædicatores, cāpsores sunt, & spirituales negociatores.

Retribuunt Deo qui audiunt & faciunt.

D Io. 6. l. 5. lit. c.

Per operis imitationem itur ad Christum.

E Apoc. 1. com. 3. ibi, & cap. 22. com. 2. ibi, custodit.

F Ioan. 13. l. 3. lit e.

G Ioan. 12. l. 3. lit g. h. & i.

Audientes Dei verbum, & nō seruantes, magis in judicio redarguentur, & magis rei.

a *Igitur væ non audienti verbum Dei, Ier. 6.* Constitui super vos speculatores. Et dixi: Audite vocem tubæ. Et dixerunt: Non audiemus. *Speculatores*, idest H prophetas: *Et dixi: Audite vocem tubæ*, idest prædicationem ipsorum. *Et dixerunt: Non audiemus.* Et comminatur pœnam: *quæ quidem ex seqq. patet, cum dicit:* Ideò audite Gentes, & cognoscite congregatio (*omnium scilicet nationum*) quanta ego faciam eis. Audi terra: Ecce ego adduco mala super populum istum, fructum cogitationum ejus: quia verba mea non audierunt, & legem meam projecerunt. *Et cap. 7.* Misi ad vos omnes seruos meos prophetas, & non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam. Et loqueris ad eos omnia verba hæc, & non audient te. *Quare autem non audierint, inferiùs subijcit:* Posuerunt offendicula sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt pollucrent eam: *tempore videlicet prædicationis confabulando, corridendo, negociando, amasias contemplando; & fortè (Deo vero in Sacramento Altaris contempto) eas, ceu cordis idola sui, venerando. Pœnam verò non audientium subdit, cum ait*: Et erit morticinum populi hujus in cibos volucribus Cœli, & bestijs terræ: & non erit qui abigat &c. *Et cap. 19.* Ecce ego inducam super ciuitatem hanc, & super omnes vrbes ejus vniuersa mala: quoniam indurauerunt ceruicem suam, vt non audirent sermones meos. *Consulat sibi vnusquisque. Sed væ multò magis, audienti, & non facienti verbum Dei. Quod innuitur clarè satis* Matth. 7. *suprà cit.* Omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis est viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam: & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam: & cecidit, & fuit ruina ejus magna. *Ruina ejus magna;* quia I impœnitens est cor, *Iob* 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. *Et Is.* 23. Posuerunt eam in ruinam. (*Vide plura ibi.*) *Sed & mysticè tangitur cap.* 11. Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis. *Vbi notat Author, quòd* quidam L cantus est propter gaudium, sicut habetur Eccli. 40. *Vinum & musica lætificant cor.* Ideò dicunt, *cecinimus;* idest, cantum gaudij diximus: *& non saltastis.* Item consuetudo est, quòd sicut aliqui immutantur ad gaudium, ita quidam ad fletum, Ierem. 9. *Vocate lamentatrices, & assumant super nos lamentum, deducant oculi nostri lacrymas &c.* Et ideò dicunt, *lamentauimus;* idest, cantus lugubres fecimus, *& non planxistis.* Quidam sunt prouocatores ad gaudium spirituale, vt Dauid Psal. 32. *Exultate justi in Domino*: quidam ad luctum, Ioel. 2. *Conuertimini ad Dominum in toto corde vestro in jejunio, & in fletu, & in planctu &c.* Vnde possunt dicere: *Cecinimus vobis;* idest, incitauimus vos ad spiritualem lætitiam, & non suscepistis: *lamentauimus;* idest, inuitauimus ad pœnitentiam, & non acquieuistis. *Ostendit autem his, audientibus verbum, & non facientibus, debitam pœnam, cum inferiùs subijcit*: Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia, si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. *Vbi Author:* Notate *inquit* modum M pœnitentiæ, quia *in cinere & cilicio:* duo enim intendit pœnitentia. Vnum est recordatio delictorum; & hoc significatur in cilicio, quòd sit de pilis caprarum: istud enim animal immolabatur pro peccato. Aliud est consideratio mortis, & conditio humanæ fragilitatis, *Genes.* 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris; *Iob vlt.* Ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. *Verumtamen dico vobis: Tyro & Sidoni remissius erit in judicio, quàm vobis.* Hic comparat culpam ad culpam: quia si inuenti sunt grauiores in culpa, deterius erit eis: quia enim quod audierunt, non fecerunt; ideò grauius erit, *Ioann.* 15. Si non venissem, & locutus non fuissem eis, peccatum non haberent. *Et tu Capharnaum, nunquid vsque in Cœlum exaltaberis? Vsque in Infernum descendes. Quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, fortè mansissent vsque in hanc diem.* Et

a Væ Dei verbum non audienti.

H Ier. 6. ibi.

Væ magis audienti, & non facienti.

I Matth. 7. lit. b. ibi.

L Matth. 11. lit. c. ibi.

Pœnitentia qualis.

M Ibid. ibi. & cap. 10. lit. a. f.

quare hoc dicit? ad significandum libertatem arbitrij: quia ante hominem vita & mors. Nullus illos monuit. Quamuis enim Loth inter illos esset; tamen non fecit miracula: sed isti viderunt & audierunt Dominum docentem, & miracula facientem: *& nihilominus illius implere verbum noluerunt, ex quo concludit:* Veruntamen dico vobis: quia terræ Sodomorum remissius erit in die judicij, quàm tibi. *Quod totum, majus indicat proculdubio supplicium ijs, qui audiunt verbum Dei, sed implere reluctantur. Et quidem in hos non ira, sed furor exercetur justi judicis Dei, Ier.6.* Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud; (*hoc est, auditum non implebunt:*) *moxq; subijcit:* idcircò *furore* Domini plenus sum &c. *Et Is.42.* Noluerunt in vijs ejus ambulare, & non audierunt legem ejus: (*hoc est, postquam audierunt, noluerunt seruare:*) *statimque subditur:* & effudit super eum (*populum*) indignationem furoris sui. *Effudit: nam* effusio N abundantiam significat, *vt nimirùm magnitudinem furoris ostendat. Id quod tetigit & Psaltes Psal.* 37. Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me: quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. *Profectò* sagittæ Dei O verba Dei sunt, Is. 49. *Posuit me sicut sagittam electam.* Quando autem peccator audit verba Dei, & infiguntur cordi ejus: tunc reponit in corde suo; & tamen eis non compungitur: & ex hoc est dignus furore, quia non est compunctus ex sermonibus Dei. (Verba *autem* Christi P dicuntur sagittæ propter tria. Primò quia sagitta suo acumine vsque ad cor penetrat, Ose.2. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus.* Ita verba Christi, Hebr. 4. *Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Item sagitta velociter mouetur, *Sap.5.* Transitus vitæ *tanquam sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aer continuò in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius.* Sic verbum Christi subitò totum Orbem impleuit, quia ferè per totum Mundum ante destructionem Ierusalem sermo Christi fuit diffusus, Psalm.147. *Velociter currit sermo ejus.* Item sagitta ad remota attingit. Sic etiam sermo Christi, Psal.18. *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum.* Et sic sermo Dei est gladius, in quantùm vulnerauit Iudæos, qui conuersi sunt ad Christum, qui erant prope: propter quod dicitur Ps.44. *Accingere gladio tuo &c.* Et est sagitta, in quantum etiam ad remotos Gentiles peruenit, qui conuersi sunt ad Christum, Ephes. 2. *Euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem ijs, qui prope.*) *Quòd facit illud 2. Paral.36.* Mittebat autem Dominus Deus ad illos per manum nunciorum suorum, de nocte consurgens, & quotidie commonens: eoquòd parceret populo & habitaculo suo. At illi subsannabant nuncios Dei, & paruipendebant sermones ejus; illudebantque prophetis, donec ascenderet furor Domini (*non ira*) in populum ejus, & esset nulla curatio. *Et tamen* homines Q deridendo diuinis, non diuina lædunt, sed seipsos: *in ipsum sagitta sagittarium recidente. Nihilominus & modò non desunt prædicatoribus illudentes, non secus ac pueri sancto prophetæ Eliseo* 4. Reg.2. *dicentes:* Ascende calue, ascende calue. *Quòd enim* per capillos R subtiles cogitationes accipiuntur, quibus plerunque temporalia disponuntur, *& secularia: si quis prædicando, vanas & seculares has cogitationes, siue Academicos conceptus non exprimat, sed Christum vti debet Crucifixum pijs deuotisque expressionibus annunciet; scioli quidam, nec ad limen Sacræ Scripturæ, vel Theologicæ facultatis, pedem admouentes, tanquam pueri illudere consueuerunt & deridere, caluum irrisoriè appellantes. At vide, quid illusoribus pueris euenerit:* Egressi sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadragintaduos pueros. *Hinc verba illa Is.28.* Manda, remanda: expecta, reexpecta &c. *exponens Author:* Hic *inquit* ponit S contemptum doctrinæ: & primò per blasphemiam, qua prophetas deridebant, dicentes: *Manda remanda;* quia *scilicet* his comminando vtebantur, Is.5. *Nubibus* mandabo, *ne pluant super eam imbrem;* & cap. 23. *Dominus* mandauit *aduersùs Chanaan, vt contereret fortes ejus.* Item *expecta, reexpecta:* quia his vtebantur promittendo, Habac.2. *Si moram fecerit;* expecta *illum: quia veniens veniet, & non tardabit.* Et addit pœnam: *In loquela labij, & lingua altera loquetur ad populum istum:* idest, ita carebitis intellectu prophetarum, ac si aliquis loqueretur vobis motu labij tantùm, & lingua extranea. Vel statim inferet vobis plagas: *quas in seqq. recenset. Et quòd ita irriderent, liquet ex eo, quod infra subijcitur:* Propter hoc audite verbum Domini viri illusores &c. *Sic Ier. 23. vbi dicitur:* Sacerdos & populus qui dicit, *onus Domini:* visitabo super virum illum, & super domum ejus: *Dominus pariter* comminatur T contra Prophetarum irrisiones. Sicut enim Isaiæ temporibus irridebant: *Manda, remanda: expecta, reexpecta &c.* ita modò verbum, quod Ieremias adinuenerat quasi ad designandum pœnæ grauitatem, scilicet *onus Domini,* irridebant. *Vnde & cap.20. præmiserat:* Factus sum in derisum tota die: omnes subsannant me. Quia jam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito: & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in derisum tota die. *Vtinam & nostro tempore conquestus hujusmodi verum non habeat! Qui autem prophetas sacrosque declamatores contemnit, Deum contemnit, Luc.* 10. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.

b *Eapropter, ne prædicator simul & Euangelica veritas contemptui habeantur:* Nolite (*inquit Dominus Matth.*7.) dare Sanctum canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos. *Quod exponitur.* Per sancta V Ecclesiastica Sacramenta significantur: per margaritas mysteria veritatis. Canis est animal totaliter immundum: porcus partim immundus, partim non. Per canes infideles: per porcos mali fideles. *Nolite* ergo *dare Sanctum canibus;* idest, Sacramenta dare infidelibus. *Margaritæ,* idest sensus spirituales, non debent porcis dari, 1. Cor.2. *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei;* & Prou. 27. *Anima saturata calcabit fauum.* Vnde conuersi ad peccata dirumpunt; quia contemnunt, vel calumniam inferunt. In quo ostendit, quòd judicium debet esse discretum; *vt videlicet maturè consideret prædicator, quid & quibus prædicandum sit. Quo sensu dicitur Apoc.*11. Datus est mihi calamus similis virgæ; & dictum est mihi: Surge, & metire Templum Dei. *Datus est mihi calamus;* idest X discretio: sicut enim mediante calamo apto & disposito bene scribitur: sic mediante discretione, conuenienter & salubriter scribitur verbum Dei in cordibus auditorum: quia non omnia omnibus conueniunt. Item, sicut calamo rectè mensuratur res: sic recta discretione mensurat prædicator hominum capacitatem, & vitæ qualitatem; vnde sequitur: *Metire,* Ezech. 40. *Calamus mensuræ in manu ejus.* Sequitur: *similis virgæ:* quia, si vera est discretio, recta est, & facit rectè docere, secundùm conditionem rei, & personæ, ac temporis; & tunc ad modum *virgæ* recta est. Valdè autem necessaria est rectitudo hujus calami, idest discretionis, vt non solùm quantum ad intentionem sit rectitudo; sed etiam quantum ad executionem: quia quandoque vnus recipit quod alius contemnit: sæpe alicui obest quod alteri prodest. *Et dictum est mihi: Surge, & metire Templum Dei;* scilicet, Ecclesiam. Debet enim prædicator per normam discretionis quibusdam sapienter doctrinam dare, alijs verò omnino subtrahere, qui scilicet contemnunt. *Et infrà.* Metiri Templum, est per donum discretionis statum Eccle-

In audientes verbum, & nō facientes, non ira, sed furor Dei.

N *Is.42.fi.*

O *Ps.37.lit.b. ibi.*

Verba Dei, & Christi, sagittæ.

P *Ps.44.lit.d. ibi,* sagittæ.

Q *de diu. Nom. cap.1.l.3.circa fi.*

Væ prædicatori illudentibus, & prædicationem contemnentibus.

R *Cant.* 4. *&* 6. *com.* 1. *ibi,* capilli.

S *Is.28.ibi.*

T *Ier.23.ibi, & cap.20.ibi,* in derisum.

Qui prædicatorem cōtemnit, Deum contemnit.

Exponitur illud: *Nolite dare Sāctum canibus: neque mittatis margaritas ante porcos.*

V *Matth.7. lit. a. ibi. & Apoc.11. com. 1. & 2. ibi,* ne metiaris.

Discretio in prædicatoribus necessaria.

X *Apoc.11. com.1. ibi.*

Digitized by Google

Ecclesiæ prudenter considerare, secundùm capacitatis diuersitatem, vt prædicentur majora pronectis, facilia verò simplicibus. Item, secundùm vitæ qualitatem doctrinam ministrare: *vt & in superioribus pratactum est. Id quod bene aduertens Apostolus 2. ad Tim. 4. dicebat:* Prædica verbum: insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa: *juxta etenim auditorum exigentiam prædicandum. Et post multa concludit:* Sobrius esto. *Vbi sobrietas*

Y 2. Tim. 4. l. 1. ss.

Y ponitur pro discretione; *Vnde Act. 26. ipsemet Paulus ad Festum sibi dicentem, quòd insaniebat:* Non insanio (*inquit*) optime Feste: sed veritatis & sobrietatis verba loquor. *Profectò ex bona vel mala auditorum dispositione totus pendet prædicationis effectus vel bonus vel malus. De Iudæis namque Christum docentem audientibus dicitur Matth. 13.* Ita vt mirarentur, & dicerent: Vnde huic sapientia hæc, & virtutes? (*Studebant originem nosse, non doctrinam sequi:*) & scandalizabantur in eo. *Vbi notat Author, quòd* admiratio Z quandoque habet debitum effectum, scilicet Dei glorificationem, Matth. 7. *Admirabantur turbæ super doctrina ejus:* aliquando verò scandalizationem. Et ratio est: quia quidam ea quæ audiunt, interpretantur in pejus: ideò tales necessariò scandalizantur, in Can. Iud. *Quæcunque quidem ignorant, blasphemant.* Sed aliqui, qui sunt bene dispositi, semper in melius interpretantur. *Alij etiam vel Dei, vel virtutis, vel gloriæ æternæ amore ducuntur: alij, & quidem plures, formidine temporalis pœnæ, aut æternæ. Qua de causa* Apoc. 10. *vocantur prædicatores tonitrua:* Septem tonitrua locuta sunt; *scilicet*, vniuersi A prædicatores. Sed quare vocat *tonitrua* prædicatores: cum non tantùm terrere, sed etiam allicere debeant ad amorem? *Et respondet:* Non ideò vocantur prædicatores *tonitrua*, quia solùm debeant comminari malis, cum sit etiam prædicatorum, vocare, præmia annunciare, & multipliciter allicere: sed quia non pauci sunt, qui plùs inducuntur ad bonum timore pœnæ, quando prædicatores minantur, quàm amore gloriæ.

Ex dispositione audientium prædicationis pendet effectus.

Z Matth. 13. cur. ss.

A Apoc. 10. com. 1. & 2. ibi. Plures timore pœnæ, quàm amore gloriæ ad bonum inducuntur.

c *Et hi, qui audientes ex amore ducuntur, verè ex Deo sunt,* 1. Ioan. 4. Qui nouit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos. *Et Ioan.* 8. Qui ex Deo est, verba Dei audit. *Siquidem omne* B animal, vt dicitur *Eccli.* 13. diligit simile sibi. Quicunque ergo est ex Deo, in quantum hujusmodi, ejus similitudinem habet horum, quæ sunt Dei, & eis inhæret. Vnde qui ex Deo est, verba Dei libenter audit, Ioan. 18. *Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.* Præcipuè autem verbum Dei libenter audiri debet ab his, qui ex Deo sunt, cum ipsum sit semen, per quod in filios Dei regeneramur. *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Q. d. Non ergo peccatum meum est causa incredulitatis vestræ, sed vestra malitia. *Vnde & bene præmiserat:* Vos ex patre diabolo estis, *scilicet*, per C imitationem. (Cauenda est autem hìc hæresis Manichæorum, qui dicunt esse quandam naturam mali, à qua corruptibilia omnia originem trahunt: & secundùm hoc omnes secundùm carnem ex diabolo processisse. Ponebant autem, quasdam animas ad bonam creationem pertinere, & quasdam ad malam. Non ergo Iudæi, vt mali, dicuntur filij diaboli natura, sed imitatione.) *Et hoc, quia diabolus* in veritate non stetit, quia non est veritas in eo: *quandoquidem* auertit se D à veritate, quæ Deus est. *Tales & vos quidem estis: quia* si veritatem dico, non creditis mihi. *Et hoc ex defectu prouenit charitatis: nam qui Deum amat, libenter verbum Dei audit, & custodit, & seruat, Ioann. 13.* Qui audit mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. *Hinc de Magdalena, quæ* dilexit multùm, *Luc.* 10. *dicitur, quòd* sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. *Sed heu quàm pauci, sicut par est & debent, verbum Dei audiunt! Ex quo, ad illud Ioann. 8. cit.* Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis, *docemur, quòd* triplex est E gradus malè affectorum (*auditorum.*) Nam quidam sunt *ex Gregorio*, qui præcepta Dei nec aure corporis, idest exteriori auditu, dignantur audire, de quibus dicitur Psal. 57. *Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium &c.* Quidam verò sunt, qui hæc quidem corporis aure percipiunt: sed nullo ea mentis desiderio complectuntur, non habentes voluntatem implendi, Ezech. 33. *Audiunt sermones tuos, & non faciunt eos.* Quidam autem sunt, qui libenter verba Dei suscipiunt, ita vt etiam in fletibus compungantur: sed post lacrymarum tempus, vel tribulationibus oppressi, vel allecti delicijs, ad iniquitatem redeunt. Cujus exemplum habetur *Matth.* 13. & *Luc.* 8. de verbo à solicitudinibus suffocato. Est ergo signum, quòd homo sit à Deo, qui scilicet libenter audit verba Dei: sed qui recusant audire affectu vel effectu, ex Deo non sunt. *Idcircò, si verbum Dei non intelligitur, si non fructificat semen hoc, ex parte auditorum est. Vnde* Matth. 13. *dicebat Dominus:* Ideò in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt. Et adimpletur in eis prophetia Isaiæ (*cap.* 6.) dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant: & conuertantur, & sanem eos. *Incrassatum est cor populi hujus:* idest F mens excæcata. Quare? quia sicut ad visionem corporalem puritas requiritur, sic ad spiritualem. Incrassatur intellectus, quando applicatur grossis & terrenis: sed quando abstrahitur ab his, subtiliatur, sicut fuit in Apostolis, 2. Cor. 4. *Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.* Isti autem non considerabant nisi terrena, 1. Cor. 2. *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei;* & Deut. 32. *Incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum Factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.* Item sciendum, quòd quando homo audit quæ non placent, non potest de facili intelligere. Ergo isti malè intelligebant, quia eis non placebant verba sua; ideò dicitur: *& auribus grauiter audierunt;* Ioan. 6. *Durus est hic sermo: & quis potest eum audire?* Contingit etiam, quòd aliquis habet oculos, & non videt, quia oculos claudit: vnde ipse sibi facit impedimentum. *Et hoc est, quod dicitur:* Oculos suos clauserunt. *Consonat his quod ait Ieremias cap.* 6. Cui loquar, & quem contestabor, vt audiat? Ecce incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt. Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud. *Cui loquar?* scilicet G fructuosè verba Domini. *Et quem contestabor;* idest, adjurabo, *vt audiat?* In quo significat raritatem. *Ecce incircumcisæ aures eorum:* in quo ostendit inidoneitatem, quia audire noluerunt, *Act.* 7. Dura ceruice, & incircumcisis cordibus & auribus. *Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium:* quia etiam audita contemnunt.

Qui Dei verbum audit, ex Deo est.

B Io. 8. l. 7. lit. d. & 13. ss.

C Ibid. l. 6 lit. a. Hæresis Manichæorum refellitur.

D Ibid. lit. d. e. f. & g.

Audit libenter qui Deum diligit.

E Ibid. l. 7. lit. d. Triplex gradus malè affectorum auditorum verbi Dei.

Si non intelligitur, si non fructificat verbum Dei, ex parte auditorum est.

F Matth. 13. lit. a ibi.

G Ier. 6. ibi.

d In opprobrium, *inquam, & in derisum, & in jocum: quod ait Apostolus* 2. *Timoth.* 4. Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent; ad fabulas autem conuertentur. *Vbi duplex signatur peruersitas in audiendo.* Prima est H vt vtilia nolint audire; vnde dicit: *sanam doctrinam non sustinebunt;* idest, erit eis odiosa doctrina Christi. Alia peruersitas, quia volunt inordinatè audire curiosa (*nostro tempore nouimus*) & noxia, Prou. 1. *Vsquequò paruuli diligitis infantiam: & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient, & imprudentes*

Dei verbum in derisum quibusdam, & in jocum.

H 2. Tim. 4. l. 1. ibi.

Digitized by Google

Moderni auditores quales.

odibunt scientiam? Ideò dicit: *sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus.* Pruritum dicitur habere in pedibus, qui non vult quiescere: in auribus verò qui semper audire vult noua, inaudita, & curiosa, & quandoque noxia, Act. 17. *Athenienses autem omnes, & aduenæ hospites, ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere aut audire aliquid noui.* Consequenter *à veritate auditum auertent*: ergo *sanam doctrinam* non sustinent, dum veritatem nolunt audire. *Ad fabulas autem conuertentur.*

Fabulæ quid.

Fabula est composita ex miris, in quibus deficit veritas. Et talia homines, habentes in auribus pruritum, volunt audire; *contra id, quod vetat Apostolus 1. ad Tim. 4.* Ineptas & aniles fabulas deuita. *Ita exprimebat & ipse Dominus Ier. 33.* Audiunt sermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticum oris sui vertunt illos. *Nec absimiles sunt moderni vt plurimùm auditores, quales erant,* qui Is. 30. *dicebant*: Nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt: loquimini nobis placentia; *quæ scilicet pruriant auribus, & ad risum moueant: sicque verbum Mundi audire volunt, non verbum Dei: vana, non solida: noxia, non vtilia: fabulosa, non vera: terrena, non cœlestia: cujus oppositum Dominus edocuit Luc. 8.* Prædicans & euangelizans Regnum Dei. *Et si qui sunt, qui audiunt, sensibiliter audiunt, non spiritualiter, dum verbum corde non retinent. Quapropter Apostolus ad Coloss. 3. dicebat*: Verbum Christi habitet in vobis abundanter. *Habitet inquam, non per transennam audiatur, Prov. 3.* Circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui. *Etenim* aliquibus I sufficit modicum quid de verbo Christi: sed Apostolus vult, quòd habeamus multum; & ideò dicit, *abundanter*. Modicum *sanè* de verbo Christi aliquibus sufficit; *& quod pejus est, modicum illud juxta malitiam suam aut sinistrè interpretantur, aut in jocum vertunt, & in derisionem assumunt.*

I Coloss. 3. l. 3. ibi.

Verbum Dei sinistre interpretantur quidam, & extorquent, vt Iudæi.

L Ioan. 8. l. 8. sit. b.

Non secus & Ioan. 8. *cum dixisset Dominus*: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum; *impij Iudæi*, velut L incauti & maligni auditores, Dominicum sermonem confundentes, non repetunt eadem verba: nam Dominus dixit: *mortem non videbit*; ipsi verò protulerunt: *mortem non gustabit. Sic* Matth. 26. *duo falsi testes de Christo dixerunt.* Hic dixit: Possum destruere Templum Dei, & post triduum reædificare illud: *Et tamen* (*vt habetur* Ioan. 2.) Dominus M non dixit: *Possum soluere*, sed *soluite*; nec dixit, *Templum Dei*, sed *Templum hoc*. Item non dixit: *post triduum reædificabo*, sed *excitabo*: quia *reædificare* magis ad materiale Templum pertinet, sed *excitare* ad corpus; (Ioan. 2. *Ille autem dicebat de Templo corporis sui.*) Vnde falsi testes erant tam ratione vocis, quàm ratione significationis. *De quibus dicitur Marc. 7.* Rescindentes verbum Dei: *quod est proprium diaboli, qui in tentando Christum* factus est N exemplar omnium Scripturas deprauantium. (*Vide*, Christi tentatio.) *Contra quos declamatur Ierem. 23.* Peruertistis verba Dei viuentis Domini exercituum. *Quasi diceret*: quia O in derisum vertistis. *Omnis ergo malus prædicationis effectus, auditorum malitiæ attribuendus; vnde est, quòd semen verbi Dei in cordibus hominum fructum non facit, fideique lux & gratia non omnibus illucet: quamuis dicatur Ioann. 1.* Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. *Quandoquidem* sufficiens P modus adhibitus est omnibus perueniendi ad fidem: sed ex parte eorum, qui *oculos suos statuerunt declinare in terram* Psalm. 16. & noluerunt videre ipsum lumen, defectus fuit, quòd non omnes crediderunt. *Sic de Paulo prædicante in medio Areopagi legimus Act. 17.* quòd quidam quidem irridebant: quidam verò dixerunt: Audiemus te de hoc iterum: quidam verò adhærentes ei, crediderunt. *Non secus quippe, ac receptibilia cætera, sanctum Dei verbum ad modum recipientis recipitur.*

M Matth. 26. lit. g ibi, falsi testes.

N Matth. 4. lit. a. ibi, nec forte.

Diabolus exemplar omnium Sacr. Scripturam deprauantium.

O Ier. 23 ibi.

Ex parte audientium est, si verbum Dei non fructificat.

P Io. 1. l. 4 lit. a. f.

e *Omnia autem de verbo Dei complectitur Author, cum ad illud Apoc. 22.* Beatus, qui custodit verba prophetiæ libri hujus, *ita scribit*: Beatus, Q qui custodit credendo, opere adimplendo, memoriter retinendo. Verbum Dei lucerna est, Psal. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum*: ergo, si vis custodire verbum, necesse est vt manus adhibeas. Item verbum Dei semen est, Luc. 8. *Semen est verbum Dei.* Vis seminare? in agrum prædicando projice. Item verbum Dei est thesaurus, Matth. 13. *Simile est regnum cœlorum*, idest verbum Dei, *thesauro abscondito in agro*, idest in litera, vel in libro. Vnde, cum verbum audis, thesaurum inuenis. Thesaurus custoditur, cum absconditur: & sic est verbum, cùm corde memoriter retinetur, Psal. 118. *In corde meo abscondi eloquia tua.* Ecce tribus rebus comparatur verbum, lucernæ, semini, & thesauro: & ideò verbum ratio recipit vt lucernam: voluntas vt semen multiplicandum: memoria vt thesaurum custodiendum. Memoria namque est arca, in qua reconditur hic thesaurus, iterum capiendus ibidem, cum fuerit necesse.

Q Apoc. 22. com. 1 & 1 ibi.

Verbum Dei lucerna, semen, thesaurus.

Et alibi sic erudit Author fideles & instruit. Si Verbum Dei R est Filius Dei, & omnia Dei verba sunt similitudo quædam istius Verbi: debemus *Primò* libenter audire verba Dei: hoc est enim signum, quòd diligamus Deum, si verba illius libenter audimus. *Secundò* debemus credere verbis Dei: quia ex hoc verbum Dei habitat in nobis, idest Christus, qui est Verbum Dei, Ephes. 3. *Habitare Christum per fidem in cordibus vestris*, & Ioann. 5. *Verbum Dei non habetis in vobis manens.* Tertiò oportet, quòd verbum Dei in nobis manens continuè meditemur: quia non solùm oportet credere, sed meditari; aliter non prodesset. Et hujusmodi meditatio valet multùm contra peccatum, Psalm. 118. *In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.* Et iterùm de viro justo dicitur Psalm. 1. *In lege ejus meditabitur die ac nocte.* Vnde de Beata Virgine bis dicitur Luc. 2. quòd *conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.* Quartò oportet, quòd homo verbum Dei communicet alijs, commonendo, prædicando, & inflammando, Ephes. 4. *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus, ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.* Et ad Coloss. 3. *Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia docentes & commonentes vosmetipsos.* Vltimò verbum Dei debet executioni mandari, Iac. 1. *Estote factores verbi, & non auditores tantùm.* Ista quinque seruauit per ordinem Beata Maria in generatione Verbi Dei ex se. Primò enim audiuit: *Spiritus sanctus superueniet in te.* Secundò consensit per fidem: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.* Tertiò tenuit, & portauit in vtero. Quartò protulit & peperit eum. Quintò nutriuit & lactauit. *Vnde Ecclesia cantat*: Ipsum Regem Angelorum sola Virgo lactabat, vbere de Cœlo pleno.

R Op. 6. §. 4. 5. & Iac. 1. ibi, insitum verbum.

Quomodo verè audiatur verbum Dei, & cum fructu.

Exemplum de hoc in B. V. Verbum Dei generante.

Porrò, sicut boni auditores, & fructum facientes, in gloriam cedunt prædicatoribus & coronam: ita ex eorum negligentia infructiferi & mali, in extremo judicio erunt illis ad condemnationem & opprobrium. Ad Philip. 2. Lucetis sicut luminaria in Mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Christi: *Lucetis, verbum vitæ*, scilicet S verbum Christi, *continentes* (*non audientes tantùm*) Ioan 6. Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes: *ad gloriam meam*: eorum enim (*Prælatorum, vel Prædicatorum*) est gloria, quando subditi sunt bene instructi, Prou. 10. *Filius sapiens lætificat Patrem*; & 1. Thess. 2. *Vos estis gloria nostra & gaudium.* Et hoc *in die Christi*, quando scilicet adducet secum fideles, *portantes manipulos suos, bonorum videlicet operum: qui nimirum audierint simul & fecerint verbum Dei. Et quòd hi sunt* ad gloriam suam, *ex eo probat*: quia inquit

Auditores boni in gloriam & coronam: mali in condemnationem & opprobriū prædicatoribus, si neglexerint.

S Philipp. 2. l. 4 ibi.

non

Digitized by Google

non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui; *sed quantum in me fuit, proprio satisfeci prædicationis officio. Ex opposito* durissimum judicium his, qui præsunt, fiet, *Sap.6. si negligenter se gesserint; vnde Ierem.13.* Vbi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? Quid dices (scilicet T ad excusationem tui) cum visitauerit te (*Dominus vtique in die judicij:*) Tu enim docuisti eos aduersùm te, & erudisti in caput tuum: *videlicet in condemnationem, ob malum exemplum, aut non sanæ doctrinæ prædicationem, vel tepidam reprehensionem. Ex quo Dominus Ierem. 21. ad mensuram fructus, visitationem indicit, cum ait:* Visitabo super vos juxta fructum studiorum vestrorum. *Euigilent idcircò Prælati, sacrique declamatores: nec tamen auditores dormiant, sed ad vocem Euangelicæ tubæ à somno peccati excitentur, Ephes.5.* Surge, qui dormis, & exurge à mortuis: *vt nimirùm cum fructu & seminent illi, & isti suscipiant verbum Dei; vnde subjicit Apostolus:* & illuminabit te Christus, *interiùs mouens ad quod exteriùs prædicator inducit, 1.Cor.1.* Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit: *à quo totus est bonæ effectus prædicationis & fructus. Quòd si malo exemplo (auertat Deus) à prædicatore inficiantur, erudiantur auditores à Magis, vt eos imitentur.* Duo enim V injunxerat eis Herodes: scilicet quòd inquirerent, & reuerterentur. Sed vnum fecerunt Magi: aliud autem non fecerunt. Tales quidem debent esse auditores, quòd bona addiscant, mala verò relinquant, *Matth.23.* Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo, quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. *DISCE fidelis nedum audire verbum Dei, sed obaudire. Vide* Scriptura Sacra *Tomo 3.*

T *Ier.13.ibi.*

Euigilent Prælati, & Prædicatores: nec tamen auditores dormiant.

V *Matth. 2. lit. b.fi.* Auditoribus monitum.

DOLOR. Vide CHRISTI PASSIO, DAMNATVS, DEFVNCTI, POENITENTIA.
DOLVS. Vide AVARITIA.
DOMINICA DIES. Vide FESTVS DIES.
DOMINICA ORATIO. Vide ORATIO.
DOMINIVM. Vide COLLEGIVM, PRINCEPS.
DOMVS. Vide COLLEGIVM.
DONVM. Vide SPIRITVS SANCTVS.
DOTES. Vide BEATVS.
DVELLVM. Vide BELLVM.
DVLIA. Vide ECCLESIA.

E

EBRIETAS. Vide GVLA, SOBRIETAS.

ECCLESIA.

I. *Vna est Columba mea*, Cant.6. Vna est Ecclesia, quia scissuram & schismata non recipit: sed sicut vnus est Deus, vna est Fides, vnum Baptisma: ita vna est generalis Ecclesia. Quæ & rectè Columba vocatur: quia Spiritus-Sancti dote, qui in specie Columbæ apparuit, Christo sponsata est & sanctificata. *Cant.6. com. 1. ibi.*

a *Plura de Ecclesia in superioribus præmisimus, præsertim Tom. 1. V.* Collegium. *Sumi autem potest Ecclesia vel pro formali, scilicet pro cœtu fidelium* (Ecclesia A sancta idem est, quod congregatio fidelium, & quilibet Christianus est sicut membrum ipsius Ecclesiæ, de qua dicitur Eccli. vlt. *Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ:*) *vel pro materiali Templo, vbi Deus à fidelibus colitur: de quo* Num. seq. *Pro formali autem accepta, triplex est, Apoc.2.* Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs. *Siquidem* est B Ecclesia malorum, de qua Psal. 25. *Odiui Ecclesiam malignantium.* Item Ecclesia bonorum, de qua Matth.16. *Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Item Ecclesia beatorum, de qua Psal. 149. *Laus ejus in Ecclesia Sanctorum.* Primæ Ecclesiæ Deus loquitur sæpe arguendo & comminando, Ioan.16. *Arguet Mundum de peccato, & de justitia, & de judicio.* Secundæ loquitur consolando & erudiendo, Psal.84. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.* Tertiæ loquitur facie ad faciem, sicut solet loqui amicus ad amicum suum, omnia secreta sua ei reuelando. *Et quidem sicut à* Cain C incepit Ecclesia malorum: ita Ecclesia bonorum ab Abel: hæc *inquam* Ecclesia D incepit à tempore Abel, & durabit vsque ad finem seculi. *Nec perperam ab innocente Abel catholica dicitur Ecclesia cœpisse, in cujus occisione figurabatur occisio Christi, cujus sanguine stabilita complete fuit; vnde Apoc.13. dicitur:* Agnus qui occisus est ab origine Mundi; *idest*, præfiguratus E ab origine Mundi occidi, sicut in occisione Abel: *de quo* Hebr.11. *idcircò dicitur:* Fide pluriman hostiam Abel, quàm Cain, obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse justus; *quia nimirùm* optimum F sacrificium signum fuit electæ fidei & probatæ. *Sanè* Sancti G Patres non insistebant Sacramentis legalibus, tanquam quibusdam rebus, sed sicut imaginibus & vmbris futurorum. Idem autem est motus in imaginem, in quantum est imago, & in rem: vt patet per Philosophum *in lib. de mem. & remin.* Et ideò antiqui Patres, seruando legalia Sacramenta, ferebantur in Christum per fidem & dilectionem eandem, qua & nos in ipsum ferimur: & ita Patres antiqui pertinebant ad idem corpus Ecclesiæ, ad quod nos pertinemus. *Et alibi.* Sicut est H vna fides antiquorum & modernorum: ita vna Ecclesia; vnde illi, qui tempore Synagogæ Deo seruiebant, ad vnitatem Ecclesiæ, in qua Deo seruimus, pertinebant. Et ideò *Ier.3. Ezech.16. & Ose.2.* expresse fit mentio de desponsatione Synagogæ: vnde non fuit sicut concubina (*vt malè senserunt quidam*) sed sicut vxor Christi. *Ex quo Synagoga mysticè dicitur mater Ecclesiæ Gentium; idest, Gentilium ad fidem Christi conuersorum, ex illo Cant.3.* In lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea &c. *Vbi Author:* Vox I Ecclesiæ de Gentibus congregatæ. *In lectulo inquit meo;* hoc est, cum adhuc in desiderijs carnalibus requiescerem, & cum adhuc in tenebris infidelitatis & ignorantiæ posita essem, *quæsiui quem diligit anima mea.* Multi enim Philosophorum, Deum ignorantes, summo tamen studio illum requirebant per creaturas, Creatorem volentes cognoscere. *Paululum (post multa) cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea:* quia cùm solicita meditatione dicta vel scripta Sanctorum requirimus, statim dilectum inuenimus, quia Deum in eorum dogmatibus reperimus. Et subdit: *Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ:* hoc est, ardentissima fide & deuotione illi inhæsi, *nec dimittam eum;* sed in ejus amore & fide perseuerabo, *donec introducam illum in domum matris meæ &c.* hoc est, donec illum Synagogæ, quæ est mater mea, spiritualiter prædicem, vt eam quoque ad ejus fidem perducam. *Ex quo Apostolus Rom.11.* Cæcitas in parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. *Nec mater tantùm, sed & quodammodo magistra videtur Ecclesiæ fuisse Synagoga: nam eadem vtriusque doctrina, eademque fides est. Quod colligitur ex illo Matth.23.* Locutus est Iesus ad turbas,

Ecclesia quid formaliter, quid materialiter sumpta.
A *Op.6.§.12. initio.*

Pro formali sumpta, triplex.
B *Apoc.2.com. 2.ibi.*

C *Apoc. 13. com.2.ibi, septem capita.*
Ecclesia malorum à Cain, bonorum verò ab Abel initium sumpsit.
D *Op.6.§.12. ibi, catholicam.*
E *Hebr. 9.l.g. ibi, ab origine, & cap. 12.l.e. fi.*

F *Hebr. 11. l. 2.ibi.*
Antiqui Patres pertinebant ad corpus Ecclesiæ, sicut nunc fideles.
G *3.p.8.3.ad 3.*

H *4. d. 27.3. 1.q.3.c.*

Synagoga vxor Christi, & quodammodo Ecclesiæ mater.

I *Cant.3. com. 1. ibi. Cant. 1. ibi, matris meæ, vtrumque comm.*

Digitized by Google

Eadem Synagogæ & Ecclesiæ doctrina.

L Matth. 23. lit. a ibi.

bas, *nec ad eas tantùm, sed* & ad discipulos suos, dicens: Super cathedram Moysi sedebunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo, quæ dixerint vobis, seruate & facite. *Vbi Author*. Cathedra L propriè est Magistrorum: & ideò illi super cathedram dicuntur sedere, qui sunt successores Moysi. Vnde illi, qui Moysis legem docebant, *sedebant super cathedram Moysi*. In lege autem continebantur quædam ad fidem pertinentia, & quædam ad bonos mores. Ad fidem pertinentia erant ea, in quibus præfigurabatur Christus, vnde ipse dicit Io. 5. *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi*. Item continebantur præcepta moralia, Eccli. 24. *Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum &c.* Sed potest quis objicere: Si Dominus precepit legem Moysi seruari: ergo debemus obseruare legalia: quod est contra doctrinam Apostolorum *Act.* 15. Pro quo sciendum, quòd semper authoritas seruanda est legislatoris secundùm intentionem ejus: sed legislator aliqua dicit vt semper seruanda; & talia semper debent seruari: aliqua verò dicit, quæ sunt velut vmbra, vt habetur ad Coloss. 2. *Quæ sunt vmbra futurorum*. Moralia ergo sunt mandata secundùm intentionem legislatoris, vt semper seruentur: sed legalia pro tempore tantùm, scilicet pro tempore ante Christum. Vnde ante tempus illud debent seruari; post, non: quia qui seruaret, injuriam Christo faceret. Et ponit *Augustinus* exemplum. Si diceret aliquis: Ego comedam cras; hæc vox est signum hujus rei. Et si postquam comedisset, diceret illud idem, non bene diceret. Sic, cum ista legalia essent signa Christi venturi, postquam Christus venit, qui seruaret ea, non bene seruaret. Vnde *omnia quæ dixerint vobis* secundùm intentionem legislatoris, *seruate & facite*. Igitur *quantum ad fidem, & quantum ad mores, eadem est doctrina Synagogæ & Ecclesiæ; & ideò dicitur illa quodammodo mater istius & magistra. Hinc est, quòd & idem* Archangelus M Michael est Princeps Ecclesiæ, sicut fuit Synagogæ, vt dicitur *Dan.* 10. *Et quidem ad hanc Synagogæ cum Ecclesia connexionem innuendam facit, quòd præcipuæ Ecclesiæ solemnitates & ritus præcipuis respondent mirabiliter cæremonijs & festis Iudæorum. Nam per juge* N *sacrificium agni figuratur perpetuitas Christi*, qui est Agnus Dei, secundùm illud Hebr. vlt. *Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula*. Per *Sabbatum* designatur spiritualis requies nobis data per Christum, vt habetur *ad Hebr.* 4. Per *Neomeniam*, quæ est inceptio nouæ Lunæ, significatur illuminatio primitiuæ Ecclesiæ per Christum, eo prædicante & miracula faciente. (*De Phase, errore fortasse typographi, nihil habetur in litera. Possumus tamen dicere, quòd per Phase significatur transitus ad legem gratiæ per baptismum, quo conformamur Christi morti & sepulturæ, vt dicitur* Coloss. 2.) Per festum *Pentecostes* significatur descensus Spiritus Sancti in Apostolos. Per festum *Tubarum* significatur prædicatio Apostolorum. Per festum *Expiationis* significatur emundatio à peccatis populi Christiani. Per festum *Tabernaculorum* significatur peregrinatio eorum in hoc Mundo, in quo ambulant in virtutibus proficiendo. Per festum *Cœtus atque Collectæ* significatur congregatio fidelium in Regno Cœlorum: & ideò istud festum dicebatur sanctissimum esse. Et tria hæc festa erant continua ad inuicem: quia oportet expiatos à vitijs proficere in virtute, quousque perueniant ad Dei visionem, *vt dicitur Psal.* 83. Ibunt de virtute in virtutem; *& immediatè subditur*: Videbatur Deus deorum in Sion, *in cælesti nimirum Ierusalem. Et alibi*. Baptismus O *Circumcisioni succedit. Sabbatum*, quod significabat primam creationem, mutatur in *diem Dominicum*, in quo commemoratur noua creatura, inchoata in resurrectione Christi. Et similiter alijs solemnitatibus veteris legis, nouæ solemnitates succedunt: quia beneficia illi populo exhibita significant beneficia nobis concessa per Christum. Vnde festo *Phase* succedit *Festum passionis Christi, & resurrectionis*. Festo *Pentecostes*, in quo fuit data lex vetus, succedit *Festum Pentecostes*, in quo fuit data lex spiritus vitæ. Festo *Neomeniæ* succedit *Festum B. Virginis*, in qua primò apparuit illuminatio Solis, idest Christi, per copiam gratiæ. Festo *Tubarum* succedunt *Festa Apostolorum*. Festo *expiationis* succedunt *Festa Martyrum & Confessorum*. Festo *Tabernaculorum* succedit *Festum consecrationis Ecclesiæ*. Festo *Cœtus atque Collectæ* succedit *Festum Angelorum*, vel etiam *Festum omnium Sanctorum*. (*De hujusmodi festis veteris Legis, ac cæremonijs cæteris, vide fusè* P.) *Ex quibus, salua fidei atque doctrinæ vnitate, innotescit satis Ecclesiæ Christi supra Synagogam præstantia, quantò figurâ nobilius est figuratum. Quod innuitur* Cant. 8. *ijs verbis:* Vinea fuit Pacifico in ea, quæ habet populos. *Pacifico*, idest Q dilecto, scilicet Christo, qui verus fuit *Pacificus*: quia per eum pacificata sunt omnia, quæ sunt in Cœlis, & quæ in terra; inde à Propheta *Pater futuri seculi, Princeps pacis*, appellatur. (In cujus veri *Pacifici* typum, Salomon, idest *Pacificus*, author hujus carminis præcessit.) Huic ergo *fuit vinea*, videlicet Sancta Ecclesia: *Quæ habet populos*. Hoc dicit, vt se de Ecclesia Gentium, non de Synagoga, ostenderet canere. Nam Synagoga vnius tantùm gentis fuit: Ecclesia verò *habet populos*: quia omnes gentes intra capacissimum suum gremium recepit: *quando videlicet per vniuersum Orbem factum est* vnum ouile, & vnus Pastor. *Id quod Isaiæ cap.* 54. *prædictum est*: Quoniam multi filij desertæ, magis quàm ejus, quæ habet virum. *Vbi Author*: Per quod R datur intelligi, quòd Ecclesia Gentium *deserta* erat à Christo, quia nondum venerat Christus. Hujus ergo *desertæ*, scilicet Ecclesiæ Gentium, sunt *multi filij*, idest plures, *magis quàm ejus*, scilicet Synagogæ, *quæ habet virum*, scilicet Moysen, 1. Reg. 2. *Donec sterilis peperit plurimos; & quæ multos habebat filios, infirmata est*. Et hoc, veniente Sponso, scilicet Christo, à quo *deserta* erat, non dilectione, sed partu postposito. *Huic adde Aggæi vaticinium, ex ore Domini dicentis cap.* 2. Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? Et quid vos videtis hanc nunc? Nunquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris? *Vbi de materiali nedum Templo Domini sermo est, quod tunc quasi non esse videbatur respectu magnificentissimi*, quod S Salomon ædificauerat, & destructum fuit à Nabuchodonosor: *sed etiam de statu loquitur Synagogæ, quæ jam defectura erat. Vnde & Dominus promittit nouam domum ædificandam, totoque diffundendam Orbe, scilicet Ecclesiam Christi, cum mox subdit*: Confortare Zorobabel, & confortare Iesu fili Iosedech, & confortare omnis populus terræ (*non Iudaicus tantùm:*) dicit Dominus exercituum. Quoniam ego vobiscum sum (*quod & Ecclesiæ* Matth. vlt. *spopondit*) & Spiritus meus erit in medio vestri (*hoc est, Spiritus Sanctus*) & mouebo omnes Gentes (*ex quibus Ecclesia conflata est*) & veniet Desideratus cunctis Gentibus (*Christus, incarnatum Verbum*) & implebo domum istam (*Ecclesiam*) gloria. *Et ad rem nostram concludit*: Magna erit gloria domus istius nouissimæ (*scilicet Ecclesiæ*) plus quàm primæ (*scilicet Synagogæ*) & in isto loco dabo pacem (*Is.* 9. Princeps pacis: multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis. *Et Luc.* 24. Stetit Iesus in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis:) dicit Dominus exercituum. *Et hinc Ecclesiæ nobilitas elucescit, ita quòd* corpus Christi T mysticum, si accipiatur cum ipso Capite, est melius, quàm corpus Christi verum: si tamen corpus Christi verum accipiatur sine diuinitate, cui est vnitum; aliàs non: quia Deus & omnes creaturæ non sunt aliquid melius, quàm Deus tantùm. Si autem

M 4. d. 43. 1. 2. 9. 8. ad 2. Dan. 10. ibi, Michael. Apoc. 12. com. 1. ibi, Michael. & 1. Thess. 4. l. 2. ibi, Archangeli. N 1. 2. 102. 4. ad 10. & Coloss. 2. l. 4. sub initio.

Iudæorum cæremonijs & festis respondent solemnitates & ritus Ecclesiæ.

O 1. 2. 103. 3. ad 4.

P 1. 2. à Quæst. 101. & seqq. Ecclesiæ supra Synagogam præstantia.

Q Cant. 8. com. 1. ibi.

R Ad Gal. 4. l. 7. (vel 8) sl. Is. 54. sub init.

S Ioann. 2. l. 3. lit. c.

T 4. d. 15. q. 1. ...

autem accipiatur corpus Christi mysticum absque Capite, sic corpus Christi verum est nobilius.

Ecclesia militans, & triumphans.

b *Est autem Ecclesia in via, quam* Militantem *dicunt: Et alia huic respondens in Patria, quam vocant* Triumphantem. Vna bona est, *inquit Augustinus*, sed adhuc misera: altera melior & beata. *De qua ad Ephes.* 5. Christus dilexit Ecclesiam &c. vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. *Quod Author exponens*: Esse inquit Ecclesiam V gloriosam, *non habentem maculam aut rugam*, est vltimus finis, ad quem perducimur per passionem Christi: vnde hoc erit in statu Patriæ, non autem in statu viæ: in quo *si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus*, vt dicitur 1. Ioann. 1. *Vtramque autem tangit Apostolus ad Gal.* 4. *cum ait*: Illa autem, quæ sursum est Ierusalem, libera est: (libera *inquam* est, *ad differentiam ejus*, quæ nunc est Ierusalem, & seruit cum filijs suis: *videlicet* seruitute X legalium obseruantiarum, à qua redemit nos Christus, & seruitute diuersorum peccatorum, & ad literam seruitute Romanorum, qui Iudæis dominabantur) quæ est mater nostra. *Quæ quidem authoritas* potest A dupliciter intelligi, secundùm quod hanc *Matrem* possumus intelligere vel illam, per quam generamur, quæ est Ecclesia militans: vel illam *Matrem*, in cujus filios generamur, quæ est Ecclesia triumphans. Sic ergo generamur in præsenti Ecclesia militante, vt perueniamus ad triumphantem. Hoc ergo modo à quatuor describitur *Mater nostra*: scilicet à sublimitate, cum dicit, *sursum*. Secundò à nomine, cum dicit, *Ierusalem*. Tertiò à libertate, cum dicit, *libera est*. Quartò à fecunditate, cum dicit, *Mater nostra*. Est ergo sublimis per apertam Dei visionem, & perfectam Dei fruitionem: & hoc quantùm ad Ecclesiam triumphantem, Is. 60. *Tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum*. Item sublimis per fidem & spem, quantùm ad Ecclesiam militantem, Philipp. 3. *Nostra conuersatio in Cœlis est*; & Cant. 3. & 8. *Quæ est ista quæ ascendit &c.* Sed est etiam pacifica, quia *Ierusalem*, idest visio pacis: quod quidem competit Ecclesiæ triumphanti, vt habenti pacem perfectam, Psal. 147. *Qui posuit fines tuos pacem*; & Is. 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis*. Item competit Ecclesiæ militanti, quæ in Christo pacem habens quiescit, Ioan. 16. *In me pacem habebitis*. Est etiam libera, Rom. 8. *Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei*: & hoc quantùm ad triumphantem, & etiam quantùm ad militantem, vt Apoc. 21. *Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem nouam descendentem de Cœlo &c.* Sed & fecunda est, quia *Mater nostra*: militans quidem, vt generans: triumphans, vt in cujus filios generamur, *Psalm.* 86. Nunquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea: & ipse fundauit eam Altissimus; & *Is.* 60. Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent. *Quo duplici sensu & Cant.* 6. Pulchra vt Luna *dicitur*, electa vt Sol. *Pulchra vt Luna* in præsenti B vita, vbi aliquando concessa sibi pace & securitate crescit: aliquando aduersitatibus obscurata decrescit. *Electa vt Sol*, in alia vita, vbi perpetuò splendebit visione Conditoris sui. *Vlteriùs ejusdem figuram Ecclesiæ Iacob prospexit, quando Genes.* 28. Vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens Cœlum. *Vbi, inquit Author*, per scalam C significatur Ecclesia. Duo latera scalæ, duæ sunt partes Ecclesiæ, militantis in terra, & triumphantis in Cœlo. Vnde dicitur, quòd *scala*, *stans super terram, tangebat Cœlum*. Et hoc est, quod legitur Iudith 7. quod ipsa *fecit sibi secretum cubiculum* ad adorandum *in superioribus domus suæ*. *Cacumen* ergo, vtraque pars Ecclesiæ, *tangit Cœlum*:

V 3. p. 8. 3. ad 2. Ephes. lect. 8. ibi.

X Ad Gal. 4. l. 7. (vel 8.)

A Ibidem ibi.

Ecclesia vtraque à quatuor describitur mater nostra.

B Cant. 6. com. 3. ibi.

C Prol. in Apoc. com. 2. lit. D. col. 1.

Ejusdem militantis ac triumphantis figura.

militans spei erectione, & desiderij feruore: triumphans rei adeptione, & manifesta contemplatione. *Quod pariter adumbratum est in veteri lege per duplicem partem Tabernaculi. Primum Tabernaculum* Sancta: *Secundum* Sancta Sanctorum *dicebatur*. Per primum D Tabernaculum, præsens Ecclesia, *nimirum militans*: per secundum cœlestis gloria, *videlicet triumphans Ecclesia*, designatur. *Et sic militans, siue* Ecclesia E secundùm statum viæ, est congregatio fidelium: sed *triumphans, siue* secundùm statum Patriæ, est congregatio comprehendentium. *Et vtraque Domus Dei dicitur. De militante* 1. *Tim.* 3. Vt scias, quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui. *De triumphante Psal.* 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. *Hæc autem* domus F quæ modò est in terris, quandoque transfertur in Cœlis, Ps. 121. *In domum Domini ibimus*. In vtraque est vbertas donorum Dei. Sed in hac Ecclesia est imperfecta: in alia est perfectissima abundantia omnium bonorum: & hac satiantur spirituales viri, (*Psal.* 16. Satiabor, cum apparuerit gloria tua:) *Psalm.* 64. *Replebimur in bonis domus tuæ*. Et quod plus est, *inebriantur*: in quantum scilicet supra omnem mensuram meriti & desiderij implentur: ebrietas enim excessus quidam est. *De hac, triumphante scilicet Ecclesia*, fusè Apoc. 21. *cujus claram eruditamque expositionem vide* G.

D Hebr. 9. l. 1. ibi, tabernaculum.

E 3. p. 8. 4. ad 2. & lec. 4. l. 2. lit. c.

Vtraque Domus Dei.

F Ps. 35. lit. d. & Ps. 26. lit. c. & Is. 6. sub initio.

G Apoc. 21. vtroque Comment.

c *Militans verò Ecclesia in triplici consideratur statu. Nam & est Ecclesia primitiua, tempore scilicet Apostolorum, Hebr.* 12. Ecclesiam primitiuorum. *Ecclesiæ autem* Primitiui Sancti H sunt Apostoli, qui primitùs & abundantiùs dona gratiæ perceperunt, per quos deriuata sunt in posteros. *Vnde Apostolus, vt ibid. exponit Cajetanus*, Ecclesiam Apostolorum, & discipulorum immediatorum Christi, appellat *Ecclesiam primitiuorum*, idest, primogenitorum; *hoc est, Ecclesiam primitiuam, de qua Act.* 2. *dicitur*: Habebant omnia communia. Possessiones & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Quotidie quoque perdurantes erant (*non per transennam*) vnanimiter in Templo, collaudantes Deum &c. *Et quod perfectius est*: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, *vt traditur cap.* 4. *nam* charitas est vinculum perfectionis, *vt dicitur* Coloss. 3. *Hæc igitur est Ecclesia primitiua*. *Secunda est Ecclesia moderna, per successores Apostolorum, eorumque doctrinam in eadem fide conseruata*. *Tertia est Ecclesia finalis, tempore Antichristi, de qua V.* Antichristus, & *V.* Iudicium vniuersale. *Secundùm hunc autem triplicem Ecclesiæ statum miro modo exponit Author totum* Canticorum *Librum in secundo suo Commentario: quem vide & admirare* I. *Nec dubium, quin primitiua & moderna* (*sed & finalis pariter*) *eadem prorsus Ecclesia sit*. Eadem *enim* est numero L Ecclesia, quæ tunc erat, & quæ nunc est: quia eadem fides, & eadem fidei sacramenta, eadem authoritas, & eadem professio. *Veruntamen* notandum M Ecclesiam primitiuam habuisse aliquo modo majores turbationes, & aliquo modo minores, quàm modernam: nam quantùm ad persecutiones, plùs turbata est illa, quàm ista: quia modò cessauerunt sæuitiæ tyrannorum. Sed quantùm ad distractionem, plùs turbatur ista, quàm illa: quia modò Ecclesia maximis diuitijs est dotata, & ideò plùs distrahitur interiùs propter curam temporalium, quàm distracta fuerit primitiua Ecclesia. *Nec tamen non eadem Ecclesia est, sed eàdem immò pulchritudine decora: quin & quodammodo exteriùs pulchrior, quàm primitiua, Cant.* 4. Quàm pulchra es, amica mea, quàm pulchra es! *Quàm pulchra*, quantùm N ad substantiam interiorem: *quàm pulchra*, quantùm ad exteriorem: quia in quolibet homine est duplex homo, exterior & interior: duplex substantia, spiritualis & corpo-

Ecclesia in triplici consideratur statu.

H Hebr. 12. l. 4. ibi.

Secundùm triplicem hunc statum exponit Author Canticorum librum in suo secundo Commentario.

I In Cant. com. 2.

L Quol. 12. a. 19. c.

Eadem est Ecclesia, primitiua & moderna.

M Cant. 5. com. 2. ibi. inuenerunt, & loco cit.

Plùs distrahitur moderna, quàm primitiua: & cur.

N Cant. 4. com. 2. ibi.

Exteriùs pulchrior quodammodo moderna.

corporalis. Primitiua autem Ecclesia fuit *formosa* interiùs, sed *nigra* exteriùs: vnde ad differentiam illius, moderna Ecclesia dicitur pulchra interiùs & exteriùs: quia cessauerunt persecutiones Gentilium & Iudæorum, *Cant.* 1. Nigra sum, sed formosa *Vel, vt alibi*: Nigra sum: *idest* deformis O persecutionibus & ærumnis, quas sustineo: *sed formosa* sum decore virtutum. (*Psal.* 44. Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus. *In fimbrijs aureis*: & hoc P refertur ad interiorem munditiam & ornatum virtutum: *circumamicta &c.* ad exteriorem.) Quomodo autem nigra sit, vel quomodo formosa, ostendit, cum subdit: *sicut tabernacula Cedar: sicut pelles Salomonis*. Cedar filius fuit Ismaelis, & interpretatur *tenebræ*. Ismaelitæ verò semper in tabernaculis habitare soliti sunt, & non habent domos. Dicit ergo Ecclesia, se nigram esse, *sicut tabernacula Cedar*, propter persecutiones, quas patiebatur à filijs tenebrarum: quod interpretatur *Cedar*. Hinc Psalmista Psal. 119. *Habitaui cum habitantibus Cedar*; idest, conuersatus sum inter persecutores & peccatores, infidelitate nigros. *Formosam* verò se dicit, *sicut pelles*, idest tabernacula, *Salomonis*, qui Pacificus interpretatur: quoniam digna erat visitatione & consolatione Sponsi sui Christi inter angustias. Et sicut tabernacula ex pellibus mortuorum animalium fiunt: ita Ecclesia, tabernaculum videlicet Dei, ex ijs construitur, qui seipsos cum vitijs & concupiscentijs mortificant. *Cæterùm Ecclesiæ multiplex status mysticè tangitur Apoc.* 1. Quod vides, scribe in libro: & mitte septem Ecclesijs, quæ sunt in Asia: Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ. *Septem Ecclesijs* Asiæ Q quibus ipse Ioannes præerat: vel vniuersali Ecclesiæ, per illas septem significatæ, secundùm omnem statum: (*per numerum enim septenarium vniuersitas designatur.*) Nam per *Ephesum* significatur primitiuus status Ecclesiæ: interpretatur enim *lapsus profundus*, vel *concilium*, vel *voluntas mea*. Et tunc Ecclesia fuit *lapsus profundus*, quando omnes in passione ceciderunt. *Concilium* verò, & *voluntas Dei* fuit, quando redierunt, *Isaiæ* 62. Non vocaberis vltrà Derelicta: & terra tua non vocabitur vltrà Desolata: sed vocaberis voluntas mea in ea. *Smyrna* interpretatur *Canticum*: & significat statum Ecclesiæ, quando recepto Spiritu Sancto gaudebant in tribulationibus, juxta illud *Act.* 5. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij &c. *Pergamus* interpretatur *diuisio cornuum*: & significat statum Ecclesiæ, quando recepto Spiritu Sancto gaudebant in diuisione Apostolorum, quia tunc ventilauerunt terram cornibus, juxta illud *Psal.* 74. Exaltabuntur cornua justi. *Thyatira* interpretatur *illuminata*: & significat Ecclesiam post diuisionem Apostolorum, quia fuit illuminata doctrina & prædicatione eorum; vnde *Psal.* 75. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis; *&* 1. *Machab.* 6. Vt refulsit Sol in clypeos aureos, resplenduerunt montes ab eis. *Sardis* interpretatur *principium pulchritudinis*: & significat statum Ecclesiæ tempore Confessorum, quando conuictis hæreticis cœpit apparere pulchritudo Ecclesiæ in fide, & conuersatione Sanctorum; vnde *Cant.* 4. Tota pulchra es amica mea. *Philadelphia* interpretatur *seruans*, vel *saluans*: & significat statum Ecclesiæ, in quo seruantes præcepta, & doctrinam Sanctorum, saluant animas suas, juxta illud *Matth.* 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. *Laodicea* interpretatur *consummata*, vel *tribus amabilis*: & significat vltimum statum Ecclesiæ tempore Antichristi, quando Mundus consummabitur: & tunc electi erunt amabiles Trinitati, juxta illud *Matth. cap.* 10. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

O Cant. 1. com. 1. & 2. ibi.

P Psal. 44. lit. i.

Q Apoc. 1. com. 2. ibi.

Multiplex Ecclesiæ status describitur.

d *Porrò* Ecclesia sancta R habet quatuor conditiones: quia est vna: quia est sancta: quia est catholica, idest vniuersalis: & quia est fortis & firma. Quantùm ad primum, sciendum est, quòd licèt diuersi hæretici diuersas sectas adinuenerint, non tamen pertinent ad Ecclesiam, quia sunt diuisi in partes: sed Ecclesia est vna, Cant. 6. *Vna est Columba mea, perfecta mea*. Causatur autem vnitas Ecclesiæ ex tribus. Primò ex vnitate fidei: omnes enim Christiani, qui sunt de corpore Ecclesiæ, idem credunt, 1. Cor. 1. *Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata*; & Ephes. 4. *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma*. Secundò ex vnitate spei: quia omnes firmati sunt in vna spe perueniendi ad vitam æternam; & ideò dicit Apostolus Ephes. 4. *Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ*. Tertiò ex vnitate charitatis: quia omnes connectuntur in amore Dei, & ad inuicem in amore mutuo, Ioann. 17. *Charitatem, quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus*. Manifestatur autem hujusmodi amor, si verus est, quando membra pro se inuicem sunt solicita, & quando inuicem compatiuntur, Ephes. 4. *In charitate crescamus in illo per omnia, qui est Caput Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem juncturam subministrationis, secundùm operationem in mensuram vniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate*: quia quilibet de gratia sibi collata à Deo debet proximo seruire. *Ad illud quoque Cant.* 6. *cit.* Vna est Columba mea, perfecta mea: Vna est matris suæ, electa genitrici suæ; *docemur, quòd* Ecclesia vniuersalis S est quadrupliciter vna. Primò in fide: quia vna est fides omnium. Secundò in charitate: quia vnum vinculum amoris omnes, qui sunt in Ecclesia, connectit. Tertiò in gratia: quæ potest dici *Mater* nostra, quia ab ea habemus esse spirituale. Quartò vnitur Ecclesia in fine: quia omnes tendimus ad cœlestem Ierusalem, quæ potest dici *Genitrix* nostra, quia eam imitari debemus, vt filiæ imitantur genitricem suam. Et hoc est, quod ait: *Vna est Columba mea* propter fidei vnitatem, quæ designatur in Columba, quæ est animal simplex, & sine plica erroris: & etiam, quia simpliciter assentimus his, quæ sunt fidei, cum eis non assentiamus propter fidei discursum. Et subditur: *Vna est perfecta mea*, propter charitatem, quia *charitas* (Coloss. 3.) *est vinculum perfectionis*. Et addit: *Vna est matris suæ* ratione gratiæ, à qua sicut à matre habemus esse spirituale: *Electa genitrici suæ* propter vnitatem finis: quia substantiam nostram, virtutem, & operationem, & totum, quod in nobis est, secundùm mensuram fidei, & ordinem charitatis, & perfectionem gratiæ, ordinare debemus ad illam cœlestem Ierusalem, quam quasi genitricem imitari debemus. *Quæ quidem doctrina cum ea coincidit, quam tradidit initio Author. Idcircò in veteri lege Templum vnum erat, aut Tabernaculum*. Ratio *enim* figuralis T esse potest, quia per hoc significabatur vnitas Ecclesiæ. *Quo circa sciendum, quòd* in veteri V Testamento erat duplex locus diuino cultui deputatus: scilicet Tabernaculum, de quo habetur *Exod.* 36. Postea, crescente populi statu & religione, ædificata est Domus Dei, scilicet Templum: non vt Tabernaculum, sed vt res fixa. Et hanc voluit facere Dauid: sed prohibitus est à Deo, 2. Reg. 7. *Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum?* Item 1. *Paral.* 17. Sed promissum est ei, quòd filius suus ædificaturus esset Domum Dei. *Et hæc, figura fuit Ecclesiæ: quæ idcircò per Tabernaculum & Templum significatur, propter sacrum vtrobique Deo exhibitum cultum. Vnde & alibi*: Tabernaculum X est militantium: & sic præsens Ecclesia dicitur Tabernaculum, Apoc. 21. *Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus*: Domus est quie-

R Op. 6. §. 12.
Quatuor Ecclesiæ conditiones.

Vna est;

Vnitate fidei, spei, charitatis.

S Cant. 6. com. 2. ibi.
Item quadrupliciter vna.

T 1. 2. 102. 4. ad 3.
Ejus vnitatis figura in vno legis veteris Tabernaculo, vel Templo.
V Ps. 41. lit. c. Psal. 14. lit. a. Psal. 42. lit. b. Ps. 45. lit. c. & 1. 2. 102. 4. ad 2.

X Psal. 19. sub initio.

Digitized by Google

est quiescentium; & sic Ecclesia expectat quietem Patriæ; *In Domum Domini ibimus*, vt dicitur Ps. 121. *Et alibi*. Per tabernaculum Y quod est mutabile, significatur status præsentis vitæ mutabilis (*siue Ecclesiæ militantis*:) per Templum verò, quod erat fixum & stans, significatur status futuræ vitæ (*siue Ecclesiæ triumphantis*) quæ omnino immutabilis est. Et propter hoc in ædificatione Templi non est auditus sonitus mallei vel securis (3. *Reg*.6. Malleus & securis & omne ferramentum non sunt audita in domo, cum ædificaretur:) ad significandum, quod omnis perturbationis tumultus longè erit à statu futuro. Vel per Tabernaculum significatur status veteris legis: per Templum autem à Salomone constructum, status nouæ legis; vnde ad constructionem Tabernaculi soli Iudæi sunt operati: ad ædificationem verò Templi cooperati sunt etiam Gentiles, scilicet Tyrij & Sidonij: *nam Ecclesia ex Gentibus conflata est*. *Cohærenter & Apoc*.15.*dicitur*: Et ecce apertum est Templum Tabernaculi testimonij; *idest*, mysterium Z Ecclesiæ militantis. Et dicitur Ecclesia *Tabernaculum*, quia ad honorem Dei militat contra vitia, & contra hostes fidei: & in ea Deus, sicut in Tabernaculo, habitat pugnans pro suis. *Tabernaculi* inquam *testimonij*, per similitudinem quandam ad Tabernaculum feriale & materiale, quod fuit sub veteri lege. *Vnum ergo Tabernaculum, vnum Templum, Ecclesia vna*. *Quam profectò Ecclesiæ vnitatem paucis aperit Apostolus* Ephes.4.*cit. cum ait*: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & Pater omnium &c. *Siquidem Ecclesia nomine ciuitatis in sacra pagina exprimitur*, *Psal*.47. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto ejus. *In ciuitate*: scilicet A in Ecclesia, Apoc.21. *Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem &c*. Et hæc ciuitas, scilicet Ecclesia, sita est *in monte sancto ejus*. Hic mons est Christus, Is.2. *Erit præparatus mons Domus Domini &c*. De hac ciuitate dicitur Matth.5. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita*. In qualibet autem B ciuitate, adhoc vt sit vna, quatuor debent esse communia: scilicet vnus gubernator, vna lex, eadem insignia, & idem finis. Hæc autem quatuor dicit Apostolus esse in Ecclesia. Primò, quia habet Ducem vnum, scilicet Christum; & quantùm ad hoc dicit: *Vnus Dominus*; 1. Cor. 8. *Vnus Dominus Iesus Christus*. Secundò, quia lex ejus est vna: lex enim Ecclesiæ est lex fidei, Rom.3. *Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non: sed per legem fidei*. Et quantùm ad hoc dicit: *Vna fides*. Tertiò eadem sunt insignia Ecclesiæ, scilicet Sacramenta Christi: inter quæ primum est baptisma, quod est janua omnium aliorum. Et ideò dicit: *Vnum baptisma*. Quartò in Ecclesia est idem finis, qui est Deus: Filius enim ducit nos ad Patrem, 1. Cor.15. *Cum tradiderit Regnum Deo & Patri, cum euacuauerit omnem Principatum & Potestatem & Virtutem, oportet autem illum regnare &c*. Et quantùm ad hoc subjungit, dicens: *Vnus Deus & Pater omnium &c*. *Ex quo*, *quia* corpus Ecclesiæ C mysticum non solùm consistit ex hominibus, sed etiam ex Angelis: (*Ephes*.1. Ipsum dedit Caput supra omnem Ecclesiam: *scilicet* tam militantem D quæ est hominum in præsenti viuentium, quàm triumphantem, quæ est ex hominibus & Angelis in Patria:) ad vnum finem, qui est gloria diuinæ fruitionis, ordinantur & homines & Angeli. *Ad eandem quoque Ecclesiæ vnitatem facit quod Ioannes narrat cap*.6. *cum ait*: Altera die, turba quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi, nisi vna. *Vbi Author*: Per hanc E vnam nauem significatur Ecclesia, quæ est vna vnitate fidei & Sacramentorum. *Et quamuis subjiciatur*: Aliæ verò superuenerunt naues à Tiberiade juxta locum, vbi manducauerant panem &c. *etenim* per istas alias F naues, quæ superuenerunt, significantur conuenticula hæreticorum, & eorum, qui quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi: *Non tamen hinc tollitur præfata Ecclesiæ vnitas*: *nam* quæ sunt separatæ vel fide quantùm ad hæreticos, vel charitate carentes quantùm ad carnales, non sunt propriè in Ecclesia, sed tantùm sunt *juxta* eam. *Quod confirmatur ex illo* Luc.6. *de piscatione discipulorum, de qua dicitur*: Rumpebatur autem rete eorum: *quia nimirùm* in præsenti G Ecclesia, quæ per illam significatur, sunt multæ scissuræ schismatum, hæresum, seditionum: sed totaliter non rumpitur, quia *Ego* (ait Christus) *vobiscum sum vsque ad consummationem seculi*, Matth. vlt.

c *Hac etiam vnitate* tota H Ecclesia dicitur vnum corpus mysticum, per similitudinem ad naturale corpus hominis, quod secundùm diuersa membra habet diuersos actus, vt Apostolus docet *Rom*.12. *&* 1. *Cor*. 12. *vbi dicitur*: Sicut corpus vnum est, & membra habet multa; omnia autem membra corporis, cum sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles &c. *Quocirca* considerandum est I quòd sicut dicitur *in* 5. *Metaph*. tripliciter dicitur aliquid vnum per se. Vno modo indiuisibilitate, vt vnitas & punctum: secundùm quem modum vnitas excludit totaliter multitudinem, non solùm actualem, sed etiam potentialem. Alio modo dicitur vnum continuitate, vt linea & superficies: quæ quidem vnitas excludit multitudinem actualem, sed non potentialem. Tertiò modo integritate, quæ non excludit multitudinem neque potentialem, neque actualem: sicut domus est vna, quæ constituitur ex diuersis lapidibus & lignis. Et eodem modo corpus hominis, aut cujuslibet animalis, est vnum: quia ejus perfectio integratur ex diuersis membris, sicut ex diuersis animæ instrumentis; vnde & anima dicitur esse actus corporis organici; idest, ex diuersis organis constituti. Proponit ergo primò Apostolus, quòd vnitas corporis membrorum multitudinem non excludit, dicens: *sicut corpus vnum est, & membra habet multa*; vnde & Rom. 12. dicitur: *In vno corpore multa membra habemus*. Item proponit, quòd multitudo membrorum non tollit corporis vnitatem; vnde subdit: *Omnia autem membra corporis, cum sint multa*: nihilominus *vnum corpus sunt*, quod ex omnibus membris perficitur. *Ita & Christus*; scilicet, est vnus, secundùm illud 1. Cor. 8. *Vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia*. Et tamen multa & diuersa habet membra, scilicet fideles, secundùm illud Rom. 12. *Multi vnum corpus sumus in Christo*. Et rationem adducit: *Etenim in vno Spiritu*; scilicet, per virtutem vnius Spiritus Sancti, *omnes nos*, qui sumus membra Christi, *baptizati sumus in vnum corpus*; idest, in vnitatem Ecclesiæ, quæ est corpus Christi, *secundùm illud Ephes*.1. Ipsum dedit Caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ejus; *& Galat*.3. Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis. *Stando igitur in præfata naturalis corporis similitudine*: In corpore L naturali inuenitur quadruplex vnio membrorum ad inuicem. *Prima* est secundùm conformitatem naturæ: quia omnia membra constant ex eisdem similibus partibus, & sunt vnius rationis, sicut manus & pes ex carne & osse: & sic dicuntur membra vnum sicut genere vel specie. *Secunda* est per colligationem eorum ad inuicem per neruos & juncturas: & sic dicuntur vnum continuatione. *Tertia* est, secundùm quod diffunditur vitalis spiritus, & vires animæ per totum corpus. *Quarta* est, secundùm quod omnia membra perficiuntur per animam, quæ est vna numero in omnibus membris. Et hæ quatuor vniones inueniuntur in corpore mystico. *Prima est*, in quan-

Y 1. 2. 3. a. 4. ad 1.

Z Apoc. 15. com. 2. ibi.

In vnitate ciuitatis vnitas Ecclesiæ describitur.

A Psal. 47. lit. A.

B Ephes. 4. l. 2. ibi. Apoc. 21. com. 2. ibi, Vidi ciuitatem.

C 3. p. 8. 4. c. & ad 2. & 1. Cor. 15. l. 3. ibi cum euacuauerit.

D Ephes. 1. l. 8. ibi, Ecclesiam.

E Io. 6. l. 3. lit. a. Matth. 14. lit. b. ibi, nauicula.

F Io. 6. loco cit. lit. b. In 3. d. 13. a. 2. q. 2. c.

G Ioa. 21. l. 2. lit. c. f.

H 3. p. 8. 1 init. c. & a. 4. c. Eadem vnitate Ecclesia vnum corpus est, quamuis membra multa.

I 1. Cor. 12. l. 3. Rom. 12. l. 2. Ephes. 4. l. 5. Coloss. 1. l. 5. initio. Tripliciter aliquid dicitur vnum per se.

L 3. d. 13. a. 2. q. 2. c. & 3. p. 8. 3. c. Sicut in corpore naturali quadruplex vnio membrorum: ita & in mystico Ecclesia.

Digitized by Google

quantùm omnia membra ejus sunt vnius naturæ vel speciei vel generis. *Secunda est*, in quantùm colligata sunt ad inuicem per fidem: quia sic continuantur in vno credito. *Tertia est*, secundùm quod viuificantur per gratiam & charitatem. *Quarta est*, secundùm quod in eis est Spiritus Sanctus, qui est vltima perfectio & principalis totius corporis mystici, quasi anima in corpore naturali. Prima autem dictarum vnionum non est vnio simpliciter, quia illud, in quo est vnio hæc, non est vnum numero, sicut est in tribus sequentibus: quia per fidem & charitatem in vno credito, & amato secundùm numerum, vniuntur: similiter Spiritus Sanctus vnus numero omnes replet. *Et hinc mysticè* Regina Austri *appellatur Ecclesia, quæ Matth.*12. venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, *sicut Ecclesia sapientiam Christi*. Per istam M signatur Ecclesia ex fidelibus, Psalm.44. *Astitit Regina à dextris tuis &c. Regina* dicitur, quia regere se debet: & dicitur *Austri* ratione Spiritus Sancti, *eam regentis*, *Cantic*.4. Veni Auster, perfla hortum meum. *Regina inquam Austri est Ecclesia, diuinus Salomon Christus, Matth. loc. cit.* Ecce plusquam Salomon hic: *ad quem* Io.6. *dicebat Petrus*: Verba vitæ æternæ habes; *& cap.*7. *de eo dictum est*: Nunquam sic locutus est homo: *sicut & ad Salomonem expresserat in figura Regina Saba, de qua legitur* 3.*Reg*.10. *quòd* videns omnem sapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium &c. non habebat vltrà spiritum: dixitque ad Regem: Verus est sermo, quem audiui super sapientia tua, & non credebam, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui &c. *Porrò inter cætera* (*vt redeamus ad primum*) *mirata est* ordines ministrantium: *ex membrorum enim diuersitate, statuum resultat in Ecclesia diuersitas & officiorum. Quæ quidem diuersitas* ad tria N pertinet. *Primò* ad perfectionem ipsius Ecclesiæ. Sicut enim in rerum naturalium ordine, perfectio quæ in Deo simpliciter & vniformiter inuenitur, in vniuersitate creaturarum inueniri non potest, nisi difformiter & multipliciter: ita etiam plenitudo gratiæ, quæ in Christo sicut in Capite adunatur, ad membra ejus diuersimodè redundat, ad hoc quòd corpus Ecclesiæ sit perfectum. Et hoc est, quod Apostolus dicit: *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas &c. ad consummationem Sanctorum*, ad Ephes.4. *Secundò* autem pertinet ad necessitatem actionum, quæ sunt in Ecclesia necessariæ. Oportet autem ad diuersas actiones diuersos homines deputari adhoc, quòd expeditiùs & sine confusione omnia peragantur. Et hoc est, quod Apostolus dicit: *Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo*, ad Rom.12. *Tertiò* hoc pertinet ad dignitatem & pulchritudinem Ecclesiæ, quæ in quodam ordine consistit. Vnde dicitur 3. Reg. 10. cit. *Videns &c. & ordines ministrantium, non habebat vltrà spiritum*. Et secundùm hoc O triplex distinctio diuersitatis fidelium accipi potest. *Vna* quidem per respectum ad perfectionem: & secundùm hoc accipitur differentia statuum, prout quidam sunt alijs perfectiores. *Alia* verò distinctio accipitur per respectum ad actionem: & hæc, distinctio dicitur Officiorum. Dicuntur enim in diuersis Officijs esse qui sunt ad diuersas actiones deputati. *Alia* autem sumitur per respectum ad ordinem pulchritudinis Ecclesiæ: & secundùm hoc accipitur differentia graduum, prout scilicet in eodem statu, vel officio, vnus est alio superior. Vnde & in Psal.47. dicitur *secundùm aliam literam*: Deus in gradibus ejus cognoscetur. *Quoniam verò* in omni P humano studio est accipere principium, medium, & terminum: ideò consequens est, quòd status spiritualis seruitutis & libertatis *in Ecclesia* secundùm tria distinguatur: scilicet secundùm principium, ad quod pertinet status incipientium: & medium, ad quod pertinet status proficientium: & terminum, ad quem pertinet status perfectorum. *Præfata autem cuncta tangit Apostolus* 2. Tim.2. *cum ait*: In magna domo, non solùm sunt vasa aurea & argentea; sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. *In magna domo*: idest Q in Ecclesia, *Bar*.3. Quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! (*quod dicitur propter amplam fidei dilatationem*:) *non solùm sunt vasa aurea &c.* Vbi aurea & argentea distinguuntur à fictilibus: item argentea ab aureis: item fictilia à ligneis. In primo comparatio bonorum & malorum innuitur: in secundo comparatio bonorum & meliorum: in tertio malorum & pejorum. Nam aurea & argentea sunt boni: sed aurea meliores, argentea minùs boni. Similiter lignea & fictilia sunt mali: sed fictilia sunt pejores, lignea verò minùs mali. Consequenter designat diuersitatem quantùm ad vsum: vt boni sint *vasa aurea & argentea in honorem*, sicut deputati ad honorabilem vsum; mali verò sint *vasa fictilia & lignea*, quasi deputati *in contumeliam*, idest ad vilem vsum. Sunt enim in hominibus quidam, scilicet Sancti, quasi vasa pretiosa, Eccli.50. *Quasi vas auri solidum &c.* & Act.9. *Vas electionis est mihi iste &c.* Quidam verò sicut vasa inutilia, scilicet mali, Is.32. *Fraudulenti vasa pessima sunt*; & Eccli.21. *Cor fatui quasi vas confractum*. Prima *vasa* sunt *in honorem*, quibus debetur vita æterna, Rom.2. *Ijs quidem, qui secundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam*. Secunda *vasa* sunt *in contumeliam*, 1. Reg. 2. *Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles*. Et prædicta diuersitas (*ad rem nostram*) potest aliter applicari ad diuersitatem Ecclesiæ: *vt vasa aurea sint Prælati*: *argentea* verò, *& lignea & fictilia*, tenentes inferiorem gradum, inter quos quidam gradus est. Et quod subdit: *quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam*; non est tunc intelligendum, quòd *vasa aurea & argentea* omnia sint *in honorem*, *& fictilia in contumeliam*: quia de quocunque statu quidam saluantur, & quidam damnantur.

f *Cæterùm, sicut corporis Ecclesiæ Caput vnum est* (*vt prætactum fuit, & vidimus C.xiij. t. & xxxvij. f.*) *ita & illius Sponsus vnus, Psalm*.18. Ipse tanquam Sponsus procedens de thalamo suo, *Et Io*.3. Qui habet Sponsam, Sponsus est. *Hic autem Sponsus* R *est Christus*: Sponsa sua est Ecclesia: (*Quam vsque adeò dilexit, vt pro ea mori non dubitauerit, Ephes*.5. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, *toto in Cruce cruore profuso*:) Et in hujus figuram dixit Sephora ad Moysen: *Sponsus sanguinum tu mihi es*, Exod.4. *qualis & Christus Ecclesiæ, de cujus etiam latere* exiuit *Ioan*.19. sanguis & aqua: quibus S consecratur Ecclesia. *Hæc verò Sponsa & vna est & virgo*, 2.Cor.11. Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. *Despondi vos*, dicit T in plurali, & *exhibere virginem* in singulari: volens ostendere, quòd ex omnibus fidelibus fit vnum corpus & vna Ecclesia, quæ debet esse virgo in omnibus membris suis. Et ideò dicit, *virginem castam*: in omnibus enim accipitur virginitas pro integritate corporis: castitas pro integritate mentis. Sic Ecclesia *exhibet se* Christo *virginem*, quando perseuerat in fide, & infra Sacramenta absque corruptione alicujus idololatriæ & infidelitatis. *Castam exhibet se*, quando existens infra Sacramenta & in fide Christi, exhibet puritatem corporis & operis, *Ephes*.5. Vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam &c. *Et ideirco Christus* de Virgine V desponsata nasci voluit, in signum quòd Ecclesiam

Ecclesia mysticè Regina Austri.

M Matth. 12. lit. c. ibi.

Ex diuersitate membrorum resultat in corpore mystico statuum diuersitas, & officiorum, & graduum.

N 2.2. q.183. a.2. c.

O Ibid. a.3. c.

P Ibid. a.4. c.

Q 2. Tim. 2. l. 3. ibi.

Christus Ecclesiæ Sponsus vnus.

R Io.3. l.5. lit. c. Cant.3. com. 2. fi.

S Ioan.19. l.5. lit. d.

Cujus Ecclesia Sposa vna est, & virgo.

T 2. Cor. 11. l. 1. ibi.

Quandonam Ecclesia virgo, quando casta in membris suis.

V Matth. 1. lit. d. ibi, desponsata.

Digitized by Google

Cur Soror dicatur & Sponsa. Cur Sponsa, & Vxor.

siam desponsauit, quæ virgo est. *Verùm & Soror à Christo vocatur & Sponsa*, *Cant.* 4. Soror mea Sponsa. *Soror mea*, propter X naturæ conformitatem: *Sponsa* propter fidem, *Ose.*2. Sponsabo te mihi in fide. *Vel, vt alibi*: Sponsa est Y quia eam sibi Christus incarnatus despondit, eamque emundatam à sordibus peccatorum, dote Spiritus Sancti sibi conjunxit. *Soror* verò est: quia propter eam incarnatus, frater ejus fieri dignatus est: sicut resurgens à mortuis dixit mulieribus *Matth.*28. Ite: nunciate fratribus meis. *Et iterum*: Sororem dicit, quoniam ex ancilla sororem sibi esse constituit.

X Cant.4.com. 2. ibi.
Y Ibid.com. 1, ibi.

Quinimmò nedum Sponsa Christi dicitur, sed & vxor, *Apoc.*21. Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem &c. paratam sicut Sponsam ornatam viro suo. *Et post pauca*. Veni, & ostendam tibi Sponsam vxorem Agni. *Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem*: scilicet Z Ecclesiam; *sicut Sponsam ornatam*, ornatu virtutum & operum, *viro suo*; idest, ad honorem viri sui; vel, sicut decet virum suum, *scilicet Christum*, *Zach.*6. Ecce Vir, Oriens nomen ejus. *Subijcitur autem*: Veni, & ostendam tibi Sponsam vxorem Agni. *Sponsam*; idest, Ecclesiam, sponsione prophetarum desponsatam, *Ose.*2. Sponsabo te mihi in fide: *vxorem Agni*; idest, eandem Ecclesiam sibi in incarnatione de præsenti conjunctam. Vel *Sponsa* dicitur, quandiu est in peregrinatione extra domum Sponsi: *vxor* verò erit, quando traducta fuerit in domum Sponsi. *De qua traductione dicitur Apocal.*19. Gaudeamus &c. quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor ejus præparauit se: *idest*, Ecclesia A præparauit se in statu viæ per sanctitatem, & merita, ad illam conjunctionem obtinendam. Matrimonium enim est (*paulò ante*) inter Christum & Ecclesiam per vnionem amoris. Nondum tamen Sponsa plenè traducta est in amplexus Sponsi: (*quod est, illius esse vxorem*.) Hoc autem in gloria plenè fiet. Harum nuptiarum sponsalia fuerunt contracta in Incarnatione: solemnitas verò fuit celebrata in Resurrectione: traductio verò in thalamum, siue in torum, fit modò particulariter in retributione, sed vniuersaliter fiet in extrema consummatione. De hujusmodi nuptijs *Matth.*22. Simile est Regnum Cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. *Quo loci Author*: Iste B Sponsus est Verbum incarnatum: Sponsa Ecclesia. Vnde Apostolus *Ephes.*5. Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo & Ecclesia. *Sacramentum hoc*, idest C sacræ rei signum; scilicet, conjunctionis Christi & Ecclesiæ. Et ideò, si mysticè exponatur, debet sic exponi litera præcedens: *Propter hoc relinquet homo*, scilicet Christus, *Patrem & Matrem suam*. Relinquet *inquam* Patrem, in quantùm est missus in Mundum, & incarnatus, *Ioann.*16. Exiui à Patre, & veni in Mundum: *& matrem suam*, scilicet Synagogam, *Ier.*12. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam: *& adhærebit vxori suæ*, scilicet Ecclesiæ, *Matth. vlt.* Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. *Et quidem vnam hanc & vnicam Sponsam suam declarat ipsemet Sponsus Christus Cant.*6. Vna est Columba mea: *videlicet*, quia D vna est generalis Ecclesia: quæ & rectè columba vocatur, quia Spiritus Sancti dote, qui in specie columbæ apparuit, Christo sponsata est & sanctificata: *vt ajebat initio Author*. Sanctificata, *inquam*: & *ecce*

Z Apoc. 21. com. 2. & 1. ibi.
A Apoc. 19. com. 1. & 2. ibi.
B Matth. 22. lit. a. ibi.
C Eph. 5. fi.
D Cant. 6. com. 1. ibi.

Ecclesia Sancta.
E Op. 6. §. 12.

g *Secunda Ecclesiæ conditio, quòd* sancta. Credo *sanctam* Ecclesiam; *Apoc.*21. Vidi ciuitatem *sanctam* Ierusalem &c. *Quocirca* sciendum E quòd est etiam alia Congregatio, sed malignantium, Psal. 25. *Odiui Ecclesiam malignantium*. (*Et quamuis mali Christiani vel ratione fidei informis ad Ecclesiam pertineant: quia tamen mystici Ecclesiæ corporis membra charitate potissimùm, consequenter fide etiam formata, connectuntur, vt visum est; idcircò* charitate F carentes non sunt propriè in Ecclesia: *quia* fides Ecclesiæ G est fides formata: talis enim fides inuenitur in omnibus illis, qui sunt numero & merito de Ecclesia: *proinde* homines fideles H peccatores pertinent quidem aliquo modo ad vnitatem Ecclesiæ, in quantùm continuantur ei per fidem, quæ est vnitas materialis: non tamen possunt dici membra propriè, nisi sicut membrum mortuum, scilicet æquiuocè. Et quia vnitas corporis ex membris consistit: ideò quidam dicunt, quòd non pertinent ad vnitatem corporis Ecclesiæ, quamuis pertineant ad vnitatem Ecclesiæ. Et sicut operationes, quæ sunt ad alterum, possunt aliquo modo fieri per membra arida, vt percutere, vel aliquid hujusmodi: non tamen operationes, quæ sunt animæ in membris: Ita nec mali recipiunt spiritualis vitæ operationem à Spiritu Sancto: sed tamen Spiritus Sanctus per eos operatur spiritualem vitam in alijs, secundùm quod alijs sacramenta ministrant, vel filios docent.) Est *inquam* etiam alia congregatio, sed malignantium. Sed hæc est mala: Ecclesia verò Christi est sancta, 1. Cor. 3. *Templum Dei sanctum est, quod estis vos*. Sanctificantur autem fideles hujus Congregationis ex tribus. *Primò*, quia sicut Ecclesia, cum consecratur, materialiter lauatur: ita fideles loti sunt sanguine Christi, Apoc. 1. *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo*. (*De hac per Christi sanguinem sanctificatione videtur loqui Psaltes* Psalm. 45. *vbi sub nomine Tabernaculi, vt præmissum est, Ecclesiæ sanctificationem promit, cum ait*: Sanctificauit Tabernaculum suum Altissimus: *videlicet*, Ecclesiam I quam sanctificauit Altissimus per proprium sanguinem: item per Sacramenta, in quibus operatur virtus sanguinis Christi, 1. Cor. 6. *Abluti estis, sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi*. *Et* ad Ephes. 5. *Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea*: Sed L adquid? *Vt illam sanctificaret*, ad Hebr. vlt. *Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum &c.* Et Ioan. 17. *Sanctifica eos in veritate*. Et iste est effectus passionis Christi. Effectus autem sanctificationis est mundatio ejus à maculis peccatorum; & ideò subdit, dicens: *mundans eam lauacro aquæ*: quod quidem lauacrum habet virtutem à passione Christi, *Rom.*6. Quicunque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus. *Hinc* Eccli. 24. *dicitur*: Rigabo hortum meum plantationum: *Ecclesia enim est hortus, Christi sanguine irrigatus*. *Vnde*, & *mysterio alludens, in ipso suæ passionis exordio cœpit* in horto *sanguinem fundere*. Hortus iste M Ecclesia est, de qua Cant. 4. *Hortus conclusus soror mea Sponsa*: in quo sunt plantationes diuersæ secundùm diuersos Sanctorum ordines, quos omnes manus Omnipotentis plantauit. Iste hortus irrigatur à Christo sacramentorum riuis, qui ex ejus latere profluxerunt: *idest*, sanguis N & aqua, quibus est Ecclesia instituta, *mundata, abluta, & sanctificata*.) *Secundò* sanctificatur ex inunctione; quia, sicut Ecclesia inungitur, sic & fideles spirituali inunctione vnguntur, vt sanctificentur: aliàs non essent Christiani, Christus enim idem est, quòd vnctus. Hæc autem vnctio est gratia Spiritus Sancti, 2. *Cor.* 1. Qui vnxit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. *Et* 1. *Cor.*6. Sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. *Tertiò* ex inhabitatione Trinitatis: nam vbicunque Deus inhabitat, locus ille sanctus est; *Genes.* 28. Verè Dominus est in loco isto, non est hic aliud, nisi Domus Dei. *Et Psal.*92. Domum tuam decet sanctitudo, Domine. *Quartò* propter inuocationem Dei, Ier. 14. *Tu autem in nobis es Domine: & nomen tuum inuocatum est super nos*. Cauendum est ergo, ne post talem sanctificationem polluamus animam nostram, quæ Templum Dei est, per peccatum, 1. *Cor.*3.

F Ioann. 6. l. 3. lit. b.

Charitate carentes fideles non sunt propriè in Ecclesia, nec ejus membra, nisi æquiuocè.
G 2. 2. 1. 9. ad 3.
H 3. d. 13. 2. 2. q. 2. c.

Ecclesia ex quatuor sancta.

Sanctificata primò per sanguinem Christi.

I Ps. 45. lit. c.

L Ephes. 5. l. 8. ibi.

Ecclesia hortus, à Christo plantatus & irrigatus.
M Prol in 1. lib. Sentent. 4. Quartum. Cant. 4. com. 1. ibi hortus.
N 1. p. 92. 3. fi. c. Rom. 5. l. 4. fi.

Secundò sanctificata per spiritualem vnctionem, quæ est gratia Spiritus Sancti.

Tertiò per inhabitationem Trinitatis.

Quartò per inuocationem Dei.

Cor. 3. Si quis Templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. *Et Ier.* 7. Posuerunt offendicula sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt polluerent eam. *De hac Ecclesiæ sanctitate loqui videtur & Apostolus Petrus in sua prima cap.* 2. Vos autem Genus electum, Regale Sacerdotium, Gens sancta, Populus acquisitionis. *Genus electum*: Q. d. hoc est O testimonium, quod antiquo populo datum fuit, dum Deum colebat: sed quia eum reprobauit, ab eis ad vos translatum est, qui membra ejus facti estis. *Regale Sacerdotium* imitationis dignitate, Apoc. 5. *Fecisti nos Deo nostro Regnum & Sacerdotes*. (Sed cum dicatur Exod. 19. *Vos eritis mihi in Regnum Sacerdotale*: quare dicitur hic *Regale Sacerdotium?* Resp. Ad innuendam prærogatiuam noui Testamenti respectu veteris, *siue Ecclesiæ respectu Synagogæ*: in nouo enim Testamento Sacerdotium præeminet Regno, sicut spiritus preeminet corpori. Regnum enim consistit in regimine corporali, Sacerdotium verò in regimine spirituali. Ideò potestas *Sacerdotalis* ponitur in substantiuo, *Regalis* autem in adjectiuo.) *Gens sancta*, scilicet à peccatis munda per gratiam: *Populus acquisitionis*; idest, acquisitus non modico pretio, sed pretioso sanguine Christi: *per quem Ecclesia, vt vidimus, mundata est & sanctificata*.

O 1. Pet. 2. ibi.

Præeminentia noui testamenti, siue Ecclesiæ, respectu veteris, siue Synagogæ.

h *Tertia Ecclesiæ Christi conditio, quòd catholica est*. Dicitur autem Ecclesia P catholica, idest vniuersalis (vt Boetius dicit *in Lib. de Trin.*) tum propter vniuersalium præcepta regularum: tum propterea, quia ejus cultus per omnes penè Mundi terminos emanauit: hæreticorum verò errores sub certis terrarum angulis includuntur. *Nam, vt dicitur Psalm.* 18. In omnem terram exiuit sonus eorum (*Apostolorum*) & in fines Orbis terræ verba eorum. *Et alibi docemur, quòd* Ecclesia Q est catholica, idest vniuersalis. *Primò* quantùm ad locum, quia est per totum Mundum, contra Donatistas, Rom. 1. *Fides vestra annunciatur in vniuerso Mundo*; & Marc. vlt. *Euntes in Mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ*. Vnde antiquitus erat tantùm *Notus in Iudæa Deus* Psalm. 75. nunc verò per totum Mundum. Habet autem hæc Ecclesia tres partes. Vna est in Terra: alia est in Cœlo: tertia est in Purgatorio. *Secundò* est vniuersalis quantùm ad conditionem hominum: quia nullus abijcitur, nec dominus, nec seruus, nec masculus, nec fœmina, *ad Gal.* 3. Non est Iudæus, neque Græcus: non est seruus, neque liber: non est masculus, neque fœmina. *Tertiò* est vniuersalis quantùm ad tempus: nam aliqui dixerunt, quòd Ecclesia debet durare vsque ad certum tempus. Sed hoc est falsum: quia hæc Ecclesia incepit à tempore Abel, & durabit vsque ad finem seculi, Matth. vlt. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi*. Et post consummationem seculi remanebit in Cœlo: *non jam amplius militans, sed veluti in Capitolio post pugnam triumphans*.

Ecclesia catholica.
P Op. 23. c. 1. ff.

Q Op. 6. §. 12.
Tripliciter scilicet vniuersalis.

Tres habet partes.

i *Quarta conditio est, quòd fortis & firma*. Domus autem R dicitur firma. *Primò*, si habeat bona fundamenta. Fundamentum autem Ecclesiæ principale est Christus, 1. Cor. 3. *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus*. Secundarium verò fundamentum sunt Apostoli, & eorum doctrina. Et ideò firma est. Vnde Apoc. 21. dicitur, quòd *murus Ciuitatis habebat fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni*. Et inde est, quòd dicitur Ecclesia Apostolica. *Secundò* apparet firmitas domus, si conquassata non potest destrui. Ecclesia autem nunquam potuit destrui: nec à persecutoribus; immò persecutionibus durantibus magis creuit: & qui eam persequebantur, & quos ipsa persequebatur, deficiebant, Matth. 21. *Qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum*. Nec ab erroribus: immò quanto magis errores superuenerunt, tantò magis veritas manifestata est, 2. Tim. 3. *Resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem: sed vltrà non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus*. Nec à tentationibus dæmonum: Ecclesia enim est sicut turris, ad quam fugit quicunque pugnat contra diabolum, Prouerb. 18. *Turris fortissima nomen Domini: ad ipsum currit justus, & exaltabitur*. Et ideò diabolus principaliter conatur ad destructionem ejus: sed non præualet, quia Dominus dixit Matth. 16. *Portæ Inferi non præualebunt aduersùs eam*. Q. d. Bellabunt aduersùm te: sed non præualebunt. *Quò facit & illud Apoc.* 12. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine. *Misit serpens*, idest S diabolus, *coluber tortuosus* (Iob 26. & Is. 27.) *ex ore suo*, idest suggestione sua venenosa, *post mulierem* fugientem in desertum, *aquam tanquam flumen*, idest jucunditatem, vel abundantem tribulationem, per principes Mundi, quibus diabolus tota die suggerit, vt Ecclesiam persequantur: *vt eam faceret trahi* in peccatum, & de peccato in Infernum, *à flumine*, idest ab impetuosa & abundanti tribulatione, *Is.* 8. *Ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes & multas, Regem Assyriorum & omnem gloriam ejus: & ascendet super omnes riuos ejus, & fluet super omnes ripas ejus, & ibit per Iudam, inundans, & transiens vsque ad collum veniet. Et erit extensio alarum ejus, implens latitudinem terræ tuæ, ò Emmanuel*: (idest T Christe, qui de ea nasci voluisti, *scilicet de Iudæa, Apoc.* 5. Vicit Leo de tribu Iuda. *Vbi mysticè de latitudine ejus Ecclesiæ loquitur, tempore persecutionis, à terrenis potestatibus ei illatæ.*) *Vsque ad collum*, dicit, non vsque ad os, vel oculos: (*neque enim Caput, quod est Christus, capax læsionis est*:) quia, etsi opprimatur Ecclesia multitudine & magnitudine tribulationis, tamen non suffocabitur, sed à Christo misericorditer liberabitur. Quod signanter ostenditur *Matth.* 14. vbi dicitur: *Vespere autem facto, solus erat Iesus in monte: nauicula autem in medio mari jactabatur fluctibus; erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos, ambulans super mare*. Quatuor vigiliæ noctis sunt quatuor partes persecutionis Ecclesiæ. Prima fuit tyrannorum contra Martyres. Secunda hæreticorum contra Confessores. Tertia falsorum Christianorum contra Prædicatores. Quarta erit tempore Antichristi, quæ grauior omnibus erit. Et tamen tunc etiam liberabitur Ecclesia: quia *Dominus* veniet, & *interficiet eum Spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui*, vt dicitur 2. Thess. 2. Vnde sequitur: *Et adjuuit terra*, idest cœlestis Ecclesia, quæ est *terra viuentium*, Psal. 26. *mulierem*, idest Ecclesiam: *Et aperuit terra*, scilicet eadem Ecclesia cœlestis, *os suum* ad deprecandum Deum pro muliere. Vel *terra*, idest Christus in carne assumpta, *adjuuit mulierem*, idest Ecclesiam militantem, quotidie filios parientem viro suo Christo; & *aperuit os suum*, orando pro ea, vt non deficiat in tribulationibus, Luc. 22. *Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua*. Sequitur. *Et absorbuit flumen*; idest, consumpsit, & annihilauit illam magnam tribulationem: *quia, vt dicitur Matth. vlt.* Ego vobiscum sum omnibus diebus (*vbi promittit* V auxilium Apostolis, & omnibus communiter) vsque ad consummationem seculi. *Hinc & per Noemi arcam figurata est, de qua Genes.* 7. *dicitur*: Multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime à terra. *Quod exponitur*. Ecclesia X figuratur per Arcam, sicut dicitur 1. *Pet.* 3. quia sicut in Arca, cæteris pereuntibus, paucæ animæ saluatæ sunt: ita in Ecclesia pauci, idest soli electi, saluabuntur. Per aquas autem significantur tribulationes.

Ecclesia fortis, & firma.
R Op. 6. ibid. Matth. 7. lit. b. ibi, super petram. & cap. 16. lit. b. ibi, petram.

Christus primum Ecclesiæ fundamentũ, secundarium Apostoli.

Ecclesia cur Apostolica dicatur.

Nec à persecutoribus potest destrui, nec ab erroribus, nec à tentationibus dæmonum.

S Apoc. 12. com. 2. & 1. ibi. Matth. 14. lit. b. ibi. nauicula. 2 Tim. 2. l. 3. ibi. firmam.

T Is. 8.

Quatuor vigiliæ noctis Matth. 14. quatuor sunt Ecclesiæ persecutiones.

V Matth. vlt. ff.

Ecclesia. Noemi arca.

X Prol. in 1. ad Thess. & Gen. 7. & 8.

Persecutionibus extollitur magis.

Per aquas tribulationes.

Digitized by Google

lationes. *Primò*, quia aquæ impellunt irruendo: sic tribulationes, Matth.7. *Venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam*. Sed & impulsu fluminum Ecclesia non mouetur; vnde subdit: *& non cecidit*, scilicet domus. *Secundò* aqua extinguit ignem: sic tribulationes extinguunt impetus concupiscentiarum, ne homines ad libitum eas sequantur: sed non extinguunt veram charitatem Ecclesiæ; *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam*, Cantic.8. *Tertiò* aquæ submergunt per inundationem, Thren.3. *Inundauerunt aquæ super caput meum*: sed Ecclesia non per has submergitur, Ion.2. *Circumdederunt me aquæ vsque ad animam: abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum &c.* Et post: *Cum angustiaretur anima mea, Domini recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea ad Templum sanctum tuum*. Non ergo deficit, sed subleuatur. Et *Primò* per eleuationem mentis ad Deum: *In tribulatione sua mane consurgent ad me*, Ose.6. *Secundò* per spiritualem consolationem. *Sicut abundant passiones Christi in nobis: ita per Christum abundat consolatio nostra*, 2. Cor. 1. *Tertiò* per multiplicationem fidelium: quia tempore persecutionum Deus multiplicauit Ecclesiam: *Quantòque opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur, & crescebant*, Exod.1. *Et alibi*. Multiplicatis Y aquis, eleuabatur Arca: sic per tribulationes creuit Ecclesia. *Vnde & tempore persecutionis Apostolorum legitur Act.6.* Verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valdè. *Quin & in Ecclesiam persecutiones hostium, & vexationes, in majorem cedunt illius gloriam*. *Quod innuitur* Cant.4. *ijs verbis*: Surge Aquilo, & veni Auster: perfla hortum meum; & fluant aromata illius. *Vbi* per Aquilonem Z & Austrum flatus persecutionum & perturbationum intelliguntur contra Ecclesiam sæuientium. Aquilo frigidissimus ventus est, Auster calidus. Et ideò per Aquilonem terrores & minæ designantur: per Austrum figurantur blandimentorum decipulæ. Quibus duobus modis probatur Ecclesia, terroribus videlicet, & blandimentis. Quod autem dicit: *Surge Aquilo, & veni Auster*; non imperat malis, nec cogit eos ad mala facienda: sed permittit, & facultatem illis dat, vt possint sæuire contra Ecclesiam, quatenus per illorum malitiam Ecclesia probetur. *Perfla* inquit *hortum meum*; hoc est, Ecclesiam meam: *& fluant aromata illius*; hoc est, fragrantia virtutum, & odor bonorum operum ex illa procedent: quò enim acerbiùs Ecclesia conteritur, eò majorem virtutum odorem ex se emittit, *non secus ac odorifera, pilo tusa*. Eleuatur *inquam Ecclesia* in sublime: *quia cœlestibus munita præsidijs, de quolibet victrix hoste semper triumphat*. *Et* Primò *quidem* munitur A Ecclesia diuino auxilio, *Zach.*2. Ego ero ei murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio ejus. *Secundò* Angelorum præsidio, *Is.*33. Munimenta saxorum sublimitas ejus. (*Hinc* Matth.21. *de ea sub figura vineæ dicitur*, *quòd* sepem circumdedit ei: *etenim* sepes B dicuntur, quæ ponuntur ad custodiam, siue sint orationes Sanctorum, siue custodia Angelorum. *Vide*, Anima rationalis: *nam quæcunque de Anima dicuntur, non incongruè & ad Ecclesiam applicantur*.) *Tertiò* Sanctorum Patrum doctrina & exemplo, *Cant.* 4. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis. *Quartò* fratrum subsidio, *Prou.*18. Frater, qui adjuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. *Quintò* Sacramentorum remedio, *Cant.*8. Ego murus: & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. *Ex quo ad illud Cant.* 4. *cit.* Sicut turris Dauid collum tuum &c. Mille clypei pendent ex ea: omnis armatura fortium; *docemur*, *quòd* per mille C clypeos intelliguntur innumera diuinæ præsidia defensionis, quibus sancta Ecclesia vallatur & defenditur.

Y 1.Pet.3.ibi, Arca.

Ecclesiæ persecutiones in majorem illius gloriam cedunt.

Z Cant.4.com. p.f. cap.

Quintuplex Ecclesiæ munitio.

A Is. 1.f.

B Matth. 21. fer. 1.ibi.

C Cant.4.com. p.ibi.

Omnis armatura fortium; idest, omnis instructio vel sanctæ prædicationis, vel sanctæ operationis. Et bene *collum Ecclesiæ*; hoc est, prædicatores & doctores, *turri Dauid* comparantur: quia semper quasi in bello sunt, pro defensione Ecclesiæ pugnantes. (*Vide*, Doctor Ecclesiasticus.) *His adde virtutum præsidia*: *vnde Apoc.*21. *dicitur*: Et Ciuitas in quadro posita est: *Videlicet*, quoniam D quatuor sunt ejus latera, scilicet fides, spes, charitas, & operatio. Vnde Hugo: *quantum* inquit *quisque credit, tantum sperat: quantum sperat, tantum diligit: quantum diligit, tantum operatur*. Igitur *Ciuitas in quadro posita est*: quia robusta fide, longanimis spe, ampla charitate, efficax opere. Vel *quadrum Ciuitatis* sunt quatuor principales virtutes in homine, prudentia scilicet, temperantia, fortitudo, justitia: quæ æquales debent esse in homine, nec alia aliam debet excedere. *Et his quidem munimentis contra præcipuum hostem, qui per malos quoscunque operatur, redditur fortior, & vt dicitur Cant.*6. Terribilis vt castrorum acies ordinata. *Terribilis* aereis E potestatibus: *ordinata vt castrorum acies*; idest, charitatis vnitate vnita, vt nullis tentationibus penetrari valeat. *Vnde & Cant.* 1. *dicitur ei à Sponso*: Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea. *Quo in loco* Equitatum suum F appellat exercitum filiorum Israel, videlicet sexcenta sex millia, qui egressi sunt de Ægypto, & transierunt mare rubrum. Huic suo equitatui assimilauit amicam suam: quoniam sicut ille populus per mare rubrum saluatus est, Pharaone demerso: ita Ecclesia gentium per baptismum de diaboli seruitute liberata est. *Et alibi*. Equitatui meo &c. *idest*, ordinaui G equitatum meum contra currus & exercitus Pharaonis, idest diaboli, Psal.67. *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sina in Sancto*.

I *Est autem fortis & firma Ecclesia, quæ est* Domus Domini, *quia* firmiter ædificata, *& bene fundata est* supra firmam petram, *quæ est Christus, vt dictum est*, 1. Cor.10. Petra autem erat Christus: *qui & aliam petram, Petrum videlicet, in secundarium posuit fundamentum*, *Matth.*16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. *Vnde & ab Apostolo* 1. *Tim.* 3. *dicitur* Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. *Columna* in H se: *& firmamentum* quantùm ad alios, quia non possunt firmari in veritate, nisi per Ecclesiæ sacramenta, *Luc.*22. Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. *Hinc &* Cant.8. *de se ipsa dicit*: Ego murus, & vbera mea sicut turris. *Ego murus*: quia I supra firmam petram fundata sum, & glutino diuinæ charitatis solidata. Siue; *murus sum*: quia de viuis lapidibus & electis, hoc est, sanctis, sum ædificata. *Et vbera mea sicut turris*: quia tales intra me contineo, qui vice vberum alios nutrire possunt spirituali doctrina, & vice muri, & turris, defendere & munire. *Et quidem, cohærenter ad præfata, ad illud Hebr.*2. In medio Ecclesiæ laudabo te; *docemur*, *quòd* sicut L columna in medio domus ipsam sustentat: lucerna in medio domus eam illuminat: cor in medio corpus viuificat: Ita Christus *in medio Ecclesiæ*. Item *in medio*: quia non ad vnum populum tantùm, sicut Moyses, missus fuit, Psal.75. *Notus in Iudæa Deus*, sed ad salutem totius Mundi, Psal.73. *Operatus est salutem in medio terræ*; & ideò dicitur *Luc. vlt.* Stetit Iesus in medio discipulorum. *Sic pariter ad illud Apoc.*1. Vidi septem candelabra aurea: & in medio candelabrorum aureorum similem Filio hominis; *instruimur*, *quòd* septem M candelabra aurea septem Ecclesias Asiæ designant; septem verò Ecclesiæ, vniuersitatem Ecclesiarum: quia vniuersum tempus septem dierum repetitione reuoluitur: quæ tamen vnam Ecclesiam Sponsam Dei constituunt. Dicitur

Præsidia virtutum.

D Apoc. 21. com.1.& 2.ibi.

Munitur præsertim contra diabolum.

E Cant.6 com. 1.& 2.ibi.

F Cant.1.com. 1.& 2.ibi.

G Apoc. 20 com. 1. ibi, & judicium.

Ecclesia fortis & firma ex firmitate petræ fundamentalis.

H 1. Tim.3.l. ibi.

I Cant.8.com 1.ibi.

L Hebr.2.l 3. ibi.

M Apoc.1.com. 1.& 2. Isa.12. f.& Psal.45. lit.A.

Digitized by Google

tur autem Christus (*qui describitur* similis Filio hominis, *quia* fuit similis alijs in natura, non tamen in culpa, Philip.2. *In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo*:) Dicitur inquam Christus *in medio*: quia omnibus se reddit communem, Iac.1. *Qui dat omnibus affluenter*. Item qui est media in Trinitate persona, in medio Mundi passus est, scilicet in Ierusalem: ostendens, quòd pro omnibus moriebatur. Suspensus in medio latronum moritur: significans, quòd bona sua bonis & malis paratus est dare. In medio Cœlo passus est, scilicet in aere: ostendens se mediatorem eorum, quæ in Cœlis, & quæ in terra, Coloss.1. *Pacificans per sanguinem Crucis ejus, siue quæ in terris, siue quæ in Cœlis sunt*. In medio discipulorum post resurrectionem apparuit: vt omnes & singulos in fide roboraret. In medio candelabrorum post ascensionem ostensus est Ioanni: vt ostenderet, se omnibus subuenire paratum in tribulationibus & in alijs: *quod est, Christum esse* in medio Ecclesiæ. *Ex quo Psal.47. dicitur*; Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio Templi tui: *scilicet* Christum: N Misericordia *enim* est ipse Christus, qui datus est nobis ex Dei misericordia. Vnde etiam potest exponi, quòd hæc verba sunt Simeonis justi, Christum in vlnas suas *in medio Templi* suscipientis. *Igitur, quia* Deus in medio ejus (*quod ait Psaltes*) scilicet O Ecclesiæ: *non commouebitur*; idest, firma redditur & stabilis, Psal. 124. *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem*. Sequitur: *Adjuuabit eam Deus mane diluculo*: quia non solùm oportet, quòd detur stabilitas contra mala, sed & auxilium ad bona implenda; & ideò dicit: *adjuuabit eam Deus*, idest Ecclesiam: *mane diluculo*. Per *mane* intelligitur principium boni operis: & sic, *mane*; idest, ab exordio operis boni. Vnum autem exordium boni operis ex parte intellectus, est cogitatio: aliud ex parte voluntatis, & hæc duo sunt à Deo, quia *non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est*. Item ab ipso est *velle & perficere pro bona voluntate*, vt Apostolus dicit *Philip.* 2. Per hoc verò, quod addit, *diluculo*, designat, quòd Ecclesia juuatur per spiritualem illuminationem Spiritus Sancti, *Is.60.* Surge illuminare Ierusalem &c. *Vno itaque verbo: Firma, Ecclesia sancta est, & inconcussa, quia à solo & in solo Christo fundata, Psalm.86.* Homo natus est in ea: & ipse fundauit eam Altissimus. *De qua prædictum est*: Suscitabit Deus Cœli Regnum (1. *Pet.*2. Regale Sacerdotium) quod in æternum non dissipabitur, & Regnum ejus alteri populo non tradetur: comminuet autem, & consumet vniuersa regna, & ipsum stabit in æternum, *vt legitur Dan.*2. Quod totum P ad Christum referimus: sed vice ejus ad Romanam Ecclesiam, si ad pascendum gregem ejus intendat. Attendendum etiam, quòd diuina institutio destitui non potest: quia solùm dispensatores, & ministros, assumpsit suos Vicarios Christus, sicut Apostolus dicit 1. Cor.4. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei*. Solus enim Christus fundauit Ecclesiam, cujus ministerium Petro & Pastoribus commisit; 1. Cor. 3. *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est: quod est Christus Iesus*. Vnde sacri DD. quandam potestatem Christo attribuunt, quam Petrus non habuit, nec sui successores: & ipsam, *potestatem excellentem* (siue, *excellentiæ*) nuncupant. Et sic potestas Petri, & successorum ejus, non adæquatur potestati Christi; immò hæc omnino transcendit. Potuit enim Christus sine baptismo saluare: quod tamen Petrus non potuit; vnde & Cornelium Centurionem cum tota sua familia baptizauit, etiam post aduentum Spiritus Sancti. Potuit etiam mutare Christus formam Sacramentorum & materiam: quod Petrus non potuit, nec successores ejus. *Fundamentum igitur Ecclesiæ est solus Christus, de quo Ephes.*2. Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu. *Quo in loco* Tria Q dicit de eo: scilicet quòd sit lapis, quòd angularis, & quòd summus. *Lapis* quidem est propter fundamenti firmitatem. *Angularis* dicitur propter vtriusque conjunctionem. Nam in angulo duo parietes vniuntur: sic in Christo populus Iudæorum & Gentium vniti sunt, *Psal.*117. *Act.*4. 1. *Pet.* 2. & *Matth.* 21. Nunquam legistis in Scripturis: Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? *Summus* autem dicitur propter dignitatis celsitudinem, Is.28. *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum*. Sed non est idem de fundamento in ædificio spirituali, & in ædificio materiali. Materiale namque ædificium fundamentum habet in terra; & ideò oportet, vt principalius fundamentum sit magis infimum. Spirituale verò ædificium fundamentum habet in Cœlo; & ideò oportet, quòd fundamentum, quantò est principalius, tantò sit sublimius: vt sic imaginemur Ciuitatem quandam descendentem de Cœlo, cujus fundamentum in Cœlo existens, & ædificium demissum ad nos, videatur inferius, secundùm illud Apoc.21. *Vidi Ciuitatem sanctam Ierusalem nouam* (*ad differentiam veteris Synagogæ*) *descendentem de Cœlo à Deo*. Consequenter, cum subdit: *In quo omnis ædificatio constructa, crescit in Templum sanctum in Domino*, agit de constructione ædificij. In qualibet autem ædificij constructione quatuor requiruntur. Primò ædificij fundatio, secundò constructio, tertiò augmentatio, quartò consummatio. *Primum* tangit, cum dicit: *In quo*, scilicet fundamento, quod Christus est principaliter, & doctrina Apostolorum & Prophetarum secundariò. *Secundum* tangit, cum dicit: *omnis ædificatio constructa*: quæ quidem allegoricè designat ipsam Ecclesiam, quæ tunc construitur, quando homines ad fidem conuertuntur. In hoc ergo fundamento, scilicet Christo, omnis ædificatio spiritualis construitur, Iudæorum vel Gentilium. *Tertium* tangit, cum dicit: *Crescit in Templum sanctum*: quod quidem fit, quando multiplicantur qui salui fiunt, Act.6. *Verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum &c.* Crescit etiam, quando homo crescit in bonis operibus, & in gratia crescit, quantùm ad hoc, quòd fit *Templum sanctum*. Templum enim à Deo inhabitatur; & ideò oportet, quòd sit sanctum, Psal.45. *Sanctificauit Tabernaculum suum Altissimus*. Et quia nos debemus inhabitari à Deo, vt Deus in nobis habitet; adhoc nos parare debemus, vt sancti simus, 1. Cor. 3. *Nescitis, quia Templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Apoc. 21. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis*. Sed nunquid statim à principio, cum charitatem habemus, Templum Dei sumus? Et dicendum, quòd sic. Et quantò magis proficimus, tantò magis Deus habitat in nobis: & ideò adhoc ædificium *quartò* requiritur perfectio & consummatio, quod ostendit, cum dicit: *in Domino*. *Quin igitur, Ecclesia sancta, inconcussa & firma, quæ in Cœlo suæ habet constructionis fundamentum? Vnde & in æternum dicitur fundata, Psal.*47. Deus fundauit eam, *mysticam scilicet* Ciuitatem R Ecclesiæ; non ad tempus, sed *in æternum*; vnde dicitur *Eccli.*26. Fundamenta æterna supra petram solidam, *quæ Christus est, quocum in gloria cœlesti triumphatura in perpetuum est, & regnatura*.

m *Hinc non immeritò* Cant.7. *palmæ æquiparatur*: Statura tua assimilata est palmæ. *Siquidem* statura S Ecclesiæ perfecta, est ejus rectitudo: neque enim

Christus cur in medio.

N Psal.47. lit.c.

Ex quo Christus in medio ejus, inconcussa Ecclesia est. O Psal.45. loc. cit.

Duplex boni operis principium à Deo: sicut & velle & perficere.

In solo & à solo Christo Ecclesia fundata.

P Op 10. l. 3. c. 10. & Dan. 2. ibi Eph. 2. l. 6. & 2. 1. lit. 12. ad 2.

Petri & successorum potestas non adæquatur potestati Christi, quam excellentem vocant, siue excellentiæ.

Q Eph. 2. l. 6. ibi, summo. Christus, lapis Ecclesiæ angularis, & summus.

Fundamentum Ecclesiæ in cœlo.

Quatuor ad ædificij constructionem requisita: quæ & Ecclesiæ adaptantur.

R Psal.47. lit. d.

Statura Ecclesiæ palmæ æquiparata. S Cant.7. com. 1. ibi.

Digitized by Google

enim à vitijs incuruatur, sed recta & nobilis consistit, vnde Psalmista ex persona peccantium dicebat Psal. 37. *Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem*. Sancta Ecclesia recta stat, nec vnquam incurruari consentit, audiens ab Apostolo 1. Cor. 16. *Vigilate, state in fide, viriliter agite*. Et Dominus filijs Israel loquitur Leuit. 26. *Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægyptiorum, & qui confregit catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis recti*. Statura ergo Ecclesiæ palmæ assimilatur: quia in omnibus, quæ agit, semper supernam in memoria retinet remunerationem. Palma enim victricem ornat manum: & idcò significat præmium illud, quod victoribus Sanctis in cœlestibus dandum est. *Et hanc quidem Ecclesiæ rectitudinem, & erectionem, superiùs significari ostendimus per eam*, quam vidit Iacob in somnijs scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens Cœlum, *Genes.* 28. Per quam T significatur Ecclesia: quia eleuatur à terra in Cœlum. Et dicitur *scala stans*, idest recta: non declinans ad dexteram prosperitatis, vel ad sinistram aduersitatis. Vel ideò *stare* dicitur: quia cœlestia tantùm desiderans, sursùm intentione mentis erigitur. *Neque oppositum asseritur* Cant. 6. *cum dicitur*: Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens &c. *Loquitur enim de progressu virtutum, per quas immò securiùs stat, atque firmiùs*. *Ergo* progreditur; *hoc est*, proficit V de virtute in virtutem. Et *progreditur quasi aurora*: quia transactis tenebris infidelitatis *inter Gentiles*, lumen se veritatis habere ostendit *à Christo, qui est Veritas increata*. *Ex quibus omnibus satis claritas ejus innotescit & dignitas; vnde prosequitur textus*: Pulchra vt Luna, electa vt Sol. *Vt Luna*: quia Luna à Sole illuminatur: & Ecclesia *pulchra est vt Luna*: quia claritate Sponsi sui Christi (*qui est* Sol justitiæ) illuminatur, & ejus gratiâ resplendet. *Electa vt Sol*: quia verum Solem, *idest Christum*, imitari nititur, viuendo in omni humilitate & justitia & pietate. Vel *Pulchra vt Luna*, propter X fidem: quia quæ per fidem cognoscimus, videmus quasi in lumine Lunæ, quia ea non clarè apprehendimus. *Electa vt Sol*, ratione spei, secundùm quam eleuatur ad desiderium cœlestis Ierusalem, quæ ratione claritatis potest dici Sol. *Terribilis vt castrorum acies ordinata*, propter charitatem, quam habentes terremus diabolum: quia vnitatem & pacem tenemus in terris, & Deo humiliter subjecti sumus; quod ipse renuit tenere in Cœlis. *Hinc Psal.* 18. In Sole posuit tabernaculum suum; *quod exponitur*: scilicet Y Ecclesiam in manifesto, *Matth.* 5. Non potest Ciuitas abscondi supra montem posita. *Vel in Christo, qui est* justitiæ Sol, *in quo & per quem fundata est, & illustrata*. *Eapropter describitur Apoc.* 12. Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus ejus. *Mulier amicta Sole*; idest Z Ecclesia, ornata Christi imitatione, juxta illud ad Gal. 3. *Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis*; idest, mores & virtutes ejus. *Et Luna*; idest, Mundi prosperitas, quæ crescit & decrescit vt Luna, *sub pedibus ejus*; idest, sub affectibus: quia licèt Ecclesia temporalibus sustentetur, tamen non affectat ea; vnde *Cant.* 2. Læua ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. *Et cap.* 5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? *Et in capite ejus corona stellarum duodecim*, idest, initio Ecclesiæ duodecim Apostoli, quibus quasi stellis duodecim illuminata, quasi duodecim margaritis ornata cognoscitur. *Ex quo thronus Christi & Dei dicitur Ecclesia sancta*, *Apoc.* 4. Et procedebant vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno: *idest*, in conspectu A Christi, vel ipsius Trinitatis, regnantis & quiescentis in Ecclesia. *Quæ quidem per totum Terrarum Orbem diffunditur*; *vnde dicitur Psal.* 21. Apud te laus mea in Ecclesia magna. *In Ecclesia*, per me (*loquitur Christus*) & meo B nomine congregata: *Magna* dilatatione; *Is.* 54. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. *Magna* potestate; *Matth.* 16. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam. Quodcunque solueris super terram &c. *Magna* dignitate, *Apoc.* 21. Reges terræ afferent gloriam suam & honorem in illam. *Sanè in Ecclesia magnificari quodammodo videtur & ipse Deus: idcircò regius Citharœdus canebat Psalm.* 47. Magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri in monte sancto ejus. *Magnificatur inquam Dominus* in ciuitate Dei nostri; *scilicet* C in Ecclesia, *Apoc.* 21. Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem &c. *in monte sancto ejus*: hic mons est Christus, *Is.* 2. Erit mons domus Domini &c. *Idcircò dicebat Dauid Psal.* 25. Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ: *quasi in Ecclesia glorificetur magis ex decore illius*: hic *tamen* decor D certè est ex habitatione Dei, sicut domus non est pulchra, nisi inhabitetur. *Prosequitur Psaltes Psal.* 47. *cit.* Fundatur exultatione vniuersæ terræ. *q. d.* quia fundata est *in monte*, scilicet Christo, hæc fundatio redundat in gaudium *vniuersæ terræ*, quia omnes percipiunt gaudium hujus fundationis. *Mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas Regni magni*. Sion significat Iudæos, Aquilo verò significat Gentiles idololatras: hæc enim ciuitas, *scilicet Ecclesia*, composita est ex Iudæis & Gentilibus. *Deus in domibus ejus cognoscetur*. Vbi commendat eam ex eo quòd Deus in ea cognoscitur. Est autem triplex cognitio Dei: quia hoc potest referri ad statum ciuitatis Ierusalem, & ad futuram gloriam. Vna est figuralis & obscura; & hæc fuit in veteri testamento: & talis cognitio fuit in ciuitate Ierusalem, & in populo Iudaico, Psal. 75. *Notus in Iudæa Deus &c.* Et secundùm hoc dicit: *Deus in domibus ejus cognoscetur*, scilicet non in vno loco, sed in omnibus domibus & ciuitatibus. Alia est cognitio realis, sed obscura & imperfecta: & hæc est cognitio, qua Deus cognoscitur per fidem, 1. Cor. 13. *Videmus nunc per speculum in ænigmate*. Et sic Deus in domibus cognoscitur cognitione reali, sed fidei, 2. Cor. 3. *Nos verò reuelata facie gloriam Domini speculantes*. Et dicit, *in domibus*: quia tota vniuersalis Ecclesia continet sub se multas Ecclesias, & multa Collegia: quarum quælibet domus dicitur habere cognitionem Dei, Ier. 31. *Omnes cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum*. Alia est realis, quæ est cognitio perfecta & aperta, 1. Cor. 13. *Tunc cognoscam, sicut & cognitus sum*. Et sic *Deus cognoscitur in domibus*, cœlestis scilicet Ierusalem (*quæ est Ecclesia triumphans*.) Dicuntur autem plures domus diuersi ordines Sanctorum, Ioan. 14. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*. Et secundùm hoc dicitur in Psalterio Romano: *Deus in gradibus ejus cognoscetur*: quia non omnes æqualiter cognoscent, sed erunt diuersi gradus cognitionis secundùm quosdam, 1. Cor. 15. *Stella differt à stella in claritate*. Sed hoc erit, *cum suscipiet eam*, quia ipse est susceptor & auxiliator noster; vnde alia litera habet: *in auxiliando*. Sequitur: *Quoniam ecce Reges terræ &c.* Vbi probat dignitatem Ecclesiæ per testimonium. *De quo vide fusiùs ibi, & seqq. Sed & Psalm.* 44. *commendatur Ecclesiæ dignitas ijs verbis*: Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato &c. *Vbi Author*: Sponsa Christi E est Ecclesia: & Sponsæ Regis dicuntur Reginæ. Dignitas ergo ejus est, quòd est Regina. Hæc assistit semper inhærens Deo & conjuncta; vnde Angeli, qui non mittuntur, dicuntur assistentes, Dan. 7. *Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei*. Gloria istius Reginæ est prærogatiua, quam habet: quia *à dextris assistit*; idest, in potioribus bonis. Vnde & Filius, in quantùm est in potioribus bonis Pa-

T 2 tris,

T Prol. in Apoc. com. 2.

V Cant. 6. com. 2. ibi.

Claritas ejus, & dignitas.

X Cant. 6. com. 2. ibi.

Y Ps. 18. lit. a. ibi.

Z Apoc. 12. com. 2. & 1. ibi. Mulier amicta Sole.

Thronus Christi & Dei.

A Apoc. 4. com. 1. & 2. ibi, & alijs capite.

B Ps. 21. lit. x. Psal. 34. lit. n. Ps. 39. lit. e.

Ecclesia tripliciter magna.

In ea quodammodo magnificatur Deus. C Ps. 47. lit. a. b. c.

Dignitas, ac decor illius: & vnde fit. D Ps. 25. lit. a.

Triplex Dei cognitio.

Ecclesia Regina. E Ps. 44. lit. g. & i.

tris, secundùm quod homo, dicitur esse à *dextris*. Et hæc meliora sunt, scilicet spiritualia, quæ temporalibus sunt potiora. Ornatus autem describitur, cum dicit: *In vestitu deaurato, circundata varietate*.

Duplex ejus vestimentum quid.

Duplex est vestimentum Ecclesiæ, Prou. vlt. *Omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus.* Vnum est doctrina duorum Testamentorum. Et iste vestitus non est aurum solum, sed *deauratus*, quia est refulgens diuina Sapientia. Alius vestitus est operatio virtuosa. Per aurum autem significatur charitas: & ideò dicitur *deauratus*, quia informatus charitate, 1. Cor. vlt. *Omnia vestra in charitate fiant*. Vel *circundata varietate*; idest, diuersis virtutum operibus: quia alij fuerunt aurei per martyrium, alij rosei per gemitum pœnitentiæ &c. Item commendatur à decore: & hic decor concupiscitur à Sponso spirituali; vnde dicit: *Et concupiscet Rex decorem tuum*.

Illius decor in quo.

Hic decor est pulchritudo justitiæ (*idcircò Ecclesia dicitur* sancta) Ier. 31. *Benedicat tibi Dominus pulchritudo justitiæ*. Et hunc *concupiscit Rex*; idest, delectatur in eo, Is. 62. *Quia complacuit Domino in te*.

Gloria ejus interior, & exterior.

Item commendat eam quantùm ad gloriam & intrinsecùs & extrinsecùs. Primum facit, *cum* dicit: *Omnis gloria ejus ab intus*: & hoc tripliciter. Primò, quia in interiori conscientia, non in exteriori fama hominum, 2. Cor. 1. *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ*. Secundò in interiori justitia, non in exteriori obseruantia, sicut in veteri testamento, Rom. 2. *Circumcisio cordis in spiritu, non litera: cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo*. Tertiò in spe æternorum, quæ est interna, non in spe temporalium, quæ est extra, Matth. 6. *Attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis &c.* Secundum facit, cum dicit: *in fimbrijs aureis*. Per has fimbrias intelligitur doctrina Ecclesiæ: nam Exod. 28. mandabatur, vt in fimbrijs vestimenti Sacerdotis essent tintinnabula, quorum sonus audiretur. Per sonum ergo doctrina designatur. In doctrina autem diuinæ Sapientiæ, quæ per aurum designatur, est magna gloria. Et tamen est *circumamicta varietatibus*; idest, ornata & vestita alijs linguis, idest varijs modis docendi: sed tamen eandem veritatem sonant. *Quod nedum de linguis varijs, quibus pollebant Apostoli, sed & de varijs Sacræ literæ sanis Patrum expositionibus intelligendum. Ex quibus de sancta catholica Ecclesia, super lapidem angularem Christum, stabilita & fundata, Apostolus Petrus in sua prima cap. 2. illud prompsit*: Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem, lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali his, qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vos autem (*Ecclesiam alloquitur*) genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. *Quibus in verbis totam Ecclesiæ gloriam compendio perstringit. Hinc non potest Christo Sponso* (*qui est* secundus homo de Cœlo cœlestis 1. *Cor.* 15.) *dilecta non esse & chara, ceu quæ de illius in Cruce latere originem traxit: non secus ac Eua Adæ, qui fuit* primus homo de terra terrenus, *dilectissima fuit, quippe quæ de illius lateris costa formata est; vnde & dicebat*: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. *Nam, vt ab Authore docemur*: Sicut F de latere Adæ dormientis sumpta est mulier: ita ex latere Christi dormientis in Cruce fluxit sanguis & aqua; quæ significant Sacramenta, quibus est formata Ecclesia.

Ecclesia de latere Christi, sicut Eua de costa Adæ.

F Rom. 5. l. 4. fi. & 1. p. 92. 3 fi. c. In 4. d. 18, 2, 4a 1. c.

Ecclesiæ authoritas & potestas.

n *Maximam proinde ei potestatem delegauit. Quod patet ex Christi verbis* Matth. 16. *ad Petrum, visibile Ecclesiæ Caput, & Vicarium suum*: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in Cœlis. Et tibi dabo claues Regni Cœlorum. *Sed quare dicit* claues? Quia G absoluere est remouere obstaculum: & ideò duæ sunt, quia duo requiruntur, potestas & scientia. Non dicitur autem hìc scientia habitus intellectus, sed authoritas discernendi: & Sacerdos quilibet hanc habet, vt discernat in absoluendo. Et dicit: *Tibi dabo claues*: nondum enim erant fabricatæ. Res autem non potest dari antequam sit. Fabricandæ autem hæ erant in passione; & in passione fuit earum efficacia. Vnde hic promisit: sed post passionem dedit, cum dixit, *Pasce oues meas*, Ioan. 21. *Quo facit illud Is.* 22. Et dabo clauem domus Dauid super humerum ejus: & aperiet, & non erit qui claudat; & claudet, & non erit qui aperiat. *Et hinc etiam oritur in Ecclesia excommunicandi potestas, vt patet ex verbis Domini Matth.* 18. Si quis Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus: *vnde & Apostolus* 1. Cor. 5. *Corinthium quendam excommunicauit. Quod & apud Iudæos fieri consueuit: nam vt legimus Ioan.* 9. Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret; & *Ioan.* 16. Absque Synagogis facient vos. *Non secus & Principes suo modo contumaces excommunicant, cum à tota ditione proscribunt & exturbant. Et quidem à Sacro Concilio Tridentino* sess. 25. de Ref. cap. 3. *vocatur* Excommunicationis gladius, neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valdè salutaris. *Notandum tamen, quòd* excommunicatio H non est actus clauis directè, sed magis respectu exterioris judicij. Quia tamen aliquo modo pertinet ad aditum Regni, secundùm quod Ecclesia militans est via ad triumphantem, ideò etiam talis jurisdictio, per quam homo excommunicare potest, clauis potest dici. Et secundùm hoc à quibusdam distinguitur, quòd est clauis Ordinis, quam omnes Sacerdotes habent: & est clauis jurisdictionis in foro judiciali, quam habent soli judices exterioris fori. Vtramque tamen Deus Petro contulit *Matth.* 16. Et ab ipso in alios descendit, qui vtramque habent. (*At de clauibus fusè V.* Papa, & Petrus Apostolus; *sicut & de excommunicatione.*) *Igitur ob præfatam, quam obtinuit à Christo potestatem*, maximam I authoritatem habet Ecclesiæ consuetudo, quæ semper est in omnibus æmulanda: quia & ipsa doctrina catholicorum Doctorum ab Ecclesia authoritatem habet. Vnde magis standum est consuetudini (siue authoritati) Ecclesiæ, quàm authoritati vel Augustini, vel Hieronymi, vel cujuscunque Doctoris. *Est enim in materia Fidei, & morum, infallibilis ejus assertio, quæ à Spiritu Sancto edocta est*, 1. *Ioan.* 2. Vnctio ejus docet vos de omnibus. *Hinc instruimur, quòd* formale L objectum fidei est Veritas prima, secundùm quod manifestatur in Scripturis sacris, & doctrina Ecclesiæ, quæ procedit ex Veritate prima. *Et iterum*: Omnibus M articulis fidei inhæret fides propter vnum medium, scilicet propter veritatem primam propositam nobis in Scripturis secundùm doctrinam Ecclesiæ intelligentis sanè. *Quod dicit, ad differentiam singularium Doctorum, qui facilè possunt aliquando non sanè intelligere. Ex quo* Augustinus *in lib. cont. Epist. Manich. quam vocant* Fundamenti *cap.* 5. Ego verò Euangelio non crederem, nisi me catholicæ Ecclesiæ commoueret authoritas. *Et iterum, de Libro* Actuum Apostolorum *loquens*: Cui libro, *inquit*, necesse est me credere, si credo Euangelio: quoniam vtramque Scripturam similiter mihi catholica commendat authoritas. *Nec mirum: quia ex Tridentino* (*sess.* 4. *Decr.* de Edit. Sac. Libr.) Ejus (*scilicet Matris Ecclesiæ*) est judicare de vero sensu & interpretatione Scripturarum sanctarum. *Per os igitur Capitis sui Pontificis summi, quicquid ad fidem pertinet, sola infallibiliter definit Ecclesia. Vnde & Petrus Act.* 15. Viri fratres, *inquit*, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere. *Propterea*

Duæ claues Ecclesiæ quid significent.

G Matth. 16. sit. ibidem.

H 4. de 18, 2, a. q. 1 ad 1. & q. 2 & d. 19. 1. 1. q. 3. c.

Duplex clauis, Ordinis, & jurisdictionis.

I Quol. 2. a. 7. in tit. c. & 2. 2. 10. a. 12. in tit. corp.

Maximæ authoritatis est consuetudo Ecclesiæ, & affectio.

L 2. 2. 5. 3. c. Objectum formale fidei veritas prima vt manifestata in Sacra Scriptura & doctrina Ecclesiæ.

M Ibid. ad 2.

Per os Pontificis determinant Ecclesia quæ fidei sũt,

N 2. 2. 1. 10. c. & q. 11. 2. ad 3. & 4. contr. Gent. c. 76.

cohærenter docemur, quòd determinare ea N quæ sunt fidei, vt ab omnibus inconcussa fide teneantur, pertinet ad authoritatem Summi Pontificis, ad quem majores & difficiliores quæstiones referuntur, vt dicitur *in Decret. dist. 43. in 2. q. 6.* Vnde & Dominus *Luc.* 22. Petro dixit, quem Summum Pontificem constituit: *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Et hujus ratio est: quia vna fides debet esse totius Ecclesiæ, secundùm illud 1. Cor. 3. *Idipsum dicatis omnes: & non sint in vobis schismata.* Quod seruari non posset, nisi quæstio fidei de fide exorta determinetur per eum, qui toti Ecclesiæ præest: vt sic ejus sententia à tota Ecclesia firmiter teneatur. *Non secus & in veteri lege, si qua dubia essent circa diuinum cultum oborta, ad Summum Sacerdotem fiebat pro decisione recursus: sicuti circa justitiam inter homines, ad Iudicem supremum ad hoc populo constitutum. Vnde* Deut. 17. *dicitur:* Si difficile & ambiguum apud te judicium esse perspexeris; & judicum intra portas tuas videris verba variari: surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus. Veniesque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad judicem, qui fuerit illo tempore &c. *Docemur idcircò, quòd* dupliciter O aliquid potest esse ambiguum. Vno modo apud simplices: & ad hoc dubium tollendum, mandatur Deut. 16. *Iudices & Magistros constitues in omnibus portis tuis, vt judicent populum justo judicio.* Alio modo contingit aliquid esse dubium etiam apud peritos: ideò ad hoc dubium tollendum, constituit lex, vt omnes recurrerent ad locum principalem à Deo electum: in quo & Summus Sacerdos esset, qui determinaret dubia circa cæremonias diuini cultus: (2. *Paral.* 19. Amarias autem, Sacerdos & Pontifex vester, in his, quæ ad Deum pertinent, præsidebit:) & summus Iudex populi, qui determinaret quæ pertinent ad judicia hominum. *Id quod & ad canonizationem Sanctorum videtur Author extendere: tametsi non ejusdem ponderis hanc faciat, ac fidei primarios articulos. Quocirca instruimur, quòd* judicium eorum, P qui præsunt Ecclesiæ, potest errare in quibuslibet, si personæ eorum tantùm respiciantur. Si verò consideretur diuina prouidentia, quæ Ecclesiam suam Spiritu Sancto dirigit, vt non erret, sicut ipse promisit *Ioan.* 14. quòd Spiritus adueniens doceret omnem veritatem de necessarijs ad salutem: certum est, quòd judicium Ecclesiæ vniuersalis errare in his, quæ ad fidem pertinent, impossibile est. Vnde magis standum est sententiæ Papæ, ad quem pertinet determinare de fide, quam in judicio profert, quàm quorumlibet Sapientum in Scripturis opinioni: cum & Caiphas, quamuis nequam, tamen quia Pontifex, legatur etiam inscius prophetasse *Ioan.* 11. In alijs verò sententijs, quæ ad particularia facta pertinent, vt cum agitur de possessionibus, vel de criminibus, vel de hujusmodi, possibile est judicium Ecclesiæ errare propter falsos testes. Canonizatio verò Sanctorum medium est inter hæc duo. Quia tamen honor, quem Sanctis exhibemus, quædam professio fidei est, qua Sanctorum gloriam credimus: piè credendum est, quòd nec etiam in his judicium Ecclesiæ errare possit. *Et quamuis humanum testimonium in processu de vita Sanctorum fallibile sit: attamen* diuina Q prouidentia præseruat Ecclesiam, ne in talibus per fallibilem hominum testimonium fallatur.

O 2. 2. 105. 2. ad 7.

Canonizatio Sãctorum qua certitudine tenenda.

P Quod. 9. a. 16. c.

Iudicium Ecclesiæ vniuersalis non potest errare in his, quæ sunt fidei.

Non ita in alijs.

Q Ibid. ad 2.

O *Igitur, cum Ecclesia, vna, sancta, vniuersalis, & firma sit; frustrà quæritur Christus, & in cassum itur ad illum, si Ecclesia ductrix non est: aliàs à vera possumus via aberrare, nec progredi facilè datur. Idcircò filiæ Ierusalem ad Ecclesiam Cant.* 5. Quò abijt *inquiunt* dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? Quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum? *Siquidem,* qui R sine Ecclesia Christum quærit, errare potest, proficere non potest. *Quod prophetico respexit & Psaltes* Psal. 44. *cum ait:* Adducentur Regi virgines post eam. *Adducentur Regi,* scilicet S Christo, qui est Rex Regum, *virgines,* scilicet fideles animæ, *post eam;* scilicet Ecclesiam vniuersalem: quia nullus veniet, nec adducetur ad Christum, nisi sequatur doctrinam Ecclesiasticam. *Etenim nulli* T patet aditus salutis extra Ecclesiam: sicut nec in diluuio absque Arca Noe, quæ significat Ecclesiam, 1. Pet. 3. *Cum fabricaretur Arca, in qua pauci, idest, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam,* Arcam scilicet V in sublime erigentem: sicut dicitur, quòd nauis saluatur, quæ vadit per aquas. Per Arcam significatur Ecclesia, quæ collecta est de diuersis fidelibus, sicut Arca composita fuit de diuersis lignis: *in qua pauci* respectu damnatorum *saluantur.* Per hoc autem, quod dicit, quòd *octo animæ saluæ factæ sunt,* dat intelligere, quòd nullus saluatur, qui non habet fidem resurrectionis, quæ significatur per octonarium: quia Christus octaua die resurrexit, & generalis resurrectio erit octaua ætate. Item, sicut Arca fuit de lignis læuigatis, idest dolatis: sic Ecclesia Christi de Sanctis, per angustias & tribulationes dolatis, & afflictis. Item, sicut Arca fuit de lignis imputrefactibilibus, seu imputribilibus: sic Ecclesia de incorruptis hominibus. Item, per Noe homines salui facti sunt in Arca: sic per Christum in Ecclesia. Noe enim *requies* interpretatur: & significat Christum, in quo est requies animarum. Item, quia extra Arcam non est aliquis saluatus, sic nec extra Ecclesiam, *vt dictum est. Id quod figuraliter ostendit veteris legis Tabernaculum, in duas diuisum partes* (*de quo* Exod. 25. 26. 27.) *Hinc Apostolus Hebr.* 9. Tabernaculum factum est primum, in quo erant candelabra &c. Post velamentum autem secundum Tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum &c. *Sancta* dicebatur X Tabernaculum primum: *Sancta Sanctorum* Tabernaculum secundum. Per primum Tabernaculum designatur vetus Testamentum, & per secundum nouum. Vnde *in priori quidem Tabernaculo semper introibant Sacerdotes &c. In secundo autem semel in anno solus Pontifex non sine sanguine &c.* Secundùm literam intentio Apostoli est, quòd per *Sancta* intelligatur vetus lex, per *Sancta Sanctorum* status noui testamenti, & Cœlum: quia per nouam legem intratur in Cœlum. *Et infrà.* Quòd non intrabant, significat, quòd vetus Testamentum non est via intrandi Cœlum ante aduentum Christi: durante enim veteri Testamento, via Sanctorum, scilicet Christus, qui dicit Ioann. 14. *Ego sum via,* nondum venerat: ipse enim est ostium, per quod patet introitus in *Sancta Sanctorum, Ioann.* 10. Ego sum ostium. *Idcircò dicitur:* In secundo autem solus Pontifex (*qualis est Christus,* assistens Pontifex futurorum bonorum) introibat non sine sanguine, hoc significante Spiritu Sancto, nondum propalatam esse Sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum. *Ex quo iterum patet, quòd in sola Ecclesia salus esse potest: extra illam non ita. Et hoc mysticè significatur per corporalem sanationem, quam Christus in materiali Templo adhibuit* Matth. 21. *Vbi dicitur, quòd* accesserunt ad eum cæci & claudi in Templo, & sanauit eos. *Quo loci Author:* Cæci inquit & claudi Y isti accedunt ad Christum in Templo, & sanat eos. Et congruit huic facto locus: per quod significatur, quòd morbi spirituales non curantur nisi in Ecclesia, *extra quam non est salus. Sicut nec præter præsentis statum Ecclesiæ alius ad salutem expectatur, quemadmodum & post senium alia non expectatur ætas. Vbi enim promp sit Psalmista:* Iunior fui, etenim senui &c. *Psalm.* 36. vult *Augustinus,* quòd Z loquatur in persona Ecclesiæ. Et hæc habet ætatem pueritiæ in Abel, juuentutis in Patriarchis, senectutis in Apo-

Sine Ecclesiæ ductu ad Christum non itur.

R Cant. 5. com. 1. fi.

S Ps. 44. lit. l.

T 3. p. 73. 3. c. & Apoc. 1 com. 3. ibi, gladius.

Extra Ecclesiam aditus salutis non est.

V 1. Pet. 3 ibi. Ecclesia, Arca Noemi.

Noe figura Christi.

X Hebr. 9. l. 1. & 2. ibi. & 1a 2æ 102 4. ad 4.

Ætates Ecclesiæ: post cujus præsentem statum nullus alius ad salutem expectatur.

Y Matth. 21. lit. a. ibi.

Z Ps. 36. lit. f. Matth. 20. lit. a ibi, primo mane &c.

Senex vnde dicatur.

Apostolis, senectam (*hoc est, decrepitam: decrepiti enim sunt extremæ ætatis senes: senes autem à senario numero dicti sunt, quòd senectus sit sexta hominum ætas:*) senectam *inquam* in fine Mundi. Prætermittit duas medias ætates, & ponit extremas: & sic fuit à principio Mundi, & erit vsque ad finem. *Vnde Apostolus* Hebr. 9. cit. *signanter dicit:* Nunc autem Christus semel in consummatione seculorum per hostiam suam apparuit. *Siquidem* ætates A Mundi accipiuntur secundùm ætates hominis, quæ principaliter distinguuntur secundùm statum proficiendi, non secundùm numerum annorum. Ita prima ætas fuit ante diluuium: alia à Noe vsque ad Abraham: & sic de alijs, ita quòd vltima ætas est status præsens, post quem non est alius status salutis, sicut nec post senium. Sicut autem in alijs ætatibus hominis est numerus annorum determinatus; non autem in senio, quia senium incipit à sexagesimo anno, & aliqui viuunt per centum & viginti annos: Ita non est determinatum, quantum iste status Mundi debeat durare: tamen est *consummatio seculorum*, quia non restat alius ad salutem, 1. Cor. 10. *Hæc autem omnia scripta sunt ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt*; idest B sexta ætas, quæ est vltima ætas laborantium. *Cæterùm, quia primùm Petro Ecclesiæ regimen demandatum à Christo est, Ecclesia Romana super cæteras Ecclesias præstantior & firmior semper fuit:* in qua (*inquit Augustinus Epist. 162.*) semper Apostolicæ cathedræ viguit principatus. *Et Author*: Sola C Ecclesia Petri, in cujus partem venit tota Italia, dum discipuli mitterentur ad prædicandum, semper fuit firma in fide. Et cum in alijs partibus vel nulla fides sit, vel sit commista multis erroribus: Ecclesia tamen Petri & fide viget, & ab erroribus munda est. Nec mirum: quia Dominus dixit Petro *Luc.* 22. Ego rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua. *Et alio in loco*: Quamuis *inquit* aliæ D Ecclesiæ vituperari possunt per hæreticos: Ecclesia tamen Romana non fuit ab hæreticis deprauata, quia supra Petram fundata erat. Vnde Constantinopoli fuerunt hæretici, & labor Apostolorum amissus erat: sola Petri Ecclesia inuiolata permansit. Et hoc non solùm refertur ad Ecclesiam Petri, sed ad fidem Petri, & ad totam Occidentalem Ecclesiam. Vnde credo, quòd Occidentales majorem reuerentiam debent Petro, quàm alijs Apostolis. *Ideircò Christus Dominus*, vt suam E potestatem magis ostenderet, in ipsa Roma, quæ Caput Mundi erat, etiam Caput Ecclesiæ suæ statuit, in signum perfectæ victoriæ: vt exinde fides deriuaretur ad vniuersum Mundum, secundùm illud Is. 26. *Ciuitatem sublimem humiliabit* (Romam *videlicet*:) *conculcabit eam pes pauperis*, scilicet Christi, *gressus egenorum*, idest Apostolorum Petri & Pauli: *quorum præsertim sanguine, sicut & tot millium martyrum, gloriosior & illustrior effecta Roma est, quàm cùm gentilitate detenta totius Orbis imperium temporaliter possideret. Sola etenim Roma tercenta Martyrum millia potuit adnumerare, qui fidei testimonium Christo sacrificati dedere: teste Maluenda nostro* de Anti-christo lib. 4. c. 10. *Hinc non abs re diuinus Ignatius* (*qui & pro Christi nomine suo illam sanguine purpurauit*) *in Epistola, quam à Syria ad Romanos misit, nobile* Romanæ Ecclesiæ *defert testimonium, ipsam appellans* sanctificatam, illuminatam, Deo dignam, castissimam, beatificandam, Spiritu Sancto plenam. *DISCE Christum vt Patrem, Sanctam ejus Ecclesiam vt Matrem, in spirituali regeneratione venerari. Vide*, Apostoli, Christi Doctrina, Collegium, Decalogus, Fides infusa, Papa, Petrus Apostolus.

A *Hebr.* 9. *l.* 5. *ibi*. & 1. *Ioa.* 2. *ibi*, hora.

B 1. *Cor.* 10. *l.* 1. *f.*

Ecclesia Romana cæteris firmior & præstantior.

C *Op.* 6. *§.* 13. *f.*

D *Matth.* 16. *lit.* 6. *ibi*, & portæ.

E 3. *p.* 35. 7. *ad* 3. *Is.* 26. *ibi*, conculcabit. *Rom.* 1. *l.* 4. *ibi*, estis & vos.

Romæ tercenta millia martyrum recensentur pro Christo occubuisse.

D. Ignatij martyris in Romanam Ecclesiam encomium.

II. In materiali Templo est quædam sacramentalis sanctitas, prout Templum diuino cultui dedicatur: sed in fidelibus Christi est sanctitas gratiæ, quam consecuti sunt per baptismum. 1. *Cor.* 3. *l.* 3.

P HActenus de Ecclesia pro formali accepta: *nunc de ea materialiter sumpta; idest, de Templo, in quo fideles ad Dei cultum congregantur, agendum est. Porrò* Templum F à contemplando dici videtur: *eò enim conuenimus, vt Deum mente contemplemur, corde exinde colamus, & ore precemur*, *Matth.* 21. Domus mea domus orationis vocabitur. *Non autem propter corporalem veluti Dei habitationem domus Dei dicitur: neque enim* in manufactis Templis habitat, *vt dicitur* Act. 17. *Et Salomon* 3. Reg. 8. *dicebat ad Dominum*: Si enim Cœlum & Cœli cœlorum te capere non possunt, quantò magis domus hæc, quam ædificaui? sed respice ad orationem serui tui &c. *Templum inquam* non dicitur G domus Domini, quia ibi corporaliter inhabitet: sed quia locus est deputatus ad orandum Deum. Sicut aliquis dominus habet locum, vbi petitiones recipit, & exaudit: sic Templum est locus, vbi Dominus vota fidelium audit; *Lætificabo eos in domo orationis meæ*, Is. 56. Non quòd H locus sit de necessitate orationis, sed ad bene esse ejus: quia oratio requirit solitudinem, & quietem. *Hinc in veteri Testamento priùs Tabernaculum, postea Templum constructum est, tanquam locus ad orandum destinatus. Non enim propter Deum, sed propter homines, Templum in lege veteri ædificatum est, & nos in noua lege construimus. Siquidem* cultus Dei I duo respicit, scilicet Deum qui colitur, & homines colentes. Ipse igitur Deus, qui colitur, nullo corporali loco clauditur; vnde propter ipsum non oportuit speciale tabernaculum fieri aut templum. Sed homines ipsum colentes, corporales sunt: & propter eos oportuit speciale tabernaculum vel templum instrui ad cultum Dei propter duo. Primò quidem, vt ad hujusmodi locum conuenientes cum hac cogitatione, quòd deputaretur ad colendum Deum, cum majori reuerentia accederent. Secundò, vt per dispositionem talis templi vel tabernaculi significarentur aliqua pertinentia ad excellentiam diuinitatis, vel humanitatis Christi. *Ex quo* Ecclesia nostra L specialiter dicitur domus Dei: quia ibi habitat corporaliter in Sacramento Christus Deus, *Psal.* 147. Non fecit taliter omni nationi. *Vide Ecclesiæ sanctæ supra vetus Templum dignitatem! Et scito, quòd* non propter locum, gentem (*vt dicitur* 2. *Mach.* 5.) sed propter gentem, locum Deus elegit, *vt nimirùm sanctificarentur in Templo*: sanctitas *enim* loci M ordinatur ad sanctitatem hominis, qui in loco sacro cultum Deo exhibet. *Et soli quidem Deo Templum erigitur*. Nulli enim N Templum consecratur, nisi Deo; vnde & in *Psal.* 10. dicitur: *Dominus in Templo sancto suo*; & Psal. 25. *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ*. Non enim *ex Augustino* constituimus O Martyribus templa Sacerdotalia: quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Vnde Sacerdos non dicit: *Offero tibi sacrificium, Petre, vel Paule*: sed Deo de illorum victorijs gratias agimus, & nos ad imitationem eorum exhortamur. *Et ad hanc innuendam Dei colendi vnitatem, tabernaculum vnum in veteri lege exstructum est, vnumque deinceps Templum erectum: quamuis modò in noua lege plura Templa, siue Ecclesiæ construantur*. Ratio P vnitatis Templi, vel tabernaculi potest esse & literalis & figuralis. Literalis quidem est ratio ad exclusionem idololatriæ: quia Gentiles diuersis dijs diuersa Templa constituebant. Et ideò, vt firmaretur in animis hominum fides vni-

F *Matth* 5 *lit.* 6. *ibi*, mundo corde.

Templum vnde dicatur.

Quorsum fiat.

G *Matth.* 11. *lit.* a. *ibi*, domus.

Domus Dei quo sensu.

Locus non est de necessitate orationis, sed ad bene esse.

H 1 *Tim.* 2. *l.* 2 *ibi*, loco.

Non propter Deum, sed propter homines, Templũ.

I 1. 2. 102. 4. *ad* 1. *Matth. loco cit.*

Templum vetus propter duo.

L *Matth. loco cit.*

Ecclesiæ nostræ supra vetus Templum præeminentia.

Templum propter homines, non homines propter Templum.

M 2. 2. 99. 3. *f.*

Soli Deo consecratur.

N 4. *cont. Gent.* *c.* 17. *n.* 1.

O 1. 2. 85. 1. *ad* 3.

Ex quo vnum tabernaculum erat, vnumque Templum.

P 1. 2. 102. 4. *ad* 3. & 4.

tatis

tatis diuinæ, voluit Deus, vt in vno loco tantùm sibi sacrificium offerretur: & iterum, vt per hoc ostenderet, quòd corporalis cultus non propter se erat ei acceptus; & ideò compescebantur, ne passim & vbique sacrificia offerrent. Sed cultus nouæ legis, in cujus sacrificio spiritualis gratia continetur, est secundùm se Deo acceptus: & ideò multiplicatio altarium & Templorum acceptatur in noua lege. Quantùm verò ad ea, quæ pertinebant ad spiritualem cultum Dei, qui consistit in doctrina legis & prophetarum, erant etiam in veteri lege diuersa loca deputata, in quibus conueniebant ad laudem Dei, quæ dicebantur Synagogæ: sicut & nunc dicuntur Ecclesiæ, in quibus populus Christianus ad laudem Dei congregatur. Et sic Ecclesia nostra succedit in locum & Templi & Synagogæ: quia ipsum Sacrificium Ecclesiæ spirituale est; vnde non distinguitur apud nos locus sacrificij à loco doctrinæ. Ratio autem figuralis esse potest: quia per hoc significabatur vnitas Ecclesiæ vel militantis, vel triumphantis.

Cur plura in lege noua.

Ecclesia nostra & Templo succedit & Synagogæ.

q *Quæ quidem Ecclesia (vt vidimus) vnum mysticè corpus est, & illius vnum Caput Christus. Cujus præextitit figura altare vnum, de quo habemus, quòd* Dominus Q præcepit altare construi ad sacrificia & munera offerenda in honorem Dei, & sustentationem ministrorum, qui tabernaculo deseruiebant. De constructione autem altaris datur à Domino duplex præceptum: vnum quidem in principio legis *Exod.* 20. vbi Dominus mandauit, quòd facerent altare excelsum, ad quod oporteret per gradus ascendere: & hoc ad detestandum idololatriæ cultum. Gentiles enim idolis construebant altaria ornata & sublimia, in quibus credebant aliquid sanctitatis & numinis esse. Propter quod & Dominus mandauit Deut. 16. *Non plantabis lucum, & omnem arborem juxta altare Domini Dei tui.* Idololatræ enim consueuerunt sub arboribus sacrificare propter amœnitatem & vmbrositatem. Quorum etiam præceptorum ratio figuralis fuit: quia in Christo, qui est nostrum altare, debemus confiteri veram carnis naturam quantùm ad humanitatem, quod est, altare de terra facere: & quantùm ad diuinitatem, debemus in eo confiteri Patris æqualitatem, quod est, non ascendere per gradus ad altare. Nec etiam juxta Christum debemus admittere doctrinam Gentilium ad lasciuiam prouocantem. Sed facto tabernaculo ad honorem Dei, non erant timendæ hujusmodi occasiones idololatriæ: & ideò Dominus mandauit (Exod. 27. & 30. *Facies & altare de lignis Setim &c.*) quòd fieret altare holocaustorum de ære, quod esset omni populo conspicuum, & altare thymiamatis de auro, quod soli Sacerdotes videbant. Nec erat tanta pretiositas æris, vt per hujus copiam populus ad idololatriam prouocaretur. Sed quia *Exod.* 20. ponitur pro ratione hujus præcepti: *Non ascendes per gradus ad altare meum,* id, quod subditur: *Ne reueletur turpitudo tua;* considerandum est, quòd hoc etiam fuit institutum ad excludendam idololatriam. Nam in sacris Priapi sua pudenda Gentiles populo denudabant: postmodum autem indictus est Sacerdotibus feminalium vsus ad tegmen pudendorum; & ideò sine periculo institui poterat tanta altaris altitudo, vt per aliquos gradus ligneos non stantes, sed portatiles, in hora sacrificij Sacerdotes ad altare ascenderent, sacrificia offerentes. *Sed & alibi pluries docemur, quòd* per altare R significatur Christus, in quo & per quem Deo Patri offerre debemus quicquid boni agimus: & per ipsum est acceptabile quicquid Deo est gratum. *Ceterùm in noua lege non debent altaria consecrari, si ex lapide non sunt constructa:* Legitur S enim *de Consecr. d. 1. cap.* Altaris: *Altaria, si non sint lapidea, chrismatis vnctione non consecrentur.* Quod quidem competit & significationi Sacramenti Eucharistiæ, tum quia altare significat Christum, dicitur enim 1. Cor. 10. *Petra autem erat Christus:* tum etiam, quia corpus Christi in sepulchro lapideo fuit reconditum. Competit etiam quoad vsum ejusdem Sacramenti: lapis enim & solidus est, & de facili potest inueniri vbique: quod non erat necessarium in veteri lege, vbi fiebat in vno loco altare. *Et quidem* Beatus T Siluester instituit, quòd altare de cætero nonnisi lapideum esset. Sed ante tempus Siluestri, propter persecutionem, non erat fidelibus certus locus ad manendum: & ideò habebant altare ligneum, quod facilè transferretur. *Sicut & modò in quibusdam casibus ab Ecclesia cum aliquibus dispensatur, vt ligneo & portatili altari in sacrificijs vtantur. Quò facit illud, quod legitur* Exod. 25. *de Propitiatorio.* Arca enim V sita erat inter duos Cherubim, qui se mutuis vultibus respiciebant: & super arcam erat quædam tabula lapidea, quæ dicebatur *Propitiatorium*, super alas Cherubim, quasi ab ipsis Cherubim portaretur, ac si imaginaretur, quòd illa tabula esset sedes Dei. Vnde & *Propitiatorium* dicebatur, quasi exinde populo propitiaretur ad preces Summi Sacerdotis. Et ideò quasi portabatur à Cherubim, quasi Deo obsequentibus. Arca verò testamenti erat tanquam scabellum sedentis supra *Propitiatorium*. Et ideò Christus (*post multa*) significatur per *Propitiatorium*: quia *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris*, vt dicitur 1. Ioann. 2. Et conuenienter hoc *Propitiatorium* à Cherubim portatur: quia de eo scriptum est: *Adorent eum omnes Angeli Dei*, vt dicitur Hebr. 1. *Ex quo in qualibet Ecclesia (Arca enim & Ecclesiam signat, in qua Christus quiescit, quasi* supra sedem sedens, *Apoc.* 4. scilicet X Christus, qui sedet in Ecclesia quiescens: *) loco statuitur eminenti Crucifixus, qui &* Propitiatorium *nuncupatur*, *Rom.* 3. Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius. *Vbi Author:* In cujus Y figura *Exod.* 25. mandatur, quòd fiat Propitiatorium; idest, quòd Christus ponatur super arcam; idest, Ecclesiam. *Sed & altare dicitur Crux sacrosancta. Vnde docemur, quòd* sicut celebratio Z Sacramenti Eucharistiæ est imago repræsentatiua passionis Christi: ita altare est repræsentatiuum Crucis ipsius, in qua Christus in propria specie immolatus est. *Ex quo inhibitum est, Missæ sacrificium sine Crucifixo celebrari. Quod & mysticè innuitur Apoc. 8. cum dicitur:* Et alius Angelus stetit ante altare &c. *Angelus*, idest A Christus, qui dicitur *Angelus*, quia missus à Patre in Mundum. Et dicitur *alius* ab alijs præmissis, quia altior & major eis dignitate. *Stetit ante altare;* idest, paratus fuit se immolare in Cruce, quæ est altare, in quo oblatus est Deo Patri sacrificium nostræ redemptionis, scilicet ipse Deus homo. *Altare inquam dicitur sancta Crux: cujus Templum totus factus est Mundus.* Christus enim (*inquit Leo Papa*) extra castra crucifixus est, vt Crux Christi non Templi esset ara, sed Mundi. *Et sic Templi & Altaris, ad præsentiam figurati, figura cessante:* Sicut (*inquit Author*) dispensatione B diuina factum est, vt Ioannes Christo baptizante non diu baptizaret & prædicaret, ne ex hoc fieret schisma in populo (quanquam hoc ei aliquo tempore permissum fuerit, ne reprobandus videretur:) sic etiam dispensatione factum est, vt post prædicationem fidei & conuersionem fidelium, Templum totaliter destrueretur: vt videlicet tota deuotio & spes fidelium traheretur ad Christum. *Quod adhuc Iudæis, super quorum cor velamen positum est (vt dicitur 2. Cor. 3.) nondum illuxit.*

Altaris constructionis & ... & de ea præcepta.
Q *Ibid. ad 7. & 3 p. q. 3. ad 5. In 4. d. 13. a. 2. q. 5. ad 8.*

Ratio figuralis horum.

Turpia Priapi sacrificia.
R *Apoc. 6. com. 2. & 2. ibi*, subtus altare. *& cap. 8. ibi*, super altare. *& cap. 11. ibi*, & altare, *vtroque com. & Ps. 25. lit. d. & 3. p. 83. 3. ad 2. & 4. & a. 3. ad 2. fi.*

Altare mysticè Christus.

In noua lege altare non lapideum minimè consecratur.
S *3. p. 83. 3. ad 5. In 4. d. 13. 1. 2. q. 5. ad 2.*

Ex Decreto Siluestri Pontificis.

T *In 4. loc. cit.*
Ligneo nonnisi in casu vtendum, sicut tempore persecutionis vtebatur Ecclesia.

V *1. 2. 102. 4. ad 6.*

Propitiatorium super Arcam quid.

Christi figura.

X *Apoc. 4. com. 1. & 2. ibi.*

Y *Rom. 3. l. 3. ibi, & 1. Io. 2. ibi*, propitiatio.

Altare, figura Crucis.
Z *3. p. 83. 1. ad 2.*

A *Apoc. 8. com. 1. ibi.*

B *Io. 3. l. 4. lit. b. fi.*

r *Quoniam verò in Templo & in Ecclesia nouæ legis Sacrificium sacrificiorum, sacro-sanctæ nempe Eucharistiæ, celebratur; &, vt præinnuimus,* ibi habitat corporaliter Christus Deus: *potiori jure tum Templum tum Altare consecrantur, & sanctificantur.*

Templum & Altare consecranda.

Nam

Digitized by Google

C 3. p. 83. 3. ad 2. In 4. d. 13. 1. 2. q. 3. c.

Et conuenienter.

Nam domus C in qua hoc sacramentum celebratur (*sicut ea, in qua Christus hoc sacramentum primò instituit*) Ecclesiam significat, sicut & Ecclesia nominatur. Quæ conuenienter consecratur: tum ad repræsentandam sanctificationem, quam Ecclesia consecuta est per passionem Christi: tum etiam ad significandam sanctitatem, quæ requiritur in ijs, qui hoc sacramentum suscipere debent. Per altare autem significatur ipse Christus, de quo dicit Apostolus Hebr. vlt. *Per ipsum offerimus hostiam laudis Deo*. Vnde & consecratio altaris significat sanctitatem Christi, de qua dicitur Luc. 1. *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei*. Vnde *de Consecr. d.1.* cap. *Altaria*, dicitur: *Altaria placuit non solùm vnctione chrismatis, sed etiam Sacerdotali benedictione sacrari*. Et ideò regulariter non licet celebrare hoc sacramentum, nisi in domibus consecratis. Vnde *de Consecr. d.1.cap. Nullus Præsbyter*, dicitur: *Nullus Præsbyter Missas celebrare præsumat, nisi in consecratis ab Episcopo locis*. Propter necessitatem tamen potest hoc Sacramentum peragi in domibus non consecratis, vel violatis: sed tamen de consensu Episcopi. Vnde *in ead. dist.* cap. *Missarum*, legitur: *Missarum solemnia non vbique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda esse censemus*. Non tamen sine altari portatili consecrato. Vnde *in ead. dist.* cap. *Concedimus*, legitur: *Concedimus, si Ecclesiæ fuerint incensæ, vel combustæ, in Capellis cum tabula consecrata, Missas iterum celebrari*. Quia enim sanctitas Christi fons est totius Ecclesiæ sanctitatis: ideò in necessitate sufficit, ad peragendum hoc sacramentum, altare sanctificatum. Propter quod etiam nunquam Ecclesia sine altari consecratur: tamen sine Ecclesia quandoque consecratur altare cum reliquijs Sanctorum: *quorum vita abscondita est cum Christo in Deo*, vt dicitur Coloss. 3. *Verumtamen* Ecclesia D & altare, & alia hujusmodi inanimata, consecrantur: non quia sint gratiæ susceptiua; sed quia ex consecratione adipiscuntur quandam spiritualem virtutem, per quam apta redduntur diuino cultui, vt scilicet homines deuotionem quandam exinde percipiant, vt sint paratiores ad diuina, nisi hoc propter irreuerentiam impediatur. Vnde & 2. *Mach.* 3. dicitur, quòd *in loco est verè Dei quædam virtus: nam Ipse, qui habet in Cœlis habitationem, visitator & adjutor est loci illius*. Et inde est, quòd hujusmodi ante consecrationem emundantur & exorcizantur, vt exinde virtus inimici pellatur. Et eadem ratione Ecclesiæ, quæ sanguinis efusione, aut cujuscunque semine pollutæ fuerint, reconciliantur: quia per peccatum ibi commissum apparet ibi aliqua operatio inimici. Vnde & quidam probabiliter dicunt, quòd per ingressum Ecclesiæ consecratæ homo consequitur remissionem peccatorum venialium, sicut & per aspersionem aquæ benedictæ: inducentes illud, quod in Psal. 84. dicitur: *Benedixisti Domine terram tuam: remisisti iniquitatem plebis tuæ*. Et ideò propter virtutem, quæ ex consecratione Ecclesiæ acquiritur, consecratio Ecclesiæ non iteratur. *De qua Templi consecratione & dedicatione mentio fit Ioan.* 10. Facta sunt Encænia in Ierosolymis. *Vbi Author*: Encænia *ex Augustino* festiuitas E erat dedicationis in Ecclesijs. *Cænos* enim græcè idem est, quod *nouum* latinè. Vnde *Encænia* idem est, quod *innouatio*: quo fit, vt etiam communi vsu loquendi, quando aliquid alicui vsui dedicatur, dicatur encæniari, idest innouari. *Facta sunt* ergo *Encænia in Ierosolymis*; idest, festum & memoria Dedicationis Templi. Nam quando de nouo aliquam Ecclesiam diuino cultui dedicamus, agitur festum consecrationis ejusdem, & eadem die singulis annis in memoriam ipsius. Hoc modo Iudæi singulis annis *Encænia* faciebant; idest, memoriam dedicationis Templi. *Sicut & modò facit rationabiliùs Ecclesia*.

(Margin notes, left column: Consecratio Altaris signat Christi sanctitatem. — Ipsius & Templi consecratio, an necessaria ad celebrandum. — Consecrationis Ecclesiæ quis effectus. D 3. p. loco cit. ad 3. — Per ingressum Ecclesiæ consecratæ remittuntur venialia. — E Ioan. 10. l. 5. lit. b. & 1. Mach. 4. — Encænia quid. — Festum Dedicationis Templi.)

Cultus Dei, fidei est protestatio.

F In 4. d. 13. 1. 1. ad 4. & 1. 2. 100. 4. ad 1 & 103. 4. c. & 2. 2. 94. 1. ad 1. & 97. 3. ad 1. & 100. 1. ad 1. & 101. 3. ad 1. G 1. 2. 101. 2. c.

Cultus duplex, interior & exterior.

Interior in quo consistat.

§ *Consecratur igitur Templum specialiter ad colendum Deum*. Cultus *autem* Dei F est quædam fidei protestatio. *Hujusmodi verò* Dei cultus G duplex est, interior scilicet & exterior. Cum enim homo sit compositus ex anima & corpore, vtrunque debet applicari ad colendum Deum, vt scilicet anima colat interiori cultu, & corpus exteriori; vnde dicitur in Psalm. 83. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum*: & sicut corpus ordinatur in Deum per animam: ita cultus exterior ordinatur ad interiorem cultum. Consistit autem interior cultus in hoc, quòd anima conjungatur Deo per intellectum & affectum: & ideò secundùm quod diuersimodè intellectus, & affectus colentis Deum, Deo rectè conjungitur, secundùm hoc diuersimodè exteriores actus hominis ad cultum Dei applicantur. *Profectò* ordinatur H homo in Deum non solùm per interiores actus mentis, qui sunt credere, sperare, & amare: sed etiam per quædam exteriora opera, quibus homo diuinam seruitutem profitetur. Et ista opera dicuntur ad cultum Dei pertinere. Qui quidem cultus *cæremonia* vocatur, quasi *munia*, idest dona, *Cereris*: quæ dicebatur Dea frugum, eoquòd prima ex frugibus oblationes Deo offerebantur. Siue, vt *Maximus Valerius* refert, nomen *cæremoniæ* introductum est ad significandum cultum diuinum apud Latinos à quodam oppido juxta Romam, quod *Cæres* vocabatur: eoquòd Roma capta à Gallis, illic sacra Romanorum oblata sunt, & reuerendissimè habita. *Igitur* omnes I cæremoniæ sunt quædam protestationes fidei, in qua consistit interior Dei cultus. *Idcircò in veteri lege data sunt & præcepta cæremonialia; de quibus vide V.* Decalogus. *Illæ autem* cæremoniæ L legis ad duo ordinabantur: scilicet ad cultum Dei, & ad figurandum Christum. Quicunque autem colit Deum, oportet, quòd per aliqua determinata eum colat, quæ ad exteriorem cultum pertinent. Determinatio autem diuini cultus pertinet ad cæremonias: sicut etiam determinatio eorum, per quæ ordinamur ad proximum, pertinet ad præcepta judicialia. Et ideò sicut inter homines communiter erant aliqua judicialia, non tamen ex authoritate legis diuinæ instituta, sed ratione hominum ordinata: ita etiam erant quædam cæremoniæ; non quidem ex authoritate alicujus legis determinatæ, sed solùm secundùm voluntatem & deuotionem hominum Deum colentium. Sed quia etiam ante legem fuerunt quidam viri præcipui, prophetico spiritu pollentes, credendum est, quòd ea instinctu diuino, quasi ex quadam priuata lege, inducerentur ad aliquem certum modum colendi Deum, qui & conueniens esset interiori cultui, & etiam congrueret ad significandum Christi mysteria, quæ figurabantur etiam per alia eorum gesta, secundùm illud 1. Cor. 10. *Omnia in figura contingebant illis*. Fuerunt igitur ante legem quædam cæremoniæ; non tamen cæremoniæ legis: quia non erant per aliquam legislationem institutæ. *Cæterùm* secundùm diuersitatem M interioris cultus debuit diuersificari cultus exterior. Potest autem triplex status distingui interioris cultus. *Vnus* quidem, secundùm quem habetur fides & spes & de bonis cœlestibus, & de his per quæ in cœlestia introducimur: de vtrisque quidem, sicut de quibusdam futuris. Et talis fuit status fidei & spei in veteri lege. *Alius* autem est status interioris cultus, in quo habetur fides & spes de cœlestibus bonis, sicut de quibusdam futuris, scilicet de his, per quæ introducimur in cœlestia, sicut de præsentibus vel præteritis. Et iste est status nouæ legis. *Tertius* autem status est, in quo vtraque habentur vt præsentia, & nihil creditur vt absens, neque speratur vt futurum.

(Margin notes, right column: H 1. 2. 99. 3. c. & 9. 101. & 103. 3. c. & 104. 4. c. & 2. 2. 122. 1. ad 2. In 4. d. 1. exp. tex. — Exterior, Cæremonia dicitur, & vnde. — I 1. 2. 103. 4. in fine. c. — L 1. 2. 103. 1. c. & 3. p. 60. 5. ad 3. — Cæremoniæ veteris legis ad duo ordinabantur; & an essent aliquæ ante legem. — M 1. 2. 103. 3. c. & 9. 101. 2. c. — Interioris cultus triplex status.)

Digitized by Google

turum. Et iste est status beatorum. Cæremoniæ primi status, per quas figurabatur & secundus & tertius, veniente secundo statu cessare debuerunt, & aliæ cæremoniæ induci, quæ conuenirent statui cultus diuini pro tempore illo, in quo bona cœlestia sunt futura; beneficia autem Dei, per quæ ad cœlestia introducimur, sunt præsentia. *Ex quibus deducitur, quòd* finis N diuini cultus est, vt homo Deo det gloriam, & ei se subjiciat mente & corpore. *Quod est verè Deum colere: at cultu speciali. Nam & colere* O dicimur homines, quos honorificatione, vel recordatione, vel præsentia frequentamus. Et etiam aliqua, quæ nobis subjecta sunt, coli à nobis dicuntur: sicut agricolæ dicuntur ex eo, quòd colunt agros; & incolæ dicuntur ex eo, quòd colunt loca, quæ inhabitant. Quia tamen specialis honor debetur Deo, tanquam primo omnium principio, etiam specialis ratio cultus ei debetur, quæ græco nomine vocatur *Eusebia*, vel *Theosebia*, vt patet per *Augustinum lib. 10. de Ciu. Dei*. Dei autem cultus, Religio P nominatur: quia hujusmodi actibus quodammodo homo se ligat, vt ab eo non euagetur: & quia etiam quodam naturali instinctu se obligatum sentit, vt Deo suo modo reuerentiam impendat, à quo est sui esse, & omnis boni principium.

N 2.2.93.2.c. & 3. con. G. c. 119. Diuini cultus finis. Coli & alia à Deo dicuntur: at Deus cultu speciali. O 2.2.81.1. ad 4. & 4.4.c. In 3. d. 9.1.1. q.1.c. Qui Theosebia dicitur, vel Eusebia. P 3. cont G. c. 119. In 3. loco cit. Dei cultus Religio dicitur.

1 *Est ergo Dei cultus Religio. Et si quidem nominis etymon spectare velimus*, Religio Q videtur dicta à relegendo ea, quæ sunt diuini cultus: quia hujusmodi sunt frequenter in corde reuoluenda, secundùm illud Prou. 3. *In omnibus vijs tuis cogita illum*. Quamuis etiam possit intelligi Religio ex hoc dicta, quòd Deum reeligere debemus, quem amiseramus negligentes; sicut *Augustinus* dicit 10. *de Ciu. Dei*. Vel potest intelligi Religio à religando dicta (*vt prætactum est*.) Vnde *Augustinus* dicit *in Lib.* de vera Relig. *Religet nos Religio vni omnipotenti Deo*. Siue autem Religio dicatur à frequenti relectione: siue ex iterata electione ejus, quod negligenter amissum est: siue dicatur à religatione: Religio propriè importat ordinem ad Deum. Ipse enim est, cui principaliter alligari debemus tanquam indeficienti principio: ad quem etiam nostra electio assiduè dirigi debet, sicut in vltimum finem: quem etiam negligenter amittimus, & credendo, & fidem protestando, reparare debemus. *Hinc* antonomasicè R Religiosi dicuntur illi, qui se totaliter mancipant diuino seruitio, quasi holocaustum Deo offerentes. *Proinde virtus sine dubio Religio est: nam* Virtus S est, quæ bonum facit habentem, & opus ejus bonum reddit. Manifestum est autem, quòd reddere debitum alicui, habet rationem boni, quia per hoc, quòd aliquis alteri debitum reddit, constituitur in proportione conuenienti respectu ipsius, quasi conuenienter ordinatus ad ipsum. Ordo autem, ad rationem boni pertinet, sicut & modus, & species, vt per *Augustinum* patet in lib. *de natura boni*. Cum ergo ad Religionem pertineat reddere honorem debitum alicui, scilicet Deo, manifestum est, quòd Religio est virtus. *Quoniam verò* Deus T non comparatur ad virtutem Religionis, sicut materia vel objectum, sed sicut finis: ideò Religio non est virtus theologica, cujus objectum est vltimus finis: sed est virtus moralis, cujus esse est circa ea, quæ sunt ad finem. *Verùm* nominatur V hæc virtus quatuor nominibus (*vt prætactum est:*) Dicitur enim *Pietas* quantùm ad effectum deuotionis: quod primum occurrit. Dicitur etiam *Theosebia*, idest diuinus cultus, vel *Eusebia*, idest bonus cultus, quantùm ad intentionem attentam: illud enim coli dicitur, cui studiosè intenditur, sicut ager, vel animus, vel quicquid aliud. Dicitur etiam *Latria*, idest seruitus, quantùm ad opera, quæ exhibentur in recognitionem dominij: quod Deo competit ex jure creationis. Dicitur etiam *Religio* quantùm ad determinationem operum, ad quæ homo se obligando in cultum Dei determinat. Quibus tamen nominibus vna & eadem virtus nominatur secundùm diuersa, quæ ad ipsam concurrunt. *Sanè Pietas propriè dicta, virtus est à Religione distincta*. Deus enim X longè excellentiori modo est principium essendi & gubernationis, quàm Pater, vel Patria. Et ideò alia virtus est Religio, quæ cultum Deo exhibet, à Pietate quæ cultum exhibet parentibus & Patriæ. Sed ea, quæ sunt creaturarum, per quandam superexcellentiam & causalitatem transferuntur in Deum, vt *Dionysius* dicit in lib. *de diu. Nom.* Vnde per excellentiam Pietas cultus Dei nominatur, sicut & Deus excellenter dicitur Pater noster. *Et hinc Religio cæteris moralibus virtutibus antefertur*. Ea enim quæ sunt Y ad finem, sortiuntur bonitatem ex ordine in finem: & ideò, quantò sunt fini propinquiora, tantò sunt meliora. Virtutes autem morales sunt circa ea, quæ ordinantur in Deum, sicut in finem. Religio autem magis de propinquo accedit ad Deum, quàm aliæ virtutes morales, in quantùm operatur ea, quæ directè & immediatè ordinantur in honorem diuinùm: & ideò Religio præminet inter alias virtutes morales. *Porrò* Religio Z habet duplices actus: quosdam quidem proprios & immediatos, quos elicit, per quos homo ordinatur ad solum Deum, sicut sacrificare, adorare, & hujusmodi: alios autem actus habet, quos producit mediantibus virtutibus, quibus imperat, ordinans eos ad diuinam reuerentiam: quia scilicet virtus, ad quam pertinet finis, imperat virtutibus, ad quas pertinent ea, quæ sunt ad finem. *Quo sensu dicitur Iac.* 1. Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hæc est: Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum &c. *Item* Religio A habet quidem interiores actus quasi principales & per se ad religionem pertinentes: exteriores verò actus, quasi secundarios, & ad interiores actus ordinatos.

Religionis etymon. Q 2.2. 81.1.c. Op. 70. q. 3. a. 2. c. R 2.2.186.1.c. Religio virtus. S 2.2.81.2.c. & 1.. 80.3. In 3. d.33.3.4. q. 1. T 2.2. l. c. a. 5. & c. At non theologica, sed moralis. V 3. d. 9.1.1. q.1.c. & 3 con. G. c. 119. Opusc. 70. q. 3. a. 2. c. Quatuor appellatur nominibus.

Pietas, virtus est à Religione distincta. X 2.2.101 3. ad 2. & 102. 3. ad 1. Religio cæteris virtutibus moralibus præfertur. Y 2.2.91.6.c. & 78. 6 c. & 183. 2. & 1. cont. G. c. 138. Quol. 6 a.11.c. Religionis duplices actus. Z 2.2.81.1 ad 1. & 85.3.c. & 186.1. ad 2. A 2.2.81.7. f. c. & 85.1 c. & 3. con. G. c. 119.

11 *Est autem præcipuus religionis actus Oratio* (*de qua suo loco, &* adoratio. Adoratio *enim* ordinatur B in reuerentiam ejus, qui adoratur. Manifestum est autem, quòd religionis proprium est, reuerentiam Deo exhibere; vnde adoratio, qua Deus adoratur, est religionis actus. *Quem quidem actum comitari sine dubio debet deuotio, actus itidem religionis. Nam* ad eandem C virtutem pertinet velle facere aliquid, & promptam voluntatem habere ad illud faciendum: quia vtriusque actus est idem objectum. Propter quod ex Philosopho in 5. Ethic. *Iustitia est, qua volunt homines, & operantur justa*. Manifestum est autem, quòd operari ea, quæ pertinent ad diuinum cultum, pertinet propriè ad religionem; vnde etiam ad eam pertinet habere promptam voluntatem ad hujusmodi exequenda: quod est esse deuotum: (*notent indeuotè adorantes:*) *Siquidem* deuoti D dicuntur, qui seipsos quodammodo Deo deuouent, vt ei se totaliter subdant. Propter quod & olim apud Gentiles deuoti dicebantur qui seipsos idolis deuouebant in mortem pro sui salute exercitus, sicut de duobus Decijs *Titus Liuius* narrat Dec. 1. Vnde deuotio nihil aliud esse videtur, quàm voluntas quædam promptè tradendi se ad ea, quæ pertinent ad Dei famulatum. *Vnde* Exod. 35. dicitur, *quòd* omnis multitudo filiorum Israel obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias Domino ad faciendum opus tabernaculi testimonij. *Et adeò quidem feruenter id agebant, quòd* jussit Moyses, præconis voce cantari: Nec vir nec mulier quidquam offerat vltra in opere Sanctuarij: *vt dicitur cap. 36. Discant modò fideles, ad offerendum Domino non reniti, sed promptè ac deuotè in Dei gloriam tribuere. Quoniam verò ex* Damasceno *lib. 4. fid. orthod. cap. 13.* Ex duplici E natura compositi sumus, intellectuali

Adoratio actus præcipuus Religionis. B 2.2.84.1.c. & 3. p.25.1.c. Quem deuotio comitatur. C 2.2. 82.2.c. & 83. 3. ad 1. & 104.3.ad 1. Quid deuotio. D Ibid. a. 1.c. Quinam deuoti. E 2.2.84. 2.c. & q.81.7. In 3. d. 9. 1. 3 q. 1. & 3. con Gent. cap. 119.

Digitized by Google

Duplex adoratio, interior, & exterior.

ctuali scilicet & sensibili: ideò duplicem adorationem Deo offerimus: scilicet spiritualem, quæ consistit in interiori mentis deuotione: & corporalem, quæ consistit in exteriori corporis humiliatione. Ipsa autem exterior adoratio fit propter interiorem, vt videlicet per signa humilitatis, quæ corporaliter exhibemus, excitetur noster affectus ad subijciendum se Deo. *Et quidem* adoratio F principaliter in interiori Dei reuerentia consistit: secundariò autem in quibusdam corporalibus humilitatis signis: sicut genuflectimus, nostram infirmitatem designantes in comparatione ad Deum: prosternimus autem nos, quasi profitentes, nos nihil esse ex nobis. *Item genua flectere* est G signum humilitatis propter duo. Primò quia qui genua flectit, quodammodo paruificat se, & subijcit se ei, cui genua flectit. Vnde per hujusmodi ostenditur recognitio propriæ fragilitatis & paruitatis. Secundò quia in genu est fortitudo corporis: quando ergo quis genua flectit, protestatur debilitatem suæ virtutis. *Et alibi*: Genuflexiones H & hujusmodi, non sunt per se accepta Deo: sed quia per hæc, tanquam per humilitatis signa, homo interiùs humiliatur: sicut eleuatio manus significat eleuationem cordis, *Thren.*3. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in Cœlos. *Sicut autem adoratio requirit actum corporalem, ita & locum determinatum; hoc est, Sacrum Templum, Ps.*137. Adorabo ad Templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. *Et quidem* in adoratione I principalior est interior deuotio mentis: secundarium autem est quod pertinet exteriùs ad corporalia signa. Mens autem interiùs apprehendit Deum, quasi non comprehensum aliquo loco: (*quo sensu dicebat Apostolus* 1. *Tim.* 2. Volo viros orare in omni loco:) sed corporalia signa, necesse est, quòd in determinato loco & situ sint. Et ideò determinatio loci non requiritur ad adorationem principaliter, quasi sit de necessitate ipsius, sed secundùm quandam decentiam, sicut & alia corporalia signa. *Neque huic aduersatur doctrinæ, quòd Christus* Io.4. *ea verba ad Samaritanam protulerit*: Venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem: *siquidem* Dominus L per illa verba prænunciat cessationem adorationis tam secundùm ritum Iudæorum adorantium in Ierusalem, quàm etiam secundùm ritum Samaritanorum adorantium in monte Garizim: vterque enim ritus cessauit, veniente spirituali Euangelij veritate, secundùm quam in omni loco sacrificatur, vt dicitur Malach.1. *Quod & de Oratione dicendum*: *de quo vide* M. *Verumtamen* determinatus N locus eligitur ad adorandum, non propter Deum, qui adoratur, quasi loco concludatur: sed propter ipsos adorantes; & hoc triplici ratione. *Primò* quidem propter loci consecrationem, ex qua spiritualem deuotionem concipiunt orantes, vt magis exaudiantur, sicut patet ex adoratione Salomonis 3. Reg. 8. *Secundò* propter sacra mysteria, & alia sanctitatis signa, quæ ibi continentur. *Tertiò* propter concursum multorum adorantium, ex quo fit oratio magis exaudibilis, secundùm illud *Matth.*18. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. *Neque ad Occidentem nos fideles adoramus, sed conuenienter ad Orientem. Etenim* adoratio O ad Occidentem fuit introducta in lege ad excludendam idololatriam: nam omnes Gentiles in reuerentiam Solis adorabant ad Orientem; vnde dicitur *Ezech.*8. quòd quidam *habebant dorsa contra Templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad Ortum Solis*. Vnde, ad hoc excludendum, Tabernaculum habebat Sancta Sanctorum ad Occidentem, vt versus Occidentem adorarent. Et ratio figuralis esse potest: quia totus status prioris Tabernaculi ordinabatur ad significandum mortem Christi, quæ figuratur per Occasum, *secundùm illud Psal.*67. Qui ascendit super Occasum, Dominus nomen illi. *Et quidem* ascendit Dominus super Occasum: *quia, vt dicitur Philip.* 2. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis: propter quod & Deus exaltauit illum &c. *Nos verò Christi fideles* secundùm quandam P decentiam adoramus versus Orientem. *Primò* quidem, propter diuinæ majestatis indicium, quod nobis manifestatur in motu Cœli, qui est ab Oriente. *Secundò* propter Paradisum in Oriente constitutum, vt legitur *Genes.*2. secundùm literam Septuaginta interpretum: quasi quæramus ad Paradisum redire. *Tertiò* propter Christum, qui est Lux Mundi, & *Oriens* nominatur *Zach.*6. *Et qui ascendit super Cœlum Cœli ad Orientem*, Psalm.67. Et ab Oriente etiam expectatur venturus, *secundùm illud Matth.*24. Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in Occidentem: ita erit & aduentus Filij hominis.

F 2.2. 84. 2. ad 2.

Exterior genuflexio & hujusmodi, signum est interioris humilitatis &c.

G Eph. 3. l. 4. ibi, genua.

H 1. Tim. 2. l. 2. ibi, manus.

An adoratio locum exigat determinatū.

I 2.2. 84. 3. c. & 1. Tim. 2. loco cit.

L 2.2. loco cit. ad 1. & 1. Tim. 2. l. c. & Io. 4. l. 2. lit. k.

M 1. Tim. 2. l. 2. ibi, loco.

Locus adorationis determinatur non propter Deū, sed propter adorantes, ex triplici ratione.

N 2.2. 84. 3. ad 2.

O 1.2. 102. 4. ad 5.

Cur in veteri lege ad Occidentem, in noua ad Orientem adoratio.

P 2.2. 84. 3. ad 3. In 3. d. 9. 1. 3. 3. 1. ad 3.

x *Verùm duplex distinguitur adoratio, latriæ videlicet, & duliæ.* Latria ex *Magist. Sent.* intelligitur Q seruitus, siue cultus, soli Creatori debitus: *Dulia creaturæ excellenti. Igitur soli Deo latriæ debetur adoratio. Nam* latria R profitetur seruitutem, quam debemus Deo, quia fecit nos; vnde debetur sibi latria, in quantùm Creator, secundùm quod ipse est finis, & origo prima nostri esse. Et hoc est, quod dicit *Glossa super illud Psal.*7. Domine Deus meus, in te speraui: *Deus per creationem, cui latria debetur*. Et quia ipse Creator est, in quantùm bonus, sapiens, & potens, & secundùm omnia hujusmodi: ideò ratione omnium debetur sibi latria, & non secundùm vnum horum tantùm. *Proinde*, quia Pater S & Filius, & Spiritus Sanctus sunt vnus Creator: ideò debetur eis vna latria, cùm Deo debeatur latria, in quantùm Creator. *Quoniam verò* in nobis T est triplex bonum, scilicet spirituale, corporale, & extrinsecum; & quia hæc omnia in nobis à Deo sunt: ideò secundùm omnia debemus Deo latriam exhibere. Et secundùm spiritum, exhibemus ei debitam dilectionem: secundùm corpus, prostrationes & cantus: secundùm exteriora autem, sacrificia, luminaria, & hujusmodi: quæ Deo non propter ejus indigentiam exhibemus, sed in recognitionem, quòd omnia ab ipso habemus: & sicut eum ex omnibus recognoscimus, ita etiam eum ex omnibus honoramus. *Hujus verò oppositum, est latriæ cultum, cui non debetur, scilicet creaturæ, exhibere, qui dicitur idololatria: de qua V.* Fides. *Et quamuis tam latria, quàm dulia, seruitutem importet: attamen distinctæ virtutes sunt. Et ratio adducitur: quia* vbi est V alia ratio debiti, ibi necesse est quòd sit alia virtus, quæ debitum reddat. Alia autem ratione debetur seruitus Deo, & homini: sicut & alia ratione dominium competit Deo, & homini. Nam Deus plenarium & principale dominium habet respectu totius & cujuslibet creaturæ, quæ totaliter ejus subijcitur potestati. Homo autem participat quandam similitudinem diuini dominij, secundùm quod habet particularem potestatem super aliquem hominem, vel super aliquam creaturam. Et ideò *dulia*, quæ debitam seruitutem exhibet homini dominanti, alia virtus est à *latria*, quæ exhibet debitam seruitutem diuino dominio. Et est quædam *obseruantiæ* species: quia per *obseruantiam* honoramus quascunque personas dignitate præcellentes: per *duliam* autem propriè sumptam serui dominos suos venerantur: *dulia* enim græcè *seruitus* dicitur. *Num verò adoratione latriæ tantùm, an vtràque adorandus sit Christus, siue diuinitas & humanitas ejus? Ad hujus notitiam præmittimus cum Authore, quòd* in eo X qui honoratur, duo possumus considerare: scilicet eum, cui honor exhibetur, & causam honoris. Propriè autem honor exhibetur toti rei subsistenti: non enim

Duplex adoratio, Latriæ, & Duliæ.

Q In 3. d. 9.

Latria soli Deo debetur.

R Ibid. q. 1. 1. q. 1. c. & 3. c. & G. c. 120.

S In 3. d. 9. 1. 3. q. 2. c.

Et vna tribus personis.

T Ibid. a. 3. q. 3. c. & exp tex.

Secundùm triplex bonum nostrū latriam Deo debemus.

Latria & Dulia virtutes distinctæ.

V 2.2. 103. 3. c. & q. 102. & 104. 4. ad 4. In 3. d. 9. 2. 1. c.

Quid obseruantia: & in quo distinguatur à dulia propriè sūpta.

Duo in eo, qui honoratur, cōsiderantur.

X 3. p. 25. 1. c. & 2. 2. 103. 3. In 3. d. 9. 1. 2. 2. 1. c.

Digitized by Google

Toti rei subsistenti honor propriè debetur, non parti.

enim dicimus, quòd manus hominis honoretur, sed quòd homo honoratur. Et, si quandoque contingat, quòd dicatur honorari manus, vel pes alicujus, hoc non dicitur ea ratione, quòd hujusmodi partes secundùm se honorentur: sed quia in istis partibus honoratur totum. Per quem etiam modum aliquis homo potest honorari in aliquo exteriori, putà in veste, aut in imagine, aut in nuncio. Causa autem honoris est id, ex quo ille, qui honoratur, habet aliquam excellentiam. Nam honor est reuerentia alicui exhibita propter sui excellentiam. Et ideò, si in vno homine sunt plures causæ honoris (putà prælatio, scientia, & virtus) erit quidem illius hominis vnus honor ex parte ejus, qui honoratur: plures tamen secundùm causas honoris: homo enim est qui honoratur & propter scientiam & propter virtutem. *Igitur ex præfatis* honor Y adorationis propriè debetur hypostasi subsistenti: tamen ratio honoris potest esse aliquid non subsistens, propter quod honoratur persona, cui illud inest. Adoratio ergo humanitatis Christi dupliciter potest intelligi. Vno modo, vt sit ejus, sicut rei adoratæ: & sic adorare carnem Christi, nihil est aliud, quàm adorare Verbum Dei incarnatum; sicut adorare vestem Regis, nihil est aliud, quàm adorare Regem vestitum. Et secundùm hoc adoratio humanitatis Christi est adoratio latriæ. Alio modo potest intelligi adoratio humanitatis Christi, quæ fit ratione humanitatis Christi perfectæ omni munere gratiarum: & sic adoratio humanitatis Christi non est adoratio latriæ, sed adoratio duliæ, ita scilicet quòd vna & eadem persona Christi adoretur adoratione latriæ propter suam diuinitatem, & adoratione duliæ propter perfectionem humanitatis. *Quo pacto & sacram hostiam, hoc est Christum in Eucharistia, adoramus. Quòd si hostia non consecrata exponeretur adoranda*, adorare eam Z oportet sub conditione, scilicet si est consecrata: non tamen oportet, quòd hæc conditio semper sit actu explicita; sed sufficit, quòd habitu quis teneat illam. Vnde non peccat adorans eam, quia non adorat puram creaturam, sed Christum secundùm intentionem suam. Sacerdos autem (*qui non consecrauit*) quantùm in se est, facit populum idololatrare, quia offert ei puram creaturam ad adorandum. *Et eadem quidem adoratione, qua Christus, ejus quoque adoranda imago est*. Nam imago A potest dupliciter considerari: vel secundùm quod est res quædam; & sic nullus honor ei debetur, sicut nec lapidi, vel ligno: vel secundùm quod est imago. Et quia idem motus est in imaginem in quantùm est imago, & in imaginatum; ideò vnus honor debetur imagini, & ei, cujus est imago. Et ideò cum Christus adoretur latria, similiter & ejus imago. *Cæterùm* ipsi B vero Deo, cum sit incorporeus, nulla imago corporalis poterat poni: quia, vt *Damascenus* dicit: *Insipientiæ summæ est, & impietatis, figurare quod est diuinum*. Sed quia in nouo testamento Deus factus est homo, potest in sua imagine corporali adorari. *Verùm quod diximus de humanitate Christi (per intellectum scilicet à diuinitate separata) adoranda adoratione duliæ, de dulia intellige, specie à dulia, qua cæteræ honorantur creaturæ, distincta*: quæ hyperdulia *dicitur*. Habitus *enim* diuersificantur C per actus, & actus per objecta: vnde vbi inuenitur diuersa ratio objecti, oportet, quòd sint actus & habitus specie differentes. Cum ergo honor debeatur alicui ratione excellentiæ, quam habet; & non sit ejusdem rationis excellentia in diuersis: ideò oportet, quòd sit alia ratio honoris, & alia virtutis secundùm speciem, quæ diuersos honores exhibet: non enim idem honor debetur patri, regi, & magistro, & sic de alijs, vt dicitur *in* 10. *Ethic.* Inter omnes autem alias rationes excellentiæ, illa est præcipua, qua creatura honoratur ratione vnionis ad Creatorem, sicut humanitas Christi, & quæ ad ipsam pertinent. Et ideò speciali nomine *hyperdulia* nominatur, quasi *super duliam* ad latriam accedens. *Et hoc est, quod ait Author*: Humanitas D Christi vel latria vel hyperdulia adoratur: & similiter ea, quæ ad humanitatem Christi referuntur, vt Crux, vestis, & hujusmodi. (*At de Cruce vide fusiùs V.* Crux.)

Causa honoris quæ. Honor quid.

Y 3. p. loc. a. 2. c. Ps. 40. s. In 3. loco cit. Ad Gal. 4. l. 4. init. Christus quali adoratione adorandus.

Qualiter hostia sacra. Quid, si non esset consecrata.

Z 3. d. 9. 1. 2. q. 6. ad 2. & 2. 2. 1. 3. ad 4. & Quol. 5. a. 24. c.

Imago Christi, sicut Christus, adoranda.

A 3. d. 9. 1. 2. q. 2. c. & 3. p. 25. 3. c.

B 3. p. 25. 3. ad 1. In 3. loco cit. ad 1.

Hyperdulia quid.

C 3. d. 9. 2. 2. c. & 2. 2. 103. 4. ad 2. & 3. p. 25. 2. ad 1.

y *Eadem autem ratione & Virgo adoratur Deipara: non latriâ, quia creatura; nec simplici dulia, sed hyperdulia*: quia *nimirùm* non solùm E honoratur ratione sui, sed etiam ratione Filij, vt Mater Dei; & ideò, in quantùm pertinet ad Christum, honoratur hyperdulia. *Quæ quidem* hyperdulia F est potissima species duliæ communiter sumptæ: maxima enim reuerentia debetur homini ex affinitate, quam habet ad Deum, *quali gaudet Virgo Deipara. Ex his deducitur, quòd beatis Angelis, & Sanctis hominibus, duliæ adoratio, tanquam excellentibus creaturis debetur: non latriæ, quæ soli Deo*. Deo *enim* debetur G reuerentia propter ejus excellentiam, quæ aliquibus creaturis communicatur, non secundùm æqualitatem, sed secundùm quandam participationem. Et ideò alia veneratione veneramur Deum, quod pertinet ad latriam: & alia veneratione quasdam excellentes creaturas, quod pertinet ad duliam. Et quia ea, quæ exteriùs aguntur, signa sunt interioris reuerentiæ, quædam exteriora ad reuerentiam pertinentia exhibentur excellentibus creaturis, inter quæ maximum est adoratio: sed aliquid est, quod soli Deo exhibetur, scilicet sacrificium. Secundùm reuerentiam ergo, quæ creaturæ excellenti debetur, Nathan adorauit Dauid. Secundùm autem reuerentiam, quæ debetur Deo, Mardochæus noluit adorare Aman, timens, ne honorem Dei transferret ad hominem, vt dicitur *Esth.* 3. Et similiter secundùm reuerentiam debitam creaturæ excellenti Abraham adorauit Angelos, & etiam Iosue, vt legitur *Ios.* 5. (quamuis possit intelligi, quòd adorauerit adoratione latriæ Deum, qui in persona Angeli apparebat, & loquebatur.) Secundùm autem reuerentiam, quæ debetur Deo, prohibitus est Ioannes Angelum adorare *Apoc. vlt.* tum ad ostendendum dignitatem hominis, quam adeptus est per Christum, vt Angelis æquetur; vnde ibi subditur: *Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum*: tum etiam ad excludendum idololatriæ occasionem; vnde subditur: *Deum adora*. Non *ita* potest H diabolus, in specie Christi apparens, sine peccato adorari, nisi sit conditio actu explicita: non enim sufficit solo habitu (*sicut de hostia exposita præmissum est*) quia ipsa nouitas rei insolitæ, considerationem & attentionem requirit: sicut dicitur de Beata Virgine, quòd *cogitabat qualis esset illa salutatio*, Luc. 1. *Et hac eadem adoratione duliæ, Sanctorum corpora sacrasque reliquias sine errore colimus & adoramus*. *Etenim* Sanctos Dei I in veneratione habere debemus, tanquam membra Christi, Dei filios, & amicos, & nostros intercessores. Et ideò eorum reliquias qualescunque honore congruo in eorum memoriam venerari debemus, & præcipuè eorum corpora, quæ fuerunt templa & organa Spiritus Sancti in eis habitantis, & operantis, & sunt corpori Christi configuranda per gloriosam resurrectionem. Vnde & ipse Deus hujusmodi reliquias conuenienter honorat, in eorum præsentiam miracula faciendo. *Et quidem* corpus illud L insensibile, non adoramus propter seipsum, sed propter animam, quæ fuit ei vnita, quæ nunc fruitur Deo: & propter Deum, cujus fuerunt ministri. *Et quamuis* corpus M mortui alicujus Sancti non est idem numero, quod primò fuit, dum viueret, propter diuersitatem formæ, quæ est anima: est tamen idem identitate materiæ, quæ est iterum suæ formæ vnienda.

D 3. d. 9. 1. 2. q. 4. ad 1. & 3. p. 25. 2. ad 1.

B. M. V. adoranda adoratione hyperduliæ.

E In 3. loc. cit. a. 2. q. 3. c. & 3. p. 1. c. a. 5.

F 2. 2. 103. 4. ad 2.

G 2. 2. 84. 1. ad 1. & 1. 1. 3. c. & in 3. d. 9. 1. 2. q. 3. c. & q. 6. ad 1.

Sicut Deo latria, ita creaturis excellentibus, vt Angelis & Sanctis, debetur dulia.

Sacrificium soli Deo.

H In 3. loc. cit. a. 2. q. 6. ad 3.

I 3. p. 25. 6. c. & 2. 2. 96. 4. ad 3.

Duliæ adoratione sanctorum corpora & reliquias adoramus.

L Ibid. ad 2.

M Ibid. ad 3.

Digitized by Google

Error Vigilantij.

N Ibid. ad 1.

da. *Nec tandem ita colentes, cum impio* Vigilantio *conuenimus, quasi Gentilium ritus obseruantes, qui honorem mortuis hominibus impendebant.* Contra N quem *immò* Hieronymus dicit in Epist. ad Riparium: *Nos, non dico Martyrum reliquias, sed nec Solem, nec Lunam, nec Angelos, adoramus,* scilicet adoratione latriæ: *honoramus autem reliquias Martyrum, vt eum, cujus sunt Martyres, adoremus: honoramus seruos, vt honor seruorum redundet ad Dominum.* Sic ergo, honorando reliquias Sanctorum, non incidimus in errorem Gentilium, qui cultum latriæ hominibus exhibebant. *Quocirca ex glossa* notandum O quòd ab aduentu Æneæ consueuerunt in Italia imagines hominum coli, putà Iouis, Herculis & similium. Sed tempore Cæsaris Augusti, deuicta Ægypto, eorum cultum Romani assumpserunt: qui imagines animalium colebant propter figuras animalium, quæ notantur in Cœlo, quibus Ægyptij, tanquam astrologiæ dediti, cultum diuinitatis impendebant.

O Rom. 1. l. 7. ibi serpentum. Quandonam cœperint in Italia imagines coli.

Sanctorum & ipsæ imagines licitè & conuenienter adorantur.

P 3. d. 9. 1. 2. q. 2. ad 3. & 3. p. 25. 3. ad 4. Vsus imaginũ ex Apostolica traditione. Abagaro Regi sua à Christo imago transmissa.

2 *Nos verò & sacras Sanctorum imagines, contra impios Iconoclastas, pia veneratione adoramus: vti de Christi imagine (quamuis alia adoratione colenda) dictum est. Et licèt in Sacris Scripturis id expressè non habeatur: attamen* Apostoli P multa tradiderunt, quæ scripta non sunt in Canone: inter quæ vnum est de vsu imaginum. Vnde *Damascenus* dicit, quòd Lucas depinxit imaginem Christi, & Beatæ Virginis: & Christus suam imaginem *Abagaro* Regi direxit, vt dicitur in Ecclesiastica historia; (*Regi inquam Edessenorum: quam quidem, deterso sibi vultu, sudario impressam transmisisse fertur: de quo vide fusiùs apud* Rugerium *Opusc.* de Verbo Dei tradito *cap.9. Et hæc Genuæ asseruari dicitur in Ecclesia S. Bartholomæi. Romæ itidem singulari veneratione colitur altera Christi imago, quam* Veronicæ *traditam legimus, sacra facie linteo relicta.*) Fuit autem triplex ratio institutionis imaginum in Ecclesia. *Primò* ad instructionem rudium, qui eis quasi quibusdam libris edocentur. *Secundò*, vt incarnationis mysterium, & Sanctorum exempla magis in memoria essent: dum quotidie oculis repræsentantur. *Tertiò* ad excitandum deuotionis affectum, qui ex visis efficaciùs incitatur, quàm ex auditis. *Profectò* neque Q in veteris legis tabernaculo, seu Templo, neque etiam nunc imagines in Ecclesia instituuntur, vt eis cultus latriæ exhibeatur: sed ad quandam significationem, vt per hujusmodi imagines mentibus hominum imprimatur, & confirmetur fides de excellentia Angelorum, & Sanctorum. Secus autem est de imagine Christi, cui ratione diuinitatis latria debetur, *vt dictum est. Ratio autem potissima adducitur: quia*, sicut R Philosophus dicit *in lib. de mem. & remin.* duplex est motus animæ in imaginem. Vnus quidem in ipsam imaginem, secundùm quod res quædam est: alio modo in imaginem, in quantùm est imago alterius. Et inter hos duos motus est hæc differentia: quia primus motus, quo quis mouetur in imaginem, vt est res quædam, est alius à motu, qui est in rem: secundus autem motus, qui est in imaginem, in quantùm est imago, est vnus & idem cum illo, qui est in rem. Sic ergo dicendum est, quòd imagini (*tum* Christi *Domini*, *tum aliorum Sanctorum respectiuè*) in quantùm est res quædam, putà lignum sculptum, vel pictum, nulla reuerentia exhibetur: quia reuerentia nonnisi rationali naturæ debetur. Relinquitur ergo, quòd exhibeatur ei reuerentia solùm in quantùm est imago. *Bene autem dicit*: sculptum vel pictum: *Quia vtrumque sub eadem ratione imago est: & miror, cur aliqui, Judæorum more in pura sistentes litera, quæ occidit*: Non facies tibi sculptile (*Exod.20. & Deut.5.*) *pictarum cultum imaginum admittant, sculptarum autem detestentur, quasi ad has idololatria sit, non ad illas: cum tamen in eodem præcepto subijciatur*: nec similitudinem omnium, quæ in Cœlo sunt, & quæ in terra &c. *In picturis autem, non minùs quàm in sculptilibus,* similitudo *alicujus exprimitur: ex quo & vtrobique ratio imaginis elucescit. Aut igitur vtrumque, aut neutrum, idololatriæ scelus est. Sanè in veteri lege* non prohibetur S illo præcepto facere quamcunque sculpturam, vel similitudinem, sed facere adorandam; vnde subdit: *Non adorabis ea, neque coles.* Et quia idem est motus in imaginem & in rem, eo modo prohibetur adoratio imaginis, quo prohibetur adoratio rei, cujus imago est. Vnde ibi intelligitur prohiberi adoratio imaginum, quas Gentiles faciebant in venerationem deorum suorum, idest dæmonum. Quidam enim eorum adorabant imagines, vt res quasdam, credentes in eis esse aliquod numen, propter responsa, quæ dæmones in eis dabant, & alios hujusmodi effectus mirabiles. Secundò propter res, quarum erant imagines: statuebant enim hujusmodi imagines aliquibus creaturis, quas in eis venerabantur latriæ veneratione. Nos autem adoramus adoratione latriæ imaginem Christi, qui est verus Deus (*sicut & Sanctorum, adoratione duliæ*) non propter ipsam imaginem, sed propter rem, cujus imago est. *Quo sensu dicitur Hebr.* 11. Fide Iacob, moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit: & adorauit fastigium virgæ ejus. *Videlicet*, adorauit T non ipsam virgam, nec Ioseph (vt quidam malè putauerunt) sed ipsum Deum innixum ad cacumen, vel super fastigium virgæ ejus. Vel *adorauit fastigium virgæ ejus*; idest, Christum significatum per virgam illam: sicut & nos adoramus Crucifixum, & Crucem ratione Christi passi in ipsa. Vnde propriè non adoramus Crucem, sed Christum in ipsa crucifixum. *Igitur* facere V sculptile, vel similitudinem, non est prohibitum, nisi secundùm hoc, vt non colantur pro dijs: nam in Tabernaculo Deus præcepit fieri imaginem Seraphim (vel Cherubim) vt dicitur *Exod.25. Et Cherubim alios exculpi jussit Salomon in Templo Domini, vt habetur* 3. Reg.6. *Ex quo adorare vetamur imaginem, vt inanimum quid & insensibile; quod est impium: (esset enim idololatriæ cultus, idest, ligneo aut lapideo idolo latriæ venerationem exhibere:) non verò, vt est alterius imago, venerando scilicet & adorando imaginatum: quod pium est. Eodem siquidem motu in vtrumque ferimur, vt præmisimus. Non secus ab regio quoque Legato sui exponitur Principis imago sub baldachino, vt Principi deferatur veneratio, cujus ea imago est, non telæ depictæ. Acutissimè rem hanc exponit Mag.* Pencini *noster Genes.* 47. *ad fi. cap. exemplo verbi, hominem menti nostræ repræsentantis.* Intelligimus enim (*inquit*) propriè hominem in verbo, non verbum ipsum: itaque verbum est, quo intelligimus, non quod intelligimus. Sic in imagine imaginatum adoramus, non ipsam imaginem: quæ vt quod terminare non potest adorationem. Dicitur tamen absolutè adorari imago, sicut absolutè intelligere dicimur verbum hominis. *Et ad* Exod.c.20.num.3. *quòd idem sit motus in imaginem & in imaginatum, manifesto probat exemplo*: Sicut, *inquit*, cum phantasiamur de hoste, idem est motus odij, quo ferimur in hostem, & in idolum hostis, quod in phantasia præextat; nec vllus dicet nos odio seorsim habere erroneè ac stultè phantasma illud, aut illud esse superfluum: (non enim odimus accidens illud intentionale, cum tamen non sine illo, sed in illo, & per illud, hosti succenseamus;) Sic in exteriori imaginum sacrarum cultu & vsu, quæcunque fideli ritu aguntur, non fiunt sejuncta mente, sed vnica simplicissima latione, qua simul vnà colimus ideatum, ac ideam, in qua ideatum videmus. Cur ergo nos calumniantur, si agimus externè quod ipsi (velint, nolint) coguntur internè facere, dum cogitant D. Petrum, B. Virginem, & alios Sanctos, quos

De vsu imaginum triplex ratio.

Q 1. a. 94. 2 ad 1.

Ratio potissima de licita imaginum adoratione.

R 3. p. 25. 3. c. & a. 4. c. & a. 5. ad 2. & 2. 2. 103. 3. ad 3. In 3. loco cit. in corp.

Imago siue sculpta, siue picta, non differt in ratione imaginis.

Quid inhibeatur eo præcepto: *Non facies tibi sculptile &c.*

S 3 p. 25. 3. ad 1. & 2. & 1. 2. 100. 4. c. & 2. 2. 122. 2. ad 2. In 3. loco citato ad 2.

T Hebr. 11. l. 5. ibi. & Gen. 47. ibi. adorauit.

V 1. 2. 100. 4. c. Imagines & sculptilia fieri non prohibentur, nisi ad hoc, vt pro dijs non colantur.

Pro imaginum cultu exempla perspicua.

Digitized by Google

quos interiori obsequio venerantur? Eo prorsus modo, quo ipsi intùs se gerunt circa interiores imagines, nos extrà gradimur: & tunc amandabimus exteriores imagines, cum ipsi phantasiæ simulacra ablegabunt. *Hæc Author præfatus, & subtilissimè. Quòd si ejusmodi sacrarum cultus imaginum Deo acceptus non esset: nec tandiu eum tolerasset, nec tot cernerentur ad icones Sanctorum appensa vota, in attestationem gratiarum, quæ à Deo, qui est mirabilis in Sanctis suis, deuotis fidelibus impartiuntur in dies: quinimmò imagines destrui cunctas efficeret, non minùs quàm & idola omnia prostrauit, eorumque aras ad tollendum idololatriæ cultum euertit.*

X 2.2.188.2.c.
Sacrificium offerre, ad religionem pertinet.
Y Ps.49. lit.g. & loc citandis.
Quid sacrificium.
Z 3.p.48.3. init.c. & q.22. 2.c. & 2.2.85. 2.c. Rom.12. l.2.
Soli Deo debetur.
A Ps.28. lit.c. & 2.2.84.1. ad 1. & 94.2. c. & 1.2.102. 3.c. & 3.p.48. 3.c.
B 1.Cor.10. l. 7. ibi
C 4. cont. G. cap.17.n.1.
Exterius sacrificium signat interius animæ, & spirituale.
D 2.2.85.2.c. & a.4.c. & 81. 7. ad 2. & 3.p. 22.2.c. & 82. 4.c. Ps.26. lit. f. & Psal.50. lit. h. & locis cit.
Vtcumque soli Deo debetur.
E 2.2.85.1. ad 1. & 1.2. 95.2.c.

a *Quoniam verò & ad* Religionem X pertinet, sacrificium Deo offerre: *nonnihil & de illo hîc subjiciendum est*. Nihil Y aliud *autem* est sacrificium, nisi protestatio interioris deuotionis & fidei. *Et alibi*: Sacrificium Z propriè, dicitur aliquid factum in honorem propriè Deo debitum, ad eum placandum. *Ex quo sacrificium soli debetur Deo. Vnde ad illud Psal.*28. Afferte Domino gloriam, & honorem: afferte Domino gloriam nomini ejus, *docemur, quòd* nulli A licet offerre sacrificium, nisi Deo. Deus enim est finis, & nihil possumus ei addere: & ideò debemus eum glorificare, vt omnia, quæ facimus, in ejus gloriam faciamus, 1.Cor.10. *Omnia in gloriam Dei facite*: (scilicet B cum inuocatione Creatoris, ea intentione, vt Deus laudetur & glorificetur.) Item Deus est principium; & ideò debemus ei honorem, 1.Tim.1. Soli Deo honor & gloria. *Qua de causa, vt vidimus*, nulli C Templum consecratur, nisi Deo. *Et quidem* oblatio D sacrificij fit ad aliquid significandum. Significat autem sacrificium, quod offertur exteriùs, interius spirituale sacrificium, quo anima se ipsam offert Deo, secundùm illud Psalm.50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*: quia exteriores actus religionis ad interiores ordinantur. Anima autem se offert Deo in sacrificium, sicut principio suæ creationis, & sicut fini suæ beatificationis. Secundùm autem veram fidem solus Deus est Creator animarum nostrarum. In solo etiam eo animæ nostræ beatitudo consistit. Et ideò sicut soli Deo summo debemus sacrificium spirituale offerre: ita etiam soli ei debemus offerre exteriora sacrificia. *Circa quæ sciendum, quòd sicut* aliqua E in communi sunt de jure naturali, quorum determinationes sunt de jure positiuo: vt, quòd malefactores puniantur, habet lex naturalis; sed quòd tali pœna, vel tali puniantur, est ex constitutione diuina, vel humana. Similiter etiam oblatio sacrificij in communi est de lege naturali; & ideò in hoc omnes conueniunt: sed determinatio sacrificiorum est ex institutione humana, vel diuina. *Neque obstat, quòd de Adam, de Isaac, deque alijs in sacra pagina non legatur, quòd Sacrificium Deo obtulerint: nam* Adam F & Isaac, sicut & alij justi, Deo *quidem* sacrificium obtulerunt secundùm sui temporis congruentiam: (ex naturali *enim* ratione G procedit, quòd homo quibusdam sensibilibus rebus vtatur, offerens eas Deo in signum debitæ subjectionis & honoris, secundùm similitudinem eorum, qui dominis suis aliqua offerunt in recognitionem dominij:) non tamen de omnibus justorum sacrificijs fit mentio in Scriptura, sed solùm de illis, circa quæ aliquid speciale accidit. Potest tamen esse ratio, quare Adam non legitur sacrificium obtulisse: ne, quia in ipso notatur origo peccati, simul etiam in eo sanctificationis origo signaretur. Isaac verò significauit Christum, inquantùm ipse oblatus est in sacrificium: vnde non oportebat, vt significaretur quasi sacrificium offerens. *Porrò* causa H sacrificiorum dupliciter accipi potest. Vno modo, secundùm quod per sacrificia repræsentabatur ordinatio mentis in Deum, ad quam excitabatur sacrificium offerens. Alio modo ex hoc, quòd per hujusmodi sacrificia homines retrahebantur à sacrificijs idolorum: vnde etiam præcepta de sacrificijs non fuerunt data populo Iudæorum, nisi postquam declinauit ad idololatriam, adorando vitulum conflatilem, *Ier.*7. Non sum locutus cum Patribus vestris, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocaustomatum, & victimarum. *Plura autem fuerunt ejusmodi legis veteris sacrificia. Nam* quatuor I erant in veteri Testamento. Quia sacrificium aut erat de inanimatis, putà pane vel thure: & tunc dicebatur *Oblatio*. Vel de animatis: & tunc vel ad placandum Deum; & dicitur *Holocaustum*, quod erat dignissimum, quia totum comburebatur, & cedebat in honorem Dei. Aut erat pro emundatione peccati; & dicitur *Sacrificium pro peccato*: & istud habebat duplicem partem, quia vna pars comburebatur in altari, altera cedebat in vsum ministrorum. Aut erat pro beneficijs Dei; & istud minùs dignum: quia tantùm tertia pars comburebatur, & dabatur ministris vna, alia offerentibus: & istud dicitur *Sacrificium pacificorum* (siue *Hostia pacifica*: dicebatur autem L animal Deo immolatum *Hostia*, vel quia pro victoria hostium offerebatur, seu pro securitate ab hostibus: vel quia ad ostium tabernaculi immolabatur.) *Istis omnibus in nouo Testamento respondet oblatio corporis Christi. Quod quidem sacrificium quotidie in Ecclesia incruentè fit per Eucharistiæ Sacramentum: docemur enim quòd* quantùm M ad Christum passum, qui continetur in Sacramento Eucharistiæ, figuræ ejus fuerunt omnia sacrificia veteris testamenti; *vnde & hostia dicitur Eucharistia, quia Christus in altari incruentè immolatur, de quo dicitur Ephes.*5. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & *hostiam* Deo. (*De sacrificijs & cæremonijs veteris legis vide plura* N.) *Verumtamen* Deum O non colimus per exteriora sacrificia aut munera propter se ipsum, sed propter nos, & propter proximos. *Etenim* hujusmodi P exteriora non exhibentur Deo, quasi his indigeat, secundùm illud Psal.49. *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* sed exhibentur Deo tanquam signa interiorum & spiritualium operum, quæ per se Deus acceptat: *vt in superioribus visum est. Præ cæteris verò, quæ in sacrificijs adhibebantur, ad innuendam deuotionem, quæ in sacrificante requiritur, erat thus. In veteri enim lege* thus Q offerebatur Deo, ad designandam deuotionem mentis, quæ est necessaria offerentibus: & etiam ad designandum odorem bonæ famæ; nam thus & pingue est, & odoriferum. *In Ecclesia tamen* thurificatione R non vtimur quasi cæremoniali præcepto legis, sed sicut Ecclesiæ statuto; vnde non eodem modo vtimur, sicut in lege veteri erat statutum. Pertinet autem ad duo. *Primò* quidem ad reuerentiam sacramenti, vt scilicet per bonum odorem depellatur si quid corporaliter praui odoris in loco fuerit, quod posset prouocare horrorem. *Secundò* pertinet ad repræsentandum effectum gratiæ, qua sicut bono odore Christus plenus fuit, secundùm illud Genes.27. *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni*: & à Christo deriuatur ad fideles officio ministrorum, secundùm illud 2.Cor.2. *Odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco*. Et ideò, vndique thurificato altari, per quod Christus designatur, thurificantur omnes per ordinem.

Oblatio sacrificij in communi est de lege naturæ: determinatio in particulari, ex diuina vel humana institutione.
F Ibid. ad 2.
Naturaliter homo sacrificij oblationē Deo facit.
G Ibid. corp.
Adam & Isaac cur non legantur sacrificium obtulisse.
Sacrificiorum in veteri lege causa duplex.
H 1.2.102.3.c. & ad 1 Ps.49. à lit.e. Hebr. 10. l.1. Is.1. & 4.
Quænam veteris legis sacrificia.
I Ad Hebr l.c. ibi, hostiam, & 1.2.102.3 ad 8. & 10 Psal. 39 lit.d. Is.1. ibi, holocausta.
Hostia vnde dicatur.
L Rom.12.l.1. ibi, hostiam.
Quibus omnibus respondet vnum Christi in Cruce sacrificium.
M 3.p.73.6. c. & 1.2.102. 3. ad 2. & 3.
N 1.2.1 q.101. 102.103.
Deum per sacrificia colimus, non propter ipsum, sed propter nos, & proximos.
O 2.2.30.4 ad 1.
P 2.2.81.7. ad 2. & init.c. & a.6. ad 2. & q.85. 2.c. & 3. con. Gent. c. 119.
Thus cur in sacrificijs adhiberetur, & modò in Ecclesia.
Q 1.2.102.3. ad 14.
R 3 p.83.5. ad 2. In 3. d. 37.1.5.q.3. ad 3. In 4. d.11.2. 2. q.3. ad 7.

b *Cum igitur in Templo siue interius siue exterius sacrificium Deo Optimo Maximo offeratur, summa vtique reuerentia colendum est, & conscientiæ puritate. Hæc autem* reuerentia S quæ debetur rebus Deo dicatis, vt Templo, vel his quæ pertinent ad ornatum Templi, videtur esse quidam timor, quo timemus intrare Templum illoti, vel non sanctificati, vel inquinare nos in loco sancto, vel communia

Sacrum Templū summa reuerentia colendum.
S Op. de cr. Pr. l.3.c.5.
Quid hæc reuerentia.

Digitized by Google

munia opera ibi exercere. De hoc timore dicitur *Genes.28.* Pauensque (*Iacob*) Quàm terribilis est *inquit* locus iste! non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta Cœli. *Pauensque*, scilicet T timore, & admiratione, & reuerentia eorum, quæ viderat: *quàm terribilis* inquit *est locus iste!* idest, quàm metuendus & reuerendus! Et hoc dicit: tum quia Deus ita magnificè in illo loco se exhibuerat, eo quòd ex hoc tempore locus quasi à Dei præsentia consecratus sibi occurrebat: tum quia in spiritu sensit, locum illum ad cultum Dei in posterum ordinari: tum quia vidit, quòd typum gessit Ecclesiæ totius tam veteris quàm noui Testamenti, quæ est propriè *domus Dei, & porta Cœli*, per quam intratur ad gloriam Dei. *Et hoc est, quod ait Dominus Leuit.26.* Pauete ad Sanctuarium meum: Ego Dominus. *Et Mal.2.* Leui à facie nominis mei pauebat. *David etiam Psalm.5.* Introibo in domum tuam: adorabo ad Templum sanctum tuum in timore tuo. *Et hinc est, quòd* in interius V tabernaculum, idest in Sancta Sanctorum, solus summus Sacerdos, & semel in anno, introibat. In tabernaculum verò exterius, idest in Sancta, introibant Sacerdotes quotidie: non autem populus, qui solùm ad atrium accedebat: (*at modò magis polluti ex laicis ad Sanctum Sanctorum, in Eucharistia contentum, impudenter accedunt*:) *vt sic innueretur sanctitas, Dei Templo conueniens: quæ potissimùm debet in Sacerdotibus eminere sancta tractantibus, Exod.29.* Pones omnia super manus Aaron, & filiorum ejus, & sanctificabis eos, eleuans coram Domino. *Et rationem ipse Dominus adducit Leuit.11.* Sancti estote, quia ego sanctus sum. *Hinc Psaltes Psal.92.* Domum tuam decet sanctitudo, Domine. *At væ sacrum Templum violantibus, 1.Cor.3.* Si quis Templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. *Cui cohæret illud de Templo 2.Machab.3.* Ipse, qui habet in Cœlis habitationem, visitator est loci illius: & venientes ad malefaciendum (*nota*) percutit, ac perdit. *Et Is.66.* Vox de Templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis, *Templum scilicet profanantibus. Et Soph.1.* Visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen in die illa: qui complent domum Domini Dei sui iniquitate & dolo. *Et quidem Templi violator corporalibus vedum infirmitatibus diuexatur, Eccli.38.* Qui delinquit in conspectu ejus, qui fecit eum, incidet in manus medici: *veriùm mortis quoque pœna punitur, Leuit.22.* Custodiant præcepta mea, vt non subjaceant peccato, & moriantur in Sanctuario, cum polluerint illud. *Sed & statim de profanatore vlciscitur Dominus: vnde legimus 2.* Paral.26. *quòd cum Rex* Ozias, tenens in manu thuribulum, vt adoleret incensum (*quod solius erat Sacerdotis officium*) minaretur Sacerdotibus: *statim* orta est lepra in fronte ejus coram Sacerdotibus in domo Domini: & festinatò expulerunt eum. Sed ipse perterritus, accelerauit egredi, eo quòd sensisset *illicò* plagam Domini. Fuit igitur Ozias Rex leprosus vsque ad diem mortis suæ. *Idem & de Oza legimus 2.* Reg.6. *Dicitur enim quòd* extendit manum ad arcam Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi juxta arcam Dei. *Sed & Christus Dominus* Matth.21. *Templum ingressus*, eijciebat omnes vendentes & ementes &c. & dixit eis: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum, *sancta videlicet profanando. Et Ioann.2.* Cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de Templo. *Christus autem* facit X flagellum de funiculis, quia *ex Augustino* de peccatis nostris sumit materiam, vnde nos puniat: ipsa enim protelatio peccatorum, secundùm quod peccata peccatis adduntur, funiculi dicuntur, Prou.5. *Funibus peccatorum suorum impius constringitur*, & Is.5. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis*. Attende, quòd si ista, quæ videbantur aliquo modo licita, quasi ad cultum Dei ordinata (*vendebantur enim ad offerendum Domino*) de Templo *cum venditoribus & emptoribus* ejecit: quantò magis, si inuenisset aliqua illicita? Ostendit autem Dominus zelum ad ea, quæ sunt legis; vnde subditur: *Recordati sunt verò discipuli, quia scriptum est* (*Psal.68.*) Zelus domus tuæ comedit me. *Cujus exemplo & nos debemus diligere domum Domini*, secundùm illud Psalm.25. *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Et in tantum debemus diligere, quod zelus ejus nos comedat: dum, si quid contrarium fieri viderimus, studeamus etiam quantumcunque chari nostri sint qui hoc faciant, remouere: nec timeamus propter hoc aliqua mala perpeti. *Profectò* non legitur Y Christus in Euangelio tantam iram per zelum ostendisse, quantam ostendit, cum vidit, quòd Templo non exhibebatur debita reuerentia. Vnde & *Marc.11. legitur, quòd* non sinebat vt quisquam transferret vas per Templum. *Et justè quidem profanatores ejecit: quia nimirùm & illum ipsi, Templum profanando, eijciunt: quorum typum exprimunt impij Iudæi, qui Ioann.8.* tulerunt lapides, *hoc est, blasphemias & injurias*, vt jacerent in eum: *propter quòd* abscondit se, & exiuit de Templo. *Irascitur inquam Dominus in Templi profanatores. Nec desunt in sacra pagina exempla. Legimus enim 1.* Mach.9. *de Alcimo, quòd* præcepit destrui muros domus sanctæ interioris &c. *Et mox subijcitur:* In tempore illo percussus est Alcimus, & impedita sunt opera illius, & occlusum est os ejus, & dissolutus est paralysi, &c. Et mortuus est Alcimus in tempore illo cum tormento magno. *Et 2.Mach.4. habemus, quòd* multis sacrilegijs in Templo à Lysimacho commissis, congregata est multitudo aduersùs Lysimachum. *Et post multa:* ipsum etiam sacrilegum secus ærarium interfecerunt. *Et cap.5. de Antiocho impijssimo Rege dicitur, quòd* ausus est etiam intrare Templum vniuersâ terrâ sanctius, & scelestis manibus contaminabat. *At cap.9. vide & admirare justam Dei animaduersionem, despecta eum ac dolorosissima morte vlciscentis, ita quòd* miserabili obitu vitâ functus est. *Quam & ex Templi profanatione sibi è Cœlo prouenisse, ipsemet testatur* lib.1. cap.6. *cum ait:* Nunc reminiscor malorum, quæ feci in Ierusalem, vnde & abstuli omnia spolia aurea, & argentea, quæ erant in ea. Cognoui ergo, quia propterea inuenerunt me mala ista: & ecce pereo tristitia magna in terra aliena. *Vt alios mittamus profanationis reos, justè diuina manu percussos: vehementiùs enim contra eos indignari videtur Dominus, quàm in cæteros peccatores, Ier.25.* Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam. Rugiens rugiet super decorem suum. *Rugiens rugiet* per diuinam Z indignationem terribiliter quasi leo iratus: (*Leo rugiet, quis non timebit?* Amos 3.) *super decorem suum*, idest Templum, *Psal.25.* Domine, dilexi decorem domus tuæ. *Et maximam quidem minatur pœnam, ignis videlicet æterni, Is.65.* Populus, qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper &c. isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. *Et priùs cap.26. à diuina excluditur misericordia profanator:* Misereamur impio, & non discet justitiam: in terra Sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini. *Quibus verbis* excludit A Propheta diuinam misericordiam, propter ejus inutilitatem, *& non discet*; & propter peccati grauitatem, scilicet propter sacri loci profanationem, *in terra Sanctorum &c.* Propter peccati *inquam* grauitatem: *maximum siquidem scelus est Templi Dei profanatio, Thren.4.* Major effecta est iniquitas filiæ populi mei

Hujus figura.

T *Gen.28. ibi.*

Cum timore in Templum ingrediendũ, & Deus adorandus.

V 1.2.102.4. & 4.

Sanctitas præcipuè in Sacerdotibus requisita.

Væ Templum violantibus.

X *Ia.2. l.2. sit. e. & h. & 1. Cor.11. l.4. ibi.* in Ecclesiam.

Sumit Deus de peccatis nostris materiam punitionis.

Zelandum cum Christo pro Templo Dei.

Y *Op. de ev. Ps. l.3. c.1. circ. fi.*

In profanatores exempla.

Z *Ier.25 ibi.*

A *Is.26. ibi.*

Profanatio maximum scelus.

Digitized by Google

B Thren.4.ibi.

mei peccato Sodomorum: *nam* major B fuit culpa propter ingratitudinem, & propter Sanctorum profanationem. *Quæ quidem nedum Templum violando committitur, sed & Templi rebus abutendo. Et hanc, non minùs quàm Templi, vlciscitur Dominus, vt liquet de Balthasar Dan.5.* Balthasar C occisus fuit (vt ex sententia Danielis apparet) quia Deo ingratus, & quia vasis Templi Domini in vno conuiuio est abusus. *De Antiocho pariter, qui probrosa adeò, & infelici morte, vt vidimus, correptus est, legimus 2. Mach.5.* quòd scelestis manibus sumens sancta vasa, contrectabat indignè. *Discat hinc, si quis Princeps est minùs pius, ne sibi contingat quod præfatis Regibus, & vlteriùs Heliodoro, vt habetur 2. Machab.3.* Vt D Princeps (*inquit Author*) immunitatem sacrorum locorum custodiat, & custodiri faciat, attendere debet quod legitur 2. *Mach.* 3. de Heliodoro, qui locum sacrum volebat spoliare pecunijs ibi commodatis. Sicut enim ibi legitur: *Apparuit quidam equus, terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus: isque cum impetu Heliodoro priores calces elisit. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes &c. Qui circumsteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes. Subitò autem Heliodorus cecidit in terram, atque in sella gestatoria positum ejecerunt: & portabatur nullo sibi auxilio ferente, manifesta* (nota) *Dei cognita virtute: & jacebat mutus, atque omni spe & salute priuatus.* Item, cum Pompejus venisset Ierosolymam, irruentes Romani profanauerunt Templum, & equos in porticibus stabulauerunt. Ob quam rem Pompejus creditur de cætero nunquam pugnasse, quin vinceretur: qui hactenus fuerat fortunatissimus. *Aduersitates siquidem omnes, bella, fames, terræmotus, lues epidemicas, & hujusmodi, ex sola Templorum profanatione vt plurimùm euenire, credendum est; vnde Ierem.51. dicitur:* Acuite sagittas, implete pharetras: suscitauit Dominus spiritum regum Medorum: & contra Babylonem mens ejus est, vt perdat eam: quoniam vltio Domini est (*ecce causam*) vltio Templi sui. *Violatur vlteriùs & per alia peccata Templum Dei: ex quo indignus redditur, vt eò ingrediatur, peccator. Vnde & ad peccatorem dirigi videntur verba illa Is. 22.* Quid tu hic? *idest,* quid E tu facis in domo mea, indignus tali habitatione? *Et contra eosdem peccatores dicitur Ier.7.* Venistis & stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum; & dixistis: *Liberati sumus, eo quòd fecerimus omnes abominationes istas.* Nunquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum, in oculis vestris? Ego, ego sum: ego vidi, dicit Dominus. *Q. dicat:* Si non F purgati, domum meam intratis: speluncam latronum eam facitis, *contaminando scilicet peccatis vestris: nam & ipse Deus hoc videtur sensu inter peccatores Templum inhabitantes quodammodo coinquinari, Ezech. 22.* Coinquinabar in medio eorum.

Sacris Templi rebus abuti, æqualis profanatio, & pro ea punitio.
C Opusc.20.l.3. c.7. Arc.fi.
D Op de er Pr. l.2.c.11.fi.
Principes Templorum immunitatem custodiant.
Violatur Templum & per alia peccata.
E Is.22.ibi.
F Ier.7.ibi. & Matth.21.lit. a. ibi, speluncam.

c *Quòd si vel sola in atrio Templi iocosa deambulatio, pollutio quædam Templi est, vnde Is. 1. dicitur:* Cum veniretis ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambularetis in atrijs meis? *Quasi dicat:* Plus G offenditis me, ambulantes in atrijs meis (*quid in Templo?*) polluentes ea, quàm holocaustum placeat. *Quod dictum sit contra eos, qui ad Ecclesiam accedunt irreuerenter, & putant acceptabiles Deo esse preces illas, quas indeuoti effundunt, vel Missæ auditionem, diuino sacrificio ex vsu magis, quàm ex pietate assistendo. Si sola inquam deambulatio in atrio Templi, profanatio quædam est: quid erit de temporali in Templo ipso ex cupiditate negociatione? Ioan. 2.* Nolite facere domum meam, domum negociationis: *nimirùm quia* H ea quæ religionis sunt, in quæstum conuertunt: & vt latrones in speluncis latitant, vt spolient transeuntes, & sibi acquirant quod non est suum. *Vnde Matth.21.* Vos autem fecistis illam speluncam latronum. *Quod quidem posteriùs & dictum & factum est.* Nam, quia I ex eorum duritia adhuc à tali negociatione non cessabant: ideò Dominus alia vice eos expellens, duriùs eos increpat, vocans latrocinium, quod primò vocauerat negociationem. *Atqui vtinam sola negociatio in Ecclesia (de qua qui habet aures audiendi, audiat) exerceretur cum latrocinio! Quod ad Christianorum confusionem deterius est, nostro fortassis tempore verum habet quod legitur 2. Mach. 6.* Templum luxuria & comessationibus Gentium erat plenum, & scortantium cum meretricibus (*aspectu & affectu saltem, si non effectu*) sacrisque ædibus mulieres se vltrò ingerebant, intrò ferentes ea, quæ non licebat: *diuinis videlicet, humanisque legibus vetita, ad piorum scandalum, ad majus malorum præcipitium, post habito Templi cultu, Dei timore ablegato, & honore neglecto:* Qui autem consensus, Templum Dei cum idolis? *ajebat Apostolus 2. Cor.6. De hujusmodi profanatoribus loqui videtur idem Apostolus Rom.1.* Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: & coluerunt, & seruierunt creaturæ potiùs, quàm Creatori: *vt in Christianorum Templis quotidiana experientia videre est, ante conspectum Dei in Eucharistia fide contenti: ad cujus reuerentiam hortabatur Paulus fideles, cum ait:* Modestia vestra (*Philip.4.*) nota sit omnibus hominibus; *& rationem adducit:* Dominus enim propè est, *nimirum in Sacramento Altaris. Id quod ad omnes quidem spectat, sed ad mulieres præsertim, quæ idcircò velato capite morari in Templo jubentur & orare, 1. Cor.11.* Vos ipsi judicate: decet mulierem non velatam orare Deum? *Et hoc, inquit,* propter Angelos; *idest,* propter Sacerdotes L duplici ratione. Primò quidem propter eorum reuerentiam, ad quam pertinet, quòd mulieres coram eis honestè se habeant. Secundò propter eorum cautelam, ne scilicet ex conspectu mulierum non velatarum ad concupiscentiam prouocentur. *At velum modò deferunt, non ad operiendum pro modestia caput, sed vt tremulum auris expositum lasciuiæ vexillum. Nec pudet eas ita orare; ita (quod pejus est) ad Confessarium accedere; diuinæ immò Eucharistiæ & discooperto capite, & nudato pectore, appropinquare. Hoc est sanè ad Ecclesiam, vt ibidem Apostolus subjicit, in deterius conuenire.* Hoc autem præcipio, non laudans, quòd non in melius, sed in deterius conuenitis: (*& loquitur de conuentu in Ecclesiam, vt ex seqq. liquet:*) Siquidem omnia M animalia gregalia, putà columbæ, grues, oues, naturali instinctu in vnum conueniunt, vt fit eis corporaliter melius. Vnde & homo, cum sit animal gregale, vel sociale (vt Philosophus probat) secundùm rationem agere debet, vt multi in vnum conueniant propter aliquod melius: sicut in rebus secularibus multi in vnitatem ciuitatis conueniunt, vt sit eis melius seculariter, scilicet propter securitatem & sufficientiam vitæ. Et ideò fideles in vnum conuenire debent propter aliquod melius spirituale, secundùm illud Psalm.101. *In conueniendo populos in vnum, & reges, vt seruiant Domino (non diabolo:)* Sed isti in deterius conueniebant propter culpas, quas committebant, dum conuenirent, *Is.1.* Iniqui sunt cœtus vestri. *Et quamuis de Ecclesia pro formali accepta, deque conuentione in vnitatem fidei exponi possit: non tamen absurdum, si & de fidelium in materiale Dei Templum conuentu accipiatur: & huc enim in deterius conueniunt propter culpas, quas dum conueniunt, admittunt; & quidem multipliciter & frequenter. Ita verò in deterius fideles conueniunt, vt vel ipsum inanimum Templum conclamare videatur, & stridere, Habac.2.* Lapis de pariete clamabit; *& Amos 8.* Stridebunt cardines Templi in die illa, dicit Dominus Deus. *At vide quid subdatur:*

Contra Templi profanatores, moralitates.
G Is.1.ibi.
H Matth.21. lit. a. ibi, speluncam.
I Ioan.2.l.2. lit.g.& c.
L 1.Cor.11.l 3.ibi.
M Ibid.l.4.ibi.

Digitized by Google

tur: Multi morientur; *& morte quidem prima & secunda, de qua* Apoc. 2. 20. & 21. *Cui consonat illud* 1. *Cor.* 11. *cit.* Ideò (*quia videlicet ad Ecclesiam in deterius conueniebant*) inter vos multi infirmi, &

N *Ibid. l. 7. ibi.*

imbecilles, & dormiunt multi; *scilicet*, morte N corporali, secundùm quod sumitur dormitio 1. *Thess.* 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus. *Profanatio namque Templi, Deo specialiùs inhabitante contempto, scelus est, illius longanimitati intolerandum.*

Templum peccatoribus asylum, vbi diuinam sentiunt misericordiā, si pœniteant. O *Ps. 47. lit. e.*

d *Neque negandum est, sacrum Templum, tutum esse peccatoribus asylum, si pœniteant: vnde & in eo diuina suscipitur misericordia, juxta illud Psalm.* 47. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio Templi tui. *Misericordiam tuam*, idest O gratiam tuam, per quam justificamur, *pœnitentiæ videlicet virtute & Sacramento, justi ex peccatoribus effecti. Atqui ex opposito, si ad peccandum ingredimur, diuinam experimur justitiam, misericordiam nunquam, vt ex præfatis liquet, pluribusque sacræ paginæ testimonijs confirmatur. Nam* 1. *Reg.* 2. *legimus*: Si peccauerit vir in virum, placari ei potest

Domini graues minæ in profanatores.

Deus: si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? *Idcircò* 2. *Mach.* 9. Orabat hic scelestus (*Antiochus*) Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus. *Ier.* 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc &c. quia non exaudiam te. *Et causam inferiùs adducit*: Fecerunt filij Iuda malum in oculis meis: posuerunt offendicula sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt pollucrent eam. *Et cap.* 11. *idem repetit*: Noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem, & orationem, quia non exaudiam in tempore afflictionis eorum. *Ne assumas laudem*, vt scilicet P me quasi misericordem laudans, ad misericordiam prouoces: *quia non exaudiam*. Et assignat reprobationis rationem, cum subdit: *Quid est, quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa?* scilicet, in Templo. *Vt noueris, vnde proueniat cœlestis denegatio pietatis. Ezech.* 5. Nisi pro eo, quòd Sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis: Ego quoque confringam, & non parcet oculus meus, & non miserebor. *Et cap.* 8. Ecce in ostio Templi Domini, inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri, dorsa habentes contra Templum Domini &c. *Statimque subijcitur*: Ergo & ego faciam in furore: non parcet oculus meus, nec miserebor. *Et Amos* 9. Vidi Dominum stantem super altare, & dixit: Percute cardinem, & commoueantur superliminaria: nouissimum eorum in gladio interficiam: non erit fuga eis. *Profectò, non in consilio impiorum, non inter choros ludentium, non in foro inuenitur Christus, sed in Templo, vtique ad miserendum, Luc.* 2. Inuenerunt illum in Templo. *At vbi Templum, domus negociationis fit, & spelunca latronum, inuenire non est, Ier.* 7. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini est. *Neque enim in Templo profanatoribus adest, nisi ad vlciscendum. Quòd si à peccatis per pœnitentiam abluti, Templum deuoti ingredimur: & preces ibi libentiùs audit Deus, & orantium vota faciliùs exaudit, Psal.* 17. In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui: & exaudiuit de Templo sancto suo vocem meam. *De Templo*, idest Q de Ecclesia, 3. *Reg.* 8. Si quis cognouerit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac: tu exaudies in Cœlo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis. *Quandoquidem peccata detestantes, in sacro ejus Templo frequenter orando, & habitando* (*nam* oportet semper orare, & non deficere, *Luc.* 18.) *delectamus quodammodo Deum, & ad miserendum inclinamus, Psal.* 26. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. *Vnam petij*, idest R

Nec Sanctos exaudit Dominus, pro ijs qui templa profanarunt, orantes.

P *Ierem.* 11. *ibi.*

Piorū in Templo preces audit Deus, & vota libentiùs exaudit.

Q *Ps. 17. lit. d.*

Domum Dei colentes, ad nostrum prospectum Deum velati delectamus.

R *Ps. 26. lit. e.*

vnam rem, vel vnam petitionem, 3. *Reg.* 2. Petitionem vnam paruulam ego deprecor à te: ne confundas faciem meam: *hanc requiram, Is.* 21. Si quæritis, quærite; *& Matth.* 7. Quærite, & inuenietis. *Vt inhabitem in domo Domini*. Domus Domini spiritualis est duplex, militans scilicet & triumphans: tertia est materialis, scilicet Ecclesia, in qua morari salutiferum est, Genes. 28. *Non est hic aliud, nisi domus Dei & porta Cœli*: nam in ea excitatur animus hominis ad deuotionem. Et ideò desiderandum est habitare in hac domo *omnibus diebus vitæ meæ*; idest, vsque in finem. *At vide, quid subdat*: Vt videam voluptatem (delectationem, *legunt Ambrosius & Augustinus*) Domini, & visitem Templum ejus: *ad oblectandum veluti ipsum Deum, illius Templum deuotè visitando: sibi enim valdè complacet in pijs cultoribus & supplicibus suis. Sicut ab opposito displicet sibi in summo impius profanator Templi sui, cui zelotes custos assistit; vnde & Salomoni dixisse legitur* 3. *Reg.* 9. Sanctificaui domum hanc, quam ædificasti: & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. *Hinc Ezech.* 23. *dolens conqueritur*: Polluerunt Sanctuarium meum in die illa, & Sabbata mea profanauerunt: etiam hæc fecerunt in medio domus meæ. *Et cap.* 43. Fili hominis, ostende domui Israel Templum, & confundantur ab iniquitatibus suis, & erubescant ex omnibus, quæ fecerunt. *Et Os.* 7. Circundederunt eos adinuentiones suæ, coram facie mea factæ sunt. *Adinuentiones, quæ ad Dei conspectum in Ecclesia fiunt, plurimùmque Deo displicent, tu dic moderna mollia virorum indumenta, ascititias comas, superbos incessus &* extento collo, *vbi immò humiliter demisso capite incedendum: lasciua muliebrium vestium, criniumque concinnamenta, cristatum caput, pectus nudatum. Adde vana colloquia, cachinnos, detractiones, libidinosos aspectus, oculorum nictus, ne* majores abominationes *recenseam*: Et hæc (*ait Dominus Ezech.* 23.) fecerunt in medio domus meæ: *tantum abest, quòd sacramentaliter in altari reconditum me fideles venerentur & colant. Sicque verum habet quod dicitur Ioann.* 12. Venerunt non propter Iesum tantùm, sed vt Lazarum viderent. *Multi enim ad Templum conuolant, non vt Iesum Deum & Dominum in Eucharistia contentum, qua par est pietate, venerentur: sed vt Lazarum, qui peccatricis animæ ex peccato fœtentis typum gerit, contemplentur, colant, reuereantur*: labijs inibi Deum apparenter honorantes, cor autem eorum longè ab eo est; *vnde & licentiùs, quàm in barbitonsorum aut pharmacopolarum officinis, in sacro Templo risui indulgentes confabulantur. Cum tamen silentium Deo magis congruat ex illo Psal.* 64. Te decet hymnus, Deus, in Sion: *vbi alia litera legit*: Te decet silentium, Deus. *Id quod mysticè innuitur* 3. Reg. 6. *vbi dicitur, quòd* malleus, & securis, & omne ferramentum, non sunt audita in domo, cum ædificaretur: *ad animæ vtique signandam requiem & pacem in Deo. Et ò fidelium Christianorum detestandam impudentiam atque impietatem! Quod alibi fortasse, humano timore aut pudore ducti, perpetrare non auderent, in sacro Templo, Dei timore amandato, omnique pudore neglecto, impudenter admittunt: quodque author malitiæ diabolus non est ausus intra Templi limina tentando moliri, dum* supra pinnaculum Templi *Christum* statuit: *hoc intra Templum homo attentare non erubescit. De quo & nos lusimus* S.

Cui zelotes assistit.

Dei querimoniæ.

Modernæ Tēpli abominationes quæ.

Deum silentium decet.

S *Centur.* 11. *Dist.* 19.

Horruit introitum, Templo sua in arte superstat;

Extrà quod Satan, jam patrat intùs homo.

Porrò abominatio hæc, Templique sacri profanatio, propter populi peccata à Deo permittitur, vt de Iudæorum Templo satis liquet. Vnde & de impiissimo profanatore Antiocho legimus 2. *Mach.* 5. Ita alienatus mente Antiochus, non considerabat, quòd propter peccata habitantium ciuitatem, modicùm

Templi abominatio propter peccata populi.

Deus

Digitized by Google

Deus fuerat iratus: propter quod (*nota*) & accidit circa locum despectio. Verùm non propter locum, gentem: sed propter gentem, locum Deus elegit: ideòque & ipse locus particeps factus est populi malorum. *Et Ezech.*24. Ecce ego polluam Sanctuarium meum, superbiam Imperij vestri, & desiderabile oculorum vestrorum, & super quo pauet anima vestra. *Et quòd ejusmodi pollutio propter peccata populorum sit, ex adjecta pœna deducitur; sequitur enim*: Filij vestri & filiæ vestræ, quas reliquistis, gladio cadent.

Primò ad Templum, aliò deinde eundum est.

c *Igitur sacrum Templum, qua par est reuerentia, veneremur: & priùs quidem ad illud pergendum est, quàm aliò; nam primùm quærite regnum Dei, Matth.6. Et hoc, exemplo Christi, qui cum Ierosolymam esset quasi triumphator ingressus, subjicit Matthæus cap.*21. Et intrauit Iesus in Templum Dei. *Vbi Author*: Quare inquit intrans T ciuitatem, statim venit ad Templum? *Vna ratio* est, quia venerat vt hostia immolanda: ideò primò venit ad locum immolationis. Et iste erat dies statutus, in quo agnus præsentari debebat: legitur enim *Exod.*12. quòd luna decima debebat agnus præsentari, qui debebat occidi. *Secunda ratio*, quia ostendit, se esse Filium reuerendi Patris: vt ergo ei reuerentiam exhiberet, venit ad domum Patris sui, Mal.1. *Si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus?* Et in hoc datur nobis religionis exemplum, vt cum in ciuitatem aliquam venimus, primò Templum adeamus. *Item* egit vt bonus medicus, qui primò obuiat causæ morbi: ægritudo enim & causa corruptionis spiritualis à Templo procedit: quia si sacerdos (*nota*) est corruptus, de facili corrumpetur populus. Et ideò primò adiuit Templum, vt curationem primò circa Templum exhiberet, *Ezech.*9. A Sanctuario meo incipite. *Quòd si Medici curatio contemnatur, & remedia negligantur, seuerum Dei judicium primus omnium expectet Sacerdos*, 1. *Pet.*4. Tempus est, vt incipiat judicium (scilicet V diuinæ vltionis) à domo Dei. *Quoniam verò in Templo exterius Deo sacrificium debetur (interius enim, quamuis ibi decentiùs, vbique ei potest offerri) juxta verba Domini ad Salomonem* 2. *Paral.*7. Audiui orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificij: *idcircò quid & qualiter Deo sacrificandum dignè sit, videamus. Quod quidem paucis edocet Psaltes, cum Psal.*28. *ait*: Afferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum: afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini ejus. *Afferte*: Sed X cui? *Domino*: soli, non alij, 1. Paral. vlt. *Tua sunt omnia: & quæ de manu tua accepimus, dedimus Tibi.* Qui debeant offerre, ostendit, cum ait: *Filij Dei*; Eccli. 34. *Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum.* Primò Genes.4. *respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus* postea: quia debet homo primò Deo placere, & postea ei oblationem facere. Et ideò dicit, *filij Dei*, scilicet per fidem, Ioan.1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine ejus.* Item per charitatem, 1. Ioan.3. *Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus.* Item per bona opera, Rom.8. *Quicunque spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei.* (*Hinc hortabatur idem Psalmista Psal.*4. Sacrificate sacrificium justitiæ. *Et Psal.*50. Acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta.) Sequitur: *Afferte Domino filios arietum.* Hic ostendit, quid debeat offerri. De tribus autem generibus animalium fiebat oblatio, scilicet de bobus, capris, & arietibus: & super cætera animalia agnus maximè consuetum sacrificium erat. Vnde *Exod.*29. dicitur, quòd quolibet mane & vespere vnus agnus immolabatur: quia per agnum maximè & expressiùs figurabatur Christus, Ioan.1. *Ecce Agnus Dei (qui & quotidie in Ecclesia incruentè sacrificatur)* & ideò dicit: *afferte Domino filios arietum.* Et subdit: *afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini ejus.* Deus enim est finis, & ideò debemus eum glorificare. Item Deus est principium, & ideò debemus ei honorem, 1. *Tim.*1. Soli Deo honor & gloria. *Adorate Dominum in atrio sancto ejus*; idest, in Ecclesia ista, quæ est sicut atrium Ecclesiæ cœlestis, *ceu per quam aditum habemus ad cœlos. Mundi ergo sint offerentes, nec maculosum oblatum. Idcircò dicitur Leuit.* 21. Non accedet ad ministerium ejus, si quis cæcus fuerit, si claudus, si paruo vel grandi vel torto naso &c. (*quorum mirabilem figuralem expositionem vide* Y.) *Siquidem* maculæ Z vel defectus corporales significant diuersa vitia & peccata, quibus debent carere Deo sacrificantes. *Item quod offerimus, optimum & immaculatum sit. Optimum, inquam: & quia* in turturibus A meliores sunt majores, quàm pulli: in columbis autem è conuerso; ideò, vt Rabbi Moyses dicit, mandabantur *in veteri lege* offerri turtures & pulli columbarum: quia omne, quod est optimum, Deo est attribuendum, *Num.*18. Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini separabitis, optima & electa erunt. *Vlteriùs & immaculatum, Leuit.*3. Immaculata offeret coram Domino. *Eapropter de agno, cujus præcipuum erat sacrificium, dicitur Exod.*12. Erit agnus absque macula, masculus &c. *qui quidem Christum immaculatum Agnum in Cruce immolandum præfigurabat, in quo nulla macula peccati*, 1. *Pet.*2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore ejus. *Et hac de causa*, *videlicet* quia B animalia maculosa solent haberi contemptui etiam apud homines: prohibitum est (*Deut.*17.) ne Deo in sacrificium offerrentur. Propter quod etiam prohibitum erat, ne mercedem prostibuli, aut pretium carnis in domum Dei offerrent. Et eadem etiam ratione non offerebant animalia ante septimum diem: quia talia animalia erant quasi abortiua, nondum plenè consistentia propter teneritudinem. *Discant hinc non pauci fideles optima Deo offerre, & Ecclesiæ, non deteriora: quales sunt imperfectiores filij, quos religioni deuouent, & Ecclesijs assignant: (Malach.*1. Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? &, si offeratis claudum & languidum, nonne malum est?) *qualia sunt, quæ potioribus sibi retentis, Deo reddunt, exteriori sacrificio: interiori verò oblatione Creatori remissum cor, creaturæ feruentissimum offerunt.*

T Matth.21. Rt. a. ibi.

Peccata populi ex malo Sacerdotum exemplo.

V 1. Pet.4. ibi.

Exterius sacrificium Deo offerendum in Templo.

X Psal.28. lit. a. b c.

Quid & qualiter Deo in sacrificium offerri debeat.

Y 1. 2. 102. 5. ad 10.

Z Ibid.

Optimum & immaculatum Deo offerendum.

A Ibid. a. 3. ad 4.

B Ibid. ad 7.

Deteriora ei reddimus & donamus.

f *Triplex autem potest homo Deo sacrificium offerre.* Habet *enim* homo C triplex bonum. *Primò* quidem bonum animæ: quod exhibet Deo per deuotionis & contritionis humilitatem, secundùm illud Psal.50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*: (& hoc est D principale Sacrificium.) *Secundò* habet homo exteriora bona: quæ exhibet Deo per eleemosynarum largitionem; vnde dicitur: *Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus*, Hebr. vlt. *Tertiò* habet homo bonum proprij corporis, Rom.12. *Vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam &c.* Exhibet autem homo Deo corpus suum, vt hostiam, tripliciter. *Vno quidem modo*, quando aliquis corpus suum exponit passioni & morti propter Deum (*sicut martyres*) vnde dicitur de Christo Ephes.5. *Tradidit semetipsum oblationem & hostiam Deo.* Et Apostolus dicebat de se: *Si immolor supra sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo*, ad Philip.2. *Secundò* per hoc quòd homo corpus suum jejunijs & vigilijs macerat ad seruiendum Deo: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*, 2. ad Cor.9. *Tertiò* per hoc quòd homo corpus suum exhibet ad opera justitiæ & diuini cultus exequenda, Rom.6. *Exhibete membra vestra seruire justitiæ in sanctificationem.* Est autem considerandum, quòd hostia, quæ Deo immolabatur, quatuor habebat. *Primò* namque ipsa oblatio debebat esse integra, & incorrupta;

Iuxta triplex hominis bonū triplex potest esse hominis sacrificium: animæ scilicet, corporis, & rerum.

C Rom.12. l. 1. ibi, vt exhibeatis. In 3. d. 9. 1. 3. q. 3. c. & 2. 2. 85. 3. ad 2.

D 2. 2. loc. cit. & a. 4. init. c.

Sacrificium corporis triplex.

Circa hostiam quatuor consideranda.

Digitized by Google

corrupta; vnde dicitur Malach. 1. *Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens, immolat debile Domino.* Et propter hoc dicit, *hostiam viuentem:* vt scilicet hostia nostri corporis, quam Deo offerimus, sit *viuens* per fidem formatam charitate, ad Gal. 2. *Quòd nunc viuo in carne, in fide viuo Filij Dei.* Est autem attendendum, quòd naturalis hostia, quæ priùs viua erat, occidebatur vt immolaretur: sic hostia corporis nostri viuit quidem Deo per justitiam fidei, sed mortificatur concupiscentijs carnis: *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram*, ad Coloss. 3. *Secundò* hostia, Deo oblata, in ipsa immolatione sanctificabatur: & ideò subdit, *sanctam*, scilicet per deuotionem, qua corpus nostrum Dei seruitio mancipatur. *Tertiò* quantùm ad ipsam sacrificij consumptionem dicebatur sacrificium suaue & acceptum Domino, secundùm illud Leuit. 1. *Adolebit ea sacerdos super altare in holocaustum & suauem odorem Domino*: vnde dicit, *Deo placentem*, scilicet per rectitudinem intentionis: *Vt placeam coram Deo in lumine viuentium*, Psalm. 55. *Quartò* in ipsa sacrificij præparatione apponebatur sal, Leuit. 2. *Quicquid obtuleris sacrificij, Sale condies*; & Marc. 9. *Omnis victima sale salietur.* Sal autem discretionem sapientiæ significat, Coloss. vlt. *In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt: Sermo vester semper in gratia sale sit conditus*; vnde & hic sequitur: *rationabile obsequium vestrum*; scilicet cum discretione corpora vestra Deo exhibeatis hostiam vel per martyrium, vel per abstinentiam, vel per quodcunque opus justitiæ. *Quocirca sciendum, & valdè notandum est, quòd* aliter E se habet homo justus ad interiores actus, quibus Deo obsequitur, & ad exteriores. Nam bonum hominis, & justitia ejus, principaliter in interioribus actibus consistit, quibus scilicet homo credit, sperat, diligit, Luc. 17. *Regnum Dei intra vos est*: non autem principaliter consistit in exterioribus, Rom. 14. *Non est Regnum Dei esca & potus.* Vnde interiores actus se habent per modum finis, qui secundùm se quæritur: exteriores verò actus, per quos Deo corpora exhibentur, se habent sicut ea quæ sunt ad finem. In eo autem, quod quæritur tanquam finis, nulla mensura adhibetur: sed quanto majus fuerit, tanto meliùs se habet. In eo verò, quod quæritur propter finem, adhibetur mensura secundùm proportionem ad finem. Sicut medicus sanitatem tantum facit, quantum potest: medicinam autem non tantum dat, quantum potest, sed quantum videt expedire ad sanitatem consequendam. Similiter homo, in fide & spe & charitate nullam mensuram debet adhibere: sed quantò plus credit, sperat, diligit, tantò melius est, propter quod dicitur Deut. 6. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c.* Sed in exterioribus actibus est adhibenda discretionis mensura per comparationem ad charitatem.

Sal discretionem signat.

In corporali propter Deum afflictione discretio adhibenda.

E Rom. 12. l. 1. ibi, rationabile.

Aliter se habet justus ad actus interiores, aliter ad exteriores. In his mensura adhibenda: in illis non ita.

g *Ex omnibus autem hactenus adductis, sacri ritus & cæremoniarum Ecclesiæ satis apparet conuenientia. Quòd si in veteri lege conuenienter cæremonialia præcepta data sunt & executioni mandata* (de quibus singulis luculenter vide F.) *quæ tamen in typum futuri seruabantur: quanto magis in Ecclesia, tanquam in figurato, venerandus sacer est ritus, & cæremoniæ obseruandæ, & celebrandæ solemnitates? Et quidem festiuitates has exemplo Christi seruare diligenter nos oportet, & deuotè celebrare.* Nam de eo legimus Ioan. 2. Prope erat Pascha Iudæorum: & ascendit Iesus Ierosolymam. *Vbi Author*: Quia *inquit* Dominus G venit, vt doceret omnes humilitatis & perfectionis exemplum, voluit legem, quandiu statum habuit, obseruare; non enim venit legem soluere, sed adimplere, vt dicitur *Matth.* 5. Ex quo, quia Pascha Iudæorum imminebat, Ierusalem ascendit. Nos ergo ad ejus exemplum deberemus solicitè diuina præcepta seruare. Si enim ipse Dei Filius decreta legis à se datæ implebat, celebrans solemnitates: quanto studio bonorum operum deberemus nos eas & præuenire & celebrare? *At heu!* quia H pauci sunt, qui festa spiritualiter celebrant: *temporaliter multi, nec sine peccato frequentiùs. Idcircò festum Paschæ vocatur* Pascha Iudæorum: *videlicet*, quia I ipsum Pascha Iudæi malè & indebitè celebrabant. Nam, quando deuotè Pascha celebramus, tunc dicitur Pascha Dei, *Isa. cap.* 1. Solemnitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta, *quia nimirùm sine Dei offensa non celebrantur. Qua de causa non semper legitur ad diem festum Christus ascendisse: etenim*, quando L dies festus agitur sanctè, semper Dominus est in die festo, Matth. 18. *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Et ideò nos congregati in domo Dei, quæramus Iesum, mutuò nos consolando, & exorando vt veniat ad diem festum nostrum. Quando verò non sanctè agitur festum, tunc non venit Iesus, *Is.* 1. *cit.* Neomeniam, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram: iniqui sunt cœtus vestri. *Et Amos* 5. Odi & projeci festiuitates vestras: & non capiam odorem cœtuum vestrorum. Aufer à me tumultum carminum tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam. *De hac Templi, occasione solemnitatum sacrique musicalis ibi concentus, profanatione querebatur Citharœdus Psalm.* 73. Gloriati sunt (lætantur *enim* cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis, *Prou.* 2.) qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ: polluerunt tabernaculum nominis tui; *vnde & Templi zelatores* dixerunt in corde suo: Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra, *ne videlicet irritetur magis Deus in domo sua; proinde subijcientes*: Vsquequò, Deus, improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem? *Et justam imprecantur vltionem*: Memor esto hujus: inimicus improperauit Domino, & populus insipiens incitauit nomen tuum. Exurge, Domine, judica causam tuam; *impios nimirum profanatores vlciscendo, justitiam irritantes tuam, & incitantes. Profectò locus frequentior non est, vnde potiora, magisque opima auferat à nobis spolia humani generis hostis, quàm sacrum Templum, occasione præsertim solemnitatum. Experientiâ notissimum. Vnde admiratus Psaltes eodem Psalmo præmiserat*: Quanta malignatus est inimicus in Sancto! *Templo videlicet, & Ecclesia. Quod quidem Templum vel ex ipsa consecratione Deique speciali inhabitatione, vniuersâ terrâ sanctius est, vt dicitur* 2. *Mach.* 5. *vnde & cum magna solemnitate consecratio illius celebratur. Et ratio adducitur*: quia *enim* consecratio M altaris repræsentat sanctitatem Christi, consecratio verò domus sanctitatem totius Ecclesiæ: ideò conuenientiùs recolitur cum sanctitate & solemnitate consecratio Ecclesiæ vel altaris, quàm aliorum, quæ consecrantur. Propter quod etiam octo diebus solemnitas dedicationis agitur, ad significandam beatam resurrectionem Christi, & membrorum Ecclesiæ. *Non secus ac in dedicatione Templi ab Salomone factum est: de quo legitur* 3. *Reg.* 8. Fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem, & omnis Israel cum eo, septem diebus, & in die octaua dimisit populos. *Hinc ad illud Io.* 10. Facta sunt Encænia in Ierosolymis &c. *docemur, quòd* Encænia N festum erat & memoria Dedicationis Templi. Ad sciendum autem rationem festi consecrationis & causam, notandum est, quòd omnia festa celebrantur in Ecclesia in commemorationem diuinorum beneficiorum: (*quod & in veteri testamento legimus factum*:) Is. 53. *Miserationum Domini recordabor.* Et in *Psalm.* 117. postquam Dauid commemorauit multa beneficia Dei, dicens: *Confitemini Domino, quoniam bonus &c.* subdit: *Constituite diem solemnem in condensis vsque* ad cor-

F 1. 2. à Q. 101.

Ecclesiæ solemnitates ex emplo Christi in Templo celebrandæ.

G Io. 2. l. 2. lit. b. ibi.

H Ioan. 7. l. 5. lit. a.

Pauci spiritualiter eas celebrant.

I Ioan. 11. l. 8. lit. b.

Cum sanctè colitur festũ, venit & Iesus: aliter non venit.

L Ibid. lit. c.

Plura & grauiora peccata, occasione solemnitatum, committuntur in Templo, quàm extra.

Vbi diabolus triumphat sæpius, & victorias reportat.

M 3. p. 83. 3. ad 4.

Consecratio Ecclesiæ solemnius celebratur, quàm rerum aliarũ.

Ratio & causa festi Dedicationis Ecclesiæ.

N Ioa. 10 l. 5. lit. b. & Ioa 2. l. 3. lit. c sub init. & 1. Mach. 4. ibi, dedicationem.

Digitized by Google

Diuina beneficia nobis à Deo exhibita, tripliciter recolimus.

Festa Christi & Sanctorum quorsum celebrentur.

ad cornu altaris. Recolimus autem diuina beneficia nobis exhibita tripliciter. Quandoque quidem, vt exhibita nobis in Capite nostro Domino Iesu Christo: & sic celebramus festum Natiuitatis, Resurrectionis & hujusmodi. Quandoque vt exhibita nobis in membris nostris, scilicet in Sanctis, qui sunt membra Ecclesiæ: & hoc congruenter, quia (vt dicit Apostolus 1. *Cor.* 12.) *Si gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra*. Et sic celebramus festa SS. Petri & Pauli, & aliorum Sanctorum. Quandoque autem, prout sunt exhibita toti Ecclesiæ: putà in ministerio Sacramentorum, & in alijs, communiter Ecclesiæ collatis. Et quia domus materialis est quasi signum collectionis Ecclesiæ fidelium, & etiam in ea omnia Sacramenta gratiæ dispensantur: ideò in memoriam istorum beneficiorum, festum Dedicationis Ecclesiæ celebramus. Quod quidem festum majus est, quàm festum alicujus Sancti: sicut & beneficia toti Ecclesiæ collata, quorum memoriam agimus, excedunt beneficium collatum alicui Sancto, quod in festo ejus recolitur. Sciendum est tamen, quòd Templum erat Ierosolymis tribus vicibus consecratum. Primò à Salomone, vt habetur 3. *Reg.* 8. Secundò tempore Esdræ à Zorobabel & Iesu Sacerdote magno, vt habetur 1. *Esd.* 6. Tertiò à Machabæis, vt habetur 1. *Mach.* 4. Hæc autem Encænia (*de quibus* Ioan. 10. *cit.*) non sunt facta in memoriam Dedicationis, quæ facta fuit à Salomone, quia hoc fuit in autumno, scilicet mense septimo; nec in memoriam Dedicationis, quæ facta fuit tempore Esdræ, quia illa fuit in vere, scilicet nona die Martij: sed in memoriam Dedicationis, quæ facta fuit à Machabæis tempore hyemali. Et ideò, vt hoc designet, describit tempus in speciali, dicens: *& hyems erat*.

Cur festum Dedicationis Ecclesiæ. Quod præfertur omnibus festis Sanctorum. Templum vetus ter Ierosolymis consecratum.

De qua Dedicatione fit sermo Ioa. 10. *Facta sunt Encænia Ierosolymis &c.*

h *Verùm, quia* est O de ratione Templi, quòd sit habitaculum Dei, secundùm illud Psalm. 10. *Dominus in Templo sancto suo*: omne illud, in quo Deus habitat, potest dici Templum. Habitat autem Deus principaliter in se ipso, quia ipse solus se comprehendit; vnde & ipse Deus Templum Dei dicitur Apoc. 21. *Dominus Deus omnipotens Templum illius est*. Habitat etiam Deus in domo sacrata per spiritualem cultum, qui in ea sibi exhibetur: & ideò domus sacrata dicitur Templum, secundùm illud Psal. 137. *Adorabo ad Templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo*. Habitat etiam Deus in hominibus per fidem, quæ per dilectionem operatur, secundùm illud Ephes. 3. *Christum habitare per fidem in cordibus vestris*. Vnde & ad probandum, quòd fideles sint Templum Dei, postquam 1. *Cor.* 3. præmiserat Apostolus: *Nescitis, quia Templum Dei estis*; subjungit, quòd inhabitantur à Deo: *Et spiritus Dei habitat in vobis?* Et hoc est, *quod ajebat initio Author*: In materiali Templo est quædam Sacramentalis sanctitas, prout Templum diuino cultui dedicatur: sed in fidelibus Christi est sanctitas gratiæ, quam consecuti sunt per baptismum. *Hinc & 2. ad Cor.* 6. Vos estis Templum Dei viui, sicut dicit Deus (*Leuit.* 26.) Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos: & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. *Et Hebr.* 3. Christus verò tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos &c. *Vbi Author*: Ista P domus *inquit* sunt fideles: & sunt domus Christi qui credunt in Christum, 1. Tim. 3. *In domo Dei, quæ est Ecclesia*: & etiam quia Christus habitat in ipsis, Ephes. 3. *Christum habitare per fidem in cordibus vestris*. Hæc ergo domus nos fideles sumus. *Est igitur fidelis anima domus ac Templum Dei. Et quidem* dicitur anima Q Templum Dei, quia in Templo Deus adoratur: similiter in anima fideli, Matth. 6. *Intra in cubiculum tuum*; idest, secreta animæ tuæ: *& clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito*. Item ibi offeruntur sacrificia: similiter in anima fideli,

O 1. *Cor.* 3. *l.* g. *sub init.* & 2. *Cor.* 6. *l.* 3. Triplex Templum, in quo Deus inhabitat.

Homo per fidem & charitatem Templum Dei.

P *Hebr.* 3. *l.* 1. *ibi.*

Q *Ps.* 10. *lit.* b. Quicquid fit in Dei Templo, fit in anima fideli.

Psal. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*. Item in Templo funduntur orationes ad Deum: ita in anima operatur Deus, Is. 26. *Omnia opera nostra operatus es nobis Domine*. Item, quia Deus eam sanctificat, & in eam descendit sicut in Templum, *Sap.* 4. Gratia Dei in Sanctos ejus, & respectus in electos illius. *Ad hæc quoque, super illud Psal.* 25. Circumdabo altare tuum, Domine; *docemur, quod* sicut R triplex est Templum: ita est triplex altare. Primum Templum est vir justus, 1. Cor. 3. *Nescitis quia Templum Dei estis &c.* Hujus Templi altare est cor, Leuit. 6. *Ignis*, scilicet charitatis, *in altari*, idest in corde, *semper ardebit*. Hoc altare debemus circundare, vel juxta stare; idest, ornare (*actibus virtutum*) semper redeundo ad Christum, Prou. 4. *Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit*. Aliud Templum est Ecclesia, & hujus Templi altare est Christus, Hebr. vlt. *Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt*. Vel fides. Et hoc debemus circundare, vt toto corde simus circa ipsum. Tertium Templum est ipse Deus, Apoc. 21. *Templum non vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens Templum illius est*. Et hujus altare est misericordia Dei. Et hoc circundare debemus desiderio mentis, *Psal.* 144. Suauis Dominus vniuersis, & miserationes ejus super omnia opera ejus. *In Templo igitur Dei, ejus imploremus misericordiam: in Templo Ecclesiæ, Christum adoremus Dominum & exoremus: in Templo animæ, spiritualia interiora sacrificia Deo offeramus. Hæc enim Domino sacrificia placent; non carnalia & exteriora, nisi ad interiora ordinentur; Psal.* 49. Non in sacrificijs tuis arguam te: *In sacrificijs*, scilicet S carnalibus: *holocausta autem tua*, scilicet spiritualia, *in conspectu meo sunt semper*; idest, mihi placent: quando scilicet *ex Gregorio* totum (*& interius & exterius*) Deo offertur: cum scilicet quis se ipsum offert, & totum quod habet, & sic expendit in Dei seruitio. *Holocaustum enim dicitur; idest, totum combustum. Vide fusiùs V.* Anima rationalis. *At verò valdè timendum est quod de hocce animæ Templo minatur Apostolus* 1. *Cor.* 3. *cit.* Si quis Templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. *Quod exponens Author*: Violatur *inquit* Templum T Dei dupliciter. Vno modo per falsam doctrinam, quæ non superædificatur fundamento, sed magis fundamentum subruit, & destruit ædificium: (*Dei ædificatio estis, præmiserat ibid. Apostolus.*) Vnde dicitur Ezech. 13. *Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei & fragmen panis, vt interficerent animas &c.* Alio modo violat aliquis Templum Dei per peccatum mortale, per quod aliquis vel seipsum corrumpit, vel alium, opere vel exemplo. Vnde dicitur Mal. 2. *Contaminauit Iudas sanctificationem Domini, quam dilexit*. Sic autem dignum est, vt disperdatur ille à Deo per damnationem æternam, qui violat spirituale Templum Dei, vel qualitercunque polluit. *Vnde dicitur Mal.* 2. *cit.* Disperdet Dominus virum, qui fecerit hoc (*qui scilicet* contaminauit sanctificationem) Magistrum & discipulum; *vt sic, præter contaminationem mortalis culpæ, falsæ innueret violationem doctrinæ. Cauendum ergo, ne disperdat nos Deus, illius Templum erratis nostris violantes: sed immò ornare virtutibus, vti condecet domum Dei, studeamus*. Cujus V ornatus describitur Psal. 44. *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate*. Vestitus est operatio virtuosa, Psal. 131. *Sacerdotes tui induantur justitiam*. Per aurum autem significatur charitas (*Apoc.* 3. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum; *idest*, charitatem X quæ ardet in Dei & proximi dilectione; & dicitur *aurum*, quia sicut aurum super omnia metalla est in valore: sic charitas est super omnes virtutes.) Et ideò dicitur *vestitus deauratus*, quia informatus charitate: *Omnia opera vestra in charitate fiant*, 1. Cor. vlt. *Circundata varie-*

R *Ps.* 25. *lit.* d. Triplex Templum, & altare. Iustus, cujus altare cor. Ecclesia, cujus altare Christus. Deus, cujus altare misericordia.

S *Ps.* 49. *lit.* e. *ibi.* & *Ps.* 50. *lit.* h. *ibi*, sacrificium.

Cauendum, ne Templum Dei, quod est anima, violetur, væ etenim violanti. T 1. *Cor.* 3. *l.* 3. *ibi.* Violatur dupliciter.

V *Ps.* 44. *lit.* g. & i. Non polluendum, sed virtutum actibus exornandum.

X *Apoc.* 3. *com.* 3. *ibi.*

Digitized by Google

varietate; idest, diuersis virtutum operibus; *Coloss*.3. Induite vos, sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem &c. *Dicitur autem anima justi* Regina *ex illo* 1. *Pet*. 2. Vos autem genus electum, Regale Sacerdotium &c. *& Apoc*.5. Fecisti nos Deo nostro Regnum & Sacerdotes: & regnabimus super terram. *His consonat illud* 1. *Mach*. 4. Ornauerunt faciem Templi coronis aureis &c. *Quod mysticè refertur ad animam, quæ Templum Dei est, quamuis literaliter de materiali Templo intelligatur: quod etiam ad majorem Dei honorem & gloriam ornandum est, sicut de Templo ab Salomone magnificentissimè exculto liquet satis. Ad cujus materialem exstructionem, siue restaurationem & ornatum, nulli dubium, quin certatim à fidelibus, promptè, piè, ac generosè contribuendum sit, singularisque decor procurandus, Psalm*. 25. Domine, dilexi decorem domus tuæ. *Exemplo sit cultoribus Christi quod hanc ad rem legitur fecisse populus Israel pro opere Sanctuarij, Exod*.35. Egressa omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Quicquid ad cultum & vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus præbuerunt, armillas & inaures, anulos & dextralia: omne vas aurum in donaria Domini separatum est*: cum ijs quæ sequuntur. Ita quòd* artifices venire compulsi (*vt dicitur cap*.36.) dixerunt Moysi: Plus offert populus, quàm necessarium est. Iussit ergo Moyses, præconis voce cantari: Nec vir nec mulier quidquam offerat vltrà in opere Sanctuarij. Sicque cessatum est à muneribus offerendis, eoquòd oblata sufficerent, & superabundarent. *Verumtamen* (*veritati locus detur*) *non habet quod Iudaico populus Christianus inuideat: non enim pro vno Tabernaculo, vt ille, sed pro pluribus exstruendis exornandisque Templis, quantum à Christi fidelibus prompta ac deuota mente erogetur, experientia comperimus: hîc præsertim Venetijs Patria mea, vbi inter nostri temporis graues ob diuturnum repetitum in Turcas bellum calamitates, Christiana pietate nec vel in minimo diminuta, sed aucta, tot cernimus Basilicas à fundamentis exstructas, tot augustissimè restauratas, tot aras sumptuosè erectas, tot Ecclesiarum multiplicata supellectilia pretiosa: vnde vniuerso fiat euidens Orbi, antiquam Venetorum pietatem nec hactenus defecisse, nec vllo vnquam tempore perituram. Quòd si Ecclesia aliqua, in quopiam fortasse pago, vile pastorum tugurium*, speluncam *immò* latronum *referat: vbi sordidæ altaribus mappæ superponuntur: sacras ministri vestes, laceras induunt ac detritas: Corporalia maculosa expanduntur: impura purificatoria exhibentur* (*qualia ad nares emungendas sudariola, siue ad comedendum linteola, Sacerdotes ipsi fortasse non adhiberent:*) *sacrati calices cum patenis admonentur, absumpta inauratione confusi: vt cætera mittam. Vno verbo: non minùs quàm recens natum, Christum Dominum, in Eucharistia contentum, altero quasi stabulo reclinant. Si hæc inquam alicubi contingant, vt oculis proprijs conspeximus: id quidem non fidelium minùs promptæ pietati adscribendum, sed custodum aliquot Parochorum incuriæ, sorditati, & auaritiæ tribuatur. In quo Episcoporum conscientia grauanda: Pastorum enim curæ est, subque graui præcepto, vigilare super gregem suum.* DISCE, *propter Deum inhabitantem, exterius interiusque Templum venerari. Vide*, Anima rationalis, Christi mors, Clericus, Crux sancta, Decalogus, Deus, Eucharistia, Fides, Missa, Oratio, Papa, Petrus Apostolus, Sacerdos.

Ad templorum erectionem libenter contribuendũ.

Iudæorum in hoc deuotio.

Christianorum non minor pietas: Venetorum præsertim.

Detestanda aliquorum incuria, debitum Ecclesiæ splẽdorem obscurantium.

ECLIPSIS. Vide CHRISTI MORS.

ELECTIO.

III. Electionem rectam agit sola virtus, quæ est in appetitiua parte animæ. 1.2. 58. 1. *ad* 2.

i ELectio, *vt ipsum nomen sonat*, est Y acceptio vnius respectu alterius, *siue* vnius præ alio. *Controuerti autem videtur, num actus rationis sit, an voluntatis. Vnde & hoc* Philosophus Z videtur relinquere sub dubio *in* 6. *Ethic*. vbi dicit, quòd electio vel est *appetitus intellectiui, vel intellectus appetitiui*. Primum autem verius est. Quòd enim sit directè actus voluntatis, patet ex duobus. Primò ex ratione objecti, quia proprium objectum electionis est id, quod est ad finem; quod pertinet ad rationem boni, quod est objectum voluntatis: nam bonum dicitur & finis vt honestum vel delectabile; & quod est ad finem vt vtile. Secundò ex ratione ipsius actus. Electio enim est vltima acceptio, qua aliquid accipitur ad prosequendum: quod quidem non est rationis; sed voluntatis. Nam quantumcunque ratio vnum alteri præfert, nondum est vnum alteri præacceptatum ad operandum, quousque voluntas inclinetur in vnum magis, quàm in aliud: non enim voluntas de necessitate sequitur rationem. Est tamen electio actus voluntatis non absolutè, sed in ordine ad rationem, eoquòd in electione apparet id, quod est proprium rationis, scilicet conferre vnum alteri vel præferre: quod quidem in actu voluntatis inuenitur ex impressione rationis, inquantùm scilicet ipsa ratio proponit voluntati aliquid, non vt vtile simpliciter, sed vt vtilius ad finem. Sic ergo patet, quòd voluntatis actus est velle & intendere: sed velle, prout ratio proponit voluntati aliquid bonum absolutè, siue sit propter se eligendum, vt finis, siue propter aliud, vt quod est ad finem: vtrumque enim velle dicimur. Sed eligere est actus voluntatis, secundùm quod & ratio proponit ei bonum vt vtilius ad finem: intendere verò, secundùm quod ratio proponit ei bonum, vt finem consequendum ex eo quòd est ad finem. *Quod ex eo confirmatur, quia* electionem A præcedit consilium (vt dicitur *in* 3. *Ethic*.) sicut disputatio conclusionem: (*in homine quippe* necessaria est B inquisitio rationis ante judicium de eligendis: & hæc inquisitio *Consilium* vocatur:) est enim electio præconsiliati appetitus: & ita eligere erit principaliter actus voluntatis, non tamen absolutè, sed secundùm quod manet in ea virtus intellectus, vel rationis consiliantis. *Porrò* differt C vt Philosophus dicit *in* 3. *Ethic*. electio à voluntate in hoc, quòd voluntas per se loquendo est ipsius finis: electio autem eorum, quæ sunt ad finem. Et sic simpliciter voluntas est idem quod voluntas vt natura: electio autem est idem quod voluntas vt ratio, & est proprius actus liberi arbitrij.

Electio quid sit.

Y 1.2. 13. 2. c. & ad 2. & loc. citandis.

Num actus intellectus, an voluntatis.

Z Ver. 22. 15. c. & 1. p. 83. 3. c. & 1. 2. l. c. a. 1 c. & 2. 2. 47. 1. ad 1. In 2. d. 24. 1. 3. 6. c.

Actus est voluntatis in ordine ad rationem.

A In 2. d. 24. l. c. & 1. 2. 13. l. c. & q. 14. 1. c.

Electioni præmittitur consilium.

B 1. 2 14. 6. c. & q. 13. 1 ad Ver. 22. 3. ad 4.

Dicitur ideircò appetitus præconsiliati.

Quid consilium.

In quo differat electio à voluntate.

C 3. p. 18. 4. c. & 1. p. 83. 4. In 2. d. 24. 1. 3. Ver. 24. 6.

1 *Ex his deducitur, quòd rationalium duntaxat electio est: neque enim brutis potest electio competere. Siquidem, cum electio* D *sit* acceptio vnius respectu alterius, necesse est, quòd sit respectu plurium, quæ eligi possunt: & ideò in his, quæ sunt penitus determinata ad vnum, electio locum non habet. Est autem differentia inter appetitum sensitiuum & voluntatem: quia appetitus sensitiuus est determinatus ad vnum particulare secundùm ordinem naturæ: voluntas autem est quidem secundùm naturæ ordinem determinata ad vnum commune, quod est bonum, sed indeterminatè se habet respectu particularium bonorum. Et ideò propriè voluntatis est eligere, non autem appetitus sensitiui, qui solus est in brutis animalibus. *Vnde & alibi docemur, quòd* quidam E agunt absque judi-

Brutis non conuenit.

D 1. 2. 13. 2. c. In 2. d. 25. 1. 1. ad 6. & 7.

Differentia inter appetitum sensitiuum & voluntatem.

E 1. p. 83. 1. c. Ver. 24. 1. Ma. q. 6.

Digitized by Google

Duplex judicium.

judicio, ficut lapis mouetur deorfum: & fimiliter omnia cognitione carentia. Quædam autem agunt judicio, fed non libero, ficut animalia bruta: judicat enim ouis, videns lupum, eum effe fugiendum naturali judicio, & non libero, quia non ex collatione, fed naturali inftinctu hoc judicat: & fimile eft de quolibet judicio brutorum animalium. Sed homo agit judicio, quia per vim cognofcitiuam judicat, aliquid effe fugiendum vel profequendum. Sed quia judicium iftud non eft ex naturali inftinctu in particulari operabili, fed ex collatione quadam rationis, ideò agit libero judicio, potens in diuerfa ferri. *Et fic homo liberè eligit quodcunque eligit, non ex neceffitate.* Et hoc ideò F quia quod probabile eft non effe, non neceffe eft effe. Quòd autem poffibile fit non eligere vel eligere, hujus ratio ex duplici hominis poteftate accipi poteft. Poteft enim homo velle & non velle, agere & non agere: poteft etiam velle hoc aut illud: cujus ratio ex ipfa virtute rationis accipitur. Quicquid enim ratio poteft apprehendere vt bonum, in hoc voluntas tendere poteft: poteft autem ratio apprehendere vt bonum non folùm hoc, quod eft velle aut agere, fed hoc etiam, quod eft non velle & non agere. Et rurfum in omnibus particularibus bonis poteft confiderare rationem boni alicujus, & defectum alicujus boni, quod habet rationem mali: & fecundùm hoc poteft vnumquodque hujufmodi bonorum apprehendere vt eligibile vel fugibile. Solum autem perfectum bonum, quod eft beatitudo, non poteft ratio apprehendere fub ratione mali aut alicujus defectus: & ideò ex neceffitate beatitudinem homo vult, nec poteft velle non effe beatus aut mifer. Electio autem cum non fit de fine, fed de his, quæ funt ad finem, non eft perfecti boni, quod eft beatitudo, fed aliorum particularium bonorum: & ideò homo, non ex neceffitate, fed liberè eligit. *Cæterùm*, cum voluntas G dicatur libera, in quantùm neceffitatem non habet, libertas voluntatis in tribus confideratur. Scilicet, quantùm ad actum, in quantùm poteft velle vel non velle: & quantùm ad objectum, in quantùm poteft velle hoc vel illud, & ejus oppofitum: & quantùm ad ordinem finis, in quantùm poteft velle bonum vel malum. Quantùm ad primum horum, ineft libertas voluntati in quolibet ftatu naturæ refpectu cujuslibet objecti. Secundum verò horum eft refpectu quorundam objectorum, fcilicet refpectu eorum quæ funt ad finem, & non ipfius finis; & etiam fecundùm quemlibet ftatum naturæ. Tertium verò non eft refpectu omnium objectorum, fed quorundam eorum, fcilicet quæ funt ad finem: nec refpectu cujuslibet ftatus naturæ, fed illius tantùm, in quo natura deficere poteft: nam vbi non eft defectus in apprehendendo & conferendo, non poteft effe voluntas mali in his, quæ funt ad finem, ficut patet in beatis. Et pro tanto dicitur, quòd velle malum nec eft libertas nec pars libertatis, quamuis fit quoddam libertatis fignum. *Et quidem* poffe H peccare, fecundùm *Anfelmum & Boetium*, non pertinet ad libertatem voluntatis, fed magis eft conditio voluntatis deficientis, in quantùm eft ex nihilo: fed in hoc attenditur ratio libertatis, quòd poffit hoc facere vel non facere, aut hoc vel aliud facere. *Quomodo autem faluetur in Deo & in beatis vera ratio liberi arbitrij & electionis, vide fufiùs V.* Voluntas, *& V.* Liberum Arbitrium: *vbi & de pluribus, quæ hîc defiderantur.*

F 1 2:13. 6. c. & 1. p. 115 art. In 2. d. 15, 1 3. c. & d. 28. 1, 1. c. Ver. 22, 6. c. & q 24. 1.

Homo liberè eligit, non ex neceffitate.

Non poteft homo velle non effe beatus, aut mifer.

G Ver. 22. 6. ß c

Libertas voluntatis confideratur in tribus.

Poffe peccare non pertinet ad libertatem voluntatis.

H 1. d. 42. 2. 1. ad 3. In 2. d. 7. 1. 1. ad 3. & d. 25. 1. 1. ad 2. & d. 44. 1. 1. ad 1. In 3. d. 18. 1. 2 ad 5. & 2. 1. 88. 4. ad 1. Ver. 24 3. ad 2. & a. 7. ad 4. Ma. 16. 5. c.

Ratio libertatis in quo.

m *Verumtamen ad bonam electionem duo requiruntur. Pro quo fciendum, quòd* prudentia I eft virtus maximè neceffaria ad vitam humanam: bene enim viuere confiftit in bene operari. Ad hoc autem, quòd aliquis bene operetur, non folùm requiritur, quid faciat, fed etiam quomodo faciat, vt fcilicet fecundùm electionem rectam operetur, non folùm ex impetu aut paffione. Cum autem electio fit eorum, quæ funt ad finem, rectitudo electionis duo requirit, fcilicet debitum finem, & id, quod conuenienter ordinatur ad debitum finem. Ad debitum autem finem homo conuenienter difponitur per virtutem, quæ perficit partem animæ appetitiuam, cujus objectum eft bonum & finis. Ad id autem, quod conuenienter in finem debitum ordinatur, oportet, quòd homo directè difponatur per habitum rationis, quia confiliari & eligere, quæ funt eorum quæ funt ad finem, funt actus rationis: & ideò neceffe eft, in ratione effe aliquam virtutem intellectualem, per quam perficiatur ratio adhoc, quòd conuenienter fe habeat ad ea, quæ funt ad finem: & hæc virtus eft prudentia. *Benè ergo ajebat initio Author*: Electionem rectam agit fola virtus, quæ eft in appetitiua parte animæ. *Quandoquidem* vt fit L debita intentio finis, hoc fit per virtutem moralem, quæ vim appetitiuam inclinat ad bonum conueniens rationi, quod eft finis debitus. Vt verò homo rectè accipiat ea, quæ funt ad finem, hoc non poteft effe, nifi per rationem rectè confiliantem, judicantem, & præcipientem: quod pertinet ad prudentiam & virtutes adnexas. *DISCE, nil fine virtute rectè eligi.*

Bene viuere confiftit in bene operari.

I 1. 2. 57. 5. c. & 56. 4. ad 4. & 58. 4. c. & 2. 2. 47. 1. ad 2. In 2. d. 41. 1. c. In 3 d 33. 1. 1. q. 2. ad 2. & q. 2. a. 3. c.

Duo ad rectam electionem requifita.

Electionem rectam fola virtus agit.

L 1. 2. 58. 4. c. & a. 2. c. & ad 2. & a. 5. c. & 57. 4. 4.

IV. Qui debet aliquem eligere, non tenetur affumere meliorem fimpliciter, quod eft fecundùm charitatem: fed meliorem quoad regimen Ecclefiæ. 2. 2. 185. 3. c.

n EXadductis Num. præced. *ortum habuit electio, qua homines ad populorum regimen affumuntur. Cum autem electio fit boni, boni quoque non mali eligi debent; immò inter bonos, meliores*, 4. *Reg.* 10. Statim vt acceperitis literas has &c. eligite *meliorem*, & eum qui vobis placuerit de filijs Domini veftri, & eum ponite fuper folium. *Meliores inquam debent eligi, & electi ex electis, tanquam media ad optimæ finem gubernationis obtinendum, fiue pro hoftibus debellandis, fiue in quibufcunque muneribus obeundis. Vnde dicitur de Ioab* 2. *Reg.* 10. Videns quòd præparatum effet aduerfùm fe prælium & ex aduerfo & poft tergum, elegit ex omnibus electis Ifrael, & inftruxit aciem contra Syrum &c. *Quod vt feliciùs quis affequi valeat, maturum præferat electioni confilium, neceffe eft, vt in præmiffis ex Authore docuimus. Cum igitur electio fit acceptio vnius præ alijs, quod melius ad finem affequendum & vtilius eft, eligere debemus: & ità, non quicunque ad præfidendum eligendus eft, fed potior ac melior: qualis proculdubio erat Num.*11. Iofue filius Num, minifter Moyfi, & electus ex pluribus. *Hinc in Romanorum commendationem* 1. Mach. 8. *legimus, quòd* quotidie confulebant trecentos viginti, confilium agentes femper de multitudine, vt quæ digna funt, gerant: & committunt vni homini magiftratum fuum per fingulos annos dominari vniuerfæ terræ fuæ, & omnes obediunt vni: & non eft inuidia neque zelus inter eos. *Confilium agentes femper de multitudine &c.* ideft (*exponit Author*) pro vtilitate M multitudinis, vel majoris partis, non declinantes ob alicujus furorem vel fauorem. *Et non eft inuidia &c.* quia non erat ambitio (*nota*) nec priuati boni alicujus præponderatio; *eligebant enim ad regimen fubditorum, quem ad regendum, paffionibus miffis, meliorem nouerant, atque magis idoneum. Quòd fi ad temporale gubernium res ita fe habet: quantò magis ad fpirituale? Et ad hoc quidem* electio *non fine caufa* canonica *nuncupatur, à canone dicta, quafi ad præfcriptam regulam certamque normam exercenda, cum agatur de fumma rerum, videlicet de falute animarum.*

Boni, immò meliores eligendi, & electi ex electis.

Ad regimen aliorum præfertim.

Romanorum commédatio.

M 1. Machab. 8. ibi.

Electio canonica.

o *Quòd*

Ad regimen spirituale melior fortiori jure sub præcepto eligendus.

o *Quòd autem fortiori jure melior ad prælaturas sit eligendus, & hoc sub graui præcepto, liquet satis ex Trid. sess. 24. de Ref. c. 1. cum ait,* electores alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores & Ecclesiæ magis vtiles ipsi judicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint. (*Vbi aduerte, nedum mortaliter talem electorem peccare, sed & omnibus peccatis irretiri,* alienis peccatis communicantes, *quæ ab electo, vel ex ejus malitia, negligentia aut ignorantia, in tota communitate admittuntur:* quod *enim* est causa causæ, est causa causati; *ac proinde* omnia mala, quæ sequuntur, ei imputantur, *vt tradit cum alijs* D. Anton. *Sum. p. 2. c. 3. præsertim, si positiuè sit indignus: qualem immò scienter eligens, incidit vlteriùs ipso facto in censuram suspensionis per triennium ab Ecclesiasticis beneficijs: & si cesset electio, ipsa vice electione priuatur, Cap.* Cum in cunctis §. *fin.* de Elect. *Ita P. Lezana in Sum tom. 1. cap. 15. n. 14. & Silu. V.* Electio 1. *n. 16.*

N 1. 2. 6. 3. c.

Sciendum tamen, quòd non semper N id, quod sequitur ad defectum actionis, reducitur sicut in causam in agens, ex eo, quòd non agit: sed solùm tunc, cum potest & debet agere. Si enim gubernator non posset nauem dirigere, vel non esset ei commissa gubernatio nauis, non imputaretur ei nauis submersio, quæ per absentiam gubernatoris contingeret.) *Ex quo subdit & Author:* Si autem O eligat quis eum, quem reputat minùs idoneum ad tale officium, peccat: *esset enim acceptio personæ. Vnde* cum spiritualia P sint temporalibus potiora, grauius peccatum est personas accipere in dispensatione spiritualium, quàm in dispensatione temporalium: (*hinc habes, etiam ad regimen temporale minùs idoneum eligentes peccare, at grauiùs in spiritualibus.*) *Peccatur autem contra fidelitatem: nimirùm,* quia Q hoc videtur esse contra fidelitatem, quam in bono dispensatore Dominus requirit: non enim faceret fideliter negocium alicujus domini qui posset rem ejus meliorare, si hoc prætermitteret vt suis consanguineis satisfaceret, *aut ob alios respectus, qui non pauci sunt, & experientia noti. Nec obstat Decretalis* 1. *tit.* 6. *cap. Cum in cunctis, quòd* sufficit R eligere bonum, neque oportet eligere meliorem. *Exponitur enim, quòd* quantum ad hoc S quòd electio impugnari non possit in foro judiciali, *sufficit eligere bonum, neque oportet eligere meliorem:* quia sic omnis electio posset habere calumniam. Sed quantum ad conscientiam eligentis (*nota*) necesse est eligere meliorem vel simpliciter, vel in comparatione ad bonum commune. *Vnde fallitur qui pro* meliori *sibi suadet satis esse eligere* bonum. *Hinc nouissimè inter damnatas ab* Innocentio Papa XI. *propositiones recensetur & sequens num.* 47. Cum dixit Concilium Tridentinum, eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles, ipsi judicauerint, ad Ecclesias promouent: Concilium vel primò videtur per hoc *digniores* non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparatiuo pro positiuo. Vel secundò locutione minùs propria ponit *digniores*, vt excludat indignos, non verò dignos. Vel tandem loquitur tertiò, quando fit concursus. *Idcircò benè sibi electores consulant in electione Prælatorum: nec enim post hæc datur locus distortè glossandi Tridentinum, cum sanum ejusdem sensum explanauerit satis Pontifex Summus. Et quidem, quòd melior præferendus sit atque eligendus, elucescit satis in electione Saulis, quem in primum Regem Israel Dominus eligi voluit, de quo dicitur* 1. *Reg.* 9. quòd erat electus & bonus, & non erat vir de filijs Israel *melior* illo: ab humero & sursum eminebat super omnem populum. *Et iterum c.* 10. Stetitque (*Saul*) in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum: (*Qui tamen ad temporale Regnum præficiebatur: quantò magis præeminere cæteris debet qui ad spirituale præficitur? vbi per quantitatem molis vult innuere Spiritus Sanctus quantitatem virtutis & majoritatem: proprium enim est capitis membris cæteris supereminere. Vnde & Tridentinum cit. loco:* Totius *inquit* familiæ Domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in Capite. *Hinc illud Apostoli ad Hebr.* 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur &c. *exponit Author:* Dicit, *assumptus*, quia T debet alios excellere, sicut patet de Saule 1. *Reg.* 10. Et ideò Christus *Ioan. vlt.* interrogat Petrum, quem volebat præficere, si diligeret ipsum plùs alijs: *Simon Ioannis diligis me plùs his?* quia V vt etiam ex Philosopho habetur in Polit. *Naturali ordine ille, qui præsidet & gubernat, debet excellentior esse.* Vnde dicit, quòd sicut anima se habet ad corpus quod regit, & sicut ratio ad vires inferiores; similiter etiam homo ad animalia bruta: sic se debet habere Prælatus ad subditos. Et ideò dicit: *Diligis me plùs his?* Quia quantò plùs quis diligit, tantò major est, *eòque melior.* 1. *Reg.* 10. Certè videtis (*ajebat de eodem Saule Samuel ad populum*) quem elegit Dominus: quoniam non sit similis illi in omni populo. *Ex quo, quis melior habendus sit, facilè dignoscitur: videlicet, ex charitate, quæ omnibus quidem necessaria, at specialiùs propria Pastorum est:* Non *enim* quærit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi. *Et ita,* qui majorem charitatem habet, major est, *proinde melior:* in ijs *enim ex Augustino,* quæ X non mole magna sunt, hoc est majus esse, quod est melius esse. *Idcircò Petrus, in Ecclesiæ Caput & Pastorem assumendus, haud perperam examinatur à Christo de dilectione, hæc enim in illo simpliciter exigitur:* Diligis me plùs his? *Et quidem, subjicit Author,* satis Y conuenienter: Petrus enim priùs in peccatum ceciderat; nec idoneus erat, vt præferretur, nisi priùs ejus culpa aboleretur: quod non fit, nisi per charitatem, 1. Pet. 4. *Charitas operit multitudinem peccatorum;* & ideò oportuit, vt per examinationem manifestaretur ejus charitas, non sibi, qui *scrutatur renes & corda,* sed alijs: (*hoc est, in facie Ecclesiæ, ad eligentium instructionem*) & qui non amat Dominum, non est idoneus Prælatus.

Quis melior simpliciter, ex charitate pensandum.

p *Verùm, quia præter charitatem, ad bene regendum plura, in Prælato præsertim, exiguntur: propterea docemur, quòd* aliquis homo Z potest dici bonus vel melior altero dupliciter. Vno modo simpliciter: & sic melior est qui est in charitate perfectior. Alio modo secundùm quid: & sic dicitur aliquis melior altero vel ad militiam, vel ad magisterium, vel ad prælationem, vel ad aliquid hujusmodi, qui non est melior simpliciter: eo quòd in singulis officijs tam spiritualibus, quàm corporalibus requiruntur aliqua præter moralem bonitatem ad hoc, quòd aliquis sit idoneus ad illud officium exequendum. Dicendum est ergo, quòd oportet eligere ad prælationem, vel Ecclesiasticum officium, aliquem, qui sit bonus simpliciter: quia per quodlibet peccatum mortale aliquis redditur indignus ad quodlibet spirituale exequendum. Non tamen oportet, quòd semper eligatur ille, qui est melior simpliciter: possibile est enim, quòd illi, qui est in charitate perfectior, deficiant multa, quæ requiruntur ad hoc, quòd aliquis sit prælatus idoneus, quæ in alio, qui est minoris charitatis, inueniuntur: vt sunt scientia, industria, potentia, & alia hujusmodi. Vnde non oportet semper eligere meliorem simpliciter, sed eum, qui sit melior ad hoc officium. *Et hoc est, quod initio asserebat Author:* Qui debet A aliquem eligere, non tenetur assumere meliorem simpliciter, quod est secundùm charitatem, sed meliorem quoad regimen Ecclesiæ: qui scilicet possit Ecclesiam & instruere

Aliquis melior alio dupliciter.

Quo sensu quis melior eligendus.

O Quol. 8. a. 6. c. & Quol. 6. a. 9. & 2. 2. 63. 2. c.
P 2. 2. loc. cit.
Q Quol. 4. a. 15. c.
R 2. 2. 185. 3. & Quol. 8. a. 6. vtrobique in Sed contra.
S 2. 2. 63. 2. ad 3. & Quol. 8. a. 6. ad 5. Io. 21. l. 3. lit. a.
T Hebr. 5. l. 1. ibi. & 1. Tim. 3. l. 1. ibi, desiderat.
Eligendus debet cæteris præeminere.
V Ioan. 21. l. 3. lit. a. ibi.
X 1. p. 42. 1. ad 1. Virt. 1. a. 11. c.
Y Ioan. 21. l. 3. lit. a. & Quol. 3. a. 9. c. & loc. mox citandis.
Z Quol. 8. a. 6. c. & ad arg. Quol. 4. a. 15. Quol. 6. a. 9. & 2. 2. 63. 2. & 185. 3. Op. 21. ad med. Io. 21. l. 3. lit. a. fi.
A 2. 2. 185. 3. c.

Digitized by Google

struere & defendere & pacificè gubernare. Vnde contra quosdam *dicit Hieronymus*: Quidam non quærunt eos in Ecclesia columnas eligere, quos plùs cognoscunt Ecclesiæ prodesse: sed quos plùs ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis *(nota)* deliniti vel dediti, vel pro quibus majorum quispiam rogauerit &c. *Et ideo Tridentinum loco supra allegato signanter dicit*: quos digniores, additque, & Ecclesiæ magis vtiles, ipsi judicauerint. *Cæterùm charitas simpliciter exigitur semper, sine qua nemo nedum melior, sed nec bonus esse potest. Vnde postquam Saul peccauit, dictum est ei à Samuele* 1. Reg. 15. Scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te: *de quo tamen cap.10. dictum fuerat*, quòd non erat similis illi in omni populo; *tunc scilicet quando electus est, secundùm præsentem justitiam: pro eo enim tempore melior erat. Huc facit quòd & Philosophus in 3. Ethic. distinguit* inter virum bonum, & bonum ciuem: *vt videlicet innuat idoneitatem electi vel eligendi ad officium, ad quod assumitur, Ecclesiasticam præsertim prælaturam: in eo enim vita non sufficit contemplatiua duntaxat in ordine ad Deum, sed & actiua requiritur in ordine ad subditos: vtraque enim simul perfectiorem hominem reddit, tametsi actiuâ perfectior absolutè contemplatiua sit, vt communiter docemur. Atqui sine charitate redditur nemo idoneus; vnde bene dicitur* & vir bonus & bonus ciuis: *nullus enim sine charitate bonus est. Profectò zelus animarum, quem quis ex feruore charitatis habet, vnicum est optimi Pastoris indicium: idcircò ad populum Dei pascendum atque tuendum non sine mysterio David adhuc pastor electus est, Psalm.*77. Elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium: de post fœtantes accepit eum pascere Iacob seruum suum, & Israel hereditatem suam: *in quo creditarum sibi ouium zelus enitebat & amor. In cujus argumentum* 1. Reg. 17. *dicebat ad Saul*: Pascebat seruus tuus Patris sui gregem: & veniebant leo vel vrsus (*pro quo dæmonem fideli gregi insidiantem, animasque rapientem intellige*) & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum &c. *Non enim fugiebat vt mercenarius, sed resistebat vti verus Pastor. Quo nomine & ipse Dominus vocari dignatus est, suoque voluit exemplo tales esse prælatos: de quo fusè vide* B. *Prælatus itaque eligendus est, qui sit* Tanquam Pastor C propter officium subditos bono exemplo pascendi, 1. Pet. 5. Pascite qui in vobis est gregem: (*immò, juxta triplex Christi mandatum, ter Petro dicentis*: Pasce oues meas, ter D debet pascere, scilicet doctrinæ verbo, vitæ exemplo, & temporali subsidio.) Tanquam miles, *siue* dux, propter officium Ecclesiam contra aduersarios defendendi, 2. Cor. 10. *Arma militiæ nostræ &c. &* 2. *Timoth.* 2. *Labora sicut bonus miles Christi*. Tanquam nauta, qui suæ naniculam Ecclesiæ in portum salutis dirigat. Magnum quiddam *proinde*, magnum inquam est (*ajebat Chrysostomus*) Ecclesiæ prælatio, & quæ multa indiget sapientia, & fortitudine: & *ex Tridentino*, onus Angelicis humeris formidandum.

Zelus animarum melioritatem personæ eligendæ potissimùm indicat.

Prælatus Pastor, Dux, Nauta.
B *Ioan.*10. *l.* 1. 2. 3. 4. 5.
C 1. *Cor.* 9. *lit.*
D *Ioa.* 21. *l.* 3. *lit. d. Matth.* 24. *lit. d. ibi, cibum.* 2. *Cor.* 12. *l.* 5. *ibi, impendam.*

Magnum quid prælatio.

q *Ad Prælatum igitur rectè ritèque eligendum, enixè postulandum à Deo est, vt præter humanum, quod omnem debet, vt vidimus, electionem præcedere, suum intus suggerat diuinum consilium. Bona siquidem electio à Deo est: neque eligendus, quem ipse abjicit* (*quod ex bona vel mala eligendi vita pensandum*) 1. *Reg.*16. Ne respicias vultum ejus, neque altitudinem staturæ ejus: quoniam abjeci eum. *Hinc* in primitiua E Ecclesia, vbi pure & propter Deum electiones fiebant, nullus assumebatur ad Episcopatum, nisi per electionem diuinam, sicut electus est Ambrosius & Nicolaus: (*vnde & visibili columbæ signo, quæ Spiritus Sancti figuram gerit, indicabantur.*) Et hanc inspirationem vocat hìc Apostolus *prophetiam*; idest *ex glossa* Sanctorum electionem: quia Sancti non eligebant quem à Deo non sciebant electum. (*Quæ autem electio sit vel non sit à Deo, ad illud Rom.* 13. Non est potestas, nisi à Deo, *docemur*: quòd *spiritualis* potestas F est à Deo, quando aliquis ordinatè potestatem adipiscitur, Hebr. 5. *Nemo assumit sibi honorem &c.* Non est autem à Deo, sed ex peruerso hominis appetitu, quando quis per ambitionem, vel quocunque alio illicito modo potestatem adipiscitur. *Item*, quantùm ad vsum, est à Deo, cum aliquis secundùm præcepta diuinæ justitiæ vtitur concessa sibi potestate: non est autem à Deo, cum aliqui potestate sibi data vtuntur contra diuinam justitiam.) *Propterea à Deo recta electio petenda est, & recognoscenda. In cujus signum, cum loco Saulis* 1. Reg. 16. *nouus esset Israeli Rex sufficiendus: donec ex filiis Isai David postremus exhiberetur, quem solum elegerat Dominus, dicebat de singulis Samuel*: Nec hunc elegit Dominus. *Et hac de causa in canonicis electionibus consueuit gratia inuocari Spiritus Sancti: ante cujus aduentum Apostoli sortibus quidem in Matthiæ ad Apostolatum electione vsi sunt*: (*notat tamen Beda*, hoc G ipsos Apostolos nonnisi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fusis egisse, Act.1. *Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum ministerij hujus & Apostolatus*:) sed hoc H post aduentum Spiritus Sancti ampliùs non licet in prædictis electionibus: quia hoc faciendo injuriaretur Spiritui Sancto. Credendum est enim, quòd Spiritus Sanctus prouidet Ecclesiæ suæ de bonis pastoribus. Vnde post aduentum Spiritus Sancti, quando Apostoli elegerunt septem diacones *Act.*6. non miserunt sortes; & ideò in nulla electione Ecclesiastica hoc modò licet. *Itaque cum res ita se habeat, nunquam eligendus est qui vel nulla siue morali siue intellectuali virtute pollet* (*cui soli debetur honor*) *vel nihil aut minimum meriti habet. Nam prælatio est honor*, 1. *Tim.* 5. Qui bene præsunt præsbyteri, duplici honore digni habeantur. *Vbi notat Author, quòd non dicit tantùm*, qui præsunt, *sed* qui bene præsunt, *nam* oportet I quòd bene præsint, scilicet ad Dei honorem, & non ad propriam commoditatem, vt *duplici honore digni habeantur*: quorum vnus est in ministratione necessariorum; alius in exhibitione reuerentiæ. *Hunc autem honorem minùs merenti, siue nil promereenti tribuere, immò plerunque positiuè demerenti exhibere, & cum honore authoritatem, actus est injustitiæ*: injustitia enim L est, quòd aliquis velit sibi plus de honore accipere, aut de potestate, aut de bonis aliis, nisi sit majoribus dignus, vt dicitur in 5. Ethic. *Et quoad meritum, docemur, quòd ille melior judicandus est* (*inter cætera*) *& dignior Ecclesiastico beneficio, qui fuerit de Ecclesia ob præstitum seruitium benemeritus, videlicet* quia M seruiuit in Ecclesia *siue prædicando, siue Theologiam docendo, siue Sacramenta ministrando*; *ex quo Tridentinum loco cit.* sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint. *Qua de causa in religionibus graduati Patres vt plurimùm ad prælaturas assumuntur, vel saltem essent conuenientiùs assumendi & justiùs*, si cætera sint paria. *Nec tandem eligendi sunt qui quocunque modo eligi procurant. Hinc Apostolus ad* Hebr. 5. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. *Vbi Author*: Hoc est N enim, *inquit*, contra naturam, quòd aliquid perducat se ad statum altiorem sua natura: sicut aer non facit seipsum ignem, sed fit à superiore. Vnde disciplina Dei non habet, quòd *quisquam sibi sumat honorem* fauore, pecunia, potentia, Amos 6. *In fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua*: sed debet vocari à Deo tanquam Aaron, Exod.28. *Applica ad te Aaron*. Tales ergo debent assumi, qui non se ingerunt. *Aliàs ambitionis indicium est, consequenter vitiosum: quia* qui O appetit (quan-

Recta electio à Deo.

E 1. *Tim.* 4. *l.* 3. *ibi, prophetiam. Hebr.* 5. *l.* 1. *ibi, nec quisquam.*
Episcopi in primitiua Ecclesia immediatè à Deo eligebantur.

F *Rom.* 13. *l.* 1. *ibi.*
A Deo electio quandoque fit. Ab eo recta petenda est.

G 2.2. 95. 8. c.

Sortibus non licet uti in Ecclesiasticis electionibus.
H *Eph.* 1. *l.* 4. & 2. 2. *loc. cit. Quol.* 12. *a.* 35. *Op.* 23. *c.* 5. & 3. *cont. G. cap.* 154.

De Ecclesia benemeriti, & virtuosi, in prælatos eligendi: non demerentes, vel parùm promeriti.
I 1. *Tim.* 5. *l.* 3. *ibi.*

L *Quol.* 2. *a.* 11. *c.*

M *Quol.* 6. *a.* 9. *c.*

Non eligendi qui eligi ex se ipsis procurant.

N *Hebr.* 5. *l.* 1. *ibi.*

O *Quol.* 2. *a.* 11. & 1. *Tim.* 3. *l.* 1. & 2. 2. 185. 1. *c.*

Digitized by Google

(*quantò magis qui procurat?*) prælationem, aut est superbus aut injustus est: (*de quo vide fusiùs Tom. 1. V.* Ambitio.) *Et hinc est, quòd sibi prælaturam procurantibus jura adimunt passiuam, vt ajunt, vocem, ita quòd eo ipso quo quis procurat, inhabilis redditur vt eligi possit: quamuis aut ignoranter aut malitiosè id à quibusdam prætereatur. Verùm vtilius videtur & tutius, quòd eligatur quis de gremio talis Ecclesiæ, vel* (*vt ajunt*) *de corpore eligentium, siue Capituli, si idoneus sit, quàm extraneus. Vnde super illud Hebr.* 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur &c. *docemur, quòd* quando P vtilis inuenitur aliquis de Collegio, non eligatur extraneus, *Deut.* 17. Eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. *Et ratio alibi adducitur: quia* Ille Q qui de gremio Ecclesiæ assumitur, vt in pluribus consueuit esse vtilior quantùm ad bonum commune: quia magis diligit Ecclesiam, in qua est nutritus. *Adde, quia* in ea Ecclesia seruiuit, *vt ex Authore superiùs docuimus: quod extraneus non præstitit.*

Vtilius eligitur in prælatum de gremio Ecclesiæ, quàm extraneus.

P *Hebr. 5. l. 1. ibi.*

Q 2. 2. 63. 2. ad 4.

r *Exemplar tandem electoribus esto Christus Saluator noster, de quo Apostolus Iacobus cap. 2.* Nonne Deus elegit pauperes in hoc Mundo, diuites in fide, & heredes Regni? *Vbi Author ex glossa:* Diligenter R attendite, *inquit:* quia non qui ditiores in seculo, hi sunt meliores in examine diuino; & ideò non sunt præferendi. *Pauperes in hoc Mundo*; idest, in rebus hujus Mundi: Christus enim in Apostolos elegit piscatores, in Patriarchas pastores, Genes. 41. *Pastores ouium sumus.* In quo apparet, quòd electio Dei contraria est electioni Mundi, qui eligit illum, qui est potentior, vel nobilior, vel ditior, vt quando aliquis debet creari in Episcopum. *Diuites in fide* in præsenti: hæ sunt enim maximæ diuitiæ. *Aurum habens in arca, diues est: Deum habens in conscientia, diues non est?* ait Augustinus. *Et heredes regni*, cœlestis scilicet in futuro. *Quidam autem student Sancti apparere, vt eligantur: & ad hoc* simulant S sanctitatem, donec fiant officiales & Prælati; *non quidem*, vt quærant quæ Iesu Christi, sed quæ sua sunt. *Et ita decipiunt electores. Alij promissis, alij violentia, alij mundano affectu prælationem comparant. Et hæ omnes, electiones Mundi sunt, non à Deo. Præfatæ autem Mundi electiones* (*intra claustra præsertim*) *describuntur Is. 3. cum dicitur:* Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim vir fratrem suum, domesticum Patris sui: Vestimentum tibi est; Princeps esto noster: ruina autem hæc sub manu tua. *Quod exponitur.* Tria T ponuntur: scilicet ipsa electio, electionis occasio, officij immutatio. Electio est inordinata, quia ab vno tantùm; vnde dicit: *tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem*; idest, quia non conuenienter eligent. Sed *apprehendet vir fratrem suum*, idest conjunctum sanguine, *domesticum Patris sui*, idest familiaritate acceptum, quamuis etiam vilem. Et hoc est contra formam seruatam *Num.* 1. in electione Principum facta præcepto Domini, authoritate Prælati, & consensu multitudinis. Sed occasio est viris: quia propter diuitias; vnde dicit: *vestimentum tibi est*; sperat enim (*nota*) temporalem subuentionem. Et hoc est contra formam traditam Exod. 18. *Prouide de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos & centuriones & quinquagenarios & decanos, qui judicent populum.* Sed injunctio periculosa; vnde dicit: *Princeps esto noster. Ruina autem hæc*, idest periculum, *sub manu tua*, idest sub custodia tua, & defensione tua, 3. *Reg.* 20. Custodi virum istum: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima ejus. *Et ecce grauissimum salutis spiritualis periculum, quod in prælatum eligendo imminet, & electoribus, si non tanto dignum munere eligant, vel se ille indignum & inidoneum eligi permiserit. Tria autem in præfata expositione veniunt notanda.* Primum est, *quòd* electio est inordinata, quia ab vno tantùm: *sic enim non plurium, sed vnius est electio. Major siquidem pars electorum ab vnius placito vt plurimùm plenè dependet, quasi in illius jurassent verbo* (Magister dixit) *quemcunque ipse vel vndequaque indignum nominauerit, eligendo: cui proinde tanquam terreno numini propriam deuouent voluntatem* (*cum tamen hoc vnicum in claustris liberum sit*) *dicentes:* Fiat voluntas tua in terra, *non ita sicut in Cœlo voluntas Dei, cujus in omnibus debemus beneplacito conformari: nam sæpe sæpius immò contra Dei eligunt voluntatem, Ose.* 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me. *Eligunt enim nec rarò in Caput & Ducem, qualem sibi expetierunt Iudæi, Exod.* 32. Fac nobis deos, qui nos præcedant; *vnde & impudenter* fecerunt vitulum in Horeb (*Psal.* 105.) & adorauerunt sculptile: *quodque valdè notandum*, in similitudinem vituli comedentis, *non bouis laborantis ac triturantis*: per boues *enim* Prælati V signati sunt. *Eligunt inquam* in similitudinem vituli, *qui Religionis jugum vel adhuc non senserit* (*contra* Clementis VIII. *emanatum decretum*) *vel fortassis excusserit: non bouis, sub religionis jugo ad labores assueti.* Vituli, qui *lacte adhuc nutritur*, quod imperfectorum: *non solidiore cibo reficitur, qui secundùm Apostolum Hebr.* 5. perfectorum est: *quales debent esse Prælati. In similitudinem* Vituli, *in ocio degentis*, qui ignorantis hominis typum gerit; *vnde & in veteri lege* pro ignorantia X Sacerdotis offerebatur vitulus: *non bouis triturantis, qui Doctorem indicat*, Deut. 25. 1. Cor. 9. & 1. Tim. 5. *Non alligabis os boui trituranti*: quod Y intelligendum est de Doctoribus, *inquit Author.* Vituli *inquam, sed* comedentis: *hoc est, viuentis vt comedat; non comedentis vt viuat:* comedentis, *hoc est, quæ illi etiam non debentur, ad proprium sibi commodum attribuentis. Talem ad vnius imperium, nil de qualitate eligendi consulentes, clausis mentis oculis eligunt: & vt plurimùm qualem fert apologus habuisse olim ranas; truncum videlicet inanimum, super quo ad libitum saltitare sine metu possent, cui adaptare liceat quod* Tullius in Pisonem *scribit:* Qui tanquam truncus atque stipes si stetisset modò, potuisset tamen sustinere titulum Consulatus: *titulum inquam, non munus; de quo verum habet quod ait Zacharias cap. 11.* O' Pastor & idolum, derelinquens gregem. *Homo, vt ajunt, ligneus, quem Prælatitio solo amiciunt pallio, non munus imponunt: munus enim regendi in omnibus re ipsa obtinet priuatus ille, cujus nutu à cæteris electus est: electus autem solo gaudet nomine prælationis.* Secundum *notatu dignum in præfata Isaiæ expositione est illud*, domesticum Patris sui; *idest*, familiaritate acceptum, quamuis etiam vilem. *Sit enim quis amicus: & hoc vnum satis superque erit, vt eligatur, nil de literis, nil de moribus, nil de ingenuitate aut actiuitate pro communi profectu, cogitando. Eligens autem quempiam in Prælatum, præcisè quia est amicus, vel quia Petrus est, aut Martinus, peccatum committit acceptationis personarum: vt pluries & luculenter docemur* Z. Nunc cernimus, *indoles Hieronymus*, plurimos hanc rem beneficio facere, vt non quærant eos in Ecclesia columnas eligere, quos plus cognoscant Ecclesiæ prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti. (*Tametsi aliquando justo Dei judicio magis familiares amici, & illi* A qui sunt alijs domestici, si fiant eis Superiores, fiunt eis molestiores: *sicut etiam*, quando B aliquis *vilis* sublimatur, crudelior omnibus est.) *At amicus iste, amicus Mundi est, non Dei: quod simpliciter ad prælationem exigitur.* Amicitia *autem* hujus Mundi inimica est Dei, *vt dicitur* Iac. 4. *Amicus est: at amicitiâ vtilis, non honesti,* quæ

Christus Dominus electoribus exemplar.

R *Iac. 2. ibi.*

Electio Dei contraria electioni Mundi.

S *Apoc. 8. c. 2. ibi, tertia pars stellarum.*

Modernæ quædam electiones describuntur.

T *Is. 3. ibi*

Prælationis periculum.

Quales modò eliguntur alicubi Superiores.

V *Psal. 8. ff.* Prælati, boues.

Vitulus, typus ignorantis: qui & pro ignorantia offerebatur Sacerdotis.

X 1. 2. 102. 3. ad 11.

Y 1. *Tim.* 5. l. 3. & 1. *Cor.* 9. l. 1. ibi. & 1. 2. 102. 6. ad 8.

Z 1. 2. 63. 1. & 2. c. *Quol.* 4. a. 15. *Quol.* 6. a. 9. *Quol.* 8. a. 6. *Roman.* 2. l. 2. *Gal.* 2. l. 2. & alibi.

A 2. *Mach.* 5. ibi, grauiùs quàm cæteri.

B *Apoc.* 13. c. 2. ibi, de mari.

Digitized by Google

quæ vera amicitia est, & in sola virtute fundatur. Fiat, *inquiunt, non jus, sed quocunque modo quod in votis est*: & pereat, *si non* Mundus, *tota communitas vel collegium*. Tertium *est*: quia propter diuitias *quis eligitur*: sperat enim temporalem subuentionem. *Quod quidem fit per exhibitionem officiorum, ex quibus possit aliquid lucri prouenire, vel per graduum aut loci majoritatem, & hujusmodi: sicque temporalibus post habentur spiritualia (vel simoniacè commutantur) commune bonum priuato, mundana honori diuinus, homini Deus. At væ hujusmodi malis electoribus, simulque taliter electis, propter imminentem vtrisque damnationem. Et huc facere videtur quod dicitur Apoc.* 18. Et sustulit vnus Angelus lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon, & vltrà jam non inuenietur. *Mittetur*, scilicet C in Infernum irreparabiliter. *Et subdit causam*: quia mercatores tui erant principes terræ. Sed si Babylon (*inquit Author*) ideò irreparabiliter punietur, quia terrenos & cupidos principes eligebat; quid fiet de Ecclesia, idest de Canonicis (*aut alijs Ecclesiasticis electoribus*) qui terrenam sapientiam plùs quærunt in suis electis vel eligendis, quà diuinam: & illos, qui sciunt terrena procurare, præponunt illis, qui scirent procurare spiritualia, & gubernare? *Bar.* 3. Filij Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra est, negociatores Merrhæ, & Theman &c. Viam autem sapientiæ nescierunt, neque commemorati sunt semitas ejus. *Num verò ejusmodi sint electiones tolerandæ, peritiorum judicio atque piorum remittimus. Ex quo nec perperam controuertendum videtur: An ad euitanda malè viuendi incentiua, & alia armatarum precum, simoniæ, incussi metus, & hujusmodi absurda tollenda, consultius foret, Prælatos inferiores à supremis præfici, quàm ab electoribus secundùm juris eligi formam. Ad quod* ex Augustino *respondet Author*, quòd si populus D sit bene moderatus & grauis, communisque vtilitatis diligentissimus custos: rectè lex fertur, qua tali populo liceat creare sibi Magistratus, per quos Respublica administretur. Porrò, si paulatim idem populus deprauatus habeat venale suffragium, & regimen flagitiosis sceleratisque committat, rectè adimitur populo talis potestas dandi honores, & ad paucorum bonorum redit arbitrium. *Tu ad canonicas non canonicas electiones, quæ alicubi fiunt, præfatam applicato doctrinam. Meminerit tandem quicunque grauat aliquos & persequitur pro eo quòd ad eum eligendum inducti, eligere noluerunt, se latæ sententiæ excommunicationi obnoxium esse, vt habetur cap.* Sciant cuncti, *de elect. lib.6. At de his, deque tota Electionis materia, quæ hîc plurima desiderantur, fusiùs & dociùs exhibebit Magister* Pencini *noster in sua* Praxi mor. Par. *DISCE, non rectè in Prælatum eligi, quem Deus non elegerit. Vide*, Ambitio, *Tom.*1. *& infrà V.* Episcopus: Prædestinatio, Princeps, Simonia *Tomo* 3. *Et fusè apud Summistas*.

C *Apoc.* 18. *tom.*2 *ibi.*

Num consultius sit, inferiores prælatos à Supremis præfici, quàm quòd ab electoribus eligantur.

D 1. 2. 97. 1. *ad* 2.

ELEEMOSYNA.

V. Res, quas aliqui superabundanter habent, ex naturali jure debentur pauperum sustentationi. 2. 2. 66. 7. *corp.*

E 4. *d.*15. 2. 1. *q.*1. & 3. *c.* & 2. 2. 32. 1. *c.*

Eleemosyna & misericordia vnde dicantur.

Eleemosyna nomen E græcum est (*Eleemosyni* munus quod inopi datur) & dicitur ab *Eleos*, quod est miseratio, seu misericordia, quæ miseriam alienam suam facit. Vnde sicut homo miseriam à se expellit quantum potest: ita misericors miseriam alienam expellit, ei subueniendo. Quæ quidem subuentio fit per hoc, quòd ei sua bona communicat: vnde ipsa communicatio bonorum propriorum ad miserum, nomen eleemosynæ accepit. *Ex quo consueuit eleemosyna diffiniri*: Eleemosyna F est opus, quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum. Quod quidem motiuum pertinet ad misericordiam. Vnde manifestum est, quòd dare eleemosynam propriè est actus misericordiæ. Et quia misericordia est effectus charitatis, ex consequenti dare eleemosynam est actus charitatis, misericordia mediante. *Quin &* dare G eleemosynam pertinet ad liberalitatem, in quantum liberalitas aufert impedimentum hujus actus, quod esse posset ex superfluo amore diuitiarum, propter quem aliquis efficitur nimis retentiuus earum. *Et sic pertinet* ad misericordiam H immediatè, & ad liberalitatem mediatè. Quamuis enim liberalitas communiter non attendat indigentiam: nihil tamen prohibet, aliquam liberalitatis speciem indigentiam attendere. *Vlteriùs, quia* nihil I prohibet actum, qui est propriè vnius virtutis elicitiuè, attribui alteri virtuti, sicut ordinanti & imperanti ad suum finem: secundùm quod eleemosyna ordinatur ad placandum Deum, sic imperatur à latria, *siue religione*. *Quòd autem sit actus charitatis, liquidò ostendit Ioannes in sua prima cap.*3. *cum ait*: Qui habuerit substantiam hujus Mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? *Qui habuerit*: ex hoc L intelligitur superfluum: quia dicit, non *qui habet*, sed *qui habuerit*; idest, jamdiu possederit. Quilibet autem tenetur (*vt infrà*) ad erogationem superflui. *Substantiam hujus Mundi*; idest, bona temporalia, ad sustentationem vitæ præsentis pertinentia. Vnde dicitur *substantia* à sustentando, vel substando, quia debent substare, & non dominari hominibus: debent enim diligi ad sustentationem, non ad superfluitatem. Dicit autem, *hujus Mundi*, quia in Mundo altero non erunt necessaria hæc, eo quòd corpus erit spirituale, quod nunc est materiale. *Et viderit fratrem suum necessitatem habere*; idest, indigentiam in necessarijs: *& clauserit viscera sua ab eo*; idest, affectum interiorem, non compatiendo & subueniendo: *quomodo charitas Dei*, quæ scilicet à Deo infunditur, & qua Deus diligitur, *manet in eo?* Q. d. Nullo modo. Non enim potest Deus diligi sine proximo, nec è conuerso. *Et hinc colligitur, eleemosynam esse in præcepto. Etenim*, cum eleemosyna (*vt vidimus*) sit M actus virtutis, oportet, quòd aliquo modo cadat sub præcepto: quia præcepta legislatoris ad virtutem ducere intendunt, vt dicitur *in* 2. *Ethic.* Reducitur autem ad hoc præceptum: *Honora Patrem & Matrem*. Honor autem ille *secundùm Augustinum* ad reuerentiam & subuentionem in necessarijs pertinet: & nomine parentum omnis proximus intelligitur. Sed præcepta affirmatiua non obligant ad semper, quamuis semper obligent, sed obligant pro loco & tempore, & secundùm alias determinatas conditiones. *Igitur, vt certa ab incertis separemus*, cum dilectio N proximi sit in præcepto, necesse est omnia illa cadere sub præcepto, sine quibus dilectio proximi non conseruatur. Ad dilectionem autem proximi pertinet, vt proximo non solùm velimus bonum, sed etiam operemur, secundùm illud 1. Ioann. 3. *Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate*. Ad hoc autem, quòd velimus & operemur bonum alicujus, requiritur, quòd ejus necessitati subueniamus: quod fit per eleemosynarum largitionem; & ideò eleemosynarum largitio est in præcepto: (*Vnde Deut.*15. *habetur*: Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcircò ego præcipio tibi (*nota*) vt aperias manū fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra.) Sed quia præcepta dantur de actibus virtutum, necesse est, quòd hoc modo donum eleemosynæ cadat sub præcepto, secundùm quod actus est de necessitate virtutis, scilicet secundùm quod recta ratio requirit: secundùm

Quid eleemosyna.

F 2. 2. 32. 1. *c. In* 4. *d.*15. *q.*2. *a.*1. *q.*1. *in* 1. *arg. & in corp.*

G 2. 2. 32. 1. *c. ad* 4. *In* 4. *d.*15. *q.*2. *a.*1. *q.*3. *c.*

Cujus virtutis actus.

H *In* 4. *d. ad* 3.

I 2. 2. 32. 1. *ad* 2. *In* 4. *d. a.* 1. *q.* 2. *c.*

L 1. *lo.* 3. *ibi.*

Bona temporalia cur *substantia* dicantur.

Eleemosyna in præcepto.

M *In* 4. *d.* 15. 2. 1. *q.* 4. *c. &* 2. 2. 32. 5. *ad* 4.

Quod quidem ad honorationem parentum reducitur.

Ratio asseritur.

N 2. 2. 32. 5. *c. in corp. & ad* 3. *&* 4. 6. *&* 9. 66. 2. *&* 4. *c. &* 4. 7. *&* 4. 71. 1. *c. In* 4. *d. & a.* 4. *q.* 1. *&* 2. *Quol.* 8. *a.* 12. *& Quol.* 12. *ad arg.*

Digitized by Google

Quid ex parte dantis, quid ex parte accipientis considerandum.

dùm quam est aliquid considerandum ex parte dantis, & aliquid ex parte ejus, cui est eleemosyna danda. Ex parte quidem dantis considerandum est, vt id, quod est in eleemosynas erogandum, sit ei superfluum, secundùm illud Luc. 11. *Quod superest, date eleemosynam.* Et dico superfluum, non solùm respectu sui ipsius, quod est supra id, quod est necessarium indiuiduo: sed etiam respectu aliorum, quorum cura sibi incumbit: quia priùs oportet, quòd vnusquisque sibi prouideat, & his, quorum cura ei incumbit; & postea de residuo, aliorum necessitatibus subueniat, respectu quorum dicitur necessarium personæ, secundùm quod persona dignitatem importat. Sicut & natura primò accipit cibum ad sustentationem proprij corporis quod est necessarium ministerio virtutis nutritiuæ: superfluum autem erogat ad generationem alterius per virtutem generatiuam. Ex parte autem recipientis requiritur, quòd necessitatem habeat: alioquin non esset ratio, quare eleemosyna ei daretur. Sed cum non possit ab aliquo vno omnibus necessitatem habentibus subueniri: non omnis necessitas (*nota*) obligat ad præceptum, sed illa sola, sine qua is, qui necessitatem patitur, sustentari non potest. In illo enim casu locum habet quod *Ambrosius* dicit; *Pasce fame morientem: si non paueris, occidisti.* Sic ergo dare eleemosynam de superfluo, est in præcepto, & dare eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate. Alias autem eleemosynas dare, est in consilio, sicut & de quolibet meliori bono dantur consilia. *Hinc deducitur, quòd* tempus O ad quod obligat præceptum de eleemosynis faciendis, ex parte accipientis est, quando apparent signa probabilia extremæ necessitatis futuræ, nisi ei subueniatur: vt cum aliquis videt alios impotentes vel pigros ad subueniendum, & pauperem indigentem cibo & potu & alijs vitæ necessarijs, nec sibi satisfacere posse. Non enim expectanda est vltima necessitas: quia tunc fortè non posset juuari natura, jam fame vel siti consumpta. Ex parte autem dantis, quando habet homo multa, quibus non indiget neque ad sustentationem vitæ sui & suorum, neque ad decentem status sui conseruationem, etsi pauperes extremæ necessitatis (*nota*) non compareant.

Exemplum clarum.

Quandonam sit præceptum, quando consilium.

O 4. d. 15. 2. 1. 4. ad 4. & 2. 2. 32. 5. ad 3. Tempus obligationis.

Non est vltima necessitas expectanda.

t *Et adeò quidem necessaria sunt opera misericordiæ in pauperes, vt cum dicatur sine operibus fides mortua, de illis potissimùm videatur intelligi. Vnde & hoc exemplificat Apostolus* Iacobus cap. 2. *ijs verbis*: Si frater, aut soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano; dicat autem aliquis ex vobis, illis: *Ite in pace, calefacimini, & saturamini*: non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? *Si frater aut soror* fraternitate P corporali, vel maximè spirituali, *nudi sint*, ecce indigentia vestitus: *& indigeant victu quotidiano*; idest, quotidie necessario, ecce indigentia victus: *dicat autem aliquis ex vobis*: *Ite in pace* quoad hospitium, *calefacimini* quoad vestitum, *& saturamini* quoad cibum: *non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori* nec hospitium nec vestitum nec victum, *quid proderit?* Q. d. Nihil. Vnde si aliquis dicit (*vt modò ferè omnium mos est*) pulchra verba indigenti sine supplemento necessitatis, nihil prosunt. Sic (*inquit Apostolus*) & fides, si non habeat opera, *misericordiæ præsertim*, mortua est in semetipsa. *Tanti autem videtur ponderis, eleemosynas erogare, vt qui non habet vnde eroget, laborare manibus debeat ad pauperibus, potissimùm inhabilibus, subueniendum, Ephes. 4.* Qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. *Cæterùm*, in quantùm Q opus manuale ordinatur ad eleemosynas faciendas, non cadit sub necessitate præcepti: nisi fortè in aliquo casu, in quo ex necessitate aliquis eleemosynam facere teneretur, & non posset aliàs habere vnde pauperibus subueniret. In quo casu obligarentur similiter religiosi & seculares ad opera manualia exequenda. *Alioquin de consilio est. Vnde & Beda super illud Luc. 12.* Vendite quæ possidetis & date eleemosynam, *inquit*: Quod tunc dignè fit, quando quis, semel pro Domino suis omnibus spretis, nihilominus post hæc labore manuum, vnde & victum transigere, & eleemosynam dare queat, operatur. *At verò eleemosyna, vt ex præmissa patet diffinitione, eroganda est* propter Deum, ex proximi compassione. *Idcircò dicebat Dominus Matth. 6.* Te autem faciente eleemosynam; *idest*, cum opus R aliquod misericordiæ facis, *nesciat sinistra tua*: per sinistram *ex Augustino* intentio peruersa designatur vanæ laudis: per dexteram intentio sancta implendi præcepta Dei; vnde *nesciat sinistra tua*; idest, non se immisceat peruersa intentio laudis, vel ineptæ lætitiæ, vel elationis: *quid faciat dextera tua*; idest, cum præcepta Dei implere contendis. Q. d. Quod agit virtus, nesciat elatio vel vanagloria; *vt sit eleemosyna tua in abscondito*; idest, in secreto conscientiæ: in conscientia autem dicitur *ex glossa* fieri eleemosyna, quando propter Deum fit. *Et Pater tuus, qui videt in abscondito*; idest, qui est discretor intentionum, *reddet tibi*, scilicet mercedem. Impossibile est, *ait Chrysostomus*, vt bonum opus in abscondito dimittat Deus, quia gloria ejus est. *Aliàs, vt præmittitur*, recepisti mercedem tuam: *nimirùm*, quia *ex glossa* humanus fauor tibi deputatur, pro cujus mercedis amore fit; idest, merces tua laus humana est, Agg. 1. *Qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum.* Non enim virtus, *inquit Hieronymus*, sed causa virtutis apud Deum mercedem habet. *Item eleemosyna eroganda est ex proximi compassione. Vnde de pio* Samaritano, *qui hominis illius à latronibus vulnerati* alligauit vulnera &c. & curam ejus egit, & protulit duos denarios (*per quos, duo intellige præcepta charitatis*) *dicitur Luc. 10. quòd* videns eum, misericordia motus est: *quod est, ex miseriæ compassione subuenire. Idque tangit Isaias c. 58. cum ait*: Frange esurienti panem tuum &c. & carnem tuam ne despexeris: *videlicet*, quia S est ejusdem speciei tecum, *vt hinc excitetur compassio, Iob 5.* Visitans speciem tuam, non peccabis. *Nec sufficit tantùm dare, sed & promptæ exigitur exhibitio voluntatis. Eapropter dicebat Apostolus 1. Timoth. 4.* Exerce teipsum ad pietatem: *idest*, ad cultum T Dei, & ad opera misericordiæ. Et dicit, *exerce*, non fac; quia exercitatus facit leuiùs, delectabiliùs, & stabiliùs, *Prou. 24.* Diligenter exerce agrum tuum. *Et huc spectare videtur quod dicitur* Cant. 7. *ad Sponsam*: Vmbilicus tuus, crater tornatilis. *Vbi Author*: Bene V Ecclesia crater tornatilis dicitur, torno enim faciliùs operamur; per quod significatur facilitas eleemosynam dandi: (*Vnde & Cant. 5. de Sponso cohærenter dicitur*: Manus illius tornatiles; *scilicet*, ad operandum X faciliter bona.) Non enim morosè vel hæsitando eleemosyna danda est, *Prou. 3.* Ne dicas amico tuo: *Vade, & reuertere: cras dabo tibi*: cum statim possis dare. *Sed & iterum Apostolus 2. Cor. 9. de collectis loquens, dicebat*; Vnusquisque prout destinauit in corde suo; non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus. *Quasi dicat*: Vnusquisque Y voluntariè det, non coactè. Ponit autem duo opposita voluntario, scilicet tristitiam & necessitatem. Voluntarium enim tollitur per violentum. Est autem duplex violentum, scilicet simplex, & mistum. Simplex, quando absolutè quis cogitur ad aliquid contra voluntatem suam faciendum: ad quod remouendum dicit, *non ex necessitate*: Q. d. Non cogat vos ad dandum mandatum nostrum, sed moueat vos ad hoc prompta volun-

Sine misericordiæ operibus fides mortua.

P Iac. 2. ibi.

Vt subueniatur pauperi, ad opus manuale obligatur quis in casu.

Q 2. 2. 187. 3. c. & ad 4. Quod. 7. a. 17. Op. 19. c. 5. Ephes. 4. l. 9. & 1. Thess. 4. l. 1. & 2. Thess. 3. l. 1. & l. 2.

Facienda eleemosyna propter Deum.

R Matth. 6. lit. a. ibi Cant. 7. com. 1. ibi, crater.

Et ex proximi compassione.

S Is. 58. ibi.

T 1. Tim. 4. l. 2. ibi.

Faciliter & promptè.

V Cant. 7. com. 1. ibi.

X Cant. 5. com. 2. ibi.

Y 2. Cor. 9. l. 2. & l. 2. Rom. 12. l. 2. ibi, in hilaritate, & 2. 2. 32. 1. ad 3.

Duplex violentum.

Digitized by Google

voluntas vestra. Violentum mistum est, quando quis non absolutè cogitur ad faciendum aliquid contra voluntatem suam, sed secundùm quid, scilicet quòd nisi faciat, incurrit majus damnum; sicut si non projciantur merces in mare, nauis submergitur: & ideò aliquo modo fit sponte, & aliquo modo violenter, in quantum scilicet coguntur timore majoris damni. Vt ergo & hoc remoueat, dicit: *non ex tristitia*; idest, non ita quòd sit violentum mistum. Q.d. Non ex timore confusionis, ne scilicet erubescatis: sed ex gaudio, quod concepistis propter amorem, quem habetis ad Sanctos: *Hilarem enim datorem diligit Deus*. In actibus enim virtutum duo sunt, scilicet species actus, & modus agendi, qui est ex parte agentis; vnde nisi in actu virtutis vtrunque istorum concurrat, non dicitur actus ille simpliciter virtuosus: sicut non dicitur perfectè justus secundùm virtutem, qui operatur opera justitiæ, nisi delectabiliter, & cum gaudio operetur. Et licèt apud homines, qui non vident, nisi ea quæ parent, sufficiat quòd quis operetur actum virtutis secundùm ipsam speciem actus, putà actum justitiæ: tamen apud Deum, qui intuetur cor, non sufficit, quòd solùm operetur actum virtutis secundùm speciem, nisi etiam secundùm debitum modum operetur, scilicet delectabiliter & cum gaudio. Et ideò non *datorem* tantùm, sed *hilarem datorem diligit Deus*; idest, approbat & remunerat; non tristem & remurmurantem, Rom. 12. *Qui miseretur in hilaritate*; & Eccli. 35. *In omni dato hilarem fac vultum tuum &c.*

Non est actus virtuosus, nisi delectabiliter & cum gaudio fiat.

11 *Porrò Eleemosyna de proprio facienda est, non de alieno, Tob. 4.* Ex substantia tua fac eleemosynam &c. *& Prou. 3.* Honora Dominum de tua substantia, *scilicet* de ijs Z quæ rectè possides, non de rapinis, non de aliena: & *sic* implebuntur horrea tua saturitate. *Hinc vxor, filius familias, Monachus siue Regularis, & seruus nec debent nec possunt eleemosynas erogare:* (*quanquàm* in extrema A necessitate existenti, quæ facit omnia communia, quilibet prædictorum potest eleemosynam facere.) *Et quidem* vxor B quamuis sit æqualis viro in actu matrimonij, tamen in ijs, quæ ad dispositionem domus pertinent, *Vir caput est mulieris*, secundùm Apost. 1. Cor. 11. Beata autem Lucia sponsum habebat, non virum: vnde de consensu Matris poterat eleemosynam facere. *Verùm*, si habet vxor C alias res præter dotem, vel est lucrosa; tunc potest tales eleemosynas dare, quæ virum non depauperent, etiam non requisito assensu viri, dummodo non prohibeat. Et, si etiam prohiberet verbo, posset probabiliter credere, quòd eam non intenderet simpliciter ab eleemosynis coercere, sed à superfluitate eleemosynarum, nisi apertè pateret ei contrarium. Si autem prædicta duo defuerint, non debet dare eleemosynam sine consensu viri, nisi aliquas eleemosynas communes & modicas, de quibus satis ei constare potest, quòd viro placeret, si necessitatem pauperis inspiceret. *Sic pariter* filiusfamilias D non potest dare eleemosynam sine consensu parentum, nisi panem & hujusmodi, quæ non inferunt sensibile damnum: de quibus satis constare potest, quòd parentibus placeat. *Et idem dic* de seruis E & ancillis (& etiam de famulis, quamuis sint liberæ conditionis) quòd non possunt eleemosynas dare de rebus dominorum sine eorum consensu, nisi panem & hujusmodi, quæ non inferunt sensibile nocumentum: quia, etsi sit famulus dispensator rerum, non tamen ponitur dispensator quasi potestatem aliquam in re domini habens, sed quasi tractans eam ad vtilitatem domini. De pretio autem sui seruitij constat quòd posset eleemosynam dare. *Similiter* Monachus (*idem dic de cæteris Regularibus*) si habet F dispensationem à Prælato commissam, potest eleemosynas facere de rebus monasterij, secundùm quod sibi est commissum. Si verò non habet dispensationem, quia nihil proprium habet, tunc non potest facere eleemosynam sine licentia Abbatis vel expressè habita, vel probabiliter præsumpta: nisi fortè in articulo necessitatis extremæ, in quo licitum esset ei etiam furari, vt eleemosynam daret. *Nec itidem eroganda eleemosyna est de illicitè & malè acquisitis. Pro quo sciendum, quòd* illud G dicitur licitum, quod nulla lege prohibetur: vnde illicitè acquisitum dicitur quod contra prohibitionem legis acquiritur. Sed hoc potest esse dupliciter: quia aut lex prohibuit ipsum lucrum, vel causam lucri tantùm. Si ipsum lucrum est prohibitum, tunc impossibile est, quòd justè detineatur: ex hoc enim ipso efficitur aliquis injusti tituli & malæ fidei possessor, quòd contra legem aliquid habet. Sed in talibus distinguendum est: quia aut non transfertur dominium, sicut in rapina & furto; & tunc omnino restituere tenetur: & ideò ex hoc non potest eleemosyna fieri. Aut transfertur dominium; & tunc vel competit repetitio ei, à quo quis lucratus est secundùm aliquod jus, sicut in vsura accidit, in qua (vt quidam dicunt) dominium transfertur; & tunc de hac etiam non potest eleemosyna fieri. Aut non competit repetitio secundùm turpitudinem sceleris ex parte dantis, sicut in simonia accidit; & tunc tale acquisitum non potest justè detineri, sed debet in eleemosynas erogari. Si autem lex prohibuit actum, ex quo quis lucratur, sed non lucrum, supposito actu; tunc, quamuis acquirendo, tali actu contra legem fecerit: tamen tenendo non facit contra legem; sicut cum quis de lenocinio vel meretricio lucratur: & ideò hæc retineri possunt, & de eis eleemosyna fieri potest. *Nec valet, quòd* Luc. 16. *dicatur*: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: *Quod ex glossa exponitur*: Iniquitas H bene dispensata in justitiam vertitur. *Etenim* illud I intelligendum est de illis, quæ per illicitum actum acquisita sunt, & tamen justè possidentur. Vel dicendum, quòd *mammona iniquitatis* dicuntur diuitiæ, etiam licitè acquisitæ & possessæ: vel in quantum *ex Augustino* eas sola iniquitas diuitias esse reputat: vel in quantum sunt iniquitatis occasio: vel *iniquitatis*, idest inæqualitatis, quia non æqualiter sunt hominibus distributæ, bono aliquando egente, & malo superabundante. *Et huc facit quod Dauid Rex respondit ad Ornan, sibi quodcunque placeret afferentem 1. Par. 21.* Nequaquam ita fiet, sed argentum dabo quantum valet: neque enim tibi auferre debeo, & sic offerre Domino holocausta gratuita. *Quidam autem ex Augustino* verbum Domini L malè intelligendo, rapiunt res alienas, & aliquid inde pauperibus largiuntur, & putant se facere quod præceptum est. *Nec paucos quidem ex ijs numerari crediderim, qui ab alijs* auferunt, *& pauperibus* offerunt *ex ablato*. *Sit præterea, non tam eleemosynarum largitio, quàm earum in pauperes distributio, 1. Cor. 13.* Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum &c. *quòd videlicet* opus pietatis M non tantùm congregetur in vnum, sed diuidatur in plures, secundùm illud Psal. 111. *Dispersit, dedit pauperibus*. In qua N authoritate notatur, quibus sit dandum, quia *pauperibus* & indigentibus: & quomodo sit dandum, quia *dispersit*: quia non totum vni, sed diuisim multis, *Isaiæ* 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam &c. *Quomodo igitur & quibus præsertim eroganda eleemosyna sit, pensare debemus. Quocirca illud in primis sciendum, quòd* cum eleemosyna O sit opus misericordiæ, sicut misericordia non est propriè ad se ipsum, sed secundùm quandam similitudinem (*est enim de aliena miseria compassio*) ita etiam, propriè loquendo, nullus sibi eleemosynam facit: nisi fortè ex persona alterius, putà cum aliquis distributor ponitur eleemo-

Eleemosyna non de alieno, sed de proprio facienda.

Z Serm. ex Ep. Dom. 2. post Pent.

Non potest fieri ab vxore, à filio-familias, à seruo, & hujusmodi: nisi de modico, aut in casu.

A 4. d. 15. 2. 5. q. 1. c. & 2. 2. q. 32. a. 8. c.

B 2. 2. l. c. ad 2. & in 4. l. c. ad 1. & 2.

C In 4. l. c. in corp. & 2. 2. l. c.

D In 4. l. c. a. 5. q. 2. c. & 2. 2. l. c. ad 3.

E In 4. l. c. a. 5 q. 3. c. & 2. 2. l. c.

F 2. 2. l. c. ad 1. In 4. l. c. a. 5. q 4.

An eroganda de illicitè acquisitis.

G 4. d. 15. 2. 4. q. 1. & 3. c. & 2. 2. 32. 7. c. & ad 2.

H In 4. l. c. a. 4. q. 3. arg. 2. & 2. 2. l. c. arg. 1.

I In 4. l. c. ad 1. & 2. 2. l. c. ad 1.

Cur diuitiæ mammona iniquitatis dicantur.

L 2. 2. loc. cit. In 4. d. 46. a. 3. q. 4. c.

Sit eleemosynarum non tam largitio, quàm distributio.

M 1. Cor. 13. l. 1. ibi. & 2. 2. 32. 10. c.

N 2. Cor. 9. l. 2. ibi.

O 2. 2. q. 32. a. 9. ad 3. & q. 30. a. 1. ad 2. In 4. d. 15. 2. 6 q. 1.

Quibusnam erogandæ.

Nemo sibi, propriè loquendo, eleemosynam facit.

Digitized by Google

eleemosynarum, potest & ipse sibi accipere, si indigeat, eo tenore, quo & alijs ministrat. *Cæterùm* omnibus P pauperibus eleemosynæ sunt dandæ, etiam corpore validis, juxta illud Luc.6. *Omni petenti te, tribue*. Omni petenti *ex glossa* da: quicunque sit da, agnoscens in eo eum, cui des: sed multò magis da seruo Dei, militi Christi, etiam non petenti. *Et paulò ante*. Apostolus docet, faciendam quidem ad omnes eleemosynam, sed maximè ad domesticos fidei. *Ex quibus ordo deducitur eleemosynas erogandi, vt primò bonis impertiatur. Idcircò dicebat Dominus Matth.* 25. Quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. *Fratribus*, dicit: quia Q fratres sunt qui Dei faciunt voluntatem; vnde cap.12. *dicitur, quòd extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei*. In quo notatur, quòd bonis dandum est, Eccli.12. *Da bono, & non recuperis peccatorem*; Rom.12. *Necessitatibus Sanctorum communicantes*. Sed nunquid dandum est peccatori? Dandum est, cum fuerit in extrema necessitate, sed magis & priùs justis: ideò dicit, *fratribus meis*: multi enim veniunt, qui non fratres Dei sunt, 1. Ioan.4. *Omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est*. Vnde cæteris paribus meliùs debemus facere bonis: tamen ad indigentiam, etiam malis dandum est in tempore necessitatis, non propter fomentum peccati, sed naturæ: quidam enim fratres sunt secundùm naturam, quidam secundùm gratiam. Secundùm naturam omnes, boni & mali, 2. Cor.11. *Periculum in falsis fratribus*: secundùm gratiam autem soli boni, Rom.8. *Ipse est primogenitus in multis fratribus*. Et his principaliter est miserendum & subueniendum, *Eccli.12.* Benefac justo, & inuenies retributionem magnam: &, si non ab ipso, certè à Domino. *Et cum dicitur*: Non receperis peccatorem; *intellige, quòd* non est R peccatori subueniendum, in quantùm est peccator; idest, vt per hoc in peccato non foueatur: sed in quantùm homo est; idest, vt natura sustentetur. *Ex quo tam fidelibus, quàm infidelibus subueniendum: omnes enim proximus noster sunt, & natura fratres. Quoad conjunctiores verò*, est S discretionis ratio adhibenda secundùm differentiam conjunctionis, sanctitatis, & vtilitatis. Nam multò sanctiori magis indigentiam patienti, & magis vtili ad commune bonum, est magis eleemosyna danda, quàm personæ propinquiori, maximè si non sit multùm conjuncta, cujus cura specialis nobis immineat, etsi magnam necessitatem non patiatur.

P Op. 19. c. 7. ad med.
Omnibus pauperibus facienda.

An peccatoribus eroganda.
Q Matth. 25. lit. c. ibi. Rom. 12. l. 2. & 2. 2. 30. 2. ad 2. & 9. 32. 9. ad 1. In 4. d. 15. 2. 6. 9. 2. c. & ad 3. Op. 19. l. c.

R 2. 2. 32. 9. ad 1. & locis cit.

An conjunctioribus.
S 2. 2. l. c. in corp. In 4. l. c. a q. 3. Opusc. 19. c. 7.

X *Vt verò eleemosyna ad vitam æternam proficiat, & meritoria sit, non sufficit rerum exhibitio, aut pecuniæ, indigentibus: sed exigitur, vt hæc distribuens, agat id propter Deum summè dilectum. Quod exprimitur in præallegata diffinitione, qua dicitur*: Eleemosyna est opus, quo datur aliquid indigenti propter Deum. *Siquidem* in hoc T quod dicitur, *propter Deum*, tangitur intentio directa in Deum, quæ dat ei rationem merendi. *Quod est, esse eleemosynam verum virtutis actum: nam, vt vidimus*, dare V eleemosynas materialitèr, potest esse sine charitate: formaliter autem eleemosynas dare, idest *propter Deum*, delectabiliter, & promptè, non est sine charitate. *Nulla autem virtus sine charitate esse potest, quæ sola dat meritum operibus nostris. Totum hoc exprimitur ab Apostolo* 2. Cor.8. *vbi Macedonum charitatis actus commendans in collectis, quæ pro fidelibus fiebant, sic ait*: Secundùm virtutem (testimonium illis reddo) & supra virtutem voluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam & communicationem ministerij, quod fit in Sanctos. Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt primùm Domino, deinde nobis per voluntatem Dei &c. *Vbi Author*: Commendat X ipsorum liberalitatem quantùm ad tria, scilicet quantùm ad quantitatem dati, quantùm ad voluntatem dandi, & quantùm ad ordinem dationis. Quantùm ad quantitatem dati, quia dederunt *supra virtutem*, & in tantum dederunt, quòd post eguerunt. Est autem virtus interior animi, & virtus exterior, scilicet facultas rerum temporalium. Virtus interior est promptitudo animi ad dandum. Et ideò dicit: *Testimonium illis reddo*, quòd *voluntarij fuerunt* ad dandum *secundùm virtutem* animi interiorem, & *supra virtutem* exteriorem, scilicet diuitiarum, Tob.4. *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude*. Commendat autem eos quantùm ad voluntatem dandi, cum dicit: *voluntarij fuerunt*. In hoc autem *fuerunt voluntarij*, quia rogauerunt nos *cum multa exhortatione obsecrantes*. Q.d. Non solùm rogauerunt, sed etiam per rationes nos induxerunt, vt haberent *gratiam & communicationem ministerij &c.* idest, vt liceret eis dare sua pauperibus sanctis, qui sunt in Ierusalem, non reputantes se facere gratiam nobis, sed quòd eis gratia fiat. Commendat etiam eorum liberalitatem quantùm ad ordinem dandi; quia non solùm sua *dederunt*, sed *primùm seipsos Domino*: quia talis debet esse ordo in dando, vt primùm homo sit acceptus Deo; nisi enim homo sit Deo gratus, non sunt accepta munera ejus, Gen.4. *Respexit Dominus ad Abel* primò, & *ad munera ejus* consequenter, *Eccli.30.* Miserere animæ tuæ, placens Deo. *Hinc super illud Genes.4.* Quare iratus es, & concidit vultus tuus? *scribit Author*: Arguit Cain Y innuens, iram suam esse injustam & irrationabilem. Nam monstrat, causam quare Deus sua munera non acceptauerat, fuisse culpam suam: Deus enim non acceptat dona malorum: (Eccli.34. *Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum.*) Vnde si vis eleemosynas, & quæuis opera bona non perdere, Deum tibi propitium & amicum priùs habere satage: aliàs non valent ad meritum vel gloriam de condigno; licèt valeant & prosint ad impetrandum gratiam de congruo. *Quæcunque verò ad hunc virtutis actum perfectè exercendum dicebamus requiri, ad nostrum præstitis exemplum Iob patientissimus, qui cap.31. de se ipso ait*: Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci: si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea: (quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum:) si despexi pereuntem, eo quòd non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem: si non benedixerunt mihi latera ejus, & de velleribus ouium mearum calefactus est: si leuaui super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta superiorem: humerus meus à junctura cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur &c. *Vbi notandum, quòd* solent Z quidam pauperi eleemosynam petenti statim à principio negare quod petitur. Et hoc à se excludit, dicens: *si negaui quod volebant pauperibus*. Quidam verò non negant, sed tamen dare differunt: quod à se excludit, dicens: *& oculos viduæ expectare feci*. Alij verò non negant, nec dare differunt quæ petuntur: sed nihil ex proprio victu darent. Et hoc à se excludit, ostendens, quòd nec modicis solis voluit vti, quin alijs communicaret; vnde subdit: *si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea*; & subintellige: hæc vel illa grauia mihi accidant. Est autem considerandum, quòd valdè signanter loquutur. Pauperes enim non solùm petere, sed etiam instare solent; vnde beneficium misericordiæ non subtrahitur eis, nisi per omnimodam negationem. Viduæ autem petunt quidem, sed instare verentur: & ideò, nisi eis subueniatur, misericordiæ beneficio priuantur. Pupilli autem nec petere audent; vnde oportet, quòd

etiam

Ad meritum, propter Deum facienda, & cum charitate.

T 4. d. 15. 2. 1. q. 3. & c.

V 2. 2. 32. 1. ad 1.

X 2. Cor. 8. l. 1. ibi.

Y Gen. 4. ibi. 1. Tim. 4. l. 2. & 6. 1. 2. 114. 6.

Iob in eleemosynis erogandis exemplar.

Z Iob 31. l. 1. ibi.

Pauperes necdum petunt, sed & instant.

Non ita viduæ & pupilli.

Digitized by Google

Petentibus, & non petentibus erogandum.

etiam eis non petentibus misericordia impendatur. Quare autem tam misericors fuerit, ostendit ex duobus. Primò quidem ex antiqua consuetudine, quam à pueritia inchoauit; vnde subdit: *quia ab infantia mea creuit mecum miseratio*: quantò enim magis crescebat in annis, tantò magis in misericordiæ operibus exercebatur. Secundò, quia naturalem inclinationem habebat ad misericordiam, sicut diuersi homines ad diuersas virtutes quasdam naturales inclinationes habere solent; vnde subdit: *& de vtero matris meæ egressa est mecum*: quia scilicet ex primis generantibus sic dispositus fui, vt essem ad miserendum promptus. Solet autem esse duplex misericordiæ impedimentum.

Duplex misericordiæ impedimentum.

Quorum primum est contemptus miseri, quem nõ reputat miseratione dignum. Consueuerunt autem despici qui vilibus induuntur, & honorari qui vtuntur vestibus pretiosis, vnde dicitur Eccli. 19. *Amictus corporis enunciat de homine*. Sed hoc misericordiæ impedimentum à se excludit, subdens: *Si despexi pereuntem, eo quòd non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem*; subaudi: hæc vel alia mihi accidant. Nec solùm non despexi vestimentis carentem, sed etiam de vestimentis prouidi ei; vnde subdit: *si non benedixerunt mihi latera ejus*, quæ scilicet discooperta operui; & sic fuerunt occasio, quòd mihi benedixerunt. Et rationem hujus exponit, subdens: *& de velleribus ouium mearum calefactus est*, scilicet per vestimenta sibi exhibita. Aliud autem impedimentum misericordiæ est fiducia propriæ potestatis, ex qua homini videtur, quòd impunè possit alios grauare, & maximè inferiores personas. Et hoc à se excludit, dicens: *si leuaui super pupillum manum meam*, vt scilicet eum opprimerem, *etiam cùm viderem me in porta*, idest in loco judicij, *superiorem*, idest magis potentem: *humerus meus à junctura cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur*: justum est enim, vt homo membris priuetur, quibus ad injustitiam vtitur; & ideò subjungit amissionem, quasi pœnam, non solùm manus, sed etiam brachij, in quo radicatur manus, & humeri, cui brachium colligatur. *Quod ad præmissa etiam omnia referri potest: qui enim ad pauperes manum erogando non extendit, amittere cum brachio promeretur*: Per quæ *enim* peccat quis *Sap.* 11. per hæc & torquetur. *Sic autem, vt faciebat Iob, erogata* eleemosyna A habet efficaciam & ex ipso faciente, in quantùm est quoddam opus meritorium: & ex recipiente, in quantùm obligatur ad orandum pro illo, qui eleemosynam dedit.

A 4. d. 15. 2. 2. q. 3. c. & 2. Cor. 9. l. 1, ibi, parcè.

Eleemosyna ex parte dantis & recipientis efficaciam habet.

y *Cæterùm* eleemosyna B non tantùm consistit in collatione pecuniæ (*vel aliarum rerum juxta exigentiam*) sed etiam in alijs obsequijs propter Deum proximo factis. Vnde etsi alicui pecunia desit, non tamen facultas dandi eleemosynam deest. Et si deesset omnino facultas respectu eleemosynarum corporalium propter penuriam rerum & corporis debilitatem: non tamen deesset facultas respectu eleemosynarum spiritualium, quia posset aliter vel consulere, vel orare saltem. Et si etiam facultas omnino deesset (*nota*) voluntas completa sufficeret. *Vnde Apostolus* 2. *ad Cor.* 8. Hoc enim vobis vtile est, qui non solùm facere, sed & velle cœpistis &c. *Quasi dicat*: Plus est C velle, quàm facere, juxta illud *Eccli.* 18. Verbum melius, quàm datum. *Apud Deum enim voluntas habetur pro facto, si facultas desit*. *Sanè* qui habet D voluntatem dandi eleemosynam, & non dat, quia non habet facultatem, tantundem meretur, quantùm si daret, per comparationem ad præmium essentiale. *Et hoc sensu* Luc. 21. *de vidua illa paupercula, mittente in gazophylacium* æra minuta duo, *dicebat Dominus*: Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper plus quàm omnes misit. *Etenim* vidua illa E plus alijs misisse dicitur, quia efficaciori voluntate illud dedit. Vnde magis merebatur apud Deum de præmio essentiali. Sed quantùm ad præmium accidentale, illi poterant plus mereri, secundùm quod per majora munera plus satisfaciebant; vel etiam ministros Templi plùs ad orandum pro se prouocabant: vel quicquid hujusmodi est, quod actum exteriorem secundùm se sequitur. *Et quidem, quoad datum etiam, plus quodammodo videtur vidua illa respectiuè misisse, ex ratione, quam* Marc. 12. *ipse Christus adduxit, cum ait*: Omnes ex eo, quod abundabat illis, miserunt: hæc verò de penuria sua omnia, quæ habuit, misit totum victum suum: *cum tamen de solis sibi superfluis jubeamur eleemosynas dare*. *Etecce hujus præcepti radix & fundamentum: videlicet, quia* bona F temporalia, quæ homini diuinitus conferuntur, ejus quidem sunt quantùm ad proprietatem; sed quantùm ad vsum, non solum debent esse ejus, sed etiam aliorum, qui ex eis sustentari possunt ex eo quòd ei superfluunt. *Et hoc est, quod ajebat initio Author*: Res G quas aliqui superabundanter habent, ex naturali jure debentur pauperum sustentationi. *Huc mysticè & Magdalena respexit, quando* Ioan. 12. vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis. *Siquidem* per caput H possumus intelligere ipsam Christi personam, secundùm illud Ephes. 1. *Ipsum dedit Caput super omnem Ecclesiam*. Per pedes autem Christi, fideles, de quibus Matth. 25. *Quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*. Vnde caput Christi inungit qui ipsum Christum veneratur: pedes autem, qui ejus fidelibus obsequitur. Quia verò capilli ex superfluitate generantur: pedes Domini capillis terguntur, quando aliquis ex ipsis, quæ sibi superfluunt, defectui subuenit proximorum; vnde *Augustinus*: Si habes, *inquit*, superflua, da pauperibus, & Domini pedes tersisti. *Et priùs præmiserat*: Vnge pedes Iesu bene viuendo, deinde capillis terge; *vnde noueris, ad plenum eleemosynæ meritum exigi, vt erogator sit in gratia: hoc est enim vngere bene viuendo, capillis tergere de superfluis erogando. Sunt autem alicui superflua, vt vidimus*, quæ I secundùm statum præsentem non sunt sibi necessaria, prout probabiliter æstimari potest. Nec oportet, quòd consideret omnes casus, qui possunt contingere in futurum: hoc enim esset de crastino cogitare, quod Dominus prohibet *Matth.* 6. sed debet dijudicari superfluum & necessarium secundùm ea, quæ probabiliter & vt in pluribus occurrunt. *Verùm superflua quidem pauperum sunt, ijsque debentur: pauperi tamen ad superfluitatem petenti (neque enim desunt) neganda sunt*. *Exigitur enim*, vt L opus pietatis fiat ad subueniendum necessitati, non ad seruiendum superfluitati, *secundùm illud Is.* 58. Frange esurienti panem tuum. *Et alibi*. Petentibus M ad necessitatem danda est indubitanter res: sed petentibus ad superfluitatem danda est correptio. *Sicut autem inordinatè & injustè petentes corripiendi: ita reuera indigentes despiciendi non sunt, Eccli.* 4. Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua. *Eapropter* attendere N debet Princeps (*& omnis homo*) pauperem membrum esse cum ipso illius corporis, cujus Christus est Caput, vt ei compatiatur & amore capitis & quia membrum ejusdem corporis, cujus & ipse, 1. Cor. 12. *Si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra*. Item attendere debet, Christum tantum amorem habere erga pauperes, vt quod fit pauperi, sibi reputet fieri: & debet honorare Christum in paupere ampliùs cæteris, sicut Deus præ cæteris ipsum honorauit. Multum displicet Deo, cum pauperes ab hominibus inhonorantur, quos ipse tantum honorauit, *Iacob.* 2. Nonne Deus pauperes elegit in hoc Mundo, diuites in fide, & heredes Regni? & vos exhonorastis pauperem, *Prou.* 14. & 17. Qui despicit pauperem, exprobrat

B In 4. l. c. 4. 1. q. 2. ad 4. & fusè 2. Cor. 8. l. 2.

Si desit erogandi, vel quomolibet subueniendi facultas, sola sufficit voluntas.

C 2. Cor. 8. l. 2. ibi, velle.

Et tunc tantum meretur quis, quantum si daret.

D Ma. 2. a. 2. ad 8. In 4. d. 15. 2. 2. q. 3. c.

E In 2. d. 40. 1. 3. ad 5. & locis.

Radix hujus præcepti.

F 2. 2. q. 32. 5. ad 2.

Bona temporalia, hominis quoad proprietatem sũt: quoad vsum verò & aliorum pauperum.

G 2. 2. 66. 7. c.

H Ioa. 12. l. 1. lit d. ibi.

Mysticè hoc exponitur.

Capilli, ex superfluitate generati, superflua figũt.

Quænam dicantur superflua.

I 2. 2. 32. 5. ad 3. In 4. d. 15. 2. 1. q. 4. ad 4.

Superfluum dandum, non tamen ad superfluitatem petenti.

L 1. Cor. 13. l. 1. ibi, in cibos.

M Op. 19. c. 7. non longè à fi. 2. 2. 32. 10. c. & 2. Cor. 8. l. 2. & cap. 9. l. 1.

N Op. de er. Pr. l. 1. c. 15. fi. & l. 5. c. 24. init.

Non sunt despiciendi pauperes, quia membra corporis Christi.

O *Eod. Op. l. 2. c. 11. circ. fi.* & *l. 4. 105. 2. ad 1.*

Amor pauperum, signum amoris Dei.

P *Eod. Op. l. 5. c. 57.*

Viri cor durum, tenerum Mulieres ad subueniendũ pauperi habent.

Factori ejus. *Et alibi docemur, quòd* maximè O amor pauperum signum est, quòd aliquis amet Deum: illi enim non amantur propter se, sed propter Deum: *quod in eleemosyna eroganda præcipuum est. Et hæc pro viris*: mulieres *enim* habent P naturaliter corda tenera: cum viri habeant corda dura, earum est emollire viros: & cum ipsæ in domibus suis stabiles, viri autem earum frequenter sint absentes; quando viri cum hostibus suis pugnant armis, vxores debent cum eis pugnare eleemosynis. *Eccli.29.* de eleemosyna dicitur: *Super scutum potentis, & super lanceam aduersùs inimicum tuum pugnabit*. Si mulier in domo non fuerit, pauper ad domum veniens, refrigerium non inuenit, *Eccli.36.* Vbi non est mulier, ingemiscit egens. *Idcircò præmiserat Author*: Puella nobilis, cum nupserit, pauperum refugium esse debet.

Auari cor durum habent. Q *Matth. 31. lit b. ibi, duritie, & ad Hebr. 3. l. 2. ibi, obdurate.*

Et Superbi. R *2. a. 30. 2. ad 3.*

2 *Sanè dura corda habent in pauperes auari quidam. Durum autem dicuntur habere cor*: quia Q homo durus non flectitur (*ad preces præsertim pauperum*) & dicitur de tali Iob 41. *Cor ejus indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus*. Duritia autem solet accidere ex auaritia. *Sed & non rarò ex superbia: nam* superbi R non miserentur, quia contemnunt alios, & reputant eos malos: vnde reputant, quòd dignè patiantur quicquid patiuntur, *Prou.18.* Cum obsecrationibus loquetur pauper: & diues effabitur rigidè. *Neque cor solummodo durum habent non pauci, sed & attractam & aridam ad erogandum manum. Quod facit illud Matth.12.* Et ecce homo, manum habens aridam. *Vbi Author*: Per istum S significatur quilibet peccator, cujus manus, idest virtus operatiua, aruit. *Et hæc quidem nonnisi per eleemosynarum largitionem curatur. Hinc dictum est à Domino homini illi*: Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est sanitati, sicut altera. *Quod exponens*: Mysticè (*inquit*) homo T qui habet manum aridam, idest impotentem ad bene agendum, non potest meliùs curari, quàm extendendo manum suam in subleuationem pauperum, *Eccli.4.* Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. *Qui enim, vt ditior fiat, pauperi subtrahit, egestati tandem erit obnoxius: nam, vt dicitur Prou. 10.* Egestatem operata est manus remissa. *Non ita manum habebat aridam sanctus ille Ioannes, Alexandrinus Antistes, ob perpetuam eleemosynarum distributionem*, Eleemosynarius *antonomasticè dictus: cujus ardentissima in pauperes charitas attestatur, quòd nec post mortem manus illius beneficentissima ariditatem nouit, cum à pijs fidelibus, sacrum ejus tumulum hîc Venetijs in Ecclesia S. Io: Baptistæ* (*vulgò* in Bragora) *inuisentibus plenè adhuc integra conspiciatur: quam ad votum exosculari, pro pio mihi munere datum est. Idem quoque de S. Stephano Hungariæ Rege in pauperes beneficentissimo compertum habemus: legitur enim, quòd* illius dextera, resoluto cætero corpore, incorrupta permansit. *Hîc autem, dum viuimus, eroganda eleemosyna est: post mortem enim & in judicio tempus non erit. Quod mysticè innuitur in parabola de quinque virginibus fatuis: quibus oleo deficiente* (per quod V misericordia signatur) *quinque prudentes requisitæ, dixisse leguntur Matth. 25.* Ne fortè non sufficiat nobis & vobis: *Quasi dicerent*: Quia X oleum misericordiæ non sufficit nobis & vobis (nam, sicut dicitur 1. *Pet.4.* Si justus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt?) *ite potius ad vendentes, & emite vobis*. Quod magis dicitur per modum improperij, quàm per modum consilij; quasi dicerent: Debuissetis iuisse. Isti vendentes *secundùm Chrysostomum* sunt pauperes, quia mercantur nobis Regnum, *Luc.16.* Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. *Et concludit idem Chrysostomus*: Vides ergo Y quanta nobis sit à pauperibus negociatio. Pauperes autem non sunt ibi, sed hîc: ideòque hîc oleum congregare oportet, vt illic vtile sit, cum tempus nos vocet. *Neque enim tunc tempus erit bene faciendi, quod iam fuerit cum vita terminatum, Apoc.2.* Dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret. *Vbi Author*: Modò Z tempus nostrum est, quo possumus facere quod volumus siue bonum, siue malum: sed aliquando accipiet Deus tempus suum, Psalm.74. *Cum accepero tempus, ego justitias judicabo*: & tunc non poterimus facere quod voluerimus: sed quod meruerimus, accipiemus. *Monemur idcircò Eccle.9.* Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. *Hîc ergo, dum viuimus, & incolumes sumus, eleemosynarum distributio facienda est, non morte imminente: tunc enim nec plenè voluntaria est, nec adeò meritoria, eò quòd Xenodochijs alijsque pauperibus ideò tempore mortis pecunias dimittimus, quia nobiscum ferre non possumus: in cujus signum, si quis conualuerit, suspendit eorum, quæ legauerat, distributionem. Et hoc est, quod matri, renuenti in vita suas egenis distribuere facultates, dicebat virgo Lucia*: Non est magnum dare Deo (*in persona pauperum*) quod ferri non potest. Viuens ergo da Christo quod possides. *Ne igitur oleo misericordiæ, ad animæ inungenda curandaque vulnera necessario, in vitæ curriculo extremo: curemus, vt jugiter ad manum habeamus, hîc degentes, oleum hoc fraternæ charitatis: quo Angeli per pauperes, quibus Dei amore subuenimus, in exitu nostro recipiant nos in æterna tabernacula. DISCE quæ Dei sunt, Deo: quæ pauperum sunt, pauperibus erogare. Vide*, Amor proximi, Auaritia *Tomo 1.* Diuitiæ.

Nec pauci aridam manum. S *Matth. 12. lit. a. ibi.*

Quam eleemosyna sanat. T *Ibid. ibi.*

SS. Io: Eleemosynarius, & Stephanus rex Hungariæ.

Hîc eroganda: non enim post mortem tempus erit. V *Matth. 25. lit. c. ibi*, Oleum. X *Matth. 25. lit a. ibi.*

Y *Cat. Au. Matth. 25. ibi.*

Z *Apoc. 2. circ. 2. ibi.*

VI. Inter charitatis effectus præcipuum est eleemosynarum opus. *In 4. d. 45. 2. 3. q. 1. 5.*

Eleemosynam dare, dignum & magnum opus.

a **P**Ræ cæteris Christianorum operibus dignum sanè magnumque opus est eleemosynarum largitio propter Deum. *Vnde & frequentissimè tum in veteri tum in nouo Testamento plurimùm commendatur, vt & in præmissis tactum est, & excurrenti magis patebit*. Oportet (*ajebat Apostolus* Act.20.) meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare, quàm accipere. *Ps.40. idcircò dicitur*: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. *Et Prou.14.* Qui miseretur pauperis, beatus erit. *Et quidem vel ex eo dignum relucet opus, quòd specialis Dei gratia ab Apostolo reputatur 2. Cor. 8. cum ait*: Ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodum cœpit, ita & perficiat in vobis etiam gratiam istam, *scilicet* spiritualiter A perficiat gratiam istam de largitione eleemosynarum (*de qua ibi sermo erat*) vt non desit vobis, *Philip.* 1. Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet &c. *Porrò, vt eleemosynæ dignitas emicet magis*, tria sunt B bona opera maximè (*contra triplex genus peccati, quod vniuersaliter in Mundo est*, 1. *Ioann.2.* Omne quod est in Mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ:) scilicet *Eleemosyna* contra oculorum concupiscentiam, *Oratio* contra superbiam vitæ, *Ieiunium* contra concupiscentiam carnis. Primum ordinat ad proximum, secundum ad Deum, tertium ad seipsum. *Veruntamen ex tribus his satisfactorijs operibus primum obtinet locum eleemosyna. Nam* efficacia C satisfactionis inuenitur in tribus satisfactionis partibus sicut virtus totius potentialis in partibus ejus: quæ quidem completè in vna inuenitur, & in alijs diminutè. Sicut tota virtus animæ inuenitur in rationali: sed in sensibili anima inuenitur diminutè; & adhuc magis diminutè in vegetabili: quia anima sensibilis includit in se virtutem animæ vegetabilis, sed non

Beatius dare, quàm accipere.

Specialis Dei gratia.

A *2. Cor. 8. & 1. ibi.*

Tria sunt opera bona contra triplex genus peccati. B *Matth. 6. lit. a ibi*, eleemosynam.

Eleemosyna præeminet cæteris satisfactorijs operibus.

C *4. d. 15. 1. 3. q. 2. c. & 1. Tim. 4. l. 2. ibi*, pietas autem.

Digitized by Google

Includit virtutem orationis & jejunij.

non conuertitur. Eleemosyna enim includit in se virtutem orationis & jejunij duplici ratione. Primò quia eleemosyna eum constituit, cui datur, debitorem ad orandum, & jejunandum, & alia bona, quæ potest, faciendum pro eo, qui dedit. Secundò quia eleemosyna propter Deum data, est quasi quædam oblatio Deo facta; vnde & Philosophus dicit in 4. Ethic. c.14. quòd *bona opera habent aliquid simile Deo sacratis*. Oblatio autem ipsi Deo facta vim orationis habet. Et similiter, in quantùm bona opera exteriora ad corporis conseruationem ordinantur, subtractio exteriorum bonorum per eleemosynam quasi virtute continet jejunium, quo maceratur corpus. Similiter etiam oratio virtute continet jejunium, quia extensio intellectus ad Deum debilitatem corporis parit. Vnde eleemosyna completiùs habet vim satisfactionis, quàm oratio: & oratio, quàm jejunium. Et ideò dicit Apostolus 1. Tim.4. *Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autem ad omnia*. Et propter hoc eleemosyna magis indicitur vt vniuersalis medicina peccati (*Angelica velùti contra morbos omnes Panacea*) quàm oratio, sicut Luc.11. *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis*; & Tob.4. *Eleemosyna ab omni peccato liberat*. Et quamuis pœna D in satisfactione requiratur: tamen principalius est in ea bonitas actus, quàm pœnalitas. Et quia eleemosyna plus habet de ratione boni, quàm jejunium, in quantùm immediatiùs se ad charitatem habet, & in quantùm non est singulare bonum facientis, sed commune facienti & patienti, eleemosyna plùs erit satisfactoria, quàm jejunium: similiter & quàm oratio, quamuis hæc hominem magis familiarem Deo reddat, quàm eleemosyna, sicut vita contemplatiua plùs, quàm actiua: tamen intercessorum per eleemosynam multiplicatio plùs valet ad impetrandum peccatorum remissionem, quàm singularis vnius hominis oratio. (*Instruantur proinde Confessarij, vt ei* E *qui non potest vnum ex eis perficere*, injungatur aliud, & præcipuè eleemosyna, quæ aliorum vices supplere potest, in quantùm alia satisfactionis opera per eleemosynam sibi quisque meretur quodammodo in illis, quibus eleemosynam tribuit.) *Ex quo dignitas eleemosynæ super cætera satis clarescit. Cujus in signum, ad justorum commendationem, missis cæteris bonis operibus, solas electorum eleemosynas recensebit Christus Mundi judex, Matth.*25. Esuriui & dedistis mihi manducare: Sitiui &c.

Vniuersalis medicina peccati.

D *In 4. l. c. ad 2.*

Eleemosyna præ cæteris in satisfactionem à Confessarijs injungatur.

E *4. d. 15. 1. 4. q. 3. ad 3.*

b *Hinc non mirum, sacrificij nomen obtineat & vices, Eccli.* 35. Qui facit misericordiam, offert sacrificium. *Et Apostolus ad Philip.*4. Repletus sum acceptis ab Epaphrodito quæ misistis odorem suauitatis hostiam acceptam, placentem Deo: *quandoquidem* est odor F Deo suauis deuotio offerentium: & inter omnes hostias multùm valent eleemosynæ, Hebr.13. *Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus*: scilicet G passiuè; idest, possumus Deum mereri talibus sacrificijs: ipse enim est merces nostra, quam istis operibus possumus acquirere, *Genes.*15. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. *Nam &* Regnum Cœlorum H dicitur emi, dum quis dat quod habet propter Deum (largè sumpto nomine emptionis secundùm quod accipitur pro merito:) *cui quasi in sacrificium eleemosynam offert, qua & summè Deum honorat, Prou.* 14. Honorat autem eum qui miseretur pauperis; *vnde & cap.3. monemur*: Honora Dominum de tua substantia: *fit enim in persona pauperis eleemosyna Deo, Matth.*25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. *Hinc illud serui nequam ad Dominum Matth. eod. cap.* Metis vbi non seminasti, *exponitur*: Si enim I facis eleemosynam, tu seminas, & Dominus metit, quia sibi factum reputat. *Quod patet & in facto illo* Genes.18. *quando sub specie trium illorum virorum Deus ipse trinus & vnus hospitio ab Abraham exceptus est*: Apparuerunt ei tres viri, stantes prope eum. *Vbi Author*: Sicut *inquit* hodie L fratres mendicantes, dum declinant ad domum alicujus sibi ignoti, stant ad portam, ibi gradum figentes, quasi petentes hospitium: sic videtur quòd fecerit Deus in specie trium virorum. Idcircò hanc formam decet nos discere à Deo in specie pauperis apparente. *Non secus & B. Martino, quòd partem chlamydis Ambiani pauperi hesterna die dedisset, ea veste coopertus Christus apparuit, hanc emittens vocem*: Martinus cathecumenus hac me veste contexit: *vt & de pluribus in sacra enarratur historia. En qualiter Deus erogandi opus dignificat. Sicut autem Dominus pauperum partes facit: ita pauperum adjutor, imitator Dei commiserando fit. Quæ profectò magna hominis dignitas est*. Verè M nobilis bona sua libenter communicat, imitator Dei, qui est nobilissimus & liberalissimus. Tanta est ejus liberalitas, vt non solùm sua, sed etiam seipsum largiatur. *Idcircò Psaltes Psalm.*40. Beatus *inquit* qui intelligit super egenum & pauperem: *videlicet*, quia Deus N misericordiam acceptat, per quam homo imitator est Dei, *Luc.*6. Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. *Vt autem quis miserando imitator Dei fit*, debet esse O misericors ad modum Dei: sed Deus non expectat, quòd semper petatur. Vnde subuenit desiderio antequam petatur: (Psal.9. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua*:) & ideò ille est verè misericors, qui non solùm petentibus subuenit, sed etiam indigenti subuenit priusquam petatur. *Et hinc quodammodò deiformes efficimur: quod tangit* Dionysius *de diu. Nom. cum ait*: Boniformes sunt (*Angeli*) & sequentibus communicant dona &c. *Boniformes*, idest, *exponit Author*, deiformes P effecti, in quantùm inferioribus communicant diuina dona, quæ ad eos de summo bono veniunt: & hoc, *sicut lex diuina inducit*. Est enim lege diuina sancitum, vt bona, quæ à Deo accipimus, inferioribus communicemus: & sic conformamur bonitati ejus, ex quo omnia bona profluunt. *Deiformes autem sola nos efficit charitas, vnde tota est eleemosynæ dignitas, totum meritum, tota efficacia*: ex qua Q corporalis eleemosyna spiritualem efficaciam habet. *Ex his omnibus verum habet quod initio docebat Author*: Inter charitatis R effectus præcipuum est eleemosynarum opus. *Et alibi*: Charitatis proprius S & immediatus effectus est pietas, *pro misericordia accepta*.

Acceptum Deo sacrificium.

F *Philip.4 l.2. circ. fi.*

G *Hebr.13. l.2. fi. Ps.50 fi. & 2.2. q.32. 1. ad 1. & 86. 1. ad 1. Op. 70. q.3. a. 3. c.*

H *1.2. 100. 1. ad 3.*

Deum honorat qui eleemosynam facit.

Facit enim Deo in persona pauperis.

I *Matth. 25. lit. b. ibi.*

L *Gen. 18. ibi.*

S. Martinus in paupere Christum induit.

M *Opusc. de er. Pr. l.1. c.5. post med.*

Miserendo quis pauperum, imitator Dei est.

N *Ps.40. lit. a.*

O *Ibid. ibi.*

Deus miserendo non expectat, quòd petatur.

Deiformes per eleemosynam efficimur.

P *De diu. Nom. c.4. l.1. ibi.*

Q *2. 2. 32. 4. ad 3. & 4. 2. ad 2.*

R *In 4. d. 45. 1. 3. q.1. c.*

S *1. Tim. 4. l. 2. ibi, pietas autem.*

c *Quod quidem pietatis opus, vtì Deo dignum, & docuit Christus, & perpetuò hic degens exercuit. Docuit quidem, Luc.* 11. *præsertim*: Quod superest, date eleemosynam. *Et similiter exercuit: neque enim impiè ad auaritiam referendum est quod dicitur* Joann. 12. & 13. quia loculos habebat Iudas, *ejus discipulus. Exponitur enim, quòd* Dominus T Deus Cœli, qui dat escam omni carni, loculos habuit: non quòd possideret aliquid terrenum, sed vt à fidelibus oblata conseruans, suis necessitatibus, & alijs indigentibus subueniret: quos quidem loculos Iudas conferebat. (In quo datur *ex Augustino* exemplum, quòd Ecclesia potest habere pecuniam, & reseruare pro necessitatibus imminentibus. Et etiam instruimur, quòd Ecclesiastica pecunia sit expendenda solùm in duobus. Primò quidem in his, quę pertinent ad cultum diuinum; vnde ibid. dicitur: *Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum*; idest, quibus Deum colere possimus in die festo. Deinde verò in his, quæ pertinent ad pauperum sustentationem; vnde subdit: *aut egenis vt aliquid daret*.) *Sed nec in proprium vsum quidquam de loculis adhibuisse Christus videtur: ad* solven-

Christus eam & docuit & perpetuò exercuit.

T *Ioa. 13. l.5. lit. a. & cap. 12. l.1. lit. g.*

Ecclesia potest habere pecuniam pro cultu diuino expendendam, & ad pauperum sustentationē.

Digitized by Google

soluendum enim didrachma Matth.17. *Apostolum Petrum ad expiscandum piscem misit, in cujus ore staterem ad soluendum inuenit: quia nimirùm* omnia data V erant in vsus pauperum: rapinam autem arbitrabatur, quod erat ad vsus pauperum, in alios vsus expendere. *Discant qui aliter faciunt. Denique adeò erogationis in pauperes dignum est opus, vt ad illud (vti par erat) exercendum, solemne in veteri lege sit festum institutum, quod* Scenopegia *dicebatur. Pro quo sciendum, quòd* Scenopegia X græcum est, compositum ex *Scenos*, quod est vmbra: (*hinc* scena *idem quod vmbraculum, siue tentorium*) & *phagim*, quod est comedere: (Scenophegia *enim in antiquis codicibus scribebatur:*) Q. d. Erat tempus, quo comedebant in tabernaculis. Dominus enim mandauerat filijs Israel, quòd mense septimo per septem dies habitarent in tabernaculis, in memoriam, quòd quadraginta annis habitauerunt in tabernaculis in deserto. *Vnde dicitur Leuit.* 23. Septem diebus offeretis holocausta Domino: dies quoque octauus erit celeberrimus atque sanctissimus, & offeretis holocaustum Domino: est enim cœtus atque collectæ: omne opus seruile non facietis in eo. *Ad quam cohærenter authoritatem Leuitici legimus* 1. *Machab.* 10. Induit se Ionathas stolâ sanctâ, septimo mense, anno centesimo sexagesimo, in die solemni Scenopegiæ. *Scenopegiæ, inquam:* idest Y fixionis, *ait Author*, tabernaculorum. Et vox hæc de Græco in Latinum deriuata dicitur à *scena*, quod est tabernaculum. Ab hæbræo autem deriuata dicitur à *scenon*, quod est vmbra: quia tunc habitabant in vmbraculis ob memoriam habitationis eorum in deserto, cum exirent de Ægypto. Et incipiebat die decimaquinta Septembris, & durabat per septem dies, & octaua festiuabatur, quia in ea fiebat collecta pro omnibus expensis totius anni pro pauperibus. *Et ad* Psal.6. *qui intitulatur* pro Octaua, *docemur pariter, quòd* in mense Z septimo Iudæi faciebant festum tabernaculorum septem diebus, & octauus dies inter omnes erat celeberrimus: erat enim *dies cætus atque collectæ*, quæ fiebat pro necessarijs ad cultum diuinum & pauperibus. Et fortè Dauid fecit hunc Psalmum in ista solemnitate, & dicebatur in octauo die. *Vides hinc, quanti habeatur à Deo eleemosynarum largitio, & quanti à nobis facienda sit, eo quòd opus Deo dignum, atque inter cætera præstantissimum. Eapropter bona opera hominis justi in illius quidem commendationem generaliter recensentur: atqui eleemosyna sola, ceu quid præstantius, specialiter decantatur Eccli.*31. Stabilita sunt bona illius in Domino, & eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum. *Non ergo pigeat fideles tantum opus exercere frequenter: siquidem præter dignitatem operis, maximus ex eo prouenit corporalis profectus, & spiritualis: de quo fusè* Num. *seq.* DISCE, *non deijci erogando bonum, sed exaltari.*

V Matth. 17. fi. Op. 17. c. 13.

f Scenopegia festum quid.

X Io.7.l.1.lit. a. ibi, Scenopegia & l. 2. lit. e. & l. 2. 102.4. ad 10.

Institutum ad collectas pro pauperibus faciendas.

Y 1. Mach.10. ibi. Et cap. 4. ibi, diebus octo. Et 2. Mach. 1. ibi Casleu.

Z Ps.6. lit. a.

VII. *Pietas ad omnia vtilis est:* quia ad omnia peccata delenda: item ad bona promouenda: item promeretur specialem Dei misericordiam. 1. *ad Tim.* 4. *l.* 2. *ibi.*

d DIgnitatem operis multiplex sequitur in erogatione prouentus: *nec potest vtilissima non esse, quæ adeò grata Deo est*, à quo bona cuncta procedunt. *Est enim quoddam* sanctum A fœnus cum Deo *eleemosyna, inquit Card. Vgo ad Eccle. cap.* 11. *ex illo Prou.*19. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis; & vicissitudinem suam reddet ei: *illamque tanti facit Dominus, vt ea impleta, totam videtur homo ad plenitudinem meriti diuinam implesse legem. Quò facit illud* Luc. 3. *de Ioanne, qui interrogatus à turbis:* Quid ergo faciemus? (*nempe ad proferendos* fructus dignos pœnitentiæ) *respondit eis:* Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. *Quod innuit &* Roman.13. *Apostolus, cum ait:* Qui diligit proximum, legem impleuit: *qui diligit, inquam, non quomodocumque, sed vt ait Ioannes in sua prima cap.*3. opere & veritate. *Porrò eleemosyna duplicem effectum, siue fructum affert, spiritualem scilicet & corporalem. Quocirca sciendum, quòd* eleemosyna B corporalis tripliciter potest considerari. Vno modo secundùm substantiam: & secundùm hoc, non habet nisi corporalem effectum, in quantum scilicet supplet corporales defectus proximorum. Alio modo potest considerari ex parte causæ ejus, in quantum scilicet aliquis eleemosynam corporalem dat propter dilectionem Dei & proximi: & quantùm ad hoc, affert fructum spiritualem, secundùm illud Eccli.29. *Perde pecuniam propter fratrem: pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi; & proderit tibi magis, quàm aurum.* Tertio modo ex parte effectus: & sic etiam habet spiritualem fructum, in quantùm scilicet proximus, cui per corporalem eleemosynam subuenitur, mouetur ad orandum pro benefactore. *Vnde & ibidem subditur:* Conclude eleemosynam in corde pauperis: & hæc pro te exorabit ab omni malo. *Et quidem, quamuis minima, vacua mercedis non est, Matth.*10. Quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. *Quasi dicat:* Non curo C vtrum magni, vel parui sint. Posset aliquis dicere: pauper sum, non habeo quid dare; ideò dicit: *calicem aquæ frigidæ*. Non dicit, *calidæ*, propter inopiam lignorum, ne posset se sic excusare. Vnde vult dicere: quicquid minimum fecerit, habebit mercedem suam. *Sanè qui pauperibus elargitur, primò temporaliter prosperatur, Psalm.*40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra &c. *Beatus inquam & felix, quia Prou.* 14. Qui miseretur pauperis, beatus erit. *Luc.*14. Cum facis conuiuium, voca pauperes, & beatus eris. *Et iterum Prou.* 11. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. *Et cap.*28. Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. *Vnde & ad regnum & principatum prosperandum nil magis conferre docemur, quàm pauperum sustentationem.* Opportunum est D Regibus & cuicunque Domino, in ipsorum Dominio de communi ærario Reipublicæ siue regali, pauperibus prouidere. Hinc est, quòd in singulis Prouincijs, ciuitatibus, & castris, ad talia ministeria exercenda sunt hospitalia instituta siue per Reges, siue per Principes & ciues, ad pauperum inopiam subleuandam: & non solùm apud fideles, sed etiam infideles. Domos enim instituebant hospitalitatis ad pauperum subuentionem, quas *Iouis hospitalis* nominabant (*vt patet in lib.*2. *Machab. cap.*6.) propter effectum beneuolentiæ & pietatis, qui eidem attribuitur planetæ secundùm Astrologos. (*Vnde & Iuppiter* hospitalis Deus *nuncupabatur.*) De Aristotele etiam tradunt historiæ, quòd Alexandro exhortatorias literas destinauit, quòd pauperum inopiæ memor esset, ad prosperitatem sui regiminis augmentandam. *Et idem dic de gubernio œconomico cujuscunque particularis familiæ, nonnisi per eleemosynam prosperandæ. Ita Iob, de quo dicitur cap.*31. Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci &c. *quamuis ad ejus probandam virtutem rebus omnibus priuatus sit* (*affligitur enim quis* E *aliquando ad correctionem, vel ad humiliationem, vel probationem.*) *quia tamen pauperibus prompta voluntate subuenerat,* Dominus ei F majora restituit, & in duplo; vnde dicitur

A Vgo de S. Charo Eccle. 11.

Eleemosyna sanctum fœnus.

Totam ad meritum videtur legem implere qui eleemosynam facit.

Ejus duplex effectus, siue fructus.

B 2.2.32. a. 4. & fuit 2. Cor. 9. l.2.

Vel minima mercedis vacua non est.

C Matth. 10. lit. h. fi.

Per eleemosynam temporalis prosperitas.

D Op. 20. l. 1. c.15. fi.

Communia hospitalia etiã apud infideles instituta, ad regimen prosperandum.

Iob.

Ad triplicem finem quis à Deo affligitur.

E Ps.40. lit. c.

F Iob 42. l. 1. ibi, & facta sunt.

Digitized by Google

dicitur cap.42. *Et facta sunt ei quatuordecim millia ouium, & sex millia camelorum &c.* Suprà enim dictum est, quòd *fuit possessio ejus septem millia ouium, & tria millia camelorum &c.* Iob cap.1. *Professò per eleemosynam Elisæo prophetæ erogatam Sunamitis illa* 4. Reg 4. *filium concepit & peperit: moxque defunctum reuocauit ad vitam. Sed & paululum aquæ cum buccella panis, & olei tantillum, inops vbi vidua Sarephtana subministrauit Eliæ* 3. Reg. 17. *nec sibi nec filio farina defecit nec oleum:* Ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus: *insuper & vnicus matris suæ mortuus, reuixit. Nec mirum: nam* per G oleum *inter cætera* intelligitur opus misericordiæ. Et ideò, quia videbant (*virgines fatuæ*) quòd non poterat valere lumen fidei sine opere misericordiæ, petebant ab alijs, qui opera misericordiæ fecerant: *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur.* Oleum *inquam, quia & lenitiuum & vngit. Vnde* quia & vnguentum H lenitiuum est, misericordiam significat. *Hinc cum Magdalena* pedes Christi I vngit, quando quis (*vt præmissum est*) bonum opus facit propter vtilitatem proximi, *& pauperis indigentis. Nec perperam, mysterio alludens, discipulis pro vnguenti à Magdalena allati effusione indignatis Christus respondit:* Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habebitis.

Sunamitis. — *Vidua Sarephtana.* — *G Matth. 25. lit. a. ibi, de oleo. & cap. 26. lit. e. ibi, Olivetti.* — *H Isa. 12. l. 1. lit. g. ibi, vnguenti.* — *I Matth. 26. lit. a. ibi, vnguenti. Et Io. 12. loco cit.*

e *Prosperat igitur homines charitatis opus in egenos, fructusque multiplicat temporales.* Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet, *inquit Apostolus ad Gal.6.* sed L multiplicata. *Vnde dicitur Eccli.* 35. Da Altissimo secundùm datum ejus, & in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum: quoniam Dominus retribuens est, & septies tantum reddet tibi. *Immò & centuplum, hic quoque, eleemosynæ recipit erogator.* Qui reliquerit (*ait Dominus* Matth.19.) domum aut agros &c. propter nomen meum: *hoc est, qui bona sua pauperibus propter Deum distribuerit* (*vti de B. Lucia alijsque sanctis viris in sacris legimus historijs*) centuplum accipiet *nedum in futura æterna retributione, sed & in vita præsenti. Quod* Marc. 10. *expressiùs habetur;* Nemo est, qui reliquerit domum aut agros &c. propter me, qui non accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc, & in seculo futuro vitam æternam. Centuplum *quidem* accipiet: *si enim quotidiana numeras beneficia, quæ tibi à Deo multiplici in genere conferuntur, respectu exiguæ eleemosynæ, quam facis: centuplum sine dubio te recepisse deprehendes.* Centuplum accipiet: *idest*, aliquid M quod valet centuplum: (*siue gratiam, quæ datur, siue gloriam consideres.*) Quod etiam ad literam *secundùm Origenem* est intelligendum. Tu enim dimittis agrum, ex prouidentia Dei erit, quòd inuenies multos ad seruitium tuum. *Vnde & 2. Cor.9. dicitur:* Qui autem administrat semen seminanti: & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum justitiæ vestræ. *Et sic elargiendo acquirimus, & cum majori securitate:* illa enim N verè & sine timore amissionis possidemus, quæ pauperibus largimur. *Ex quo* congregare O diuitias, stultitia est: sed dispergere, est prudentia: quia dispersæ sunt semina, quæ multiplicata resurgunt: & quia non possunt amitti, eo quòd in tuto loco sunt positæ, *Matth.6.* Thesaurizate vobis thesauros in cœlo &c. *vbi & B. Laurentius collocauit, qui eas dispersit*, dedit pauperibus. *Et alibi:* Homo P acquirit tripliciter bonum temporale per dationem eleemosynæ. Primò diuitiarum augmentationem: secundò ab inimicis defensionem: tertiò vitæ præsentis prolongationem, 1. Tim. 4. *Pietas ad omnia vtilis est.* Ad omnia *inquam* vtilis est: *quia nedum ad corporalia & temporanea, sed & ad spiritualia &*

Centuplum in hac & in futura vita recipit eleemosynæ erogator. — *L 2 Cor.9. l. 1. ibi, seminat.* — *M Matth. 19. fi. & 2. Cor 9. l. 1. ibi, multiplicabit. & 1. 2. 69. 2. ad 2.* — *Elargiendo pauperibus, acquirimus, & cum majori securitate.* — *N Serm. 2. ex Ex. Dom. 1. post Epiph.* — *O Serm. in Fe. S. Laur.* — *P Serm. ex Ep. Domin. 2. post Pent.*

æterna. Non solùm enim Q in futuro remuneratur, sed etiam in præsenti; *vnde & subdit Apostolus:* promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. *Vbi Author:* Pietas *inquit* accipitur hic R pro cultu Dei, & misericordia. In præceptis autem Decalogi vnum solum inuenitur, quod pertinet ad pietatem, scilicet honorare Patrem & Matrem; & sub illo continentur omnia præcepta ad quodcunque beneficium impendendum proximo. Et hoc est solum præceptum inter ea, quæ sunt ad proximum, habens promissionem, scilicet *Vt sis longæuus super terram*, Exod.20. Et Apostolus hic interpretatur *longæuus* secundùm vitam præsentem & futuram; vnde dicit: *promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.* Sed tunc est quæstio: quia aliquando inuenitur aliquis pietatem sequens, qui tamen non est longæuus. *Respondeo*, quòd sicut dicit Philosophus, hæc bona temporalia in tantùm sunt bona, in quantùm vtilia ad felicitatem. Vnde si quis haberet tantum de temporalibus, quòd propter ipsa impediretur à bono virtutis & felicitatis, hoc non esset sibi ad bonam fortunam, sed ad malam, vt dicitur *in* 10. *Ethic.* Longitudo autem vitæ est vnum de temporalibus, in tantùm bonum, in quantùm coadiuuat ad virtutem. Aliquando autem est occasio ad peccandum; & ideò Deus aliquando subtrahit eam homini, non quia deficiat à promissione, sed quia dat quod melius est, *Sap.4.* Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus. *Verumtamen*, etsi boni S in hac vita quandoque non habeant corporalia præmia, nunquam tamen deficiunt à spiritualibus etiam in hac vita.

Q Opusc. de er. Pr. l. 3. c. 57. sub initio. — *R 1. Tim. 4. l. 2. ibi.* — *Pietas cultum Dei dicit, & misericordiam in proximum.* — *Habet promissionem vitæ.* — *Cur aliqui pietatem exercentes non sint longæui.* — *S 1. 2. 69. 2. ad 2.*

f *Atqui potissimùm eleemosyna eo fine seminanda est, vt fructificet non temporaneam vitam, sed immortalem & beatam: non humanam mercedem, sed cœlestem:* quando eam quis T misericorditer impendit, non humanam, sed diuinam remunerationem quærere debet. *Idcircò hortabatur Apostolus ad Gal.6.* Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficientes. *Vbi Author:* Monet *inquit* ad ministerij V perseuerantiam: quia non ad horam tantùm, sed semper debemus benefacere; vnde dicit: *non deficiamus*, scilicet in bene operando, quia *non deficiemus* in metendo. Et meritò non est deficiendum, quia expectamus remunerationem æternam & indeficientem. *Tempore enim suo metemus non deficientes.* Si enim homo, *inquit Augustinus*, non imposuerit finem operi, nec Deus imponet remunerationi. Sed nota, quòd dicit, *tempore suo*: sicut agricola non statim de illo, quod seminat, fructum colligit, sed tempore congruo, Iac.5. *Agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum.* (Quasi fructus X temporaneus est gratia: serotinus, gloria.) Et subdit: *Ergo, dum tempus habemus*; idest, in hac vita, quæ est tempus seminandi, *operemur bonum ad omnes.* Sed quia non possumus omnibus benefacere, ordinem benefaciendi subdit: *maximè autem ad domesticos fidei*; qui scilicet non solùm natura nobis sunt similes, sed etiam sunt vniti fide & charitate. Ergo omnibus impendenda est misericordia: sed præponendi sunt justi, qui sunt ex fide, *vt superiùs ex Authore docebamus. Et generaliter quidem Spiritus Sanctus vnumquemque monet Eccle.11.* Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post tempora multa inuenies illum. *Super aquas*, scilicet Y pauperes: *idest, da substantiam tuam pauperibus egestate & frigore tribulatis:* per aquas *enim* significantur Z tribulationes, *quæ tamen citò pertranseunt*, 1. Pet.1. Modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus: *quia* post tempora multa; *idest, post hanc vitam, in æternitate* (*Matth.* 25. Post multum verò temporis &c.) inuenies illum, *Luc.16.* Vt recipiant vos in æterna tabernacula;

Non longitudinem vitæ, nec humanam mercedem quærat eleemosynam faciens, sed diuinam. — *T 2. 2. 71. 4. ad 1.* — *V Ad Gal. 6. l. 2. ibi.* — *Semper proximis benefaciendum.* — *X Iac. 5. ibi.* — *Y Apocal. 11. com. 2 ibi corruperunt terram.* — *Z 2. Thessal. Prol. & Op. 4. 5. 3. fi.*

Digitized by Google

cula: *vbi fidelem eleemosynarium* cibabit Dominus *pane* vitæ & intellectus, *beatitudine videlicet sempiterna. Et hæc est benedictio, quæ repromittitur miserenti, Prou.*22. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de *panibus* enim suis dedit pauperi, *à quo vtique benedicitur, Iob* 29. Benedictio perituri super me veniebat: *idest*, ille A qui per me adjutus erat, mihi benedicebat; *& à Deo insuper benedictionem impetrabat*: Auris audiens beatificabat me; *idest*: beatum me reputabat, & beatitudinem mihi optabat. *Hinc Eccli.*7. Pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua. *Eapropter* Luc. 19. *statim ac promp serat Zachæus ad Dominum:* Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum; *ait Iesus ad eum:* Quia hodie salus domui huic facta est. *Nec solus benedicitur erogator, sed & semen illius benedictionem consequitur, Psal.*36. Tota die miseretur & commodat: & semen illius in benedictione erit. *Et hac de causa eleemosynam ipsam vocat Apostolus* benedictionem, 2. *ad Corinth.* 9. Necessarium existimaui rogare fratres, vt præueniant ad vos, & præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse sic, quasi benedictionem, non tanquam auaritiam. Hoc autem dico: Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. *Et præparent repromissam benedictionem*, scilicet B eleemosynam, quæ dicitur *benedictio*, quia est causa æternæ benedictionis: nam per actionem dandi homo benedicitur à Deo, Psal. 23. *Hic accipiet benedictionem à Domino* (*scilicet* innocens manibus, *qui nimirùm dedit egenti propter Deum, non propter Mundum rapuit:* & misericordiam à Deo, *quia & ipse misericors fuit:*) & ab hominibus, Eccli.31. *Splendidum in panibus benedicent labia multorum.* Et dicit, *benedictionem hanc paratam esse quasi benedictionem*, idest abundanter: *non tanquam auaritiam*, idest parcè. *Hoc autem dico: Qui parcè seminat*; idest, qui parum dat in Mundo isto, *parcè & metet*; idest, parum recipiet in alio seculo. *Et qui seminat in benedictionibus*, idest abundanter, *de benedictionibus & metet*, Dei scilicet largam retributionem.

[In pauperes misericors, benedictionem à Deo impetrat, & ab hominibus.]
[A *Iob* 29. *l.* 1. *ibi.*]
[B 2. *Cor.* 9. *l.* 1. *ibi, & Gen.* 49. *in allegor. circ. fi. Matth.* 25. *lit. c. ibi*, benedicti.]

g *Verùm largam hanc à Deo in æterna gloria retributionem eleemosyna impetrat, quia liberat à peccatis, quæ illius proculdubio consecutionem præpediunt, Is.*58. Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies: *idest*, annihilabuntur C peccata tua, quæ sunt sicut tenebræ: *nam, vt dicitur Eccli.*3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis; *&* Charitas, *cujus eleemosyna est actus*, operit multitudinem peccatorum, *vt dicitur* 1. *Pet.* 4. *Et quidem* duo D hominem vniuersaliter emundant, scilicet eleemosyna, & misericordia in pauperes, Luc. 11. *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis*: & amor Dei, *Luc.*7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. *Profectò* ipsæ E eleemosynæ, quas facimus indigentibus, sunt quasi quidam fidejussor coram Deo pro nobis ad soluendum debita peccatorum: vt Philosophus dicit de numismate respectu rerum venalium. Et sicut numisma est mensura in permutationibus pro vita corporali: ita eleemosyna in vita spirituali. *Propter quod dicitur Tob.* 4. Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam. *Nec de diuina impetranda misericordia dubitandum miserenti est.* Deus F homini misericors erit, si ipse proximo misericors fuerit, Matth. 5. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Cum omne animal diligat sibi simile, quomodo misericordia Dei misericordiæ hominis propitia non erit? *Riuus fluit*, inquit Augustinus, *& fons siccabitur!* Non potest esse, quòd riuus misericordiæ nostræ fluat ad proximum, & fons diuinæ misericordiæ siccus sit nobis. *Tob.*4. *idcircò dicitur*: Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini. *Et hoc est, quod dicitur Apoc.*6. Vinum & oleum ne læseris. *Vinum*, idest G pœnitentes; *& oleum*, idest misericordes, *ne læseris*: istos enim præcipuè præcepit non lædi Deus, quia vicerunt. *Quoniam verò* semper H dona Dei excedunt merita nostra, Eccli.35. *Septies tantum reddet tibi Dominus*: multò major est misericordia, quam Dominus impendet nobis, quàm illa, quam impendimus proximo. Ista misericordia inchoatur in hac vita dupliciter: Primò quia relaxantur peccata: secundò quia remouet defectus temporales. Perficietur tamen in futuro, quando omnis miseria & culpæ & pœnæ remouebitur, Psal. 35. *Domine, in Cœlo misericordia tua.* Et hoc est quod dicitur *Matth.*5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. *Quapropter filium suum senior monebat Tobias, vt misericordiam in pauperes enutriret, ne in die necessitatis timere diuinum judicium posset*: Ex substantia tua fac eleemosynam &c. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras, *exteriores videlicet æternæ gehennæ. Cui consonat illud Psalm.*40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. *Vbi Author: Summum inquit* malorum I est damnatio æterna, quæ imminet homini in judicio vel particulari, scilicet in morte; vel vniuersali, idest in fine Mundi. Et illa dies est mala, in qua fit talis damnatio. In hac mala die liberat Dominus misericordem, Matth. 25. *Venite benedicti &c. Esuriui enim &c. Sanè misericordiam in pauperes validissimum scutum est ad diuinæ retundenda justitiæ jacula, cujus immò rigorem vltionis quodammodo reprimit. Quod innuitur* Iac. 2. *ijs verbis*: Superexaltat autem misericordia judicium: *hoc est*, misericordia hominis L quasi vincit rigorem districtionis sententiæ diuinæ, debitæ pro peccatis. *Idcircò Daniel cap.*4. Consilium meum (*dicebat ad Regem*) placeat tibi: *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum.* Operatur enim M misericordia impunitatem. *Et infrà*: Quantum meretur pietas & misericordia, tantum *ab opposito* demeretur superbia: vt patet hic de Rege, cui propter eleemosynas dilata fuit punitio; & propter superbiæ residuum fuit postea punitio subsecuta. *Ex quibus omnibus satis superque patescit, nedum in temporalibus Deum miserenti subuenire, sed præsertim in spiritualibus in ordine ad vitam æternam: ad quam dupliciter efficax est eleemosyna.* Vno modo N ex radice charitatis: & secundùm hoc eleemosyna est meritoria, prout in ea seruatur ordo charitatis, secundùm quam propinquioribus magis prouidere debemus, cæteris paribus. Alio modo valet eleemosyna ad retributionem vitæ æternæ ex merito ejus, cui donatur, qui orat pro eo, qui eleemosynam dedit. *Et sic* pauperes O eleemosynas recipientes, dicuntur *recipere* alios *in æterna tabernacula* vel impetrando eis veniam orando: vel merendo per alia bona ex congruo: vel etiam, materialiter loquendo, quia per ipsa opera misericordiæ, quæ quis in pauperes exercet, meretur recipi in æterna tabernacula. *Vel*, vt recipiant vos in æterna tabernacula: *idest, ex Ambrosio* vt P pauperibus largiendo, Angelorum cæterorumque Sanctorum gratiam comparemus. Non enim ipsi sunt, qui suscipiunt, *inquit Chrysostomus; & concludit*: Ars igitur artium peritissima est eleemosyna: non enim nobis domos fabricat luteas, sed vitam perennem impendit. *Hinc Tob.*12. Eleemosyna est, quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam & vitam æternam.

[Eleemosyna à peccatis liberat.]
[C 1. *Ioa.* 3. *ibi*, manet in eo.]
[D *Io.*13. *l.* 2. *fi. Op.* 6 §. 10. *fi. Opusc.* 7. *Pet.* 5. *imt. &* 2. 2. 54. 3. *ad* 1.]
[E *Op.* 20. *l.* 2. *c.* 15. *fi.*]
[Est veluti fidejussor pro nobis coram Deo.]
[F *Opusc. de er. Pr l.* 1. *c.* 15. *& l.* 5. *c.* 57.]
[Misericordium miserebitur Deus.]
[G *Apoc.*6 *com.* 2. *& etiam* 1. *ibi.*]
[H *Matth.* 5. *lit. b. ibi*, misericordiam.]
[Specialiter in morte & in judicio.]
[I *Psal.* 40. *lit. a. fi.*]
[Scutum validum eleemosyna contra diuinæ justitiæ fulmen.]
[L *Iac.* 2. *ibi.*]
[M *Dan.*4. *ibid. & ibi*, Argumenta literalia.]
[Ad vitæ æternæ retributionem dupliciter efficax.]
[N 2. 2. 32. 9. *ad* 2.]
[Exponitur illud Luc. 16. *vt recipiant vos in æterna tabernacula.*]
[O 1. 2. 114. 6. *ad* 3. *&* 2 *Cor.* 8. *l.* 2. *Ioa.* 12. *l.* 4. *lit. b. Opusc.* 19. *c.* 7.]
[P *Cat aur. Luc.* 16. *lit. b. ibi.*]

Vel

Vel tandem, vt recipiant vos in æterna tabernacula: *quia, vt dicitur Matth.* 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum Cœlorum. *Et ideò eod. Matth.* 5. *dicitur*: Beati misericordes, *quia per misericordiæ opera æternam consequimur beatitudinem, & perennem pro ipsis retributionem, Luc.* 14. Cum facis conuiuium, voca pauperes, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione justorum. *Et hac quidem de causa beatitudo misericordiæ, dono respondet consilij: nam* Consilium Q propriè dicitur de his, quæ sunt vtilia ad finem: vnde ea, quæ maximè sunt vtilia ad finem, maximè debent correspondere dono consilij. Hoc autem est misericordia, secundùm illud 1. Tim. 4. *Pietas ad omnia vtilis est*. Et ideò specialiter dono consilij respondet beatitudo misericordiæ, non sicut elicienti, sed sicut dirigenti. *Ad hunc autem beatitudinis optatissimum finem obtinendum, à præpedientibus hostibus nos eleemosyna validissimè tuetur, Deumque pro nobis efficax interuentrix exorat, Eccli.* 29. Conclude eleemosynam in corde pauperis: & hæc pro te exorabit ab omni malo, *culpæ videlicet & pœnæ*. *Absque vllo proinde repulsæ metu, in pauperes pietas* R à Deo quod vult impetrat. *Sicut ab opposito*, qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur, *Prou.* 21.

Beatitudo misericordiæ respondet dono Consilij. Q 2. 2. 52. 4. c. & 1. 2. 69. 3. ad 3. In 3 d. 34. 1. 4. c. Matth. 5. lit. 6.

Pietas in pauperes omnia à Deo impetrat. R Opusc. de er. Pr. l. 3. c. 57. & Serm. ex Ep. Domin. 2. post Pent.

h *Multiplices autem eleemosynæ effectus & fructus satis exprimuntur Is.* 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citiùs orietur, & anteibit faciem tuam justitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adsum. Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & erit quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cujus non deficient aquæ. *Vbi Author*: Ponit *inquit* consilium S vt intendant misericordiæ. Quantùm ad famelicos, *frange esurienti panem tuum*: idest, si modicum habeas: quantùm ad vagos, *& egenos*: quantùm ad nudos, *cum videris nudum &c.* Et ponit exhortationis causam, *& carnem tuam ne despexeris*, quia scilicet est ejusdem speciei tecum. *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum &c.* scilicet, merita tua clarè patebunt, quæ modò à Deo non aspecta conquereris. *Et gloria Domini colliget te*, scilicet in misericordiæ protectione. Quantùm ad suffragia, *tunc inuocabis & Dominus exaudiet &c.* ejusdem Isa. cap. 30. *Ad vocem clamoris tui, statim vt audierit, respondebit tibi*. Et subdit: *Cum effuderis esurienti animam tuam* per compassionem, *& animam afflictam repleueris* per necessariorum subuentionem, *orietur in tenebris lux tua &c.* idest: aduersitas in lucem prosperitatis, ignorantia in lucem scientiæ mutabuntur quantùm ad spiritualia: *& requiem tibi dabit &c.* quantùm ad mala temporalia: *& implebit splendoribus animam tuam*, scilicet virtutibus vel consolationibus: *& ossa tua liberabit*, quantùm ad corporalia: *& erit quasi hortus &c.* propter prosperitatem, vel omnium bonorum indeficientiam. *Alibi quoque velut compendio perstringit Author multiplices, quas adduximus, eleemosynæ vtilitates, cum ait*: Misericordia T primò peccata purgat, Prou. 15. *Per misericordiam & fidem purgantur peccata*. Secundò pœnam peccatorum relaxat, Dan. 4. *Peccata tua eleemosynis redime*. Tertiò custodit à malo, Prou. 20. *Misericordia & veritas custodiunt regem*. Quartò abundare facit in bono, Prou. 14. *Misericordia & veritas præparant bona*. Quintò hominum benedictionem meretur, Prou. 22. *Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur*. Sextò Dei misericordiam consequitur, Matth. 5. *Beati misericordes &c.* Septimò euadit judicium, Iac. 2. *Superexaltat misericordia judicium*. Octauò introducit in Cœlum; *Omnis misericordiæ faciet locum vnicuique secundùm meritum operum suorum*, Eccli. 16. *Et hoc, quia Deus misericordium non obliuiscitur, quorum eleemosynæ in conspectu suo ad remunerandum sunt, & in æterna memoria; vnde* Psal. 111. *postquam dictum est*: Iucundus homo, qui miseretur & commodat; *mox subjicitur*: In memoria æterna erit justus &c. *Hinc* Act. 10. *dicebat ad pium Cornelium Angelus*: Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. *Et iterum*: Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei. *Et quòd ita fit, videtur quodammodo sese obligare Deus ad remunerationem: alioqu) veluti reprehensione dignum se asserit, dum ait Is.* 1. Discite benefacere: quærite judicium, subuenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam: & venite, & arguite me, dicit Dominus. *Vbi Author*: Hic V ponit *inquit* impletionem operis in subueniendo miseris. Et ponitur promittentis obligatio, cum dicit: *Venite, & arguite me*; ac si diceret: Si facitis quæ dico, & non sequatur quod promitto, obligo me, quòd arguatis me. *En quomodo eleemosyna, & pietas* (*vt ajebat initio Author*) ad omnia vtilis est; *quia* ad omnia X peccata delenda: item ad bona promouenda: item promeretur specialem Dei misericordiam. *Postremò quisquis ex charitate indigenti proximo subuenit, per Angelorum manus post mortem in Cœlum subducetur*. Sicut Y Habacuc (*postquam famelico Danieli in lacum leonum misso prandium detulerat*) sine mora ab Angelo restitutus est ad locum suum *Dan.* 14. Ita viduarum atque pupillorum consolator, per Angelos Dei ad locum sibi in Cœlis paratum deferetur. *Quoniam verò charitas & ad defunctos se extendit: scito, tanti valere pro defunctis eleemosynam, vt post Eucharistiæ sacrificium, opus præcipuum ad eorum fructuosius suffragium habeatur*: Ista duo Z ex parte charitatis præcipuè mortuis suffragantur, scilicet sacrificium Ecclesiæ & eleemosynæ. (*De quo V.* Defuncti.) *Vides, quanti sit emolumenti eleemosynas erogare, si tamen eroges* propter Deum.

Multiplices eleemosynæ effectus & fructus.

S Is. 58. ibi & 1. Tim. 4. l. 2. ibi, ad omnia vtilis.

T Iac. 2. ibi, superexaltat.

Deus misericordium non obliuiscitur.

Veluti reprehensione dignum se Deus asserit, si misericordi non retribuat.

V Is. 1. ibi.

X 1. Tim. 4. l. 2.

Y Dan. 14. f. cap.

Pauperum adjutor deferetur per manus Angelorum in Cœlum.

Eleemosyna præ cæteris defunctus juuat.

Z 4. d. 45. 2. 3. q. 1. c.

i *Verumtamen ex his, quæ hactenus adducta sunt, non allucinetur peccator, quasi sine pœnitentia & charitate per sola misericordiæ opera à peccato quis liberetur, extremam vitet damnationem, & gloriam adipiscatur sempiternam*. Nam liberat A eleemosyna à peccato mortali hominem, adhuc in statu viæ existentem dupliciter: vel impediendo futurum peccatum, sicut & alia opera meritoria, quæ hominem in gratia confirmant: vel à præterito liberando, in quantùm disponit eum, qui jam in peccatum incidit, ad gratiam recuperandam: *non ita quòd sine pœnitentia per solam eleemosynam quis à peccato absoluatur*. Quorundam *enim* fuit B opinio (sicut *Augustinus* dicit 10. de Ciu. Dei) quòd exercentes pietatis opera, quantumcunque faciant peccata mortalia, finaliter non pereunt æternaliter. Et ad hoc est authoritas *Ambrosij* in glossa: *Omnis summa disciplinæ Christianæ in misericordia & pietate est: quam quisquis sequens, si lubricum carnis patiatur, sine dubio vapulabit: non tamen peribit*. Item quod habetur *Matth.* 25. vbi damnandis solùm improperat Dominus defectum misericordiæ. Ergo debetur pœna æterna solùm immisericordibus. *Ita sentire videntur non pauci etiam nostri temporis, præsertim luxuriæ dediti: vellent enim in peccatis carnalibus hic degentes perseuerare, simulque in alia vita per misericordiæ opera æternam adipisci beatitudinem. At hi toto Cœlo aberrant. Ibi enim* vel C loquitur *Ambrosius* de lubrico venialis peccati, à quo aliquis post purgatorias pœnas, quas *vapulationem* dicit, per opera misericordiæ absoluetur: vel, si loqua-

A 4. d. 15. 2. 2. q. 1. ad 1. & 2. Quo sensu liberet à peccato.

B 1. Tim. 4. l. 2. ibi, & futura. In 4. d. 46. a. 3. q. 4. c. Falsa aliquorum opinio circa opera misericordiæ. Objectio.

Solutio.

C In 4. l. c. ad 4. & 2. 2. 154. 2. ad 5. & ad Tim. loco cit.

Digitized by Google

loquatur de lubrico mortalis peccati, est intelligendum quantùm ad hoc, quòd adhuc in vita ista existentes, illi qui ex fragilitate (*non ex electione & expressa malitia*) in carnalia peccata incidunt, per opera misericordiæ ad pœnitentiam disponuntur: vnde talis *non peribit*; idest, disponetur per talia opera ad non pereundum. Non autem ita D quòd si in lubrico carnis perseueret impœnitens vsque ad mortem, per pietatis opera liberetur. *Ad illud verò ex Euangelio* dicendum E quòd non propter hoc ponitur disceptatio solùm de operibus misericordiæ, quia pro eorum neglectu tantummodo aliqui æternaliter puniantur: sed quia illi ab æterna pœna liberabuntur post peccata, qui per opera misericordiæ sibi veniam impetrauerunt. *At verò* qui seipsos F in miserendo negligunt (*Eccli*.30. Miserere animæ tuæ, placens Deo:) sed magis se impugnant malè agendo, misericordiam penitus absoluentem non consequentur, etsi consequantur misericordiam de pœnis debitis aliquid relaxantem. *Sed & hoc idem docet Apostolus* 1. Cor.6. *cum ait*: An nescitis, quia iniqui Regnum Dei non possidebunt? *Quod exponens Author*: Quidam *inquit* propter G sola opera misericordiæ se impune peccare arbitrantur, propter illud, quod dicitur Luc.11. *Date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis*. Nec intelligunt, quòd hæc omnia sine charitate non prosunt, secundùm illud quod dicitur 1. Cor.13. *Si habuero omnem fidem, & distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum: charitatem autem non habuero* (vel quia H simul cum prædictis operibus adest voluntas peccandi mortaliter: vel quia fiunt propter inanem gloriam: *nihil mihi prodest*, scilicet quantùm ad meritum vitæ æternæ, quæ solis diligentibus Deum repromittitur:) *nihil mihi prodest*: & ideò subdit, quòd peccata contraria charitati à Regno Dei excludunt, *dicens*: Nolite errare: Neque fornicarij (*primos nominat fornicarios: hi enim præsertim sunt, qui in hoc versantur errore*) neque adulteri neque molles &c. regnum Dei possidebunt, ad Hebr. vlt. *Fornicatores & adulteros judicabit Deus*. In quo I elidit errorem aliquorum dicentium, quòd Deus peccata carnalia non punit, nec curat: *Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim*, scilicet propter peccata carnalia, quæ præmiserat, *venit ira Dei in filios diffidentiæ*, vt dicitur ad Ephes.5. *Igitur quisquis est peccator, concubinarius præsertim, non putet se per opera misericordiæ sine pœnitentia vitam se consecuturum æternam, neque æternum supplicium euasurum*: *nam* quicunque L cum peccato mortali decedunt, nec fides, nec opera misericordiæ eos liberabunt à pœna æterna, etiam post quantumcunque spatium temporis. *Et alibi*. Quantumcunque M exercitetur quis in misericordia, si in morte est in peccato mortali, non intrabit Regnum. *Consequenter nec in extremo dierum ex misericordiæ operibus à judicio condemnationis liberabitur*: *quamuis enim illud Psal*.40. In die mala liberabit eum Dominus, *exponat Author, vt vidimus*: In hac N mala die liberat Dominus misericordem; *mox tamen subjicit*: non quòd sola misericordia sine alijs virtutibus liberet hominem, sed quia per misericordiam homo satisfacit pro peccatis: *& sic etiam per illam ad pœnitentiam potest disponi, vt finaliter non pereat*. *Hinc peccator eleemosynarius spem potest habere, quòd Deus cor sibi demùm tangat ad pœnitendum; non ita sine eleemosynis: neque enim potest ei bene esse, vt dicitur Eccli*. 12. Non est ei bene, qui assiduus est in malis, & eleemosynam non danti: quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus. *Itaque vt fructuosum plenè sit misericordiæ opus, in gratia & charitate securius fiet cum spe certa tum æternæ tum temporaneæ retributionis, vt hucusque ex Authore documus*.

D 2. 3. *loc. cit. In 4. loco cit. ad 3.*
Vsque ad mortem impœnitentes eleemosyna non saluat.
E *In 4. loc. cit. ad 2. & ad Tim. ibid.*
F *In 4. loco cit. ad 1. & Ps.40. lit a fi.*
Confirmatur idem.
G 1 *Cor.6. l. 2. Matth.25. lit. c. ibi. esuriui.*
Opera misericordiæ sine charitate ad vitam æternam non prosunt.
H 1. *Cor* 13. *l. 1. fi. In 4. d.46. 2. 3. q. 4. c.*
I *Hebr. vlt. l. 2. ibi. Et Ephes. 5. l 3. ibi; propter hæc.*
Peccata carnalia grauiter à Deo puniuntur.
L *In 4. loco cit. & ad 3.*
M 1. *Tim. 4. l. 2. circ. fi.*
N *Ps. 40. lit. a. fi.*
Sola opera misericordiæ peccatorem non saluant, sed ad salutem disponunt.

I *Porrò, quemadmodum ex eleemosyna, vt vidimus, multiplex habetur tum temporalis tum spiritualis prouentus: ita væ, iterumque væ eleemosynam, si valeat, non eroganti! Temporaliter quidem, quia Prou*. 10. Egestatem operata est manus remissa; *& cap*. 28. Qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam: *id quod & experientiâ ipsâ non rarò videmus. At verò spirituale animæ detrimentum, quod non facienti imminet, longè magis formidandum est. Non enim benedictionem siue à Deo siue ab hominibus expectet in pauperes immitis & tenax; sed & temporalem & æternam maledictionem, Eccli*.4. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: & non relinquas quærentibus tibi retrò maledicere: maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum qui fecit illum. *Et clariùs* Iac.2. *ad literam*: Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam: *idest*, judicium O condemnationis. Exemplum patet in seruo nequam, cui debitum dimissum exprobratur Matth.18. *Nonne oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?* Vel, *judicium sine misericordia*, tanta scilicet, quantam inueniret, si misericors fuisset: etenim vniuersæ viæ Domini, misericordia & veritas, *Psalm*. 24. *Et hæc est maledictio æterna, quam in vniuersali judicio vtique sustinebunt*: Discedite à me maledicti &c. *Matth*.25. *quam nimirùm sibi comparauerint, pauperum non miserendo: nam & causam Dominus maledictionis adducet*: Esuriui enim & non dedistis mihi manducare &c. *Sibi inquam comparant maledictionem hujusmodi, ad vocem pauperis aures occludendo. Vnde, sicut prædixerat ad electos*: Venite benedicti Patris mei; *hic* non P dicit, *maledicti Patris mei*: quia benedictio nostra à Deo est, maledictio autem à nobis. *His cohæret quod habetur Apoc*.11. Aduenit tempus exterminandi eos, qui corruperunt terram. *Exterminandi*; idest Q eliminandi à Regno Dei: *qui corruperunt terram*, scilicet malè viuendo. Ecce væ septimi Angeli, scilicet exterminatio malorum in fine Mundi: sed multi non credunt, quòd ita citò debeat venire. Quia re vera si crederent, aliter viuerent, & alibi thesaurizarent, scilicet in Cœlis, Iob 27. *Diues cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet*: quia nihil præmisit. Et Psal.75. *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis*. Quare? quia nihil posuerunt in manu pauperis, qui portasset eos in Cœlum; *Luc*.16. Facite vobis amicos &c. *Igitur* vlulate (*ait Apostolus Iacobus cap*.5.) in miserijs vestris: thesaurizastis *enim* vobis iram in nouissimis diebus. *Iram*, idest R iræ causam, *in nouissimis diebus*, scilicet in die judicij, *gehennalibus Inferni pœnis æternaliter discruciandi*. *Vbi* in memoria S veniet eis (*ex glossa*) quòd possent pœnas, quas sustinent, euitasse, & per eleemosynas peccata redemisse: quod erit eis magna pœna. *Sanè Eccli*.3. *monemur*, *quòd* Cor durum habebit malè in nouissimo; *in die nimirùm tum particularis, tum vniuersalis judicij. Inter tot Sodomæ iniquitates hæc præ cæteris recensetur, pauperibus eleemosynas non erogasse; vnde & ejus, si non causa, concausa saltem subuersionis fuit, Ezech*.16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, & abundantia, & otium ipsius: & manum egeno & pauperi non porrigebant. *Cum autem ipsa igne consumpta sit, gehennales vtique flammas, ad quas eleemosynam negantes perpetim detrudentur, figuraliter signat*. *Quod & Iob c*.24. *confirmat, cum ait*: Obliuiscatur ejus misericordia (*quia misericordiam non habuit; sicut ab opposito misericordiam expectet qui miseretur*:) dulcedo illius vermes: non sit in recordatione, sed conteratur sicut lignum infructuosum. *Obliuiscatur ejus*, scilicet peccatoris T in Inferno damnati, *misericordia*, scilicet Dei, vt nunquam exinde liberetur. *Dulcedo illius vermes*;

idest,

Væ non erogantibus eleemosynam pauperi.
A Deo & ab hominibus maledicuntur.
O *Iac.* 2. *ibi.* Iudicium sine misericordia à Deo expectet in judicio extremo.
P *Matth.* 25. *lit. c. ibi.*
Q *Apocal.* 11. *com. 2. ibi.*
R *Iac. 5. ibi.*
S *Apocal.* 17. *com. 2. fi. cap.* Magna auari pœna in Inferno, eleemosynas non erogasse.
T *Iob* 24. *l. 1. ibi.*

Digitized by Google

idest, delectatio peccati conuertetur in vermem, idest conscientiæ remorsum, de quo dicitur: *Vermis eorum non morietur*, Isa. vlt. *Non sit in recordatione*; idest, ita totaliter relinquatur à Deo sine remedio liberationis, ac si ejus esset oblitus: *sed conteratur sicut lignum infructuosum*: arbor *enim* quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur, vt dicitur *Matth.* 3. Quare autem infructuoso ligno comparetur, manifestat, cum subdit: *Pauit enim sterilem, & quæ non parit*, quia scilicet bona sua in res inutiles consumpsit, ad similitudinem ejus, qui vxorem sterilem inutiliter nutrit: & quia indigentibus non subuenit, quod ei esse poterat fructuosum, vnde subdit: *& viduæ bene non fecit*; per viduam enim homines indigentes significat. *Nec mirum, quòd taliter ei accidat; vt enim præmissum est*: Non est ei bene, qui assiduus est in malis, & eleemosynas non danti, Eccli. 12. *Sanè & in ipso Euangelio clarum extat exemplum de diuite illo, de quo dicitur Luc.* 16. Mortuus est diues, & sepultus est in Inferno. *Nec alia inibi legitur causa, nisi quòd* erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, vlceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. *Vbi Author aduertit, quòd* non reprehenditur V diues, quòd aliena rapuerit, sed quòd sua non erogauerit. *Vide, quantùm intersit, eleemosynas erogare. Nec tamen qui majora possident, vnde & magis pauperibus subleuandis intenti esse deberent, vel tantillum volunt indigentibus sancta eum vsura elargiri: contra quos ita declamat Author*: Minùs Deum X diligunt qui plura ab eo recipiunt, & minùs ab ejus offensa se custodiunt: & quantò majorem terram ab eo tenent, tantò minus seruitium ei exhibent. De bonis Domini (*Domini est terra & plenitudo ejus*, Psal. 23.) quæ in manibus suis habent, nolunt Deo per pauperes petenti dare, vel ad centuplas vsuras commodare: quod vni Iudæo vel Saraceno facerent (*quin & non rarò faciunt*) si sine peccato facere possent. *Ex quo tria* (*concludit Author*) maximè Y debent nos mouere ad faciendam misericordiam: scilicet necessitas, vtilitas, congruitas. *Necessitas* est: quia qui non facit misericordiam, non inueniet misericordiam. *Vtilitas*: quia qui facit misericordiam, inueniet misericordiam: (*vt hucusque vidimus*.) *Congruitas* est: quia cum misericordiam ab omnibus creaturis recipiamus, satis congruum est, quòd alijs misericordiam faciamus. Sumus enim pleni miseria: & nisi creaturæ misererentur nostri dando se nobis & beneficia sua, subsistere non possemus. Si enim Sol vel ignis subtraherent lumen suum & calorem, & terra fructus suos, quid faceret miser homo? Satis ergo congruum est, cum homo indigeat misericordia, quòd alijs misericordiam faciat, Prou. 19. *Homo indigens misericors est*: & qui indiget misericordia, debet alijs facere misericordiam, vel aliorum misereri. Vnde creaturæ arguunt quodammodo immisericordes. *Sed & Creator ipse, qui suam perpetuò nobis misericordiam impartitur, tenacem arguit hominem his* Augustini *verbis*: Da mihi Z ex eo, quod tibi dedi. De meo quæro: da, & redde. Habuisti me largitorem, fac me debitorem. Parum est quod dixi: habuisti me largitorem; habeam te fœneratorem. Pauca tradas: plura reddam. Temporalia mihi das: æterna restituam.

Diues epulo cur damnatus.

V Opusc. de er. Pr. l. 4. c. 7. sub initio.

X Ead. Op. l. 1. c. 5 circ. fi.

Diuites in pauperes tenaciores.

Eleemosynæ necessitas, vtilitas, congruitas.

Y Dom. 4. post Pent. ex Ev. & Serm. in Fe. S. Laur.

Christi per Augustinum in auarum diuitem exprobratio.

Z Op. cit. ibid.

m *Verùm non minùs pensanda est, quæ alteri eleemosyna fit, ac ea, quam quisque sibi facere debet, & postmodum alijs. Pro quo sciendum, quòd duo sunt Eleemosynarum genera: corporales enim hæ sunt, & spirituales. Et sicut illæ in septem distinguuntur species: ita & istæ*. Corporales A sunt: *Pascere esurientem, potare sitientem, vestire nudum, recolligere hospitem, visitare infirmum, redimere captiuum, & sepelire mortuum*. Quæ in hoc versu continentur.

Eleemosynarum duo genera.

Quænam corporales.

A 4. d. 15. 2. 3. & 4. d. 15. 2. 3. q. 1. & 2. Matth. 25. lit. e. ibi, Esuriui.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Spirituales sunt: *Docere ignorantem, consulere dubitanti, consolari tristem, corrigere peccantem, remittere offendenti, portare onerosos & graues, & pro omnibus orare*. Quæ etiam in hoc versu continentur.

Quænam spirituales.

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

Ita tamen, quòd sub eodem intelligatur consilium & doctrina. *Et quidem*, simpliciter B loquendo, spirituales corporalibus præeminent triplici ratione. *Primò* quidem: quia id, quod exhibetur, nobilius est, scilicet donum spirituale, quod præeminet corporali, secundùm illud Prou. 4. *Donum bonum tribuam vobis: legem meam ne derelinquatis*. *Secundò* ratione ejus, cui subuenitur, quia spiritus nobilior est corpore. Vnde, sicut homo sibi ipsi magis prouidere debet quantùm ad spiritum, quàm quantùm ad corpus: ita & proximo, quem debet sicut seipsum diligere. *Tertiò* quantùm ad ipsos actus, quibus subuenitur proximo: quia spirituales actus sunt nobiliores corporalibus, qui sunt quodammodo seruiles. Tamen secundùm aliquem particularem casum quædam corporalis eleemosyna alicui spirituali præfertur: putà, magis est pascendum fame morientem, quàm docendum: sicut & *indigenti*, secundùm Philosophum, *melius est ditari, quàm philosophari*: quamuis hoc sit simpliciter melius. *Itaque, si tanti facimus corporales, quantò magis spirituales eleemosynas, proximis nostris erogandas? inter quas præcipua est in proximi casu fraterna correptio, de qua fusiùs suo loco tractatum est*. *At secundùm ordinem charitatis primò nostri, quàm aliorum, vbi peccatis grauamur, miserendum est: quo sensu dicitur Eccli.* 30. Miserere animæ tuæ placens Deo; *& Prou.* 11. Benefacit animæ suæ, *cæteris deinde*, vir misericors. *Ergo* eleemosynam C debet homo incipere à se: quia non solùm proximo fit, sed & sibi ipsi. Si enim non pascit quis esurientem, multò magis pascere debet se esurientem, *spiritualiter præsertim*. *Et quidem* ad subueniendum D sibi in corporalibus natura satis inclinat; & ideò de hoc non oportuit dari præceptum, sed solùm de subueniendo animæ, ad quam (*nota*) non ita multi inclinantur. *Idcircò, nisi misereamur primùm nostri, per misericordiam alijs impensam, diuinam non est sperare misericordiam: vt enim suprà docuimus*, illi E misericordiam consequentur, qui misericordiam ordinatè impendunt: non autem ordinatè misericordiam impendunt qui se ipsos in miserendo negligunt, sed magis se impugnant malè agendo: & ideò tales misericordiam penitus absoluentem non consequentur, etsi consequantur misericordiam, de pœnis debitis aliquid relaxantem. *DISCE, hominem per opera misericordiæ omnia consequi, si primùm misereatur sui. Vide* Auarus, Diues.

Simpliciter loquendo spirituales corporalibus præeminent.

B 2. 2. 32. 3. c. & q. 188. 4. c. In 4. l. c. a. 3. fi. 1.

Nisi in aliquo particulari casu.

Propriæ priùs animæ miserendum est: aliorum deinde.

C Matth. 25. lit. e. ibi, esuriui.

Cui subuenire pauci inclinant.

D 4 d. 15. 2. 6. q. 1. fi. c. & 2. 1. 30. 1. ad 2. & q. 32. 9. ad 3.

E 4. d. 46. 2. 3. q. 4. ad 1.

ELIAS. Vide ANTICHRISTVS.
ENERGVMENVS. Vide BAPTISMVS, DIABOLVS.
EPIICHIA. Vide CONSILIVM.
EPIPHANIA. Vide CHRISTI NATIVITAS.

EPISCOPVS, & PRÆLATVS.

VIII. Episcopus specialiter Sponsus Ecclesiæ dicitur, sicut Christus. *In 4. d. 24. 3. 2. q. 1. ad 3. fi.*

n IN Episcopatu F tria possunt considerari: quorum vnum est principale & finale, scilicet Episcopalis operatio, per quam vtilitati proximorum intenditur, secundùm illud Ioann. vlt. *Pasce oues meas* (*Hine Apostolus* 1. *Timoth.* 3. Si quis *inquit* Episcopatum desiderat, bonum opus deside-

Tria in Episcopatu consideranda.

F 2. 2. 185 3. c. & 1. ad Tim. 3. l. 1. Op. 18. c. 19. & Op. 19. c. 4. fi.

 rat:

Nomen est operis, non honoris.
G Op. 19. c. 4. fi. & Op 18 c. 19. sub init. & 2. 2. l. c. ad 1. & ad Tim. l. c.
Episcopus unde dicatur.
H 1. ad Tim. 3. l 1. Quol. 1. a. 14 & 2. 2. 184. 6. ad 1.

rat: *Episcopatus enim nomen* G *operis est, non honoris.*) Aliud autem est altitudo gradus: quia Episcopus super alios constituitur, secundùm illud Matth. 25. *Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam:* (*quod ex ipso liquet nominis etymo: siquidem* Episcopus H est nomen græcum: *scopos* enim idem est, quod intendens, *epi*, idest supra: Episcopus ergo dicitur quasi *superintendens*.) Tertium autem est, quod consequenter se habet ad ista, scilicet reuerentia & honor & sufficientia temporalium, secundùm illud 2. ad Tim. 5. *Qui bene præsunt Præsbyteri, duplici honore digni habeantur.* (*Quod autem ex tribus his licitè appeti, vel non appeti possit, vide fusè V.* Ambitio.) *Porrò ex hoc, quòd Episcopus alijs tanquam exemplar superintendit, esse perfectus debet.* Perfectus *autem* dicitur I aliquis dupliciter. Vno modo, quia habet perfectionem: alio modo, quia habet statum perfectionis. Perfectio autem hominis in charitate consistit, quæ hominem Deo conjungit. Vnde quantùm ad dilectionem Dei, dicitur Genes. 17. *Ambula coram me, & esto perfectus.* Quantùm verò ad dilectionem proximi, postquam Dominus dixerat: *Diligite inimicos vestros*, concludit Matth. 5. *Estote ergo perfecti.* Statum autem perfectionis habere dicuntur qui solemniter obligantur ad aliquid perfectioni adnexum. Est autem aliquid adnexum perfectioni charitatis dupliciter. *Vno modo* sicut præambulum & præparatorium ad perfectionem, vt paupertas, castitas, & hujusmodi, quibus homo retrahitur à curis secularium rerum, vt liberiùs vacet ijs, quæ Dei sunt: vnde hujusmodi magis sunt quædam perfectionis instrumenta. Propter quod *Hieronymus* exponens illud verbum Petri, dicentis: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te;* dicit, quòd non suffecit Petro dicere: *ecce nos reliquimus omnia;* sed addidit quod perfectum est: *& secuti sumus te.* Quicunque ergo vel voluntariam paupertatem, vel castitatem seruant, habent quidem præparatorium perfectionis, sed non dicuntur habere statum perfectionis, nisi qui se ex solemni professione ad hujusmodi obligant. Aliquid enim solemne, & perpetuum, dicitur habere statum, sicut patet in statu libertatis, vel matrimonij, & similium. *Alio* verò *modo* aliquid est adnexum perfectioni charitatis, vt effectus: vt scilicet aliquis curam animarum suscipiat. Est enim perfectæ charitatis, vt aliquis propter Dei amorem prætermittat dulcedinem contemplatiuæ vitæ, quam magis amaret; & accipiat actiuæ vitæ occupationes ad procurandam proximorum salutem. Quicunque ergo hoc modo saluti proximorum intendit, habet quidem aliquem perfectionis effectum, sed non habet perfectionis statum, nisi Episcopus, qui cum quadam solemni consecratione suscipit animarum curam. Archidiaconi verò, & Parochiales præsbyteri magis habent commissa quædam officia, quàm per hoc in aliquo perfectionis statu ponantur. Soli ergo Religiosi & Episcopi dicuntur perfecti, quasi statum perfectionis habentes: vnde Religiosi fiunt Episcopi, sed non archidiaconi, vel proplebani. *Verumtamen* non est L eadem ratio de statu religionis, & de statu Episcopali. Quia ad statum Episcopalem præexigitur vitæ perfectio, vt patet per hoc, quòd Dominus à Petro quæsiuit, si plùs eum cæteris diligeret, antequam ei committeret pastorale officium: sed ad statum religionis non præexigitur perfectio, sed est via in perfectionem. Vnde & Dominus *Matth.* 19. non dixit: Si es perfectus, *vade & vende omnia quæ habes;* sed *si vis perfectus esse.* Et hujus differentiæ ratio est: quia *secundùm Dionysium* perfectio pertinet actiuè ad Episcopum, sicut ad perfectorem: ad monachum autem passiuè, sicut ad perfectum. Requiritur autem, quòd sit perfectus aliquis ad hoc, quòd possit alios ad perfectionem adducere: quod non præexigitur ab eo qui debet ad perfectionem adduci. *Et alibi.* Status M religionis ad perfectionem pertinet quasi quædam via in perfectionem tendendi. Status autem Episcopalis ad perfectionem pertinet, tanquam quoddam perfectionis magisterium. Vnde status religionis comparatur ad statum Episcopalem, sicut disciplina ad magisterium, & dispositio ad perfectionem. *Ex quo sequitur, quòd status Episcoporum perfectior est, quàm religiosorum status.* Nam manifestum est N majorem perfectionem requiri ad hoc, quòd aliquis perfectionem alijs tribuat, quàm ad hoc quòd aliquis in seipso perfectus sit: sicut majus est, posse facere aliquem talem, quàm esse talem: & omnis causa potior est suo effectu. Idem autem apparet, si quis consideret ea, ad quæ vtrique obligantur. Obligantur enim Religiosi adhoc, quòd temporalia deserant, quòd castimoniam seruent, & quòd sub obedientia viuant: quibus multò est amplius & difficilius, pro salute aliorum vitam ponere, ad quod Episcopi obligantur. *Nec obstat, quòd religiosi rebus omnibus seculi abrenunciauerint: siquidem* abrenunciatio O propriarum facultatum dupliciter considerari potest. *Vno modo*, secundùm quod est in actu; & sic in ea non consistit essentialiter perfectio, sed est quoddam perfectionis instrumentum; & ideò nihil statum perfectionis prohibet esse sine abrenunciatione propriarũ facultatum: sicut etiam dicẽdum est de alijs exterioribus obseruantijs. *Alio modo* potest considerari secundùm præparationem animi, vt scilicet homo sit paratus, si fuerit opus, omnia dimittere vel distribuere; & hoc pertinet directè ad perfectionem. Vnde Apostolus dicit ad Philip. 4. *Scio & satiari & esurire, & abundare & penuriam pati.* Adhoc autem maximè tenentur Episcopi, quòd omnia sua pro honore Dei & salute sui gregis contemnant, cum opus fuerit vel pauperibus sui gregis largiendo, vel rapinam bonorum suorum cum gaudio sustinendo. *Tota enim perfectionis plenitudo ex charitate procedit.* *Nec iterum valet, quòd* dilectio Dei P ad cujus perfectionem ordinatur status religionis, præeminet dilectioni proximi, ad cujus perfectionem ordinatur Pontificalis status. Et sicut vita actiua, cui Pontifices inseruiunt, minor est, quàm vita contemplatiua, ad quam religionis status ordinari videtur. *Non valet, inquam:* Dilectio enim Q proximi ex perfectione diuinæ dilectionis deriuatur: quæ quidem tantùm in cordibus aliquorum præualet, vt non solùm Deo frui velint & ei seruire, sed etiam proximis propter Deum. Manifestum est autem, quòd majoris dilectionis signũ est, vt homo propter amicum etiam alij seruiat, quã si soli amico seruire velit. Quod etiam dicitur de cõtemplatiuæ vitæ perfectione, non videtur ad propositum. Cum enim Episcopus mediator inter Deũ & homines constituatur, oportet ipsum & in actione præcellere, in quantùm minister hominum constituitur; & in contemplatione præcipuum esse, vt ex Deo hauriat quod hominibus tradat. *Ex quo* tres R gradus considerare possumus in charitate. Sunt enim quidam, qui libenter, vel sine magna molestia, separantur à vacatione diuinæ contemplationis, vt terrenis negocijs implicentur: & in his vel nihil vel modicum charitatis apparet. Quidam verò in tantùm delectantur in vacatione diuinæ contemplationis, quòd eam deserere nolunt (*Iudic.* 9. Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur & homines &c.) etiam vt diuinis obsequijs mancipentur ad salutem proximorum. (*Nec pauci ex his numerantur.*) Quidam verò ad tantum culmen charitatis ascendunt, quòd etiam diuinam contemplationem, licèt in ea maximè delectentur, prætermittunt, vt Deo seruiant in salute proximorum. Qualis perfectio in Paulo appa-

Episcopatus an licitè appeti possit.
Episcopus perfectus esto.
I Quol. 1. a. 14. ad 2. Quol. 4. a. 24. ad 1. Op. 18. c. 16. Matth. 19. lit. a. illud sequere me. & 2. 2. 184. a. 4. & 5.
Dupliciter quis perfectus.
Perfectio hominis in charitate consistit.
Quid sit habere statum perfectionis.
Soli Episcopi & Religiosi statum perfectionis habẽt.
L 2. 2. 185. 1. ad 2 & 184. 5. ad 5. Op. 18. c. 17. 18. & 19. & 1. Tim. 3 l. 1. ibi, Episcopatum.
In illis tamen vitæ præexigitur perfectio, non in istis: sed status religionis est in perfectionem via.
Perfectio ad Episcopum vt ad perfectorem pertinet, ad Religiosum vt ad perfectum.
M 2. 2. l. c. a. 8. init. c.
Status Episcoporum perfectior, quàm religiosorum status.
N Op. 18. c. 17. & 18. & 2. 2. 184. 7. c. & 185. 8. Quol. 3. a. 17.
Non consistit perfectio in actuali abrenunciatione, sed in præparatione animi.
O 2. 2. 184. 7. ad 1. & locis cit.
Ad quod Episcopi tenentur.
P Op. 18. c. 17. initio.
Objectio.
Q Opusc. eod. c. 18. initio.
Solutio.
Episcopus vtì mediator inter Deum & homines, & actiuæ & contemplatiuæ vitæ debet intendere.
R 3 sent. 35. [illegible] & 2 Cor. 5. l. 3 ibi, lo. [illegible]
Tres charitatis gradus in hominibus.

Digitized by Google

apparet, qui dicebat Roman. 9. *Optabam ego ipse anathema*, idest separatus, *esse à Christo pro fratribus meis*. Et ad Philipp. 1. *Desiderium habens dissolui & esse cum Christo: permanere autem in carne, necessarium propter vos*. Et hæc perfectio est (*vel, deberet esse*) Prælatorum, qui procurandæ aliorum saluti insistunt, vnde significantur per Angelos in scala Iacob, ascendentes quidem per contemplationem, descendentes verò per solicitudinem, quam de salute proximorum gerunt. *Sic ergo perfectus esse debet Episcopus; & nedum perfectus, sed statum vt vidimus perfectionis habere*. Perfectio autem status S est triplex: Prima Ordinis, vnde Deut. 33. dicitur Leuitis: *Perfectio tua & doctrina tua &c*. Secunda Prælationis, Luc. 6. *Perfectus omnis erit, si sit sicut Magister ejus*. Tertia Religionis; *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes &c*. vt dicitur Matth. 19. *Et hanc triplicem perfectionem Episcopus habet, vt visum est*. *Et quamuis verum sit, quòd in Ecclesia* diuersitas T statuum, officiorum, & graduum, secundùm diuersa sumitur: contingit tamen, quòd ista tria in eodem concurrant: putà, cum aliquis deputatur ad aliquem actum altiorem, simul ex hoc habet & officium & gradum & vlteriùs quendam perfectionis statum propter actus sublimitatem, sicut patet de Episcopo. *Ex quo Episcopalis dignitatis nobilitas elucescit*.

Episcopi & Prælati, Angeli ascendentes, & descendentes in scala Iacob.

S Matth. 5. fi. cap.

Triplex perfectionis status.

T 2. 2. 183. 3. ad 3.

O *Haud perperam igitur Episcopi in Ecclesia Dei locum Apostolorum tenent*. *Nam* ex ipso V Euangelio legitur, quòd post designationem duodecim Apostolorum, quorum personas gerunt Episcopi, *designauit Dominus & alios septuaginta discipulos*, quorum locum sacerdotes tenent. *Præceperat autem Apostolis*: Intrantes in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui, *Matth. cap. 10*. Et iste X erat modus salutandi congruus: quia Mundus erat in guerra. In Christo autem Mundus est reconciliatus. Apostoli enim legati erant Domini; & ad quid? certè ad pacem. Vnde Episcopi in prima versione ad populum dicunt: Pax vobis, *non Dominus vobiscum, vti simplices Sacerdotes: quòd nimirùm munus hoc annunciandi Mundo pacem cum Deo initam, Apostolis commissum sit, vbi imposita est eis Euangelij prædicatio: quod ideò ab Apostolo Ephes. 6*. Euangelium pacis *dicitur*, quia Y per Euangelium pax nobis annunciatur. (*Vel* celebrans Z Episcopus, in prima salutatione dicit, *Pax vobis*, quod post resurrectionem discipulis dixit Dominus, cujus personam repræsentat præcipuè Episcopus.) *Et hoc, vt noueris, inter Præsbyteros & Episcopos discrimen esse*. *Nec obstat, quòd dicat Apostolus* 1. Tim. 5. Qui bene præsunt Præsbyteri, duplici honore digni habeantur. *Etenim* quantùm ad nomen A olim non distinguebantur Episcopi & Præsbyteri: vnde & Apostolus communiter vtitur *citato loco* nomine Præsbyterorum quantùm ad vtrosque. Et similiter etiam nomine Episcoporum; vnde dicit *Act. 20*. Præsbyteris Ephesinæ Ecclesiæ loquens: *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei*. Sed secundùm rem semper inter eos fuit distinctio etiam tempore Apostolorum, vt patet per *Dionys. 5. cap. Eccl. Hier*. Postmodum tamen, ad schisma vitandum, necessarium fuit, vt etiam nomina distinguerentur, vt scilicet majores dicerentur Episcopi, minores autem Præsbyteri. Dicere autem, Præsbyteros non differre ab Episcopis, inter dogmata hæretica numerat *Augustinus in lib. de hæres*. vbi dicit, quòd Africani dicebant, Præsbyterum ab Episcopo nullâ differentiâ debere decerni. *Et illud ad Tit. 1*. Vt constituas per ciuitates Præsbyteros, *exponens Author*: Præsbyteros, *inquit*, idest B Episcopos; vnde & inferiùs dicit: *Oportet Episcopum sine crimine esse &c*. & vtitur indifferenter nomine Episcoporum & Præsbyterorum. Vnde

Episcopi in Ecclesia locū Apostolorum tenent: aliorum verò discipulorū simplices Sacerdotes.

V Ad Philip. 1. l. 1. ibi. Episcopis. Op. 55. de Sacramentis. Opus. 18. c. 16. sub init. 2. 2. 184. 6. ad 1. & 185. 4. ad 5. & 3. p. 67. 2. ad 2.

Cur Episcopus dicat in missa: Pax vobis.

X Matth. 10. lec. a. ibi, pax. In 4. d. 8. exp. tex.

Y Ephes. 6. l. 4. ibi.

Z 3. p. 83. 5. ad 6. & in 4. d. 8. exp. tex.

Discrimen est inter Præsbyteros & Episcopos. Et oppositum hæresis est.

A 2. 2. 184. 6. ad 1. Quol. 3. a. 17. ad 1. Philip. 1. l. 1. init. & 1. Tim. 3. l. 1. init. & 6. 4. l. 3. In 4. d. 24. 3. 2. q. 1.

B Ad Tit. 1. l. 2. ibi.

sumpsit occasionem hæreticus, qui ambiuit Episcopatum: quem quia non poterat adipisci, diuisit se ab alijs, & multa falsa docuit. Inter quæ dixit, quòd Episcopi in nullo differunt à Sacerdotibus. *Nec sine causa inter vtrosque discrimen statuitur. Vterque enim repræsentat quidem Christum: sed Episcopus* secundùm majorem C perfectionem Christum repræsentat. Sacerdos enim repræsentat Christùm in hoc, quòd per seipsum aliquod ministerium impleuit: sed Episcopus in hoc, quòd alios ministros instituit, & Ecclesiam fundauit. Vnde ad Episcopum pertinet mancipare aliquid diuinis obsequijs, quasi cultum diuinum ad similitudinem Christi statuens: & per hoc etiam Episcopus specialiter Sponsus Ecclesiæ dicitur, sicut Christus: *quod ajebat initio Author*. *Vnde & anulum in manu gerit, quòd* per anulum D significantur Sacramenta fidei, qua Ecclesia desponsatur Christo: ipsi enim Episcopi sunt Ecclesiæ Sponsi loco Christi, *Ose. 2*. Sponsabo te mihi in fide. *Hinc & vnius vxoris virum illum Apostolus esse oportere declarat* 1. ad Timoth. 3. *Quod dicitur* non propter E incontinentiam tantùm, sed propter repræsentationem Sacramenti, quia Sponsus Ecclesiæ est Christus, & vna est Ecclesia. *Et ad Tit. 1*. Vnius vxoris vir: *videlicet*, quia F Episcopus est dispensator Sacramentorum: & ideò nullus defectus Sacramentorum debet esse in eo. Sed Sacramentum Matrimonij est significatiuum conjunctionis Christi & Ecclesiæ. Ergo vt signum respondeat signato: sicut Christus est vnus, & Ecclesia vna: sic & hic. Quod quidem deficeret, si Episcopus plures vxores habuisset. *Cui & alto allusit mysterio Christus ipse, vbi* Ioann. 2. *venit ad nuptias in Cana Galilææ: siquidem* mysticè G per nuptias intelligitur conjunctio Christi & Ecclesiæ. Et ideò, *concludit Author*, solus H Episcopus propriè Prælatus Ecclesiæ dicitur: & ideò ipse solus quasi Sponsus anulum Ecclesiæ recipit: & ideò solus ipse habet plenam potestatem in dispensatione Sacramentorum, & jurisdictionem in foro causarum, quasi persona publica: alij autem, secundùm quod ab eo eis committitur. *Cujus quidem præstantia dignitatis in veteri etiam lege commendatur: de Caipha enim, quamuis alioqui viro impio, legitur Ioan. 11*. Cum esset Pontifex anni illius, prophetauit.

Sacerdos & Episcopus Christum diuersimodè repræsentant.

C 4. d. 24. 3. 2. q. 1. ad 3.

Episcopus Sponsus Ecclesiæ, sicut Christus, vnde & anulum gerit.

D Ibid. a. 3. fi. c.

E 1. Tim. 3. l. 1. ibid.

F Ad Tit. 1. l. 2. ibi.

G Ioan. 2. l. 1. lit. a.

Solus Episcopus propriè prælatus Ecclesiæ.

H 4. d. 20. 1. 4. q. 1. fi. c.

Ejus præstantia dignitatis.

P *Quòd si quæras, pro Episcopi à Præsbytero distinctione, an Episcopatus sit Ordo? Respondet Author, quòd* Ordo I potest accipi dupliciter. *Vno modo*, secundùm quod est Sacramentum: & sic ordinatur omnis Ordo ad Eucharistiæ Sacramentum. Vnde cum Episcopus non habeat potestatem superiorem Sacerdote, quantùm ad hoc non erit Episcopatus Ordo. *Alio modo* potest considerari Ordo, secundùm quod est officium quoddam respectu quarundam actionum Sacrarum: & sic, cum Episcopus habeat potestatem in actionibus hierarchicis respectu corporis mystici supra Sacerdotem, Episcopatus erit Ordo. Et sic loquitur *Dionysius c. 5. Eccl. Hier.* dum dicit, quòd tres sunt Ordines, scilicet Episcoporum qui perficiunt, Præsbyterorum qui illuminant, Diaconorum qui purgant. *Et ita* Episcopatus L non addit aliquid supra Sacerdotium per relationem ad corpus Domini verum, sed solùm per relationem ad corpus mysticum. Vnde M & cum quadam consecratione dignitas Episcopalis confertur. *Verùm, quia* (*vt vidimus*) Episcopus Christum repræsentat in hoc, quòd alios ministros instituit, *videat diligenter, quos ad Ecclesiasticum ministerium promoueat; hinc enim totus pendet Christianæ disciplinæ profectus*. *Sanè* à Domino N describitur fidelis *Luc. 12*. qui est seruus constitutus super familiam, vt det illis tritici mensuram: & ideò infidelitatis reus est qui aliter supra mensuram ejus diuina tradit. Hoc autem facit quicunque indignum promouet: & ideò

An Episcopatus sit Ordo.

I 4. d. 24. 3. 2. q. 2. c. & ad 1. & d. 7. 3. 1. q. 2. ad 3. & a. 1. q. 3. c. & 1. Tim. 3. l. 1. init.

L In 4. d. 7. 3. 1. q. 3. c.

M Ibid. a. 1. q. 2. ad 3.

Videat Episcopus, quos ad sacrum ministerium promoueat.

N 4. d. 24. 1. 3. q. 4. c.

Digitized by Google

ideò mortale crimen committit, quasi summo Domino infidelis; & præcipuè cum hoc in detrimentum Ecclesiæ vergat & honoris diuini, qui per bonos ministros promouetur. Esset enim infidelis domino terreno qui in ejus officio aliquos inutiles poneret: *quantò magis Regi diuino? Nec suffragatur quidquam, quòd non ita facilè ministri tot possint idonei reperiri*: Deus enim nunquam O ita deserit Ecclesiam suam, quin inueniantur idonei ministri sufficienter ad necessitatem plebis, si digni promouerentur, & indigni repellerentur. Et, si non possent tot ministri inueniri quot modò sunt: *meliùs esset habere paucos ministros bonos, quàm multos malos*, vt dicit B. Clemens. *Et hoc est quod ait Apostolus* 1. *ad Timoth.* 5. Manus citò nemini imposueris. *Etenim*, sicut non debet P citò punire: ita nec citò promouere, idest ordinare de facili ad sacros Ordines. Et subdit: *neque communicaueris peccatis alienis*. Quare? quia, si inordinatè promoueas, & ex hoc contingat peccatum eis, vel in plebe (*nota*) hoc tibi imputabitur. *Ex quo ad sacrum ministerium promouendos debet Episcopus examinare*: *quod tangit Apostolus* 1. *ad Timoth.* 3. Et hi probentur primò: deinde ministrent: *idest*, omnes Q examinentur (*quoad literaturam*) *nullum crimen habentes* (*quoad mores*) idest, peccatum mortale: non, non autem intendit de veniali. Nec dicit, *qui habuerunt*, sed *habentes*; idest, qui sunt notabiles, & habent infamiæ crimen. Alioquin hoc esset derogare clauibus Ecclesiæ. *Quod mandat cohærenter & Tridentinum* sess. 23. de ref. cap. 5. *vbi inter cætera Episcopo committitur*, vt de ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat &c. *Ex quibus concludit Author*; Ad minus R hoc requiritur, quòd nesciat ordinans, aliquid contrarium sanctitati in ordinando esse: sed etiam exigitur amplius, vt secundùm mensuram Ordinis vel Officij injungendi diligentior cura apponatur, vt habeatur certitudo (*non opinio*) de qualitate promouendorum, saltem ex aliorum testimonio. *Vnde* 1. *Ioan.* 4. Nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus, si ex Deo sint. *Quasi dicat*: An Deus S maneat in aliquo per spiritum, *nolite credere* passim & indifferenter: *sed probate*; idest, experimento cognoscere, tentate, *spiritus*; idest, spiritualiter loquentes, vel spirituales se ostendentes, *si ex Deo sint*; idest, si secundùm Deum *ex glossa* spirituales sunt; *non apparenter, vt Ordines carpant*. *Non enim omnium ad Ecclesiasticum ordinem vocatio est à Deo, sed à Mundo vt plurimùm: rari quippe sunt continentiæ perpetuæ amantes & obsequij ad cultum diuinum, sed ob solum temporalem prouentum inordinatè ordinantur*, *Ioan.* 6. Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. *Vbi Author*; Sicut *inquit* sunt T illi, qui ad sacros Ordines ad Dominum appropinquantes (*ex Gregorio*) non eisdem merita virtutum, sed subsidia vitæ præsentis inquirunt, scilicet diuitias, & honores. *Promouendus est autem, non qui à Mundo, sed qui* vocatur à Deo tanquam Aaron, *vt dicitur Hebr.* 5. *Inuigilet ergo Episcopus, & fixè consideret, tanti negocium hoc Ecclesiam facere, vt quater in anno, vniuerso indixerit Christiano Orbi generalia per triduum jejunia, vnde nonnisi idonei & digni ad sacra ministeria promoueantur. Quoniam verò in habendis Ordinationibus Episcopalia consueuerunt solemniter indumenta & ornatus adhiberi: præfatorum occasione hic adijcimus*, quòd Episcopi V addunt nouem ornamenta supra Sacerdotes (*de quorum & inferiorum ministrorum sacris vestibus V. Missa & Ordo Sacramentorum*) quæ sunt caligæ, sandalia, succinctorium, tunica, dalmatica, mitra, chirothecæ, anulus, baculus: quia nouem sunt quæ supra Sacerdotem possunt: scilicet clericos ordinare, virgines benedicere, basilicas dedicare, clericos deponere, synodos celebrare, chrisma conficere, vestes & vasa consecrare: (*errore fortè typographi, septem duntaxat recensentur.*) Vel per caligas significatur rectitudo gressuum: per sandalia, quæ pedes tegunt, contemptus terrenorum: per succinctorium, quo stola ligatur cum Alba, amor honestatis: per tunicam perseuerantia, quia Ioseph tunicam talarem habuisse legitur quasi descendentem vsque ad talos, per quos significatur extremitas vitæ: per dalmaticam largitas in operibus misericordiæ: per chirothecas cautela in opere: per mitram scientia vtriusque testamenti; vnde & duo cornua habet: per baculum cura Pastoralis, qua debet colligere vagos, quod significat curuitas in capite baculi; & sustentare infirmos, quod significat ipse stipes baculi; sed & pungere lentos, quod significat stimulus in pede baculi, vnde versus:

Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.

Per anulum Sacramenta fidei, qua Ecclesia desponsatur Christo: ipsi enim sunt Ecclesiæ Sponsi loco Christi. Sed vlteriùs Archiepiscopi habent pallium in signum priuilegiatæ potestatis: significat enim torquem auream, quam solebant legitimè certantes accipere. *Quòd si dicas, assumenda & ab Episcopis siue Pontificibus nouæ legis veterum Pontificum vestimenta & ornatus*: (*de quibus vide* X.) *Respondemus, quòd cum essent & ipsa figuralia, debebant in lege noua immutari; vnde &* pro lamina Y aurea habet Pontifex Crucem (*vt Innocentius* dicit) sicut pro feminalibus habet sandalia, pro linea Albam, pro baltheo cingulum, pro podere tunicam, pro Ephod amictum, pro Rationali pallium, pro cydari mitram. Romanus autem Pontifex non vtitur baculo: quia Petrus misit ipsum ad suscitandum quendam discipulum suum, qui postea factus est Episcopus Treuirensis; & ideò in diœcesi Treuirensi Papa baculum portat, & non in alijs. Vel etiam in signum, quòd non habet coarctatam potestatem: quod curuatio baculi significat.

q *Vt autem reuertamur ad primum, ex tot superiùs præmissis liquet satis, quàm justè in Episcopo exigatur vitæ perfectio ad informandos subditorum mores tum exemplo tum verbo: quemadmodum & Christus Dominus totius perfectionis exemplar*, cœpit facere & docere; *& hoc in perfecta ætate triginta annorum, qua & baptizatus est: quia nimirùm* baptizabatur Z quasi ex tunc incipiens docere & prædicare: ad quod requiritur perfecta ætas, qualis est triginta annorum. (*Quod quidem deduci videtur ex illo* Num. 4. Tolle summam filiorum Caath de medio Leuitarum à trigesimo anno, & suprà, vsque ad quinquagesimum annum, omnium, qui ingrediuntur, vt stent & ministrent in tabernaculo fœderis.) *Vnde & in hac ætate, non antea, Episcopum consecrari statutum est, & ex Apostolo* 1. *ad Tim.* 3. *nonnisi* Doctorem. *Hinc, ad Prælatorum instructionem, docemur, quòd* authoritas A judicandi, quæ clauis est, sine scientia non potest sine peccato accipi: sed scientia sine authoritate sine peccato haberi potest. *Et hoc quoad scientiam. Quoad mores verò* oportet Episcopum irreprehensibilem esse, 1. *ad Tim.* 3. quia adhoc B non omnis est idoneus, sed oportet, quòd sit *irreprehensibilis*, vnde de Zacharia dicitur Luc. 1. quòd *incedebat in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querela*. Nec intelligendum est, quòd omnino sit sine peccato, quia dicitur 1. Ioan. 1. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus &c.* Nec est dicendum, sicut aliqui dixerunt; quòd quicunque peccauit mortaliter post baptismum, non est idoneus: quia pauci essent tales. Sed *irreprehensibilis*; idest, non subjectus alicui peccato, vnde ab alijs reprehendi posset: quia indecens est, si reprehensibilis

O *Ibid. ad* 1. Indignos repellat.

Melius est, esse paucos bonos, quàm multos malos.

P 1. *ad Tim.* 5. *l.* 3. *ibi.*

Promouendi examinandi sunt in literis, & moribus probandi.

Q *Ibid. cap.* 3. *l.* 2. *ibi. lo.* 11. *l.* 3. *ibi*, ex plus his?

R 4. *d.* 24. *q.* 3. *q.* 4. *ad* 3.

Quid in ordinante & ordinando exigatur.

S 1. *Io.* 4. *init.*

Plurimi non vocantur à Deo, sed à Mundo, sacros Ordines ob temporalem prouentum suscipientes.

T *Ioan.* 6. *l.* 3. *lit. d. ibi.*

V 4. *d.* 24. 3. 3. 1.

Quot & quænam Episcopi ornamenta, eorumque significatio.

X 1. 2. 102. 5. *ad* 10.

Y *In* 4. *l.* 1. *ad* 6. & 8.

Pontifex Romanus cur baculo non vtitur, nisi in Diœcesi Treuirensi.

Debet Episcopus, vti Christus, exemplo & verbo *facere & docere*.

Z 3 *p.* 39. 3. & *ad* 3.

Ad quod exigitur ætas perfecta triginta annorum: qua idcirco ætate consecratur, & nonnisi doctor.

A 4. *d.* 18. 1. 1. *q.* 3. *ad* 2. *f.*

B 1. *Tim.* 3 *l.* 1. *ibi.*

Digitized by Google

sibilis sit reprehensor, *Luc.6.* Eijce primùm trabem de oculo tuo &c. *Hinc ad Tit.1.* Oportet Episcopum sine crimine esse: *Etenim* aliud est C crimen, aliud est peccatum. Peccatum dicitur quodcunque siue magnum, siue paruum, siue occultum. Crimen autem magnum & infame. Non quòd qui mortaliter peccat (*si pœniteat*) non possit eligi: sed quòd eligendus non sit infamis. *Addit autem Apostolus:* sicut Dei dispensatorem. *Ecclesiasticorum enim bonorum dispensator est Episcopus, & veluti procurator. Quocirca notandum, quòd* aliter D est dicendum de proprijs bonis, quæ Episcopi possidere possunt, & de bonis Ecclesiasticis: nam propriorum bonorum dominium habent. Vnde ex ipsarerum conditione non obligantur, vt eas alijs conferant: sed possunt eas vel sibi retinere, vel etiam alijs pro libito elargiri. Possunt tamen in earum dispensatione peccare vel propter inordinationem affectus, per quam contingit vel quòd sibi plura conferant quàm oporteat: vel alijs etiam non subueniant, secundùm quod requirit debitum charitatis: non tamen tenentur ad restitutionem, quia hujusmodi res sunt eorum dominio deputatæ. Sed Ecclesiasticorum bonorum sunt dispensatores, vel procuratores. Ad dispensatorem autem requiritur bona fides, secundùm illud 1. Cor.4. *Hic jam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Sunt autem bona Ecclesiastica non solùm in vsus pauperum, sed etiam ad cultum diuinum, & ad necessitates ministrorum expendenda. Si ergo distincta sint bona, quæ debent in vsum Episcopi cedere, ab his quæ sunt pauperibus, & ministris, & cultui Ecclesiæ eroganda; & aliquid sibi retinuerit Episcopus (*nota*) de his, quæ sunt pauperibus, vel etiam in vsum ministrorum, aut in cultum diuinum expendenda, non est dubium, quòd contra fidem dispensationis agit, & mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur. De his autem, quæ sunt specialiter suo vsui deputata, videtur esse eadem ratio, quæ est de proprijs bonis, vt scilicet propter immoderatum affectum & vsum peccet quidem, si immoderata sibi retineat, & alijs non subueniat, sicut requirit debitum charitatis. Si verò non sunt prædicta bona distincta: eorum distributio fidei ejus committitur. Et si quidem in modico deficiat, vel superabundet, potest hoc fieri absque bonæ fidei detrimento: quia non potest homo in talibus punctualiter accipere illud, quod fieri oportet. Si verò sit multus excessus, non potest latere: vnde videtur bonæ fidei repugnare; & ideò non est sine peccato mortali. *Et alibi.* Infideles E dispensatores sunt qui in dispensandis diuinis ministerijs non intendunt vtilitatem populi, & honorem Christi, & vtilitatem membrorum ejus. Fideles autem, qui in omnibus intendunt honorem Dei, & vtilitatem membrorum ejus. *Dispensatores inquam sunt:* ad ministerium enim F non ad dominium assumuntur quando præficiuntur. *Ejusmodi autem* ministerium G Episcoporum est, de suis facultatibus pauperibus subuenire: & quicquid ipsi sibi thesaurizant, vel parentibus non indigentibus tribuunt, vel in vsus superfluos expendunt, vel joculationibus conferunt, hoc totum furantur, & subtrahunt pauperibus, *Is.3.* Rapina pauperis in domo vestra. *Idcircò dicitur* 1. Pet.2. Conuersi estis ad Pastorem, & Episcopum animarum vestrarum; *id est*, Christum H qui est *Pontifex futurorum bonorum*, Hebr.9. *Animarum* dicit, non possessionum: sicut multi moderni intendunt possessionibus, non animabus, *Ier.4.* Quasi custodes agrorum facti sunt super eam, *scilicet Ecclesiam. Et tamen* qui I Pontificalem dignitatem assumunt, plerunque magis temporalia bona considerant, quàm æterna. *Et alibi:* Aliqui L statu Prælatorum abutuntur, quærentes prælationem propter temporalia bona. *Sic autem infideles Domino dispensatores sunt: quales proculdubio censentur & acceptores personarum. Pro quo sciendum, quòd* opponitur M personarum acceptio justitiæ distributiuæ, per quam aliquis distribuit vnicuique secundùm dignitatem personarum: ergo acceptio est, quando præter dignitatem datur alicui plus vel minus. Tunc autem hoc fit præter dignitatem, quando hoc fit, non propter conditionem, sed propter personam, quæ facit ad causam. Hoc est enim causam accipere, scilicet quasi regulam operandi: sed propter personam, quasi ipsa persona accipiatur vt causa aliquid faciendi: putà, si aliquis det alicui propter consanguinitatem plus de bonis patrimonialibus, non est acceptio personarum, quia consanguinitas est conueniens causa, propter quam de talibus bonis debeat dare. Si autem propter consanguinitatem aliquis Prælatus det alicui plus de bonis Ecclesiasticis, potest hoc ad acceptionem personarum pertinere, si alia idoneitas non concurrat: non enim consanguinitas est ratio conueniens distributionis bonorum spiritualium. *Dicit autem:* si alia idoneitas non concurrat; *videlicet, quia* quandoque N consanguinei Prælati Ecclesiastici sunt æquè digni, vt alij: & sic licitè potest absque personarum acceptione consanguineos suos præferre: quia saltem in hoc magis præeminent, quòd de ipsis magis confidere potest, vt vnanimiter secum negocia Ecclesiæ tractent. Esset tamen hoc propter scandalum dimittendum, si ex hoc aliqui exemplum sumerent, etiam præter dignitatem, bona Ecclesiæ consanguineis dandi. *Et hoc ideò, quia* in collatione O Ecclesiasticorum beneficiorum non debet Prælatus attendere propinquitatem ad se, sed propinquitatem ad Deum & vtilitatem Ecclesiæ: sicut dispensator alicujus familiæ attendere debet, in dispensando res domini sui, seruitium quod exhibetur domino suo, & non seruitium, quod exhibetur sibi. *Quod si cautè, vti par est, Prælatus in hoc processerit, poterit se immaculatum pronunciare cum Dauid Psal.* 18. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero; & emundabor à delicto maximo: *quale proculdubio est in Ecclesiasticorum distributione bonorum personarum acceptio. De simoniaca verò distributione vide V.* Simonia. *Sed & plures aliæ Episcopi qualitates & conditiones recensentur ab Apostolo* 1. Tim. 3. & ad Tit. 1. *quæ cum sint & cæteris inferioribus communes Prælatis, eas pro vtrisque in seqq. Num. exponendas referuamus.* DISCE *in Episcopali dignitate Apostolicam potestatem venerari. Vide plura V.* Ambitio, Bona Ecclesiastica, Cœlibatus, Clericus, Electio, Ordo, Sacerdos, Simonia.

C *Ad Tit.1. l. 2 & loco cit. l. 3. ibi, crimen.* Aliud crimen, aliud peccatum.

D *2. 2. 185. 7. c. Quod.6. a 12. c. & Quod.8. a. 6. ad 4. Virt.2. 9. ad 14.* Qualiter se habeat Episcopus in bonis Ecclesiæ dispensandis.

Quorum est procurator.

In quæ hujusmodi bona expendenda.

E *1. Cor.4. l. 1. ibi, dispensatores.*

F *Apoc.2. com. 2. ibi,* Angelo Ephesi.

G *Ibid. ibi,* noui opera tua.

H *1. Pet.2. ibi.* Animarum Episcopus est, non possessionum.

I *Op.18. c. 19.*

L *De Virt. 2. 21. ad 6.*

Non sit personarum acceptor.

M *Rom.2. l 2. ibi,* personarum. *Quod.4. a. 15. & 2. 2. 63. 1. Virt.2 9. ad 14. Iac.2. sub initio*

Quid acceptio personarum.

N *2. 2. l. c. ad 1.* Non semper est acceptio personarum, si detur aliquid de Ecclesia consanguineis.

O *De Virt. 2. 9 ad 14. In 4. d. 24. 1. 3. q. 4. c. Apoc.5 com. 2 ibi,* septem cornua. *& cap. 6. ibi,* & luna tota.

Propinquitas ad Deum attendenda, non ad se.

IX. Maximum est periculum in officio Pastorali. Primò propter periculum multiplicis culpæ in acquirendo, siue inhiando. Item propter periculum superbiæ in præsidendo. Item propter periculum immoderantiæ in exequendo. Item propter periculum cupiditatis in aggregando. Item ignauiæ in torpendo siue omittendo: & laxationis in committendo. Item ineptitudinis in ignorando. Item pusillanimitatis in dissimulando. Item incuriæ in negligendo. Item scandali in conuersando. *Apoc.2. com.1. circa fi.*

r TAmetsi, vti visum est, solus Episcopus propriè Prælatus Ecclesiæ sit: *nihilominus nomine* Prælati *veniunt & alij ab Episcopo Superiores, quales in Religionibus sunt Abbates, Generales, Prouinciales, Priores, Guardiani, & hujusmodi: cum ex priuilegio Sanctæ Sedis habeant in subditos suos*

Nomine Prælati veniunt & alij ab Episcopis, sicut Abbates, Generales, Prouinciales, Priores &c.

Digitized by Google

suos jurisdictionem quasi Episcopalem, vt tradunt communiter DD. in Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. *& sumitur ex* cap. *Abbatis*, de priuil. in 6. *Et hoc ideò, quia cum non subdantur Episcopis, nisi in certis casibus (cum exempti vtplurimùm sint) sed immediatè Summo Pontifici subijciantur, loco Episcoporum succedunt quoad regimen suorum subditorum. Duo autem, ad hoc vt sit quis Prælatus, requiruntur: quòd scilicet habeat curam cum jurisdictione ordinaria, & quòd sit Clericus, vt notat* Sylu. *V. Prælatus* num. 1. *Igitur, quoad spiritualem animarum curam, quicquid in Episcopo exigitur, in alijs quoque inferioribus Prælatis præter aliqua exigendum est. Animarum autem cura, siue Prælatio, magnum quiddam est, & vndequaque periculosum munus. Ex quo maxima debet excellere prudentia qui in Prælatum eligitur, Matth.* 10. Estote prudentes sicut serpentes: *per consequens maturæ sit ætatis oportet, nam* prudentia in senibus. *Hinc Apostolus ad Tit.* 1. Reliqui te Cretæ, vt ea, quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates Præsbyteros: *quod exponitur*; idest P Episcopos, *siue Prælatos.* Præsbyter *autem idem est, quod* senior: *vt innueret, Prælatos & Episcopos matura esse ætate eligendos, vt prudentes in regimine sint, & ne illorum authoritas contemnatur, 1. Timoth.* 4. Præcipe hæc & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium &c. *Siquidem* præceptum Q efficaciam non habet, nisi per authoritatem præcipientis; & ideò, quando authoritas contemnitur, præceptum frustratur; quod maximè fit in adolescentia, quia tales non creduntur prudentes esse. Vnde *secundùm Philosophum:* Nemo juuenes elegit Duces: (*& Num.* 11. Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quòd senes populi sint ac magistri. *Profectò ex juuenum prælatione malos non rarò experimur, in claustris præsertim, euentus.*) Et ideò dicit: *Nemo adolescentiam tuam contemnat*, Q.d. Licèt sis juuenis (*supplebat enim in primitiua Ecclesia virtus ætatem*) mores tamen repræsentent senectutem. *Hinc & sanctimonialium* Abbatissæ R inordinatum est quòd nimis juuenculæ fiant. *Prudentia igitur in Prælato eniteat, ad prælationis pericula deuitanda: eo quòd* maximum est periculum, *inquit Author*, in officio Pastorali. *Et primò quidem* propter periculum multiplicis culpæ in acquirendo siue inhiando, vt simoniæ, odij, & hujusmodi. *Nam si quis ait Paulus 1. Tim.* 3. Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. *Nota autem, quòd* non dicit, bonum S desiderium habet, sed *bonum opus*, scilicet vtilitatem plebis. Duo enim sunt consideranda in Episcopo, scilicet gradus superior, & actio plebi vtilis. Aliqui projiciunt fortè oculum ad ea, quæ circumstant eum, scilicet quòd qui præest, honoratur, & quòd habet potestatem. *Et ideò promoueri debet qui futurus sit* fidelis seruus, quem constituit Dominus, *Matth.* 24. Non T quòd ipse procuret vel muneribus vel precibus, Hebr. 5. *Nemo sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Deinde dicit, *super familiam suam*, idest super Ecclesiam suam, non super temporalia. *Quod vno verbo alibi docet Author, dum ait:* Vt non V quærat vanum honorem, & non quærat lucrum, *sed in subditorum vtilitatem* bonum opus. (*De quo fusè V.* Ambitio.) *Alioquin indignè quis promouetur: indignè autem promotus, indigna consequenter & patrat.* Frequenter X talis dignitas ab indigno & per indigna obtinetur: & cum eam aliquis obtinuerit, indigna operatur. *Quod satis de Caipha notum est: qui, quòd Pontificatum pecuniâ procurauerat*, non est Y mirum, *inquit Author*, si in anno illius Pontificatus (*cum esset Pontifex anni illius*, Ioan. 11.) tàm nequiter acquisiti, rem sic nefariam gessit: *qualis fuit, innocentis Christi ad mortem, ipso procurante, impia damnatio. Et hoc est, quod dicitur Ioan.* 10. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. *Per ostium*, idest Z per Christum, Ioan. ibid. *Ego sum ostium ouium.* Qui autem *ascendit aliunde, ille fur est, & latro*: quia se & alios occidit (*vti Caiphas.*) Mali ergo Pastores non intrant per ostium, sed aliunde, scilicet per ambitionem, & potentiam secularem, & simoniam. Ostium etiam istud, scilicet Christum, cum sit paruus per humilitatem, Matth. 11. *Mitis sum, & humilis corde*, non possunt intrare nisi qui Christi humilitatem imitantur. Qui ergo *non intrant per ostium, aliunde ascendunt*; idest, superbi sunt, & Christum non imitantur. *Sed & odij & inuidiæ peccata incurruntur in ambiendo & procurando, in eos videlicet, qui ex vitæ bonitate, & sapientia, & Ecclesiæ seruitio impedimento esse possent, & fortasse promoueri. Quod ait Author*: propter periculum multiplicis culpæ in acquirendo, scilicet simoniæ, odij, & hujusmodi.

Quid exigatur ad hoc vt sit quis Prælatus.

Periculū multiplicis culpæ in prælatione acquirenda.

P Ad Tit, 1. l. 2. ibi.

Q 1. Timoth. 4. l. 3. ibi.

R 1. Tim 5. l. 2. ibi, sexaginta.

S 1. Tim. 3. l. 1. ibi.

Duo in Episcopatu consideranda.

T Matth 24. lit. d. ibi 2. Tim. 2. l. 1. ibi, per voluntatem. Hebr 5. l. 1. ibi, vocatur Io 1. l. 4. lit. a. ibi, missus.

V Is. 6 ibi, quis ibit?

Prælaturæ non ambiendæ.

X Op. de er. Pr. l 1. c. 1.

Indignè promotus indigna operatur.

Y Ioan 18. l 3. lit. b.

Z Ioan. 10. l 1. lit. a. & l. 2. lit. c.

Mali pastores non intrant per ostium sed aliunde.

Scilicet per simoniam, & alia.

¶ *Secundò*, maximum est periculum in officio Pastorali propter periculum superbiæ in præsidendo: *intumescit enim faciliter quis prælatione, dum alijs superexaltatum se videt & imperantem*, (*ex quo* audaciùs A peccant, minùs timentes:) *cum tamen, exemplo Christi, qui Matth.* 11. *dicebat*: Mitis sum & humilis corde, *humilis debeat esse Prælatus. Hinc Petrus in sua prima cap.* 5. *dicebat*: Seniores, qui in vobis sunt, obsecro consenior. *Qui in vobis sunt*: non dicit B super vos, sed *in vobis*, quia rector debet esse inter subditos *quasi vnus ex ipsis*, Eccli. 32. vnde & subdit: *neque vt dominantes in Cleris*; scilicet, vobis imperiosè subjectos esse volentes: quia nihil debent exteriùs prætendere, per quod possit de eis opinari, vt videantur velle dominari. *Quod & Paulus innuit 1. Thess.* 2. Facti sumus paruuli in medio vestrum. *Paruuli*, idest C humiles. *Et hoc, vt apud Deum exaltetur, non typho superbiæ elatus, ne justè à Deo humilietur*: *quia* qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur, *Luc.* 14. *Et hoc est, quod dicebat Dominus Matth.* 20. Qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. *Idest*, si aliquis D desiderat habere primatum in Ecclesia, sciat, quòd illud non est habere dominium, sed seruitutem. Serui enim est, quòd totum se ad seruitium Domini impendat: sicut Prælati Ecclesiæ totum quicquid habent, quicquid sunt, subditis debent, 1. *Cor.* 9. Cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci. *Qualem & Summus Pontifex in diplomatibus se facit*: Seruus seruorum Dei, *ad cujus exemplum & Regulares Prælati*: Magister Generalis & seruus, Prior Prouincialis & seruus &c. *Ad quod cohærenter dicitur ad Tit.* 1. Non superbum,

Periculum superbiæ in præsidendo.

A Ier. 5. ibi, jugum.

Prælatus humilis esto, obsecret, non imperet dominando.

B 1. Pet. 5. ibi.

C 1. Thess. 2. l. 1. ibi.

D Matth. 20. lit. b. ibi. 2. Cor. 4. l. 2. ibi, nos autem.

Sit omnium seruus.

¶ *Tertiò*, propter periculum immoderantiæ in exequendo: quia multi austerè, & irritatiuè, & in crudelitate præsunt, *Ezech.* 34. Cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. *Non rarò enim quispiam, ex vili etiam progenie, ad Prælaturam euectus, austerè imperat irritando, & crudelitatem exercet in subditum: non secus ac Antichristus, qui de vili* E genere (erit enim de Tribu Dan, quæ fuit vilissima inter tribus Israel) veniet ad magnam potentiam, & ideò ad magnam crudelitatem mardescet: quia quando aliquis vilis sublimatur, crudelior omnibus est. Et in alia scriptura: *Rusticus, si exaltatus fuerit, in malaciam crescit*; vndè versus:

> Asperius nihil est humili, cùm surgit in altum.

Sicque in tyrannum degenerans redditur subditis intolerandus. Qui *enim* non quærit F honorem Dei, & vtilitatem subditorum, non dicitur verus Rector, sed tyrannus. *Quin potiùs visceris misericordiæ gestet in subditos, eorum infirmitati compatiens: qualis describitur ad Hebr.* 5. Qui condolere possit ijs, qui ignorant & errant. *Etenim*, sicut G per

deuo-

Suum munus exerceat moderatè, non austerè, subditum irritando.

E Apoc. 13. com. 2. ibi, de mari.

Homo vilis sublimatus, fit crudelior.

Vertitur & in tyrannum.

F 2. Cor. 4. l 2. ibi, nos autem

Subditorum infirmitati sit compatiens.

G Hebr. 5. l. 1. ibi.

Digitized by Google

deuotionem orationis debet tangere Deum tanquam vnum extremum: sic per misericordiam & compassionem debet tangere alterum extremum, scilicet hominem, *& subditum suum, exemplo Christi Pontificis sempiterni, de quo dicitur cap.4.* Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. *Vbi ly possit* importat H non nudam potentiam, sed promptitudinem & aptitudinem Christi ad subueniendum: & hoc, quia scit per experientiam miseriam nostram, quam vt Deus ab æterno sciuit per simplicem notitiam. *Et hac de causa* permisit I Dominus, Petrum tentari & cadere: vt exaltatus ad principatum Ecclesiæ, discat de se humilia sentire, & peccantibus subditis compati. *Ex quo dulciter potiùs subditos obsecret, quàm asperè imperet. Quapropter Apostolus Petrus in sua prima cap.2.* Charissimi, obsecro vos &c. *Charissimi*: nam *chari*, quia L homines, propter dignitatem imaginis Dei: *chariores*, quia fratres, propter communionem Christianæ religionis: *charissimi*, quia spirituales filij, propter curam Apostolici regiminis. *Obsecro*; idest, per sacra adjuro. Non ait, *præcipio*, cum tamen posset, volens insinuare charitatem potiùs, quàm authoritatem. *Et Paulus 1. ad Timoth.4.* Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt Patrem, Leuit.19. *Honora personam senis*. Et ideò M seniores non sunt mordaciter (*vt consueuere quidam, præsertim iuuenes, Prælati*) increpandi, sed obsecrandi, 1. Pet.5. *Seniores obsecro consenior*. Et si Petrus senior hoc faciebat: quanto magis iuuenis hoc facere debet? *Iuuenes (subdit Apostolus) obsecra vt fratres, Matth.23.* Omnes vos fratres estis: *anus vt matres*, 1. Tim.5. Viduas honora. *Iuuenculas vt sorores*, ex amore scilicet charitatis: & hoc *in omni castitate*: quia amor spiritualis ad mulieres (*nota*) nisi cautus sit, degenerat in carnalem: ideò in his, quæ ad iuuenculas pertinent, adhibenda est castitas. Vnde Papa scribens eis, dicit: *Dilectis in Christo*; sed viris simpliciter dicit: *Dilectis filijs* tantùm. *Monitum, pro sanctimonialibus præsertim, vacuum non sit. Ex quo secundùm Apostolum esse oportet Episcopum* continentem, *Tit.1. & ad hoc præmittit* sobrium, *quasi medium necessarium. Vnde, quia* Timotheus N erat nimiæ abstinentiæ ad vitandum carnis peccata, *1. ad Tim.5. scribit Apostolus*: Te ipsum castum custodi; *& subdit*: Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere propter stomachum. (*De quo V.* Clericus.) *Ad finem idcircò præfatum 2. ad Cor.13. scribebat Paulus*: Ideò hæc absens scribo, vt non præsens duriùs agam secundùm potestatem, quam Dominus dedit mihi &c. *Ideò hæc absens scribo*, monendo O vos, ne scilicet cogar aliquid facere contra voluntatem meam, quæ est, vt nihil durè agam contra vos, nisi quatenus per vos compellar. Et ideò dicit: *vt non præsens duriùs agam*, scilicet contra vos, quàm velim, vel quàm veltis: *secundùm potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem*. Deus enim dedit mihi hanc potestatem, scilicet ligandi atque soluendi, *in ædificationem*; idest, vt vos ædificemini, *non in destrutionem*, vt destruamini. Et, si durè vos corrigerem (*nota*) non ædificarem, sed destruerem. *Siquidem ex increpatione frequentiùs animarum habetur detrimentum, non spiritualis profectus, quem vt plurimùm lenis & paterna consequitur admonitio. Vnde & docemur, quòd* melius est P sic seruare lenitatis spiritum in corrigendo, vt per pœnitentiam, correctionis fructus sequatur: quàm si duriùs corrigatur, & desperet peccans, & majoribus peccatis immergatur. Et ideò dicitur *Eccli.21.* Objurgatio & injuriæ annullabunt substantiam. *Nisi tamen contumaces sint in culpa qui reprehenduntur. Vnde* ad Tit.1. *de Cretensibus loquens*: Increpa *inquit* illos durè: *de Ephesijs autem 2. ad Tim.4. scribens, ait*: in omni patientia: *quia nimirùm, ex parte* Q *eorum*, qui reprehenduntur, Cretenses duri & pertinaces erant; & ideò *durè* eos reprehendi jubet: non autem Ephesij, quorum Archiepiscopus erat Timotheus. Ex parte etiam reprehendentium, quia Titus fuit lenis & mansuetus: & ideò inducitur quasi ad contrarium. Sed Timotheus erat rigidus: & ideò inducitur ad patientiam. *Et quidem, si correctione opus sit, priùs corripiat, quàm corrigat siue puniat, hoc Domino præcipiente Matth.18.* Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe &c. *Vnde & in* correptione R fraterna *ex Augustino* grauior est cura Prælatorum, *quàm cæterorum. Prælatus autem* debet S timere, ne cadat: *& ita* inuitè corrigere, cum mansuetudine corripere debet, *maximè* si in peccato aliquando fuit. Et ideò fortè Dominus permisit, Petrum cadere, qui debebat esse Pastor Ecclesiæ: vt mitiùs se haberet cum peccatoribus, *sicut cum adultera Dominus* Ioan.8. *Et alibi*: Dominus T Petrum negare permisit: quia voluit, vt ipse, qui præponendus erat toti Ecclesiæ, infirmis & peccantibus magis compateretur, expertus in se ipso infirmitatem peccati. *Hinc primò peccanti quandoque clementer remittat, non ita secundò, nisi pœniteat: vti cum Corinthijs Apostolus egit 2. Corinth.13.* Prædixi enim, & prædico, vt præsens vobis, & nunc absens ijs, qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus: quoniam si venero iterùm, non parcam. *Quasi dicat*: Illis V qui peccauerunt, peperci, prima vice: sed si iterum peccauerint, vel si non egerint pœnitentiam, non parcam eis iterum. Et hoc justè fit, quia ille, cui semel remittitur, & iterum peccat, si remitteretur sibi, cresceret in malitia, & efficeretur insolens. Et ideò dicitur *Prou.13.* Qui parcit virgæ, odit filium suum. *Profectò nimia remissio in majus cedit animæ detrimentum. Nam* ex remissione X Prælati in offensis corrigendis & puniendis, dum vel non punit, vel remissè punit: vel quosdam puniens, alios æquè vel magis reos propter negligentiam vel beneuolentiam (*nota*) vel precem, vel pretium, vel spem commodi, vel timorem pusillanimitatis impunitos, vel minùs punitos sine ratione pertransit, damnabiliter sumitur audacia ad similia vel pejora, ex quibus iterum alij prouocantur ad idem. (Impunitas est scelerum nutrix, *ajebat Bernardus.*) Item ex hoc scandalum bonis subditis, & non subditis justis, etiam Pastoribus, generatur. *Igitur leniens & mansuetudo adhibenda est, vbi proficit: secus, virga correctionis, 1. ad Cor.4.* Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? *In virga*, scilicet Y disciplinæ, *veniam ad vos* castigandos: *an in charitate*, idest ostensione amoris, vt scilicet nihil durius vobiscum agam? hoc enim pendet ex vobis. Nam, si vos in via stultitiæ permanetis, oportet me ad vos in virga venire, secundùm illud Prou.22. *Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eum.* Si verò vos correxeritis, ostendam vobis charitatem, & mansuetudinem, ad Galat. vlt. *Vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Hoc autem non dicit, quin si in virga veniens, non in charitate veniret: sed quia ille, qui castigatur virgâ, non sentit interdum dulcedinem charitatis, sicut illi, quos blandè consolatur. *Vnde & ad Tit.2.* Hæc loquere, & exhortare: & argue cum omni imperio; *idest* cum authoritate Z quia loquitur, vt instrumentum & minister Dei. Est tamen loquendum in exhortando quandoque cum prece, considerando Infirmitatem propriam: quandoque *cum imperio*, considerando authoritatem commissam. Vel cum mansuetudine ad bonos, cum authoritate ab obstinatos. (Habet autem moneri, vt *cum imperio arguat*, quia Titus naturaliter fuit mitis.) *Et hoc, ne præ nimia lenitate despiciatur Prælatus, & subditus insolescat. Ideòque subdit*: Nemo te contemnat.

H Hebr.4.l.4. ibi.

I Ioan.13 lit. lit.s Hebr.5.l. 2. & Matth. 14. circ. fi.

Inducat potius, dulciter obsecrando, quam aspere imperando.

L 1. Pet.2. ibi. & cap 5. ibi. seniores. & Rom. 12. l. 1. ib. obsecro.

M 1. Tim 4. fi.

Amor spiritualis ad mulieres, nisi cautus sit, degenerat in carnalem.

Papa scribens mulieribus, eur dicat: Dilectis in Christo; viris autem: Dilectis filijs tantum.

N 1 Tim 5. l. 3. ibi, castum.

O 2. Cor.13. l. 2 fi.

Dura correctio destruit, non ædificat.

P 2. Cor.2. l. 2. ibi. sufficit, & fi. lect.

Q 2. ad Tim.1. l 4. & cap.2 fi.

Priùs corripiat, quàm puniat. Hoc inuitè, illud cum mansuetudine faciat.

R 1. 2. 33. 2. ad 1. & inc. In 4. d 19. 2. 2.

S Matth. 7. lit. a. ibi, frater sine. & c. 14. lit. b. ibi, timuit.

T Ioa. 18. l. 3. lit. g.

Primò peccanti remittat, non ita secundò.

V 2. Cor.13. & 2. ibi.

Nimia remissio damnosa

X Apoc. 2 com. 1. circa fi. cap.

Y 1. Cor. 4. fi. cap.

Z Ad Tit. 2. fi. cap.

Qualiter loquatur Prælatus ad bonos, qualiter ad obstinatos.

Digitized by Google

temnat. *Cæterùm proclivior Prælatus sit ad leniter corripiendum, quàm ad durè increpandum, & cum imperio: reprehendit enim Pastores Dominus Ezech. 34. quòd* cum austeritate imperarent. *Sic namque, diabolo suggerente, subditi in pejus ruunt, unde & multos apostatare videmus. Quod satis innuere videtur Apostolus 2. Cor. 2. cum ait:* Nam & ego quod donaui (si quid donaui) in persona Christi, vt non circumueniamur à Satana. *Siquidem* diabolus A multos decipit, quosdam scilicet trahendo ad peccatorum perpetrationem, quosdam verò ad nimiam rigiditatem contra peccantes: vt, si non potest eos habere per perpetrationem facinorum, saltem perdat quos jam habet per Prælatorum austeritatem, qui eos non misericorditer (*& ex motiuo charitatis*) corrigentes, in desperationem inducunt: & sic hos perdit, & illos diaboli laqueus includit. *Et ideò dicitur Eccle.* 7. Noli esse justus multùm. *Prælatus ergo* plùs amari *secundùm Augustinum* appetat, quàm timeri: *nec tamen justitiam deserat opportunè, sed juxta subditorum exigentiam operetur, vt modò dulcis, modò seuerus appareat. Et huc mirabiliter facit quod habetur* Apoc. 5. *vbi Christus, Pastor Pastorum, & vt leo describitur & vt agnus:* Vicit Leo de tribu Iuda; *& post pauca:* Vidi Agnum stantem tanquam occisum &c. *Quo loci:* Docetur, *inquit Author*, hìc B Prælatus, vt sit *Leo* per audaciam, Prou. 30. *Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum.* Talis fuit Elias, de quo dicitur Eccli. 48. *In diebus suis non pertimuit Principem, & potentiâ nemo vicit illum, nec superauit illum verbum aliquod.* Ideò dicitur Eccli. 7. *Noli quærere fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates.* Item debet esse *Agnus* per mansuetudinem & humilitatem, Matth. 11. *Discite à me, quia mitis sum &c.* Et cap. 5. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram;* idest, regent Ecclesiam. Ideò fuit electus Moyses in Principem & Ducem populi, quia mansuetus erat, Num. 12. *Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* Et Psal. 89. *Superuenit mansuetudo, & corripiemur:* scilicet, mansuetudo in Superiore venit; *& corripiemur*: quia vtiliùs corripit mansuetus Prælatus, quàm durus. Debet igitur fieri quædam mistura in Prælato ex justitia leonis & misericordia agni, vt sit justus & misericors, sicut Dominus, Ps. 111. *Misericors, & miserator, & justus.* Iac. 2. *Superexaltat misericordia judicium.* Hoc fit, quando in Prælato fit mistum justitiæ & misericordiæ, ita vt nec justitia misericordiam expellat, nec misericordia justitiam nimis emolliat; vnde Prælato dicitur:

Verba Patris habe, verbera Matris habe.

Sed heu! hodie ad literam *vicit Leo*, & *Agnus occiditur:* quia multi Prælati per violentiam opprimunt subditos, & deuorant mansuetos. Et tamen dicitur Eccli. 4. *Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subjectos tibi.* Bene ergo dicit *Ioannes*, quòd vidit *Leonem* vincentem, & *Agnum* occisum: quia in Prælatis viuit & vincit rapacitas & crudelitas: mansuetudo & pietas ferè cum omnibus occisa est, Apoc. 13. *Agnus qui occisus est ab origine Mundi:* quia scilicet statim vt oritur Prælatus in Mundo, occiditur in eo mansuetudo & pietas. *Sanè* consuetudo C est boni Pastoris, in correctione subditorum asperis dulcia miscere, ne scilicet ex nimia seueritate frangantur. Vnde *Luc.* 10. legitur de Samaritano, quòd in curatione sauciati *infudit vinum & oleum:* (idest D cum dulcedine misericordiæ seueritatem justitiæ: vinum enim mordicat, & quantùm ad hoc, justitia dicitur vinum: Oleum autem E lenitiuum est, *& ideò* per oleum F misericordia significatur.) E' contra de malis Pastoribus dicitur Ezech. 34. cit. *Cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia.* Et ideò Apostolus, sicut bonus Prælatus, blandè loquitur ad eos (*scilicet Galatas*) *Gal.* 4. Fratres, obsecro vos: nihil me læsistis &c. *Nam, tanquam Agnus, aliquid debet infirmioribus indulgere*, 1. *Cor.* 9. Factus sum cum infirmis infirmus. *Hinc* 1. *ad Thess.* 5. Suscipite infirmos: *suscipite*, in visceribus G charitatis fouendo, *infirmos*, quorum scilicet est virtus debilis vel ad resistendum malis, vel ad faciendum bona, *ad Rom.* 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. *Et hoc est quod ait* 1. *ad Cor.* 7. Hoc autem dico secundùm indulgentiam, & non secundùm imperium. *Secundùm indulgentiam;* idest H parcens infirmitati vestræ: subditis enim sunt quædam eorum infirmitati indulgenda, & non ad bona imperio cogendi: *nam immò ex eo, quod dicitur ad Pastores Ezech. loc. cit.* cum austeritate imperabatis, *mox deducitur quod sequitur:* & dispersi sunt greges mei. *Hinc idem Apostolus* 2. ad Tim. 4. *dolens dicebat:* In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. *Pro cujus notitia sciendum, quòd* Paulus I appellans (*Act.* 25. Cæsarem appello:) missus est Romam: & ideò oportuit, quòd præsentaretur Cæsari, vt discuteretur missionis suæ causa: & Iudæi venerunt contra eum. Et hoc Apostolus appellat *suam primam defensionem:* in qua discipuli defuerunt ei, timentes, ne à crudeli Nerone punirentur. Sed quia hoc fecerunt ex infirmitate, orat pro eis, & non excommunicat, *neque alio modo punit, infirmitati indulgens; ideò dicit*: non illis imputetur. *Discretus siquidem debet esse Prælatus in subditos: quod innuit idem Apostolus, cum ad eundem Timotheum loco cit. scribit:* Sobrius esto. *Vbi* sobrietas L ponitur pro discretione, *Act.* 26. Veritatis & sobrietatis verba loquor. *At non minùs, quàm Prælatus in subditos, debent subditi in Prælatum esse discreti; vnde ad illud* 2. *Cor.* 11. Sed & supportate me, *docemur*, quòd subditi M debent supportare Prælatos, & è conuerso, *ad Ephes.* 4. Supportantes inuicem in charitate. *Alioquin, si Prælatus discretus sit, & subditi indiscreti, aut è contra: nunquam regimen laude dignum erit, sed ex vtraque parte inquietum. Quin & pro vnione communitatis & pace, ad aliqua conniuendum prudenter est, ijs exclusis, quæ secundùm se mala sunt. Vnde & Apostoli in Ecclesiæ primordijs præceperunt, vt à* suffocatis & sanguine *abstineretur, vt habetur Act.* 15. Hæc *tamen* Apostoli N prohibuerunt, non quia mala secundùm se: sed quia conuersi erant quidam ex Iudæis, quidam ex Gentibus; ideò oportebat, adhoc quòd vnus populus ex eis fieret, quòd vni condescenderet alius, vt Iudæis, quibus abominabile erat comedere sanguinem & suffocatum, condescenderetur. Et ideò ad seruandam pacem, instituerunt Apostoli hoc esse seruandum pro tempore illo. *Quasi agnus, inquam, se habeat ad subditos Prælatus: qualis erat Apostolus Paulus, qui amantis idcirò nutricis nomen assumit, dum* 1. ad Thess. 2. *ita scribit:* Facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos: *nutrix, inquam*, quæ scilicet O condescendit infanti, balbutiendo ei loquens, vt puer loqui discat, & in gestibus ei etiam condescendit, 1. *Cor.* 9. Omnibus omnia factus sum. *Quinimmò, vti dulcior & amantior crederetur, tanquam matrem voluit se à Galatis reputari, dum sic ait cap.* 4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec &c. *Filioli mei.* Signanter P non eos *filios* vocat, sed *filiolos*, vt designet eorum imperfectionem, qua diminuti sunt, 1. *Cor.* 3. *Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi.* Sed notandum, quòd puer, dum est in parturitione, dicitur *filiolus*. Et isti tales erant, quia indigebant iterata parturitione: cum tamen parentes carnales semel tantùm parturiant filios. Et ideò dicit: *quos iterum parturio.* Nam semel eos parturierat in prima conuersione: sed quia jam auersi erant ab eo, qui eos vocauit, in aliud Euangelium,

Prælatus austerus peiores subditos facit.

A 2. Cor. 2. l. 2. ſ. & ibi, suffic.

B Apoc. 5. lect. 2. ibi, occisum. Et leo sit, & agnus.

Elias.

Moyses.

Austerus prælatus reprehenditur.

C Ad Gal. 4. l. 4. vel 5.

D Luc. 10. l. lit. c. ibi, vino.

Per vinum & oleum justitia & misericordia figurantur.

E 4. d. 23. 1. 1. q. 1. c.

F Matth. 26. lit. c. ibi, Oliueti.

G 1. Thess. 5. l. 1. ibi.

H 1. Cor. 7. l. 1. ibi.

I 2. Tim. 4. l. 4. ibi.

Paulus Cæsarem appellans, à suis discipulis derelinquitur.

L Ibid. l. 1. ſ.

M 2. Cor. 11. l. 1. & cap. 11. l. 4. initio.

Discretus non minùs sit in subditos Prælatus, quàm in hunc illi.

Pro vnione communitatis ad aliqua conniuendum.

N Ad Tit. 1. l. 4. ibi, omnia munda. Et ad Gal. 2. l. 1. ibi, circumcidi.

O 1. Thess. 2. l. 2. ibi.

P Ad Gal. 4. l. 5. vel 6. ibi.

Digitized by Google

gelium, indigebant, quod iteratò parturiret eos. Et ideò dicit, *parturio*; idest, cum labore & dolore ad lucem fidei reduco. *Et vt quid perfectius innuat, alibi Patrem se dicit*: Sicut Pater filios suos, deprecantes vos *affectu verè paterno, non carnali, sed spirituali*, & consolantes; *scilicet*, per verba Q lenia, 1. *ad Cor*.4. In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.

Q 1 Thess. 2. l. 1. ibi.

Et ejusmodi debet esse Prælatus. Hoc est oportere ex Apost. 1. *ad Tim*.3. *& ad Tit*.1. *Episcopum, & Prælatum esse* non iracundum, non percussorem, non litigiosum: *(quia nimirùm* Seruum Dei 2. *ad Tim*. 2. non oportet litigare; *&* 1. *Cor*. 11. Si quis videtur inter vos contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

Non sit iracundus, non litigiosus &c.

Contentio quid.

Et iterum 2. *Tim*.2. *cit*. Noli contendere verbis. *Contentio autem sumitur hîc*, prout importat R inordinationem, vt quando vtitur quis acrimonia in verbis, vel vltra modum debitum, vel contra qualitatem personæ. Et hoc S quia Episcopi sunt successores Apostolorum, quos Christus instruxit, vt pacem annunciarent. *Vnde & Pax vobis celebrando dicunt*.) Sed benignum, modestum, *idest* T patientem, *Psal*.91. Bene patientes erunt, vt annuncient, *subditis videlicet, fidei morumque veritatem. Ex quibus omnibus liquet quàm periculosum sit officium Pastorale* propter periculum immoderantiæ in exequendo.

R 2. Tim. 2. l. 2.

S 1. Tim. 3. l. 1. fi.

T 1. Tim. 3. l. 1. fi.

u *Quartò*, propter periculum cupiditatis in aggregando. *Non sunt autem verè Prælati & Pastores, qui* quærunt V quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi: & qui gregi præsunt, non vt oues pascant, sed vt ab eis pascantur, *Ezech*.34. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, comedebatis: gregem autem meum non pascebatis. *Et alibi*: Illi X Christo ministrant, qui ea, quæ sunt Christi, quærunt: qui commoda propria quærunt, non sunt ministri Christi, sed sui ipsorum.

Pastores non sunt nec Prælati, qui quærunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi.

V 4. d. 17. 3. 3. q. 5. ad 1. Hebr. 5. l. 1. ibi, in ijs.

X Ioan. 12. l. 4. lit. 1. ibi, ministrat.

Ne sit Prælatus turpis lucri cupidus.

Y 1. Pet. 5. ibi.

Vnde & illud 1. *Pet*.5. Prouidentes, non coactè, sed spontaneè, secundùm Deum; *exponitur*: idest Y non propter necessitatem inopiæ vitandam exerceatis Pastoralem curam: *sed spontaneè*, ita quòd necessitas victus ad hoc non pertrahat. Non est spontaneus, quem paupertas vrget: aut voluntarius, quem cupiditas trahit; *idcircò subdit*: neque turpis lucri gratia. *Quasi dicat*: Nullus quæstus amor vos compellat, vel dignitatis appetitus: sed amor Dei (*secundùm Deum*) & vtilitas proximi. *Cui cohæret illud* 1. *ad Tim*. 3. *& ad Tit*. 1. Oportet Episcopum esse *inter cætera* non turpis lucri cupidum: *quia videlicet* ponitur Z judex & ordinator Ecclesiæ: qui, si sit cupidus, de facili declinat à justitia, *Exod*.23. Ne accipias munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba justorum.

Z 1 Tim. 3. l. 1. fi. & ad Tit. 1. l. 2. fi.

Idcircò Hebr.5. *dicitur*: Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum. *Pro hominibus constituitur*: idest A pro ipsorum vtilitate. Non enim constituitur propter gloriam, non propter cumulandas diuitias, nec propter consanguineos ditandos. *In ijs, quæ sunt ad Deum*. Non ergo Pontifices debent se implicare negocijs secularibus, prætermissis ijs, quæ sunt ad Deum.

A Hebr. 5. l. 1. ibi.

Rebus secularibus non se immisceat.

B 2. Tim. 2. l. 1. ibi & Rom. 16. l. 1. ibi. assistatis.

Aliud est implicari, aliud se implicare.

Quod ait Apostolus 2. *Tim*.2. Nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus: *videlicet*, quia B solicitudo hujus seculi suffocat verbum, *Matth*.13. Non dicit autem, *implicatur*, sed dicit, *implicat se*: quia quandoque implicatur, & non se implicat. Implicat enim se, quando sine pietate & necessitate negocia secularia assumit: sed quando necessitas officij pietatis & authoritatis exercetur, tunc non implicat se, sed implicatur hujusmodi necessitate, *Rom*.16. Vt assistatis ei in quocunque negocio vestri indiguerit. *At de hoc satis V*. Clericus *dictum est*.

Periculum inest Prælato multa omittendi & committendi quoad se.

x *Quintò*, propter periculum ignauiæ in omittendo (*quoad se ipsos*) & laxationis in committendo: quia tunc majorem viam, & plures occasiones, & ampliores facultates habent peccandi: nec reprehenduntur, nisi vix. *Eapropter dicebat Augustinus*: Quantò (*Prælatus*) in loco superiori, tantò in periculo majori versatur *multa omittendi, & committendi, quæ fortè in minoribus constitutus non patraret. Vnde & potestas prælationis* (ex Mag. in 2. d. 44.) *potestas dicitur peccandi. Nam* in potestate C prælationis, quæ habitualis potentia est, includitur etiam habitualis potestas peccandi, quia propter potestatem prælationis (*nota*) multa peccata Prælati facere possunt, quæ non possent, si Prælati non essent.

C In 2. d. 44. exp. tex.

Potestas prælationis cur potestas dicatur peccandi.

Et nisi Deus specialiter adsit, periculosè sine casu stabit Prælatus. Indiget propterea ad hoc speciali Dei misericordia. Hinc 1. ad Tim. 1. *scribens Apostolus*: Timotheo *inquit* dilecto filio in fide, gratia, & misericordia, & pax. *Vbi Author aduertit, quòd* in alijs D Epistolis duo ponuntur (*scilicet*, gratia & pax) hic tria: quia Prælati pluribus indigent. Et sumitur hic *misericordia* pro remissione peccatorum: quia hæc est ex Dei misericordia: *gratia* verò pro munere gratiarum, quo indigent Prælati.

D 1. Tim. 1. l. 1. ibi.

Prælati pluribus à Deo indigent, quàm alij.

Qua tamen abuti non debent. Ea de causa 1. *ad eund. Tim. c*.4. Noli *inquit* negligere gratiam, quæ in te est &c. *Gratiam*. Per hoc E intellige vel dignitatem Episcopalem, vel donum scientiæ, vel prophetiæ, vel miraculorum: quorum nihil debet negligi, 2. *Cor*.6. Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

E 1. Tim. 4. l. 3. ibi.

Igitur ad eundem Timotheum cap.6. dicebat: O' Timothee, depositum custodi. *Vbi Author*: Semper *inquit* quando F instruit eum ad instructionem aliorum, monet, vt non negligat se. *Depositum custodi*; idest, vt se in gratia Dei conseruet.

F 1. Tim. 6 l. 4. init. & ibi.

Primò enim sibi attendere debet, subditis exinde, 1. *Tim*.4. Attende tibi, & doctrinæ: *Nam* aliqui G sic attendunt doctrinæ, quòd sui curam negligunt. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, *dicebat Ephesinæ Ecclesiæ majoribus idem Paulus* Act. 20. *Vbi* nota H ordinem verborum. Primò dicit, *attendite vobis*, deinde *gregi*, & postea sequitur *regimen Ecclesiæ*.

G 1. Tim. 4 l. 3. ibi.

Prælatus sibi caueat, deinde gregi.

H Apoc. 20. tem. 2. ibi, judicium.

Prælatus autem debet attendere sibi primò, vt peccata caueat, Eccli.1. *Attende in illis, ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem*. Maximè verò (*post pauca*) debet sibi attendere, ne peccet, Prælatus: quia exemplo ejus subditi scandalizantur, & ad peccandum trahuntur, *Eccli*.47. Peccauit Ieroboam, & peccare fecit Israel, & dedit viam peccandi Ephraim.

Caueat, ne peccet propter scandalum.

Sibi ergo caueant Prælati: quia eo ipso, quo cæteris prælati sunt, *ajebat Gregorius*, ad agenda qualibet majorem licentiam habent. *Et* (*quod deterius est, ruinamque majorem parat*) *cum peccant, subdit Author*, non reprehenduntur: *rarus enim est qui ausit: cum tamen possint fraternè corripi & debeant; tametsi non corrigi, siue puniri, nisi à majorem potestatem habente: de quo V*. Correptio *satis*.

Eorum, quæ ad suum officium spectant, debet scientiã habere: aliàs peccat.

I Ma. 3. 7. c. In 2. d. 22. a. 1. c. & 1. a 76. 2. Is. 5. ibi, captiuus. 1. Cor. 14. l. 7. ibi, ignorat.

Vnde ignorantia sit peccatum.

y *Sextò*, propter periculum ineptitudinis in ignorando: *cum tamen debeat Prælatus eorum omnium, quæ ad suum spectant munus, scientiam callere. Et hæc ignorans, omni procul dubio peccat*. Vnusquisque I tenetur scire quæ ad suum officium pertinent: sicut Episcopus ea, quæ pertinent ad officium Episcopale: & Sacerdos ea, quæ pertinet ad officium Sacerdotale; & sic de alijs: & horum ignorantia non est sine culpa. Sicut enim causa scientiæ est applicatio animi ad sciendum: ita causa ignorantiæ est, animum ad sciendum non applicare. Et hoc ipsum, quod est non applicare animum ad sciendum id, quod quis debet scire, est peccatum omissionis. Vnde si talis priuatio cum causa præcedente accipiatur, erit peccatum actuale per modum, quo omissio peccatum dicitur. *Hinc* 1. *Cor*. 14. *dicitur*: Si quis ignorat, ignorabitur. *Et Is*.5. Propterea (*en causalis*) captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. *Scire autem debet, vt subditos edoceat*.

Digitized by Google

Prælati cur stellæ.
L Apoc. 1. cum. 2. & 1. ibi.

erat. Idcircò per stellas signantur Prælati, *Apoc.* 1. Et habebat (*Filius hominis*) in dextera sua stellas septem. *Hæ autem septem* L stellæ sunt septem Ecclesiarum (*Ephesi, Smyrnæ &c.*) Episcopi, idest vniuersi Prælati, qui debent Mundo lucere verbo & exemplo; & esse fixi in Cœlo, idest in Christo, per fidem & spem & amorem; & apparere parui, cum tamen sint magni, Philipp. 2. *Sicut luminaria, verbum vitæ continentes*; & Bar. 3. *Stellæ dederunt lumen in custodijs suis*, idest in Ecclesijs suis.

Cur Sol.
M Matth. 5. lit. d. & Io. 5. l. 6. lit. f.

Quin & Soli comparantur à Domino Matth. 5. Vos estis lux Mundi. *Vos estis*, idest M esse debetis, *lux*. Comparantur autem luci ratione essentiæ, ratione actus, ratione virtutis. Lucis essentia est cœlestis. Et ipsi conuersatione debent esse cœlestes, Philipp. 4. *Nostra conuersatio in Cœlis est*. Lucis actus *secundùm Basilium* est, tenebras illuminare, vias dirigere, latibula manifestare, differentias rerum ostendere. Et ipsi debent illuminare in credendis, dirigere in operandis, vitanda manifestare, & modò comminando, modò exhortando, hominibus prædicare. Ratione virtutis: Lux enim ingerit delectationem, Eccle. 11. *Dulce lumen, & delectabile est oculis videre Solem*. Item terræ fecunditatem, & viuentibus generationem; *Sol & homo generant hominem*. Præter hæc, *secundùm Basilium*, veniente luce diei, ægritudines alleuiantur, homines à somno excitantur, aues garriunt, bestiæ ad sua latibula fugiunt. Sic luce Apostolorum (*& successorum Prælatorum*) Mundus est ædificatus exemplis, inflammatus doctrinis, fecundatus bonis operibus, alleuiatus peccatis, excitatus à negligentijs, animatus ad contemplationem cœlestium, ereptus de potestate dæmonum. *Proprius tamen effectus lucis spiritualis est, tenebras intellectus illuminare: hoc autem fit per doctrinam, qua Prælatus mentes illuminat subditorum, simulque pectora inflammat; vnde de Ioanne dicitur Ioan.* 5. Erat lucerna ardens & lucens. *Lucerna*: quia *non erat ille lux*, Ioann. 1. Nam lux est N quæ per seipsam lucet: lucerna verò, quæ per participationem lucet. Dicitur autem *ardens & lucens*: nam sicut lucerna lucere non potest, nisi igne accendatur: ita lucerna spiritualis non lucet, nisi priùs ardeat & inflammetur igne charitatis. Et ideò ardor præmittitur illustrationi, quia per ardorem charitatis datur cognitio veritatis. *Nec ideò malorum Prælatorum sana doctrina respuenda est, sed promptè excipienda, vtpote à Spiritu Sancto immissa; vnde & de Caipha, qui prophetauit*: Expedit vt vnus moriatur homo pro populo &c. *scribit c.* 11. *Ioannes*: Hoc autem à semetipso non dixit: sed, cum esset Pontifex anni illius, prophetauit: *vt nimirùm innueret, eum hac in re à Spiritu Sancto fuisse præmotum. Alioquin* Ioannes O non addidisset: *cum esset Pontifex anni illius*. Ideò ergo Caiphæ dignitatem addidit, vt insinuaret, eum instinctu Spiritus Sancti fuisse locutum. Ex quo datur nobis intelligi, quòd etiam malos in dignitate constitutos Spiritus Sanctus mouet ad loquendum aliqua vera, & futura, pro vtilitate duntaxat subditorum. *Veritas siquidem omnis ab eo est*: Verum P à quocunque dicatur (*ajebat Ambrosius*) à Spiritu Sancto est. *Hac de causa de Scribis & Pharisæis dicebat Dominus Matth.* 23. Quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere. *Quibus in verbis* docet Q cautelam. Prælatus enim præficitur, vt doceat non solùm doctrinâ, sed etiam vitâ. Et debemus ei concordare quantùm ad ea, quæ docet. Similiter etiam debemus ei conformari in vita. Isti autem non dissonant à doctrina, sed à vita: ideò doctrina eorum est attendenda, sed vita cauenda. *Quid autem Prælatum docere oporteat, tradit Apostolus* 1. ad Tim. 2. *cum de se ipso ait*: Doctor Gentium in fide & veritate: *videlicet*, quia R debet docere fidem & bonos mores. *Vnde & signanter dicit ad Ephes.* 4. Alios autem Pastores & Doctores. *Pastores*: curam scilicet S Dominici gregis habentes. Et sub eodem addit: *& Doctores*, ad ostendendum, quòd proprium officium Pastorum Ecclesiæ est, docere ea, quæ pertinent ad fidem, & bonos mores: (*sicque* Prælati T solius hoc est, quantùm ad publicam exhortationem, quæ fit in Ecclesia: & nulli licet prædicare, nisi Prælato, vel de licentia Prælati, *ad Roman.* 10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur?) *Quoad fidem autem*, plura V tenentur explicitè credere Majores, qui habent officium alios instruendi, quàm alij. *Idcircò* 1. *ad Thess.* 3. *dicebat Apostolus*: Misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in Euangelio Christi, ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide vestra. *Ad confirmandos inquit & exhortandos*: quia X per exhortationes animus hominis confirmatur, *Iob* 4. Vacillantes confirmauerunt sermones tui; *& Luc.* 22. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. *Quod nedum de publica ad populum prædicatione, sed & de priuata ad Clericos, siue ad Religiosos sermocinatione intellige*. *Sicut enim* consuetudo Christi Y erat, & præcipuè in magnis festis, post cœnam discipulos seorsum ducere, & aliqua sublimia de festo docere, quæ non erat fas alios audire: *Ita, Domini exemplo, Prælatus siue sæcularis ad Clericos, siue Regularis ad fratres, in præcipuis solemnitatibus debet parænetic um habere sermonem. Immò in Ordine nostro Prædicatorum statuitur, vt quotidiana, vel saltem de quindena in quindenam, hortatoria ad fratres Capitula habeantur: non alia de causa, nisi quia, vt dictum est*, per exhortationes *Prælatorum* animus hominis *plùsue minùsue in bene agendo & in legum obseruantia* confirmatur. *Hoc autem Prælatus facere consueuit sedendo: ad populum autem & turbas stando Concionator sermocinatur. Quod quidem exemplo Christi in Ecclesia fit; vnde Ioann.* 7. *dicitur*: Stabat Iesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. *Et quòd ad turbas clamaret, patet ex eo, quod subditur*: Ex illa ergo hora turba, cum audissent hos sermones ejus &c. *Matthæi autem* 5. *legimus*: Videns Iesus turbas, ascendit in montem: & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus, & aperiens os suum, docebat eos. *Ex quo Author*: Christus Z docuit sedens, & stans. Sedens quidem docuit discipulos *Matth.* 5. stans autem turbas *Io.* 7. Et ideò ex hoc inoleuit consuetudo in Ecclesia, vt turbis prædicetur stando: Religiosis verò & Clericis sedendo. Cujus ratio est: quia, cum prædicatio ad turbas fit quasi ad eas conuertendas, fit per modum exhortationis: sed, cum prædicatio ad Clerum fit quasi ad existentes in domo Dei, est vt quædam commemoratio. *Vt videlicet per solam eorum, quæ seruare debent, rememorationem stabiliantur in perfectione, quam profitentur. Vtinam modò, non commemorationes, sed & acres declamationes sufficerent! Ad præfata autem, necesse est, vt plurium, quàm priuatus quisque, notitiam calleat Prælatus. Hinc ad illud Malach.* 2. Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore ejus, *docemur, quòd* Sacerdos A habet duos actus. Vnum principalem supra corpus Christi verum: & alterum secundarium supra corpus mysticum. Secundus autem actus dependet à primo, sed non conuertitur. Et ideò aliqui ad Sacerdotium promouentur, quibus committitur primus actus tantùm: sicut Religiosi, quibus cura animarum non committitur; & à talium ore non requiritur lex, sed solùm, quòd Sacramenta conficiant: & ideò talibus sufficit, si tantum de scientia habeant, quòd ea, quæ ad Sacramentum perficiendum spectant, ritè seruare possint. Alij autem promouentur ad alium actum, qui est supra corpus Christi mysticum; & à talium ore populus legem requirit: vnde scientia legis in eis esse debet,

N Ioann. 6. & Matth. 5. locis cit.
Per ardorem charitatis datur cognitio veritatis.
Etiam malorum prælatorum sana doctrina excipienda, vtpote à Spiritu Sancto immissa: sicut de Caipha cōtigit prophetante.
O Ioan. 11. l. 7. lit. g.
P Ver. 1. 8. in 1. Sed contra. Verum à quocunque dicatur, à Spiritu Sancto est.
Q Matth. 23. lit. a. ibi.
Quid Prælatus edoceat.
R 1. Tim. 2. l. 3. ibi.
S Ephes. 4. l. 4. ibi.
Pastores & Doctores simul jūguntur ab Apostolo præfata de causa.
T Ad Hann. in 1. 9. 2. a. 4. c. ad Prom. In 4. d. 19. a. 2. q. 1. ad 4.
Soli Prælato competit ex officio prædicare, vel de illius commissione.
V 2. 2. q. 2. a. 6. ad 1.
X 1. Thess. 3. ibi.
Y Ioan. 13. l. 1. lit. a. ff.
Christi consuetudo erat, in magnis festis ad discipulos sermocinari.
Quem debent Prælati imitari.
Z Ioan. 7. l. 5. lit. a. ibi, stabat. Matth. 5. lit. a. ibi, cum sedisset.
Cur ad turbas prædicetur stādo: ad Clericos & Religiosos sedendo.
A 4. d. 24. 1. 3. q. 2. ad 1.
Quid scire debeat Prælatus.

Digitized by Google

debet, non quidem, vt sciant omnes difficiles quæstiones legis; quia in his debet ad Superiores haberi recursus: sed sciant quæ populus debet credere & obseruare de lege. Sed ad superiores Sacerdotes, scilicet Episcopos, pertinet, vt etiam ea, quæ difficultatem in lege facere possint, sciant; & tantò magis, quantò in majori gradu collocantur. *Et ad hoc hortabatur Apostolus* 1. ad Tim. 4. *eundem Episcopum & Prælatum*: Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. *Etenim* per duo B est idoneus Prælatus ad docendum, scilicet per lectionem, in qua acquirit scientiam: & per exercitium, in quo efficitur promptus. Et ideò dicit: *Dum venio, attende lectioni*, scilicet librorum Sanctorum, 1. Mach. 12. *Habentes solatio sanctos libros*, & Ioan. 5. *Scrutamini Scripturas*. Et hoc significatur *Exod.* 25. vbi dicitur, quòd semper in Arca Domini debebant esse vectes in circulis, & circuli in angulis: quasi semper parati ad portandum. Ad exercitium autem necessaria est exhortatio quantùm ad agenda, doctrina quantùm ad cognoscenda. Ideò addit: *exhortationi & doctrinæ*. Et subdit: *Hæc meditare, in his esto &c.* Meditare, *idest*, frequenter cogita quæ sunt ad curam gregis tui: *in his esto*, idest tota virtus tua sit ad hoc. *Et quare?* vt profectus tuus manifestus sit omnibus: *quia sine his grex non proficit. Eapropter inter conditiones in Episcopo requisitas*, Oportet *inquit Apostolus 1. ad Tim.*3. Episcopum esse Doctorem; *& ad Tit.*1. amplectentem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. *Amplectentem*, dicit: C aliquid enim amplectens, illud diligenter constringit: & amplexus ex dilectione fit. Oportet enim eum scientiæ inhærere cum amplexu, idest firma adhæsione animi, & cordis dilectione, Sap. 6. *Præoccupat eos, qui se concupiscunt*, & Prou. 4. *Glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus*. Materia studij non debent esse fabulæ, nec temporalia, sed *sermo fidelis*, idest verus: vel *sermo fidelis*, idest fidei, in qua oportet Episcopum instrui. *Vt potens sit exhortari in doctrina sana &c.* Non dicit, *vt exhortetur*: sed *vt potens sit exhortari*. Quod est, cum habet in promptu exhortationes, quando est necesse exequi. *Ex quo Prælaturæ incapax in Religione nostra jure meritò declaratur* qui nescit competenter proponere verbum Dei: *talis enim* potens non est exhortari (*neque enim habet in promptu exhortationes*) in doctrina, *cum vel ex ignorantia possit non sanam depromere, fitque proinde subditis, si quando adhortatur, in derisum & subsannationem, vt non rarò contingit. Nec tamen ab horum electione abstinetur in claustris. An verò docens, vel prædicans, vel corripiens in peccato mortali, mortaliter peccet Prælatus: vide V.* Correptio, *& V.* Doctor Ecclesiasticus.

B 1 Tim. 4. l. 3. ibi.
Per duo fit ad docendū idoneus.

C Ad Tit. 1. l. 3. ibi.

Quænam Prælato studij materia.

Incapax prælaturæ qui nescit proponere verbum Dei.

z *Septimò*, propter periculum pusillanimitatis in dissimulando culpas hominum: vel quia timent ipsorum offensam aut damnum: vel quia similem habent statum: aut propter aliam causam non rectam, Is. 56. *Canes muti non valentes latrare*, idest D contra vitia; & ita in peccatis nutrientes, *Ezech.* 22. Prophetæ ejus liniebant eos absque temperamento. *Ex quo subditorum inuoluuntur peccatis vbi consentiunt: sibi enim imputantur. Et hoc est quod ajebat David Psal.*18. Ab alienis parce seruo tuo. *Siquidem*, quando E peccatum alienum transit ad te per imitationem, vel persuasionem aut consensum: vel (*ad rem nostram*) per dissimulationem tempore & loco debito: tunc fit tuum, & imputatur. Et hoc maximè in Prælatis, quando dissimulant scienter scelera subditorum. *In quorum persona dixit Isaias c.6.* Væ mihi, quia tacui. *Quo sensu furti dicitur reus*, mutus, non obstans: quando scilicet F aliquis non impedit, cum possit & debeat impedire: *qualis est Prælatus. Et clariùs Apostolus ad Rom.*1. Qui talia agunt, digni sunt morte: & non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. *Vbi Author*: Pœna *inquit* æterna G debetur primò ijs, qui talia agunt, scilicet prædicta (*quæ recensuerat Apostolus*) peccata: secundò ijs, qui consentiunt facientibus. Et hoc dupliciter. Vno modo directè vel laudando peccatum, secundùm illud Psal.9. *Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ*: vel etiam præbendo consilium & fauorem, secundùm illud 2. Par. 19. *Impio præbes auxilium*. Alio modo indirectè: quando quis non reprehendit aut impedit quocunque modo, si potest; & præcipuè, si ex officio incumbat, sicut peccata filiorum imputantur Heli, vt patet 1. Reg.4. *Et hoc modo consentiunt facientibus Prælati, subditorum peccata dissimulando*: ex hoc *enim* ipso H quòd Prælati dissimulant, videntur annuere. *Quod vtique prouenit ex pusillanimitate*. Pusillanimis *autem* est I non habens animum ad magna, timens ne deficiat, *Is.*35. Dicite pusillanimis: Confortamini, & nolite timere. *Hæc autem pusillanimitas peccatum est*. Sicut *enim* per præsumptionem L aliquis excedit proportionem suæ potentiæ, dum nititur ad majora, quàm possit: ita pusillanimus deficit à proportione suæ potentiæ, dum recusat in id tendere, quod est suæ potentiæ commensuratum. Et ideò, sicut præsumptio est peccatum, ita & pusillanimitas. Et inde est, quòd seruus, qui acceptam pecuniam domini sui fodit in terram, nec est operatus ex ea propter quendam pusillanimitatis timorem, punitur à Domino, vt habetur *Matth.*25. *& Luc.*19. Non quia non possumus, non audemus, *ajebat Seneca*: sed quia non audemus, non possumus.

Subditorum peccata non dissimulet quauis de causa.

D Is. 56. ibi.

E Ps. 18. lit. h. ibi.
Aliàs sibi imputantur.

F 2, 2. 62. 7. c.

G Rom. 1. fi. cap.

H 2. 2. 147. 4. ad 3. fi.
Qui dissimulat, videtur annuere: quod prouenit ex pusillanimitate.

I 1. Thess. 5. l. 2. ibi. pusillanimes.
Pusillanimitas peccatum est, sicut ab opposito & præsumptio.

L 2. 2. 133. 1. c.

Seneca.

a *Octauò*, propter periculum incuriæ in negligendo (*quod cum præfata dissimulatione coincidit*) *Zach.*11. O' Pastor, & idolum, derelinquens gregem! *Cui propterea dicitur Apoc.*2. Habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum: similiter pœnitentiam age. *Similiter*, idest M simul cum illis, *pœnitentiam age*: tu de negligentia, isti de culpa. *Et subdit*: Si quo minùs, veniam tibi citò &c. *Veniam tibi*, idest N contra te, qui non corrigis. Q.d. In aduentu meo ad judicium (*vel*, in morte) sentire te faciam iram meam & vindictam. *Et iterum*; Habeo aduersùs te pauca: quia permittis mulierem Iezabel &c. *Vbi* tangitur O ejus negligentia: *quia permittis*, non excommunicando, vel non puniendo. *Huc facit quod habetur* Matth. 18. *in parabola de seruis: in qua dicitur, quòd* cum Rex cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. *Vbi Author*: Si P ad Prælatos, *inquit*, referimus hæc talenta, peccata subditorum intelligimus: quia quoties peccat subditus, Prælatus per negligentiam suam efficitur debitor talentorum, 3. *Reg.* 20. Si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima ejus. *Idcircò 1. ad Tim.* 4. *eum hortabatur Paulus*: Noli negligere gratiam, quæ data est tibi cum impositione manuum presbyterij: *etenim* qui timet Deum, nihil negligit, *Eccle.*7. *Sanè negligens esse non debet qui & vinitor in Ecclesiæ vinea est, & in possessione Ecclesiæ constitutus agricola. Is.* 5. Vinea Domini exercituum domus Israel est. *In hanc Ecclesiæ vineam exijt diuinus* Paterfamilias conducere operarios, *vt dicitur Matth.*20. Spiritualiter Q Prælati sunt operarij, Is.61. *Et vocabuntur in ea fortes justitiæ, plantatio Domini ad glorificandum*. Dicuntur autem conducti, quia pro merito operari debent, & quasi mercenarij, Iob 14. *Militia est vita hominis super terram, & sicut mercenarij dies ejus*. Sicut enim mercenarius non statim accipit mercedem, sed expectat: sic nos in vita ista. Sed ad hoc quòd aliquis sit bonus mercenarius, oportet quòd laboret ad commodum domini sui: ita, si laboramus in vinea Ecclesiæ, totum referre

Non sit Prælatus in regimine negligens.

M Apoc. 2. com. 1. ibi.

N Ibid. ibi. com. 1. & 2.

O Ibid. ibi.

P Matth. 18. lit. c ibi.
Aliàs debitor efficitur Deo de peccatis subditorum.

Vinitor, qualis est Prælatus, cultum non negligit.

Q Matth. 20. lit. a. ibi.

Quisnam bonus Operarius mercenarius.

Digitized by Google

Prælati cur stellæ.
L Apoc.1.com. 2.& 1.ibi.

ceat. Idcircò per stellas significantur Prælati, Apoc.1. Et habebat (*Filius hominis*) in dextera sua stellas septem. *Hæ autem* septem L stellæ sunt septem Ecclesiarum (*Ephesi, Smyrnæ &c.*) Episcopi, idest vniuersi Prælati, qui debent Mundo lucere verbo & exemplo; & esse fixi in Cœlo, idest in Christo, per fidem & spem & amorem; & apparere parui, cum tamen sint magni, Philipp. 2. *Sicut luminaria, verbum vitæ continentes*; & Bar. 3. *Stellæ dederunt lumen in custodijs suis*, idest in Ecclesijs suis. *Quin & Soli comparantur à Domino Matth.* 5. Vos estis lux Mundi. *Vos estis*, idest M esse debetis, *lux*. Comparantur autem luci ratione essentiæ, ratione actus, ratione virtutis. Lucis essentia est cœlestis. Et ipsi conuersatione debent esse cœlestes, Philipp.4. *Nostra conuersatio in Cœlis est*. Lucis actus *secundùm Basilium* est, tenebras illuminare, vias dirigere, latibula manifestare, differentias rerum ostendere. Et ipsi debent illuminare in credendis, dirigere in operandis, vitanda manifestare, & modò comminando, modò exhortando, hominibus prædicare. Ratione virtutis: Lux enim ingerit delectationem, Eccle. 11. *Dulce lumen, & delectabile est oculis videre Solem*. Item terræ fecunditatem, & viuentibus generationem; *Sol & homo generant hominem*. Præter hæc, *secundùm Basilium*, veniente luce diei, ægritudines alleuiantur, homines à somno excitantur, aues garriunt, bestiæ ad sua latibula fugiunt. Sic luce Apostolorum (*& successorum Prælatorum*) Mundus est ædificatus exemplis, inflammatus doctrinis, fecundatus bonis operibus, alleuiatus peccatis, excitatus à negligentijs, animatus ad contemplationem cœlestium, ereptus de potestate dæmonum. *Proprius tamen effectus lucis spiritualis est, tenebras intellectus illuminare: hoc autem fit per doctrinam, qua Prælatus mentes illuminat subditorum, simulque pectora inflammat*; *vnde de Ioanne dicitur Ioan.*5. Erat lucerna ardens & lucens. *Lucerna*: quia *non erat ille lux*, Ioann.1. Nam lux est N quæ per seipsam lucet: lucerna verò, quæ per participationem lucet. Dicitur autem *ardens & lucens*: nam sicut lucerna lucere non potest, nisi igne accendatur: ita lucerna spiritualis non lucet, nisi priùs ardeat & inflammetur igne charitatis. Et ideò ardor præmittitur illustrationi, quia per ardorem charitatis datur cognitio veritatis. *Nec ideò malorum Prælatorum sana doctrina respuenda est, sed promptè excipienda, vtpote à Spiritu Sancto immissa; vnde & de Caipha, qui prophetauit*: Expedit vt vnus moriatur homo pro populo &c. *scribit c.*11. *Ioannes*: Hoc autem à semetipso non dixit: sed, cum esset Pontifex anni illius, prophetauit: *vt nimirùm innueret, eum hac in re à Spiritu Sancto fuisse præmotum. Alioquin* Ioannes O non addidisset: *cum esset Pontifex anni illius*. Ideò ergo Caiphæ dignitatem addidit, vt insinuaret, eum instinctu Spiritus Sancti fuisse locutum. Ex quo datur nobis intelligi, quòd etiam malos in dignitate constitutos Spiritus Sanctus mouet ad loquendum aliqua vera, & futura, pro vtilitate duntaxat subditorum. *Veritas siquidem omnis ab eo est*: Verum P à quocunque dicatur (*aiebat Ambrosius*) à Spiritu Sancto est. *Hac de causa de Scribis & Pharisæis dicebat Dominus Matth.* 23. Quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere. *Quibus in verbis* docet Q cautelam. Prælatus enim præficitur, vt doceat non solùm doctrinâ, sed etiam vitâ. Et debemus ei concordare quantùm ad ea, quæ docet. Similiter etiam debemus ei conformari in vita. Isti autem non dissonant à doctrina, sed à vita: ideò doctrina eorum est attendenda, sed vita cauenda. *Quid autem Prælatum docere oporteat, tradit Apostolus* 1. ad Tim.2. *cum de se ipso ait*: Doctor Gentium in fide & veritate: *videlicet*, quia R debet docere fidem & bonos mores. *Vn-*

Cur Sol.
M Matth. 5. lit. d. fi. Io. 5. l.6. lit. f.
N Ioan. 6. & Matth. 5. locis cit.
Per ardorem charitatis datur cognitio veritatis.
Etiam malorum prælatorum sana doctrina excipienda, vtpote à Spiritu Sancto immissa: sicut de Caipha cõtigit prophetante.
O Ioan.11.l.7. lit. g.
P Ver. 1. 8. in 1. Sed contra. Verum, à quocunque dicatur, à Spiritu Sancto est.
Q Matth. 23. lit. a. ibi.
Quid Prælatus edoceat.
R 1.Tim. 2. l. 2. ibi.

*de & signanter dicit ad Ephes.*4. Alios autem Pastores & Doctores. *Pastores*: curam scilicet S Dominici gregis habentes. Et sub eodem addit: *& Doctores*, ad ostendendum, quòd proprium officium Pastorum Ecclesiæ est, docere ea, quæ pertinent ad fidem, & bonos mores: (*sicque* Prælati T solius hoc est, quantùm ad publicam exhortationem, quæ fit in Ecclesia: & nulli licet prædicare, nisi Prælato, vel de licentia Prælati, *ad Roman.*10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur?) *Quoad fidem autem*, plura V tenentur explicitè credere Majores, qui habent officium alios instruendi, quàm alij. *Idcircò* 1. *ad Thess.* 3. *dicebat Apostolus*: Misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in Euangelio Christi, ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide vestra. *Ad confirmandos* inquit *& exhortandos*: quia X per exhortationes animus hominis confirmatur, *Iob* 4. Vacillantes confirmauerunt sermones tui; *& Luc.* 22. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. *Quod nedum de publica ad populum prædicatione, sed & de priuata ad Clericos, siue ad Religiosos sermocinatione intellige. Sicut enim* consuetudo Christi Y erat, & præcipuè in magnis festis, post cœnam discipulos seorsum ducere, & aliqua sublimia de festo docere, quæ non erat fas alios audire: *Ita, Domini exemplo, Prælatus siue sæcularis ad Clericos, siue Regularis ad fratres, in præcipuis solemnitatibus debet paræneticum habere sermonem. Immò in Ordine nostro Prædicatorum statuitur, vt quotidiana, vel saltem de quindena in quindenam, hortatoria ad fratres Capitula habeantur: non alia de causa, nisi quia, vt dictum est*, per exhortationes *Prælatorum* animus hominis *plùsue minùsue in bene agendo & in legum obseruantia* confirmatur. *Hoc autem Prælatus facere consueuit sedendo: ad populum autem & turbas stando Concionator sermocinatur. Quod quidem exemplo Christi in Ecclesia fit; vnde Ioann.7. dicitur:* Stabat Iesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. *Et quòd ad turbas clamaret, patet ex eo, quod subditur*: Ex illa ergo hora turba, cum audissent hos sermones ejus &c. *Matthæi autem* 5. *legimus*: Videns Iesus turbas, ascendit in montem: & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus, & aperiens os suum, docebat eos. *Ex quo Author*: Christus Z docuit sedens, & stans. Sedens quidem docuit discipulos *Matth.*5. stans autem turbas *Io.*7. Et ideò ex hoc inoleuit consuetudo in Ecclesia, vt turbis prædicetur stando: Religiosis verò & Clericis sedendo. Cujus ratio est: quia, cum prædicatio ad turbas fit quasi ad eas conuertendas, fit per modum exhortationis: sed, cum prædicatio ad Clerum fit quasi ad existentes in domo Dei, est vt quædam commemoratio. *Vt videlicet per solam eorum, quæ seruare debent, rememorationem stabiliantur in perfectione, quam profitentur. Vtinam modò, non commemorationes, sed & acres declamationes sufficerent! Ad præfata autem, necesse est, vt plurium, quàm priuatus quisque, notitiam calleat Prælatus. Hinc ad illud Malach.*2. Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore ejus, *docemur*, quòd Sacerdos A habet duos actus. Vnum principalem supra corpus Christi verum: & alterum secundarium supra corpus mysticum. Secundus autem actus dependet à primo, sed non conuertitur. Et ideò aliqui ad Sacerdotium promouentur, quibus committitur primus actus tantùm: sicut Religiosi, quibus cura animarum non committitur; & à talium ore non requiritur lex, sed solùm, quòd Sacramenta conficiant: & ideò talibus sufficit, si tantum de scientia habeant, quòd ea, quæ ad Sacramentum perficiendum spectant, ritè seruare possint. Alij autem promouentur ad alium actum, qui est supra corpus Christi mysticum; & à talium ore populus legem requirit: vnde scientia legis in eis esse

debet,

S Ephes.4 l.4. ibi.
Pastores & Doctores simul iũguntur ab Apostolo præfata de causa.
T Ad Hann in 1.9.2. a 4.r.ad Prem. In 4. d. 19. a. 2. q. 1. ad 4.
Soli Prælato competit ex officio prædicare, vel ex illius commissione.
V 2.2. a. 6. ad 1.
X 1. Thess. 3. ibi.
Y Ioan. 13 l.1. lit. a. fi.
Christi consuetudo erat, in magnis festis ad discipulos sermocinari.
Quem debent Prælati imitari.
Z Ioan. 7. l. 5. lit. a. ibi. stabat. Matth. 5. lit. a. ibi. cum sedisset.
Coram turbas prædicetur stãdo; ad Clericos & Religiosos sedendo.
A 4.d.24. q.1. 3. q. 2. ad 2.
Quid scire debeat Prælatus.

Digitized by Google

debet, non quidem, vt sciant omnes difficiles quæstiones legis; quia in his debet ad Superiores haberi recursus: sed sciant quæ populus debet credere & obseruare de lege. Sed ad superiores Sacerdotes, scilicet Episcopos, pertinet, vt etiam ea, quæ difficultatem in lege facere possint, sciant; & tantò magis, quantò in majori gradu collocantur. *Et ad hoc hortabatur Apostolus* 1. ad Tim. 4. *eundem Episcopum & Prælatum*: Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. *Etenim* per duo B est idoneus Prælatus ad docendum, scilicet per lectionem, in qua acquirit scientiam: & per exercitium, in quo efficitur promptus. Et ideò dicit: *Dum venio, attende lectioni*, scilicet librorum Sanctorum, 1. Mach. 12. *Habentes solatio sanctos libros*, & Ioan. 5. *Scrutamini Scripturas*. Et hoc significatur Exod. 25. vbi dicitur, quòd semper in Arca Domini debebant esse vectes in circulis, & circuli in angulis: quasi semper parati ad portandum. Ad exercitium autem necessaria est exhortatio quantùm ad agenda, doctrina quantùm ad cognoscenda. Ideò addit: *exhortationi & doctrinæ*. Et subdit: *Hæc meditare, in his esto &c.* Meditare, *idest*, frequenter cogita quæ sunt ad curam gregis tui: *in his esto*, idest tota virtus tua sit ad hoc. *Et quare*? vt profectus tuus manifestus sit omnibus: *quia sine his grex non proficit*. *Eapropter inter conditiones in Episcopo requisitas*, Oportet *inquit Apostolus* 1. *ad Tim*. 3. Episcopum esse Doctorem; *& ad Tit*. 1. amplectentem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. *Amplectentem*, dicit: C aliquid enim amplectens, illud diligenter constringit: & amplexus ex dilectione fit. Oportet enim eum scientiæ inhærere cum amplexu, idest firma adhæsione animi, & cordis dilectione, Sap. 6. *Præoccupat eos, qui se concupiscunt*, & Prou. 4. *Glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus*. Materia studij non debent esse fabulæ, nec temporalia, sed *sermo fidelis*, idest verus: vel *sermo fidelis*, idest fidei, in qua oportet Episcopum instrui. *Vt potens sit exhortari in doctrina sana &c.* Non dicit, *vt exhortetur*: sed *vt potens sit exhortari*. Quod est, cum habet in promptu exhortationes, quando est necesse exequi. *Ex quo Prælaturæ incapax in Religione nostra juremeritò declaratur* qui nescit competenter proponere verbum Dei: *talis enim* potens non est exhortari (*neque enim habet in promptu exhortationes*) in doctrina, *cum vel ex ignorantia possit non sanam depromere, fitque proinde subditis, si quando adhortatur, in derisum & subsannationem, vt non rarò contingit*. *Nec tamen ab horum electione abstinetur in claustris*. *An verò docens, vel prædicans, vel corripiens in peccato mortali, mortaliter peccet Prælatus: vide V.* Correptio, *& V.* Doctor Ecclesiasticus.

B 1. Tim. 4. l. 3. ibi.

Per duo fit ad docendū idoneus.

C Ad Tit. 1. l. 3. ibi.

Quænam Prælato studij materia.

Incapax prælaturæ qui nescit proponere verbum Dei.

z *Septimò*, propter periculum pusillanimitatis in dissimulando culpas hominum: vel quia timent ipsorum offensam aut damnum: vel quia similem habent statum: aut propter aliam causam non rectam, Is. 56. *Canes muti non valentes latrare*, idest D contra vitia; & ita in peccatis nutrientes, Ezech. 22. Prophetæ ejus liniebant eos absque temperamento. *Ex quo subditorum inuoluuntur peccatis vbi consentiunt: sibi enim imputantur*. *Et hoc est quod ajebat David Psal*. 18. Ab alienis parce seruo tuo. *Siquidem*, quando E peccatum alienum transit ad te per imitationem, vel persuasionem aut consensum: vel (*ad rem nostram*) per dissimulationem tempore & loco debito: tunc fit tuum, & imputatur. Et hoc maximè in Prælatis, quando dissimulant scienter scelera subditorum. *In quorum persona dixit Isaias c.* 6. Væ mihi, quia tacui. *Quo sensu furti dicitur reus*, mutus, non obstans: quando scilicet F aliquis non impedit, cum possit & debeat impedire: *qualis est Prælatus*. *Et clariùs Apostolus ad Rom*. 1. Qui talia agunt, digni sunt morte: & non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. *Vbi Author*: Pœna *inquit* æterna G debetur primò ijs, qui talia agunt, scilicet prædicta (*quæ recensuerat Apostolus*) peccata: secundò ijs, qui consentiunt facientibus. Et hoc dupliciter. Vno modo directè vel laudando peccatum, secundùm illud Psal. 9. *Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ*: vel etiam præbendo consilium & fauorem, secundùm illud 2. Par. 19. *Impio præbes auxilium*. Alio modo indirectè: quando quis non reprehendit aut impedit quocunque modo, si potest; & præcipuè, si ex officio incumbat, sicut peccata filiorum imputantur Heli, vt patet 1. Reg. 4. *Et hoc modo consentiunt facientibus Prælati subditorum peccata dissimulando*: ex hoc enim ipso H quòd Prælati dissimulant, videntur annuere. *Quod vtique prouenit ex pusillanimitate*. Pusillanimis *autem* est I non habens animum ad magna, timens ne deficiat, Is. 35. Dicite pusillanimis: Confortamini, & nolite timere. *Hæc autem pusillanimitas peccatum est*. *Sicut enim* per præsumptionem L aliquis excedit proportionem suæ potentiæ, dum nititur ad majora, quàm possit: ita pusillanimus deficit à proportione suæ potentiæ, dum recusat in id tendere, quod est suæ potentiæ commensuratum. Et ideò, sicut præsumptio est peccatum, ita & pusillanimitas. Et inde est, quòd seruus, qui acceptam pecuniam domini sui fodit in terram, nec est operatus ex ea propter quendam pusillanimitatis timorem, punitur à Domino, vt habetur *Matth*. 25. *& Luc*. 19. Non quia non possumus, non audemus, *ajebat Seneca*: sed quia non audemus, non possumus.

Subditorum peccata non dissimulet quauis de causa.

D Is. 56. ibi.

E Ps. 18. lit. h. ibi.

Aliàs sibi imputantur.

F 2. 2. 62. 7. c.

G Rom. 1. fi. exp.

H 1. 2. 147. 4. ad 3. fi.

Qui dissimulat, videtur annuere; quod prouenit ex pusillanimitate.

I 1. Thess. 5. l. 2. ibi. pusillanimes.

Pusillanimitas peccatum est, sicut ab opposito & præsumptio.

L 2. 2. 133. 1. c.

Seneca.

a *Octauò*, propter periculum incuriæ in negligendo (*quod cum præfata dissimulatione coincidit*) *Zach*. 11. O Pastor, & idolum, derelinquens gregem! *Cui propterea dicitur Apoc*. 2. Habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum: similiter pœnitentiam age. *Similiter*, idest M simul cum illis, *pœnitentiam age*: tu de negligentia, isti de culpa. *Et subdit*: Si quo minùs, veniam tibi citò &c. *Veniam tibi*, idest N contra te, qui non corrigis. Q. d. In aduentu meo ad judicium (*vel*, in morte) sentire te faciam iram meam & vindictam. *Et iterum*; Habeo aduersùs te pauca: quia permittis mulierem Iezabel &c. *Vbi* tangitur O ejus negligentia: *quia permittis*, non excommunicando, vel non puniendo. *Huc facit quod habetur* Matth. 18. *in parabola de seruis: in qua dicitur*, quòd cum Rex cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. *Vbi Author*: Si P ad Prælatos, *inquit*, referimus hæc talenta, peccata subditorum intelligimus: quia quoties peccat subditus, Prælatus per negligentiam suam efficitur debitor talentorum, 3. *Reg*. 20. Si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima ejus. *Idcircò* 1. *ad Tim*. 4. *eum hortabatur Paulus*: Noli negligere gratiam, quæ data est tibi cum impositione manuum presbyterij: *etenim* qui timet Deum, nihil negligit, *Eccle*. 7. *Sanè negligens esse non debet qui & vinitor in Ecclesiæ vinea est, & in possessione Ecclesiæ constitutus agricola*. *Is*. 5. Vinea Domini exercituum domus Israel est. *In hanc Ecclesiæ vineam exijt diuinus* Paterfamilias conducere operarios, *vt dicitur Matth*. 20. Spiritualiter Q Prælati sunt operarij, Is. 61. *Et vocabuntur in ea fortes justitiæ, plantatio Domini ad glorificandum*. Dicuntur autem conducti, quia pro merito operari debent, & quasi mercenarij, Iob 14. *Militia est vita hominis super terram, & sicut mercenarij dies ejus*. Sicut mercenarius non statim accipit mercedem, sed expectat: sic nos in vita ista. Sed ad hoc quòd aliquis sit bonus mercenarius, oportet quòd laboret ad commodum domini sui; ita, si laboramus in vinea Ecclesiæ, totum referre

Non sit Prælatus in regimine negligens.

M Apoc. 2. com. 3. ibi.

N Ibid. ibi. com. 1. & 2.

O Ibid. ibi.

P Matth. 18. lit. c. ibi.

Aliàs debitor efficitur Deo de peccatis subditorum.

Vinitor, qualis est Prælatus, cultum non negligit.

Q Matth. 20. lit. a. ibi.

Quisnam bonus Operarius mercenarius.

Digitized by Google

referre ad Deum debemus, 1. Corinth. 10. *Omnia in gloriam Dei facite*. Item primò excolit, & post comedit: sic & nos oportet quòd primò excolamus, & præparemus aliorum salutem; post, temporalia quæramus, Luc. 17. *Ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes*. Item requiritur, quòd tota die occupetur in labore: sic cultor vineæ Domini modicum tempus expendat in ijs, quæ ad ipsum pertinent: sed necessarium est, quòd expendamus totum tempus in seruitio Dei, 1. *ad Cor.* 15. Abundantes in opere Domini semper. *En quales esse debent cultores hujus vineæ Prælati. Quibus proinde cauendum, ne ex illorum incuria loco vuarum*, quæ fructum R bonorum operum signant, *faciat labruscas*, idest vuas syluestres: in quo amaritudo vitiorum notatur. *Quòd si Angeli dicuntur Prælati, præter cætera*, propter eminentiam S vitæ, quam debet Prælatus habere; & ratione velocitatis in discurrendo, quod tangit solicitudinem: (*vnde Apoc.* 2. Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe: *idest*, Archiepiscopo T Ephesi:) *Angeli autem custodes nunquam à custoditorum cura sese eximunt: perpetua diligentia vineam Domini custodire debent, & nunquam deserere, Is.* 62. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes: tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt, *pro Dominicæ nimirùm vineæ tuta custodia, Cant.* 1. Posuerunt me custodem in vineis: *idest*, in V Ecclesijs. *Et hoc* in perpetuum: *neque enim licet Prælato deserere, quantùmuis persecutiones insurgant, Ecclesiam suam. Quod tamen distinctione indiget*. Aliquando *enim* quæritur X persona Prælati tantùm: aliquando cum Prælato totus populus. Quando ergo quæritur Prælatus solus, tunc debet committere curam alteri, & absentare se: & sic fecit Paulus, quando fugit manus Præpositi: (*juxta Domini dictum Matth.* 10. Cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam.) Quando verò quæritur totus grex, tunc debet præponere vtilitatem & salutem gregis saluti corporis sui. *Adde ex Gregorio, quòd* quando Y omnes subditi malè se habent, & nolunt corrigi, licet Episcopo recedere ab eis, *juxta illud Ier.* 51. Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam. *Negligens igitur ne sit Prælatus, qui in Ecclesiæ possessione agricola est: ad ipsum enim dicitur Prou.* 24. Diligenter exerce agrum tuum. *De agro hoc debemus Matth.* 13. Simile factum est Regnum Cœlorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo; *idest, in Ecclesia sua. Vnde & Apostolus* 2. ad Tim. 2. *exemplum mysticè de agricola ponit, cum ait*: Laborantem (*non torpentem*) agricolam oportet primùm de fructibus percipere. *Vbi Author*: Hujus *inquit* ager Z est Ecclesia: & principalis agricola est Deus, interiùs & exteriùs operans, Ioann. 13. *Pater meus agricola est*. Homines autem exterius adhibent ministerium, 1. Cor. 3. *Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit*. Isti sunt exteriores agricolæ, in quantùm fructum faciunt promouendo ad bona. *Et sic ad spiritualiter fructificandum vnumquemque exigit Dominus* laborantem. *Quòd si negligant, & ocij somno detineantur*, cum autem dormirent homines; *idest*, negligentiùs A agerent Præpositi Ecclesiæ, *secundùm Augustinum*: venit inimicus ejus (*scilicet diabolus*) & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt. *En negligentiæ effectus. Vtriusque autem, sacri scilicet vinitoris & agricolæ, incuriam describere videtur Sapiens Prou.* 24. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti: & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem ejus spinæ, & maceria lapidum destructa erat.

R *Is.* 5. *ibi*. Quid labrusca, & quid signet.

Prælati Angeli, & cur.

S *Apoc.* 2. *com.* 2. *fi cap. & Apoc* 2. *com.* 2. *ibi*, Angelo Ephesi.

T *Apoc.* 2. *com.* 3. *ibid.*

V *Apoc* 3 *com.* 2. *ibi*, vigilans. & *Cant.* 1. *com.* 3. *ibi*.

An tempore persecutionis liceat Prælato Ecclesiam deserere.

X 2. *Cor.* 11. *fi. cap. &* 1. *Cor.* 16. *l.* 2. *Io.* 1. *l.* 3. *lit. e fi. Matth.* 10 *lit. b. ibi*, persequentur. 2. 2. 2[æ] 5 5. & 2. 2. 72. 3. & c.

Y 1. *Cor.* 16. *l.* 2. *ibi*, de Apollo.

Prælatus, tanquam sacer agricola, non torpescat, sed laboret.

Z 2. *Tim.* 2. *l.* 2. *ibi*.

A *Cat. Au in Matth.* c 13. *ibi. Et Matth.* 13 *lit. b. ibi*.

b *Verùm cum & Pastor Prælatus sit, diligenter quoque se habeat oportet ad gregem suum. Quòd si neglexerit, Pastor non erit, sed mercenarius, vt ipse testatur Pastor Pastorum* Ioan. 10. *qui de se ipso dicit*: Ego sum Pastor bonus. Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cujus non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit &c. *Quocirca* sciendum B quòd Christus dicitur bonus Pastor propter tria. Tria enim sunt officia boni Pastoris. Primum est, oues defendere: secundum est, in bonis pascuis tenere, & pascere: tertium est, errantes requirere. Sicut Dominus noster Iesus Christus. Primò oues suas defendit à leonibus, idest à dæmonijs; à lupis, idest à tyrannis; ab vrsis, idest ab hæreticis, Ezech. 34. *Pro eo quòd facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum &c*. Et postea: *requiram gregem meum*. Secundò oues suas in prato Scripturæ, gratiæ, & gloriæ pascit, Ezech. loco cit. *In pascuis vberrimis pascam eas*. Tertiò errantes solicitè requirit, *Ezech. ibid*. Ecce ego ipse requiram oues meas. *Hunc autem optimum Pastorem imitetur quilibet Prælatus oportet. Et vt à postremo exordiamur, debet commissas sibi oues dispersas colligere, & errantes ad gregem & ouile reducere. Primum namque Pastoris studium oues educentis est, curare, ne ab inuicem separentur, sed in vnum progrediantur, & vel vnam amissam quærere, aut si deuiet errabunda, reuocare. Ita habemus Matth.* 18. Si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis: nonne relinquit nonaginta nouem in montibus, & vadit quærere quæ errauit? *Vbi Author*: Quoniam, *inquit*, dictum C est (*immediatè antea*) quòd *venit Filius hominis saluare quod perierat*: hic ponitur de Pastore similitudo: quia Pastor quærit ouem perditam: *qualem se ob commissam culpam faciebat David; vnde & Psal.* 118. *dicebat ad diuinum Pastorem, vt requireret*: Erraui sicut ouis, quæ perijt: quære seruum tuum, Domine. *Ex opposito ad malos Pastores dicitur Ezech.* 34. Quod abjectum est, non reduxistis: & quod perierat, non quæsistis. *Quia verò nil magis ad oues reuocandas valet, quàm sal: idcircò ad primos Ecclesiæ Pastores dicebat Christus*: Vos estis sal terræ. *Nec sine alto sanè mysterio: à Pastoribus enim ex* Gregorio *ouibus suis* petra salis antefertur, vt ex eadem salis petra lambere debeant & meliorari. *Quasi ergo petra salis debet esse Prælatus in populis. Et quidem* inter D condimenta nihil sale vtilius: *vt videlicet* (*ex Beda*) sale condiant animas ad incorruptionis sanitatem: habet enim virtutem sanatiuam, sicut habetur 4. *Reg.* 2. quòd Eliseus sale in vas nouum misso sanauit aquas Iericho: sic infuso sale sapientiæ in corde Apostolorum, sanatæ sunt aquæ, idest populi, *Psal.* 106. Misit verbum suum, & sanauit eos. *Et hoc, ne vel vna* (*vt canebat ille*) morbida facta pecus, totum corrumpat ouile. *Dicit autem*: Vos estis; *idest*, esse E debetis sal terræ, *vt Prælatos, quid eis incumbat, admoneat: quod est, spirituale hoc animarum condimentum vel ex proprio amore, vel ex mundano timore, non subtrahere*. Secundum *Pastoris officium est*, in bonis pascuis pascere gregem; 1. *Pet.* 5. Pascite, qui in vobis est, gregem Dei. *Et Act.* 20. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. *Regere, inquam*: *nam* qui F pascit, regit: *& qui bene pascit, bene regit. Tripliciter autem pascere debet. Cum enim Pastor Ecclesiasticus, perfectus vt vidimus esse debeat, ter pascat oportet, vt perfectè pascat: omne quippe trinum, perfectum est. Ter inquam pascat: juxta quod Saluator ter Petro Prælatorum Principi commisit Ioann.* 21. Pasce agnos meos, pasce agnos meos, pasce oues meas. *Vbi ex Authore* nota G quod ter dicit, *Pasce*: quia ter debet pascere; scilicet doctrinæ verbo, Ier. 3. *Dabo vobis pastores secundùm cor meum, & pascent vos scientia & doctrina*. Item vitæ exemplo, 1. Tim. 4. *Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate* & Ier. 34. *In monti-*

Tanquam Pastor inuigilet super gregem suum.

B *Ser. ex Eu. Dom* 1. *post Oct. Pasch. & ad Tit.* 1. *l.* 3. *ibi*, secundùm doctrinam.

Boni pastoris officium triplex.

Requirat perditas oues, & errantes reducat.

C *Matth.* 18. *lit. b. ibi*.

Cur Prælatus sal.

D *Matth.* 5. *lit. d. ibi*.

E *Ibid. ibi*.

Gregem pascat.

F *Ps.* 22. *lit. a. ibi*, regit me.

Et hoc tripliciter.

G *Ioan.* 21. *l.* 3. *lit d. &* 1. *Pet.* 5. *ibi*, pascite. *Apoc.* 20. *com.* 2. *ibi*, datum est. *Opus.* 18 c. 17.

Digitized by Google

montibus excelsis Israel, idest in sublimitate magnorum virorum, *erunt pascua earum*. Item temporali subsidio, Ezech. 34. *Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nonne greges à Pastoribus pascuntur?* Sed attende, quòd (*cum bis dixisset*, pasce agnos meos) tertia vice dicit ei: *Pasce oues meas*. Cujus ratio est: quia in Ecclesia sunt tria genera hominum, scilicet incipientium, proficientium, & perfectorum. Et primi quidem duo, sunt *agni*, quasi adhuc imperfecti: alij autem, sicut perfecti, dicuntur *oues*. (*Omnes autem pascere debet Ecclesiasticus Pastor*, *Rom.* 1. Sapientibus & insipientibus debitor sum.) Et inde est, quòd omnes Prælati debent custodire subditos vt oues Christi, & non vt proprias, 1. *Pet.* 5. Pascite, qui in vobis est, gregem Dei; *& iterùm*: Neque dominantes in cleris. *Aduerte tamen, quòd Dominus dixit*, Pasce oues meas: non H dixit, *tonde*, vel *excoria*. Contra hoc faciunt sæpiùs multi Prælati, pascentes semetipsos, & gregem derelinquentes, Ezech. 34. *Quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis*. Tertium *Pastoris officium est*, oues defendere; *& à triplici quidem lupo, Christi (vt vidimus) exemplo boni Pastoris, Ioann.* 10. Videt lupum venientem &c. *Quo loci Author*: Lupus *inquit* iste I tripliciter accipitur. Primò quidem diabolus tentans, Eccli. 13. *Si communicabit lupus agno aliquando*. Secundò hæreticus mactans, Matth. 7. *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces*; & Act. 20. *Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi*. Tertiò tyrannus sæuiens, Ezech. 22. *Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapientes prædam*. Debet ergo bonus Pastor contra hunc lupum triplicem, subditum gregem tueri. Quod contra dicitur Ezech. 13. *Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel*: (*non ita S. Præsul* Antoninus, *de quo immò legitur, quòd* constanti pectore aduersùs impios murum se validum opposuit.) Et ideò dicitur de malo Pastore, quòd *fugit & dimittit oues*; Zach. 11. *O Pastor, & idolum, derelinquens gregem*. Quasi dicat: Non es Pastor, sed similitudinem & idolum geris Pastoris. *Oppositum sanè faciebat, docebatque Paulus, dum Hebr.* 10. *ait*: Non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam. *Etenim*, quia L charitas est amor: proprium autem amoris est vnire (nam *secundùm Dionysium* amor est vis vnitiua, Ioann. 17. *Vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus: vt cognoscat Mundus, quia dilexisti eos, sicut & me dilexisti*:) ideò recedere ab inuicem (*scilicet Pastorem à grege*) est directè oppositum charitati. Et ideò dicit: *Non deserentes collectionem nostram*, scilicet Ecclesiæ. Quam aliqui deserunt tripliciter: Vel scilicet propter persecutiones apostatantes à fide; & isti significantur per illos, de quibus dicitur Ioa. 6. quòd *abierunt retrò, & jam non cum illo ambulabant*; & Matth. 13. *Facta tribulatione & persecutione propter verbum, continuò scandalizantur*; & Luc. 8. *Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt*. Secundò mali Prælati, qui dimittunt oues in periculo, Ioan. 10. *Mercenarius fugit, quia mercenarius est*. Aliqui verò ex superbia: quia, cum possent esse vtiles ad regendum, cum nota superbiæ ab alijs se separant, Iudæ 1. *Hi sunt, qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes*: quasi sub specie majoris perfectionis. Et fortè tales erant tempore illo; ideò sequitur: *sicut consuetudinis est quibusdam*. Contra quod dicitur 1. *Cor.* 11. Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

Incipientes, proficientes, & perfecti signantur.

H 1. Pet. 5. loc. cit.

Non tondeat, vel excoriet.

I Ioan. 10. l. 3. lit. c.

A triplici lupo defendat.

S. Antoninus.

L Hebr. 10. l. 2. ibi.

Tripliciter aliqui mali Prælati Ecclesiam deserunt.

c *Eapropter bonum Prælatum contra triplicem hunc lupum incessanter decertare oportet, præcipuè contra diabolum, qui perpetuò circuit quærens quem deuoret ex Dominico ouili; sed Pastorem præsertim, juxta illud*: Percutiam Pastorem, & dispergentur oues gregis, *Matth.* 26. Sicut M in exercitu hostes visibiles Ducem exercitus capere vel occidere conantur, eoquòd ipso capto, vel occiso, exercitus dispergatur: sic hostes inuisibiles (Ephes. 6. *Aduersùs Mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus*,) eum, qui præest, maximè persequuntur, 1. *Reg.* 31. Totum pondus prælij versum est in Saul. *Qua de causa* 2. *ad Tim.* 2. *scribebat Paulus*: Labora sicut bonus miles. Labora, *inquit* (*non desidiosus ocieris*) sicut bonus miles Christi Iesu; Iob 7. *Militia est vita hominis super terram*. Est autem N tripliciter aliquis, miles Christi: (*contra triplicem scilicet lupum, superiùs memoratum*.) Primò in quantùm pugnat contra peccata, Iob 14. *Cunctis diebus, quibus nunc milito &c.* Et hæc pugna est contra carnem, Mundum, & diabolum, Ephes. 5. *Non est nobis colluctatio aduersùs carnem & sanguinem* (*scilicet* tantùm) *sed aduersùs Mundi rectores tenebrarum harum &c.* Secundò est aliquis miles Christi pugnando contra errores, 2. Cor. 10. *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes &c.* Tertiò est militia Martyrum contra tyrannos: & hæc est laboriosior, Iob 25. *Nunquid est numerus militum ejus?* Et non debet quiescere miles, quia miles dicitur à militia sustinenda. *Et priùs* 1. *ad eundem Tim.* 6. Certa bonum certamen fidei (1. *Pet.* 5. Cui resistite fortes in fide, *sicut & ipse de se ait* 2. *Tim.* 4. Bonum certamen certaui, fidem seruaui:) Dicit *fidei*; idest O pro fide custodienda. Et subdit: *apprehende vitam æternam*: idest, certes certamen fidei: & quo præmio? vt *apprehendas vitam æternam*. Additque: *in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus*: idest, in consecratione (*nota*) bonum certamen confessus es, quando ordinatus es in Episcopum. *Hinc Apoc.* 12. *dicitur*: Michael & Angeli ejus præliabantur cum dracone. *Quo in loco* per Michaelem P cujus nomen interpretatur, *Quis vt Deus?* & qui Princeps est & Præpositus Ecclesiæ, intelliguntur in Ecclesia Majores, qui debent magna opera facere, per quæ ostendatur magnitudo Dei: per ipsum enim fiunt omnia opera magna suorum. *Angeli* sunt minores in Ecclesia, sub Majoribus in minori officio Pastorali, animas tamen zelantes. Et omnes tales Ecclesiam juuant contra diabolum, & dæmones, documentis, exemplis, meritis, & orationum suffragijs. Non debent igitur pacem habere cum dracone Prælati: sed pugnare cum eo. *Talis fuit* Ambrosius: *qui, zelator alter Elias*, in diebus suis *Eccli.* 48. non pertimuit Principem, & potentiâ nemo vicit illum. *Talis Pastor Cantuariæ* Thomas, *totque martyrio ob fidei constantiam suique gregis custodiam laureati Antistites, qui contra triplicem lupum fortiter pugnarunt, atque vicerunt*. *Quod quidem in veteri lege figurabatur in hostia pacifica*: de qua Q in vsum Sacerdotis cedebat pectusculum & armus dexter: per quod significabatur, quòd Sacerdoti erat necessaria sapientia cordis ad instruendum populum, quæ significatur per pectus, quod est tegumentum cordis: & etiam fortitudo ad sustentandum defectus, quæ significatur per armum dextrum; *& ad fortiter pugnandum contra hostes, Ier.* 1. Ecce constitui te super gentes & super regna, vt euellas & destruas & disperdas & dissipes & ædifices & plantes; *& Eccli.* 7. Noli quærere fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua. *Fortitudinem hanc in Prælato necessariam exprimit illud Apoc.* 3. Qui vicerit, faciam illum columnam in Templo Dei mei. *Columnam*, idest R firmum in se, & alios documento, exemplo, & suffragio sustentantem: *in Templo Dei mei*, idest in Ecclesia fidelium. *Et alibi*: Columnam, idest

M Opusc. de er. Pr. l. 3. c. 1.

Lupus infernalis inuadit Pastorem, vt gregem dispergat.

Fortiter vt Christi miles decertet.

Tripliciter aliquis, miles Christi.

N 2. Tim. 2. l. 3. ibi & 1. Tim. 1. l. 2. ad Philem. l. 1. ibi. commilitoni, Cant. 3. com. 2. ibi, ad bella.

O 1. Tim. 6. l. 2. ibi. Hebr 13. l. 3. ibi, rationem. Matth. 18. lit. c. ibi, homini regi.

Episcoporum & Prælatorum spontanea obligatio.

P Apocal. 12. com. 1. ibi.

S. Ambrosius

S. Thomas Cantuariensis Episcopus.

Q 1. 2. 102. 3. ad 8. f.

Prælatorum sapientiæ & fortitudinis figura in veteri lege.

Prælati columnæ.

R Apocal. 3. com. 1. ibi.

Digitized by Google

S *Ibid. tom. 2. ibi.* *idest* Prælatum S in Ecclesia, rectum in judicijs, fortem in aduersis, planum in conuersatione, erectum in contemplatione, stabilem in tentatione, rotundum per intentionem, qua æterna intendit, alios supportantem per compassionem. Tales *columnæ* fuerunt Petrus, Iacobus, & Ioannes, de quibus dicitur *ad Gal.2.* Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, & Barnabæ societatis. *Ad quod cohærenter dicitur Cant.5.* Crura illius (*idest Christi*) columnæ marmoreæ &c. *Crura*, idest T Prælati, qui dicuntur *crura*, quia alios portant: & hæc *crura* sunt *columnæ* propter rectitudinem: sunt *marmoreæ* propter firmitatem: *quæ fundatæ sunt super bases aureas* propter charitatem. Vnde si inueniantur Prælati carentes istis, magis sunt crura diaboli, quàm Christi. *Firmus igitur & constans sit Prælatus in Dominici defensione gregis, & fidelis vsque ad mortem Domino sua, vt post pugnam accipiat æternæ vitæ coronam, Apoc.2.* Esto fidelis vsque ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ, *de qua ideò certus erat Apostolus 2. ad Tim.4.* Bonum certamen certaui &c. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex. *Maximum quippe est boni Prælati præmium, de quo loquitur Dominus Matth.24.* Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus ejus, inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. *Super omnia bona sua*, ad ostendendum V præeminentiam, quam habebunt boni Prælati: quia inter omnia præmia maximum est præmium boni Prælati, Matth.5. *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cælorum.* Et hoc est, *super omnia bona sua*; idest, super omnia præmia Sanctorum. *Pugnet ergo pro grege & Ecclesia sua Prælatus inuictè, vt ejusmodi præmium accipiat*: Non *enim* coronatur, nisi qui legitimè certauerit, 2. *Tim.2.* *Ad quod proinde hortatur Prælatum Sapiens Eccli.4.* Pro justitia agonizare pro anima tua & vsque ad mortem certa pro justitia. *Vsque ad mortem, inquam, certare debet: nam* bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis, *Ioan.10. Pro quo sciendum, quòd* in corporalibus X Pastoribus non exigitur à bono Pastore, vt exponat se morti propter salutem gregis: sed quia spiritualis gregis salus præponderat corporali vitæ Pastoris; ideò, cum periculum imminet de gregis salute, debet quisque spiritualis Pastor, corporalis vitæ sustinere dispendium pro gregis salute. Et hoc est, quod dicit: *Bonus pastor animam suam*, idest vitam corporalem, *dat pro ouibus suis*; idest, authoritate & charitate. Vtrunque enim exigitur: & quòd ad eum pertineat, & quòd eas amet: nam primum sine secundo non sufficit. Hujus autem doctrinæ Christus nobis exemplum præbuit, 1. Ioan.3. *Quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Debemus*, Prælati Y debito præcepti: alij debito consilij: vel in casu, quando scilicet potest frater liberari à peccato per te, & non aliter, si hoc dictet tibi conscientia probabiliter. Vel si probabiliter tibi sit persuasum: exponere debes vitam tuam corporalem pro vita spirituali fratris. Plus enim secundùm ordinem charitatis tenetur homo diligere animam fratris, quàm corpus suum. Et licèt ad hoc teneantur omnes; tamen differenter: Prælati enim tenentur ex officio, alij in casu &c. *Fixè hoc perpendant Prælati, & animarum curam habentes.* *Vide* Amor proximi.

Margin notes: Et crura Christi. — T *Cant.5. tom. 2. ibi.* — Maximum boni Prælati præmium. — V *Matth.24. lit.d. ibi.* — Debet pro salute spirituali gregis sui vitam ponere. — X *Ioan.10. l.3. lit b. ibi. & l.4. lit. b. & c. 21. l.4. init. Matth. 9. lit.d. ibi. sur. gens. Philip. c. 3. ibi. conctor.* — Christus in hoc exemplar. — Y *1. Io.3. ibi.*

d *Cum autem res ita se habeat, quòd contra hostes jugiter & vsque ad mortem pro grege pugnandum Prælato sit; nam Mundus, caro, dæmonia diuersa mouent prælia: valdè sibi pro gregis custodia vigilandum est. Ex quo Luc.2. legimus*: Pastores erant vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum: *non desidiosi, non dormientes; & vigilias quidem noctis, quod tempus nimirum signat persecutionis & aduersitatis. Ideircò monebat Saluator Apostolos suos Matth.26.* Vigilate & orate. *Et Petrus eruditus, ad cæteros in sua prima c.5.* Sobrij estote & vigilate; *causamque adducit*: quia aduersarius vester diabolus *non dormit*, *sed* circuit quærens quem *ex grege* deuoret. *Cui consonat Apostolus 1. ad Tim.3. cum ait, oportere Episcopum esse inter cætera* sobrium: *sic enim* docet Z Episcopum, qui dicitur superintendens, vt vigilet: ebrietas enim obstat vigilijs; vnde & addit: *non vinolentum*. Minus dicit, & plus significat, Ephes.5. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*: Q. d. non gulosum, non luxuriosum. *Et 2. ad Tim.4.* Tu verò vigila. *Et quia hoc solum non sufficit, adjicit*: in omnibus labora. *Vigila*: sed sic A quòd aliquid facias. Et ideò *labora*; & hoc *in omnibus*, idest in omni genere hominum, *Is.32.* Beati qui seminatis super omnes aquas; & *Marc. vlt.* Prædicate Euangelium omni creaturæ. *Ita quoque monebatur Episcopus Ecclesiæ Sardis Apoc.3.* Esto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant. *Esto vigilans*; idest B de tua & tuorum salute Prælatus. Debet autem vigilare quatuor de causis. Primò quia custos est ciuitatis (*Ecclesiæ nimirùm*) in medio inimicorum. Secundò quia custos est gregis in medio luporum. Tertiò quia custos est infirmorum. Quartò quia custos est thesaurorum in medio furum. *Et confirma* verbo, exemplo, in fide, in moribus, *Luc.22.* Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: *cætera*, scilicet membra, idest alios: *quæ moritura erant* spiritualiter per negligentiam tuam. Multi hodie moriuntur, & pereunt per negligentiam Prælatorum, & non curant, Is.57. *Perit justus, & non est qui recogitet.* Perit asina (*inquit Bernardus*) & est qui subleuet: perit anima, & non est qui curet. Vel *Esto vigilans*; idest, solicitus de salute tua: & *confirma* in te per vigilantiam solicitudinis *cætera* bona, *quæ moritura erant*, si non solicitè vigilares. (*Vide plura ibi.*) *Neque imperfectè tantùm vigilare cum quadam dormitatione Prælati debent, sed plenè & perfectè, Hebr.13.* Ipsi enim peruigilant, *idest*, perfectè C vigilant: quia dum dormiunt (*Psalm.120.* Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel:) inimicus homo superseminat zizania in medio tritici. *Et meritò quidem, nedum vigilare, sed peruigilare eos oportet, ceu qui sunt* pro animabus vestris rationem reddituri. *Siquidem* hoc est D maximum periculum, hominem de factis alterius rationem reddere, qui pro suis non sufficit, 3. Reg.20. *Custodi virum istum: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima ejus.* Reddent enim Prælati in die judicij rationem de sibi commissis, quando fiet eis illa quæstio Ier.13. *Vbi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? Quid dices* (scilicet E ad excusationem tui, *Iob 9.* Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere:) *cum visitauerit te? Tu enim docuisti eos aduersùm te*, scilicet loquendo bona, & faciendo mala: & *erudisti in caput tuum*, per mala tua exempla. *Hinc Prælatus in perpetuo maneat exercitio virtutum, necesse est, vt ponatur in tuto: proinde in vtraque vita exercendus.* Quia F Prælatorum est (*inquit Author*) in vtraque vita perfectos esse, vtpote qui medij sunt inter Deum & plebem, à Deo recipientes per contemplationem, & populo tradentes per actionem: ideò oportet eos in moralibus virtutibus perfectos esse: aliàs indignè quis prælationis officium assumit. *Hinc Apostolus 2. Cor.5. dicebat*: Siue mente excedimus, Deo: siue sobrij sumus, vobis. *Excedimus*, idest G eleuamur adhoc, quòd percipiamus dona gratiarum: & hoc, vt *Deo* scilicet vniamur: *siue sobrij sumus*; idest, commensuramus nos vobis, tradendo diuina præcepta: hoc est *vobis*, idest ad vtilitatem vestram. Sobrietas enim idem est, quod commensuratio: nam *bria* in græco

Margin notes: Prælato summopere vigilandum. — Ideò sobrius esto, non gulosus &c. — Z *1. Tim. 3. l. 1. ibi. sobrium. & 1. Pet.5. ibi. sobrij.* — A *2. Tim.4. l. 1. ibi.* — Quorsum vigilet. — B *Apoc.3. tom. 2. ibi.* — C *Ad Hebr.13. l.3. ibi.* — Perfectè & specialius vigilet, quia de animabus sibi subjectis rationem reddituris. — D *Ibidem ibi. rationem. De Ver. 27. 3. ad 14. Matth. 11. lit. c. ibi. cum seruis.* — E *Ier.13. ibi.* — In vtraque vita exercendus & omni virtutum genere. — F *3. d.35. l.1. q. 3. fi. c. & 2. 2. 182. 1. ad 1. & 185. 2. ad 1. Virt. 2. 11. ad 6.* — Prælatus sequester inter Deum & subditos. — G *2. Cor.5. lit. ibi.*

Digitized by Google

græco idem quod mensura. *Et hoc mysticè innuitur* Cant. 6. *ijs Sponsi verbis:* Descendi in hortum meum (*quo Ecclesia signatur, quæ & cap. 4. dicitur* hortus conclusus) vt inspicerem, si floruisset vinea, & germinassent mala punica. *Mala punica*, idest H Prælati, qui dicuntur *mala punica*, quia vtramque vitam habere debent, contemplatiuam & actiuam. Ideò autem designantur per mala punica: quia hæc habent interiùs grana rubea, designantia feruorem vitæ contemplatiuæ: exteriùs verò habent corticem asperum, designantem turbationem vitæ actiuæ. *Nec mirum, tales esse oportere: nam alios ad perfectionem adducere, Prælatorum officium est, ad Ephes. 4.* Alios autem Pastores & Doctores ad consummationem Sanctorum &c. *Ad consummationem*, idest I perfectionem Sanctorum, idest eorum, qui jam sunt sanctificati per fidem Christi. Etenim specialiter debent intendere Prælati ad subditos suos, vt eos ad statum perfectionis perducant, vnde & ipsi perfectores sunt, *vt vidimus ex* Dionysio de Eccl. hierarchia. *Tales autem, subditos esse, in gloriam cedit Prælati & gaudium, Prouerb. 10. & 15.* Filius sapiens lætificat Patrem; *& Philipp. 4.* Gaudium meum, & corona mea, sic state in Domino charissimi. *Et cap. 2.* Lucetis, sicut luminaria in Mundo, ad gloriam meam in diem Christi. *Siquidem* Prælatorum L est gloria, quando subditi sunt bene instructi, 1. Thess. 2. *Vos estis gloria nostra & gaudium;* & 2. Thess. 1. *Ita vt & nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesijs Dei:* Bonum enim M discipulorum est gloria Prælatorum, *Prou. 17.* Corona senum, filij filiorum &c. *Sicut ab opposito vituperantur Prælati, si malè subditi operentur, 2. Cor. 6.* Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. *Etenim*, quando N subditi malè se habent, vituperium est Prælatis. Et hoc est, quod dicit: *vt non vituperetur* commune *ministerium* quoad vos & nos, qui sumus ministri Dei. Nos dico sumus ministri Dei ad exequendum voluntatem ejus in nobis & in alijs: sed vos ad exequendum voluntatem ejus in vobis tantùm. *Et ad Galat. 4.* Vellem autem esse apud vos modò, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis. *Quasi dicat:* Modò O blandis verbis vtor, vocans vos fratres & filios in absentia: sed, si essem præsens, asperiùs corriperem. Nam si quæ per literas scribo, nunc præsens & ore proferrem, durior esset correctio: vtpote quia magis possem vocem objurgantis exprimere, & irascentis resonare clamorem, & dolorem pectoris, magis quàm per literas, explicare, & magis cor vestrum viua vox ad confusionem de errore vestro & mea turbatione moueret. Et caussa hujus doloris est, *quoniam confundor in vobis;* idest, erubesco apud alios pro vobis: sicut enim *Eccli. 22.* dicitur, *Confusio Patris est de filio indisciplinato.* Nam cum filius sit res Patris, & discipulus, in quantùm hujusmodi, res magistri: magister gaudet de bono, quod videt in eo relucere, quasi de bono proprio, & gloriatur: & è conuerso de malo dolet, & confunditur. *Quinimmò nedum vituperatur Prælatus, ex cujus negligentia subditi mali sunt: sed & odiosus redditur & opprobriosus, 1. Tim. 3.* Oportet & illum (*Episcopum*) testimonium habere bonum ab ijs, qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli: *Quibus verbis* tangit P duplex periculum: scilicet ne fiat opprobriosus, & per hoc ejus authoritas minuatur, & per consequens auferatur audacia corrigendi. Secundò *ne incidat in laqueum diaboli*, quandoque scilicet impatienter sustinendo, per quod infamis concitetur ad odia, & desperetur, & hujusmodi. Et quòd Prælatus sit odiosus laicis (*nota*) contingit, si negligit cultum diuinæ laudis, *Malach. 2.* Irritum fecistis pactum Leui: (*Leuitæ ad diuinas erant laudes persoluendas deputati*) propter quod & ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis.

H *Cant. 6. com. 2. ibi.*

Prælati cur mala punica.

I *Ephes. 4. l. 4. ibi*

Tenetur subditos ad perfectionem adducere.

Boni subditi, gloria Prælati.

L *Philipp. 2. l. 4. ibi & cap. 4. ibi, gaudium.*

M *2. Thess. 1. l. 1. ibi, & 1. Thess. 2. fi. cap.*

Ab opposito mali, illius vituperium.

N *2. Cor. 6. l. 1. ibi.*

O *Ad Gal. 4. l. 5. vel 6. ibi.*

P *1. Tim. 3. l. 2. ibi.*

Vnde Prælatus fit laicis odiosus.

c *Tales proculdubio erant, juxta præfata monita, in primitiua Ecclesia Prælati: tales & in primordijs regularium Ordinum præsidebant, pietatem sanctimoniam doctrinam vndequaque Ecclesia redolente: Religiosorum Collegijs bonum Christi odorem vsquequaque diffundentibus. Et quidem* adhuc Q esset ita, si Prælati benè regerent, & magis intenderent regimini, quàm dominationi; & profectui quàm honori, & officio quàm ocio. *Ex quo erudiantur, ne curam suorum negligant immediati & minores Prælati: verùm nocte dieque diligenter satagant, vt à morbo peccati grex sit immunis: negligentes enim negliguntur à Deo, Hebr. 8.* Quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus: *siquidem* illud R aliquis dicitur negligere, quod permittit perire. Et sic *neglexit eos*, quia permisit eos perire ab exterminatore, vt dicitur 1. *Cor.* 10. *Nec minùs curent & satagant Prælati majores in annualibus visitationibus, vt si quid minus rectè in communitatibus irrepserit, per correptionem vel punitionem tollatur, 1. Reg. 17.* Fratres tuos visitabis, si rectè agant: & cum quibus ordinati sunt, disce. *Iubentur enim Episcopi visitare quotannis (vel saltem intra biennium,* ex Trident. sess. 24. cap. 3. de reform.) *propriæ diœcesis Ecclesias, & Prouinciales Regulares annis singulis omnes Prouinciæ Conuentus, tum ex decretis generalibus, tum Apostoli exemplo, qui* Act. 15. *legitur dixisse ad Barnabam consocium:* Reuertentes (*quod aliam videtur innuere præcedentem visitationem*) visitemus fratres per vniuersas ciuitates, in quibus prædicauimus verbum Domini, quomodo se habeant. *Visitare autem est frequenter visere vultum gregis, Prou. 27.* Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. *Qualis autem debeat esse visitator, & quis finis ejus, docet Apostolus ad Coloss. 4. cum ait:* Omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister, & conseruus in Domino: quem misi ad vos ad hoc ipsum, vt cognoscat, quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra. *Vbi Author:* Mittit *inquit* ad eos S legatum, *siue visitatorem:* quem describit tripliciter. Primò à dilectione, dicens: *charissimus frater noster*, scilicet per charitatem, quæ facit hominem auro pretiosiorem, Is. 13. *Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo.* Item à fide; vnde dicit, *fidelis minister*, scilicet in ministerio, 1. Cor. 4. *Hic jam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Item ab humilitate; vnde dicit, *& conseruus*, scilicet in executione ministerij: sed *in Domino:* quia Prælatus debet quærere vtilitatem eorum, quibus præfertur, & Dei honorem. Sed ad quid mittitur? *Vt cognoscat* statum subditorum, Genes. 37. *Vade, & vide, si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora: & renuncia mihi, quid agatur.* Item vt consoletur, Rom. 1. *Desidero videre vos &c. idest, simul consolari in vobis.* Et Dominus missus à Patre, ad hoc venit: *Vt consolarer omnes lugentes &c.* Is. 61. *Debet igitur visitare* ex charitate, *non ex passione:* fideliter, *non ad vtilitatem propriam:* in humilitate, *non* in superbia & in abusione. *Et subditorum statum cognoscat, eosque spiritualiter consoletur, amanter corripiendo, non seuerè puniendo (nisi contumaces) vt Christo lucrifaciat. Nullatenus verò debet Prælatus visitationem negligere, præsertim si qui fortè spiritualiter ægrotarent, Eccli. 7.* Non te pigeat visitare infirmum. (*Cujus rei nec Saluatorem piguit, qui* Luc. 1. *misericorditer* visitauit nos oriens ex Alto: *suæque visitationis vberrimus fructus fuit*, illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.) *Id quod manifestè legimus, præter præmissas monitorias Epistolas, pluries fecisse personaliter Apostolum, Philipp. 1.* Vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me per meum aduentum iterum ad vos.

Q *Apoc. 20. com. 2. ibi, datum est.*

Mali argunatur Prælati.

Majores & minores Prælati suo diligenter muneri incumbant.

R *Hebr. 8. l. 2. ibi.*

Visitatio inculcatur subditorum.

Qualis visitator, & quis finis ejus.

S *Coloss. 4. l. 1. ibi.*

ad vos. *Et Rom. 1. cit.* Obsecrans, si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Desidero enim videre vos: (*& vide, quo fine: non ad contributiones solummodo recipiendas, sed*) vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos: *in ijs videlicet, de quibus eos instruxerat.* Nolo autem vos ignorare, fratres: quia sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc &c. *Vbi Author:* Hoc T vult Apostolus eos non ignorare propter eorum vtilitatem: vt scilicet cognoscentes affectum Apostoli, deuotiùs ejus verba suscipiant, & impedimentum visitationis ejus imputent suæ culpæ; & sic corrigantur. *Et ad Gal. 1. dolens, quòd postquam ad bonam eos frugem reduxerat, statim ad vomitum essent reuersi:* Miror inquit quòd sic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium &c. *Sed & 2. ad Cor. 1.* Hac confidentia volui priùs venire ad vos, vt secundam gratiam haberetis: (secunda visitatio V dicitur *secunda gratia* respectu conuersionis, quam primò habuerunt ministerio & prædicatione ipsius:) & per vos transire in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos: *en secunda stabilita ab Apostolo visitatio. Et post pauca.* Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, quòd parcens vobis, non veni vltrà Corinthum. *Non veni vltrà:* idest X post primam vicem, vel postquam à vobis discessi: & hoc feci *parcens vobis*: quia scilicet ipse sciebat eos incorrigibiles. *Ex quo doceantur Prælati, vbi spes emendationis nulla superest, ad visitandum non teneri, juxta illud Eccli. 32.* Vbi auditus non est, non effundas sermonem; *& illud Ierem. 51.* Curauimus Babylonem, & non est sanata: derelinquamus eam. *Quòd si adhortatione, punitione, aut dilatione, vt faciebat Paulus, speratur vel in vno profectus: visitatio simpliciter dimittenda non est; vnde & Apostolus in fine cit. Epistolæ 2. ad Cor. cap. 13.* Ecce tertiò hoc venio ad vos. In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Prædixi enim & prædico, vt præsens, & nunc absens ijs, qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus: quoniam, si venero iterum, non parcam. *Discant & hinc Prælati subditos errantes vel per literas minitando compescere, ne malum progrediatur vlteriùs, quousque validius personali visitationis remedium adhibeant. At heu! jam visitationes cæremoniales sunt: vsu potiùs visitantur cœnobia, quàm ad spiritualiter fructificandum: vbi torrentes iniquitatis inundant, canes sunt quidam minùs boni Prælati* non valentes, *nec volentes latrare; sique latrant, nunquam mordere, sed tantùm præ vano timore, more canum ad aquas Nili, in transitu lambere, quod est per transennam visitare: ex opposito ad Saluatorem, qui Act. 10. pertransijt quidem, at benefaciendo: hi autem nil boni operando pertranseunt, culpas dissimulantes, non acriter corripientes, non durè si opus est increpantes: & vbi ferrum aut ignem admouere oporteret, oleo suauiloquentiæ prurientes auribus, non cor infringentes, vtuntur; & hoc, ne quis Mundi amicus offendatur.* Atqui ex hac Y amicabili beneuolentia plerunque fit, vt offendatur Deus, ne homo ex amico fiat inimicus: *cum tamen* Amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica Veritas *esse debeat, & Deus in primis, qui prima Veritas est, & veritate nos judicabit, vt ait Sanctus Pontifex* Leo. *Verumtamen talium conniuentiam Pastorum atque desidiam vlciscetur, cum opportunè eos visitauerit, Ierem. 14.* Visitabo super vos juxta fructum studiorum vestrorum. *Et cap. 13.* Quid dices, cum visitauerit te? Nunquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem? *Et Ezech. 33.* Quòd si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina: & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate sua captus est; sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram. *Nec sine causa quidem: nam Episcopus, & Prælatus obligat se Christo Domino pro animabus sibi commissis, vnde & rationem de illis, vt vidimus, reddere debet. Quò facit parabola* Matth. 18. *de homine rege,* qui voluit rationem ponere cum seruis suis. *Vbi Author:* Iste inquit Rex Z est Deus (*siue Christus, homo Deus*, Rex regum, & Dominus dominantium, *Apoc. 19.*) Per seruos Domini intelliguntur Prælati Ecclesiæ, quibus commissa est cura animarum, Matth. 24. *Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.* Quid est ergo *rationem ponere* de commissis, nisi quòd obligant se, vt rationem reddant? *Dicitur autem ad Prælatum sese ita obligantem Prou. 6.* Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus. *Etenim* Prælatus A manu, idest exemplo boni operis, & ore, idest prædicatione, obligat se Christo pro subditis. Dicitur autem Christus *extraneus*: quia amicus est in sponsione: sed *extraneus* in exigenda ratione, *vt inquit Bernardus.* Exemplo *inquam* boni operis obligat se Christo pro subditis Prælatus. *Et ecce*

¶ *Vltimum periculum in prælatione: videlicet*, periculum scandali in conuersando, *Cum tamen, vt prætactum est, pascere debeat gregem Prælatus verbo & exemplo: priùsque exemplo, quàm verbo, quemadmodum Christus Dominus antea* cœpit facere *Act. 1. exinde* docere. *Sanè, sicut nihil est quod populus subditosque intra limites virtutis magis contineat, quàm bonum Prælatorum exemplum; ita prauum, totius est Christianitatis excidium.* Totum B malum prouenit à malitia Prælatorum (*claustralibus non exclusis*) qui si essent boni, tota Ecclesia esset bona. Sed quia mali sunt pro majori parte, ideò infiniti sunt mali, *Dan. 13.* A' senioribus egressa est iniquitas; *& Ier. 23.* A' prophetis Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram. *Hinc Gregorius hom. 17. in Luc. c. 10.* Nullum puto, fratres charissimi, ab alijs majus præjudicium, quàm à Sacerdotibus, tolerat Deus: quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis cernit: quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus &c. *Et ad illud Matth. 6.* Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit: *docemur, inter cætera, quòd* per oculum C significatur Prælatus, qui est oculus subditorum: vnde cum Prælati boni dirigunt plebes, tota populi congregatio lucet virtutibus: (*& è contra*) Eccli. 10. Secundùm judicem populi, sic & ministri ejus. *Verùm* per oculos D significantur Prælati: quia debent esse semper in capite, & videre toti corpori Ecclesiæ, *Eccle. 2.* Sapientis oculi in capite ejus; *vnde 1. Pet. 5.* Prouidentes, non coactè, sed spontaneè, secundùm Deum. *Prouidentes*, scilicet E subditis *ex glossa* de omnibus necessarijs tam animæ, quàm corpori: Prælati enim sunt oculi corporis Ecclesiastici, & ideò toti corpori debent prouidere. *Animabus autem subditorum priùs & magis prouidere exemplo studeant, quàm verbo. Hinc Dominus post Paschalem cœnam priùs discipulis præbuit humilitatis exemplum, eorum pedes lauando: exinde ad humilitatem hortatus est verbo, vt eò magis specimen virtutis imprimeret.* Ordo F admonitionis est, vt quod primò fecit opere, doceat sermone; *& ideò dicit:* Postquam lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua: & cùm recubuisset iterum, dixit eis: Scitis, quid fecerim vobis? &c. Exemplum dedi vobis, ita & vos faciatis. *Et hoc est, quod dicitur Sponsæ Cant. 2.* Ostende mihi faciem tuam: *deinde,* sonet vox tua in auribus meis. *Nempe* dicit G Dominus ipsi Ecclesiæ vel Prælato: *Ostende mihi*; idest, filijs meis, quos tibi commisi, faciem

Marginal notes:

T Rom. 1. l. 5. ibi.

V 2. Cor. 1. l. 5. ibi.

X Ibid. ibi.

Y 3. 2. 163. 4. f. c.

Ne homo fiat inimicus, inimicamur plerunque Deo.

Mina in Prælatum negligentem.

Obligat se Christo pro subditis.

Z Matth. 18. lit. c. ibi Heb. 13. l. 3. ibi rationem. & 1. Tim 6 l. a. ibi. confessus es.

A Hebr. 13. l. cit.

Bono præeat exemplo subditos, non scandalo perdat.

B Apoc. 6. sem. 2. fi. cap.

Omne plebis bonum & malum à bonis vel à malis Prælatis.

C Matth. 6. lit a. ib. Prælatus cur oculus dicatur.

D Apoc. 5. sem. 2. ibi, oculos septem.

E 1. Pet. 5. ibi.

Priùs exemplo instruat, quàm verbo.

F Ioan. 13. l. 3. lit. a. ibi.

G Cant. 2. sem. 3. ibi. Et Matth. 5. lit. e. ib. lucernam.

faciem tuam, ideſt bonum exemplum de te, bene viuendo. Dicitur autem bonum exemplum *facies*: quia ſicut facies eſt in aperto, ita bona opera Prælatorum debent eſſe in aperto, vt inducant filios ſuos ad bonum, *juxta illud Matth.* 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona &c. Et poſtea addit: *Sonet vox tua*, ideſt prædicationis tuæ, *in auribus meis*. Nam etſi verbo inducitur quis ad bonos mores: hoc eſt, in quantùm prædicatio præſupponit bonam vitam prædicantis: quia, *vt dicit Gregorius*, cujus vita deſpicitur, neceſſe eſt, vt ejus prædicatio contemnatur. *Et hac de cauſa* ex Chryſoſtomo *priùs dixit Dominus Apoſtolis*: Vos eſtis ſal terræ; *& poſtea*: Vos eſtis lux Mundi, *Matth.* 5. Præmiſit *inquit* ſal H luci: quia priùs vita, quam doctrina: vita enim ducit ad ſcientiam veritatis. *In quibus autem bonum præbeant exemplum, docet Apoſtolus* 1. *ad Tim.*4. Exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. *Exemplum eſto*: vt ſcilicet I talem exhibeas te, vt ſis exemplum faciendi quod verbo doces. Et notandum, quòd in ijs, in quibus Prælatus eſt exemplum, eſt multiplex differentia. Quædam enim ordinantur ad proximum, quædam ad Deum, quædam ad ſe. Quantùm ad proximum, dicit: *Exemplum eſto fidelium*: vt ſcilicet quod verbo præcipis, impleas opere, 1. Pet. 5. *Forma facti gregis ex animo*. Et hoc in locutione, vnde dicit, *in verbo*, ſcilicet ponderato, ordinato & circumſpecto, Coloſſ. 4. *Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus*, & 1. Petr. 4. *Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei*. Item *in conuerſatione* exteriori: vt ſicut excellit loco & dignitate, ita & honeſta conuerſatione, 1. Pet. 2. *Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam*. Quantùm ad Deum, ordinatur charitate, quæ perficit affectum; vnde dicit, *in charitate*, Coloſſ. 3. *Super omnia charitatem habete*. Item per fidem, quæ illuminat intellectum; vnde dicit, *in fide*, Hebr. 11. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo*: quod ſpecialiter competit Prælatis, qui ſunt cuſtodes fidei. Vnde *Luc.* 22. ſpecialiter Dominus orat pro fide Petri, dicens: *Rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua*. Quantùm ad ſe, ordinatur caſtitate: quia indecens eſt nimis, vt vita miniſtrorum diſcordet à vita Domini, Eccli. 10. *Secundùm judicem populi, ſic & miniſtri ejus*. Chriſtus autem ſic caſtitatem dilexit, vt de Virgine voluerit naſci, & ipſe eam ſeruauit: ideò dicit, *in caſtitate*. Prælatus *enim* præficitur L vt doceat non ſolùm doctrina, ſed etiam vita. Debet enim eſſe vita ejus nobis in exemplum, ſicut vita Chriſti: *qui de ſe ipſo dicit Ioan.* 10. Ego ſum Paſtor bonus. *Bonus verò Paſtor*, cum proprias oues emiſerit, ante eas vadit: *videlicet*, eas M præcedit exemplo bonæ conuerſationis; *ex quo bene deducitur immediatè*: Et oues illum ſequuntur: *quia ſequela ouium boni eſt effectus exempli Paſtoris. Idcircò exigitur, vt Prælati ſint* forma facti gregis 1. *Pet.* 5. ideſt N exemplar bene viuendi, vt per eos alij informentur ad ſcientiam & honeſtam conuerſationem. *Forma*, inquam, non ſubſtantialis, ſed accidentalis: quæ ſeparata à ſubſtantia, nihil eſt. Sic Prælatus ſeparatus à grege, nihil valet; vnde & idolum dicitur Zach. 11. *O Paſtor, & idolum, derelinquens gregem*. Item *forma*, ad cujus aſpectum informentur alij, & concipiant fœtus ſimiles: ſicut ad aſpectum virgarum oues Iacob concipiebant ſecundùm colores, quos videbant. *Primarium autem exemplar, vt & prætactum eſt, exhibetur eis Chriſtus Dominus*, Pontifex factus in æternum: *quem, prout Deus dederit, debent Prælati imitari: Prælatos autem ſubditi ſibi commiſſi. Vnde Apoſtolus* 1. *ad Cor.* 11. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. *Quocirca* conſiderandum eſt O quòd ita ſe habet naturalis ordo rerum, quòd ea, quæ ſunt inferiora in entibus, imitantur ea, quæ ſunt ſuperiora, ſecundùm ſuum poſſe. Vnde etiam naturale agens tanquam ſuperius aſſimilat ſibi patiens. Primordiale autem principium totius proceſſionis rerum eſt Filius Dei, ſecundùm illud Ioann. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt*: & ideò ipſe eſt primordiale exemplar, quod omnes creaturæ imitantur, tanquam veram & perfectam imaginem Patris; vnde dicitur Coloſſ. 3. *Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ, quia in ipſo condita ſunt vniuerſa*. Speciali tamen quodam modo exemplar eſt ſpiritualium gratiarum, quibus ſpirituales creaturæ illuſtrantur, ſecundùm illud Pſal. 109. *In ſplendoribus Sanctorum ex vtero ante Luciferum genui te*: quia ſcilicet genitus eſt ante omnem creaturam per gratiam lucentem, habens exemplariter in ſe ſplendores omnium Sanctorum. Hoc autem exemplar Dei priùs erat à nobis valdè remotum, ſecundùm illud Eccle. 2. *Quid eſt homo, vt poſſit ſequi Regem factorem ſuum?* Et ideò homo fieri voluit, vt hominibus humanum exemplar præberet. Et ſicut diuinitatis ejus exemplar primò quidem imitantur Angeli, ſecundariò verò reliquæ creaturæ, vt *Dionyſius* dicit 10. cap. Angelicæ hier. Ita humanitatis exemplar principaliter quidem imitandum proponitur Prælatis Eccleſię, tanquam ſuperioribus, vnde & Dominus Apoſtolis dixit Ioan. 13. *Exemplum dedi vobis &c.* Secundariò verò ipſi Prælati, informati exemplo Chriſti, proponuntur exemplar vitæ ſubditis, *ſecundùm illud* 2. *Theſſ.* 3. Vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. *Cum igitur Prælati, oculi ſint per exemplum, caueant, ne claudantur ad alios bonis operibus informandos, vel rebus excæcentur mundanis, quæ ſunt hirundinum ſtercora*, (*Philipp.* 3. Omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora:) *ſic enim cæci erunt Prælati* & duces cæcorum. Cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. *Quòd ſi* promptè P facit inferior quod videt fieri à Superiore: *quid agat ſubditus* (*intra clauſtra præſertim*) *ſi quæ præcepta ſunt, primò Prælatum negligere, immò quotidie tranſgredi conſpiciat? Quod facit illud Matth.* 7. Quomodo dicis fratri tuo: Frater, ſine ejiciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs in oculo tuo? *ideſt*: qua Q fronte potes dicere? Verecundari debes, *corripiendo nimiùm acriter de leuibus ſubditum, dum majora, qui Prælatus es, non rarò committis. Hinc bene de Prælatis dicitur Apoc.* 14. Et vocem, quam audiui, ſicut citharœdorum citharizantium in citharis ſuis. Et cantabant &c. *Quibus verbis* notat R illos, qui ſemper *citharizant in citharis* alienis; ideſt, qui prædicant alijs pœnitentiam, & ipſi nullam vel modicam faciunt. Et in hoc notantur clauſtrales Prælati, qui jejunante Conuentu, vel malè procurato, comedunt vel in cameris abundanter & largè. Iſti reuera *cantant*, ſed *in citharis* alienis, non ſuis: quia religionem tenent, non in ſe, ſed in ſubditis. Contra quos dicit Sapiens: *Patere legem, quam ipſe tuleris*; & Eccli. 32. *Rectorem te poſuerunt? noli extolli: eſto in illis quaſi vnus ex ipſis*, ſcilicet in refectorio, in dormitorio, in oratorio, in clauſtro: in vigilijs, in jejunijs, in diſciplinis. *Ex præfatis igitur conſtat, quàm bene dixerit initio Author*: Maximum eſt periculum in officio Paſtorali. *Et alibi*: Difficilius eſt S conuerſari bene cum cura animarum propter exteriora pericula, quàm bene conuerſari in religione: quamuis conuerſatio religionis ſit difficilior, quantùm ad ipſum genus operis, propter altitudinem obſeruantiæ regularis. *Eapropter dicebat Apoſtolus Iacobus c.* 3. Nolite plures magiſtri fieri: ſcientes, quoniam majus judicium ſumitis. *Plures magiſtri*; ideſt T plurium Eccleſiarum rectores: *majus judicium ſumitis*, ſcilicet damnationis æternæ, Sap. 6. *Duriſſimum judicium ijs, qui præſunt, fiet*. Et verè periculoſum eſt hoc: quia *in multis offendimus omnes*: multò fortiùs qui alijs præ-

H *Matth.* 5. *lit. d. ſi.*

In quibus præſertim bonum præbeat exemplum.

I 1. *Tim.* 4. *l.* 1. *ibi. & ad Tit.* 2. *l.* 2.

L *Matth.* 23. *lit. a. ibi. ſecundùm opera*:

M *Ioan.* 10. *l.* 3. *lit. c. ſi.*

N 1. *Pet.* 5. *ibi.*

Chriſtus Dominus primū prælatorū exemplar: Prælati populorum.

O 1. *Cor.* 11. *l.* 1. *initio.*

P *Rom.* 1. *l.* 5. *ſub initio.*

Non facit ſubditus quod & Prælatus negligit.

Q *Matth.* 7. *lit. a. ibi.*

R *Apoc.* 14. *com.* 2. *ibi.*

Prælati clauſtrales notantur.

Maximum in prælatione periculum.

S 2. 2. 184. 8. c.

T *Iac.* 3. *ibi.*

Digitized by Google

præsunt. *Ex quo Is.3 dicitur:* Princeps esto noster (1. *Pet.*2. Regale Sacerdotium:) *In pastoralis* officij V injunctio periculosa: *moxque subijcitur:* Ruina autem hæc sub manu tua; *idest* periculum sub custodia & defensione tua. *Et hinc est, quòd quia* Episcopus (*& omnis Prælatus*) cum majori X periculo suo & aliorum peccat: ideò solicitiùs retrahunt ipsum canones à peccato, quàm alios, majorem pœnam injungendo, secundùm quod est in remedium: (quamuis quandoque non debeatur tanta ex debito; vnde & in Purgatorio non tota ab eo exigitur.) *Num verò, ob præfata pericula, suscipienda ex charitate prælatura sit, an tutiùs humiliter declinanda: Vide fusè V.* Ambitio.

V *Is* 3. *ibi.*

X 4.*d.*20. 1.2. *q.*1. *ad* 3. Canones majorem pœnam injungunt pro Prælatorum peccatis quàm cæterorum.

§ *Itaque, plurima, vt benè præsit, in Prælato exiguntur: de quibus pluries Author. Et primò duo potissimùm requiri videntur Saluatoris monito* Matth.24. *fidelitas scilicet & prudentia:* Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus suus super familiam suam? *Vbi docemur, quòd* idoneitas Y boni Prælati est, quòd sit fidelis, & prudens. In quolibet enim bono opere duo sunt necessaria: scilicet vt intentio constituatur in debito fine: item quod accipiat vias congruas ad illum finem. Ideò in officio prælationis hæc duo sunt necessaria. Primò, quòd Prælatus figat intentionem in debito fine: quem quidam constituunt in seipsis, Ezech.34. *Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos:* quia illi, qui in recto fine intentionem constituunt, non intendunt *quod sibi vtile sit, sed quod multis, vt salui fiant*, 1. Cor. 10. Et hoc totum propter gloriam Dei operantur. Qui autem quærit quod suum est, non: vnde oportet, quod sit *fidelis*, 2. Cor. 4. *Iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Item debet esse *prudens:* quia potest esse, quòd aliquis quærat gloriam Dei, sed non secundùm scientiam. Prælati enim est corripere vitia. Posset ergo ita increpare, quòd posset inducere in peccatum: ideò oportet, quòd sit *prudens*, Matth. 10. *Estote prudentes, sicut serpentes.* Et notandum, quòd nominat *seruum:* quia differentia est inter liberum & seruum: omnis enim actio serui retorquetur in dominum, non liberi. Sic omnis actio Prælati referri debet in Deum. Sed quare dicit: *Quis putas est seruus fidelis & prudens?* Quia scilicet pauci sunt fideles, Philipp.2. *Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi*, Prou. 20. *Virum autem fidelem quis inueniet?* Et, si pauci fideles, pauciores & prudentes: ideò sic Dominus dicit, notans paucitatem. *Et tales quidem sunt* qui benè præsunt Præsbyteri, *vt dicitur* 1. *Tim.* 5. Præsbyter *enim* idem est Z quod senior: & sicut senes ætate, consueuerunt habere prudentiam, Iob 12. *In multo tempore prudentia:* ita qui assumitur ad regimen Ecclesiæ, debet esse prudens. Et ideò Prælati Ecclesiæ vocantur Præsbyteri. Item fidelis sit, vt vnicuique det tempore suo, *Matth.*24. Vt det illis cibum in tempore. *Qua de causa* cap. 4. *ad eund. Tim. scribebat:* Nemo adolescentiam tuam contemnat. *Siquidem* præceptum A efficaciam non habet, nisi per authoritatem præcipientis: & ideò, quando authoritas contemnitur, præceptum frustratur: (*præsertim, si plurima præcepta fiant; vnde* si tot B præcepta Prælatus aliquis ingerat, seu injungat, quòd subditus ea implere non possit, excusatur à peccato; & ideò Prælati abstinere debent à multitudine præceptorum, *ne præceptum & præceptor contemnantur:*) quod maximè fit in adolescentia, quia tales non creduntur prudentes esse. Vnde secundùm Philosophum: *Nemo juuenes elegit Duces.* Et ideò dicit: *Nemo adolescentiam tuam contemnat.* Q.d. Licet sis juuenis: mores tamen repræsentent senectutem. *Idque inter Episcopi conditiones ideò recensuit Apostolus* 1. *ad Tim.* 3. Ornatum, prudentem, pudicum. *Prudentem*, inquam: quia prudentia C est regitiua omnium virtutum:

Plura in Prælato exiguntur, vt benè præsit.

Y *Matth.* 24. *lit. d. ibi Et Io.* 5. *l.* 5 *lit. d.* Sit fidelis & prudens.

Cur Prælatus *seruus* dicatur.

Z 1. *Tim.* 5. *l.* 3. *ibi.*

A *Ibid. cap.* 4. *l.* 3. *ibi.*

B 2. 2. 105. 1. *ad* 3. Prælatus non multiplicet præcepta.

Quid, Episcopum esse *ornatum, pudicum.*

C 1 *Tim.* 3. *l.* 3. *ibi.*

& Episcopus eligitur, vt alios regat. *Ornatum.* Ornatus est quando bene componitur in actibus & dictis: ornatus enim importat pulchritudinem, quæ consistit in proportione. Vnde tunc est ornatus, quando agit & loquitur, vt decet, Eccli. 44. *Homines diuites in virtute pulchritudinis studium habentes.* Hoc requiritur in Episcopo, quia per exteriora judicamus de interioribus, Eccli. 19. *Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo.* Quia Prælatus ponitur in aspectu hominum, oportet, quòd sit ornatus. Vnde dicitur *de Ambrosio*, quòd quosdam ordinare nolebat, quia dissolutè incedebant. (Item quandoque contingit, quòd occurrunt alicui aliqua turpia in alijs vel agentibus vel dicentibus: & ad hæc habere debet pudicitiam, vt verecundetur, si videat, vel audiat: *quia, vt* Augustinus *inquit in Regula*, Impudicus oculus impudici cordis est nuncius. *Et ideò dicit*, pudicum.) *Quòd si materiales spectemus ornatus, figuraliter legis veteris Sacerdotum & Pontificum* ornamenta D designant virtutes ministrorum Dei. Sunt autem quatuor, quæ sunt necessariæ omnibus ministris: scilicet castitas, quæ significatur per *femoralia*; puritas vitæ, quæ significatur per *lineam tunicam:* moderatio discretionis, quæ significatur per *cingulum:* & rectitudo intentionis, quæ significatur per *tiaram* protegentem caput. Sed præ his Pontifices debent quatuor habere. Primò quidem jugem Dei memoriam in contemplatione: & hoc significat *lamina aurea*, habens nomen Dei, in fronte. Secundò quòd supportent infirmitates populi: quod significat *superhumerale.* Tertiò quòd habeant populum in corde & visceribus per solicitudinem charitatis: quod significatur per *Rationale.* Quartò quòd habeant conuersationem cœlestem per opera perfectionis: quod significatur per *tunicam hyacinthinam.* Vnde & tunicæ hyacinthinæ adjunguntur in extremitate *tintinnabula aurea:* per quæ significatur doctrina diuinorum, quæ debet conjungi cœlesti conuersationi Pontificis: (*Nostra autem conuersatio in Cœlis est*, ad Philipp. 3.) Adjunguntur etiam *mala punica:* per quæ significatur vnitas fidei, & concordia in bonis moribus: quia sic conjuncta debet esse ejus doctrina, vt per eam fidei & pacis vnitas non rumpatur. *Vlterius tria Prælato incumbunt: scilicet dirigere, regere, & corrigere. Nam* ad hoc E quòd homo rectè gradiatur in via salutis, tria sunt ei impendenda ab eo, qui ipsius curam gerit. Primò, vt in finem rectum ordinetur: & quantùm ad hoc dicitur Superior inferiorem sibi commissum *dirigere.* Secundò, vt ei cautelam adhibeat, ne à via ad finem ducente discedat: & quantùm ad hoc dicitur eum *regere.* Tertiò, vt si contingat eum discedere, ad viam rectam reducat: & quantùm ad hoc dicitur eum *corrigere.* Quandoque quidem, vt rectitudo justitiæ fiat ab eo: quando scilicet ille, qui deliquerat, emendatur ex cura sibi impensa. Quandoque autem, vt rectitudo justitiæ de eo fiat per pœnas inflictas, etiamsi ille non corrigatur ex parte sua. *Item tria sunt ei necessaria, scilicet obedientia, scientia, & gratia. Quod satis innuitur iis Domini verbis ad Petrum Ioann.*21. Dixit (*Iesus*) Simoni Petro: Simon Ioannis &c. *quem nempe Pontificem summum creare decreuerat. Innuitur enim* Obedientia F cum dixit, *Simoni*, qui interpretatur *obediens:* quæ est Prælatis necessaria. Nam qui nescit Superioribus obedire, inferioribus nescit imperare. (*Vnde & de Christo supremo Pontifice legitur Hebr.* 5. *quòd* cum esset Filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam: *idest*, expertus G est: quia qui non didicit obediendo subesse, nunquam nouit benè præcipiendo præesse. Item scientia, cum dixit, *Petro*, qui interpretatur *agnoscens:* quod necessarium est Prælato, quia ponitur vt speculator. Qui autem cæcus est,

D 1. 2. 102. 5. *ad* 10. *&.* Ornamenta antiquorum Pontificû quid figuraliter signent. Virtutes potissimùm necessariæ ministris sacris. Quatuor debent habere Episcopi & Prælati.

E 4. *d.* 19. 2. 1. *initio.* Tria eis incumbunt: scilicet dirigere, regere, & corrigere.

Obedientia, scientia, & gratia eis necessaria.

F *Ioan.* 21. *l.* 3. *ibi.*

G *Hebr.* 5. *l.* 2. *ibi.*

malus

Digitized by Google

malus ſpeculator eſt, Iſ.56. *Speculatores ejus cæci omnes, neſcierunt vniuerſi*; & Oſe.4. *Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi*. Item gratia, cum dixit, *Ioannis*; id eſt filius Ioannis (*qui interpretatur* gratia, *ſiue* gratioſus:) & hæc eſt neceſſaria Prælatis, quia ſine ea nihil habent, 1. *ad Cor*.15. Gratia Dei ſum id quod ſum.

Commendandus Prælatus in doctrina, in integritate, in grauitate.

Adhuc, commendari Prælatus debet in doctrina *ad Tit*.2. in integritate, in grauitate. *In doctrina*: Hoc enim H eſt proprium Prælati, *Ier*.3. Paſcent vos ſcientia & doctrina: *& addit*, verbum ſanum, irreprehenſibile. *Sanum*, id eſt non corruptum falſitate, 2. Tim.1. *Formam habe ſanorum verborum, quæ à me audiſti in fide &c.* & ad Tit.1. *Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana*. Item quantùm ad modum, cum dicit, *irreprehenſibile*; id eſt, vt proferatur tempore ſuo, & cum omni decentia, & prouocatione ad correctionem, Eccli.20. *Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore ſuo*. Secundò *in integritate*, ſcilicet per incorruptionem: ſicut enim corpus perdit integritatem per corruptionem membrorum ſuorum: ita anima per corruptionem peccati. In Prælato autem eſt integritas ſenſus per prudentiam, affectus per charitatem, corporis per caſtitatem, 1. Theſſ. vlt. *Integer ſpiritus veſter, & anima & corpus ſine querela in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur*. (*Vnde Tridentinum ſeſſ.6. de ref. cap.*1. Integritas præſidentium ſalus eſt ſubditorum.) Item *in grauitate*, quòd ſcilicet ſit grauis quantùm ad bona, quæ cum charitate fiunt. Graue autem duo habet. Vnum, quia deſcendit; & ſecundùm hoc vituperatur, Pſalm.4 *Filij hominum vſquequò graui corde?* Aliud eſt, quòd eſt ſtabile & firmum: & ideò illi dicuntur graues, qui non de facili mouentur à bono; & hoc (ſicut hic) commendatur, *Pſal*.34. In populo graui laudabo te. *Primum autem & potiſſimum, quod in Prælato ſimpliciter exigitur, eſt charitas & amor ad ſubditos, ita vt ex charitate de eorum bonis congaudeat, de malis doleat & contriſtetur. Talis erat Apoſtolus, qui propter errantes ſibi commiſſas oues triſtitia corripiebatur & graui dolore*, *Rom*.9. Triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo &c. *In quo* oſtendit I ſuum affectum ad Iudæos per dolorem, quem de eorum caſu patiebatur. Cum enim ex charitate homo debeat ſuum diligere proximum ſicut ſeipſum, imminet ſapienti triſtitia laudabilis de peccato proximi, ſicut de peccato ſui ipſius (*quantò magis Prælatus, qui debet eſſe in charitate perfectus?*) Vnde Apoſtolus 2. *ad Cor*.12. Et lugeam multos ex ijs, qui ante peccauerunt. *Et cap*.11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? *Quis infirmatur?* ſcilicet L in fide & in bono: *& ego non infirmor*, in corde dolens de eo, ſicut de me.

Triplex in Prælato integritas.

Quid in eo grauitas.

Potiſſimum in ſacro Paſtore charitas.

I *Rom*. 9. *l*. 1. *ibi*. *&* 2. *Cor*. 12. *fi*. *cap*.

L 2. *Cor*. 11. *l*. 4. *ibi*.

h *Qualis verò eligi in Prælatum debeat, oſtenditur ex ijs verbis Apoc*.3. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo. *Vbi Author ex gloſſa*: Hæc *inquit* de Prælatis M intelliguntur: vnde patet, quòd nulli debet dari ſedere in throno prælationis, niſi priùs vicerit & Mundum contemnendo ipſum, & carnem ſubijciendo ipſam, & diabolum ei reſiſtendo: & poſt hanc triplicem victoriam poteſt fieri Prælatus. De prima Ioann.16. *Confidite, ego vici Mundum*. De ſecunda 1. Cor.9. *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè &c.* De tertia Iac.4. *Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis*. De hoc poteſt intelligi quod dicitur 2. Tim. 2. *Non coronatur quis*, corona ſcilicet prælationis, *niſi legitimè certauerit*, 2. Tim.2. *Sed & eodem* Apoc. *capite, ad hoc idem dicitur*: Qui vicerit, ſcribam ſuper eum nomen meum nouum. *Vbi Author*: Nomen Dei N vetus, *inquit*, eſt *Dominus*; vnde in Pſal.67. *Dominus nomen illi*; & in Lege ſæpe dicit: *Ego Dominus*. Sed nouum nomen Dei eſt *IESVS*, id eſt Saluator, Matth.1. *Vocabis nomen ejus Ieſum*: *ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*. Sed heu! iſtud nomen pauci habent: quia pauci ſunt, qui curent de ſalute animarum. Primum autem nomen omnes ſibi vſurpant, quia tanquam *domino* ſibi volunt ſeruiri. Notandum verò, quòd ſeptem nominibus vocatur Filius Dei in nouo Teſtamento. Primum eſt *Chriſtus*; id eſt, vnctus, vel vnctio: vnctus enim fuit quia Rex, & vt Sacerdos, Act.10. *Vnxit eum Deus Spiritu Sancto & virtute*. Hoc nomen debent habere Prælati: quia debent eſſe vncti, id eſt manſueti & miſericordes. Secundum nomen eſt *Nazaræus*, Matth.2. *Quoniam Nazaræus vocabitur*, id eſt floridus. Et reuera floridus fuit Dominus: quia habuit candorem lilij in natiuitate, Cant.2. *Ego flos campi, & lilium conuallium*: liuorem violæ in flagellatione, Iſ.53. *Liuore ejus ſanati ſumus*: ruborem roſæ in paſſione, Eccli.24. *Ego quaſi plantatio roſæ in Iericho*, id eſt in defectu mortis: ſed iterum refloruit in reſurrectione, Pſal.27. *Et refloruit caro mea*. Similiter & Prælati debent habere candorem lilij per caſtitatem, liuorem violæ per humilitatem, ruborem roſæ per charitatem. Et, ſi aliquando de ijs floribus aliquis marcuerit, debent reflorere per pœnitentiam, Philipp.4. *Gauiſus ſum in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruiſtis*. Tertium nomen eſt *Emmanuel*, quod interpretatur *Nobiſcum Deus*. Et hoc nomen debent habere Prælati, vt ſemper ſint cum ſubditis, quaſi Paſtores cum grege. (*Hinc Prælati ad reſidentiam ſtrictè obligantur* ex Trid. ſeſſ.6. de ref. cap.1.) Moyſes, vt acciperet legem pro populo, quadraginta diebus fuit abſens: & iterum fornicatus eſt cum idolis populus. Et tamen bonos Vicarios dimiſerat pro ſe, Hur & Aaron, *Exod*.32. Quid ergo fiet de populo, cui Prælatus nunquam aut raro præſens eſt? Si ipſi attenderent, quàm ſtrictè requirit Dominus rationem de populo ſibi commiſſo: aut non reciperent prælationem, aut ſtarent cum grege. Quartum nomen eſt *Filius Altiſſimi*, Luc.1. *Et vocabitur Altiſſimi Filius*. Iſtud nomen debent habere Prælati per compaſſionem & miſericordiam, Eccli.4. *Eſto pupillis miſericors vt Pater: & eris tu velut filius Altiſſimi*. Quintum nomen eſt *Magiſter*: Sextum *Dominus*: de quibus dicitur Ioan. 13. *Vos vocatis me Magiſter & Domine; & bene dicitis: ſum etenim*. Hæc nomina debent habere Prælati, docendo populum vt Magiſtri, & regendo vt Domini. De primo Matth. vlt. *Euntes docete omnes gentes*: de ſecundo Pſalm.22. *Dominus regit me*. Septimum nomen eſt *IESVS*. Et hoc nomen debent habere Prælati, vt ſuam & populi ſalutem diligenter operentur, 1. Tim.4. *Attende tibi, & doctrinæ: inſta in illis. Hoc enim faciens & te ipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt*. Si hoc nomen haberent Prælati, omnes honorarent illos quaſi Deum, Pſal.81. *Ego dixi, dij eſtis*: quia nimirum *in nomine IESV omne genu flectitur*, vt dicitur Philipp.2. *Sanè præfatis ornati qualitatibus, Eccleſiarum Antiſtites, ceu* qui bene præſunt, duplici honore digni ſunt, *vt dicitur* 1. *ad Tim*.5. Quorum O vnus eſt in miniſtratione neceſſariorum, Prou.3. *Honora Dominum (in miniſtris ſuis) de tua ſubſtantia*. Item alius in exhibitione reuerentiæ, *Eccli*.4. Præsbytero humilia animam tuam. *Et hoc innuitur Prou. vlt*. Omnes domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus. *Reuerendus profectò Prælatus eſt & obſequendus, quippe qui inter Deum & ſubditos pacifer & ſequeſter. Vnde dicitur in Pſ*.105. Stetit Phinees, & placauit, & ceſſauit quaſſatio. *Ex quo habetur Hebr*.5. Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs, quæ ſunt ad Deum: vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſſit ijs, qui ignorant & erran &c. *Etenim Prælatus* debet eſſe P in ijs, quæ ſunt ad Deum: ſed tamen debet eſſe medius inter hominem & Deum, Deut.5. *Ego*

ſeque-

Non eligatur quis in Prælatum, niſi vicerit Mūdum, carnem, diabolum.

M *Apoc*.3. *com*. 2. *fi*. *cap*.

N *Ibid*. *ibi*.

Habeat nomen Dei nouum Apoc.3.

Septem nominibus vocatur Filius Dei in nouo Teſtamento, quæ debent Prælatis adaptari.

Epiſcopi reſidentia inculcatur.

Boni Prælati duplici honore digni.

O 1. *ad Tim*. 5. *l*. 3. *ibi*.

Prælatus inter Deum & ſubditos ſequeſter, vt Angelus.

P *Ad Hebr*. 5. *l*. 1 *ibi* & 1. *p*. 22. *a*. 1. & 4. *c*. & *q*. 26. 1. *c*. & *q*. 83. 3. *c*. *In* 3. *d*. 19. 1. 5. *q*. 2. *c*. & *d* 25. 2. 1. *q*. 4 *c*.

Digitized by Google

sequester & me-dius fui inter Dominum & vos. Sicut ergo per deuotionem orationis debet tāgere Deum tanquam vnum extremum: sic per misericordiam & compassionem debet tangere alterum extremū, scilicet hominem. *Hinc offendentes, vel inordinatè Prælatum tangentes, seuerè à Deo animaduertuntur: quod mysticè signatur* Exod. 19. *cum dicitur*: Omnis, qui tetigerit montem, morte morietur. *Verùm tunc Prælatus* Q inordinatè videtur tangi, quando irreuerenter objurgatur, vel etiam quando ei detrahitur. Et hoc significatur per contactum montis à Deo damnatum. *Vnde & Psalm.* 104. Nolite tangere Christos meos. *Et Zach.* 2. Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. *Et Luc.* 10. Qui vos spernit, me spernit. *Et tamen quotidie faciliùs liberiùsque Prælatorum famæ detrahitur, quàm vilis plebis homunculo*, 1. *Cor*. 4. Tanquam purgamenta hujus Mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc: *cum nihilominus speciatim id inhibeatur* Exod. 22. *cum dicitur*: Dijs non detrahes, *idest* R Prælatis. Quandoque enim dicitur aliquis Deus participatione aliqua diuinitatis, seu excellentioris virtutis diuinitùs infusæ: *quales æstimandi Prælati sunt, Psalm.* 81. *& Ioan.* 10. Ego dixi: dij estis, & filij excelsi omnes. *Quæ plura tandem optimum Prælatum constituant, vide fusè apud Authorem S. DISCE prælationis munus, nisi charitas vrgeat, tutiùs humiliter declinari*.

Reuerendus est, non tangendus, nec objurgandus.

Q 2. 2. 33. 4. ad 1.

Nec ei detrahendum.

R Ioa. 10. l. 6. lit. c. fi.

S Matth. 5. lit d. e. & cap. 20. lit. a. & 1. Corinth. 9. l. 1. & 2. & 1. ad Tim. 3. l. 1. & 2. & 2. ad Tim. Prol. ad Tit. 1. l. 2. & 3. Apoc. 2. com. 1. init. & fi. cap. & com. 2. ibi, dabo eis, & dabo illi. Op. 18. cap 17. 18. 19.

X. Prælati non puniuntur pro peccatis subditorum, sed pro proprijs, quæ in custodia subditorum commiserunt. *Ad Gal. 6. l. 1. fi.*

i **I**Nter cætera plura, *quæ in bono exiguntur Prælato, illud est, quod optimæ famæ sit*, 1. *Tim*. 3. Oportet & illum testimonium habere bonum ab ijs, qui foris sunt. *Et quidem* hoc T necessarium est Prælato, quia conuersatio totius congregationis ex Prælato judicatur. *Si enim bonus sit, & congregatio saltem vt in pluribus bona erit. Ab opposito, si malus sit, vt in pluribus mala. Informantur enim subditi bona vel mala vita Prælatorum, qui ideò dicuntur* 1. *Pet*. 5. forma gregis. *Porrò triplex* V differentia conditionum boni & mali Pastoris accipi potest. Prima quidem distinctio accipitur quantùm ad intentionem. Secunda quantùm ad affectum. Tertia quantùm ad solicitudinem. Differunt ergo primò in intentione; & hoc ex nomine vtriusque: nam primus dicitur Pastor, ex quo datur intelligi, quòd intendit pascere gregem, Ezech. 34. *Nonne greges pascuntur à Pastoribus?* Iste autem, scilicet malus, dicitur mercenarius, quasi mercedem quærens: vt sic differant in hoc, quòd Pastor quærit vtilitatem gregis: mercenarius autem principaliùs commodum proprium. (Hæc etiam differentia est inter Regem, & tyrannum, vt Philosophus dicit: quia Rex in suo regimine intendit vtilitatem subditorum: tyrannus verò vtilitatem propriam.) Secundò distinguuntur quantùm ad solicitudinem: quia de bono Pastore dicitur, quòd oues sunt suæ, non solùm commissione, sed etiam amore & solicitudine, Philipp. 1. *Eo quòd habeam vos in corde &c.* Sed de mercenario dicitur: *Cujus non sunt oues propriæ*; idest, earum solicitudinem non habet, Ezech. 34. *Neque quæsierunt Pastores mei gregem meum, sed pascebant semetipsos &c.* Tertiò differunt quantùm ad affectum: nam bonus Pastor, qui diligit gregem, animam suam dat pro eo; idest, exponit se periculo vitæ corporalis. Malus autem, quia nullum affectum habet ad gregem, fugit cum videt lupum; vnde dicitur: *Videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit*. Ex quo dicitur Ezech. 13. *Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel*. Et ideò dicitur de malo Pastore Zach. 11. *O' pastor, & idolum, derelinquens gregem*. Quasi dicat: Non es Pastor, sed similitudinem, & idolum geris Pastoris. *Et Ier*. 37. *concluditur*: Mercenarij ejus, qui versabantur in medio ejus, quasi vituli saginati, versi sunt, & fugerunt simul, nec stare potuerunt. O' Pastor *inquam* & idolum! *cumque idolum sit malus Pastor, nihil est*: *nam* 1. *Cor*. 8. Idolum nihil est in Mundo. *Et bene nihil, quia cum & charitate & amore careat ad gregem, nihil est*, 1. *Cor*. 13. Si habuero prophetiam &c. charitatem autem non habuero, nihil sum. *Hinc Is*. 22. *de tali Pastore dicitur*: Quid tu hic? aut quasi quis hic? *Quid tu hic?* idest X quid facis in domo mea, indignus tali habitatione? *aut quasi quis hic?* Q. d. Æstimas te, ac si esses alicujus valoris, cum nihil sis. *Est autem malus Pastor qui vnde pascat non habet: aut, si habet, pascere detrectat*, *Is*. 3. Non sum medicus, & in domo mea non est panis. *Medicus*, vt scilicet Y possim mederi miserijs vestris: *& in domo mea non est panis*, quo suppleam defectum famis vestræ, *Thren*. 4. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. *Idem dic de mystico vinitore sacram vineam non excolente, nec labruscas rejecante. Idem de Ecclesiastico milite, spiritualibus armis vel non vtente, vel abutente. Et tamen* hodie Z multi sunt, qui stipendia accipiunt, & non militant: edunt fructum vineæ, & non plantant: lac comedunt, & gregem non pascunt, *de quibus dicitur Is* 56. Speculatores ejus cæci omnes, nescierunt vniuersi &c. *Speculatores &c.* Hic ponit A culpam Prælatorum quantùm ad defectum in regimine, & prævisione periculorum. Positi sunt enim Prælati ad cauendum populo à periculis, sicut speculator ab hostibus: vnde *nescierunt*, pericula scilicet præuidere. Item in correptione vitiorum: *canes muti non valentes latrare* contra vitia. Item in admonitione agendorum, *videntes vana &c.* & ita in peccatis nutrientes. *Sedent nihilominus, quamuis mali, in cathedra, ratione officij, Matth*. 23. Super cathedram Moysi sedebunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere. *Sed hæc, cathedra est pestilentiæ per malam vitam, Psal*. 1. Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum &c. & in cathedra pestilentiæ non sedit. *Vnde ad præfatos Pharisæos dicitur à Domino Matth*. 23. *cit*. Væ vobis, quia clauditis regnum Cœlorum ante homines. *Vbi Author*: Quid B est *inquit* claudere regnum, nisi quod illi claudebant per malam vitam? Ille propriè in cathedra pestilentiæ sedet, qui officium docendi accipit, & per malam vitam populum corrumpit, *& clerum*. *Clerum inquam cum populo corrumpunt mali Prælati: quod mysticè tangitur Apoc*. 8. *cum dicitur*: Et percussa est tertia pars Lunæ. *Etenim*, sicut C à Sole Luna recipit lumen: sic à Prælatis clerici informantur: & quales sunt Prælati, tales sunt clerici, Eccli. 10. *Qualis rector ciuitatis, tales & habitantes in ea*. Horum autem tres sunt partes: nam alij scholares, qui frequentant scholas: alij chorales, qui sequuntur chorum: alij curiales, qui sequuntur curias Principum & Prælatorum. *Et hæc tertia pars* ferè tota *percussa est*, & vtinam non mortua, *spiritualiter vtique*. *Quod autem Soli comparentur Prælati, vel ipso Sole clarius est ex Domini verbis ad Apostolos*: Vos estis lux Mundi, *Matth. cap*. 5. Per Solem D significantur Prælati Ecclesiæ. Nam, sicut Sol totum Mundum illuminat: ita Prælati totam Ecclesiam debent illuminare. Item Sol habet corpus calidum saltem in effectum: in quo notatur charitas Prælatorum. Et hæc est *tertia pars Solis*, quæ ferè in omnibus Prælatis *percussa est (vt ibidem præmittitur)* quia etsi potestatem & fidem retineant, teruorem charitatis perdiderunt. Prælatorum enim quidam ardent & lucent: hi sunt *prima pars*. Alij ardent, sed

Bonæ sit famæ.

T 1. Tim. 3. l. 2. ibi.

Conuersatio totius congregationis ex Prælato judicatur.

V Ioa. 10. l. 3. lit. c.

Triplex differentia inter bonum, & malum Pastorem.

Malus Pastor, idolum, imò nihil est.

X Is. 22. ibi.

Quis malus Prælatus.

Y Is. 3. ibi.

Z 1. Cor. 9. l. 1. ibi. quis militat?

A Is. 56. ibi.

B Matth. 23. lit a. ibi.

C Apoc. 8. com. 2. ibi. Clerici Lunæ, Prælati Soli comparantur.

D Ibidem parte ante.

Digitized by Google

[Triplex Prælatorum differentia.] ſed non lucent: hi ſunt *ſecunda pars*. Tertij lucent, ſed non ardent: hi ſunt *tertia pars* Solis. Hæc eſt pars Prælatorum, quæ *percuſſa eſt*: quæ ſcilicet lucet exteriùs ſimulata ſanctitate, ſed non ardet interiùs habita charitate. *Cæterùm multipliciter* [E Ier. 12. ſi.] Prælati E populum deſtruunt: ſcilicet propter operis peruerſitatem: propter doctrinæ falſitatem: propter timoris puſillanimitatem: propter dominij auſteritatem: propter curæ remiſſionem. *Nec perperam idcircò de his conqueritur Dominus Ierem.* 10. Quia ſtultè egerunt Paſtores, & Dominum non quæſierunt: propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum diſperſus eſt. *Omnis inquam grex diſperſus eſt*; [F Ier. 10. ibi.] quia F peccata Prælatorum ſunt cauſa cæcitatis ipſorum, Sap. 3. *Excæcauit eos malitia eorum*: & hæc cauſa eſt deſtructionis populi, *Ezech.* 34. Diſperſæ ſunt oues meæ, eo quòd non eſſet Paſtor. *Vnde & Ier.* 12. *dolet Dominus*: Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcauerunt partem meam. *Et cap.* 23. *concludit*: A' prophetis Ieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram.

I *Nec tamen, tametſi malo, ſubtrahenda Prælato reuerentia eſt & obſequium. Non enim vt mali venerandi ſunt, ſed vt Deum repræſentantes, non ſecus ac propter Regem famulos Regis honoramus*, 1. *Theſſ.* 5. [Tametſi mali, reuerendi, & obſequendi, ceu Deum repræſentantes. G 1. Theſſ. 5. l. 1. ſi.] Rogamus autem vos, fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino; *ideſt*, vice G Domini: & ideò eſt habenda reuerentia ad eos, ſicut ad Deum, 2. Cor. 2. *Ego, ſi quid donaui vobis, in perſona Chriſti*: (Non tibi, ſed Petro, *ajebat ille*.) *Et hinc eſt, quòd* ſubdito [H 3. d. 9. a. 3. ad 3.] H bono debetur ſecundùm ſe major reuerentia, ſed ratione prælationis major debetur malo Prælato. Et eſt [Triplex de hoc ratio.] triplex ratio. Primò quia Prælatus gerit vicem Dei, vnde Deus in ipſo honoratur. Secundò quia ipſe eſt perſona publica, & honoratur in ipſo bonitas Eccleſiæ, vel Reipublicæ, quæ eſt major, quàm merita vnius ſingularis perſonæ. Tertiò quia prælatio ſe habet ad virtutem ſicut cauſa, efficiens in alijs virtutem: & dignius eſt, alterius virtutis cauſam exiſtere, inquantùm hujuſmodi, quàm virtuoſum eſſe, vt dicit *Philoſophus* in 9. Ethic. *Et* [I 2. 2. 101. 2. ad 2.] *alibi docemur, quòd* ſi Prælati I ſint mali, non honorantur propter excellentiam propriæ virtutis, ſed propter excellentiam dignitatis, ſecundùm quam ſunt Dei miniſtri. Et etiam in eis honora- [Honor ſoli virtuti debetur.] tur tota communitas, cui præſunt. *Veruntamen Author aduertit, quòd* Prælato [L In 3. loc. cit. ad 2.] L dum eſt in actu peccati, non debet exhiberi dulia: quia apparet in eo aliquid honori contrarium (*honor enim* non debe- [M 2. 2. 144. 2. ad 2. & q. 63. 3. initio c.] tur M verè, niſi ſoli virtuti:) ſed ante, vel poſt, ſibi dulia habet exhiberi, quia neſcitur in quo ſtatu ſit. *Igitur bonorandi ſunt & obſequendi ratione* [In bono, non ita in malo imitandi.] *dignitatis Prælati, tametſi mali: non tamen imitandi niſi in bonis, ad Gal.* 6. Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat, in omnibus [N Ad Gal. 6. l. 2. ibi. Matth. 23. lit. a. ibi, omnia.] bonis. *Hoc eſt*: vt diſcipulus N accipiat bona doctoris, *communicet is, qui catechizatur*, ideſt commune ſibi faciat quod eſt docentis, cum imitando. Sed quia contingit, doctores aliquando minùs bona facere: ideò non ſunt in hoc imitandi; & ideò ſubdit: *in omnibus bonis, Matth.* 23. Quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundùm opera verò eorum nolite facere. *Aliter* error eſt, hoc dicere. *Nolite errare: Deus non irridetur*. Nam mala prælatorum non excuſant nos: non enim ſunt ſubditis in exemplum, niſi in ijs, in quibus imitantur Chriſtum, qui eſt Paſtor abſque peccato; vnde & ſignanter dicit Ioann. 10. *Ego ſum Paſtor bonus*. Et Apoſtolus 1. Cor. 4. & 11. *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti*. Q. d. In ijs me imitamini, in quibus ego imitor Chriſtum. Et ſi per mala Prælatorum excuſatis vos apud homines: tamen Deus non irridetur; ideſt, non poteſt falli. *Secundùm ergo opera eorum nolite facere*: quia ſcilicet (*vt ſuperiùs dictum eſt*) iſti [O Matth. loc. cit. ibi.] O non diſſonant à doctrina Chriſti, ſed à vita: & ideò doctrina eorum eſt attendenda, ſed vita cauenda. [An mali prælatio à Deo ſit.] *An verò mali prælatio à Deo ſit: Reſpondet Author, quòd* à Deo [P 2. d. 44. 1. a. c.] P eſt quantùm ad id bonum, quod eſt in ea: quantùm verò ad id mali, quod ſibi adjungitur, à Deo non eſt. Eſt autem in prælatione conſiderare tria: [Tria in prælatione conſiderantur.] ſcilicet prælationis principium, modum, & vſum. In quibuſdam igitur quodlibet horum bonum eſt: qui ſcilicet debitè ad prælationem perueniunt, & debitè prælationis actum exercent. In quibuſdam verò principium eſt malum, ſed vſus bonus: ſicut qui non dignè ad prælationem perueniunt vel propter eorum inſufficientiam, vel propter modum perueniendi ad ipſam: & tamen actum prælationis, quam indebitè conſecuti ſunt, debito modo exercent. In quibuſdam verò eſt è conuerſo. In quibuſdam autem vtrunque eſt malum. Modus autem, ſeu forma, prælationis in omnibus bonus eſt: conſiſtit enim in quodam ordine alterius tanquam regentis, & alterius tanquam ſubjacentis. Et quia judicium de re ſimpliciter dicendum eſt ex conſideratione ejus, quod eſt formale in ipſa: ideò ſimpliciter dicendum eſt, omnem prælationem à Deo eſſe: ſed ſecundùm quid, aliquas prælationes non eſſe à Deo, quia ſcilicet abuſus earum non eſt à Deo: vel quia etiam injuſta actio, per quam ad prælationem peruenitur, à Deo non eſt. *Ex quo & dicendum, quòd* non eſt [Q Ibid. ad 5. Quod indigni aſſumantur, in pœnam quandoque ſubditorum eſt.] Q omnino inordinatum, quòd indigni ad prælationem aſſumuntur: ordinatur enim in pœnam ſubditorum, qui hoc merentur, vt ſignificatur Iob 34. *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi*. Vnde cum pœna omnis à Deo ſit, etiam tales prælationes à Deo ſunt. *Etenim* dimittit [R 1. Cor. 1. l. 1. ibi, ſecundùm voluntatem. & 2. ad Tim. 1. l. 1. ibid.] R Deus aliquos præfici propter ſubditorum peccata. Talis autem rector non dicitur eſſe, ſecundùm voluntatem Dei, ſed ſecundùm ejus indignationem, *ſecundùm illud Oſe.* 13. Dabo tibi Regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. *Permittuntur, inquam, ſubditis malis mali præeſſe: vt, ſicut dicitur Apoc.* 22. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: *Et quia* illi [S In 2. d. 44. 1. 2 ad 3.] S qui per eos affliguntur, digni ſunt ab eis affligi; & ſic eſt in pœnam ſubditorum, qui talem Prælatum merentur. *Non ſecus reprehenditur atque punitur malus Præpoſitus propter peccata populi, & ſubditorum, Apoc.* 2. Habeo aduersùm te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquiſti. *Aduersùm te*; ideſt [T Apoc. 2. com. 2. ibi.] T aduersùs malos ſubditos tuos, qui tecum ſunt, *pauca* reprehenſibilia: & ſic, [Punitur interdum & Prælatus propter peccata ſubditorum.] vt dicit *Haymo*, peccata ſubditorum adſcribit Prælato, quia negligens eſt circa correctionem eorum. Heli ſacerdos, *ait gloſſa*, bonus fuit, & tamen damnatus eſt (*nota*) quia filios corrigere noluit. Ecce reprehenditur & punitur Prælatus propter peccata ſubditorum, *Num.* 25. Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra Solem in patibulis &c. *Vbi manifeſtè puniuntur Principes populi, cum tamen populus peccauerit: præmittitur enim* Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab &c. *Quia nimirùm à peccato Principes non coercuerant*. Homines *(inquit Origenes)* ſi hoc attenderent, Principatus non ambirent: *quantò magis Epiſcopatum?* [Quo namſenſu.] *Veruntamen, propriè loquendo*, non puniuntur [V Ad Gal. 6. l. 1. ſi.] V pro peccatis ſubditorum, ſed pro proprijs, quæ in cuſtodia ſubditorum commiſerunt. *Quod aſſeruit* [Nec tamen ob ſcandalum debet publicè animaduerti.] *initio Author. Quòd ſi aliquando & hic veniat Prælatus puniendus: non tamen publicè propter ſcandalum, & ne pateat ſubditis ad inobedientiam vel contemptum aditus major, & anſa. Et hoc, ipſius Dei exemplo: à quo quidem* Aaron [X 4 d. 46. 2. 2. q. 2. ad 5.] X punitus fuit (*propter vituli conflationem*) quamuis non pœnâ manifeſtâ, ſicut & populus, in ſignum quòd Prælati non debent manifeſtè puniri, ſed occultè, propter ſcandalum vitandum. Pœna autem Aaron dicitur fuiſſe in ipſo & filijs ejus, quòd in ſacrificio vitulæ

tulæ

Digitized by Google

tulæ rufæ immundi efficiebantur, vt habetur Num. 19. Auguſtinus tamen (*qui in gloſſa* Exod.32. *videtur ſuſtinere, non fuiſſe punitum*) hoc occulto Dei judicio adſcribit, qui quibuſdam parcit ad tempus, vt in melius commutentur, alijs punitis.

Punietur ſaltem acerbiùs in futuro ſeculo.

m *Nihilominus, ſi* ſecundùm Auguſtinum *hîc non tam facilè puniuntur Prælati, eò grauius in futuro ſeculo erit ſupplicium, Matth.* 21. Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis &c. *Malos perdet*; ideſt Y perditione præſenti & in futuro, *malè*, ideſt acerbè, *Sap.6.* Potentes potenter tormenta patientur. *Quod innuitur & Apoc.* 14. Et miſit Angelus falcem ſuam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum, & calcatus eſt lacus extra ciuitatem, & exiuit ſanguis de lacu vſque ad frænos equorum. *Vbi manifeſtè ſermo eſt de finali judicio, & de pœna Inferni: de quo vide fuſiùs* ibi com. 1. & 2. *Cæterùm ſpecialiùs* per frænos Z equorum intelliguntur mali Prælati, rectores minorum: qui, ſicut in culpa fuerunt ſimiles, ſic & in pœna. Immò magis punientur Prælati, quàm ſubditi, quia grauiùs peccant, Sap.6. *Iudicium duriſſimum ijs, qui præſunt, fiet. Durum*, quia malè intrauerunt in Prælationem, non per oſtium, ſed aliunde, ideſt mediante carnalitate, aut calliditate, aut pecunia, aut prece armata. *Durius*, quia poſt ingreſſum malè vixerunt. *Duriſſimum*, quia ingreſſi non pœnituerunt. *Id quod minatur Dominus & Ier.*23. Væ Paſtoribus, qui diſperdunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ &c. Vos diſperſiſtis gregem meum, & non viſitaſtis eos: ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum, ait Dominus. *Et Zach.*10. Super Paſtores iratus eſt furor meus. *Et hoc erit æterna, ſed præ alijs acerbior, damnatio. Quod facit illud Apoc.*8. Et tertia pars nauium interijt. *Nauium*, ideſt A eorum, qui alios gubernabant, & portabant, & quorum motu alij mouebantur, vt principes, & hujuſmodi aliorum rectores, *interijt*, ideſt, mortua eſt ſpiritualiter *ſimul & æternaliter. Quos & redarguet Dominus in judicio* Pſal.49. *ijs verbis*. Tu verò odiſti diſciplinam, & projeciſti ſermones meos retrorſum. Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas &c. *Vbi ſciendum, quòd* hæc verba B ex perſona Dei proponuntur peccatori annuncianti & prædicanti juſtitiam Dei. Et competunt maximè Prælatis, qui non de facili per ſe in peccatum labuntur, ſed alijs peccantibus conſentiunt: & hæc conuertuntur in eos, Rom. 1. *Digni ſunt morte non ſolùm qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus*. Ideò de hoc repræhendit eos. *Si videbas furem*, ad te delatum ad judicium, *currebas cum eo*, non corrigendo: *& cum adulteris portionem tuam ponebas*: quia non corrigis adulteros, ſed blandiris, & cooperis & foues eos, cum ad notitiam tuam perueniunt: *cum ijs quæ ſequuntur. Et concludit*: Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. *Arguam te*; ideſt, condemnabo te. Et quia ipſe etiam homo contra ſe pugnat per remorſum conſcientiæ, & ſeipſum arguit; ideo dicit: *& ſtatuam contra faciem tuam*; ideſt, tu ipſe te condemnabis. *His nihilominùs non obſtantibus neque terrentibus, mali quotidie ad Prælaturas aſſumuntur: cum tamen dicatur Apoc.*3. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno &c. *ſiquidem* hodie C paucis datur corona prælationis, niſi victis à Mundo per cupiditatem, à carne per voluptatem, à diabolo per ambitionem. Sed væ illis, qui tales coronant, & qui taliter coronantur, cum ſolis victoribus corona debeatur. *Quid autem faciat ſubditus, ſiue regularis ſit, ſiue ſecularis, vbi malo Prælato ſubjicitur? (neque enim deſunt injuſti, immites, malignantes, perſecutores*, quærentes quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti:) *quid inquam faciat? Humilietur in primis coram Deo, & in ſuorum id applicet peccatorum retributionem juſtamque pœnam: & oſculetur virgam, qua Deus vult vti ad ſui ſpiritualem profectum, juxta illud Iſ.*10. Væ Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe eſt, in manu eorum indignatio mea. *Quòd ſi omnino intolerabilis reddatur, vergatque in graue communitatis detrimentum Prælatus hujuſmodi*: non eſt D ei pœna infligenda; ſed recurrendum ad Superiorem, denunciando. Vel, ſi non habet Superiorem, recurratur ad Deum, qui eum emendet, vel de medio ſubtrahat. *Cum autem in malos Prælatos & Paſtores hucuſque ex Authore declamatum ſit, non ideò falsò putandum, optimos & quidem plurimos vbilibet non extare: qui tanquam* accenſæ lucernæ, *non* ſub modio *latitantes, ſed* ſuper candelabrum *expoſitæ, ſanctimonia & ſapientia, raris exemplis & doctrinis*, lucent omnibus, qui in domo, *hoc eſt, in Eccleſia, immò & extra illam*, ſunt: *inter quos eminent & Purpurati non pauci*, circundati varietate; *ideſt*, diuerſis E virtutum operibus, *quibus ad pulchrius Eccleſiæ ornamentum clareſcunt: quorum deuota pietate ſtabilitur fides, cæleſti contemplatione erigitur ſpes, feruida ſolicitudine & zelo charitas incaleſcit. DISCE, duriſſimum ijs inſtare judicium, qui in Eccleſia non benè præſunt. Vide*, Exemplum Majorum, *& alia vbi ſuprà* Num. viij.

Y Matth. 21. lit. b, ibi.

Z Apoc. 14. com. 2. ſ. & c. 8. ibi, tertia pars Solis, Lunæ, & Stellarum.

A Apoc. 8. com. 3. & 2. ibi.

Dei ad malos Prælatos redargutio in die judicij.

B. Pſ. 49. lit. 2.

Et ipſa nos conſcientia condemnat.

C Apoc. 3. com. 2. ſ. cap.

Quid agat ſubditus cum malo Prælato.

D 4. d. 19. 2. 1. q. 3. ad 2.

Bonorum in Eccleſia Prælatorum commendatio.

E Pſ. 44. lit. g. ibi.

EVA. Vide ADAM, MVLIER.
EVANGELISTA) V. DOCTOR ECCLESIASTICVS.
EVANGELIVM)
EVBVLIA. Vide CONSILIVM.

EVCHARISTIA.

XI. Chriſtus voluit vltimò Sacramentum Euchariſtiæ diſcipulis tradere, vt fortiùs eorum cordibus imprimeretur. 3. *p.* 83. 2. *ad* 3.

n *SAcramenti Euchariſtiæ plures in veteri lege præceſſerunt figuræ. Præcipuæ verò diuerſimodè hoc Sacramentum præfiguarunt. Etenim, ſicut in cæteris*, in hoc F Sacramento tria conſiderare poſſumus: ſcilicet id, quod eſt Sacramentum tantùm, quod eſt panis & vinum: & id quod eſt res & Sacramentum, ſcilicet corpus Chriſti verum: & quod eſt res tantùm, ſcilicet effectus hujus Sacramenti. Quantùm igitur ad id, quod eſt Sacramentum tantùm, potiſſima figura fuit hujus Sacramenti, oblatio Melchiſedech, qui obtulit panem & vinum. Quantùm autem ad ipſum Chriſtum paſſum, qui continetur in hoc Sacramento, figuræ ejus fuerunt omnia ſacrificia veteris Teſtamenti, præcipuè ſacrificium expiationis, quod erat ſolemniſſimum. Quantùm autem ad effectum, fuit præcipua ejus figura, Manna, quod habebat in ſe *omnis ſaporis ſuauitatem*, vt dicitur *Sap.*16. ſicut & gratia hujus Sacramenti, quantùm ad omnia reficit mentem. Sed agnus Paſchalis, quantùm ad hæc tria, præfigurabat hoc Sacramentum. Quantùm enim ad primum, quia manducabatur cum panibus azymis, ſecundùm illud Exod. 12. *Edent carnes & azymos panes*. Quantùm verò ad ſecundum, quia immolabatur ab omni multitudine filiorum Iſrael quartadecima luna: quod fuit figura paſſionis Chriſti, qui propter innocentiam dicitur agnus. Quantùm verò ad effectum, quia per ſanguinem agni paſchalis protecti ſunt filij Iſrael à deuaſtante Angelo, & educti de Ægyptiaca ſeruitute. Et quantùm ad hoc, ponitur præcipua figura hujus Sacramenti agnus Paſchalis: quia ſecundùm omnia ipſum repræſentat. *Si verò inſtituendi rationem veſtigemus*: cauſa G inſtitutionis eſt triplex: ſcilicet memoria Saluatoris, ſacrificium altaris, cibus hominis. Hæc tria diſpoſuit in hoc Sacramento diuina Sapientia contra tria vetera mala: ſcilicet contra obliuionem Dei, contra

Variæ Euchariſtiæ in veteri lege figuræ.

F 3. p. 73. 6. c. In 4. d. 8. 1. 2. q. 1. c. & ad 6. Op. 5. 5. de Sacramentis.

Potiſſima Agnus Paſchalis.

G Op. 58. cap. 1. ſub initio.

Inſtitutionis cauſa triplex contra tria vetera hominis mala.

tra debitum rapinæ alienæ rei, contra corruptiones pomi mortiferi. Primi enim parentes in hæc tria mala inciderunt, serpentina fraude decepti, & per eos, successores sunt deprauati. De primo Eccli. 10. *Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo: quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor ejus*, scilicet per obliuionem in occupatione damnosæ negociationis cum serpente. De secundo Genes. 3. *Videns mulier lignum, quòd esset bonum ad vescendum, & pulchrum oculis aspectuque delectabile, tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo*: & sic ambo rapinam commiserunt. De tertio Genes. 2. *De ligno scientiæ boni & mali ne comedas: in quacumque enim die comederis ex eo, morte morieris*. Et in bono immortalitatis corporis *corrupti sunt, & abominabiles facti sunt*, Psal. 13. Igitur contra triplex vetus malum institutum est hoc Sacramentum, Luc. 22. & 1. Cor. 11. *Accipite & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem*. Ecce prima causa, scilicet memoria Saluatoris contra obliuionem. *Quod pro vobis tradetur*; idest, vt agnus Dei offeretur: ecce secunda causa, scilicet sacrificium altaris contra rapinam. *Accipite & comedite*: ecce tertia, scilicet cibus medicinalis contra corruptionem. *Vt videlicet vetus homo, qui per esum pomi noxialis infirmitatem, mortem immò incurrerat: per esum Eucharistiæ, sanitatem, immò vitam acquireret, & hanc sempiternam*, Ioan. 6. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. *Quocirca* oportet H primò considerare necessitatem institutionis hujus Sacramenti. Est autem sciendum, quòd Sacramenta instituta sunt propter necessitatem vitæ spiritualis. Et quia corporalia sunt quædam similitudines spiritualium, oportet Sacramenta proportionari eis, quæ sunt necessaria ad vitam corporalem. In qua primò inuenitur generatio, cui proportionatur baptismus, per quem regeneratur aliquis in vitam spiritualem. Secundò ad vitam corporalem requiritur augmentum, per quod aliquis perducitur ad quantitatem & virtutem perfectam: & huic proportionatur Sacramentum Confirmationis, in quo Spiritus Sanctus datur ad robur. Tertiò ad vitam corporalem requiritur alimentum, per quod corpus hominis sustentatur. Et similiter vita spiritualis per Sacramentum Eucharistiæ reficitur. Est autem notandum, quòd generans non conjungitur genito secundùm substantiam, sed solùm secundùm virtutem: cibus verò conjungitur nutrito secundùm substantiam. Vnde in Sacramento baptismi, quo Christus regenerat ad salutem, non est ipse Christus secundùm substantiam, sed solùm secundùm virtutem. Sed in Sacramento Eucharistiæ, quod est spirituale alimentum, Christus est secundùm substantiam. *Et hac de causa Eucharistia iteratur, non ita baptismus: nimirùm*, quia I homo semel nascitur, multoties autem cibatur: semel tantùm datur baptismus, multoties autem Eucharistia. *Conuenienter verò in vltima cœna tale Dominus Sacramentum instituit. Et hoc propter tria*. Primò quidem L quia ordine congruo figura præcedit veritatem: agnus autem paschalis erat figura, siue vmbra hujus Sacramenti; & ideò post cœnam agni Paschalis Christus hoc Sacramentum dedit. Secundò, vt ex hoc Sacramento statim ad passionem transiret, cujus hoc Sacramentum est memoriale. Et ideò dixit discipulis: *Surgite, eamus hinc*, scilicet ad passionem. Tertiò vt arctiùs imprimeretur hoc Sacramentum cordibus discipulorum, quibus ipsum tradidit in vltimo suo recessu: *quod ajebat initio Author. Illud tamen obseruandum, quòd sui sanguinis Sacramentum post cœnam instituit*: ait enim expressè *Apostolus* 1. Cor. 11. (*& Lucas cap.* 22.) Similiter & calicem, postquam cœnauit &c. *Vbi Author*: quod M videtur *inquit* signanter addidisse: nam Christus corpus suum

H 1. *Cor.* 11. *l.* 5. *ibi*, accepit panem. 3. *p.* 73. 1. *c.* & 79. 4. *c.* *In* 4. *d.* 8. 1. 3. *q.* 1.

Quorsum Sacramenta instituta.

Baptismus generationi cōparatur.

Confirmatio augmentationi.

Eucharistia nutritioni.

I 3. *p.* 66. 9. *ad* 3. *In* 4. *d.* 4. 2. 1. *q.* 2. *ad* 3.

Cur Eucharistiæ Sacramentum in vltima cœna institutum.

L 1. *Cor.* 11. *l.* 4. *ibi*, cœnam. & 3. *p.* 73. 5. *c.* & 83. 2. *ad* 3. *In* 4. *d.* 8. 1. 3. *q.* 3. *c.* & *ad* 4. *Matth.* 26. *lit. c. ibi*, cœnantibus. *Ioan.* 13. *l.* 1. *lit. a. fi.*

Cur discipulis inter cœnandum corpus, post cœnam sanguinem Christus tradiderit in Sacramento.

M 1. *Cor.* 11. *l.* 6. *ibi.*

tradidit inter cœnam, vnde Matth. 26. dicitur, quòd *cœnantibus illis, accepit Iesus panem &c.* Cujus ratio est, quia corpus Christi repræsentat mysterium incarnationis, quæ facta est legalibus obseruantijs statum habentibus, inter quas præcipua erat cœna agni Paschalis. Sed sanguis Christi in Sacramento directè repræsentat passionem, per quam est effusus, & per quam sunt terminata omnia legalia; vnde dicitur, quòd *per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta*, ad Hebr. 9. *Nec perperam à Domino instituta Eucharistia est* in qua nocte tradebatur, *vt ait ibidem Apostolus*: Hoc *enim* congruum N fuit: Primò quidem quantùm ad qualitatem temporis: fuit enim in nocte. Per virtutem etenim hujus Sacramenti anima illuminatur; vnde 1. Reg. 14. dicitur, quòd *Ionathas intinxit summitatem virgæ in fauum mellis, & conuertit manum suam ad os suum; & illuminati sunt oculi ejus*: propter quod & in Psalm. 138. dicitur: *Nox illuminatio mea in delicijs meis*. Secundò quantùm ad negocium, quod in illo tempore gerebatur: quia scilicet, quando tradebatur ad passionem, per quam transiuit ad Patrem (*Phase, idest transitus, Domini* Exod. 12.) hoc Sacramentum, quod est memoriale passionis, instituit. Vnde dicitur *Eccli.* 29. Transi hospes, & orna mensam: & quæ in manu habes, ciba cæteros. *Vt nimirùm innueretur, quòd tunc Christus maxima æternæ vitæ exhibet homini beneficia, cum ad temporalem ab eo mortem traditur: quo inimicis nostris beneficia discamus & nos impendere, sicut ipse impio proditori* (*nam secundùm Augustinum, & secundùm omnes*, Christus O corpus suum in cœna cum alijs discipulis & Iudæ dedit:) *& vniuerso humano generi ex culpa inimico, Rom.* 5. Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij ejus &c. *Vnde Author*:

Non sine causa in qua nocte tradebatur.

N *Ibid. l.* 3. *ibi.*

O *In* 4. *d.* 11. 3. *a.* 9. 1. & 3. *p.* 81. 2. *c.* *Matth.* 26. *lit. c.* & *Io.* 13. *l.* 4. *fi.*

Etiam Iudæ corpus suum in Sacramento dedit.

In mortem P à discipulo
Suis *tradendus* æmulis
Priùs in *vitæ* ferculo
Se *tradidit* discipulis.

P *Op.* 57. *Hym. ad Laud.*

O *Voluit autem Dominus Sacramentum hoc per modum cibi instituere, de quo Ioan.* 6. Operamini non cibum, qui perit, sed qui manet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. *Et conuenienter quidem: quia* inter Q alios sensus solus tactus est, cui suum sensibile realiter conjungitur, similitudinibus tantùm sensibilium ad alios sensus per medium peruenientibus; gustus autem, tactus quidam est: & inter alia, quæ ad tactum pertinent, solus cibus est, qui agit per conjunctionem sui ad cibatum, quia nutriens & nutritum fit vnum. Alia autem tangibilia agunt efficiendo aliquas impressiones in eo, quod tangitur, sicut patet de calido & frigido & hujusmodi: & ideò, cum omne Sacramentum in figura alicujus rei sensibilis proponi debeat, conuenienter Sacramentum, in quo ipsum Verbum incarnatum nobis conjungendum continetur, proponitur nobis in figura cibi, non quidem conuertendi in nos per suam ad nos conjunctionem, sed potiùs sua conjunctione nos in seipsum conuertens; *vnde & ea vox ad* Augustinum *ex persona Verbi incarnati*: Non tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ: sed tu mutaberis in me. *Et hoc est, quod dicebat Christus Ioan.* 6. Qui manducat meam carnem, in me manet, & ego in illo: *idest*, conjungitur R mihi. *Profectò* humanæ S naturæ corruptio hujusmodi cibi exigebat medicamentum quantùm ad tria. *Primò* quantùm ad congruam curationis inchoationem: quia sicut initium corruptionis & mortis cœpit à cibo vetito, scilicet à ligno scientiæ boni & mali: sic initium justificationis & vitæ incipere debuit à cibo, scilicet à ligno vitæ, idest à corpore Dominico. De primo Gen. 2. *De ligno scientiæ boni & mali ne comedas &c.* De secundo Ioann. 6. *Nisi manducaueritis* carnem

Cur hoc Sacramentū per modū cibi institutum.

Q *In* 4. *d.* 8. 1. 3. *q.* 1. *c.* & *d.* 9. 1. 1 *q.* 1. *c.* & 3. *p.* 79. 1. & 4. *c.* *Op.* 58. *c.* 5. *post med.* *Matth.* 26. *lit. c. ibi*, panem.

R *Io.* 6. *l.* 7 *lit. f. initio*

S *Opusc.* 58. *c.* 6. *sub initio.*

Humana natura corrupta talis cibi indigebat medicamento quo ad tria.

Digitized by Google

carnem Filij hominis &c. Secundò exigebat talem cibum quantùm ad integram corruptionis curationem. Serpens enim malignus infudit homini per venenum pomi vetiti triplicem corruptionem: in anima tenebras ignorantiæ: in carne morbum prauæ concupiscentiæ: & mortem in vtroque. De primo Psalm.48. *Homo, cum in honore esset, non intellexit*; & Genes.1. *Tenebræ*, idest ignorantiæ, *erant super faciem abyssi*, idest humani cordis, ex diaboli deceptione, Genes. 3. *Serpens decepit me*. De secundo ad Galat. 4. *Caro concupiscit aduersùs spiritum*; & ad Rom.7. *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ*. Lex in membris est morbus concupiscentiæ mouens membra ad actum malitiæ. De tertio Sap.1. *Inuidia diaboli mors introiuit in Orbem terrarum*. Quia ergo per cibum venenosum triplicem infudit corruptionem, necesse fuit, vt ad integram curationem medicus, idest Saluator noster, cibum medicinalem contra hæc tria daret: & hoc est corpus suum, quod piè recipientium ignorantiæ tenebras illuminat, morbum prauæ concupiscentiæ sanat, & mortem destruendo triumphat. De primo Psal.33. *Accedite ad eum, & illuminamini*. Corpus enim Christi est Verbum Dei, idest *lux vera* in carne humana, quasi in lucerna, qua illuminatur fidelis anima. De secundo Exod.16. *Mane ros jacuit in similitudinem pruinæ super terram*. Panis igitur cœlestis in similitudinem pruinæ rorisque apparebat: quia corpus Domini à feruore prauæ concupiscentiæ refrigerat. De tertio Ioann.6. *Patres vestri manducauerunt manna, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur*. Et sic iste cibus mortem destruit. *Tertiò* exigebat talem cibum quantùm ad firmam sanitatis conseruationem. Quidam enim ad tempus de peccatis compunguntur, & quodammodo curantur: sed tempore tentationis per recidiuum iterum corrumpuntur, Psal. 37. *Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ &c.* Ad conseruationem autem sanitatis animæ, & incorruptionis bonæ vitæ, valet cibus iste, Cant.1. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi*. Sicut enim myrrha, incorrupta seruat corpora: sic corpus Domini piè sumptum corda.

Triplici de causa sub specie aliena.

T 1. Cor. 11. l. 5. ibi, panem. Hebr. 10. l. 2. ibi, per velamen. & fuse Op. 58. c. 7. & 8.

V Op. 58. cap. 7.

P *Disposuit porrò Dominus corpus suum in hoc Sacramento dare velatum, hoc est, sub specie occultatum aliena: quia nimirùm* Sacramentum Regis abscondere, bonum est, *Tob.12.* Continetur autem T sub alia specie propter tria. *Primò* quidem, ne esset horribile fidelibus sumentibus hoc Sacramentum, si in propria specie carnem hominis ederent, & sanguinem biberent. *Secundò* ne hoc ipsum esset derisibile infidelibus. *Tertiò* vt cresceret meritum fidei, quæ consistit in hoc, quòd creduntur ea, quæ non videntur. *Hinc Ioan.6.* vbi Dominus V dixit: *Caro mea verè est cibus &c.* sequitur: *Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retrorsum*, quasi abhorrentes verba de humana carne comedenda. Et iterum vbi Dominus dixit: *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro Mundi vita: litigabant* ideò *Iudæi &c.* Litigatio hæc, murmur & detractio est; & ideò debuit velari. Vnde & Num. 4. dicitur: *Aaron & filij ejus intrabunt, ipsique disponent opera*; idest, operient Sacramenta: *alij nulla curiositate videant quæ sunt in Sanctuario priusquam inuoluantur, alioquin morientur*. Et 1. *Reg.*6. percussit Dominus multos, *eoquòd vidissent Arcam Domini*: quia scilicet non licebat eis videre eam detectam. Arca significat corpus Christi, quod malignis est velandum, ne spiritualiter moriantur, si videant. *Verùm* traditur X hoc Sacramentum sub duplici specie propter tria. *Primò* quidem propter ejus perfectionem: quia, cum sit spiritualis refectio, debet habere spiritualem cibum, & spiritualem potum. nam & corporalis refectio non perficitur sine potu & cibo, vnde & 1. Cor. 10. dicitur: *Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt*. *Secundò* propter ejus significationem: est enim memoriale Dominicæ passionis, per quam sanguis Christi fuit separatus à corpore; & ideò in hoc Sacramento seorsum offertur sanguis à corpore. *Tertiò* propter hujus Sacramenti effectum salutarem: valet enim ad salutem corporis, & ideò offertur corpus: & valet ad salutem animæ, & ideò offertur sanguis: nam *anima carnis in sanguine est*, vt dicitur Genes.9. & Leuit.17. (dicitur tamen Y secundùm quandam assimilationem, quòd in hoc Sacramento corpus offertur pro salute corporis, & sanguis pro salute animæ, quamuis vtrumque ad salutem vtriusque operetur, cum sub vtroque totus sit Christus: & licet corpus non sit immediatè subjectum gratiæ, ex anima tamen redundat effectus gratiæ ad corpus, dum in præsenti *membra nostra exhibemus* Rom.6. *arma justitiæ Deo*, & in futuro corpus nostrum sortietur incorruptionem, & gloriam animæ.) Offertur autem specialiter hoc Sacramentum sub specie panis & vini: *Primò* quidem, quia pane & vino communiùs vtuntur homines ad suam refectionem: & ideò assumuntur in Sacramento hæc, sicut aqua ad ablutionem in baptismo, & oleum ad vnctionem. *Secundò* propter virtutem hujus Sacramenti: nam *panis cor hominis confirmat, & vinum lætificat*, Psalm.103. *Tertiò*, quia panis, qui ex multis granis fit, & vinum ex multis vuis, significant Ecclesiæ vnitatem, quæ constituitur ex multis fidelibus. Est autem Eucharistia specialiter Sacramentum vnitatis & charitatis. *Additur & alia causa* ex repræsentatione Z ejus, quod præcessit: nam grana in area conculcantur, & panis in fornace decoquitur, & vinum in torculari exprimitur: quæ omnia competunt ad repræsentandum passionem Christi, *cujus memoriale est Eucharistia*. *Quòd verò Sacramentum sit vnitatis, ex eo est*: quia hoc A est Sacramentum corporis Christi: corpus autem Christi mysticum est Ecclesia, quæ consurgit in vnitatem corporis ex multis fidelibus; vnde istud est Sacramentum vnitatis Ecclesiæ, *Rom.* 12. Omnes vnum corpus sumus in Christo &c. *Et ideò Apostolus, mysterium innuens*, 1. *Cor.* 10. *dicebat*: Vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane participamus. *Vnde &* per Eucharistiam B est perfecta influentia à capite in membra. *Idcirco in Missæ de Sacramento secreta dicitur*: Vnitatis & pacis propitius dona concede, quæ sub oblatis muneribus mysticè designantur. *Vnitatis inquam & pacis nedum inter Deum & hominem, si quidem* est Sacramentum C pacis, nobis per sanguinem Christi effusum factæ: *sed & inter homines ad inuicem*. *Vnde ad illud Ioan.* 6. Litigabant ergo Iudæi &c. *docemur*, quòd Euangelista D Iudæorum litigium inducit per modum conclusionis, cum dicit: *Litigabant ergo*; & quidem *ex Augustino* satis congruè: nam Dominus locutus fuerat eis de cibo vnitatis, quo qui reficiuntur, efficiuntur vnanimes, secundùm illud Psal.67. *Iusti epulentur & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia*; & sequitur: *Qui inhabitare facit vnius moris* (secundùm aliam literam, *vnanimes*) *in domo*. Quia igitur Iudæi cibum concordiæ non sumpserant, ideò ad inuicem litigabant. *Et hinc est, quòd pluribus nominibus Sacramentum hoc nuncupatur. Et* habet E triplicem significationem. Vnam quidem respectu præteriti, in quantùm scilicet est commemoratiuum Dominicæ passionis, quæ fuit verum Sacrificium: & secundùm hoc nominatur *Sacrificium*. Aliam autem significationem habet respectu rei præsentis, scilicet Ecclesiasticæ vnitatis, cui homines aggregantur per hoc Sacramentum: & secundùm hoc nominatur *Communio*, vel *Synaxis*. Tertiam significationem habet respectu futuri, in quantùm scilicet hoc Sacramentum est præfi-

Cur sub duplici specie.

X 1. Cor. 11. l. 5. ibi, panem, & Matth. 26. lit. c. ibi panem. & lit. d. initio 3. p. 74. 1.

76. 1. ad 1. 73. 1. & 4. c. In 4. d. 11. 2. 1. q. 1. & 2. c. Op. 58. c. 20.

Y 3. p. 79. 1. ad 3.

Et quare panis & vini.

Eucharistia Sacramentum vnitatis, charitatis, & pacis.

Z 4. d. 11. 2. 1. q. 2. 4. c.

A In 6. l. 6. lit. g. & 1. Cor. 10. l. 4. ibi, vnus panis. & cap. 11. l. 4. & 5. & 3. p. 67. 2. c. 79. 3. c. 83. 3. ad 3. 83. 4. ad 3. In 4. d. 45. 2. 3. q. 1. ad 3.

B In 4. d. 4. 2. 2. q. 5. ad 2.

Nedum inter hominem & Deum, sed et inter homines ad inuicem.

C In 4. d. 25. 2. 2. q. 2. c.

D Ioan. 6. l. 7. lit. a.

Plura hujus Sacramenti nomina.

E 3. p. 73. 4. c. In 4. d. 8. 1. 1. q. 3. c.

Sacrificium.

Communio, vel Synaxis.

Digitized by Google

præfiguratiuum fruitionis Dei, quæ erit in Patria: & secundùm hoc dicitur *Viaticum*: quia hic præbet nobis viam illuc perueniendi.

Viaticum.

Et secundùm hoc etiam dicitur *Eucharistia*, idest bona gratia, quia *Gratia Dei vita æterna*, vt dicitur *Rom. 6.* Vel quia realiter continet Christum, qui est plenus gratia.

Eucharistia, & vnde.

Dicitur etiam in græco *Metalepsis*, idest assumptio: quia *ex Damasceno* per hoc Filij deitatem assumimus.

Metalepsis.

F Op. 58. c. 26. ort. fi.

Vt Eucharistia triplicem habet in anima effectum.

Hoc inquam Sacramentum dicitur F Eucharistia, idest bona gratia: gratia enim est influentia diuinæ bonitatis in anima, per quam assimilata Deo, fit ei grata, & vitæ æternæ digna. Et secundùm hoc, corpus Domini habet tres effectus: similem Deo animam efficit, gratam & charam Deo reddit, vitam æternam tribuit. *Qud quidem initiauit Dominus viam per hoc Sacramentum, vt & terminum securè attingeremus. Quod innuit Apostolus ad Hebr.*10. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi: quam initiauit nobis viam nouam, & viuentem, per velamen, idest carnem suam. *Etenim*, sicut Sacerdos G per velum intrabat in Sancta Sanctorum: ita si volumus intrare Sancta gloriæ, oportet intrare per carnem Christi, quæ fuit *velamen* deitatis, If. 45. *Verè tu es Deus absconditus*: non enim sufficit fides de deitate, si non adsit fides de incarnatione. Vel (*ad rem nostram*) *per velamen, idest carnem suam*, datam nobis sub velamento speciei panis in Sacramento. *Qud figuraliter facit illud Eliæ de subcinericio pane* 3. Reg. 19. *de quo dicitur, quòd* ambulauit in fortitudine cibi illius vsque ad montem Dei Horeb. *Quod & sub specie vini Sacramentum hoc mirabiliter facit*, in quantùm H realiter continet hoc, quo janua Cœli nobis aperta est, scilicet sanguinem Christi; & ideò specialiter *Viaticum* appellatur.

G Hebr. 10. l. 2. ibi.

H 4. d. 8. s. 1. q. 3. fi. c.

Sacrum conuiuium.

Et hoc est solemne spirituale conuiuium, quod fidelibus suis Dominus præparauit: in quo corpus suum in cibum, suumque Sanguinem pretiosissimum in potum dedit, vnde exclamat deuotè Author: O' sacrum I conuiuium, in quo Christus sumitur: recolitur memoria passionis ejus: mens impletur gratiâ: & futuræ gloriæ nobis pignus datur! *Conuiuium inquam, in quo recolitur memoria passionis ejus: nam* in Sacramento L Eucharistiæ commemoratur mors Christi, in quantùm ipse Christus passus exhibetur nobis, quasi paschale conuiuium, *secundùm illud* 1. *Cor.*5. Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur. *Nec mirum: etenim* origo M omnium Sacramentorum est passio Christi, de cujus latere in Cruce pendentis Sacramenta profluxerunt.

I Opusc. 57. ad Magnif. in 2. Vesp.

L 3. p. 66. 9. ad 5.

Omnia Sacramenta de latere Christi.

M 4. d. 8. s. 1. q. 3. initio c. ad Hann. Prol. in 4. Sent. Psal. 3. lit. c. Rom. 5. l. 4. fi.

Passio Christi, conuiuium in monte Caluariæ.

Vnde & cohærenter ad prædicta Isaias cap. 25. *sub nomine conuiuij de Christi in Caluariæ monte passione præcinuisse videtur, cum ait*: Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc, conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. *Faciet Dominus conuiuium pinguium medullatorum*: Pinguis *enim* est panis Christi, *vt canit Ecclesia ex illo Genes.*49. Pinguis est panis ejus; *& Deut.*32. Constituit eum, vt comederet &c. & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ (*non dicit* vinum, *sed* sanguinem) biberet meracissimum: *quod est* conuiuium vindemiæ, *& quidem* defæcatæ, *quia sanguis Christi immaculatus est*. Vt comederet medullam tritici; *idest*, dulce N corpus Christi; *subditque* & sanguinem vuæ biberet meracissimum; *scilicet*, Christi sanguinem purum & calidum: purum ad maculam iniquitatis (*supple*, amouendam:) calidum in effectu, scilicet charitate, *quæ inflammat affectum*.

N Op. 58. c. 30. post med. & c. 29. fi.

Effectus passionis Christi.

Et vt hæc, aliaque plurima Christi hoc in monte passi, collata hominibus beneficia innueret, prosequitur ibi Propheta: Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos; *hoc est, originale peccatum destruet in omnes diffusum*, *Ier.*30. Conteram jugum ejus de collo tuo, & vincula ejus dirumpam. *En peccati destructio*. Et telam, quam orditus est (*diabolus*) super omnes nationes. *En clarus de Satana triumphus*: Nunc Princeps hujus Mundi eijcietur foras, *Ioan. cap.*12. Præcipitabit mortem in sempiternum. *En plena de morte victoria*: Ero mors tua, ò mors, *Osee cap.*13. Et auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra: quia Dominus locutus est. Et dicet in die illa: Ecce Deus noster iste: expectauimus eum, & saluabit nos. *En totius humani generis* copiosa redemptio; *& quidem* in monte hoc *expleta: videlicet*, quia O ibi Christus passus est, vnde nobis omnia bona prouenerunt.

O If. 25. ibi, in monte.

Sicut ex passione Christi omnia nostra bona proueniunt: ita ex sacro Eucharistiæ conuiuio.

P Io. 6. l. 6. fi. 3. p. 79. 1. c.

Sacramentum Eucharistiæ est applicatio Dominicæ passionis ad nos.

Q 3. p. 83. 1. c.

Sicut autem ex passione Christi omnia nobis bona proueniunt: ita ex sacro Eucharistiæ conuiuio: nam quicquid est P effectus Dominicæ passionis, totum etiam est effectus Sacramenti Eucharistiæ: nihil enim aliud est hoc Sacramentum, quàm applicatio Dominicæ passionis ad nos. *Et alibi*: Per hoc Q Sacramentum participes efficimur fructus Dominicæ passionis. Vnde & in Secreta Missæ *Dom. 9. post Pent. dicitur*: Quoties hujus hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur. *Nec ideò, quòd ante passionem suam Christus Sacramentum hoc instituerit, non esse illius memoriale dicendum, eoquòd* memoria est præteritorum: *Etenim* fuit R institutum in Cœna, vt in futurum esset memoriale Dominicæ passionis, eâ peractâ: vnde & signanter dicit: *Hæc quotiescunque feceritis*, de futuro loquens.

R 3. p. 73. 5. ad 3. In 4. d. 8. 1. 3. q. 3. ad 1.

q *Ex præfatis deducitur, quidnam & quotuplex sit Sacramenti Eucharistiæ propria materia. Quocirca præsciendum, plures in hoc irrepsisse antiquorum errores*. Primus S error est *Artotyritarum*, qui offerunt in hoc Sacramento panem & caseum: dicentes, à primis hominibus oblationes de frugibus terræ & ouium celebratas fuisse. Secundus error est *Cataphrygarum & Peputianorum*, qui de infantis sanguine, quem de toto ejus corpore minutis punctionum vulneribus extorquent, quasi Eucharistiam suam conficere perhibentur, immiscentes eum farinæ, panemque inde facientes. Quod magis est simile sacrificijs dæmonum, quàm sacrificio Christi, secundùm illud Psal. 105. *Effuderunt sanguinem innocentem, quem sacrificauerunt sculptilibus Chanaan*. Tertius est error *Aquariorum*, qui aquam solam in sacrificio offerunt: cum tamen *Prou.* 9. dicatur ex ore Sapientiæ, qui est Christus: *Bibite vinum, quod miscui vobis*. Quartus est error *Ophitarum*, qui serpentem Christum æstimantes, habent vnum colubrum, assuetum panes linguâ lambere; atque ita eis velut Eucharistiam sanctificare.

Errores circa materiam Eucharistiæ.

S Op. 1. de Sacramentis. & 3. p. 74. 1. c.

Per institutionem Christi refelluntur.

Nihilominus omnes T hi errores, & similes, excluduntur per hoc, quòd Christus hoc Sacramentum sub specie panis & vini instituit, vt patet *Matth.*26. vnde panis & vinum sunt materia conueniens hujus Sacramenti. *Quod & ex superiùs dictis clarescit satis. Verùm duplex assignatur materia: quia* materia Sacramenti V debet competere & significationi Sacramenti & vsui: & vtroque modo exigitur duplex materia in hoc Sacramento. Vsus enim hujus Sacramenti est manducatio, quæ ad sui integritatem & cibum & potum exigit: & ideò hujus Sacramenti debet esse duplex materia: vna quæ in cibum sumitur, & alia quæ in potum. Significatio autem Sacramenti est duplex. Vna, secundùm quod repræsentat præteritum: & sic in hoc Sacramento significatur passio Christi, in qua separatus fuit ejus sanguis à corpore; & ideò separàtim in hoc Sacramento offerri debet signum corporis, & signum sanguinis, duplici materia existente. Alia significatio Sacramenti est de effectu per Sacramentum inducendo, quia Sacramenta efficiunt quod figurant: & sic, cum hoc Sacramentum ad salutem corporis & animæ sumatur, oportet, quòd sub specie panis ad significandam

T 3. p. 74. 1. c.

Panis & vinū materia conueniens hujus Sacramenti.

Cur duplex materia.

V 4. d. 11. 2. 1. q. 1. c. & d. 8. 2. 4. q. 1. ad 2. & 3. p. 74. 1. c. & 4. con. G. c. 61. & 1. Cor. 11. l. 5. Matth. 26. lit. d.

salutem corporis, & sub specie vini ad significandam salutem animæ, hoc Sacramentum perficiatur: *vt & superiùs visum est. Porrò, panis non quicunque, materia hujus Sacramenti statuitur, sed triticeus.* Cujus causa X est diuina institutio, quia ipse hoc pane confecit. Ratio autem institutionis potest triplex assignari. *Prima* ex effectu: quia talis panis melius nutrimentum præstat. Vnde competit ad significandum excellentiam gratiæ, quæ in hoc Sacramento confertur. *Secunda* ex vsu Sacramenti: quia panis triticeus est, qui communiùs in vsum cibi venit: alij autem panes non fiunt, nisi propter defectum tritici; vnde & panis simpliciter dictus intelligitur de tritico, sicut & oleum de oliuis. Vnde competit huic Sacramento, cujus vsus est in manducando. *Tertiò* ex re contenta, quæ est Christus, qui se grano frumenti comparauit: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit &c.* vt dicitur Ioann. 12. *At major controuersia est, an in azymo, vel in fermentato sit hoc Sacramentum conficiendum. Et quidem* in hoc Y videtur esse diuersitas inter Græcos & Latinos. Græci enim de fermentato, Latini de azymo conficiunt. Causa autem hujusmodi diuersitatis est: quia Dominus in azymo confecit, vt ex tribus Euangelistis habetur manifestè; & ita in primitiua Ecclesia Apostoli celebrabant: quem morem Romana Ecclesia ab Apostolis, qui ipsam fundauerunt, accepit, vt *Innocentius III.* dicit. Sed postea, vt dicit *Leo Papa*, imminente hæresi Hebionitarum, qui dicebant, simul cum Euangelio legalia obseruanda, Sancti Patres, ne eis consentire viderentur, voluerunt ad tempus instinctu Spiritus Sancti ex fermentato confici Sacramentum. Postea, cessante illa hæresi, Ecclesia ad pristinum morem rediit. Græci autem seruare voluerunt morem ad tempus à Patribus introductum: vlteriùs addentes, non posse confici nisi in fermentato. Et ad hoc probandum asserere voluerunt, Dominum in fermentato confecisse. Et quia tres Euangelistæ concorditer dicunt, *prima die azymorum* Dominum instituisse hoc Sacramentum: in tantam insaniam quidam ex eis proruperunt, vt dicerent, Euangelistas illos falsum scripsisse, & à Ioanne fuisse correptos, qui *ante diem festum Paschæ* dicit Dominum cœnasse cum discipulis. *Nihilominus faciliter concordia ostenditur Euangelistarum, si consideretur, quòd* dies festus Z Paschæ vocabatur prima dies de septem, quæ erat celeberrima; & hæc erat quintadecima luna: & in vespere præcedenti immolabatur, & comedebatur agnus luna quartadecima cum azymis. Et tunc Dominus cœnam fecit cum discipulis suis: & hanc diem dicunt alij Euangelistæ *primam diem azymorum*, & Ioannes *ante diem festum Paschæ*, initio cap. 13. *Ex quo patet, Dominum consequenter in azymo hoc Sacramentum confecisse. Cæterùm* circa materiam A hujus Sacramenti duo possunt considerari, scilicet quid sit necessarium, & quid conueniens. Necessarium quidem est, vt sit panis triticeus, sine quo non perficitur Sacramentum: non est autem de necessitate Sacramenti, quòd sit azymus, vel fermentatus: quia in vnoquoque confici potest. Conueniens autem est, vt vnusquisque seruet ritum suæ Ecclesiæ in Sacramenti celebratione. Super hoc autem sunt diuersæ Ecclesiarum consuetudines: dicit enim B. Gregorius in Reg. *Romana Ecclesia offert azymos panes, propterea quòd Dominus sine vlla commistione suscepit carnem: sed cæteræ Ecclesiæ offerunt fermentatum, pro eo quòd Verbum Patris indutum est carne, sicut fermentum miscetur farinæ.* Vnde sicut peccat Presbyter in Ecclesia Latinorum, celebrans de pane fermentato: ita peccaret Presbyter Græcus in Ecclesia Græcorum, de pane azymo, quasi peruertens Ecclesiæ suæ ritum. Et tamen consuetudo de pane azymo celebrandi, rationabilior est. *Primò* quidem, propter institutionem Christi, qui hoc Sacramentum instituit *prima die azymorum* Matth. 26. Marc. 14. & Luc. 22. qua die nihil fermentatum in domibus Iudæorum esse debebat, vt *Exod.* 12. habetur. *Secundò*, quia panis est propriè sacramentum corporis Christi, quod sine corruptione conceptum est, magis quàm diuinitatis ipsius. *Tertiò* quia hoc magis competit sinceritati fidelium, quæ requiritur ad vsum hujus Sacramenti, secundùm illud 1. Corinth. 5. *Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur non in fermento &c. sed in azymis sinceritatis & veritatis.* Habet tamen consuetudo Græcorum aliquam rationem, & propter significationem, quam tangit *Gregorius*, in detestationem hæresis Nazaræorum, qui legalia Euangelio miscebant. *Sed & pro materia altera hujus Sacramenti, non quodcunque vinum, siue liquor, verùm assumatur oportet vinum ex sola vite. Et ratio adducitur:* quia vinum B vitis propriè vinum est: alia verò dicuntur vina per similitudinem hujus vini. Hoc etiam vinum communiùs sumitur in potum, sicut & panis tritici in cibum: & habet proprietates magis conuenientes ad effectum Sacramenti, in quantùm calefacit & lætificat. Et ideò Dominus de vino vitis confecit, vt patet per hoc quod dixit: *Non bibam amodò de hoc genimine vitis &c.* Matth. 26. *Non ita de aceto confici potest, quamuis originaliter sit ex vite: nam* vinum C fit acetum per corruptionem, vnde non fit reditus de aceto in vinum, vt dicitur 8. *Metaph.* Et ideò, sicut de pane totaliter corrupto non potest confici hoc Sacramentum: ita nec de aceto. Potest tamen confici de vino acescente, sicut & de pane, qui est in via ad corruptionem (*neutrum enim adhuc propriam formam amisit*) licèt peccet conficiens. *De musto pariter confici potest, secus de agresta: quia* agresta D nondum habet speciem vini; mustum autem jam habet speciem vini: nam ejus dulcedo attestatur digestioni, quæ est completio à naturali calore. Et ideò de musto potest confici hoc Sacramentum: non tamen debent vuæ integræ huic Sacramento misceri, quia jam esset ibi aliquid præter vinum. Prohibetur etiam, ne mustum statim expressum de vua in calice offeratur: quia hoc est indecens propter impuritatem musti. Potest tamen in necessitate fieri; dicitur enim *à Iulio Papa in Decr.* 7. Si necesse fuerit, botrus in calicem prematur. *Vlteriùs materiæ vini aqua admiscenda est.* Primò quidem E propter institutionem: probabiliter enim creditur, quòd Dominus hoc Sacramentum instituerit in vino aqua permisto secundùm morem illius terræ (in qua F vt temperetur fortitudo vini, ab omnibus vinum bibitur aqua mistum:) vnde & Prou. 9. dicitur: *Bibite vinum, quod miscui vobis.* Secundò quia hoc conuenit repræsentationi Dominicæ passionis; vnde dicit Alexander Papa I. *Non debet in calice Domini aut vinum solum aut aqua sola offerri, sed vtrunque permistum: quia vtrunque ex latere ejus in passione sua profluxisse legitur.* Tertiò, quia hoc conuenit ad significandum effectum hujus Sacramenti, qui est vnio populi Christiani ad Christum: quia, vt Iulius Papa dicit: *Videmus in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinem Christi.* Ergo, cum in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur. Quartò quia hoc competit ad vltimum effectum hujus Sacramenti, qui est introitus ad vitam æternam; vnde Ambrosius dicit *in lib. de Sacram.* Redundat aqua in calicem, & salit in vitam æternam. *Nec tamen talis appositio est de necessitate Sacramenti: nam* aqua G vino mista (*vt dictum est*) significat populum Christianum, Christo per passionem conjunctum, secundùm illud Apoc. 17. *Aquæ, quas vidisti, populi sunt, & gentes.* Participatio autem sanguinis Christi à fidelibus pertinet ad vsum Sacramenti, qui non est de necessitate Sacramenti: sed potest vinum conse-

Panis triticeus.
X *In* 4. *d.* 11. 1. 3. *q.* 1. *c.* & 3. *p.* 74. 3. & *fusiùs Opusc.* 58. *c.* 1?.
Ratio triplex.

Controuersia inter Latinos & Græcos, an in azymo, an in fermentato cõsecrandum.
Y *In* 4. *l. c. a.* 2. *q.* 3. *c. Ioan* 13. *l.* 1. *lit a.* & *c.* 18. *l.* 5. *lit a.* & 3. *p.* 46. 9. *ad* 1.

Hæresis Hebionitarum.

In quo Græci suam fundent opinionem de fermentato.

Soluitur de hoc objectio.
Z *In* 4. *l. c. ad* 1. *fi* & 3. *p.* 74. 4. *ad* 1. & *lo. loco cit.*

In azymo cõficere an de necessitate Sacramenti.
A 3. *p.* 74. 4. *c. In* 4. *l. c. ad* 2. & 4. *cont. G. c.* 69.

Sicut peccat Latinus conficiens de fermentato; ita Græcus de azymo.

De azymo conuenientia rationabilior ex triplici ratione.

Hæresis Nazaræorum.
Materia altera hujus Sacramenti, vinum ex vite.
B 4. *d.* 11. 2. 3. *q.* 1. *c.* & 3. *p.* 74. 5. & 1. *Co.* 11. *l.* 7. *initio.*

Etiam mustũ: non ita acetum, aut agresta.
C 3. *p. l. c. ad* 2. & *in* 4. *l. c. a.* 3. *q.* 2. *c.* & *ad* 2.

D 3. *p. l. c. ad* 3. *In* 4. *l. c. a.* 3. *q.* 3. *c.* & *ad* 1.

Vino item aqua admiscenda ex pluribus rationibus.
E 3. *p.* 74. 6. *c. In* 4. *d.* 11. 2. 4. *q.* 1. *c. Mat.* 26. *ibi, calicem. Co.* 11. *l.* 6. *ibi, hoc facite.*
F 1. *Cor.* 11. *l.* 6. *circ. fi.*

De necessitate tamen præcepti, non Sacramenti.
G *Ibid. l. c.* & 3. *p.* 74. 7. *In* 4. *l. c. a.* 4. *q.* 2. *Math. l. cit.*

Digitized by Google

consecrati absque aqua, licèt peccet qui sic consecrat, non seruans ritum Ecclesiæ. Et ideò, si Sacerdos ante consecrationem vini aduertat, quòd aqua non fuerit apposita calici, debet apponere. Si verò post consecrationem aduertat, non debet apponere, sed perficere Sacramentum: nihil enim post consecrationem est sanguini Christi miscendum, quia talis permistio non posset esse sine qualicunque corruptione vini consecrati: quod pertinet ad crimen sacrilegij. *Verùm circa appositam aquam, rejectis alijs opinionibus*, Eorum H opinio probabilior est, qui dicunt, aquam conuerti in vinum, & vinum in sanguinem. Hoc autem fieri non posset, nisi adeò modicum apponeretur de aqua, quòd conuerteretur in vinum. Et ideò semper tutius est, parum de aqua apponere; & præcipue, si vinum sit debile: quia, si tanta fieret appositio aquæ, & solueretur species vini, non posset perfici Sacramentum. *Sanè* quantumcunque I apponatur parum, significatio seruatur: & ex hoc ipso, quòd in vinum conuertitur aqua, habet suam significationem, quia nos in Christum mutamur, non ipse in nos. *Et quidem*, sicut Sacrificium L Christi *ex Ambrosio* significatum est per oblationem Melchisedech: ita etiam significatum est per aquam, quæ in eremo fluxit de petra, secundùm illud 1. Cor. 10. *Bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra: Petra autem erat Christus*: de cujus latere *exiuit sanguis & aqua*.

H 3. p. 74. 8. c. In 4. d. 11. 2. 4. q. 1. ad 2. Mat. 16. & ad Cor. lectione.

Modica apponenda, & cur.

I In 4. l. c. a. 4. q. 4. f. c. & ad 1.

L 3. p. 74. 6. ad 1.

r *Duplici præfatæ materiæ hujus Sacramenti duplex consequenter forma respondet. Est autem forma consecrationis panis*: Hoc est corpus meum. *Consecrationis verò vini*: Hic est calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. *Et quidem formæ consecrationis panis conuenientia ex eo probatur, quòd* in hoc M Sacramento, sicut in alijs, duo sunt, scilicet consecratio materiæ, & vsus materiæ consecratæ: & hæc duo per verba Domini exprimuntur. In hoc enim quod dicitur, *Accipite & manducate*, præcipitur vsus Sacramenti: in hoc autem, quod dicitur, *Hoc est corpus meum*, traditur materiæ consecratio. Et quia consecratio materiæ est ad vsum fidelium, ideo vsus præmittitur in institutione Sacramenti, quamuis sequatur in executione, quia finis est prior in intentione, & vltimus in operatione. Sed quia vsus materiæ (*quod facit & ad formam consecrationis vini*) in hoc Sacramento non est de essentia Sacramenti, sicut in alijs, ideò illa verba, quæ ad vsum pertinent, non sunt de forma, sed tantùm illa, quæ ad consecrationem materiæ pertinent, scilicet *Hoc est corpus meum*. *Circa verò consecrationem vini* duplex N est opinio. Quidam enim dixerunt, quòd de substantia formæ hujus est hoc solum, quod dicitur: *Hic est calix sanguinis mei*; non autem ea, quæ sequuntur. Sed hoc videtur inconueniens: quia ea, quæ sequuntur, sunt quædam determinationes prædicati, scilicet sanguinis Christi; vnde pertinent ad integritatem ejusdem locutionis. Et propter hoc (sicut alij meliùs dicunt) omnia sequentia sunt de substantia formæ vsque ad hoc, quod postea sequitur: *Hæc quotiescunque feceritis*, quod pertinet ad vsum hujus Sacramenti; vnde non est de substantia formæ. Et inde est, quòd Sacerdos eodem ritu & modo, scilicet tenendo calicem in manibus, omnia hæc verba profert. *Lucæ* etiam 22. interponuntur verba sequentia præmissis verbis: *Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur*. Dicendum est ergo, quòd omnia prædicta verba sunt de substantia formæ. Sed per prima verba, cum dicitur, *Hic est calix sanguinis mei*, significatur ipsa conuersio vini in sanguinem, eo modo quo in forma consecrationis panis: per verba autem sequentia designatur virtus sanguinis effusi in passione, quæ operatur in hoc Sacramento. Quæ quidem ad tria ordinatur. Primò & principaliter ad adipiscendam æternam hereditatem, secundùm illud Hebr. 10. *Habentes fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi*. Et ad hoc designandum dicitur: *noui & æterni testamenti*. Secundò ad justitiam gratiæ, quæ est per fidem, secundùm illud Rom. 3. *Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, vt sit ipse justus, & justificans eum, qui est ex fide Iesu Christi*. Et quantùm ad hoc subditur: *Mysterium fidei*. Tertiò autem ad remouendum impedimenta vtriusque prædictorum, scilicet peccata, secundùm illud Hebr. 9. *Sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis*, idest à peccatis. Et quantùm ad hoc subditur: *Qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*. Verumtamen *in vtraque forma*, hæc O conjunctio *enim* apponitur secundùm consuetudinem Romanæ Ecclesiæ, à B. Petro Apostolo deriuatam; & hoc propter continuationem ad verba præcedentia: & ideò non est de forma (*nam* ly *enim* sublatum P non tollit debitum sensum verborum; & ideò non impedit perfectionem Sacramenti: quamuis possit contingere, quòd ille, qui prætermittit, peccet ex negligentia vel contemptu) sicut nec verba præcedentia formam, *vt prætactum est*. *Ex quo* in his Q verbis (*in quibus forma consistit*) sine alijs *præcedentibus* potest confici corpus Christi, *& sanguis*: quamuis grauiter peccaret qui hoc faceret. Et quòd hæc opinio sit verior, patet ex hoc, quòd non sit idem Canon Missæ apud omnes, & secundùm diuersa tempora diuersa sunt in Canone Missæ superaddita. *Cæterùm* verba R prædicta (*consecrationis calicis*) ex magna parte possunt ex diuersis locis Sacræ Scripturæ colligi, quamuis non inueniantur alicubi simùl scripta. Quod enim dicitur, *Hic est calix*, habetur Luc. 22. & 1. Cor. 11. Quod autem dicitur, *noui testamenti*, ex tribus habetur, Matth. 26. Marc. 14. & Luc. 22. Quod autem dicitur, *æterni*, & iterum, *Mysterium fidei*, ex traditione Domini habetur, quæ per Apostolos ad Ecclesiam peruenit, secundùm illud 1. Cor. 11. *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis*. Euangelistæ enim non intendebant formas & ritus Sacramentorum tradere, sed dicta & facta Domini enarrare. *Neque id sine justa causa factum est*: quia S formæ Sacramentales, & alia quæ in Sacramentis exiguntur, occultanda erant in primitiua Ecclesia propter irrisiones Gentilium, vt *Dionysius* dicit: vnde etiam in fine *Eccl. Hier.* excusat se à determinatione formarum Sacramentalium, cum ait: *Consummatiuas* T *inuocationes*, idest verba, quibus perficiuntur Sacramenta, *non est justum Scripturas interpretantibus neque mysticum earum, aut in ipsis operatas ex Deo virtutes, ex occulto ad commune adducere: sed nostra sacra traditio sine pompa*, idest occultè, *eas edocet*. Vnde & Apostolus, loquens de celebratione Eucharistiæ, dicit: *Cætera, cum venero, disponam*, 1. Corinth. 11. cit. *Porrò circa id, quod in forma calicis exprimitur, cum dicitur*, noui & æterni testamenti, *sciendum, quòd* Testamentum V est dispositio hereditatis: hereditatem autem cœlestem disposuit Deus hominibus dandam per virtutem sanguinis Iesu Christi: quia (vt dicitur Hebr. 9.) *vbi est testamentum, mors necesse est intercedat testatoris*. Sanguis autem Christi dupliciter est hominibus exhibitus. Primò quidem in figura, quod pertinet ad vetus testamentum; & ideò Apostolus ibidem concludit: *vnde nec primum testamentum sine sanguine dedicatum est*: quod patet ex hoc quòd (sicut dicitur Exod. 24.) *lecto omni mandato legis à Moyse, omnem populum aspersit, dicens: Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus*. Secundò autem est exhibitus in rei veritate: quod pertinet ad nouum testamentum. Et hoc est, quod Apostolus ibidem præmittit, dicens:

Formæ consecrationis panis & vini quæ.

M 4. d. 8. 2. 1. q. 2. & 1. c. & 3. p. 60. 8. c. & 75. 2. c. & 78. 1. & 2. & 1. Cor. 11. l. 5.

Duplex de forma consecrationis vini opinio.

N 3. p. 78. 3. c. In 4. l. c. a. 2. 1. Cor. 11. l. 6.

O 3. p. 78. 2. ad 5. In 4. d. 8. 2. 1. q. 2. ad 2.

P 3. p. 60. 8. c. In vtraque forma ly *enim* sublatum non tollit perfectionem Sacramenti: peccat tamen qui omittit, sicut & alia formã præcedentia.

Q 4. d. 8. 2. 4. q. 3. c. & a. 1. q. 2. & 3. p. 78. 1. ad 4.

R 4. d. 8. a. 2. q. 1. ad 1. & d. 7. 1. 3. q. 1. ad 2. & 3. p. 78. 4. ad 1. & 78. 5. ad 9. & 1. Cor. 11. l. 5. & 7. f.

S 4. d. 7. 1. 1. q. 1. ad 1. Formæ Sacramentorum ex traditione, non ex Euangelio habentur, & cur.

T 3. p. 72. 4. ad 1.

Exponitur illud: noui & æterni testamenti.

V 3. p. 78. 3. ad 3. & 4. In 4. d. 8. 2. 1. q. 3. & 1. Cor. 11. l. 6.

Digitized by Google

Ideò noui teſtamenti mediator eſt Chriſtus, vt morte intercedente repromiſſionem accipiant qui vocati ſunt æternæ hereditatis. Dicitur ergo hic ſanguis *noui teſtamenti*, quia jam non in figura, ſed in veritate exhibetur; vnde ſubditur: *qui pro vobis effundetur.* Hoc *ergo* teſtamentum X eſt *nouum* ratione exhibitionis: dicitur autem *æternum* tam ratione æternæ Dei præordinationis, quàm etiam ratione æternæ hereditatis, quæ per hoc teſtamentum diſponitur. Ipſa etiam perſona Chriſti, cujus ſanguine teſtamentum diſponitur, eſt æterna. *Nec perperam additur & verbum illud*, Myſterium: *ſiquidem* ponitur Y non ad excludendam veritatem, ſed ad oſtendendam occultationem: quia & ipſe ſanguis Chriſti occulto modo eſt in hoc Sacramento, & ipſa paſſio Chriſti occultè fuit figurata in veteri teſtamento. Et dicitur *myſterium fidei*, quaſi fidei objectum: quia, quòd ſanguis Chriſti ſecundùm veritatem ſit in hoc Sacramento, ſola fide tenetur. Ipſa etiam Chriſti paſſio per fidem juſtificat. *Subijcitur tandem:* Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis: *ſcilicet*, in memoriam Z meæ paſſionis: hoc A recolendo, ſcilicet tam magnum beneficium, quo pro vobis me tradidi in mortem, *Thren.* 3. Recordare paupertatis meæ, abſinthij & fellis, & *Pſal.* 110. Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus: eſcam dedit timentibus ſe. *Et hoc Dominus, priuſquam pateretur, facere voluit: quia* imminente B paſſione, corda diſcipulorum magis erant affecta ad paſſionem, quàm paſſione jam peracta, quando jam erant immemores preſſuræ paſſionis propter gaudium reſurrectionis: & ideò memoriale paſſionis magis erat eis proponendum ante, quàm poſt.

X 3. p. l. c. ad 4. & in 4. l. c. ad 3.

Y 3. p. l. c. ad 5. & 6. & in 4. l. c. corp. & ad Cor. l. cit.

Quid ſignet ly *myſterium fidei*.

Z 1. Cor. 11. l. 6. circ. fi.

A *Ibid. l.* 5. *fi.* Paſſio Chriſti in hoc Sacramento recolenda.

B 4. d. 8. 1. 3. q. 3. ad 1. & 3. p. 73. 5. ad 3.

¶ *Applicata autem forma ad materiam præfatam, fit prodigioſa conuerſio panis in corpus, & vini in ſanguinem Chriſti.* Hæc tamen C conuerſio non eſt ſimilis conuerſionibus naturalibus, ſed eſt omnino ſupernaturalis, ſola Dei virtute effecta. Manifeſtum eſt enim, quòd omne agens agit, in quantùm eſt in actu. Quodlibet autem agens creatum eſt determinatum in ſuo actu, cum ſit determinati generis & ſpeciei: & ideò cujuslibet agentis creati actio fertur ſuper aliquem determinatum actum: determinatio autem cujuslibet rei in eſſe actuali, eſt per ejus formam; vnde nullum agens naturale ſeu creatum poteſt agere, niſi ad immutationem formæ. Et propter hoc omnis conuerſio, quæ fit ſecundùm leges naturæ, eſt formalis. Sed Deus eſt actus infinitus, vnde ejus actio ſe extendit ad totam naturam entis. Non igitur ſolùm poteſt perficere conuerſionem formalem, vt ſcilicet diuerſæ formæ ſibi in eodem ſubjecto ſuccedant: ſed conuerſionem totius entis, vt ſcilicet tota ſubſtantia hujus conuertatur in totam ſubſtantiam illius. Et hoc agitur diuina virtute in hoc Sacramento: nam tota ſubſtantia panis conuertitur in totam ſubſtantiam corporis Chriſti, & tota ſubſtantia vini in totam ſubſtantiam ſanguinis Chriſti; vnde hæc conuerſio non eſt formalis, ſed ſubſtantialis: nec continetur inter ſpecies motus naturalis, ſed proprio nomine poteſt dici tranſubſtantiatio. (*Vide obiter hic, quali debeat pollere Sacerdos deuotione & puritate, duplici quotidie miraculo Sacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti ad altare perfecturus!*) *Et alibi quoque docemur*, quòd ſubſtantia D panis mutatur in corpus Chriſti, quod ſumpſit de Virgine. Et hoc fit poteſtate Verbi Dei. Quod probatur tribus modis fieri poſſe: ſcilicet à poteſtate ſimili, à minori, à majori. *Primò* à poteſtate ſimili, quia Verbum Dei ſubſtantiam vnam in aliam commutauit. Hinc legitur *Ioann.* 2. quòd Dominus ad nuptias aquam in vinum commutauit. Sicut ergo potuit ibi, poteſt & hic: in ſimilibus enim ſimile eſt judicium: vbi ſimilis præcipit virtus, ſimilis obedit effectus. *Secundò* probatur à minori, eo quòd res, quæ minùs poſſunt, quàm Verbum Dei, vnam ſubſtantiam mutant in alteram. Vnde ſciendum, quòd prouidentia Dei mutationes rerum tribus modis fieri voluit, præter quas Verbo Dei facit, ſcilicet arte, natura, gratia. Ars enim hominis vnam ſubſtantiam mutat in aliam, vt patet in vitrifice, qui vilem cinerem mutat in præclarum, & nobile vitrum. Ergo multò magis virtus Verbi Dei poteſt panem in corpus ejus, & vinum in ſanguinem commutare; Eccle. 8. (& *Iob* 9.) *Sermo Dei poteſtate plenus eſt: nec dicere ei quiſque poteſt: quare ita facis?* Item natura vnam ſubſtantiam mutat in aliam, ſicut in vite aqua mutatur in vinum, & operâ apum ſuccus florum per ſecreta naturæ mutatur in fauum. Similiter in nobis ipſis panis, quem manducamus quotidie, per naturam mutatur in carnem. Ergo multò magis virtus Verbi Dei mutare poteſt panem in ſubſtantiam corporis ſui. Item gratia hominis mutat vnam ſubſtantiam in alteram. Hinc Moyſes per gratiam ſpecialem mutauit virgam in ſerpentem, & aquam in ſanguinem. Ergo multò magis virtus Verbi Dei poteſt mutare panem in corpus ſuum, & vinum in ſanguinem. *Tertiò* probatur idem à majori: quia Verbum Dei multò facit majora, & facere poteſt, quàm quòd panem in corpus Chriſti mutet. Vnde ad illud Ioann. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipſum facta ſunt:* De totius Mundi operibus, *inquit Ambroſius*, legitur quòd *Ipſe dixit, & facta ſunt:* ſermo ergo, qui poteſt facere ex nihilo quod non erat, non poteſt ea, quæ ſunt, mutare in id, quod non erant? Non enim minus eſt dare rebus nouas, quàm mutare naturas. Et ſic, quod erat panis ante conſecrationem, jam corpus Chriſti factum eſt poſt conſecrationem, quia ſermo Dei mutat creaturam. *Sanè conuerſio hæc vel ipſa Chriſti ex Virgine conceptione, & ipſa creatione rerum, difficilior quodammodo, ſaltem quoad aliquid, oſtenditur. Nam* ſi in conceptione E vnio includatur, quæ ſimul cum ipſa facta eſt, major difficultas fuit in conceptione, quàm in tranſubſtantiatione: quia illa vnio eſt terminata ad eſſe diuinæ perſonæ; hæc autem tranſubſtantiatio ad corpus Chriſti, quia panis non conuertitur niſi in corpus Chriſti. Si autem conceptionis opus includat tantùm conuerſionem ſanguinum puriſſimorum Virginis in corpus Chriſti: ſic major difficultas eſt in hac conuerſione, quàm in illa conceptione. *Item* in hac F conuerſione ſunt plura difficilia, quàm in creatione, in qua hoc ſolum difficile eſt, quòd aliquid fit ex nihilo: quod tamen pertinet ad proprium modum productionis primæ cauſæ, quæ nihil aliud præſupponit. Sed in hac conuerſione non ſolùm eſt difficile, quòd hoc totum conuertatur in illud totum, ita quod nihil prioris remaneat (quod non pertinet ad communem modum productionis alicujus cauſæ) ſed etiam habet hoc difficile, quòd accidentia remaneant corrupta ſubſtantiâ, & multa alia. *Et ecce nouum miraculum de accidentibus panis & vini:* quæ G ſine ſubjecto in eodem Sacramento ſubſiſtunt, vt fides locum habeat, dum inuiſibile viſibiliter ſumitur aliena ſpecie occultatum: & ſenſus à deceptione immunes reddantur, qui de accidentibus judicant ſibi notis. *Siquidem* accidit H in hac conuerſione contrarium ei, quod in naturalibus mutationibus accidere ſolet: in quibus ſubſtantia manet vt mutationis ſubjectum, accidentia verò variantur: hic autem è conuerſo accidens manet, & ſubſtantia tranſit. *Hujus autem rei conuenientiam ſuperiùs ſatis expreſſimus, vbi oſtendimus, conuenienter Sacramentum hoc eſſe velatum.* Non tamen I hoc fieri dicimus, quaſi ſpecies illæ, quæ ſenſibus apparent in Sacramento, ſint ſolùm

Conuerſio panis in corpus Chriſti omnino ſupernaturalis.

C 3. p. 75. 4. c. & a. 6. & 8. In 4. d. 11. 1. 3. q. 1. Op. 58. c. 12. & 1. Cor. 11. l. 4.

Tota ſubſtantia panis conuertitur in totam ſubſtantiam corporis Chriſti.

Non eſt formalis conuerſio, ſed ſubſtantialis, & dicitur tranſubſtantiatio.

Duplici miraculo quotidie ad altare Sacerdos Sacramentum conficit corporis & ſanguinis Chriſti.

D Op. 58. c. 11. & 12. Op. 2. c. 8. & 3. p. 75. 4. ad 1. In 4. d. 11. 1. 3. q. 3. ad 3. & 4. cum G c. 69.

Conuerſionis hujus poſſibilitas exemplis clareſcit.

E 4. d. 8. 2. 3. ad 3. & d. 11. 1. 3. q. 3. in 2. Sed contra. & in corp.

An tranſubſtantiatio hæc difficilior ſit conceptione Chriſti ex Virgine.

Et rerum creatione.

F 3. p. 75. 8. ad 3. In 4. d. 11. c. ad 2. & d. 11. l. c. in 1. Sed contra. & per totum.

G Op. 57. lect. 3. ad Mat.

Nouum miraculum de accidentibus in hoc Sacramento ſubſiſtentibus ſine ſubjecto.

H 4. cont G. c. 62. & 1. Cor. 11. l. 3. ibi, hoc eſt.

In hoc Sacramento accidit oppoſitum ejus, quòd in alijs naturalibus euenit mutationibus.

I Opuſc. 2. c. 8. Op. 58. c. 7. & 12. & 3. p. 75. 5. & 77. 1. In 4. d. 12. 1. 1. q. 1. & 4. cum G. c. 63. 1. Cor. 11. l. 5.

Digitized by Google

solùm in phantasia videntium, sicut solet esse in præstigijs artis magicæ, quia veritatis Sacramentum nulla fictio decet: sed Deus, qui est substantiæ & accidentis Creator, potest accidentia sensibilia conseruare in esse, subjectis tamen in aliud mutatis. Potest enim effectus causarum secundarum per sui omnipotentiam absque causis secundis & producere & in esse conseruare. *Quantitas autem dimensiua panis, & vini, supplet ibi miraculosè vices subjecti respectu aliorum accidentium: de quo vide* L. *Verùm*, sicut M virtute consecrationis miraculosè confertur speciebus panis & vini, vt subsistant sine subjecto ad modum substantiæ: ita etiam eis miraculosè confertur ex consequenti, quòd agant & patiantur quicquid agere aut pati posset substantia panis aut vini, si adesset. Et hac ratione species illæ panis & vini possunt nutrire & inebriare, sicut si esset ibi substantia panis & vini. *Quomodo verò maneant ejusmodi accidentia indiuiduata, vide* N.

Quantitas dimensiua panis & vini supplet ibi vices subjecti.

L 3. p. 77. 2. In 4. d. 12. 1. 1. q. 3. & 4. com. G. c. 63. & 64. & 1. Cor. 11. l. 3.

Tales species possunt agere & pati, nutrire &c.

M 1 Cor. 11. l. 4. fi. & 3. p. 77. ad 4. 3. In 4. d. 12. q. 1. a. 2. & 4. cont. G. c. 66.

N Op. 2. c. 8. & 3. p. 77. 1. In 4. l. c. a. 1. q. 3. & 4. cont. G. c. 65. & 1. Cor. 11. l. 5.

t *Ex vi igitur præfatæ transubstantiationis est in hoc Sacramento verum corpus Christi.* Nam formæ O Sacramentorum non solùm sunt significatiuæ, sed etiam factiuæ: significando enim efficiunt. In omni autem factione oportet subjici aliquid commune tanquam principium. Commune autem in hac conuersione non est aliqua substantia, sed accidentia, quæ & priùs fuerunt, & postea manent: & ideò ex parte subjecti in hac locutione non ponitur nomen, quod significat certam speciem substantiæ; sed ponitur pronomen, quod significat substantiam sine determinata specie. Est ergo sensus: *Hoc*, idest contentum sub his accidentibus, *est corpus meum*. Et hoc est, quod fit per verba consecrationis: nam ante consecrationem id, quod erat contentum sub his accidentibus, non erat corpus Christi: quod tamen fit corpus Christi per consecrationem. *Et alibi*. Sub Sacramento P altaris continetur verum corpus Christi, quod de Virgine traxit; & contrarium dicere, est hæresis: quia derogatur veritati Scripturæ, qua Dominus dixit: *Hoc est corpus meum*. (Author Q erroris hujus, in hoc scilicet Sacramento non esse verum corpus Christi, sed tantùm significatiuè, dicitur fuisse Berengarius: *qui tandem errorem suum recognouit, pœnituitque: eum tamen in malo secuti sunt* Martinus Lutherus, *ejusque discipulus* Ioannes Oecolampadius, & Ioannes Wicleph, *quorum multis adhuc in partibus epidemica mentis grassatur lues*.) Ratio autem, quare oportet, quòd in hoc Sacramento ipse Christus contineatur, est: quia non ita perfectè nobis Christus conjungeretur, si sola Sacramenta illa haberemus, in quibus conjungitur nobis Christus per virtutem suam in Sacramentis illis participatam: & ideò oportet, esse aliquod Sacramentum, in quo Christus non participatiuè, sed per suam essentiam contineatur, vt sit perfecta conjunctio Capitis ad membra: præter alias vtilitates, quæ consequuntur. *Et quidem* corpus Christi R idem in substantia est in hoc Sacramento, & in propria specie: sed non eodem modo. Nam in propria specie contingit circumstantia corpora per proprias dimensiones, non autem prout est in hoc Sacramento. Et ideò quicquid pertinet ad Christum secundùm quod in se est, potest attribui ei & in propria specie & in Sacramento existenti: sicut viuere, mori, dolere, animatum vel inanimatum esse, & cætera hujusmodi. Quæcunque verò conueniunt ei per comparationem ad corpora extrinseca, possunt ei attribui in propria specie existenti, non autem prout est in Sacramento: sicut irrideri, conspui, crucifigi, flagellari, & cætera hujusmodi. Vnde & quidam metricè dixerunt:

Ex vi transubstantiationis est in hoc Sacramento verum corpus Christi.

O 1 Cor. 11. l. 5. circ. fi. Op. 58. c. 11. & 3. p. 75. 1. In 4. d. 10. 1. 1. & 4. 31. 1. 3.

P In 4. d. 10. 1. 1. c. & d. 8. 1. 3. q. 2.

Contrarium est hæresis Berengarij, & aliorum.

Q Opusc. 5. 5. de Sacram. & 3. p. 75. 1. fi. c.

R 3. p. 81. 4. c. & q. 76. In 4. d. 8. 1. a. 1. & a. 4. q. 4. & 4. com. G. c. 64.

Idem in substantia Christi corpus in hoc Sacramēto est, & in propria specie, sed non eodem modo.

Pyxide seruato poteris sociare dolorem
Innatum: sed non illæsus conuenit illi.

Et hic, ille est cœlestis panis, de quo idem Dominus ait *Ioan.* 6 Panis, quem ego dabo, caro mea est pro Mundi vita. *Et iterùm, ad majus veritatis robur, adijcit*: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. *Panis, quem ego* inquit *dabo*: quia S nondum institutum erat hoc Sacramentum. Veritas autem hujus Sacramenti insinuatur, cum dicit: *Caro mea est*. Non dicit: carnem meam significat, sed *caro mea est*: quia secundùm rei veritatem hoc, quod sumitur, verè est corpus Christi, Iob 31. *Si non dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus ejus vt saturemur?* Sed cum in isto Sacramento contineatur totus Christus, quare dixit tantùm: *caro mea est?* Ad quod sciendum, quòd in illo mystico Sacramento totus Christus continetur secundùm veritatem: sed corpus est ibi ex vi conuersionis; diuinitas verò & anima per naturalem concomitantiam: dato enim per impossibile, quòd diuinitas separaretur à corpore Christi, jam non esset in Sacramento diuinitas. Similiter etiam, si in triduo mortis suæ aliquis consecrasset, non fuisset ibi anima Christi, sed tale corpus, quale erat in Cruce, siue in sepulchro. *Alibi quoque instruimur*: Certissimè T tenendum est, quòd sub vtraque specie Sacramenti totus est Christus: aliter tamen, & aliter. Nam sub speciebus panis, est quidem corpus Christi ex vi Sacramenti: sanguis autem ex reali concomitantia, sicut dictum est de anima & diuinitate Christi. Sub speciebus verò vini, est quidem sanguis Christi ex vi Sacramenti: corpus autem Christi ex reali concomitantia, sicut anima & diuinitas, eo quòd nunc sanguis Christi non est ab ejus corpore separatus: sicut fuit tempore passionis & mortis. Vnde si tunc fuisset hoc Sacramentum celebratum sub speciebus panis, fuisset corpus Christi sine sanguine, & sub speciebus vini sanguis sine corpore, sicut erat in rei veritate. *Vtitur autem Dominus potiùs, quàm corporis, nomine carnis*: Caro mea verè est cibus, *Ioan.* 6. *cit.* quia V cum hoc Sacramentum sit Dominicæ passionis rememoratiuum: *Quotiescunque manducabitis &c. mortem Domini annunciabitis*, 1. Cor. 11. passio autem Christi fuit ex infirmitate 2. Cor. 13. *Crucifixus est ex infirmitate &c.* Vt ergo insinuetur infirmitas, ex qua mortuus est, potiùs dicit, *Caro mea est*: nam hoc nomen infirmitatem significat, *Matth.* 26. Caro autem infirma.

S Io. 6. l. 6. lit. g. ibi. 3. p. 76. 1. ad 1. & 81. 4. ad 3. In 4. d. 10. 1. 2. q. 1. & d. 11. 3. 4. q. 2. & 4. cont. G. c. 64. & 1. Cor. 11. l. 6.

Totus Christus in Sacramento: sed ex vi conuersionis corpus, per concomitantiam anima & diuinitas. Et sic de sanguine.

In triduo mortis Christi si quis consecrasset, non fuisset in Sacramento anima Christi, & sub speciebus panis fuisset corpus sine sanguine, & sub speciebus vini sanguis sine corpore.

T 3. p. 76. 2. c. & 2. ad 1. & 81. 4. ad 2. & locis cit.

Cur nomine carnis, non corporis, vtatur Christus ad corpus suum significandum Ioan. 6.

V Io. 6. l. 6. lit. g. ibi.

u *Cæterùm, quòd quandoque in Eucharistiæ Sacramento Christus sub alia specie, quàm panis, ab aliquo ex circumstantibus conspiciatur, non ideò dicendum, verum inibi non esse corpus Christi, quinimmò signum hujus est veritatis confirmatiuum. Quocirca sciendum, quòd* dupliciter X contingit talis apparitio, qua quandoque in hoc Sacramento miraculosè videtur caro, aut sanguis, aut etiam aliquis puer. Quandoque enim hoc contingit ex parte videntium, quorum oculi immutantur tali immutatione, ac si expressè viderent exteriùs carnem, vel sanguinem, vel puerum, nulla tamen immutatione facta ex parte Sacramenti. Et hoc quidem videtur contingere, quando vni videtur sub specie carnis vel pueri; alijs tamen videtur, sicut & priùs, sub specie panis: vel quando eidem ad horam videtur sub specie carnis vel pueri, & postmodum sub specie panis. Nec tamen hoc pertinet ad aliquam deceptionem, sicut accidit in magorum præstigijs: quia talis species diuinitus formatur in oculo, ad aliquam veritatem figurandam: ad hoc scilicet, quòd manifestetur, verè corpus Christi esse sub hoc Sacramento: sicut etiam Christus absque deceptione apparuit discipulis euntibus in Emmaus. Et quia per hunc modum nulla immutatio fit ex parte Sacramenti, manifestum est, quòd non desinit Christus esse sub hoc Sacramento, tali apparitione facta. *Quandoque* verò contingit talis apparitio, non per solam immutationem videntium, sed specie, quæ videtur, rea-

X 3. p. 76. 8. c. In 4. d. 10. 1. 2. q. 2. ad 3. & a. 4. q. 2.

Cum pueri, carnis, aut sanguinis in hoc Sacramento species apparet, an sit ibi corpus Christi.

liter exteriùs exiſtente. Et hoc quidem videtur eſſe, quando ſub tali ſpecie ab omnibus videtur: & non ad horam, ſed per longum tempus ita permanet. Et in hoc caſu dicendum eſt, quòd manentibus dimenſionibus, quæ priùs fuerant, fit miraculosè quædam immutatio circa alia accidentia, putà figuram, & colorem, & alia hujuſmodi, vt videatur caro, vel ſanguis, aut etiam puer. Et, ſicut priùs dictum eſt, hoc non eſt deceptio: quia fit in figuram cujuſdam veritatis, ſcilicet ad oſtendendum per hanc miraculoſam apparitionem, quòd in Sacramento eſt verè corpus & ſanguis Chriſti. Et ſic patet, quòd remanentibus dimenſionibus, quæ ſunt fundamenta aliorum accidentium, remanet corpus Chriſti in hoc Sacramento. *Illud autem aduertendum, quòd* quia Y corpus Chriſti in hoc Sacramento ſub ſpecie panis nobis proponitur: ideò vſus Sacramenti eſt per manducationem. Cum ergo in ſpecie propria, vel in ſpecie carnis cruentatæ apparens, vel in ſimili ſpecie, non habeat rationem cibi: non debet aſſumi ab eo, cui ſic apparet, ſed ab alio, cui ſub ſpecie panis apparet. Si autem omnibus ſub ſpecie carnis appareret, tunc debet cum reliquijs poni. *Quòd ſi hoc Sacerdoti celebranti contingeret:* in tali caſu Z Sacerdos debet iterum celebrare, vt quidam dicunt, & corpus Chriſti ſumere: & ſi ſecundò hoc accideret, iterùm, & tertiò. Quidam autem dicunt, quòd in tali caſu ſufficit ſpiritualis manducatio: nec propter hoc efficitur tranſgreſſor conſtitutionis Eccleſiæ: quia ad ea, quæ frequentiùs accidunt, leges aptantur. *Quòd autem ad finem præfatum ita aliquando miraculosè euenerit, & contingere valeat, aliunde erudimur.* Nemo (*inquit Paſcheſius*) qui A Sanctorum vitas & exempla legerit, ignorat, quòd ſæpe corporis Chriſti & ſanguinis Sacramenta aut propter dubios, aut certè propter ardentiùs amantes, viſibili ſpecie in agni vel pueri forma, aut in carnis aut ſanguinis colorem, monſtrata ſint; vt quod latebat myſterio, pateſceret in miraculo. Beato enim Baſilio in die Paſchæ myſteria celebrante, Hebræus quidam ſe ſicut Chriſtianus populo commiſcuit, officij volens explorare myſterium: qui vidit, infantem partiri in manibus Baſilij; & communicantibus omnibus, venit ipſe: & data ei hoſtia, verè caro eſt facta. Et ſeruans reliquias, abijt in domum ſuam, oſtendens vxori ſuæ, & narrans quæ proprijs oculis viderat. Credens ergo ait: *Verè horribile, & admirabile eſt Chriſtianorum Sacramentum.* In craſtino venit ad Baſilium: & baptizatus eſt cum omni domo ſua. *Idem.* Quidam Præsbyter erat, Ægidius nomine, religioſus valdè: qui, cum ſanctam duceret vitam, cœpit pijs precibus pulſare Deum, vt ſibi monſtraret naturam corporis & ſanguinis Domini. Venit ergo dies, vt idem more ſolito celebraret: & poſt *Agnus Dei*, procumbens genibus: *Creator* inquit *& Redemptor, omnipotens Deus, pande mihi exiguo in hoc myſterio naturam corporis Chriſti, vt mihi liceat eum proſpicere in forma pueri, quem olim ſinus Matris tulit vagientem.* Et ecce Angelus, de Cœlo veniens, eum affatur: *Surge properè, ſi vis Chriſtum videre.* Adeſt præſens corporeo veſtitus amictu, quem ſacra puerpera geſſit. At Præsbyter pauidus ſurgens vidit ſuper aram puerum ſedentem. Cui Angelus: *Quia Chriſtum videre placuit, quem ſub ſpecie panis verbis ſacraſti myſticis, nunc oculis inſpice, & tracta manibus.* Tunc cœleſti lumine Sacerdos fretus (quod mirum dictu eſt) in vlnis trementibus puerum accepit, & pectus proprium pectori Chriſti adjunxit: deinde perfuſus in amplexus, dat dulcia Deo oſcula, & ſuis labijs preſſit pia labia Chriſti. Quibus ita peractis, reſtituit puerum in altari: & rurſus humi proſtratus, deprecatur Dominum, vt dignetur ipſe verti in ſpeciem priſtinam. Et ſurgens, inuenit, corpus Chriſti remeaſſe in formam priorem; & ſic ſub ſpecie debita communicauit eidem.

Y *In 4. l. c. a. 4 q. 3. c.* An ſub tali ſpecie apparens ſumi poſſit.

Et quid de Sacerdote celebrante? Z *Ibid. ad 4.*

A *Op. 58. c. 11.* Hæc de re patrata miracula.

x *Neque, dum conſecrata frangitur hoſtia, frangi aut diuidi corpus Chriſti credendum eſt: inibi enim eſt per modum ſubſtantiæ.* Manifeſtum eſt autem B quòd natura ſubſtantiæ tota eſt ſub qualibet parte dimenſionum, ſub quibus continetur: ſicut ſub qualibet parte aeris eſt tota natura aeris, & ſub qualibet parte panis eſt tota natura panis; & hoc indifferenter, ſiue ſint dimenſiones actu diuiſæ (ſicut cum aer diuiditur, vel panis ſecatur) vel etiam ſint actu indiuiſæ, diuiſibiles verò potentiâ. Et ideò manifeſtum eſt, quòd totus Chriſtus eſt ſub qualibet parte ſpecierum panis, etiam hoſtia integra manente, & non ſolùm cum frangitur: ſicut quidam dicunt, ponentes exemplum de imagine, quæ apparet in ſpeculo: quæ apparet vna in ſpeculo integro: ſpeculo autem fracto, apparent ſingulæ in ſingulis partibus. Quod quidem non eſt omnino ſimile: quia multiplicatio hujuſmodi imaginum accidit in ſpeculo fracto propter diuerſas reflexiones ad diuerſas partes ſpeculi. hic autem non eſt niſi vna conſecratio, propter quam corpus Chriſti eſt in hoc Sacramento. *Quoad locum pariter, dicendum, quòd* corpus Chriſti C non comparatur ad hunc locum mediantibus dimenſionibus proprijs, vt eis oporteat adæquari locum: ſed mediantibus dimenſionibus panis remanentibus, quibus locus adæquatur. Et ita corpus Chriſti per ſuas proprias dimenſiones in vno tantùm loco exiſtit: ſed mediantibus dimenſionibus panis in ipſum tranſeuntis, in tot locis eſt, in quot hujuſmodi conuerſio fuerit celebrata. *Vtrunque autem roborat alibi Author, cum ait:* Corpus Chriſti D poteſt tam plenè eſſe ſub ſpecie panis parua, ſicut ſub magna: quia ſub vtraque æqualiter votum eſt Deo, ex quo fluit omnis virtus in Sacramento. Quantumcunque enim parua ſit ſpecies illa panis, ibi eſt totum corpus Chriſti per conuerſionem, ſanguis per connexionem, anima per conjunctionem, & diuinitas integra per vnionem, Exod. 16. *Qui plus collegerat* (de manna) *non habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus.* Eadem autem ratio eſt in corpore Domini, quæ in manna, quod in ejus figura præceſſit. Non enim æſtimanda eſt quantitas in hoc viſibilis, ſed virtus ſpiritualis. *Item* vnum & idem corpus eſt in pluribus locis, in pluribus hoſtijs, in pluribus portionibus. Et hoc probatur. *Primò* per prophetam Malachiam cap. 1. ad Iudæos: *Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim Solis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in Gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* Ecce loca plurima exprimit, & vnam oblationem mundam fidelium dicit. Et Exod. 20. *In omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi.* Memoria nominis Domini ſacrificium eſt altaris, ſcilicet corporis Chriſti, quod fieri juſſit *in commemorationem* ejus. Hoc fit in multis locis, & in hoc venit vnus Dominus ad benedicendum nobis. *Secundò* probatur hoc per manifeſtam rationem, quæ eſt, quòd Filius hominis participat potentiam Filij Dei propter perſonæ vnitatem. Vnde ſicut Dei Filius eſt eſſentialiter in omnibus rebus: ita dedit Filio hominis, vt corpus ejus ſacramentaliter eſſe poſſit in pluribus locis. Et licèt ſit in pluribus locis, vel hoſtijs, aut portionibus: tamen per partes non eſt diuiſum, ſed manet in ſe integrum & conjunctum, 1. Cor. 1. *Diuiſus eſt Chriſtus?* Q. d. Non eſt diuiſus: quia, licèt in Cœlo localiter, in corde juſti ſpiritualiter, in multis locis ſacramentaliter: tamen manet in ſe conjunctus. Et eſt hujus mirabilis rei ratio, ineffabilis vnio hominis & Dei, carnis & Verbi. *Ex quibus deducitur, ſacrum Chriſti corpus* eſſe

B *3. p. 76. 3. c. In 4. d. 10. 1. 3. q. 3. & d. 12. 1. 3. q. 2. ad 3. Op. 58. cap. 13.*

Totus Chriſtus eſt ſub qualibet parte ſpecierum panis, ſiue integra maneat hoſtia, ſiue frangatur.

An & quomodo corpus Chriſti ſit in loco, & cum in pluribus. C *autem G. c. 64. ſi. & 3 p. 76. 5. & 6 In 4. d. 10. a. 3.*

Vtrunque roboratur magis. D *Op. 58. c. 13.*

Digitized by Google

E 3.p 9.76. In 4.d.10 9.1 & 4.con. G. c.64. Opusc.11.a.32. 33 34.

Cur in fine institutum hoc Sacramentū.

esse localiter in vno duntaxat loco, scilicet in Cælo: prout verò in hoc Sacramento, non esse in loco circumscriptiuè, nec diffinitiuè, sed admirabili modo sacramentaliter: nec moueri, siue per se, siue per accidens, ad motum hostiæ: de quo vide E. *Porrò tale ac tantum Sacramentum rationabiliter, vbi recessurus erat à Mundo, instituere dignatus est Dominus:* vt discipulorum, *postque eos fidelium omnium* cordibus arctiùs infigeretur: *(quod ajebat initio Author:) & vt quotidiana immensæ suæ charitatis perpetim in Ecclesia celebraretur memoria.* Cum *enim* dilexisset suos *(inquit Ioannes cap.13.)* qui erant in Mundo, in finem, *adeò magnum sui amoris pignus exhibendo*, dilexit eos. *Quanquam verò tempore passionis institutum hoc Sacramentum est: tamen* Romanus F Pontifex Vrbanus IV. hujus Sacramenti deuotione affectus, piè statuit, præfatæ institutionis memoriam prima quinta feria post Octauas Pentecostes à cunctis fidelibus celebrari: vt qui per totum anni circulum hoc Sacramento vtimur ad salutem, ejus institutionem illo tempore specialiter recolamus, quo Spiritus Sanctus corda discipulorum edocuit, ad plenè cognoscenda hujus mysteria Sacramenti. *Quod quidem, vt vidimus*, vnitatis Sacramentum est & charitatis: *Charitas* autem diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, *vt dicitur Rom.5.* Rogandus G ergo Dominus, licèt simus corporaliter diuisi, vt simus semper spiritualiter in charitate conjuncti, & dignè nos pascat suo Sacramento in præsenti, & plena cum Angelis sui visione in futuro. *DISCE diuinæ Sacramentum charitatis jugi memoria celebrare.*

F Op. 57. lect. 5. ad Mat

Cur festum corporis Christi post Pentecosten institutum.

G Opusc.58. c. 33.fi.

XII. Corpus Christi dat culpæ veniam, Matth.6. *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra.* Dat gratiæ vitam, Ioan. 6. *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro Mundi vita.* Confirmat ad pugnam, Psalm. 103. *Panis cor hominis confirmet.* Confortat ad viam, 3. Reg. 19. *Ambulauit in fortitudine cibi illius vsque ad montem Dei.* Facit prægustare ipsam gloriam, Sap.16. *Paratum panem de Cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem.* Isa.4. ibi, *Panem nostrum comedemus.*

Eucharistiæ effectus remissio peccatorum, non tamen mortalium ex impedimento recipientis.

H 3 p. 79. 3.c, & ad 1. In 4. d. 9. 1. 3. q. 2. fi. & d 12.2.1. q.2. co & ad 1.

Reus peccati mortalis incapax est suscipiendi hoc Sacramentum.

Quonam in casu mortalem etiam culpam remittat,

x *SAcramenti Eucharistiæ plurimi haud dubiè sunt super cætera Sacramenta effectus & fructus. Et primò quidem, peccata tollit: non tamen mortalia. Et hoc non ex defectu suæ virtutis, sed ob præstitum impedimentum à suscipiente.* Virtus *enim* hujus H Sacramenti potest considerari dupliciter. Vno modo secundùm se: & sic hoc Sacramentum habet virtutem ad remittendum quæcunque peccata ex passione Christi, quæ est fons & causa remissionis peccatorum. Alio modo potest considerari per comparationem ad eum, qui recipit hoc Sacramentum, prout in eo inuenitur, vel non inuenitur impedimentum percipiendi hujus Sacramenti effectum. Quicunque autem habet conscientiam peccati mortalis, habet in se impedimentum percipiendi effectum hujus Sacramenti, eo quòd non est conueniens susceptor hujus Sacramenti: tum quia non viuit spiritualiter, & ita non debet spirituale nutrimentum suscipere, quod non est nisi viuentium: tum quia non potest vniri Christo (quod fit per hoc Sacramentum) dum est in affectu peccandi mortaliter. Vnde hoc Sacramentum in eo, qui ipsum percipit in conscientia peccati mortalis, non operatur remissionem peccati. Potest tamen hoc Sacramentum operari remissionem peccati dupliciter. Vno modo non perceptum actu, sed voto: sicut cum quis priùs justificatur à peccato. Alio modo etiam perceptum ab eo (*nota*) qui est in peccato mortali, cujus conscientiam & affectum non habet: fortè enim primò non fuit sufficienter contritus; sed deuotè & reuerenter accedens, consequetur per hoc Sacramentum gratiam charitatis, quæ contritionem perficiet, & remissionem peccati. *Quod & alibi Author paucis docet, cum ait:* Gratia I quam Eucharistia confert, quantùm est de se, habet virtutem mortalia delendi: sed ratione ordinis, quem habet ad vitam, quam præsupponit, mortalia inuenire non potest, & ideò nec ea delere. Si autem inueniat in subjecto, non in conscientia, nihilominus ea delet. *Venialia autem peccata, nullum dubium est, quin Eucharistia tollat: quia* in hoc L Sacramento duo possunt considerari, scilicet ipsum Sacramentum, & res Sacramenti: & ex vtroque apparet, quòd hoc Sacramentum habet virtutem ad remissionem venialium peccatorum. Nam hoc Sacramentum sumitur sub specie cibi nutrientis: nutrimentum autem cibi est necessarium corpori ad restaurandum id, quod quotidie deperditur per actionem caloris naturalis. Spiritualiter autem quotidie aliquid in nobis deperditur ex calore concupiscentiæ per peccata venialia, quæ diminuunt feruorem charitatis: & ideò competit huic Sacramento, vt remittat peccata venialia. Res verò hujus Sacramenti est charitas, non solùm quantùm ad habitum, sed etiam quantùm ad actum, qui excitatur in hoc Sacramento, per quem peccata venialia soluuntur. *Et quidem* tantus M potest esse deuotionis feruor, quòd omnia venialia peccata deleat. Nec tamen oportet, quòd semper omnia deleat, sed secundùm mensuram deuotionis, quia deletio venialium non est proximus effectus ejus, sed ex consequenti, vt ex dictis patet. *Quoad pœnam verò peccatis debitam*, dicendum N quòd Eucharistia, in quantùm est Sacramentum, pro principali effectu habet vnionem hominis ad Christum: & ideò per modum Sacramenti non aufert nisi ea, quæ in habente vitam huic vnioni opposita inuenit. Pœna autem peccato mortali debita, quod jam deletum est, non est hujusmodi: ideò, in quantùm est Sacramentum, non habet effectum, pœnæ mortalis dimissionem. Sed, in quantùm est sacrificium, accipit rationem satisfactionis: & secundùm hoc, in parte, vel in toto pœnam tollit, sicut & aliæ satisfactiones, secundùm mensuram pœnæ debitæ pro peccato, & deuotionis qua Sacramentum offertur. Nec tamen semper virtute hujus Sacramenti tota pœna tollitur. *Verumtamen* hoc O quod tollitur pars pœnæ, & non tota pœna per hoc Sacramentum, non contingit ex defectu virtutis Christi in Sacramento, sed ex defectu deuotionis humanæ. *Obserua lector non rarò deuotionem in suscipiente Authorem exaggerare: ab ea enim pendet hujus Sacramenti partialis, vel totalis effectus; vel nullus, si nulla sit. Scito tamen, quòd* deuotio P hominis est à Deo; *vnde & ab illo humiliter exposcenda. Sed & à futuris peccatis hoc Sacramentum præseruat. Etenim* peccatum Q est quædam spiritualis mors animæ: vnde hoc modo præseruatur aliquis à peccato futuro, quo præseruatur corpus à futura morte. Quod fit dupliciter. Vno modo, in quantùm natura hominis interiùs roboratur contra interiora corruptiua: & sic præseruatur à morte per cibum & medicinam. Alio modo per hoc, quòd munitur contra exteriores impugnationes: & sic præseruatur per arma, quibus munitur corpus. Vtroque autem modo hoc Sacramentum præseruat à peccato. Nam primò quidem per hoc, quòd Christo conjungit per gratiam,

I 4. d 12.2.2. q.2. ad 3.

L 3.p.79.4 c. In 4. d. 12. 2.2. q.1.

Venialia tollit ex duplici capite.

M In 4. l. cit. ad 1.

N In 4. l. c. a. 2. q. 3 c & 3. p. 79. 5. c. & ad 3.

Et, vt sacrificium, etiam pœnam peccatis debitam.

O 3. p l c. ad 3. & a.7 ad 2.

Deuotio in excessu totum facit in hoc Sacramento:

P Ma. 11. 2. ad 7.

Præseruat à peccatis futuris.

Q 3 p. 79. 6. c.

Dupliciter quis præseruatur à morte corporali.

Item dupliciter à spirituali.

gratiam, roborat spiritualem vitam hominis, tanquam spiritualis cibus, & spiritualis medicina, secundùm illud Psal. 103. *Panis cor hominis confirmat*. Alio modo: in quantùm est quoddam signum passionis Christi, per quam victi sunt dæmones, repellit omnem dæmonum impugnationem. *Vnde Chrysostomus*: Vt leones flammam spirantes, sic ab illa mensa discedimus terribiles effecti diabolo. *Et in hoc sensu dicitur de hoc Sacramento in Collecta*: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium &c. *Etenim* dicitur R hoc Sacramentum scelera vel crimina abluere vel tollere, in quantùm ea impedit, contra ipsa robur ministrando. *Vel petimus*, *vt* sit ablutio scelerum, *scilicet* eorum S quorum conscientiam non habemus, secundùm illud Psal. 18. *Ab occultis meis munda me*: vel vt contritio in nobis perficiatur ad scelerum remissionem: vel etiam vt nobis robur detur ad scelera vitanda; *vnde & in hymno rogamus*: Da robur, fer auxilium. *Idcircò* exigebat T humanæ naturæ corruptio talem cibum, quantùm ad firmam sanitatis conseruationem. Quidam enim ad tempus de peccatis compunguntur, & quodammodo curantur: sed tempore tentationis per recidiuum iterum corrumpuntur, Psal. 37. *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ &c.* Ad conseruationem autem sanitatis animæ, & incorruptionis bonæ vitæ, valet cibus iste, *& medicina*, Cant. 1. *Fasciculus myrrhæ Dilectus meus mihi*: (Myrrha V est arbor Arabiæ, cujus gutta est viridis & amara, vnde significat passionem Christi, *cujus memoriale est Eucharistia*:) sicut enim myrrha incorrupta seruat corpora: sic corpus Domini piè sumptum corda. *Profectò (vt præmissum est)* Serpens X malignus infudit homini per venenum cibi vetiti triplicem corruptionem: in anima scilicet tenebras ignorantiæ, in corpore morbum concupiscentiæ, & mortem vtrobique. Contra hoc institutum est corporis Christi medicamentum, tenebras ignorantiæ illustrans, morbum concupiscentiæ sanans, & mortem nostram mortificans. Propter hæc tria potest comparari triplici dulci cibo & medicinali: scilicet melli propter primum, ficui propter secundum, fructui vitis vuæ propter tertium. De primo Prou. 24. *Comede fili mi mel, quoniam bonum est*. Mel corpus Christi dulce significat. Hoc *bonum est*, quia tenebras mentis illuminat, 1. Reg. 14. *Vidistis ipsi, quia illuminati sunt oculi mei, eo quòd gustauerim paululum de melle?* Is. 7. *Butyrum & mel manducabit omnis, qui relictus fuerit*: scilicet, *vt sciat reprobare malum & eligere bonum*, Psal. 33. *Accedite ad Deum, & illuminamini*. De secundo Ierem. 24. *Ficus, ficus bonas, bonas valdè*. Ficus bis dictæ dulce corpus Christi Dei & hominis significant. Hæ bis *bonæ* sunt *valdè*, quia mentem & carnem à morbo prauæ concupiscentiæ sanant, 4. Reg. 20. *Afferte* (inquit Isaias) *massam ficorum*. *Quam cum attulissent, & posuissent super vlcus Regis, curatus est*. Vlcus Regis est concupiscentia carnalis: massa ficorum est corpus Christi, continens dulcedinem multorum bonorum (*Sap. 16. Omne delectamentum in se habens, & omnis saporis suauitatem*) ad medicinam malorum desideriorum: (licèt *enim* hoc Y Sacramentum non directè ordinetur ad diminutionem fomitis, diminuit tamen fomitem ex quadam consequentia, in quantùm auget charitatem: quia *augmentum charitatis* ex Augustino *est diminutio cupiditatis*: directè autem confirmat cor hominis in bono, per quod etiam præseruatur homo à peccato.) De tertio Luc. 1. *Benedictus fructus ventris tui*: corpus scilicet Christi, quod est fructus vitæ, valens ad destructionem gehennæ, & acquisitionem vitæ æternæ. Hinc dicitur Ose. 13. *Ero mors tua, ò mors*. Et Ioan. 6. *Ego sum panis vitæ &c. En quomodo* corpus Christi (*vt ajebat initio Author*) dat culpæ veniam, & confirmat ad pugnam, *vtique contra diabolum*.

R 4. d. 12. 3. 2. q. 2. ad 1.

S 3. p. 79. 3. ad 1.

T Op. 58. c. 6. circ. med. Exigebat talem cibum humanæ naturæ corruptio ad sanitatis conseruationem.

V Cant. 1. com. 2. & 1. ibi.

X Op. 58. c. 1. circ. fi. Et vt medicinam contra triplicem ex veneno serpentis corruptionem.

Y 3. p. 79. 6. ad 3. Diminuit hoc Sacramentum ex consequentia & fomitem.

y *Ex quo consequenter & gratiam Eucharistia confert*. Primò quidem Z & principaliter ex eo, quod in hoc Sacramento continetur, quod est Christus: qui, sicut in Mundum visibiliter veniens, contulit Mundo vitam gratiæ, secundùm illud Ioann. 1. *Gratia & veritas per Iesum Christum facta est*: ita in hominem sacramentaliter veniens, vitam gratiæ operatur, secundùm illud Ioann. 6. *Qui manducat me, viuet propter me*. Secundò ex eo, quod per hoc Sacramentum repræsentatur, quod est passio Christi: & ideò effectum, quem passio Christi fecit in Mundo, hoc Sacramentum facit in homine. Tertiò ex modo, quo traditur hoc Sacramentum, quod datur per modum cibi & potus: & ideò omnem effectum, quem cibus & potus materialis facit quantùm ad vitam corporalem, quòd scilicet sustentat, auget, reparat, & delectat: hoc totum facit hoc Sacramentum quantùm ad vitam spiritualem. Vnde & Dominus dicit Ioann. 6. *Caro mea verè est cibus &c.* Quartò ex speciebus, in quibus traditur hoc Sacramentum. Vnde Augustinus: *Dominus noster* inquit *corpus & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis: namque aliud, scilicet panis, ex multis granis in vnum constat; aliud, scilicet vinum, ex multis acinis confluit*. Et ideò alibi ipse dicit: *O' Sacramentum pietatis, ò signum vnitatis, ò vinculum charitatis!* Et quia Christus, & ejus passio est causa gratiæ, & spiritualis refectio, & charitas sine gratia esse non potest: ex omnibus præmissis manifestum est, quòd hoc Sacramentum gratiam confert. *Ad quod rectè sequitur*, nullum A Sacramentum esse isto salubrius, quo purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium spiritualium charismatum abundantiâ impinguatur: *vbi enim gratia & charitas, omnium ibi virtutum contubernium, & donorum*. Et inde est B quòd ex virtute hujus Sacramenti anima spiritualiter reficitur per hoc quod spiritualiter delectatur, & quodammodo inebriatur dulcedine bonitatis diuinæ, *secundùm illud Cant. 5.* Comedite amici, & inebriamini charissimi. *Hac sanè de causa Dominus ipse Ioann. 12.* grano C frumenti se comparat, *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit &c.* quia adhoc venit, vt reficeret & sustentaret mentes humanas. Hoc autem præcipuè efficit panis frumenti. *De præfatis Eucharistiæ effectibus dicitur in figura 4. Reg. 4.* quòd Eliseus incubuit super puerum: posuitque os suum super os ejus, & oculos suos super oculos ejus, & manus suas super manus ejus: & incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri. *Quod exponens Author*: Per D puerum *inquit* fidelis anima, per Eliseum Dominus significatur: qui sicut sigillum ceræ, sic se conjungit animæ: *oculos suos super oculos ejus ponit*, quia illuminat intellectum: *carnem calefacit*, quia affectum charitatis inflammat: *os super os ejus ponit*, quia gustum memoriæ dulcedine spirituali delectat: *manus super manus ejus ponit*: quia in bono opere vsque in finem conseruat; & sic totum hominem perficit, vt ad vitam æternam perducat. *Quod pariter facit illud Cant. 2.* Dilectus meus mihi, & ego illi &c. *Dilectus meus mihi*: subaudi E societur *in hoc vnitatis & charitatis Sacramento* vinculo charitatis & amoris: *& ego illi* conjungar & consociabor vicissitudine mutuæ dilectionis. *Qui pascitur inter lilia*; hoc est, delectatur & jucundatur inter candidas & odoriferas virtutes Sanctorum: *donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*: hoc est, donec transeant nebulæ præsentis vitæ, & appareat *dies*, hoc est, claritas sempiternæ beatitudinis: quousque transcursa nocte præsentis vitæ, in qua *per speculum in ænigmate* cernitur, appareat *dies* supernæ claritatis, vt *facie ad faciem* videatur: *in gloria nimirùm cœlestis Patriæ*. *Ad cujus ineundam viam, & securè calcandam, debilitatem*

Gratiam confert, & charitatem cum virtutibus cæteris.

Z 3. p. 79. 1. c. In 4. d. 12. 2. 2. q. 2. ad 3.

A Op. 57. l. 3. ad Mat.

B 3. p. 79. 1. ad 2. Anima spiritualiter corroboratur, & quodammodo inebriatur.

C Ioan. 12. l. 4. litt. f.

D Op. 58. c. 22. fi.

E Cant. 2. com. 1. & 2. ibi.

Digitized by Google

Confortat ad viam in Cœlum.

litatem confortans nostram, dat Sacramentum hoc robur & vires: Dedit fragilibus corporis ferculum, *fragilibus inquam conditione naturæ; & in idem redit quod dicitur Psal.103. cit.* Et panis cor hominis confirmet: *videlicet*, quia F corpus Christi fideles suos in bona vita confirmat, & confortat finaliter, 3. Reg. 19. *Surgens Elias comedit subcinericium panem, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Horeb*. Horeb interpretatur mensa. Mons ergo iste est mons mensæ Dei, & significat satietatem cœlestis gloriæ (Luc. 22. *Vt edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo*.) Panis itaque corporis Christi confortat nos in vita & bono opere quadraginta diebus & noctibus, idest toto tempore præsentis pœnitentiæ vsque ad montem & mensam Dei; idest, quousque veniamus ad altitudinem securitatis, & satietatem dulcedinis æternæ gloriæ. (*Huc facit & quod legitur Exod.16.* Hoc cibo, *scilicet manna, Eucharistiæ symbolo*, aliti sunt filij Israel, vsque quò tangerent fines Terræ Chanaan, *terræ videlicet promissionis, quæ æternæ gloriæ, hoc est*, terræ viuentium, *figura erat*.) *Vnde & Ioann.6.* Ego *inquit* sum panis viuus, qui de Cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: *idest*, deducam G eum de exilio præsentis miseriæ ad Cœlum. Vnde rectè Eucharistia *Viaticum* appellatur, quia in via reficiens, in Patriam vsque perducit, Prou. 3. *Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam*. Sicut enim *ex glossa* in paradiso fuit signum vitæ: ita per sapientiam Dei, quæ est Christus, viuificatur Ecclesia, cujus nunc Sacramento corporis, & sanguinis, vitæ æternæ accepit pignus: (*Futuræ gloriæ* H *nobis pignus datur*.) Si ergo corpus Christi sumptum, pignus est vitæ æternæ; & pignus non dimittitur, donec id, pro quo impignoratur, accipitur: profectò per hoc ad vitam æternam perducimur. *Et hic est præcipuus effectus & fructus, quem diuina Eucharistia producit. Ex quo &* panis Angelorum nuncupatur, *Sap.16.* Angelorum esca nutriuisti populum tuum; & *Psal.77.* Panem Angelorum manducauit homo. *Etenim* sumptio I Christi sub hoc Sacramento ordinatur sicut ad finem ad fruitionem Patriæ, in qua Angeli eo fruuntur. Et quia ea, quæ sunt ad finem, deriuantur à fine: inde est, quòd ista manducatio Christi, qua eum sumimus sub Sacramento, quodammodo deriuatur ab illa manducatione, qua Angeli fruuntur Christo in Patria. Et ideò dicitur homo *manducare panem Angelorum*, quia primò & principaliter est Angelorum, qui eo fruuntur in propria specie: secundariò autem est hominum, qui Christum sub Sacramento accipiunt. *Ex quibus liquet, quàm verè dixerit Author, quòd* corpus Christi dat gratiæ vitam, confortat ad viam, *per quam ad Patriam itur, &* facit prægustare ipsam gloriam, *quam tandem ad complementum & confert: siquidem* refectio L cibi spiritualis, & vnitas significata per species panis & vini, habentur quidem in præsenti, sed imperfectè (*en ipsius gloriæ prægustatio:*) perfectè autem in statu gloriæ.

F Op.58. c. 22. circ. fi.

G Iidem cap. 23. & 3. p. 79. a. c. Io.6.l.6. Quo & perducit; vnde & Viaticum dicitur.

H Op.57. Ant. ad Magn. in 2. Vesp.

Cur panis Angelorum dicatur.

I 3.p. 80. 2. ad 2. In. 4. d. 9. 1. a. q. 3. ad 1.

L 3. p. 79. 2. circ. fi. corp.

2 *Sed & alibi, cohærenter ad præfata, docemur, quòd* sacro-sanctum M corpus Domini tres habet effectus principales. Primus est, peccatorum destructio. Secundus bonorum spiritualium largitio, vel augmentatio. Tertius animarum confortatio, vel vitæ æternæ collatio. De primo Dan. 2. *Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam*, idest figmenta peccatorum, *& comminuit eam*; & 1. Ioann.3. *In hoc apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera diaboli*. De secundo Prou.12. *Qui bonus est, hauriet gratiam à Domino*, quia ipse est fons totius gratiæ. De tertio Genes.18. *Ponam buccellam panis, & confortate cor vestrum*. Primus ergo effectus principalis corporis

M Op.58. c.24. Tres illius principales effectus.

Primus: destructio peccatorum.

Christi est destructio peccatorum, Psalm.67. *Niue dealbabuntur in Selmon*. Selmon mons Dei est, & interpretatur vmbra: & *ex glossa* corpus Christi significat: quia sicut vmbra fit de lumine & corpore, ita in corpore Christi est lumen diuinitatis, & caro humanitatis. In hoc monte vmbroso *super niuem dealbantur* fideles, quia virtute corporis Christi incomparabiliter à macula peccatorum emundantur. *Secundus* effectus principalis est bonorum spiritualium augmentatio. Et hoc ad tria: Primò ad decorem castitatis, Dan.1. *Apparuerunt vultus eorum meliores præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio:* quos scilicet *ex glossa* panis satiabat, qui de Cœlo descendit, *meliores*, decore scilicet castitatis. Sicut enim bonum nutrimentum facit ad decorem corporis: sic deliciæ cibi spiritualis ad pulchritudinem castitatis. Secundò ad feruorem charitatis, Eccli.32. *Gemmula carbunculi in ornamento auri*. Ardentium gemmarum, *inquit glossa*, principatum tenet carbunculus, sic dictus, quia ignitus vt carbo. Significat autem corpus Christi, quod cor accipientis & ornat castitate & inflammat charitate. Tertiò ad saporem suauitatis, Genes.49. *Aser, pinguis panis ejus, & præbebit delicias regibus*; & Sap.16. *Panem de Cœlo præstitisti illis, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem: substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat*. Et Cant.5. *Comedi fauum cum melle meo*; idest, dulcedinem carnis Christi cum dulcedine diuinitatis: *bibi vinum meum cum lacte meo*; idest, dulcedinem sanguinis Christi cum dulcedine spiritualis consolationis. *Tertius* effectus principalis est animarum confortatio. Et hoc ad tria, scilicet ad debellandum dæmonia, ad sustinendum aduersa, ad operandum bona. De primo 1. Reg. 30. *Inuenerunt viri Dauid virum Ægyptium in agro, & adduxerunt eum ad Dauid, dederuntque ei panem, vt comederet, & refocillatus est: & adduxit Dauid ad latrunculos, & percussit eos*. Vir Ægyptius significat peccatorem, quem prædicatores adducunt ad Christum per conuersionem: qui pane Dominici corporis confortatus, fit dux exercitus Christi ad debellandum dæmones, Ephes.6. *Confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus, vt possitis stare aduersùs insidias diaboli*. Hinc 1.Reg.7. *Factum est autem, cum Samuel offerret agnum* (Eucharistiæ figuram) *in holocaustum, exterruit Dominus Philisthijm, & cæsi sunt &c.* De secundo 3. Reg. 22. *Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis*. In carcerem mittitur qui in hoc Mundo aduersa patitur. Panis tribulationis, quo sustentatur, est panis vitæ æternæ, quo ad sustinenda aduersa confortatur: (*Panem etiam tribulationis dic Eucharistiam, quia est Sacramentum repræsentatiuum passionis Christi:*) Act.24. dixit Apostolus existentibus in periculo (*naufragij:*) *Rogo vos accipere cibum pro salute vestra. Animæquiores autem facti sunt*, & confortati, ad Philipp.4. *Omnia possum in eo, qui me confortat*. (*Vetus sanè Adam ad refocillandum corpus in sudore vultus sui pane vesceretur oportuit: at in promptu modo habet homo cœlestem panem, quem si velit comparat absque ærumna, & cum suauitate degustat ad confortandum spiritum, Sap.16.* Panem de Cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem.) De tertio Prou. vlt. *Mulier fortis de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis*. Mulier fortis est Ecclesia de gentibus. Hæc *de nocte surrexit*, quia per auditum verbi de tenebris peccatorum ad Christum se conuertit. *Prædam domesticis & cibaria ancillis dedit:* quia Sacramenta Iudææ missa, quæ suscipere noluit, hæc cum omni desiderio rapuit, & de eis familiam suam, idest fideles, pauit. Et hoc, vt eos confortaret ad operandum bona. Vnde sequitur

Secundus, bonorum spiritualium augmentum.

Decorem affert castitatis.

Feruorem charitatis.

Dulcedinem & consolationem spiritus.

Tertius, Animarum confortatio.

Ad debellandum dæmones;

Ad sustinendum aduersa;

Ad bona opera perficienda, & gloriam æternam adipiscendam.

post

Digitized by Google

post prædictum cibum: *Considerauit agrum & emit eum, de fructu manuum suarum* (per quas bona opera signantur) *plantauit vineam &c.* Eccli. 33. *Cibaria, & virga, & onus asino: panis, & disciplina, & opus seruo.* Sicut pabulum confortat asinum ad onera portanda: sic panis cœlestis seruum Dei ad opera bona perficienda, 1. ad Tim. 1. *Gratias ago ei, qui me confortauit, Christo Iesu.* Ex quo confortamur ad emptionem bonorum cœlestium. Hinc supra dictum est, quòd *mulier fortis* post cibum *considerauit agrum & emit eum*, virtutibus scilicet & bonis operibus, Ierem. 32. *Agri pretio ementur &c.* Agri cœlestis hæreditatis emuntur pecunia virtutum & bonorum operum. *Et ecce effectus Eucharistiæ, vitæ æternæ collatio. Profectò hujus effectus Sacramenti, non singularis est, sed vniuersalis. Vnde* aliter est N in isto Sacramento, & aliter in alijs. Nam alia Sacramenta habent singulares effectus: sicut in baptismo solus baptizatus suscipit gratiam. Sed in immolatione hujus Sacramenti, est vniuersalis effectus: quia non solùm Sacerdos effectum consequitur, sed etiam illi, pro quibus orat, & Ecclesia tota tam viuorum quàm mortuorum. Cujus ratio est, quia continetur in ipso ipsa causa vniuersalis omnium Sacramentorum, scilicet Christus. *Et alibi:* Offertur O in Ecclesia pro viuis & mortuis: vt omnibus prosit quod est pro salute omnium institutum. *Et hanc quidem effectus vniuersalitatem ex eo habet Eucharistia. quia* ordinatur P ad vltimum effectum passionis Christi, quasi completissimè ab ea efficaciam habens: & ideò quantùm est de se, valet contra omnes spirituales defectus. Vnde & cum singulis Sacramentis exhibetur, quasi consummans effectus vniuscujusque.

Eucharistiæ effectus non singularis, sed vniuersalis.
N *Io. 6. l. 6 fi.*

O *Op. 57. lect. 3. ad Mat.*
Valet contra omnes spirituales defectus.
P *4. d. 2. 1. 2. ad 1 & Op 58. c. 21. 22. 23.*

a *Sed & singulatim* effectus Q Dominici corporis possunt sumi ex tribus nominibus, quæ solent eidem adscribi. *Primò* enim nominatur *panis verus*, Ioann. 6. *Pater meus dat vobis panem de Cœlo verum.* Et secundùm hoc habet tres effectus. Nam sicut panis tria bona præcipuè confert corpori; idest, satiat, confortat, vitam confert: sic panis iste satiat spiritum ad fastidium Mundi faciendum, confortat animum ad malum culpæ deuincendum, conseruat vitam ad Deum semper laudandum. De primo Psalm. 131. *Pauperes ejus saturabo panibus;* & hoc ad fastidium Mundi faciendum, Prou. 27. *Anima saturata calcabit fauum:* Gustato spiritu, *ait Gregorius*, desipit omnis caro. De secundo Psalm. 103. *Panis cor hominis confirmet*, ad malum scilicet culpæ deuincendum: quia qui carent corroboratione hujus panis, vincuntur à vitijs. 4. Reg. 25. *Rex Babylonis & exercitus ejus obsedit Ierusalem: nec erat panis populo terræ: & omnes viri bellatores nocte fugerunt ad hortum Regis*, idest ad delicias carnis, *& ad campestria solitudinis*, idest ad viam latam, quæ ducit ad mortem. De tertio Eccli. 34. *Panis egentium, vita pauperum est*, Ioan. cap. 6. *Ego sum panis viuus &c. Ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, viuet propter me.* Et hæc est vita ad Deum semper laudandum. *Secundò* corpus Domini nominatur *Sacramentum Altaris.* Et secundùm hoc habet triplicem effectum, scilicet in triplici statu fidelium: idest, in hoc Mundo, in Cœlo, in Purgatorio. In statu Mundi peccata relaxat: in statu Purgatorij pœnam alleuiat: in statu Cœli gloriam augmentat. De primo Leuit. 5. *Anima si peccauerit per ignorantiam, offeret arietem immaculatum*, scilicet Christum, sine quo non fit remissio. De secundo Leuit. 17. *Dedi vobis sanguinem, vt super altare in eo expietis pro animabus vestris.* In hoc figuratum est, quòd sacrificium carnis & sanguinis Christi valet animabus in pœna Purgatorij. De tertio Leuit. 10. *Pectusculum sacrificij, quod oblatum est, edetis in loco mundissimo tu & filij tui & filiæ tuæ tecum.* Pectusculum sacrificij, quod optimum & dulcissimum est de animali, signat dulcedinem effectus corporis Christi, in quantùm comeditur *in loco mundissimo*; idest, in quantùm delectat beatos in Cœlo: quia plurimùm gaudent & congratulantur in hoc sacrificio de memoria redemptionis, de aspectu nostræ salutis, de admiratione diuinæ bonitatis. Vnde *Ecclesia in Collecta*: Sumpsimus, Domine, diuina mysteria: quæ sicut Sanctis tuis ad gloriam, ita nobis ad vitam prodesse perficias. *Tertiò* corpus Domini nominatur *Sacramentum charitatis.* Et secundùm hoc tres habet effectus, quia tria maximè bona operatur in nobis: scilicet Spiritus Sancti veram participationem, ipsius Christi certam inhabitationem, in similitudinem imaginis Dei transformationem. De primo Psal. 80. *De petra, melle saturauit eos*: quia fideles sugunt de corpore Christi dulcedinem Spiritus Sancti, Sap. 12. *O' quàm bonus & suauis est, Domine, Spiritus tuus in omnibus!* qui scilicet de corpore tuo in nos fluit. De secundo Ioann. 6. *Qui manducat meam carnem, in me manet, & ego in eo.* Est enim Christus in nobis per carnem, dum ejus carnem accipimus: & nos sumus in eo, dum secum hoc, quod nos sumus, in Deo est, Ioann. 1. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Dum verbum carnem assumpsit, in nostra carne habitauit: & dum nos Verbum incarnatum in cibum accipimus, ipsum etiam habitat in nobis. De tertio Ioan 1. *Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri*; idest, Deiformes, & Deo secundùm imaginem similes: nec potest creatura ad majus promoueri, quàm quòd assimiletur suo Creatori. *Quòd autem per sacramentalem simul & spiritualem Christi corporis manducationem efficiamur Deiformes, & in Christum transformemur, triplex affertur similitudo.* Prima R sumitur de virtute amoris nostri. Hæc est enim vis amoris nostri, transformare cor amantis in amatum; idest, amati fortunæ prosperæ & aduersæ assimilari, Cant. 8 *Pone me vt signaculum super cor tuum.* Super cor, tanquam super ceram calidam, puram, & mollem, aptam suscipere impressam imaginem. Super cor ergo calidum amore Dei, purum munditia sui, molle pietate proximi, corpus Christi vt sigillum ponitur, non vt ipsum, quod immutabile est, in nos mutetur, sed nos in imaginem bonitatis ejus transmutemur. *Secunda* similitudo ad idem sumitur de virtute rei majoris. Nam si gutta aquæ in magnum vas vini fundatur, virtute magnitudinis vini aqua ex toto in illud mutatur. Sed virtus Dominici corporis ineffabilis est magnitudinis, Psalm. 146. *Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus*: & nos multùm exigui respectu illius, Psalm. 38. *Substantia mea tanquam nihilum ante te*; & Is. 40. *Ecce gentes quasi stilla situlæ.* Magnitudo itaque virtutis & dulcedinis Christi, infusa exiguo & humili cordi nostro, vincit illud (1. *Io. 3. Major est Deus corde nostro*) & à se deficere faciens in ipsum conuertit, vt jam non mundanis hominibus, non nobis ipsis, sed Christo in voluntate, sermone, bona conuersatione similes simus. *Tertia* similitudo ad idem sumitur de virtute rami arboris. Hæc est enim proprietas surculi bonæ arboris, si trunco inseratur etiam syluestri, quòd naturali virtute præualens, illius amaritudinem in suam dulcedinem & nobilitatem conuertit, & similem sibi bonum fructum proferre facit. Sic corpus Christi nobis insitum, defectus nostros euacuat, & in suam nos bonitatem trahit: vt quales ipse frondes, flores, & fructus justitiæ facit, tales & nos per eum faciamus. Hinc Ezech. 17 *Sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam: de vertice ramorum ejus tenerum distringam, & plantabo super montem excelsum: & erumpet in germen, & faciet fructum.* Cedrus sublimis est Deus Pater: rami eminentiores antiqui Patres: vertex ramorum B. Virgo: medulla cedri æterna Sapientia: pars de ramo-

Effectus Eucharistiæ, vt dicitur panis verus, triplex.
Q *Op 58. c 25. & c. 4 In 1. d. 22. 2. 1. q 2 fi. c. & d 45. 2. 1. q. 1. c. & ad 5.*

Triplex etiã, vt est Sacramentum Altaris.

Cujus effectus in Mundo, in Cœlo, in Purgatorio.

Triplex itidem, vt est Sacramentum charitatis.

Quòd in Christum per hoc Sacramentum transformemur, triplex similitudo.
R *Op. 59. cap. 20. circ. fi.*

Digitized by Google

ramorum vertice, caro sumpta de Virgine. Spiritus ergo Sanctus medullam cedri, & partem de summo ramo sumpsit, quia Christi incarnationem fecit: & hunc quasi surculum nobilissimum plantat super montem excelsum, cùm fidelibus à terrenis desiderijs ad cœlestia eleuatis, Dominici corporis tribuit Sacramentum. Hinc fructus erupit: quia cor fidele, propria amaritudine relicta vitiorũ, virtute corporis Domini similes Christo fructus facit, Cant.2. *Trahe me post te:* me scilicet mutando in te, violentia meæ dilectionis, magnitudine tuæ dilectionis, virtute firmæ insertionis: vt non maneat in me radix amaritudinis; sed præualeat operando in me virtus & dulcedo tuæ bonitatis. *Ex quo alibi cohærenter instruimur, quòd* proprius S effectus hujus Sacramenti est conuersio hominis in Christum, vt dicat cum Apostolo: *Viuo ego, jam non ego: viuit verò in me Christus*, ad Gal.2. Nam T cibus iste spiritualis, est similis quidem corporali in hoc, quòd sine ipso vita spiritualis esse non potest, sicut nec sine corporali cibo vita corporalis. Sed amplius habet ab eo: quia causat indeficientem vitam in sumente: quam cibus corporalis non efficit. Non enim qui eum sumpserit, viuet: potest enim fieri (vt *Augustinus* dicit) vt senio vel morbo, & aliquo casu, plurimi, qui eum sumpserint, moriantur. Qui verò hunc cibum corporis Domini sumpserit, *habet vitam æternam*: & hoc, quia qui manducat hunc panem, habet in se Christum, qui est verus Deus, & vita æterna. *Et hoc est manna illud, omnis habens saporis suauitatem.* Manna V habet similitudinem saporis frumenti, mellis, & olei, Exod.16. *Gustus ejus quasi similæ cum melle*; & Ezech.16. *Similam, mel, & oleum comedisti.* Et secundùm hæc tria habet corpus Domini triplicem effectum. Operatur enim morum honestatem, cordis suauitatem, proximi pietatem. Primum significatur in frumento: secundum in melle: tertium in oleo. De primo Zach.9. *Quid bonum ejus est? & quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum?* Panis de frumento bonus est, & pulcher in se, & etiam in effectu, quia facit pulchrum: sic corpus Christi bonum, & pulchrum, facit honestatem morum. Dan.1. *Apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio.* Vultus eorum, quos scilicet *ex glossa* satiabat panis, qui de cœlo descendit. De secundo Prou.23. *Comede fili mi mel, quia bonum est: & fauum dulcissimum gutturi tuo.* De tertio Iob 29. *Quis mihi tribuat, vt sim secundùm dies, quando secretò Deus erat in tabernaculo meo, & petra fundebat mihi riuos olei?* idest, gratiam pietatis ad bonum proximi, Prou.21. *Thesaurus desiderabilis, & oleum in tabernaculo justi.* 4. Reg.4. *Offerebant vasa, & mulier infundebat oleum. Et ait Eliseus: Vende oleum, & redde creditori tuo: tu autem, & filij tui, viuite de reliquo.* Ecce oleum, idest opus pietatis, proximum reficit, debita soluit, nos ipsos pascit. Primum intelligitur in eo, quòd fundebat oleum in vasa proximorum: secundum in eo, quòd reddidit per oleum debita creditori: tertium in eo, quòd ipsa & filij de oleo vixerunt. *En quale Dominus fidelibus suis* pluit manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis, *vt dicitur Psalm.77. Vnde igitur est, quòd manna hocce dulcissimum, & cœlestis hic panis, nauseatur à quibusdam & negligitur, quòdque humano desipit gustui Angelicus cibus? Profectò nonnisi ob culpæ infectionem* Mensa Domini despecta est, *vt dicitur Malach.1. quia nimirùm* Palato non sano pœna est panis, qui sano est suauis. *Quod & mysticè innuitur Iob 33.* Abominabilis ei fit in vita sua panis. *Instruimur autem, quòd* omnis nauseatio mala, panis autem pessima. *Olim idcircò in figura malorum Christianorum Iudæi spiritualem hanc escam (quippe qui allijs cœpisque, hoc est vilibus Mundi cibis, assueti) abominabantur*, Num.21. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo: *cum tamen dicatur Psal.33.* Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. *Et 1. Pet.2.* Si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus.

Conuersio hominis in Christum est proprius hujus Sacramenti effectus.

S 4. d.12. a.1. q.1. ar. & a.2. q.1. c. & 3.p.79. 1. & 4.

T Eo. 6. l. 7. c. & f. In 4. l. c. & a.1. q.1. & 3. c. & 3.p.73. 3. ad 2.

Triplex ejus effectus, vt manna dicitur.

V Op.58. c.16.

Cur negligatur Eucharisticus panis.

b *Quoniam verò & vinum in sacro altari, non minùs, quàm panis in corpus, verè conuertitur in sanguinem Christi:* Sciendum est X quòd in Sacramento sumptum possumus considerare tribus modis: scilicet vt potum aquæ viuæ, vt vinum spirituale, vt sacrosanctum mysterium Ecclesiæ. De primo Ps. 77. *Percussit petram, & fluxerunt aquæ.* Sicut petra significat Christi corpus: ita aquæ illæ sanguinem illius, qui verus & viuus est potus aquæ. De secundo Prouerb.9. *Bibite vinum, quod miscui vobis;* idest, sanguinem Christi multa dulcedine conditum. De tertio Hebr.13. *Iesus extra portam passus est, vt per suum sanguinem sanctificaret populum. Primò* vt potus aquæ viuæ habet triplicem effectum. Potus aquæ, vt dicunt Physici, est humectatiuus aridorum, extinctiuus incensorum, delatiuus ad membra ciborum. Similiter potus sanguinis Christi, vt significatur per aquam, tres habet effectus in anima fideli. Arida ejus humectat & conjungit: malè incensa refrigerat & extinguit: cibum verbi Dei ad membra vehit, vt bene possint operari, Is.44. *Effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridam:* vt scilicet anima, quasi puluis arida, ad fontale deflua, & ad malum prona, potu sanguinis Christi perfusa, conjungatur, conglutinetur, & roboretur ad bona, Psalm.1. *Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quem projicit ventus à facie terræ.* 1. ad Cor.5. *Sitis noua conspersio, sicut estis azymi*, scilicet per baptismum à vitijs sinceri facti: ita sitis aspersione sanguinis Christi, quasi pasta, in noua vita & bona compacti. De secundo Eccli.3. *Ignem ardentem extinguit aqua:* quia sanguis Christi signatus per aquam, destruit feruorem iræ, auaritiæ, & praui amoris, & concupiscentiæ. De tertio 3. Reg.19. *Elias comedit & bibit aquam, & ambulauit:* potus enim cibum ad membra vehit, & ad eundum, siue operandum mouet. Sic potus sanguinis Christi cibum verbi Dei siue præcepti ad corda defert, vt vires animæ & membra corporis secundùm illud viuant, & regantur, & bene operentur, Prou.9. *Comedite, bibite, relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ. Secundò* potest considerari sanguis Christi, vt vinum spirituale: & secundùm hoc habet tres effectus, quia lauat, calefacit, lætificat. Lauat sordes culpæ, calefacit corda charitate, lætificat spirituali dulcedine. De primo Genes.49. *Expectatio Gentium lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum,* idest fidelem animam; ad Hebr.9. *Si sanguis hircorum & taurorum aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quantò magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis?* De secundo Deut.32. *Constituit eum, vt comederet medullam tritici*, idest dulce corpus Christi, *& sanguinem vuæ biberet meracissimum*, idest purum & calidum, purum ad maculam iniquitatis abluendam, calidum in effectu, Cant.2. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Cella vinaria est Ecclesia, vbi propinatur calidum vinum sanguinis Christi ad accendendum corda dilectione Dei & proximi. De tertio Psal.103. *Vinum lætificet cor hominis;* Eccli.31. *Exultatio animæ & cordis vinum moderatè potatum*, idest sanguis Christi cum mensura fidei; Cant.1. *Botrus Cypri Dilectus meus mihi:* quia scilicet sumo cum suo sanguine dulcedinem spiritualis lætitiæ ad obliuiscendum dolorem præsentis miseriæ, Prou.31. *Date siceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo: bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur ampliùs. Tertiò* potest considerari sanguis Christi, vt sacro-sanctum mysterium Ecclesiæ; idest, vt res sacra & secre-

Christi sanguinis in Sacramento effectus.

X Op.58. c.30.

Vt potus aquæ viuæ, triplicem habet effectum.

Triplex ejus effectus, vt est vinum spirituale.

Digitized by Google

Triplex item ejus effectus, vt est sacrum mysterium Ecclesiæ.

secreta, in qua magna virtus Dei est abscondita: & secundùm hoc habet tres effectus supernaturales. Dæmones enim triumphat, gratiam impetrat, in bona vita conseruat, donec ad vitam æternam perducat. De primo Exod. 12. *Cum viderit Dominus sanguinem in superliminari, non finet percussorem ingredi domos vestras & lædere*. Hic sanguis, *inquit Chrysostomus*, abigit dæmones, & longe facit esse. Apoc. 12. *Factum est prælium magnum in Cœlo: Michael & Angeli ejus præliabantur cum dracone &c. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni*. De secundo 1. Pet. 1. *In aspersionem sanguinis Iesu Christi gratia vobis &c.* & ad Hebr. 12. *Accessistis ad Sion montem, & sanguinis aspersionem meliùs loquentem, quàm Abel*: quia scilicet sanguis Abel clamat vindictam, sanguis Christi postulat, & impetrat gratiam. De tertio Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Quòd si biberitis, bonam vitam habebitis, Leuit. 17. *Anima omnis carnis in sanguine est*: anima, idest vita. Sicut itaque in sanguine nostro vita est corporalis: sic in sanguine Christi conseruatio vitæ spiritualis, & perductio ad statum vitæ immortalis: *Qui bibit meum sanguinem, habet vitam æternam*, Ioan. 6. *Hinc ad hujus commendationem æternæ salutis Sacramenti, sub vtraque specie considerati, & ad innuendam tum animæ tum corporis munditiam, quam exigit simul & efficit in spiritualiter & corporaliter sumentibus, dicitur Zach. 9.* Frumentum electorum, & vinum germinans virgines. (*Discite cœlibes ad salutiferum hoc piè affici Sacramentum, in quo realiter continetur Christus, verus Deus & homo, mysticus Agnus immaculatus,*

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine.)

Plura vide V. Christi sanguis, *Tomo* 1.

c *Ex quo ad feruentiùs excitandam in Sacramentum corporis & sanguinis Christi deuotionem fidelium,* Romanus Y Pontifex Vrbanus IV. eis, qui canonicis horis in hujus Sacramenti solemnitate personaliter in Ecclesijs interfuerint, stipendia spiritualia (*hoc est, multiplices indulgentias*) Apostolica largitione concessit: quatenus per hæc fideles ad tanti festi celebritatem auidiùs & copiosiùs conuenirent. *Illud tandem notandum, quòd* hoc Sacramentum Z non solùm est Sacramentum, sed etiam est Sacrificium: in quantùm enim in hoc Sacramento repræsentatur passio Christi, qua Christus obtulit se hostiam Deo (vt dicitur *ad Ephes.* 5.) habet rationem Sacrificij: in quantùm verò in hoc Sacramento traditur inuisibilis gratia sub visibili specie, habet rationem Sacramenti. Sic ergo hoc Sacramentum sumentibus quidem prodest & per modum Sacramenti & per modum Sacrificij, quia pro omnibus sumentibus offertur: dicitur enim in Canone Missæ: *Quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum Filij tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cœlesti, & gratia repleamur*. Sed alijs, qui non sumunt, prodest per modum Sacrificij, in quantùm pro salute eorum offertur; vnde & in eodem Canone Missæ dicitur: *Memento Domine famulorum famularumque tuarum, & omnium circumstantium, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis suæ*. Et vtrunque modum proficiendi Dominus expressit dicens Matth. 26. & Luc. 22. *Qui pro vobis*, scilicet sumentibus, *& pro multis*, scilicet alijs, *effundetur in remissionem peccatorum*. Dicit A signanter (*alibi*) *pro vobis & pro multis*: quia hoc Sacramentum valet *in remissionem peccatorum* sumentibus per modum Sacramenti: quod notatur signanter, cum dicitur, *pro vobis*, quibus dixerat, *accipite*. Valet etiam per modum Sacrificij multis non sumentibus, pro quibus offertur: quod significatur, cum dicitur: *& pro multis*. *Ex quo & vt Sacrificium animabus prodest defunctorum, igne purgatorio detentis*. Virtus enim Christi B operatur in Sacramentis per modum sanationis & expiationis cujusdam: vnde Sacramentum Eucharistiæ liberat hominem à Purgatorio, in quantùm est Sacrificium quoddam satisfactorium pro peccato. Per modum *inquam* expiationis: *vnde & Leuit.* 17. *dicitur:* Dedi vobis sanguinem, vt super altare in eo *expietis* pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit. *Sanguinem*, idest C Sacrificium corporis & sanguinis Christi: (Sanguis pro corpore simul & sanguine: pars pro toto: & quia sanguis in altari non est sine corpore, nec corpus sine sanguine) *pro animabus*, scilicet quæ sunt in Purgatorio, Prou. 31. *Munus absconditum extinguit iras*: iras scilicet Dei, idest pœnas Purgatorij, quantùm ad animas innocentes, & in præsenti tribulationibus & flagellis satis purgatas, Ps. 37. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me: quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi &c.* Furor enim Dei in Inferno, ira in Purgatorio, sagittæ siue correptio amoris in hoc Mundo. *Non ita, vt est Sacramentum*: Non enim D si laicus sumat hoc Sacramentum, prodest alijs, quantùm est ex opere operato, in quantùm consideratur vt perceptio (quamuis ex intentione operantis & percipientis possit communicari omnibus, ad quos dirigit suam intentionem:) ex quo patet, quòd laici sumentes Eucharistiam pro ijs, qui sunt in Purgatorio, errant. (*Vide V.* Defuncti.) *DISCE, Eucharistiæ Sacramentum omnibus proficuum, viuis & defunctis prodesse*.

Y Op. 57. lect. 5. ad Mat.

Indulgentiæ in festo Corporis Christi.

Qualiter Sacramentum sit & Sacrificiū.

Vt Sacramentum sumentibus, vt Sacrificium alijs etiam prodest.

Z 3. p. 79. 7. c. & a. 5. c. & 9. 82. 4. c. In 4. d. 12. 2. 2. q. 2. ad 4.

A 1. Cor. 11. l. 6. post med. & 3. p. 78. 3. ad 8. In 4. loco cit.

Animabus præsertim defunctorum fidelium.

B 3. p. 52. 1. ad 2.

C Op. 58. c. 25. & cap. 4. In 4. d. 45. 2. 3. 1. c. & ad 3. & 5.

Non ita, vt est Sacramentum, ex opere operato.

Errant laici sumentes Eucharistiam pro mortuis.

D In 4. l. c. f. & locis cit.

XIII. Omnium Sacramentorum effectus Sacramento Eucharistiæ possunt adscribi, in quantùm perfectio est omnis Sacramenti, habens quasi in capitulo, & summa, omnia quæ alia Sacramenta continent singillatim. *In 4. d. 8. 1. 2. q. 2. ad 4.*

d Ex pluribus, *& quidem mirabilibus, quos hactenus adduximus, Eucharistiæ effectibus, Sacramenti hujus respectu cæterorum satis dignitas elucet & excellentia. Vnde Author*:

Quantùm potes E tantùm aude:
Quia maior omni laude,
Nec laudare sufficis.

Hinc præssius Propheta bene deprompsit Psal. 110. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus: escam dedit timentibus se. *Quasi diceret*: Dominus F dedit nobis escam, scilicet se ipsum, ad memoriam suorum mirabilium. *In hoc enim uno omnia Dei mirabilia veluti compendio perstringuntur. Quod ideò, vt quoddam singulariter mirabile, Iudæi in figura mannæ, non sine causa admirati sunt, dicentes Ex.* 16. Manhu? quod significat: Quid est hoc? *Vt enim inquit Author*: Hoc G sacramentum instituit, tanquam passionis suæ memoriale perenne, figurarum veterum impletiuum, miraculorum ab ipso factorum maximum. *Sanè* memoriam fecit mirabilium suorum: *scilicet* præteritorum H quòd (*nota*) nos redemit: præsentium, quòd omnia nostra respicit: futurorum, quòd districtè tandem iudicabit. *Et primò quidem, Eucharistiam verum esse Sacramentum, & ex dictis liquet, & ex eo insuper, quòd* sicut I ad vitam corporalem requiritur generatio, per quam homo vitam accipit; & augmentum, quo homo perducitur ad perfectionem vitæ: ita etiam requiritur alimentum, quo homo conseruatur in vita. Et ideò, sicut ad vitam spiritualem oportuit esse baptismum, qui est spiritualis generatio; & Confirmationem, quæ est spirituale augmentum: ita oportuit esse Sacramentum Eucharistiæ, quod est spirituale alimentum. *Et unum quidem*

Eucharistia compendium mirabilium Dei.

E Opusc. 57. In seq. Miss.

F Op. 58. c. 1.

G Op. 57. lect. 4. ad Mat.

Miraculorum maximum.

Quorum mirabilium sit memoriale.

H Op. 58. c. 2.

Eucharistia verum Sacramentum.

I 3. p. 73. 1. c. In 4. d. 8. 1. 1. q. 1.

Et vnum formaliter & perfectiue, licet materialiter multa.

Digitized by Google

L 3.p. l.c.a.2. c. In 4. l.c.a.1. q.1.c.

dem formaliter & perfectiuè Sacramentum est, tametsi materialiter multa. Ordinatur enim L ad spiritualem refectionem, quæ corporali conformatur: ad corporalem autem refectionem duo requiruntur, scilicet cibus, qui est alimentum siccum, & potus, qui est alimentum humidum. Et ideò, etiam ad integritatem hujus Sacramenti duo concurrunt, scilicet spiritualis cibus, & spiritualis potus, secundùm illud Ioann. 6. *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Ergo hoc Sacramentum multa quidem est materialiter, sed vnum formaliter & perfectiuè. *Sacramentum inquam est, immò Sacramentum Sacramentorum: omnium enim dignissimum est, & nobilissimum.* Nam, si Sacramentorum M dignitates ad inuicem comparemus, inuenitur illa dignitas potissima, quam Sacramentum habet ex contento: quia est essentialior. Et ideò Sacramentum Eucharistiæ est simpliciter dignissimum & nobilissimum, in quo continetur ipse Christus: & ad ipsum quodammodo alia Sacramenta ordinantur. *Sed & perfectio Sacramentorum est.* *Etenim* in quolibet N Sacramento est tria considerare: scilicet originem, perfectionem & finem. Origo autem omnium Sacramentorum est passio Christi, de cujus latere in Cruce pendentis Sacramenta profluxerunt. Perfectio autem Sacramenti est in hoc, quòd continet gratiam. Finis autem Sacramenti est duplex: proximus, scilicet sanctificatio recipientis; & vltimus, scilicet vita æterna. Hæc autem per quandam excellentiam in Eucharistia inueniuntur: quia hoc Sacramentum est specialiter in memoriam Dominicæ passionis. Similiter etiam gratiam non per modum intentionis continet, sicut alia Sacramenta, sed plenitudinem gratiæ in suo fonte: ideò antonomasicè Eucharistia dicitur. Similiter etiam, quia ipsa est consummatio omnium sanctificationum. Similiter etiam quantùm ad vltimum finem consequendum maximam efficaciam habet, inquantùm realiter continet hoc, quo janua Cœli nobis aperta est, scilicet sanguinem Christi. *Et alibi.* Eucharistia O est quasi consummatio spiritualis vitæ, & omnium Sacramentorum finis: per sanctificationes enim omnium Sacramentorum fit præparatio ad suscipiendam, vel consecrandam Eucharistiam. *Et quidem* hoc P apparet ex ritu Sacramentorum: nam ferè omnia Sacramenta in Eucharistia consummantur, vt *Dionysius* dicit cap. 3. *Eccle. Hier.* sicut patet, quòd ordinati communicant, & etiam baptizati, si sint adulti. *Quod quidem ajebat initio Author:* Omnium Sacramentorum Q effectus Sacramento Eucharistiæ possunt adscribi, in quantùm perfectio est omnis Sacramenti, habens quasi in capitulo, & summa, omnia quæ alia Sacramenta continent singillatim. *Nec mirum:* quia in hoc R Sacramento totum mysterium nostræ salutis comprehenditur. Ideò præ cæteris Sacramentis cum majori solemnitate agitur.

Sacramentum Sacramentorum, omnium dignissimum. M 4. d.7. 1.1. q.3. c. & d. 8. 1.1. q.1. c. & ad 1. & 3. p. 65. 1. & 4. con. G. c. 74.

N 4. d. 8. 1.1. q.3. c. & ad 1. & 3. p. 73. 1. 75. 1. c & 4. cont. G. loc. cit. Ver. 27 4. fi. c. Matth. 26. lib. 1. ibi, panem.

Perfectio & finis omnium Sacramentorum.

O 3.p. 73. 3 c.

P 3. p. 65. 3. c.

Q 4. d. 8. 1. 2. q. 1. ad 4.

R 3. p. 83. 4. initio c.

In eo totum nostræ salutis mysterium comprehenditur.

c *Agitur autem cum solemnitate in Ecclesia, specialiter vt sacrificium: quippe quod sacrificium est sacrificiorum.* Nam potissimum S Sacrificium est, quo ipse Christus se ipsum obtulit Deo in odorem suauitatis (vt dicitur *ad Ephes.* 5.) & propter hoc omnia alia sacrificia offerebantur in veteri lege, vt hoc vnum singulare & præcipuum sacrificium figuraretur, tanquam perfectum per imperfecta. *Idem autem est sacrificium, quo Christus se in Cruce obtulit, & quod in altari offertur: hoc solo interposito discrimine, quòd illud cruentum fuit, hoc incruentum.* Vt videlicet sicut T corpus Domini semel oblatum est in Cruce pro debito originali: sic offeratur jugiter pro nostris quotidianis delictis in altari, & habeat in hoc Ecclesia munus ad placandum sibi Deum, super omnia legis sacrificia pretiosum & acceptum, Malach. 3. *Placebit Domino sacrificium Iuda & Ierusalem*, quasi Regis & militiæ, idest Christi, & Ecclesiæ. *Alexander Papa.* Nihil in sacrificijs Ecclesiæ majus esse potest, quàm corpus & sanguis Christi. Nec vlla oblatio hac potior est, sed omnes præcellit: quæ pura conscientia Deo offerenda est, & pura mente sumenda. Et sicut potior est cæteris, ita potiùs venerari debet. *Hactenus ille.* Ad hoc autem sacrificium approbandum notatur triplex ratio mutandi vetus sacrificium. *Prima* est, Authoris nostri sacrificij potentia, scilicet Christi, qui non solùm ex eo quòd Dominus est, & Rex vniuersæ terræ, sed ex summi sacrificij ad eum translatione potuit & debuit suum in melius sacrificium commutare, Psal. 109. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.* Non dicit, secundùm ordinem Aaron, vel secundùm ritum Leuitarum, qui obtulerunt carnes hircorum & taurorum: sed *secundùm ordinem Melchisedech*, qui obtulit panem & vinum, Hebr. 7. *Necessarium fuit, secundùm ordinem Melchisedech alium surgere Sacerdotem, & non secundùm ordinem Aaron. Translato enim sacerdotio, necesse est, vt & legis translatio fiat. Manifestum est enim, quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est.* *Secunda ratio* est, debitorum nostrorum exigentia. Tam magnum enim erat debitum primorum parentum ex læsa Creatoris majestate, quòd non solùm legis sacrificia, sed totus Mundus cum omni creatura non sufficiebat pro satisfactione, ad Hebr. 10. *Christus ingrediens Mundum, dicit: Hostiam & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi.* Ingrediens, idest *ex glossa* homo factus, *dicit: Hostiam* de animalibus, & *oblationem* de alijs rebus, *noluisti*; idest, non tibi placuerunt: *corpus autem*, quod præ omnibus sacrificijs est, quia sine peccato, *aptasti mihi*; idest, aptum & idoneum dedisti mihi viuendo, quod pro omni redemptione valeat offerri, Psal. 68. *Quæ non rapui, tunc exsoluebam*: quando scilicet pro debitis omnium sufficiens sacrificium in Cruce offerebam. *Tertia ratio* est, ipsorum sacrificiorum legis insufficientia. Et hoc probatur à tribus: quia scilicet Deo non placuerunt: quia peccata non abstulerunt: quia gratiam non contulerunt. De primo Ierem. 6. *Holocaustomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi.* De secundo Psalm. 39. *Holocaustum & pro peccato non postulasti;* & ad Hebr. 10. *Impossibile est, sanguine hircorum & taurorum auferri peccata.* De tertio Ezech. 20. *Dedi eis præcepta non bona, & judicia, in quibus non viuent.* Præcepta *non bona*, idest minùs bona, *& judicia & sacrificia*, scilicet cæremonialia, *in quibus non viuent*, quia vitam gratiæ non conferebant, ad Hebr. 7. *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem ejus & inutilitatem*, quasi propter ejus sterilitatem, quia non conferebat gratiam. *Ex his omnibus satis superque* notatur V nostri sacrificij, scilicet corporis Christi, excellentia, qua præcellit omnia legis sacrificia triplici ratione: scilicet honestatis quoad sensum, dignitatis quoad Deum, virtutis quoad suæ bonitatis effectum. *Primò* excellit ratione honestatis: quod probatur à tribus, scilicet ab exteriori specie, à virginali origine, à spirituali dulcedine. *Ab exteriori specie*, quia sub nulla alia qualitate cibi posset tam mundè, tam pulchrè, tam honestè ministrari, sicut sub specie panis & vini. Non enim sequuntur hoc inconuenientia multa, quæ sequebantur illa cruenta legis sacrificia, Prou. 17. *Melior est bucella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum jurgio.* Bucella sicca est sacrificium nostrum sub munda specie panis & honesta: *Quid bonum ejus est, & quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Zachar. 9. *A' virginali origine*: quia à nulla corruptione, sed à virginali flore

Sacrificium sacrificiorum. S 1.3. 102. 3. c.

Omnia antiqua sacrificia ad hoc figurandum ordinabantur.

T Op. 58. c. 8.

Triplex ratio vetus sacrificium mutandi.

Prima Christi potentia.

Secunda, debitorum nostrorum exigentia.

Tertia, veterum sacrificiorum insufficientia.

V Op. 58. c. 4. & c. 25. Hujus præ cæteris sacrificij excellentia ex tribus.

Ratione honestatis.

Digitized by Google

sumpsit exordium, Eccli. 24. *Flores mei, fructus honoris & honestatis.* Quasi diceret: Flores pudicitiæ & virginitatis versi sunt in fructum nobilissimæ & honestissimæ prolis. *A spirituali dulcedine pietatis*, qua cunctos Christianos ad se attrahit, Eccli. 49. *Memoria Iosiæ in compositionem odoris facta opus pigmentarij.* Memoria Iosiæ est memoriale Saluatoris, vel sacrificium altaris. Hoc factum est opere pigmentarij, scilicet ex pretiosis operibus diuinitatis, & humanitatis suæ, vt suauissimo honestatis & pietatis odore ad se trahat fideles Ecclesiæ; *O eum effusum nomen tuum*, Cantic. 1. *Secundò* excellit ratione dignitatis: quod probatur à tribus rebus pretiosissimis, ex quibus constitit, scilicet ex carne Christi mundissima, anima justissima, Deitate altissima. Hæc tria in agno Paschali figurata sunt: in nostro sacrificio verè perfecta sunt, Exod. 12. *Caput (agni) cum pedibus ejus & intestinis vorabitis.* Caput significat Deitatem, intestina animam, pedes carnem. Ecce in Christo Deus, anima, corpus. *Tertiò* excellit ratione virtutis, idest propter effectum suæ bonitatis. Habet enim triplicem bonum actum in triplici statu fidelium, in Mundo, in Purgatorio, in Cœlo. In primo statu peccata relaxat: in secundo pœnam grauem alleuiat: in tertio gaudium magnum generat. Hinc est, quòd tripliciter Missæ celebrari solent: pro salute viuorum, pro requie defunctorum, & pro gloria beatorum. Vnde & hostia in tres partes frangitur, vt virtus Sacrificij corporis Domini in prædicto triplici statu demonstretur: *de quo suprà satis. Et quidem de gaudio beatorum ex hoc corporis Christi sacrificio figuraliter dicitur Leuit.* 10. Pectusculum sacrificij, quod oblatum est, edetis in loco mundissimo tu & filij tui & filiæ tuæ tecum. *Pectusculum*, quod optimum est & dulcissimum animalis, significat dulcedinem corporis Christi. Et hoc comedetur *in loco mundissimo*: quia dulcedine corporis ejus, qua hìc pascimur in velamine & Sacramento, ea fruuntur beati visione manifesta in Cœlo, Apoc. 2. *Vincenti dabo manna absconditum.* Manna inquam absconditum *sub fidei & specierum velamine: ex quo Sacramentum hoc* maximam T habet difficultatem ad credendum; vnde antonomasicè dicitur *Mysterium fidei*: est enim maximum V meritum fidei in hoc, quòd creduntur multa in hoc Sacramento, quæ non solùm præter rationem sunt, sed etiam contra sensum, vt videtur. *Vnde & 2. Paral. 6. dicitur*: Ergone credibile est, vt habitet Deus cum hominibus super terram? *Neque ex eo, quòd specialem habet præ alijs articulis difficultatem, specialis de illo debuit articulus fidei decerni: nam* in Sacramento X Eucharistiæ duo possunt considerari. Vnum scilicet, quòd Sacramentum est: & hoc habet eandem rationem cum alijs effectibus gratiæ sanctificantis (*vt ibid. in resp. ad* 5.) Aliud est, quòd miraculosè ibi corpus Christi continetur: & sic concluditur sub omnipotentia, sicut & omnia alia miracula, quæ omnipotentiæ attribuuntur.

[Margin: Ratione dignitatis. — Ratione virtutis. — Cur hostia in tres partes frangatur in Missa. — T 4. d. 8. 2. 2. q. 3. c. & 3. p. 75. 2. ad 3. — Antonomasicè dicitur Eucharistia *mysterium fidei*: quia præ omnibus Sacramentis ad credendum difficile. — V 4. d. 10. 1. 1. q. 1. c. — Cur non ponatur specialis articulus fidei. — X 2. 2. 1. 8. ad 6.]

f *Hujus præterea Sacramenti emicat præstantia in hoc, quòd maxima in eo relucet liberalitas Dei.* Solus *quippe* Deus Y est maximè liberalis: quia non agit propter suam vtilitatem, sed solùm propter suam bonitatem. *Siquidem ex operatione* Z *sua non* intendit, aliquod sibi commodum prouenire, sed vult bonitatem suam in alios diffundere. *Et hanc quidem maximè in hoc Sacramento diffudit. Sanè*, cum summè A sit bonus, summa cum decet liberalitas: sed nulla hac major esse potest. Quod probatur quantùm ad tria. Primò quantùm ad magnificentiam doni: secundò quantùm ad nobilitatem dantis: tertiò quantùm ad vtilitatem accipientis. *Primò quantùm ad magnificentiam doni*: quia largitor omnium bonorum in hoc Sacramento dat seipsum: & hoc largissimè, quia dat proprium corpus in cibum, secundùm quod dicit: *Accipite, & comedite.* Hic est summus gradus diuinæ largitatis quantùm ad donum. Sunt autem quidam gradus diuinæ largitatis: & sic patebit, quòd hic est summus. Primus gradus est, quòd largitus est homini Cœlum & terram, & omnes irrationales creaturas ad seruiendum, Deut. 4. *Solem & Lunam & omnia astra Cœli creauit Dominus Deus in ministerium cunctis gentibus.* Eccli. 17. *Deus creauit de terra hominem, & dedit illi potestatem eorum, quæ sunt super terram.* Secundus gradus est, quòd homini largitus est illas nobilissimas creaturas rationabiles & cœlestes, scilicet sanctos Angelos, ad ministrandum, Hebr. 1. *Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capient salutis.* Tertius gradus est, quòd largitus est seipsum in socium nostræ peregrinationis, Bar. 3. *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est*; & Ioan. 1. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Quartus gradus est, quòd dedit se in seruum nostræ necessitatis, Philip. 2. *Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens*; & Luc. 22. *Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.* Quintus gradus est, quòd dedit se in pretium redemptionis nostræ, Matth. 20. *Filius hominis venit dare animam suam redemptionem pro multis.* Sextus gradus & summus est, quòd dat homini corpus suum in cibum, Ose. 11. *Ego quasi nutritius Ephraim: & declinaui ad eum, vt vesceretur.* Et in hoc est expressio summæ largitatis, & præcipui amoris. Magnum est enim dare se in socium peregrinationis, & in seruum necessitatis: majus in pretium redemptionis. Tamen tale donum adhuc est in aliqua separatione ab eo, cui datur: sed, cum datur in cibum, datur non ad separationem aliquam, sed ad omnimodam vnionem: vniuntur enim in vnitatem corporis cibus & sumens; Ioan. 6. *Qui manducat meam carnem, in me manet, & ego in eo.* Et sic apparet in tali dono summa largitas diuinæ bonitatis. *Secundò quantùm ad nobilitatem dantis*: quæ tam excellens est in hoc Sacramento, vt largiatur corpus suum largè & diffusè: quia non solùm dat illud dignis & amicis, sed nec subtrahit indignis, malignis, & inimicis, Psalm. 26. *Appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas.* Qui enim se permisit manibus malignorum semel crucifigi, permittit se sceleratorum manibus tractari, & inimicorum ac immundorum dentibus in Sacramento lacerari. Hinc hosti & traditori suo Iudæ cum alijs in Cœna dicitur corpus suum dedisse. Veritatem enim præsentiæ suæ ad instar Solis *oriri facit super bonos & malos*, exhibens se in hoc Sacramento dignis & indignis: licèt non ab omnibus effectus suscipiatur æqualis. *Tertiò quantùm ad vtilitatem suscipientis*: quia in hoc Sacramento dignè suscipiens efficitur Deiformis; idest, per gratiam bonitatis, siue per imaginationem imitationis, Deo quodammodo similis, Ioan. 1. *Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri*: idest, per gratiam bonitatis Deo similes: per quam anima, assimilata Deo, fit ei grata, & vitæ æternæ digna. Non enim sufficit liberalitati diuinæ, quòd in hoc Sacramento, vel cibo, intellectum illuminat, quòd affectum sanat, quòd memoriam delectat, quòd totum hominem in bono confortat, & corpori suo mystico associat: quin insuper Deo assimilet in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam (*cujus, vt vidimus, Eucharistia est pignus*:) non enim potest homo vlteriùs promoueri.

[Margin: Sacramenti Eucharistiæ præstantia ex maxima in eo liberalitate Dei: qui solus maximè liberalis. — Y 1. p. q. 44. 4. ad 1. In 1. d. 18. 1. 3. c. & d. 45. 1. 2. c. & 1. cont. G. c. 93. n. 6. — Z In 1. d. 45. 1. 2. q. c. — A Op. 58. c. 3. — Primò quoad magnificentiam doni. — Flores diuinæ largitatis gradus. — Summus omnium gradus, dare se in cibum: & cur. — Secundò quàntum ad nobilitatem dantis. — Tertiò quantùm ad vtilitatem suscipientis. — Flores simul Eucharistiæ effectus.]

g *Præterea, excellentia ostenditur Eucharistiæ Sacramenti ex immensa in eo charitate Saluatoris.* Hoc *enim* competit B charitati Christi, ex qua pro salute nostra corpus verum nostræ naturæ assumpsit: & quia maximè proprium amicitiæ est, conuiuere amicis (vt Philosophus dicit *in 9. Ethic.*) sui præsentiam corporalem nobis repromittit in præ-

[Margin: Eucharistiæ præstantia ex immensa in eo charitate Saluatoris. — B 3. p. 75. 1. c.]

Digitized by Google

præmium, dicens Matth. 24. *Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.* Interim tamen nec ſua præſentia corporali nos in hac peregrinatione deſtituit: ſed per veritatem corporis & ſanguinis ſui, nos ſibi conjungit in hoc Sacramento. Vnde ipſe dicit Ioann. 6. *Qui manducat meam carnem &c. in me manet, & ego in eo.* Vnde hoc Sacramentum eſt maximæ charitatis ſignum, & noſtræ ſpei ſubleuamentum ex tam familiari conjunctione Chriſti ad nos. *Ex quo* Euchariſtia C dicitur Sacramentum, charitatis Chriſti expreſſiuum, & noſtræ factiuum. *Et huic quidem atteſtatur veritati tempus, quo idem Chriſtus Dominus hoc Sacramentum inſtituit, cum ſcilicet morti proximus eſſet. Tunc enim ſui ſignum amoris potiſſimùm dilectis voluit exhibere diſcipulis,* Ioan. 13. Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus, quia venit hora ejus, vt tranſeat ex hoc Mundo ad Patrem: cum dilexiſſet ſuos, qui erant in Mundo, in finem dilexit eos: *id eſt*, cum multa D ſigna dilectionis oſtenderit eis ante, *in finem dilexit eos*, id eſt circa mortem, majoris eis ſigna dilectionis oſtendit. Quaſi diceret: Non tunc neceſſarium fuit vobis, vt oſtenderem, quantùm vos diligerem, niſi in receſſu, vt ſic amor & memoria mei in cordibus veſtris profundiùs imprimeretur. *Ex quo Auguſtinus exclamat:* O' Sacramentum E pietatis, ò ſignum vnitatis, ò vinculum charitatis! *Ex Chriſti autem inſtituentis maxima charitate excellentia Euchariſtiæ demonſtratur. Sed & illius præſtantiam confirmat hoc, quòd eſt memoriale præcipuum paſſionis Chriſti, de quo figuraliter dicitur Leuit.* 24. Vt ſit panis in monimentum oblationis Domini, *nempe in ligno Crucis: & ad literam* 1. *Cor.* 11. Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis: *ſcilicet* repræſentando F eam per hoc Sacramentum. *Quanti autem valoris fuit Chriſti paſſio, tanti eſt & Sacramentum Euchariſtiæ:* quidquid *enim* eſt G effectus Dominicæ paſſionis, totum etiam eſt effectus hujus Sacramenti, *vt & ſuperiùs viſum eſt. Dignificat vlteriùs non parùm ineffabile hoc Sacramentum, id quod* expreſsè H habetur ex gloſſa *Luc.* 22. ſuper illud: *Deſiderio deſideraui &c.* quòd Chriſtus comedit & bibit in Cœna, cum corporis & ſanguinis ſui Sacramentum diſcipulis tradidit: vnde, *quia pueri communicauerunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem* (*vt dicitur* ad Hebr. 2.) & propter hoc communiùs tenetur, quòd manducauerit; vnde & ab antiquis verſus eſt factus:

Rex ſedet in Cœna, turba cinctus duodena:
Se tenet in manibus, ſe cibat ipſe cibus.

Non autem manducauit, vt aliquem effectum conſequeretur, ſed vt alijs exemplum manducandi daret; *& ſic venerabilius redderet Sacramentum. Dedit tamen diſcipulis corpus ſuum paſſibile, ſed impaſſibili modo. Quocirca ſciendum, quòd* Hugo de S. Vict. I poſuit, quòd Chriſtus ante paſſionem diuerſis temporibus quatuor dotes corporis glorificati aſſumpſerit: ſcilicet ſubtilitatem in natiuitate, quando exiuit de clauſo vtero Virginis: agilitatem, quando ambulauit ſiccis pedibus ſuper mare: claritatem, in transfiguratione: impaſſibilitatem, in cœna, quando corpus ſuum diſcipulis tradidit manducandum. Et ſecundùm hoc dedit diſcipulis ſuis corpus ſuum impaſſibile & immortale. Sed, quicquid ſit de alijs (*de quibus quid ſentiri debeat, vide* L.) circa impaſſibilitatem tamen, impoſſibile eſt eſſe quod dicitur. Manifeſtum eſt enim, quòd idem corpus Chriſti erat, quod à diſcipulis tunc in propria ſpecie videbatur, & in ſpecie Sacramenti ſumebatur: non autem erat impaſſibile, ſecundùm quod in propria ſpecie videbatur, quinimmò erat paſſioni paratum: vnde nec ipſum corpus Chriſti, quod in ſpecie Sacramenti dabatur, impaſſibile erat. Impaſſibili tamen modo erat ſub Sacramento, quod in ſe erat paſſibile, ſicut inuiſibiliter quod erat viſibile.

C 4. d. 8. 2. 2. q 3. ad 5. & 3. p. 73. 3. ad 3. & 78. 3. ad 6. & 79. 1. c. & 1 Cor 11 l. 7. circ. med.
Cui atteſtatur tempus inſtitutionis.
D Ioa. 13. l 1. ſit. ac ſi.
E 3. p. 79. 1. c.
Et quòd eſt memoriale paſſionis Chriſti.
F 1 Cor 11 l 6. ſi. & 3. p 73 4. & 81 3. ad 1. Op 58. c 2. In 4 d. 8. 1. 8. q. 3. & 1. Cor. 11 l. 5.
G Ioan. 6. l. 6. circ. ſi.
H 4 d. 11. 3. 1. c & 3. p. 81. 1. c.
Et ipſe Chriſtus corpus ſuum in cibum ſumpſit.
Paſſibile quidem, ſed impaſſibili modo tradidit.
I 3. p. 81. 3. c. In 4. l. c. a 3. & d. 11. 1. 3. q 1. c.
Opinio Hugonis de S. Victore.
Refellitur.
L 3 p. 28. 2. ad 3. & q. 54. 1. ad 1.

Profectò in ſolam Euchariſtiæ adeò excellentis Sacramenti reuerentiam, debitamque venerationem, nuptiarum ſolemnia certis anni temporibus ab Eccleſia interdicuntur. Quia nimirum, quando M nouæ ſponſæ traducuntur, animus conjugum magis ex ipſa nouitate ad curam carnalium occupatur: & ideò in nuptijs conſueuerunt ſigna multa lætitiæ diſſolutæ oſtendi. Et propter hoc illis temporibus, in quibus homines præcipuè debent ſe ad ſpiritualia eleuare, prohibitum eſt nuptias celebrari. Hoc autem eſt ab Aduentu vſque ad Epiphaniam propter communionem, quæ ſecundùm antiquos canones in Natiuitate fieri conuenienter ſolet: & à Septuageſima vſque ad Octauam Paſchæ, propter communionem Paſchalem: & à tribus diebus ante Aſcenſionem vſque ad Octauam Pentecoſtes, propter præparationem ad communionem illo tempore ſumendam. *Ex his omnibus clareſcit ſatis, quanta ſit diuinæ Euchariſtiæ præcellentia, in qua Chriſtus verus Deus & homo realiter continetur.* Sicut *autem* oblatio N potior eſt cæteris: ita potiùs venerari debet. *Hinc Dominus ſibi ſoli videtur quodammodo conficiendi authoritatem reſeruaſſe: nam* Sacerdos O in perſona Chriſti loquens, hoc conficit Sacramentum. *Sanè* formæ P aliorum Sacramentorum proferuntur ex perſona miniſtri, ſiue per modum exercentis actum, ſicut cum dicitur: *Ego te baptizo*; vel: *Ego te confirmo:* ſiue per modum imperantis, ſicut in Sacramento Ordinis: *Accipe poteſtatem &c.* ſiue per modum deprecantis, ſicut cum in Sacramento extremæ Vnctionis dicitur: *Per iſtam ſanctam vnctionem &c. indulgeat tibi Deus &c.* Sed forma hujus Sacramenti (*Euchariſtiæ*) profertur quaſi ex perſona ipſius Chriſti loquentis: vt detur intelligi, quòd miniſter in perfectione hujus Sacramenti nihil agit, niſi quòd profert verba Chriſti. *Ex quo ſolus Sacerdos poteſt Euchariſtiam conficere.* Hoc *enim* Sacramentum Q eſt tantæ dignitatis, quòd non conficitur, niſi in perſona Chriſti: (quem *quidem* Sacerdos R repræſentat in hoc, quòd per ſe ipſum aliquod miniſterium impleuit.) Quicunque autem aliquid agit in perſona alterius, oportet hoc fieri per poteſtatem ab illo conceſſam. Sicut autem baptizato conceditur à Chriſto poteſtas ſumendi hoc Sacramentum: ita Sacerdoti, cum ordinatur, confertur poteſtas hoc Sacramentum conſecrandi in perſona Chriſti. Per hoc enim ponitur in gradu eorum, quibus dictum eſt à Domino: *Hoc facite in meam commemorationem.* Et ideò proprium eſt Sacerdotum conficere hoc Sacramentum. *Idcircò in figuram hujus* 2. Reg. 6. *legitur ob Arcæ contactum Oza à Domino percuſſus, quia Sacerdos non erat:* Tangere S Arcam (*inquit Author*) non erat Leuitarum, ſed Sacerdotum: & ideò Oza percuſſus fuit, quia officium ſuperioris, *ſcilicet Sacerdotis*, vſurpauit. *Et hinc duo refelluntur errores: videlicet* Peputianorum T qui tantum dant mulieribus principatum, vt Sacerdotio quoque apud eos honorentur: & Pauperum de Lugduno, qui dicunt, quemlibet juſtum hominem poſſe conficere hoc Sacramentum. Contra quos errores eſt, quòd Dominus Apoſtolis ſuis poteſtatem tradidit hoc Sacramentum celebrandi: vnde ſolùm illi, qui quadam ſucceſſione ab Apoſtolis acceperunt hanc poteſtatem, poſſunt hoc Sacramentum conficere. (*De dignitate Sacerdotali, & Sacrificij Miſſæ celebratione, vide fuſiùs V.* Miſſa, *& V.* Sacerdos.) *Cæterùm, ob ſuperiùs laudatam Euchariſtiæ præcellentiam & dignitatem (quæ præ alijs Sacramentis in eo relucet, quòd totus inibi Chriſtus realiter continetur) ad majorem ejuſdem venerationem, totiuſque Eccleſiæ fidelium protectionem, ac præſens auxilium, perpetuò in Templis intra ſacrum ciborium, quod tabernaculum dicunt, conſeruatur:* (*vt & in*

Nuptiarum ſolemnia ob ſolam Euchariſtiæ reuerentiam certis têporibus interdicuntur.
M 4. d. 32. 1. 5. q. 4. c.
N Op. 58. c. 1.
Sibi ſoli videtur quodammodo Chriſtus conficiendi Euchariſtiã authoritatem reſeruaſſe.
O Op 5. §. de Sacramentis.
P 3. p. 78. 1. ſi. c. In 4 d. 8. 2. 1. q. 3. c.
Solus Sacerdos, qui Chriſtum repræſentat, poteſt in perſona Chriſti conſecrare
Q 3 p. 82. 1. c. In 4. d. 13. 1. 1. q. 2 c. & d. 17. 3. 3. q. 1. c Op. 5. §. de Sacramentis.
R 4. d. 24. 3. 2 q. 1. ad 3.
S 4. d. 19. 2. 2. q. 3. ad 3.
Errores Peputianorum, & Pauperum de Lugduno circa poteſtatem Euchariſtiam conficiendi, refelluntur.
T Op. 5. §. de Sacramentis.
Euchariſtia figura Manna in arca: ideò conſeruatur in Eccleſia, ſicut tunc Manna, in memoriam diuini beneficij ex Dei miſericordia.

hoc verum habeat quod Chriſtus promiſit Matth. 28. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi: *& illud Apoc.*21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus.) *Cujus quidem figura in Arca fœderis præſignatur: in qua præter Tabulas legis, & Virgam Aaron, continebatur* Manna, *ſymbolum hujus Sacramenti: ſicut enim* ſignificabatur V Dei Sapientia in Tabulis, Potentia in Virga: *ita* bonitas in Manna, tum propter dulcedinem, tum quia ex Dei miſericordia eſt populo ſuo datum; & ideò in memoriam diuinæ miſericordiæ conſeruabatur: *non ſecus ac modò ſacra Euchariſtia. Et hujus quidem conſeruationis beneficium præſertim ſenſit* Obededom, *de quo legitur* 2. *Reg.*6. quòd habitauit Arca Domini in domo Obededom Gethæi tribus menſibus: & benedixit Dominus Obededom & omnem domum ejus. Nunciatumque eſt Regi Dauid, quòd benedixiſſet Dominus Obededom & omnia ejus propter Arcam Dei. *Domus Obededom, fidelis eſt anima, juxta illud Hebr.* 3. Chriſtus tanquam Filius in domo ſua: quæ domus ſumus nos. *Vt autem quis ex ejus inhabitatione cœleſtem benedictionem obtineat,* Obededom *ſit oportet; interpretatur enim* ſeruus hominis: *quod certè innuit, oportere excipientem, fidelem eſſe* ſeruum hominis *Dei, qui eſt Chriſtus Dominus in hoc Sacramento,* filius hominis *dictus:* (*de quo* Num. ſeqq.) *Hinc & in publicis neceſſitatibus piè & laudabiliter quandoque cum ſolemnitate exponitur (ſicut pientiſſima noſtra Reſpublica in bello contra Turcas non raro exemplariter & cum fructu facit) vt à deuotis populis illud piè orando promatur:* X.

V 1. 2. 102. 4. ad 6.

Ex hoc Eccleſiæ vtilitas.

Moralitas.

Obededom interpretatur ſeruus hominis.

Quorſum ſolemniter Euchariſtia exponatur, X Op.57.Hym ad Laud.

O' ſalutaris hoſtia,
Quæ Cœli pandis oſtium:
Bella premunt hoſtilia,
Da robur, fer auxilium.

Ad quod ſanè opus magnificè peragendum, ſi quis aliquid Eccleſiæ deuotè offerat, animæ ſuæ expectet à Domino propitiationem: quod myſticè innuitur Exod. 30. Suſceptam pecuniam, quæ collata eſt à filijs Iſrael, trades in vſus tabernaculi teſtimonij, vt ſit monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum. *DISCE Sacramentorum nobiliſſimum qua par eſt reuerentia venerari.*

XIV. Non eſt aliquid dignè receptaculum Dei, niſi ſit mundum, ſecundùm illud Pſal.93. *Domum tuam decet ſanctitudo, Domine.* 1.2.81.5.ad 3.

CVm tale ac tantum ſit Euchariſtiæ Sacramentum, *omni procul dubio ſummam exigit & in ſuſcipiente animæ & corporis puritatem. Quocirca ſciendum,* quòd in ſumptione Y hujus Sacramenti duo ſunt conſideranda: ſcilicet ipſum Sacramentum, & effectus ipſius. Perfectus igitur modus ſumendi hoc Sacramentum eſt, quando aliquis ita hoc Sacramentum ſuſcipit, quòd percipit ejus effectum. Contingit autem quandoque, quòd aliquis impeditur à percipiendo effectu hujus Sacramenti: & talis ſumptio hujus Sacramenti eſt imperfecta. Sicut igitur perfectum contra imperfectum diuiditur: ita Sacramentalis manducatio, per quam ſumitur ſolum Sacramentum ſine effectu ipſius, diuiditur contra ſpiritualem manducationem, per quam quis percipit effectum hujus Sacramenti, quo ſpiritualiter homo Chriſto conjungitur per fidem & charitatem. *Ex quo* triplex eſt Z modus manducandi. Primus, ſacramentalis tantùm: ſecundus, ſpiritualis tantùm: tertius ſacramentalis & ſpiritualis ſimul. Primo manducant mali Chriſtiani: ſecundo omnes ſaluandi: tertio ſoli boni Chriſtiani. Primi manducant, & non manducant. Secundi non manducant, & tamen manducant. Tertij manducant, & manducantur. *Primus modus* manducandi corpus Domini eſt ſacramentalis tantùm: quo modo mali Chriſtiani manducant, quia venerandum corpus in peccato mortali ore polluto ſumentes, cordis affectum ab influentia virtutis bonitatis ejus, peccatis ſuis immundis & duris, quaſi luto & lapide claudunt, Ezech.14. *Poſuerunt immunditias ſuas in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerunt contra faciem ſuam.* Iſti manducant, & non manducant: manducant quidem, quia corpus Domini ſumunt ſacramentaliter: ſed tamen non manducant, quia virtutem ſpiritualem, ideſt ſalutem animæ, non percipiunt, Eccle. 6. *Eſt & aliud malum, quod vidi ſub Sole; & quidem frequens apud homines: Vir, cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorem: nec tribuit ei poteſtatem, vt comedat ex eo.* Hoc modo, ſcilicet ſacramentaliter tantùm manducantium, tria ſunt genera. Primi maleuoli, ſecundi doloſi, tertij præſumptuoſi. Primi ſunt, qui corpus Domini ſumunt in peccandi voluntate, Secundi ſunt hypocritæ, qui foris boni apparentes (*nec plures deſunt*) occultè ſunt praui, & tanquam juſti accedunt ad altare. Tertij ſunt, qui maximè mali ſunt: & tamen præſumunt communicare. De primo genere malorum communicantium Iſ.29. *Appropinquat populus iſte ore ſuo, cor autem ejus longè eſt à me.* Appropinquat ore per Sacramenti ſuſceptionem: ſed cor longè eſt per peccandi voluntatem. De ſecundo genere malorum communicantium, ſcilicet de hypocritis 2. Tim.3. *Erunt homines ſeipſos amantes, habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes:* ſpeciem pietatis, ideſt *ex gloſſa* religionis, quia eadem ſacramenta habent cum pijs. De tertio genere malorum indignè communicantium, ſcilicet de præſumptuoſis, qui non timent communicare, vel celebrare in magnis criminibus & manifeſtis, 1. Cor. 11. *Qui manducat & bibit indignè, judicium ſibi manducat, & bibit:* ideſt, valdè malum eſt illi. (*De quibus* Num. ſeqq.) *Secundus* A *modus* manducandi Chriſtum eſt ſpiritualis tantùm. Et iſto modo omnes ſaluati ab initio Mundi manducauerunt, & ſaluandi manducant. Differentia autem perſonarum ſic manducantium eſt triplex, ſcilicet incipientium, proficientium, & perfectorum, Matth.15. *Erant autem qui manducauerunt, quatuor millia hominum extra paruulos & mulieres.* In paruulis incipientes, in mulieribus proficientes, in viris perfecti ſignificantur. Incipientes manducant ſpiritualiter ratione fidei ſalutaris, Hab.2. & ad Hebr.10. *Iuſtus ex fide viuit,* tanquam ex cibo ſpirituali. Proficientes manducant ſpiritualiter ratione bonæ conuerſationis, Ioan.4. *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem ejus, qui miſit me, vt perficiam opus ejus.* Iſte cibus bonæ conuerſationis conſiſtit ex tribus virtutibus, quaſi ex tribus ferculis, ſcilicet innocentia, pœnitentia, & miſericordia. De primo Pſal.101. *Percuſſus ſum vt fœnum, quia oblitus ſum comedere panem meum,* ſcilicet innocentiæ, dum delectabar cibo malitiæ. De ſecundo Pſalm.126. *Surgite, poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris,* ſcilicet pœnitentiæ pro peccatis; & Pſal.101. *Cinerem,* ideſt pœnitentiam, *tanquam panem manducabam.* De tertio Prou. 11. *Benefacit animæ ſuæ vir miſericors:* quia dum pauper ab eo reficitur, ipſe multò magis à Deo ſpiritualiter paſcitur. Tertij, ſcilicet perfecti, manducant ſpiritualiter ratione deuotæ meditationis. Primò autem debemus eſurire ſpiritualiter Chriſtum cibum noſtrum, intimo corde deſiderando: ſecundò maſticare magna diſtrictione cogitationis: tertiò in eo delectari, dulcedinem eliciendo. Primò debemus eſurire Chriſtum, ardenter deſiderando, Iob 31. *Si non dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus ejus vt ſaturemur?* Quaſi opta-

Y 3.p.80.1.&. In4 d.9.1.1. q 3. Ioa 6 17. & 1. Cor. 11. l.17.

Duo in Euchariſtia conſiderāda quo ad dignam ſumptionem.

Triplex modus Chriſtum in Sacramento manducandi, Z Op.58.c.17. & 18.

1. Sacramentalis tantum.

Tria hominum genera ſacramentaliter tantùm manducantiũ.

2. Spiritualis tantùm. A Op.58.c.19. & 3. p. 80. 1. In4. d.9. 1. a. 1.

Triplex genus ſpiritualiter tantùm manducantium.

Digitized by Google

optabant, & desiderabant saturari, Eccli.24. *Qui edunt me, adhuc esurient*; & Is.26. *Domine, nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ*. Secundò debemus spiritualiter masticare Christum: & sic perfecti masticant spiritualiter carnem Christi, incarnationis ejus Sacramenta & beneficia deuotè meditando, Ioann. 6. *Qui manducat meam carnem &c.* idest, spiritualiter masticat: *qui scilicet manducat intus*, inquit Augustinus, *non foris: qui manducat corde, non qui premit dente*. Tertiò debemus in spirituali manducatione delectari interna dulcedine, quæ elicitur de Christi masticatione, Is.55. *Audite audientes me, & comedite bonum: & delectabitur in crassitudine anima vestra*; idest, in dulcedine spiritualis gratiæ, Sap.8. *Intrans in domum meam, conquiescam cum Dei Sapientia*, idest cum Christo: *non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiam & gaudium, & in amicitia illius delectatio bona*; & Psal.30. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine!* & 1. Pet.2. *Si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus*. *Et isti quidem* non manducant, *scilicet sacramentaliter; & tamen* manducant *spiritualiter*: de quibus *Augustinus*: Cibum spiritualem inuisibilem spiritualiter intellexerunt: spiritualiter esurierunt: spiritualiter gustauerunt, vt spiritualiter sanarentur.

3. Sacramentalis & spiritualis simul.

Tertius modus manducandi corpus Christi est sacramentalis & spiritualis simul: quo boni Christiani communicant. Circa hunc modum consideranda est ratio remanducationis dignè manducantium: de qua dicitur, quòd tales *manducant, & manducantur*. Et hæc est; quia, dum corpus Domini dignè à fidelibus manducatur, non ipsum vt alius cibus in manducantem conuertitur: sed è conuerso illud verè manducans, in illud spiritualiter mutatur. Nam manducantem se Dominus, sui corporis membrum facit, & sibi incorporans per charitatem vnit, & imagini suæ bonitatis similem efficit, 1. Cor.10. Vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane participamus: *vt & superiùs prætactum est*.

Quo modo suscipere impedit potissimè peccatum mortale.

B 3.p.80. 4.c. & 73. 6.c. In 4.d.9 1.3.q. 1. & d. 12. 1. 3 q.3. Ioan 6. l.7. lit c.

i *Hoc autem modo Eucharistiæ Sacramentum suscipere, impedit potissimè peccatum mortale*. Duplex enim est B res hujus Sacramenti. Vna quidem, quæ est significata & contenta, scilicet ipse Christus: alia autem significata, & non contenta, scilicet corpus mysticum, quod est societas Sanctorum. Quicunque ergo hoc Sacramentum sumit, ex hoc ipso significat, se esse Christo vnitum, & membris ejus incorporatum: quod quidem fit per fidem formatam, quam nullus habet cum peccato mortali. Et ideò quicunque cum peccato mortali hoc Sacramentum sumit, falsitatem in hoc Sacramento committit, & ideò incurrit sacrilegium, tanquam Sacramenti violator, & propter hoc mortaliter peccat.

Duplex hujus Sacramēti res. Ita sumens, graue admittit sacrilegium.

Et quia contingit, quòd aliquis accedens ad hoc Sacramentum, non habeat conscientiam peccati mortalis: summoperè aduertendum, quòd hoc C quòd non habet aliquis conscientiam sui peccati, potest contingere dupliciter. Vno modo per culpam suam: vel quia per ignorantiam juris, quæ non excusat, reputat non esse peccatum, quod est peccatum; putà, si aliquis fornicator reputaret, simplicem fornicationem non esse peccatum mortale: vel quia negligens est in examinatione sui ipsius, contra id quod Apostolus dicit 1. Cor. 11. *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat &c.* Et sic nihilominus peccat peccator sumens corpus Christi, licèt non habeat conscientiam peccati: quia ipsa ignorantia est ei peccatum.

C 3.p.l.c. ad 5. In 4.d 9.1.3. q.2. ad Ham. ib. a.2

An quis non habens conscientiam peccati mortalis, possit accedendo peccare.

Ignorantia juris à peccato non excusat.

Alio modo potest contingere sine culpa ipsius: putà, cum doluit de peccato, sed non est sufficienter contritus. Et in tali casu non peccat sumendo corpus Christi: quia homo per certitudinem scire non potest, vtrùm sit verè contritus: sufficit enim, si in se (*nota*) signa contritionis inueniat, putà si doleat de præteritis, & proponat cauere de futuro.

Ad non indignam Sacramenti sumptionem quid sufficiat.

Si verò ignorat, hoc quod fecit, esse actum peccati propter ignorantiam facti, quæ excusat, putà si accessit ad non suam, quam credebat esse suam, non est ex hoc dicendus peccator. Similiter etiam, si totaliter est peccatum oblitus, sufficit ad ejus deletionem generalis contritio: vnde jam non est dicendus peccator.

Ignorantia facti à peccato excusat, non juris.

Et quidem non differt D quantùm ad hoc, vtrùm habeat certam conscientiam, vel cum dubitatione: quia qui dubitat, discrimini se exponit. Si autem sit aliqua leuis cogitatio, quæ dubitationem non inferat (*quam potiùs scrupulum dicimus*) contrarijs rationibus repulsa, non impedit Eucharistiæ receptionem. Impedit autem, si dubitationem inferat, quantumcunque leuis sit: *quando nimirum stat intra limites veræ dubietatis*.

D Ad Ham. l.c. in corp.

Et quamuis, vt diximus, quòd homo sit E omnino à peccato immunis, per certitudinem sciri non possit, 1. Cor. 4. *Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc justificatus sum*: potest tamen de hoc haberi aliqua conjectura, præcipuè *ex Bernardo* per quatuor signa. Primò cum quis deuotè verba Dei audit, Ioan.10. *Oues meæ vocem meam audiunt*; & cap.8. *Qui ex Deo est, verba Dei audit*. Secundò, cum quis se promptum ad bene operandum inuenit: quia *probatio dilectionis* ex Gregorio *exhibitio est operis*. Tertiò, cum quis à peccatis abstinendi in futurum propositum habet. Quartò, cum de præteritis dolet: quia in his vera pœnitentia consistit. Vnde si aliquis per hujusmodi signa, facta diligenti discussione suæ conscientiæ, quamuis fortè non sufficienti, ad corpus Christi deuotè accedat, aliquo peccato mortali in ipso manente, quod ejus cognitionem prætersugiat, non peccat: immò magis, ex vi Sacramenti, peccati remissionem consequitur. *Et hoc sensu exponitur quod ait* Augustinus *in quodam sermone*: Quando corpus Christi manducatur, viuificat mortuos.

E In 4. d 9. 1. 3. q. 2. c.

Conjectura secundùm Bernardum, quòd quis possit esse in gratia.

Igitur probet inquit Apostolus 1. *Cor*. 11. se ipsum homo: *idest*, diligenter F examinet conscientiam suam, ne sit in eo voluntas peccandi mortaliter, vel aliquod peccatum præteritum, de quo non sufficienter pœnituerit: *& sic* post diligentem examinationem, securus *de pane illo edat*: quia dignè sumentibus non est venenum, sed medicina.

F 1. Cor. 11. A. 7. ibi.

Quoad venialia verò, an Eucharistiæ sumptionem impediant: sciendum, quòd peccata G venialia dupliciter accipi possunt. Vno modo, prout sunt præterita: alio modo, prout sunt actu exercita. *Primo* quidem *modo* peccata venialia nullo modo impediunt effectum hujus Sacramenti: potest enim contingere, quòd aliquis post multa peccata venialia commissa, deuotè accedat adhoc Sacramentum, & plenariè hujus Sacramenti consequatur effectum. *Secundo* autem *modo*, peccata venialia non ex toto impediunt hujus Sacramenti effectum, sed in parte. Effectus enim hujus Sacramenti non solùm est adeptio habitualis gratiæ, vel charitatis: sed etiam quædam actualis refectio spiritualis dulcedinis, quæ quidem impeditur, si aliquis accedat per peccata venialia mente distractus: non autem tollitur augmentum habitualis gratiæ, vel charitatis.

An venialia Eucharistiæ sumptionem impediant.

G 3.p.79 8.c. & ad 1. In 4. d 12. 2. 1. q. 3. c.

Dupliciter considerantur.

Idcircò, quantùm fieri potest, & à venialibus immunes, vt digniùs suscipiamus, ad hoc debemus accedere Sacramentum. Et hoc quidem satis innuisse videtur Apostolus Petrus, quando ad vocem Magistri sibi minitantis, Si non lauero te, non habebis partem mecum, *respondit Ioan*.13. Domine, non tantùm pedes meos, sed & manus, & caput.

Quantùm fieri potest, eundum vt & sine venialibus accedatur.

Pro quo sciendum, quòd in homine H tria sunt: caput, quod est summum: pedes, qui sunt infimi: manus, quæ sunt mediæ. Et similiter in interiori homine, scilicet in anima, est caput, scilicet ratio superior, qua anima inhæret Deo, 1. Cor. 11. *Caput mulieris vir*, idest superior ratio: manus autem, idest inferior ratio, quæ vacat operibus actiuæ

H Ioa. 13. l.3. lit. g.

Caput, manus, pedes interioris hominis quid figinent.

Digitized by Google

vitæ: pedes verò sunt sensualitas. Dominus autem sciebat discipulos suos mundos quantùm ad caput, quia Deo conjuncti erant per fidem & charitatem: & quantùm ad manus, quia eorum sancta opera: sed quantùm ad pedes, aliquos affectus terrenorum ex sensualitate habebant. Petrus autem timens Christi comminationem, consensit non solùm ad ablutionem pedum, sed etiam manuum & capitis, dicens: *Domine, non tantùm pedes meos &c.* Quasi dicat: Nescio, an indigeam ablutione manuum & capitis: *nihil enim mihi conscius sum &c.* & ideò paratus sum lauare *non tantùm pedes*, idest affectus inferiores, *Cant.5.* Laui pedes meos: *sed & manus*, idest opera, *Psalm.25.* Lauabo inter innocentes manus meas &c. *& caput*, idest rationem superiorem, Matth.6. *Faciem tuam laua. Per immunditias ergo pedum intelliguntur venialia: pedibus enim adhuc stamus.* Illi I totaliter terrenis immunditijs sordidantur, qui supra eas jacent (2. *Pet.2.* Sus lota in volutabro luti:) vnde qui totaliter & secundùm affectum & secundùm sensum amori terrenorum inhærent, totaliter immundi sunt. Sed illi, qui stant; idest, mente & desiderio tendunt ad cœlestia, immunditiam contrahunt solùm in pedibus. Sicut enim hominem stantem oportet ad minus pedibus terram contingere: ita, quandiu viuimus in hac vita mortali, quæ rebus terrenis ad sustentationem corporis indiget, ad minus ex parte sensualitatis aliquid contrahimus. Et ideò Dominus præcepit discipulis *Luc.9.* quòd excuterent puluerem de pedibus eorum. *Quod dictum sit, ne quis ab hoc retrahatur Sacramento ob inquinationem in pedibus, hoc est, propter peccata venialia, à quibus non tam facilè possumus abstinere: septies enim in die & justus cadit, quales erant Apostoli, quibus nos meliores non facimus. Curetur tantùm, ne cum actuali ad illa affectione accedamus, præsertim quæ non ex subreptione, sed ex electione committimus. Cum verò Eucharistia sit, vt vidimus, Sacramentum charitatis: accedendum per ssimè ad eam non est, nisi priùs proximo nostro, si quid est, dimittamus, vt docemur ad literam Matth.5.* Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersùm te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo, *scilicet* dimittendo L rancorem: *& tunc veniens*, placens Domino, qui priùs non placebas, *offeres munus tuum*: aliter sine causa oras ad Dominum *in oratione Dominica*: Dimitte nobis debita nostra &c. *Et hæc quoad animæ dispositionem: debet enim homo renouari spiritu antequam appropiet, Ephes.4.* Renouamini spiritu mentis vestræ, *scilicet per pœnitentiam peccatorum: quia* quod non est M corruptum, nouum est, nec renouatione indiget: *corruptio autem spiritualis est per peccatum, vnde & per pœnitentiam est renouatio, qua renouatione egemus ad dignè Eucharistiam percipiendam. Idcircò canit Ecclesia in Rythmo* N:

I Ibid. lit. A.
Difficile à venialibus immunem esse.

Dimittendum proximo priusquam ad altare accedatur.

L Matth. 5 lit. g. ibi. Opusc. 58. c. 15. ß.

M Eph. 4. l. 7. ibi.

N Cp. 57. Hym. ad Mat.

Recedant vetera, noua sint omnia,
Corda, voces, & opera.

Et huc facit quod dicitur de Manna in figura sacræ Eucharistiæ Exod.16. Apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum: *vt innuat, oportere priùs cor* tundere, *immò per veram pœnitentiam* conterere (*vnde contritio*) *quàm ad sacram hanc mensam accedatur.*

I *Igitur, vt plura mittamus*, adhoc O quòd homo digne ad Sacramentum Eucharistiæ accedat, tria requiruntur. Primò munditia conscientiæ, quæ nonnisi per peccatum tollitur. Secundò erectio mentis ad Deum per actualem deuotionem: & hæc per mentis hebetudinem, vel occupationem, aut euagationem, interdum sine peccato amittitur. Tertiò munditia corporalis: vnde & celebrantes, vel tractaturi aliquod Sacramentum, propter reuerentiam manus lauant. Primò ergo *& principaliter* peccatum impedit: secundò indeuotio, siue hebetudo mentis: tertiò corporalis immunditia. *Ex quo & præter animæ præparationem dispositio corporis exigitur: quò respexit Author, cum ab initio dixit*: Non est aliquid dignè receptaculum Dei, nisi sit mundum, *juxta illud Psal.93.* Domum tuam decet sanctitudo, Domine. *Quæ vtique domus homo est; vnde Apostolus ad Hebr.3.* Christus tanquam Filius in domo sua: quæ domus sumus nos. *Vbi Author*: Ista domus P sunt fideles, & sunt domus Christi qui credunt in Christum, quia Christus habitat in ipsis, *per hoc præsertim Sacramentum, Ephes.3.* Christum habitare per fidem (*mysterium fidei*) in cordibus vestris. *Ergo domus hæc & quoad animam & quoad corpus ita disponi debet & præparari, vt dignum sit Christi hominis Dei habitaculum. Si enim vasa inanima, aurea immaculata & illibata ad continendam Eucharistiam præparantur: quanto magis corpus nostrum ad eam recipiendam, aureum charitate debet esse* vas in honorem, *& non* in contumeliam? *Hinc est quòd corpore etiam sine culpa mortali polluto tam citò non est ad Eucharistiæ mensam accedendum. Nec valet, quòd magis impedit peccatum mortale: & tamen per pœnitentiam deleto, potest quis statim accedere sine culpa. In primis enim* non esset Q consulendum alicui, quòd statim post peccatum mortale, etiam contritus & confessus, ad Eucharistiam accederet: sed deberet (nisi magna necessitas vrgeret) per aliquod tempus propter reuerentiam abstinere. Et præterea, confessio purgat maculam mentis, non autem immunditiam corporalem, & hebetudinem, quæ contingit in mente ex depressione ipsius ad carnem. *Multò magis, quando peccato ipsi additur corporis immunditia, quocunque modo quis polluatur, à sumptione Eucharistiæ impeditur: non tamen sub mortali, quando confessus accedit, sed sub veniali tantùm, vt fert communis opinio. Quoniam verò non rarò potest & sine peccato nocturna pollutio contingere: idcircò* circa pollutionem R nocturnam duo possunt considerari. Vnum quidem, ratione cujus ex necessitate impedit hominem à sumptione hujus Sacramenti. Aliud autem, ratione cujus non ex necessitate impedit hominem, sed ex quadam congruentia. Ex necessitate quidem, impedit hominem ad hujus Sacramenti perceptionem solum peccatum mortale. Et quamuis nocturna ipsa pollutio, secundùm se considerata, peccatum mortale esse non possit: nihilominus tamen ratione suæ causæ quandoque habet peccatum mortale adnexum. Sic igitur (*post multa, quæ potes ibi videre, & locis citatis*) ex causa pollutionis considerari potest, vtrùm nocturna pollutio impediat ex necessitate sumptionem hujus Sacramenti. Ex quadam verò congruentia impedit quantùm ad duo. Quorum vnum semper accidit, scilicet quædam fœditas corporalis, cum qua propter reuerentiam Sacramenti non decet ad altare accedere; vnde & volentes tangere aliquid sacrum, manus lauant: nisi fortè talis immunditia sit perpetua, vel diuturna, sicut est lepra, vel fluxus sanguinis, vel aliquid hujusmodi. Aliud autem est euagatio mentis, quæ sequitur pollutionem nocturnam, præcipuè quando cum turpi imaginatione contingit. Hoc tamen impedimentum, quod ex congruitate prouenit, postponi debet propter aliquam necessitatem, putà *secundùm Gregorium* cum fortassè aut dies festus exigit, aut exhibere ministerium pro eo quòd Sacerdos alius deest, necessitas ipsa compellit. *Et hinc est, quòd etiam* coitus S conjugalis, si sit sine peccato (putà, si fiat causa prolis generandæ, vel reddendi debitum) non alia ratione impedit sumptionem hujus Sacramenti, nisi propter immunditiam corporalem, & mentis distractionem, ratione cujus inquit *Hieronymus*: Si panes propositionis ab his,

qui

Tria ad dignam sũptionem Eucharistiæ requisita.
O 4. d. 9. 1. 4. q. 1. & a. 3. q. 1. & d. 12. 3. 1. q. 3. & 3. p. 79. 8. c.

Dispositio & ex parte corporis exigitur.

P Hebr. 3. lit. ibi.

Polluto etiam sine culpa corpore, non est tam citò ad Eucharistiam accedendum.
Q 4. d. 9. 1. 4. q. 2. ad 2. & 3. p. 80. 7. ad 1.

Eò magis ubi polluitur cum peccato.

R 3. p. 80. 7. c. & a. 2. 151. 5. in 4. l. c. in corp.
De nocturna pollutione quid sentiendum.

Duplex impedimentum, ex necessitate, & ex congruentia.

S 3. p. 80. 7. ad 2.
Ex congruentia etiam coitus impedit conjugalis.

Digitized by Google

qui vxores tetigerant, comedi non poterant: quanto magis panis, qui de Cœlo deſcendit, non poteſt ab his, qui conjugalibus paulò ante vacauere amplexibus, violari atque contingi? *Quod intellige non ex neceſſitate, ſed ex congruitate quadam.* Si verò, *addit Gregorius*, non amor procreandæ ſobolis, ſed voluptas dominatur in opere: tunc prohiberi debet, ne accedat ad Sacramentum. (*At de hoc iterum infrà lit. m.*) *Aliæ verò corporales immunditiæ, ſicut lepra, fluxus ſanguinis, vel ſeminis, quæ in veteri lege impediebant ab ingreſſu* Sanctorum (*de quarum figurali ratione vide fuſiùs* T.) *non ita in noua acceſſum ad Euchariſtiam impediunt.*

T 1. 2. 102. 5. ad 4. & 5.

V 3. p. 80. 7. ad 3. In 4. d. 9. 3. 4. q. 3. c. & ad 2.

Aliæ corporales immunditiæ, ſi non ſunt diuturnæ, aut perpetuæ, ex congruentia impediunt per vnum diem, ſicut nocturna pollutio.

Nam in veteri V teſtamento *ex Gregorio* aliqui polluti dicebantur figuraliter, quod populus nouæ legis ſpiritualiter intelligit. Vnde hujuſmodi corporales immunditiæ, ſi ſint perpetuæ vel diuturnæ, non impediunt ſumptionem hujus Sacramenti ſalutaris, ſicut impediebant acceſſum ad Sacramenta figuralia. Si verò citò tranſeant, ſicut immunditia pollutionis nocturnæ, ex quadam congruentia impediunt ſumptionem hujus Sacramenti per illum diem quo accidit; vnde & *Deuter.* 23. *dicitur*: Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur extra caſtra: & non reuertetur, priuſquam ad veſperam lauetur aqua. *Sed & quoad corpus debet accedens eſſe jejunus. Quod tangit Apoſtolus* 1. *Cor.* 11. *cum ait*: Conuenientibus vobis in vnum, jam non eſt Dominicam cœnam manducare.

Accedentem oportet & eſſe jejunum.

X 1. Cor. 11. l. 4. ibi. & 3. p. 8. , 8. In 4. d. 8. 1. 4. q. 1. & 2.

Chriſtus rationabiliter poſt Cœnam Euchariſtiam inſtituit, & diſcipulis tradidit.

Etenim, quia X Dominus diſcipulis ſuis poſt cœnam hoc Sacramentum tradidit (vt legitur *Matth.* 26.) volebant etiam Corinthij poſt communem cœnam ſumere corpus Chriſti. Sed Dominus hoc rationabiliter fecit: quia ordine congruo figura præcedit veritatem. Agnus autem Paſchalis erat figura, ſiue vmbra hujus Sacramenti: & ideò poſt cœnam agni Paſchalis, Chriſtus hoc Sacramentum dedit: *vt & ſuperiùs tactum eſt.*) In reuerentiam tamen tanti Sacramenti, poſtmodum Eccleſia inſtituit, quòd nonniſi à jejunis ſumatur: à quo excipiuntur infirmi, qui in neceſſitate, quæ legem non habet, poſſunt non jejuni ſumere corpus Chriſti (*ne tam grandi beneficio priuentur.*)

Quinam dicantur jejuni. Reliquiæ cibi in ore non impediunt, nec indigeſtio.

Dicuntur autem aliqui jejuni, qui eadem die nihil ſumpſerunt nec cibi nec potus. Et quia reliquiæ cibi, quæ in ore remanent, ſumuntur per modum ſaliuæ, hoc non impedit aliquos eſſe jejunos. Similiter nec impedit aliquos eſſe jejunos, ſi tota nocte nihil dormierint, vel ſi etiam non ſint plenè digeſti, dummodo eadem die omnino cibi vel potus nihil ſumpſerint. Vnde quia principium diei eſt ſumendum ſecundùm vſum Eccleſiæ à media nocte: ideò quicunque poſt mediam noctem aliquid ſumpſerit (quantumcunque modicum) cibi vel potus, non poteſt eadem die ſumere hoc Sacramentum. *Et quamuis potus vini vel aquæ jejunium Eccleſiæ non ſoluat: ſoluit tamen jejunium naturæ.*

Duplex jejunium. Eccleſiæ ſcilicet & naturæ.

Y 2. 2. 147. 6 ad 2 & 1 p. 4. c. ad 4. In 4. d. 8. 4. q. 2. ad 2. ad Cor. 1 c.

Hoc ſoluitur per potum, non illud.

Duplex *enim* eſt Y jejunium. Vnum quidem naturæ, quod requiritur ad Euchariſtiæ ſumptionem: & hoc ſoluitur per quemlibet potum, etiam aquæ, poſt quem etiam non licet Euchariſtiam ſumere. Eſt autem aliud jejunium Eccleſiæ, quod dicitur jejunium jejunantis: & iſtud non ſoluitur, niſi per ea, quæ Eccleſia interdicere intendit inſtituendo jejunium. Non autem intendit Eccleſia interdicere abſtinentiam potus, qui magis ſumitur ad alterationem corporis, & digeſtionem ciborum aſſumptorum, quàm ad nutritionem, licèt aliquo modo nutriat.

Ex triplici cauſa tale jejunium ab Eccleſia præcipitur.

Z 3 p. 80. 8. c. In 4. d. 8. 1. 4. q. 3. c.

Nec perperam, ſed rationabiliter ejuſmodi Eccleſia jejunium præcipit ex triplici cauſa. Primò Z quidem *ex Auguſtino* in honorem hujus Sacramenti, vt ſcilicet in os hominis intret, nondum aliquo cibo aut potu infectum. Secundò propter ſignificationem, vt ſcilicet detur intelligi, quòd Chriſtus, qui eſt res hujus Sacramenti, & charitas ejus, debet primò fundari in cordibus noſtris, ſecundùm illud Matth. 6. *Quærite primùm Regnum Dei &c.* Tertiò propter periculum vomitus & ebrietatis, quæ quandoque contingunt ex hoc, quòd homines inordinatè cibis vtuntur, ſicut & Apoſtolus dicit 1. *ad Cor.* 11. Alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt.

Exponitur illud Apoſtoli: *Alius quidem eſurit: alius autem ebrius eſt.*

A 1. Cor. 11. l. 4. ibi.

(*Pro quorum literali expoſitione verborum notat Author, quòd* in primitiua A Eccleſia fideles panem & vinum offerebant, quæ conſecrabantur in ſanguinem & corpus Chriſti: quibus jam conſecratis, diuites, qui multa obtulerant, eadem ſibi repetebant; & ſic ipſi abundanter ſumebant, pauperibus nihil ſumentibus, qui nihil obtulerant. De hac ergo culpa Apoſtolus eos reprehendit; vnde & ait: *Vnuſquiſque ſuam cœnam præſumit ad manducandum.* Præſumit, *ideſt* præſumptuosè attentat, *ad manducandum ſuam cœnam*, ſcilicet cœnam Domini, ideſt panem & vinum conſecratum, quaſi *ſuam*, ideſt quaſi propriam vendicans, ſcilicet ea quæ conſecrata ſunt Domino, in vſus ſuos. Et ita ſequitur, quòd *alius quidem*, ſcilicet pauper, qui nihil obtulit, *eſurit*, nihil ſcilicet ſumens de conſecratis: *alius autem*, ſcilicet diues, qui multa obtulit, *ebrius eſt* ad literam, propter hoc quòd nimium ſumpſit de vino conſecrato, quod ſcilicet quaſi proprium repopoſcit.)

B 3. p. 80. 8 ad 6. In 4. d. 8. 1. 4. q. 3. c & ad 1.

Deuotio quid. C 2. 2. 82. 2. 1. & 2. c.

An & quanto tempore poſt ſacram communionem jejunandum.

Quoniam verò maxima B deuotio requiritur in ipſa ſumptione hujus Sacramenti, quia tunc percipitur Sacramenti effectus: (Deuotio C nihil aliud eſt, quàm voluntas quædam promptè tradendi ſe ad ea, quæ pertinent ad Dei famulatum:) quæ quidem deuotio magis impeditur per præcedentia, quàm per ſequentia: ideò magis eſt inſtitutum, quòd homines jejunent ante ſumptionem hujus Sacramenti, quàm poſt. Debet tamen eſſe aliqua mora inter ſumptionem hujus Sacramenti, & reliquos cibos; vnde & in Miſſa Oratio gratiarum actionis poſt Communionem dicitur: & communicantes etiam ſuas priuatas orationes dicunt.

Antiquorum canonum in hoc diſpoſitio, nunc abrogata.

Secundùm tamen antiquos canones ſtatutum fuit à Papa Clemente (vt habetur de conſecr. diſt. 2.) *Si mane Dominica portio editur, vſque ad Sextam jejunent miniſtri, qui eam ſumpſerunt. Etſi tertia, vel quarta hora acceperint, jejunent vſque ad veſperam.* Antiquitus enim rariùs Miſſarum ſolemnia celebrabantur, & cum majori præparatione. Nunc autem, quia oportet frequentiùs ſacra myſteria celebrare, non poſſet de facili obſeruari: & ideò per contrariam conſuetudinem eſt abrogatum. *Conuenienter tamen tanto tempore ab alijs cibis abſtinendum, quanto prudentis judicio viri æſtimari poteſt (juxta debilitatem vel fortitudinem ſtomachi) poſſe ſpecies Sacramentales conſumi.*

m *Porrò tripliciter poteſt noſtra ad Euchariſtiam præparatio conſiderari: videlicet, quia ſumitur vt verum Chriſti corpus, vt panis cœleſtis, & vt agnus in Cruce immolatus.*

D Op. 58. c. 15. Præparatio ad Euchariſtiam, prout ſumitur vt verũ Chriſti corpus.

Præparatio *ergo* noſtra D conſiderari poteſt in tribus. Primò in dignitate ipſius corporis ſacri: nam quia mundiſſimum, & Deo viuo plenum & vnitum, neceſſe eſt, illud ſuſcipientem per tria præparari. Primò per fidei plenitudinem, Hebr. 10. *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei.* Cum vero corde, *ideſt* cùm vero intellectu ſine errore: *in plenitudine fidei*, ideſt in plena fide credentes quæ non videmus, ſcilicet ſub ſpecie panis eſſe totum Chriſtum, verum hominem & verum Deum. Secundum præparatiuum eſt munditiæ magnitudo: quia congruum eſt, vt vas ſuſcepturum corpus mundiſſimum, mundum ſit, Exod. 16. *Sume vas vnum, & mitte ibi Man*: vas vnum, quaſi ſingulariter & excellenter mundum. Vnde Apoſtolus *Hebr.* 9. vas iſtud dicit eſſe vrnam auream: *Vrna aurea habens manna*: decet enim cor quaſi aurum eſſe puriſſimum per magnam munditiam, quod capere debet cœleſtem panem. Hinc Matth. 27. *Ioſeph petijt à Pilato corpus Ieſu: &*

accepto

Digitized by Google

accepto corpore, inuoluit illud in sindone munda. Sindone munda *ex glossa* inuoluit Iesum qui puramente eum suscipit. Tertium præparatiuum est orationis deuotio, Psal. 104. *Petierunt, & venit coturnix: & pane Cœli saturauit eos*; & Iob 3. *Antequam comedam, suspiro*. Hinc Maria Magdalena, & aliæ deuotæ mulieres, portabant aromata, dum quærebant corpus Domini, *Marc.* 16. & *Luc.* 24. Sic nobis accessuris ad corpus Domini prælibanda est orationis deuotio: vt quod fortè minùs parati sumus per jejunium & confessionem, suppleat spiritualium aromatum, idest orationum, oblatio.

Præparatio, prout sumitur vt cœlestis panis. *Secundus modus* nostræ præparationis ad Eucharistiam consideratur in hostia panis. Sicut enim grana frumenti arte humana gradatim proficiunt ad panis complementum: sic anima peccatrix gratiâ Dei proficit ad bonum statum, in quo licenter suscipit corpus Dominicum. Grana, ex quibus fit hostia, significant statum peccatoris propter tria. Sunt enim dura, & furfure operta, & ab inuicem distincta: sic peccator, durus est in corde, qui non vult conuerti ad dulcem Deum à sua iniquitate, Ierem. 5. *Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti*. Item peccator opertus est, quasi furfure, peccati deformitate, Ierem. 2. *Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas!* Item peccator diuisus est à proximo suo charitatis priuatione, Ose. 10. *Diuisum est cor eorum, nunc interibunt*. Sed grana ad statum, in quo sunt in hostia, per hunc modum sunt deducta. Primò contrita est eorum durities per molam, & in minimas partes redacta. Secundò à furfure sunt mundata. Tertiò commista est farina ad inuicem per aquam, & per ignem decocta, & in panem solidata. Sic peccator, qui dignus erit sumere corpus Domini, debet se per tria, quæ in his signantur, præparare: scilicet per cordis contritionem, per oris confessionem, per proximi dilectionem. De primo Is. 47. *Tolle molam, & mole farinam*. Q. d. Fac in te molam spiritualem de duobus molaribus, considerando misericordiam & justitiam Dei, ad emolliendam cordis tui duritiam: misericordiam quasi superiorem lapidem, qui nunc operatur & circuit; sed post hanc vitam operari cessabit: justitiam, quasi inferiorem lapidem, qui nunc jacet & quiescit; sed post hanc vitam eleuatur, operatur, & circuit. De secundo Amos 9. *Ecce mandabo ego, & concutiam domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro*: vbi scilicet furfures separantur à nucleo, impurum à puro. Sic per confessionem mundatur anima à vili peccato. De tertio Gen. 18. *Accelera, tria sata similæ commisce: & fac subcinericios panes*: vt sic vitulum optimum cum illis (*tribus viris*) comederet Abraham. Qui enim vitulum optimum, idest corpus Christi, sumere vult, priùs debet tribus satis similæ panem igne coquendo solidare; idest, ad tres hominum differentias, scilicet superiores, æquales, inferiores, veram dilectionem seruare. Matth. 5. *Si offers munus tuum ad altare &c. vade priùs reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum*. Et cap. 20. *Intrauit Rex, vt videret discumbentes, & vidit vnum non habentem vestem nuptialem*, scilicet charitatem, *& ait ministris: Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores*: quia nimirum non habens E vestem nuptialem, ad sacrum conuiuium intrauerat.

I Ma. 4. 5. ad 8. F Op 58. c. 16

Præparatio, prout sumitur vt agnus immolatus. *Tertius modus* nostræ F præparationis ad Eucharistiam ex figura Agni Paschalis consideratur: de qua *Exod.* 12. legimus. Hæc figura in tres partes est diuidenda. Prima pars est ipse agnus edendus: secunda fercula, cum quibus est edendus: tertia personarum edentium habitus. *Prima pars* est ipse agnus, qui secundùm legem manducatur: & in hoc tria considerantur. Primò, quando comedendus est, quia *in nocte*, cum res planè non videntur: in quo credendum significatur, quòd corpus Christi in præsenti nobis dari debuit, non manifestum, sed in Sacramento velatum. In secundo, quòd scilicet non comeditur ex eo *crudum quid*, significatur, quòd non debemus credere, Christum esse hominem purum. Item, quòd non comeditur *aquâ coctum*, significat, quòd non debemus credere Christum secundùm communem hominum consuetudinem conceptum aut natum. Item, quòd comederunt eum tantùm *assum igni*, significat, quòd Christi incarnatio, & ejus corporis consecratio credenda est celebrari per potentiam Spiritus Sancti. In tertio, quòd scilicet *caput agni cum pedibus & intestinis vorari* præcipitur, significat esse credendum, quòd in hoc Sacramento totus Christus cum diuinitate, & corpore, & anima continetur & sumitur. Secunda pars hujus figuræ sunt fercula tria, cum quibus solebant agnum manducare: scilicet lactucæ agrestes, panes azymi, & sanguis agni, Exod. 12. *Edent carnes agni, & azymos panes cum lactucis agrestibus: & sument de sanguine agni, & ponent super vtrumque postem, & in superliminaribus domorum*. Primum ferculum, scilicet *lactucæ agrestes*, significant dolorem de peccatis: secundum, scilicet *panes azymi*, intentionem puram cum bonis operibus: tertium, scilicet *sanguis agni*, memoriam & imitationem Dominicæ passionis: quibus præparari debet anima fidelis. De primo, *Lactucæ agrestes*, inquit Gregorius, *valdè amaræ sunt, carnes verò agni cum his sunt comedendæ: quia cum corpus Christi accipimus, compungi pro peccatis debemus, vt amaritudo pœnitentiæ abstergat amorem peruersæ viæ*. De secundo 1. ad Corinth. 5. *Epulemur non in fermento veteri*, idest in corruptione superbiæ, quæ fit in Deum: *neque in fermento malitiæ*, quæ fit in proximum: *& nequitiæ*, quæ fit in seipsum: *sed in azymis sinceritatis* a vitijs, *& veritatis* bonorum operum. De tertio, *Sanguis agni*, ait idem Gregorius, *super vtrumque postem ponitur, quando non solùm ore corporis, sed etiam ore mentis hauritur, & ad imitationem intenta mente cogitatur*. Item, *in superliminaribus* ponendus est sanguis agni: quia non tantùm in memoria, sed in manifesto portari debet Crux passionis Christi, ad Gal. vlt. *Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto*. Tertia pars hujus figuræ est habitus, siue tria insignia illorum, qui manducauerunt agnum: scilicet cingulum renum, calceamenta pedum, baculus manuum, Exod. 12. *Sic comedetis illum. Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus*. Primum designat carnis & mentis continentiam: secundum exemplorum Patrum custodiam: tertium vitiorum nostrorum correctionem: & exiguntur ad communicantium præparationem. Primum præparatiuum est mentis & carnis continentia, in cingulo renum figurata. Qui ergo Pascha comedit, renes accingat: quia qui corpus Domini accipit, voluptatem domat, luxuriam refrænat. Hæc præparatio continentiæ attendenda est quantùm ad tria genera hominum, scilicet conjugatos, & de incontinentia pœnitentes, & spirituales. Primi ante sacram communionem continentiam debent seruare aliquantam, secundi longiorem, tertij continuam. Monitum coniugatis. De primo dicitur ad Dauid 1. Reg. 21. *Si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus, manducent*, scilicet panem sanctum. *Et respondit Dauid: si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiustertius. Dedit ergo ei Sacerdos sanctificatum panem*. Si talis continentia seruata est ad figuram: quanto magis seruanda est ad corporis Christi veritatem? (*Hinc aliquorum fuit opinio, Ozam à Deo ad mortem percussum, quia præcedenti nocte per concubitum cum vxore corporaliter pollutus, ad Arcam Dei, Eucharistiæ figuram, manum admouere ausus est: vt refert* Abul. *ad 2. Reg. cap. 6. &* Iac. de Vorag. *in Fest. Corp. Christi*.)

Digitized by Google

sti.) De secundo Leuit.22. *Homo, qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, non vescetur de his, quæ sanctificata sunt mihi, nisi sanetur*, scilicet per pœnitentiam. Hinc statuti sunt ante Pascha quadraginta dies pœnitentiæ, vt his peractis in jejunijs & orationibus, & continentia & bonis operibus, tunc possint communicare pœnitentes cum alijs bonis Christianis. *Indignè enim quis accipit*, inquit Augustinus, *si tunc accipit, cum debet agere pœnitentiam*; idest, quando incipit. De tertio, scilicet de continentia continua, de ijs scilicet qui debent omnimodam & perpetuam castitatem conseruare, Leuit.21. *Sacerdotes, sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen ejus: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideò sancti erunt*. Secundum præparatiuum est exemplorum Patrum custodia, per calceamenta pedum significata, Cant.5. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis!* Gressus sunt profectus operum, *in calceamentis*, idest in consideratione vitæ Patrum. Tertium præparatiuum est correctionis disciplina, in baculis manuum figurata. Baculus enim significat rectitudinem justitiæ, qua debemus nosmetipsos de nostris excessibus ante communionem judicare, Psalm.2. *Apprehendite disciplinam &c.* & 1. Cor.11. *Qui manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat &c.* Causa enim G diuinæ punitionis est à negligentia, quia in nobis ipsis peccata commissa punire negligimus. *Quòd si nosmetipsos judicaremus*, redarguendo & puniendo peccata nostra: *non vtique judicaremur*; idest, non puniremur à Domino neque postmodum in futuro, neque etiam in præsenti.

Et Sacerdotibus.

G 1. Cor. 11. l. 7. ibi.

n *De hac ad Eucharistiam præparatione afferri potest illud* 1. *Reg.* 16. Sanctificauit Samuel Isai, & filios ejus: *deinde* & vocauit eos ad sacrificium. *Et Exod.* 40. Lauerunt Moyses & Aaron ac filij ejus manus suas & pedes, cum accederent ad altare. *Et ratio adducitur* 1. *Paral.*29. Opus namque grande est: neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo. *Et de Sacerdotibus dicitur Exod.*19. Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos. *Sanè ad omnes indiscriminatim talis pertinet præparatio: specialiùs tamen videtur ad Sacerdotem spectare, cui soli data est à Christo potestas nedum suum corpus consecrandi: (siquidem* perfectio H hujus sacramenti non est in vsu fidelium, sed in consecratione materiæ:) *verum & fidelibus dispensandi*. Ipse *enim* consecrat I in persona Christi: ipse autem Christus, sicut consecrauit corpus suum in Cœna, ita & alijs sumendum dedit; vnde sicut ad Sacerdotem pertinet consecratio corporis Christi: ita ad eum pertinet dispensatio. *Et quamuis legatur de B. Laurentio adhuc diacono*, commissam ei fuisse Dominici sanguinis dispensationem: *ad hoc dicendum, quòd* diaconus L quasi propinquiùs ordini Sacerdotali, aliquid participat de ejus officio, vt scilicet dispenset sanguinem: (non autem corpus Christi, nisi in necessitate, jubente Episcopo, vel præsbytero.) Primò quidem, quia sanguis Christi continetur in vase, vnde non oportet, quòd tangatur à dispensante, sicut tangitur corpus Christi. Secundò quia sanguis designat redemptionem à Christo in populum deriuatam, vnde & sanguini admiscetur aqua, quæ significat populum. Et quia diaconi sunt inter Sacerdotem & populum, magis conuenit diaconibus dispensatio sanguinis, quàm corporis. *Verumtamen modò sub solius specie panis, non sub vtraque specie, ferè in omnibus Ecclesijs, dispensari populo consueuit: sub vtraque verò specie à solis sacerdotibus sumitur. Cujus quidem rei triplex affertur ratio*. Prima est M ad habendum vas congruum, hujus sanguinis contentiuum. Sicut enim vinum vas, specialiùs & diligentiùs præparatum, in quo seruetur, exigit quàm panis: sic sub specie

H 3. p. 80. 12. ad 2.

Dispensatio Eucharistiæ ad solum pertinet Sacerdotem.

I 3. p. 82. 3. c. & a. 1 In 4. d. 13. 1. 3.

L 3. p. l. c. ad 1. In 4. l. c. a. 3. q. 2. ad 1.

Cur dispensatio sanguinis etiam diaconibus commissa.

Nunc sub vtraque specie à solis Sacerdotibus sumitur in omnibus ferè Ecclesijs: sub specie verò solius panis populo dispensatur Eucharistia ex triplici causa.

M Op. 58. c. 29. post med. & 3. p. 80. 12. & 74. 1. ad 3. In

vini sanguis Christi sumendus solùm Sacerdotibus conceditur, tanquam vasis Domini ad hoc specialiter consecratis, & sacra religione constrictis, & virtutum pulchritudine excellentiùs præornatis, Eccli. 50. *Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso*; idest, *ex glossa*, omni genere virtutum. *Secunda ratio* est vitandi periculum effusionis propter multitudinem, quæ se circa altare comprimit. Hinc est, quòd Dominus in Cœna Apostolis paucis, & vt suis Sacerdotibus, non solùm corpus in specie panis, sed & sanguinem in specie vini dedit: multitudini autem hominum in deserto solum panem (*vt legitur*) sine potu distribuit. Tertia ratio est ad præcauendum erroris periculum. Si enim populus rudis acciperet sanguinem sub specie vini, vix crederet, illum esse sub specie panis, cum tamen veraciter sit sub vtraque specie. *Profectò* ex parte N ipsius Sacramenti conuenit, quòd vtrumque sumatur, scilicet & corpus & sanguis, quia in vtroque consistit perfectio Sacramenti. Et ideò, quia ad Sacerdotem pertinet hoc Sacramentum consecrare & perficere: nullo modo debet corpus Christi sumere sine sanguine. Ex parte autem sumentium requiritur summa reuerentia & cautela, ne aliquid accidat, quod vergat ad injuriam tanti mysterij: quod præcipuè posset accidere in sanguinis sumptione. Et quia creuit multitudo populi Christiani, in qua continentur senes & juuenes & paruuli, quorum quidam non sunt tantæ discretionis, vt cautelam debitam circa vsum hujus Sacramenti adhibeant: ideò prouidè in quibusdam Ecclesijs (*nunc generaliter ex Conciliorum decretis*) obseruatur, vt populo sanguis sumendus non detur, sed solùm à Sacerdote sumatur. *Et quidem, cohærenter ad hæc*, in lege O veteri de libaminibus nihil habebant offerentes, sed soli Sacerdotes, per quæ significabatur potus hujus Sacramenti: de sacrificijs autem habebant, quibus significabatur cibus hujus Sacramenti. *Solum autem corpus sumentibus, non sanguinem, nulla subtrahitur spiritualis vtilitas: aliunde enim satis suppletur*: Potest, *inquit Author*, à populo P corpus sine sanguine sumi; nec exinde sequitur aliquod detrimentum: quia Sacerdos in persona omnium sanguinem offert & sumit: & sub vtraque specie totus Christus continetur. *Vnde & in Canone Missæ signanter à Sacerdote dicitur*: Qui tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium &c. *Quibus, & alijs justis de causis motum est à Spiritu Sancto Tridentinum Concilium (sess. 21. can. 1. & 2.) ad decernendum:* Si quis dixerit, ex Dei præcepto, vel necessitate salutis, omnes & singulos Christi fideles vtramque speciem sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti sumere debere: anathema sit. *Et iterum*. Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam catholicam non justis causis & rationibus adductam fuisse, vt laicos, atque etiam Clericos non conficientes, sub panis tantummodo specie communicaret; aut in eo errasse: anathema sit. *Celebris idcircò controuersia est inter catholicos & hæreticos, quorum acerrimus propugnator fuit* Petrus Dresensis *Bohemus, qui Schismatis Bohemici Author fuit: quod* Ioannes Hus & Martinus Lutherus *auxere magis. Vide* Ioannem Roffensem *contra errores Lutheri, &* Cajetanum *ad* 3. *p. q.*80. *a.*12.

4. d. 11. 2. 1. q. 1 ad 3. & d. 12. 3. 2. q. 2. ad 3.

N 3 p. 80. 12. c Io. 6 l. 7. lit. b. f.

Ex parte Sacramenti, sub vtraque specie conuenit dispensatio: nõ ita ex parte sumentium.

O In 4. d. 11. 2. 1. q. 1. ad 3.

In lege veteri nihil de libaminibus habebat populus, sed soli Sacerdotes.

Solum corpus, non sanguinem, sumentibus nulla subtrahitur spiritualis vtilitas.

P 3. p. 80, 12. ad 3.

Error hæreticorum, & inter hos & catholicos controuersia.

o *Igitur, vt reuertamur ad primum*, adhoc Q quòd aliquis dignè corpus Christi manducet, duo requiruntur: scilicet vt sit in statu gratiæ, per quam Capiti Christo vnitur, & quòd in actu mens ejus feratur ad diuina: (*quod est actualem habere deuotionem:*) vnde & Sacerdos monet populum sursum corda ad Deum habere. *Ex defectu primi certissimè impeditur effectus Sacramenti, immò nouum sacrilegij crimen incurritur, si cum mortali accedatur. Sed & ex defectu secundi contingit quandoque (vtinam non sæpissimè) vt effectus non percipiatur*

Q 4 d. 9. 1. 3. q 5 initio c. & 3. p. 8. 10. c.

Duo requiruntur ad dignam Eucharistiæ sũptionem.

Ex defectu primi impeditur omnino effectus Sacramenti.

Sed & quandoque ex defectu secundi, sine tamen culpa mortali.

Sacra-

Digitized by Google

R 4 d. 12. 3. 1. 3 p. 79. & 1 Cor 11. l. 7. & i, indignè.

Sacramenti. Quia *enim* interdum R actualis deuotio impediri potest, cum distractiones variæ ipsam impediant, & peccata venialia virtutum actum tollant: ideò absque peccato mortali potest effectus hujus Sacramenti impediri, ita quòd aliquis augmentum gratiæ non consequatur. Nec tamen reatum peccati mortalis incurret, sed fortè reatum venialis peccati ex hoc, quòd imparatus accedit. *Verumtamen* non omne S peccatum veniale impedit effectum hujus Sacramenti, sed solùm illud (*nota*) quod tollit actualem deuotionem. *Hinc Sacerdos ad altare orare dicitur & offerre pro ijs, qui deuotè assistunt & accedunt, dum in Canone dicit*: Memento Domine famulorum famularumque, & omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio. *Etenim* illis T plùs vel minùs prodest secundùm modum deuotionis eorum. *Quod si quis in gratia existat, & cum debita reuerentia ac deuotione mentis accesserit, indubitanter effectum consequetur Sacramenti*. Qui V non solùm est adeptio habitualis gratiæ, vel charitatis, sed etiam quædam actualis refectio spiritualis dulcedinis: quæ quidem impeditur, si aliquis accedat per peccata venialia mente distractus. *Si autem, inquit Author, quis dicat*: Ecce X sæpiùs vt possum, me præparo, corpus Domini sumo: sed nihil sentio solatij spiritualis dulcedinis. *Respondet*. Cibus iste, siue fructus, medicina est hominis. Vnde, sicut medicus peritus quandoque quibusdam dat medicinam, dulcem palato corporis, & quandoque non sic, sed dulcem palato mentis: quæ quamuis non gutturi, tamen bene sapit rationi, pro eo quòd sanam mentem delectat: sic Dominus dat suis fidelibus dulce semper corpus: sed dulcedinem suam alio modo istis, alio istis, prout cuilibet expedire nouit. Hinc est, quòd quidam dulcedinem istam sapiunt per affectum, & ardentiori delectantur deuotione: & alij eandem dulcedinem sapiunt per pium intellectum, & sufficienti reficiuntur vtilitate in eo quòd credunt, & intelligunt, per hunc cibum sanctum veram vitam obtinere. Igitur quamuis non sapis dulcedinem Domini primo modo, idest per affectum firmæ deuotionis, sapis tamen secundo modo, scilicet per intellectum multæ vtilitatis. De primo 1. Pet. 2. *Si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus*. De secundo Cant. 2. *Fructus ejus dulcis gutturi meo*, idest piæ & fideli menti, quæ credit & intelligit, hunc cibum sanctum sibi esse vtilissimum. *Cui & illud addi potest Psal.* 138. Mirabilia opera tua: & anima mea cognoscit nimis. *Et hinc est, quòd illud Psalmi* 67. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus, *de hujus Sacramenti dulcedine ac suauitate intellexit Author noster & vsurpauit in ix.* Responsorio *Festi; proinde cecinit in hymno*: Manducat Dominum pauper seruus & humilis. *Quin & ipse Christus dulcedinis ejus particeps quodammodo fuisse videtur: docemur enim, quòd* quamuis Y Christo gratia non fuerit augmentata ex susceptione hujus Sacramenti: habuit tamen quandam spiritualem delectationem in noua institutione hujus Sacramenti; vnde ipse dicebat Luc. 22. *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum*. Quod Eusebius exponit de nouo mysterio noui Testamenti, quod tradebat discipulis. *Itaque* cum per hoc Z Sacramentum gratia augeatur, & vita spiritualis perficiatur: *quinimmò & ipsam* conferat A gratiam spiritualiter cum virtute charitatis (*cæterisque consequenter virtutibus*:) Sicut autem *Gregorius* dicit: *Amor Dei non est ociosus, magna enim operatur, si est*: & ideò per hoc Sacramentum, quantùm est ex sui virtute, non solùm habitus gratiæ & virtutis confertur, sed etiam excitatur in actum, 2. *Corinth.* 5. Charitas Christi vrget nos: *cum res inquam ita se habeant, quid est, quòd plurimi vel sæpe, vel quotidie sumentes, vt Sacerdotes, effectum hujus augmenti, hoc est, spiritualis vitæ profectum non sentiunt; immò loco progressus, se retrocedere sæpe norunt, pluribusque defectibus esse obnoxios? Suspicari ergo possumus, hos gratiam Sacramenti non recepisse, consequenter quòd vel indignè accesserint, vel ex deuotionis saltem defectu imparati. Vbi enim gratia, ibi charitas: vbi autem charitas*, magna operatur. Si verò, *subjicit Gregorius*, operari renuit, amor non est. *Charitas inquam non est: quæ enim charitatis vestigia in mulierculis quibusdam, vsu potiùs quàm ex deuotione communicantibus, si vel statim à communione etiam leuissimo ex motiuo verba euomunt iracundiæ, injuriæ, odij, detractionis in proximos? Quæ auctæ gratiæ & charitatis signa Sacerdotes deprehendunt, dum quotidiana Eucharistiæ consecratione, & quotidiana sumptione corporis & sanguinis Christi, refrigescentem immò in dies experiuntur in se ipsis charitatem? Caueant omnes, ne (quod Deus auertat) indignè suscipiant, neue saltem sine debita deuotione ad altare appropient: indeuotè siquidem accedenti Sacramenti subtrahitur fructus: indignè verò suscipiens* reus erit corporis & sanguinis Domini. *De quo Num. seqq.*

S In 4. l. c. ad 3.

Actualis deuotio necessaria ad effectũ Sacramenti percipiẽdum.

T 3 p. 79. 7. ad 2. 3. c. & ad 3. In 4. d. 12. 2. a q. 3. c.

Quidnam sit effectus hujus Sacramenti.

V 3. p. l. c. a. 3. fi. c.

X Op. 58. c. 21. post med.

Duplex Eucharistiæ dulcedo, alia in affectu, alia in intellectu.

Y 3 p. 81. 1. ad 3.

Z 3. p. 79. 1. ad 2. & in corp. In 4. d. 12. 2. 1. q. 1.

A 3 p. l. c. ad 2. Vnde fit, quòd per experientiam, frequenter communicantes, effectum Sacramenti non percipiant?

p *Cæterùm, non solùm positiuo, sed & diuino jure sumendum à fidelibus hoc Sacramentum est*. Homo B tenetur hoc Sacramentum sumere, non solùm ex statuto Ecclesiæ, sed ex mandato Domini dicentis Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*. Ex statuto autem Ecclesiæ sunt determinata tempora exequendi Christi præceptum. *Et ratio adducitur*: quia enim C in quotidiana pugna sumus, vita spiritualis in nobis euanesceret, nisi aliquando cibum vitæ sumeremus. *Et quidem* secundùm diuersum D statum Ecclesiæ diuersa circa hoc statuta emanauerunt. Nam in primitiua Ecclesia, quando magna vigebat deuotio fidei Christianæ, statutum fuit, vt quotidie fideles communicarent. Vnde Anacletus Papa dicit: *Peracta consecratione, omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus: sic enim & Apostoli statuerunt, & Sancta Romana tenet Ecclesia*. Postmodum verò, diminuto fidei feruore, Fabianus Papa indulsit, vt si non frequentiùs, saltem ter in anno omnes communicent, scilicet in Pascha, Pentecoste, & Natali Domini. Soter etiam Papa, in Cœna Domini, dicit, esse communicandum, vt habetur *in Decret. de Consecr. dist.* 2. Postmodum, propter iniquitatis abundantiam refrigescente charitate multorum, statuit Innocentius III. vt saltem semel in anno, scilicet in Pascha, fideles communicent. *Et hæc est* cœna magna *Paschalis*, quam fecit *Luc.* 14. homo quidam, *scilicet Christus Dominus*, Filius hominis *dictus*: *ad quam singulis saltem annis vocat per Ecclesiæ præceptum fideles*. *At* cœperunt *multi* excusare: Villam emi, vxorem duxi &c. & ideò non possum venire: *plures enim sunt, qui sub vano impotentiæ prætextu à Paschali etiam abstinent communione*. *Hi verò justè permittentur incœnati dormitum ire; hoc est, in fero mortis sine sacro viatico decedere*: Amen dico vobis: Nemo illorum virorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam; *æternùmque ab Agni cœna excludentur, de qua Apoc.* 19. Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt: Multi enim *Matth.* 20. sunt vocati, pauci verò electi. *Nec mirum, quòd hoc ab Ecclesia, quæ pia Mater nostra est, præcipiatur*: quia hoc E Sacramentum ex se ipso virtutem habet gratiam conferendi; nec aliquis habet gratiam ante susceptionem hujus Sacramenti, vel nisi ex aliquo voto ipsius, vel per se ipsum, sicut adulti, vel voto Ecclesiæ, sicut paruuli. Vnde ex efficacia virtutis ipsius est, quòd etiam ex voto ipsius aliquis gratiam consequatur, per quam spiritualiter viuificetur. *Sanè* omnes F tenentur saltem spiritualiter hoc Sacramentum manducare: quia hoc est Christo incorporari. Spiritualis autem manducatio

Eucharistiæ Sacramentum nedum positiuo, sed & diuino jure à fidelibus sumendum.

B 3. p. 80. 11. fi. c. In 4. d. 12. 3. 2. q. 1. c.

C In 4. l. c. fi. corp.

D 3 p. 80. 10. ad 5. In 4. d. 12. 3. 1. q. 3. c.

Quonam tempore ex Ecclesiæ statuto.

E 3 p 79. 1 ad 1. & 80. 1. ad 3.

Nemo habet gratiam ante susceptionem hujus Sacramenti saltem in voto.

F 3. p. 80. 11. c. & 73. 3. c. In 4. d. 9. 1. 1. q. 1. ad 1.

Digitized by Google

catio includit votum, ſeu deſiderium percipiendi hoc Sacramentum: & ideò ſine voto percipiendi hoc Sacramentum non poteſt homini eſſe ſalus. Fruſtra autem eſſet votum, niſi impleretur, quando opportunitas adeſſet. *Nec dubium, quòd* res G alicujus Sacramenti haberi poteſt ante perceptionem Sacramenti ex ipſo voto Sacramenti percipiendi: (quod procedit H ex fide per dilectionem operante, per quam Deus interiùs hominem ſanctificat, cujus potentia Sacramentis viſibilibus non alligatur:) vnde ante perceptionem hujus Sacramenti poteſt homo habere ſalutem ex voto percipiendi hoc Sacramentum: ſicut & ante baptiſmum ex voto baptiſmi. *Ex quo Euchariſtia, non ſecus ac baptiſmus, Sacramentum videtur eſſe neceſſitatis; vnde & Chriſtus* Ioan. 6. *illud protulit*: Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: *Scilicet*, vitam I ſpiritualem: nam ſicut cibus corporalis ita eſt neceſſarius ad vitam corporalem, vt ſine eo eſſe non poſſit: ita cibus ſpiritualis neceſſarius eſt ad vitam ſpiritualem, adeò quod ſine ipſo vita ſpiritualis ſuſtentari non poſſit. Notandum autem, quòd hæc ſententia poteſt referri vel ad ſpiritualem manducationem, vel ad ſacramentalem. Si referatur ad ſpiritualem, nullam dubitationem habet ſententia: ille enim ſpiritualiter carnem Chriſti manducat & ſanguinem bibit, qui particeps fit Eccleſiaſticæ vnitatis, quæ fit per charitatem, 1. Cor. 10. *Vnus panis, & vnum corpus multi ſumus*. Qui ergo non ſic manducat, eſt extra Eccleſiam, & per conſequens extra charitatem, ideò non habet vitam in ſemetipſo, 1. Ioan. 3. *Qui non diligit, manet in morte*. Si verò referatur ad manducationem ſacramentalem, dubium habet quod dicitur: nam Ioan. 3. dicitur: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei*. Sed ſicut propoſita fuit illa ſententia: ita & iſta: *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis &c.* Cum ergo baptiſmus ſit Sacramentum neceſſitatis, videtur etiam, quòd Euchariſtia. Et hoc quidem Græci concedunt: vnde & pueris baptizatis dant Euchariſtiam. Et in hoc habent pro eis ritum *Dionyſii*, qui dicit, quòd perceptio cujuslibet Sacramenti debet conſummari in communione Euchariſtiæ, quæ eſt conſummatio omnium Sacramentorum. Sed hoc verum eſt in adultis, non autem in pueris: cum in ſumente Euchariſtiam exigatur actualis reuerentia & deuotio, quam illi, qui non habent vſum liberi arbitrij, ſicut ſunt pueri & amentes, habere non poſſunt; & ideò nullo modo eis danda eſt. (*Quod intellige de totali vſus rationis priuatione*: *quia* habentes L debilem vſum rationis poſſunt aliquam deuotionem hujus Sacramenti concipere, & ideò non eſt eis hoc Sacramentum denegandum. Aut ſi non ſemper caruerunt vſu rationis, ſi priùs, quando erant compotes ſuæ mentis, apparuit in eis deuotio hujus Sacramenti, debet eis in articulo mortis hoc Sacramentum exhiberi: niſi fortè timeatur periculum vomitus, vel expuitionis. Pueris autem M jam incipientibus habere diſcretionem, etiam ante perfectam ætatem, putà cum ſint decem vel vndecim annorum, aut circa, Sacramentum hoc poteſt dari, ſi in eis ſigna diſcretionis appareant & deuotionis.) Dicendum ergo, quòd Sacramentum baptiſmatis eſt neceſſarium quantùm ad omnes, vt realiter percipiatur: quia ſine eo nullus regeneratur ad vitam. Et ideò oportet, quòd ipſum habeatur in re: vel in voto, quantùm ad præoccupatos: nam ſi contemptus in aliquo baptiſmum aquæ excludat, neque baptiſmus flaminis neque ſanguinis prodeſt ei ad vitam æternam. Sacramentum verò Euchariſtiæ eſt Sacramentum neceſſitatis quantùm ad adultos tantùm, ita quòd recipiatur re vel voto ſecundùm Eccleſiæ inſtituta. *Alibi quoque* Euchariſtia N Sacramentum dicitur neceſſitatis quantùm ad fidem ejus, quod repræſentatur per ipſam. *Enimverò Sacramentum pœnitentiæ, ſiue* Pœnitentia O ordinatur ad ſalutem hominis quaſi per accidens, ſuppoſito quodam, ſcilicet ex ſuppoſitione peccati: niſi enim homo peccaret actualiter, pœnitentiâ non indigeret: indigeret tamen Baptiſmo & Confirmatione, & Euchariſtia. Sicut & in vita corporali non indigeret homo medicatione, niſi infirmaretur: indigeret autem homo per ſe ad vitam generatione, augmento, & nutrimento. *Vnde & alibi inſtruimur, quòd* Confirmatio P & Euchariſtia ſunt de prima intentione ſanctificationis, ſed Pœnitentia eſt de ſecunda intentione: quia ſi homo nunquam à gratia baptiſmali caderet, non indigeret Pœnitentiâ: indigeret tamen Confirmatione & Euchariſtia.

q *Num verò laudabilius ſit frequenter Euchariſtiam ſumere, an interdum abſtinere*: *Reſpondet in primis Author, quòd vt prætactum ſæpe eſt*, ea Q quæ in hoc Sacramento geruntur, habent ſimilitudinem cum his, quæ accidunt in corporali nutrimento. Quia enim fit quaſi continua deperditio naturalis humiditatis per actionem caloris naturalis & exercitium laboris, ideò oportet frequenter corporalem cibum aſſumere ad reſtaurationem deperditi, ne perditio continua mortem inducat. Similiter etiam ex concupiſcentia innata, & occupatione circa exteriora, fit deperditio deuotionis & feruoris, ſecundùm quæ homo in Deum colligitur: vnde oportet, quòd pluries deperdita reſtaurentur, ne homo totaliter alienetur à Deo. *Ex quo laudabilior videtur frequens Euchariſtiæ ſuſceptio, & vtilior, quàm rara. Cæterùm, an quotidiana ſumptio, in laicis præſertim, ſit commendabilis: conſiderandum eſt, quòd* in hoc R Sacramento duo requiruntur ex parte recipientis: ſcilicet deſiderium conjunctionis ad Chriſtum, quod facit amor: & reuerentia Sacramenti, quæ ad donum timoris pertinet. Primum autem incitat ad frequentationem hujus Sacramenti quotidianam: ſed ſecundum retrahit. Vnde ſi aliquis experimentaliter cognoſceret, ex quotidiana ſumptione feruorem amoris augeri, & reuerentiam non minui, talis deberet quotidie communicare. Si autem ſentiret, per quotidianam frequentationem reuerentiam minui, & feruorem non multùm augeri, talis deberet interdum abſtinere, vt cum majori reuerentia & deuotione poſtmodum accederet. Vnde, quantùm ad hoc, vnuſquiſque relinquendus eſt judicio ſuo. Probat hoc *Auguſtinus* per exemplum Zachæi, & Centurionis: quorum vnus recipit Dominum gaudens; alius dicit: *Non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum*: & vterque miſericordiam conſecutus eſt. *Sanè, præfato ſancto timore ductus S. Euangeliſta* Marcus, *pollicem ſibi amputaſſe legitur, ne ad Sacerdotium ex humilitate proueheretur. Quem & Seraphicus Pater* Franciſcus *eodem motiuo traditur imitatus, dum ad Præsbyteratum nunquam paſſus eſt promoueri. Verùm, ſi figuras Euchariſtiæ ſpectemus*: Agnus S Paſchalis præcipuè fuit figura hujus Sacramenti quantùm ad paſſionem Chriſti, quæ repræſentatur per hoc Sacramentum: & ideò ſemel tantùm in anno ſumebatur, quia Chriſtus ſemel mortuus eſt: & propter hoc etiam Eccleſia celebrat ſemel in anno memoriam paſſionis Chriſti. Sed in hoc Sacramento traditur nobis memoriale paſſionis Chriſti per modum cibi, qui quotidie ſumitur: & ideò quantùm ad hoc ſignificatur per manna, quod quotidie dabatur populo in deſerto. *Sed & in eadem ſtando Agni figura*, licèt T diuerſa animalia in veteri lege offerrentur: quotidianum tamen ſacrificium, quod offerebatur mane & veſpere, erat Agnus, vt habetur Num. 28. Homo *autem, quamuis* quoti-

G 3. p. 73. 3. c. Res Sacramenti haberi poteſt etiam ex voto percipiendi.
H 3. p. 68. 2. c.
An & quomodo Euchariſtia ſit Sacramentum neceſſitatis.
I Io. c. l. 7. lit. b & 3. p. 73. 3. c. & 80. 9. ad 3. In 4. d. 9. 1. 1. q. 2. c & a. 5. q. 3. & 4.
Græci dant pueris baptizatis Euchariſtiam.
Eorum ritus refellitur.
Pueri & amentes Euchariſtiæ incapaces, niſi vſum ſaltem aliquatenus habeant rationis, & deuotionis aliquid.
L 3. p. 80. 9. c. In 4. d. 9. 1. 5. q. 3.
M In 4. l. c. a. 5. q. 4. ſ. c. & d. 23. 2. 1. q. 4. & 3. p. l. c. ad 3.
Differentia inter baptiſmū & Euchariſtiā quoad neceſſitatem.
N 4. d. 8. 2. 1. q. 1. c. & q. 2. ad 5. & d. 23. 1. 4. q. 1. ad 1.
Euchariſtia & Pœnitentia diuerſimode ad ſalutem ordinantur.
O 3. p. 84. 6. c.
P 4. d. 14. expoſit. tex. ſub initio.
Nū frequens, an rara Euchariſtiæ ſumptio laudabilior.
Q 4. d. 12. 3. 1. q. 1. c.
De quotidiana cōmunione quid ſentiendum.
R Ibid. a. 1. q. 2. c. ad Ham. ibid. a. 4. ad 3. & 3. p. 80. 10. ad 3. & 1. Cor. 11. l. 7.
Exemplum de Zachæo & Centurione.
SS. Marci & Franciſci ſumma in Euchariſtiam reuerentia.
S 3. p. 80. 10. ad 2. In 4. d. 12. 3. 1. q. 3. ad 1.
Iuge ſacrificium Agni.
T 3. p. 22. 3. ad 3. & 1. 2. 102. 4. ad 10. initio. Coll. a. l. 4. initio.

Digitized by Google

V 4 d. 13. 3. 1. q. 4. & 3. p. 80. 10. ad 4.

Non licet plu-ries in die communicare.

quotidie sumat, non debet V pluries in vna die communicare: vt saltem quantùm ad vnam diem repræsentetur vnitas Dominicæ passionis; & vt quantùm ad aliquid reuerentia Sacramento exhibeatur, semel sumendo. *Nec eadem de laico ratio est, quæ de Sacerdote: nam* Sacerdos X est quasi persona publica, & ideò oportet, quòd non solùm pro se, sed etiam pro alijs celebret: & ideò, necessitate cogente, potest pluries in die celebrare. Sed non est eadem ratio de illis, qui non sumunt, nisi ratione sui. *Hinc & ratione mysterij trina in Natali Domini celebratio statuitur: & multis locis, in die animarum præsertim, sicut in Hispanijs, pluries celebrant ex pio Ecclesiæ indulto Sacerdotes. Circa quotidianam communionem, fel. rec.* Innocentij Papæ XI. *recens extat Decretum* sub die 12. Febr. 1679. *Quo monentur Confessarij intùs rimari confitentium conscientias, an in ea sint dispositione, vt quotidie communicent, mulieres potissimùm: quamuis enim fœmineus naturaliter sit sexus deuotus, plurimæ tamen sunt, quæ potiùs ex vsu & occasione (non rarò etiam, vt circumuagentur) quàm ex veræ feruore deuotionis, hoc Sacramentum frequentant.*

X In 4. l. c. ad 1.

Decretum Innoc. XI. circa cõmunionem quotidianam.

r *Postremò super illud Psal.* 110. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus: escam dedit timentibus se; *ab Authore instruimur, quòd* tria Y mirabilia consideranda sunt in corporis Christi perceptione. *Primum mirabile* est, quòd corpus Domini, dum manducatur, non minuitur. Et hoc est contra hæreticos, qui dicunt, quòd si corpus Domini omni monte majus esset, jamdiu clerici illud consummassent. Hujus tam miræ rei, scilicet inconsumptibilitatis corporis Christi in manducatione, triplex est ratio. Prima est quotidiana potestas consecrandi: quia omnibus diebus, & omnibus fidelium locis, & sub tot hostijs, quot sufficiunt fidelibus, verum & vnicum corpus Christi ex præcepto ejus consecrare possumus. Quod pulchrè figuratum est in panibus propositionis, Exod. 25. *Pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.* Sed mensa illa Iudæorum cum panibus defecit. Quid ergo? mentitus est Deus? Absit. Vmbra defecit in Synagoga, veritas manet, nec deficit, in Ecclesia. Sacerdos enim noster *semper* Sacramentum altaris consecrando nutrit, & corpus Christi, quod in illo semper idem est, nunquam manducatione fidelium deficit. Secunda ratio est incorruptibilitas vera corporis hujus, quòd surrexerit glorificatum, immortale, immutabile, & impassibile, nec potest corrumpi, Psalm. 15. *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Vnde cum illud manducamus, non sicut alius cibus corrumpitur, nec mutatur in corpus nostrum: sed influit nobis sine corruptione sui spirituale nutrimentum. Hoc figuratum est 3. *Reg.* 17. vbi pugillus farinæ non defecit in domo viduæ, per multos dies cibans totam familiam, juxta verbum Eliæ. Tertia ratio ad idem est, infinita causa pascendi: qui enim ad illud accedere possunt, pastum sufficienter inueniunt. Hinc fons & lux vera dicitur, Ier. 2. *Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ*; & Ioan. 1. *Erat lux vera &c.* Sicut ergo fons terram rigat, & sine sui diminutione herbas innumeras & arbores nutrit: sic Christus Ecclesiam pascit. Item sicut Sol non deficit, toti Mundo lumen suum communicando: sic nec Christus, Ecclesiam totam pascendo. *Secundum mirabile* in perceptione corporis Domini est, quòd si non manducatur, quodammodo minuitur. Ad cujus intelligentiam sciendum, quòd duo sunt corpora mystica in hoc Mundo, scilicet corpus mysticum Christi, & corpus mysticum diaboli. Corpus mysticum Christi sancta est Ecclesia, tanquam ipsius munda & fidelis Sponsa, cujus ipse Caput est, & singulæ personæ fidelium sine culpa criminali sunt ipsius membra, 1. Cor. 12. *Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa: ita & Christus.* Et 1. Cor. 10. *Vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane participamus.* Corpus diaboli vniuersitas est iniquorum, tanquam illius meretrix adultera, cujus ipse caput est, & singulæ personæ malorum, ejus membra, Iob 41. *Corpus ejus scuta fusilia, compactum squamis se prementibus.* Sicut autem Christus per se & per suos semper studet membra diaboli præscindere, & suis membris incorporare, secundùm illud Act. 10. *Surge Petre, occide, & manduca:* sic diabolus per se & per suos conatur membra Christi tollere, & membris suæ meretricis vilibus vnire, 1. Pet. 5. *Circuit quærens quem deuoret.* Et 1. ad Cor. 6. *Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis?* Q. d. Absit, vt faciam tantum nefas. (Quod tamen heu multi faciunt.) *Non possunt*, inquit Augustinus, *simul esse membra Christi, & membra meretricis.* Nec hi dicendi sunt manducare corpus Christi, scilicet spiritualiter, etsi manducant sacramentaliter. Sed non manducando spiritualiter corpus Christi, & malè viuendo, tollunt Christi membra, & faciunt membra diaboli: & sic diminuunt, quantũ in se est, corpus Christi. Quod enim diabolo in animabus adcrescit, Christo decrescit. Et sic corpus Christi mysticum diminuitur. *Tertium mirabile* in perceptione corporis Christi est, quòd dum manducatur à fidelibus, tunc augmentatur. Quod primò probatur ratione: dum enim manducatur corpus Christi, non ipsum vt alius cibus in manducantem conuertitur: sed è conuerso verè manducans, in illud spiritualiter conuertitur & mutatur. Nam manducantem se Dominus sui corporis mystici membrum facit, & sibi eum incorporans cum suo corpore, quod de Virgine sumpsit, quodammodo vnum efficit, 1. Cor. 12. *Vos estis corpus Christi &c.* Ose. 14. *Conuertentur sedentes in vmbra ejus, viuent tritico*; idest, Dominici corporis Sacramento: & dicitur *in vmbra ejus*, quia dat se ibi, non in sua luce, sed in velamine. Et sic comedentes *conuertentur*, quia in corpus Christi mutabuntur. Et sic patet, dum multi fidelium comedunt corpus Christi, & in illud mutantur & membra ejus efficiuntur, quòd corpus Christi, dum manducatur, augmentatur. Secundò idem probatur similitudine humanæ scientiæ: nam quantò magis homo scientiam suam alijs distribuit, tantò plùs crescit, Matth. 25. *Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum.* Scientia (*ajebat Boetius*) est nobilis animi possessio, quæ amarum dedignatur possessorem. Nisi enim publicetur, elabitur: & distributa suscipit incrementum. Similiter diuina Sapientia incarnata, multis in cibum donata (Eccli. 15. *Cibabit illum Dominus pane vitæ & intellectus*:) sapientes facit, & in se quodammodo conuertit: & sic, dum comeditur, non minuitur, sed augmentatur. Et in hoc Sapientia Dei crescit, dum multos in sapientia crescere facit. *Vnde Apostolus ad Ephes.* 4. Crescamus in illo per omnia, qui est Caput Christus, ex quo totum corpus compactum (*scilicet per fidem*) & connexum (*per charitatem*) in mensuram vniuscujusque membri augmentum corporis facit &c. *Igitur quicunque fidelis ad Eucharistiam accedit, quæ est Sacramentum vnitatis & charitatis*, habet *inquit Augustinus* vbi viuat: habet vnde viuat: accedat, credat, incorporetur, vt viuificetur. Non abhorreat à compage membrorum: non sit putre membrum, quod resecari mereatur: non sit distortum, de quo erubescatur: sit pulchrum, sit aptum, sit sanum. Hæreat corpori, viuat Deo de Deo: nunc laboret in terra, vt postea regnet in Cœlo. *DISCE* ex eodem Augustino *securus accedere: panis est, non venenum.*

Tria in Eucharistiæ perceptione mirabilia.

Y Op. 58. c. 14.

Primum mirabile, quod corpus Domini, dum manducatur, non minuitur.

Hæreticorum blasphemia.

Panes propositionis, Eucharistiæ figura.

Secundum mirabile, quòd si non manducatur, quodãmodo minuitur.

Duo corpora mystica, Christi, & diaboli.

Tertium mirabile, quòd dum manducatur à fidelibus, tunc augetur.

XV.

Digitized by Google

XV. Quantò Sacramentum (Eucharistiæ) est dignius, tantò abusus est periculosior.

In 4. d. 9. 1. 3. q. 1. initio corp.

Indignus ad Eucharistiam accessus.

Z Opusc. 57. In fest. ad Miss.

Triplici ter exponitur illud: *Reus erit corporis & sanguinis Domini.*

A 1 Cor. 11. l. 7. ibi. Op. 58. c. 2. & 3. p. 80. 5. ad 2. ft.

Error quorundam refellitur.

Cur Deus aliqua hic peccata puniat, alia non.

In primitiua Ecclesia indignè communicantes, morbo vel morte corripiebãtur.

I *HVcusque de condigna ad Eucharistiam præparatione: reliquum est, vt quàm grauiter peccent indignè accedentes, quodue illos maneat supplicium, subjiciamus. Quò respexit Author, cum cecinit:*

Mors Z est malis, vita bonis:

Vide, paris sumptionis quàm sit dispar exitus! *Sicut enim qui dignè* manducat hunc panem *Ioan. 6.* viuet in æternum: *ita* qui manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit, *vt dicitur 1. Cor. 11. Qualem autem indignè accedens reatum incurrat, docet Apostolus loco cit.* Quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. *Quod quidem tripliciter exponitur.* Vno A modo materialiter: incurrit enim reatum ex peccato commisso circa corpus & sanguinem Domini, prout in hoc Sacramento continetur, quod indignè sumit: & ex hoc ejus culpa aggrauatur. Tantò est enim ejus culpa grauior, quantò magis est contra quem peccatur, Hebr. 10. *Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit &c.* Secundò exponitur per similitudinem, vt sit sensus: *Reus erit corporis & sanguinis Domini*; idest, mortis Domini pœnas dabit: hoc est, ac si Christum occiderit, punietur, secundùm illud Hebr. 6. *Rursum crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, & ostentui habentes.* Tertio modo exponitur: *Reus erit corporis & sanguinis Domini;* idest, corpus & sanguis Domini facient eum reum. Ita enim bonum malè sumptum nocet, sicut prodest malum, quo quis bene vtitur, sicut stimulus Satanæ Paulo. Per hæc autem verba excluditur error quorundam, dicentium, quòd quàm statim hoc Sacramentum tangitur à labijs peccatoris, desinit sub eo esse corpus Christi. Contra quod est quod Apostolus dicit: *Quicunque manducauerit indignè*: secundùm enim prædictam opinionem nullus indignus manducaret. Contrariatur autem prædicta opinio veritati hujus Sacramenti, secundùm quam tandiu corpus & sanguis Christi manent in Sacramento, quandiu remanent species, in quocunque loco existant. *Prosequitur Apostolus:* Probet autem se ipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. (*Superiùs reatum innuit: nunc pœnam tangit.*) Iudicium sibi manducat, *idest* condemnationem, sicut dicitur Ioan. 5. *Resurgent qui mala egerunt, in resurrectionem judicij*: non dijudicans corpus Domini; *idest*, ex eo quòd non discernit corpus Domini ab alijs, indifferenter ipsum assumens, sicut alios cibos, Leuit. 22. *Omnis homo, qui accesserit ad ea, quæ consecrata sunt, in quo est immunditia, peribit coram Domino.* Ideò inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. *Vbi ex Augustino* considerandum est, quòd si omne peccatum nunc manifestè Deus plecteret pœnâ, nihil vltimo judicio reseruari putaretur. Rursùs, si nullum peccatum nunc puniret, nulla esse diuina prouidentia crederetur. In signum ergo futuri judicij Deus etiam in hoc Mundo pro peccato quosdam temporaliter punit: quod maximè obseruatum videtur in principio legislationis tam nouæ quàm veteris. Legimus enim *Exod. 32.* propter peccata vituli aurei adorati, multa millia hominum perempta. Rursùm legitur *Act. 5.* propter peccatum mendacij & furti, Ananiam & Saphiram interijsse. Vnde & propter peccatum hujus Sacramenti indignè sumpti, aliqui in primitiua Ecclesia puniebantur à Deo infirmitate corporali, vel etiam morte. Vnde dicit: *Ideò*, scilicet in signum futuri judicij, *inter vos multi*, indignè sumentes corpus Christi, sunt *infirmi* corporaliter, *& imbecilles*, idest longa inualetudine laborantes, *& dormiunt multi*, scilicet morte corporali, secundùm quod sumitur dormitio 1. *ad Thess.* 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus. *Eapropter, ne sibi præfata contingant, præuiè adhortatur Apostolus*: Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat &c. *Primò quidem per examen conscientiæ, deinde per contritionem & confessionem: quamuis enim* in necessitate B sufficiat contritio ad sumptionem hujus Sacramenti: regulariter tamen debet confessio præcedere cum aliqua satisfactione.

Ideircò Eucharistiæ sumptionem præcedant conscientiæ examen, contritio, confessio, & satisfactio.

B 1. Cor. lec. c. ibi, Quicunque.

Diuinæ contra indignè accedentes punitionis exempla in figuris.

C Opusc. 9. dist. 71.

D 2 Mach. 2. ibi.

E Op. 58. c. 5. post med. & cap. 15 ab init. & locis mox citandis.

F Matth. 26. lec. c. ibi dedit que 3. p. 80. 6. & 81. 2. In 4. d. 9. 1. 5 q. 1. & 2. & d. 11. 3. 2. q. 1.

G Io. 13 l. 4 ft. Peccatori occulto Eucharistia non deneganda.

Quomodo vita bonis.

H Psalm. 21. à lit. y.

I *Sanè, in hujus figuram legimus 2. Reg. 6.* Extendit Oza manum ad Arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi juxta Arcam Dei: *qua videlicet Manna continebatur, hujus Sacramenti figura. Quòd si figuram illicitè tangens, immò contentiuum figuræ, acriter adeò punitus est à Deo: quantò seueriùs animaduersurum putamus, qui ore polluto figuratum contingunt, & immundo corde recipiunt? De quo & nos moraliter lusimus* C.

Admouet Oza manum: tactâ mox concidit Arcâ.
Quid si sacrum ausus Manna comesse reus?

Ita & 2. Mach. 2. legitur: Et dixit Moyses: coquòd non sit comestum quod erat pro peccato, consumptum est. *Quasi dicat*: Eoquòd D non sit mundè comestum, & non à mundis, & in loco sancto &c. accidit hæc vindicta, *vt habetur* Leuit. 10. *De indignè accedentibus verum habet quod dicitur ex ore Domini Psal. 26.* Appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. *Nam qui se* E permisit manibus malignorum semel crucifigi, permittit se sceleratorum manibus tractari, & inimicorum atque immundorum dentibus in Sacramento lacerari. Hinc hosti & traditori suo Iudæ in Cœna cum alijs dicitur corpus suum dedisse (*sicut quotidie tot peccatoribus exhibet*:) veritatem enim præsentiæ suæ ad instar Solis *oriri facit super bonos & malos*, exhibens se in hoc Sacramento dignis & indignis: licet non ab omnibus effectus suscipiatur æqualis. Nam dignus, effectus bonitatis Dei suscipit, indignus verò seueritatis. *Vide*, paris sumptionis quàm sit dispar exitus! *Et Iudæ inquam corpus suum dedit*: & hoc F vt eum sua benignitate à peccato reuocaret: & daret Ecclesiæ documentum, vt dum esset occultus peccator, non prohiberetur à receptione hujus Sacramenti: homines enim non habent judicare de occultis. *Quod alibi confirmat Author super illud Ioan. 13.* Et post buccellam introiuit in eum Satanas. *Horum enim occasione verborum quærit*: Nunquid G buccellam dare Iudæ, postquam introiuit in eum Satanas, fuit malum? *Et respondet*: Dicendum, quòd non. Sed ipse Iudas, cum esset malus, bono vsus est malè. Sic, cum quis indignè accipit Eucharistiam: quod bonum est, & optimum, malè accipit, & vertitur sibi in malum, quia judicium sibi manducat, *vt dicit Apostolus* 1. Cor. 11. *sicut suprà expositum est. En quomodo sacrosancta Eucharistia* mors est malis, vita bonis. *Vita bonis, de quibus mysticè dicitur Psal. 21.* Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt omnes qui requirunt eum &c. *Edent pauperes*, scilicet H humiles, Sacramentum corporis & sanguinis Christi sacramentaliter & spiritualiter: & ex hoc sequitur triplex effectus spiritualis, scilicet satietas, laus, & vita. Quantùm ad primum dicit: *& saturabuntur*, quia quiescet desiderium suum in plenitudine gratiarum, quam per hoc Sacramentum acquirunt, Psalm. 62. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima*

Cc *mea:*

Digitized by Google

mea: (& Luc.1. *Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.*) Quantùm ad secundum dicit: *& laudabunt Dominum, qui requirunt eum:* nec mirum, quia laus sequitur ex lætitia, Is.51. *Venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum.* Satietas autem causat delectationem, Is.55. *Comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra*, idest in spirituali dulcedine, Psal.41. *In voce exultationis, & confessionis, sonus epulantis.* Quantùm ad tertium dicit: *Viuent corda eorum in seculum seculi*, Ioann. cap.6. *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Vita *ergo* bonis *est Eucharistia. Sed & simul* mors est malis (*vti scelesto contigit Iudæ:* qui I ex vitali medicina sumpsit periculum mortis:) *vnde sequitur:* Manducauerunt omnes pingues terræ: in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram. *Pingues terræ*, idest carnales, *manducauerunt*, scilicet indignè, quia carnales sunt, 1.Cor.15. *Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.* De bonis dixit suprà, quòd *saturabuntur, & laudabunt Dominum, & viuent*, quia venerantur Sacramentum per fidem, quam habent. Sed isti, qui sunt *pingues terræ*, idest in terrenis defixi, non in spiritualibus eleuati, *cadent in conspectu ejus*, scilicet Dei. Isti designantur per vaccas pingues (*de quibus Amos* 4.) Deuter.32. *Incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum &c.* Et bene dicit: *Omnes qui descendunt in terram*, idest qui affectu demerguntur ad terrena: quia, etsi isti videantur stare in conspectu hominum, tamen *in conspectu Dei cadent.* Vel *omnes, qui descendunt in terram*, idest in corruptionem peccati, *cadent: quia peccatum est animæ casus; & quidem mortalis*, 1.Cor.10. Qui se existimat stare, videat, ne cadat.

Quomodo mors malis. I 4.d 11.q.2. q.1. ad 2.

u *Verùm nedum accedens indignè mortaliter peccat* (*vt docemur* L.) *sed & grauissimum sacrilegium admittit.* Nam species M sacrilegij, quæ circa res sacras committitur, diuersos habet gradus secundùm differentiam rerum sacrarum: inter quas summum locum obtinent ipsa Sacramenta, quibus homo sanctificatur, quorum præcipuum est Eucharistiæ Sacramentum, quod continet ipsum Christum. Et ideò sacrilegium, quod contra hoc Sacramentum committitur, grauissimum est inter omnia. *An verò omnium sit peccatorum grauissimum? Respondet Author, quòd* peccatum N aliquod habet grauitatem dupliciter. Vno modo ex ipsa specie peccati, quæ sumitur ex objecto: & secundùm hoc, grauius est peccatum, quod contra diuinitatem committitur, putà infidelitas, blasphemia, vel aliquid hujusmodi, quàm quod committitur contra humanitatem Christi. Vnde & ipse Dominus Matth.12. *Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei.* Et iterùm: grauius est peccatum, quod committitur contra humanitatem Christi in propria specie, quàm sub specie Sacramenti. Alio modo grauitas peccati attenditur ex parte peccantis. Magis autem peccat qui ex odio aut inuidia, vel ex quacunque malitia peccat, sicut peccauerunt illi, qui Christum crucifixerunt, quàm qui peccat ex infirmitate, sicut interdum peccant illi, qui indignè sumunt hoc Sacramentum. (*Ex quo* O peccatum in quibusdam potest esse grauius, sicut in his, qui ex actuali contemptu cum conscientia peccati ad hoc Sacramentum accedunt: in quibusdam verò minùs graue, putà in his, qui ex quodam timore, ne deprehendantur in peccato, cum conscientia peccati accedunt.) Non ergo per hoc, quòd aliquis dicitur *reus corporis & sanguinis Domini*, intelligitur, quòd peccatum indignè sumentium comparetur peccato occidentium Christum secundùm æqualitatem, sed secundùm similitudinem speciei: quia vtrunque est circa eundem

Indignè accedens nedum mortaliter peccat, sed & grauissimum sacrilegium committit. L 3.p.80.q.4. & 7. In 4.d.9.1.3 q.1. & a.4. & 1. Cor. 11. l.7.

M 2.2.q.99.3. c. & 154.10. ad 3.

An illud sit omnium peccatorum grauissimum. N 1 Cor. 11. l.7. ibi, *reus erit*. sup. 8.5. c. & ad 1. In 4.d.9.1.3.q.1.

O 3 p.80.5. & 6. In 4.1.6.

Christum. *Quo sensu pariter exponitur quod ait Hieronymus ad Sacerdotem fornicatorem*: ò Iuda, osculo Filium hominis tradis? *Dicendum namque*, quòd fornicator P accipiens corpus Christi comparatur Iudæ Christum osculanti quantùm ad similitudinem criminis, quia vterque ex signo charitatis Christum offendit: non tamen quantùm ad criminis quantitatem. Hæc autem criminis similitudo non minùs competit alijs peccatoribus, quàm fornicatoribus: nam & per alia peccata mortalia agitur contra charitatem Christi, cujus signum est hoc Sacramentum; & tanto magis, quantò peccata sunt grauiora. Secundùm quid tamen peccatum fornicationis magis reddit hominem ineptum ad perceptionem hujus Sacramenti, in quantùm scilicet per hoc peccatum spiritus maximè carni subjicitur: & ita impeditur feruor dilectionis, qui requiritur in hoc Sacramento. *Num verò infidelis magis peccet, quàm fidelis, indignè sumendo? Respondet Author*, quòd indignè manducare Q est duo peccata considerare, scilicet peccatum, quo indignus quis redditur ad manducandum: & peccatum, quo indignè manducat. Quia ergo peccatum infidelitatis est grauius cæteris peccatis, ideò infidelis manducans indignior est ad manducandum: sed quia non credit illud, quod sumitur, esse tantæ dignitatis, quantæ est, ideò non tantum peccat in abusu: quia ignorantia infidelitatis, quamuis non excuset sequens peccatum à toto, excusat tamen à tanto, vt patet de peccato occidentium Christum: *Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent*, vt dicitur 1.Cor.2. & per hanc ignorantiam, eorum peccatum alleuiatum est, vt dicit *Anselmus*. Et Paulus de seipso dicit 1. ad Tim.1. *Misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Et ideò infidelis indignior manducat, sed peccator fidelis magis indignè. *Vnde Apostolus ad Hebr.*10. Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit &c. *de quo inferiùs. Neque ratione scandali debet peccator fidelis adhoc tam facilè Sacramentum accedere: debet enim* potiùs R eligere, vt abstinendo reddatur suspectus, quàm communicando manducet indignus. *Quin potiùs* se S debet dimittere ab Ecclesia excommunicari, quàm cum proposito peccati corpus Christi sumat. Hinc est T quòd indignè communicantes tria mala sequuntur, scilicet magna culpa, magna Dei offensa, & multiplex plaga. Magna culpa, Ier.11. *Quid est, quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas?* Quasi diceret: Non auferunt, sed augmentant. (*Norent Sacerdotes minùs pij.*) Et ratio (*præ cæteris*) culpæ illorum est maxima ingratitudo. Quæ enim potest esse major, quàm si quis habens Dominum, à quo accepisset quicquid boni haberet, & ipsum insuper morte sua de suspendio liberasset: eundem Dominum in stabulum immundissimum duceret, & ibi conculcaret? Tanta ingratitudine peccant qui corpus Domini sumunt in peccato mortali, Psalm 55. *Conculcauerunt me inimici mei tota die*; & Hebr.10. *Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia qui Filium Dei conculcauerit &c.* (Conculcat V Christum qui eo indignè communicat.) Non minùs ait Augustinus *est detestabile, in os pollutum, quàm in lutum mittere Dei Filium.* Secundum malum istorum est magna Dei offensa, 1.Reg.2. *Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?* Quantò major gloria *ex glossa* tantò major offensa, *Sacerdotum præsertim*, Malach.1. *Ad vos, ò Sacerdotes, qui despicitis nomen meum: offertis super altare meum panem pollutum.* Aperit *inquit glossa* causas offensæ, quòd pollutum panem offerunt. Polluit enim panem, idest corpus Christi, qui indignè accedit

Sacerdos fornicator Iudæ assimilatur. P 3.p.80.a.ad 2. In 4.d.9.1.3.q.1.

Peccatum fornicationis secundùm quid magis reddit ineptum hominem ad Eucharistiæ sumptionem.

Q In 4.d.9.a.3 q.4.c. & 3. p.l.c.

Num magis peccet infidelis sumens, quàm fidelis.

Non tam facilè ad hoc peccator accedat Sacramentum, ratione scandali.

R In 4.d 9.1.3 q.1. ad 3. S 4.d 9 1 3 q 1. ad 3.

Potius patiatur excommunicari, quàm indignè sumat.

T Op.58 c.18 & 20.

Magna culpa est indigna sumptio, ob ingratitudinem.

V Hebr. 10. l. 3. ibi.

Magna Dei offensa.

Digitized by Google

accedit ad altare; & mensam Domini, si non scelerata voce, scelerato opere despicit: & dum sacramenta violantur, ipse, cujus est Sacramentum, violatur. Tertium malum istorum est multiplex plaga, Hebr. 10. cit. *Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia &c.* Hæc supplicia possunt dici triplices plagæ. Prima, multa damna spiritualium bonorum: secunda, sterilitas terræ, siue caritas temporalium: tertia, pestes corporum, & strages hominum. De prima Thren. 1. *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus: quia vidit Gentes ingressas Sanctuarium tuum, de quibus præceperas, ne intrarent in Ecclesiam tuam.* Hostis antiquus *ait glossa* ad desiderabilia Ecclesiæ manum mittit, & spiritualem ornatum aufert in membris suis, fidem contaminans, baptismа rescindens, idest gratiam in baptismo datam, doctrinam corrumpens &c. Et causa tanti mali redditur, *quia Gentes*, idest carnem amantes, & Christi circumcisionem non habentes, ministri altaris efficiuntur. De secunda plaga Deut. 28. *Si audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt facias omnia mandata ejus, venient super te omnes maledictiones istæ. Maledictus fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium. Mittet Dominus super te famem, & esuriem, & increpationem in omnia opera tua.* Hæ plagæ venient, si audire nolueris vocem Domini, præcipuè de corpore Domini non indignè tractando, secundùm illud Leuit. 21. *Homo, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium ejus* (notent clerici & Sacerdotes) vnde Genes. 3. *Quia comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes: maledicta terra in opere tuo: spinas & tribulos germinabit tibi.* De tertia plaga 1. Cor. 11. *Qui manducat indignè, judicium sibi manducat*; idest, ad judicium mortis se obligat: & multi alij propter scelus vnius sæpe feriuntur, vnde sequitur: *Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi*, scilicet somno mortis (*vt & superiùs exponebatur*) vel Dei verbere, vel præliorum aduersitate, *Psal. 77. & Num. 11.* Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat hujusscemodi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plagâ magnâ nimis. *Si ergo spiritualibus destituuntur interdum bonis fideles, si caritatis sustinent damna, si bellorum cladibus affliguntur, si pestifera tabescunt lue: fixè perpendant, an aliqui fortasse sint Christi corporis & sanguinis rei. Et inde vnusquisque edoctus, antequam ad altare accedat, ejusdem Pauli hortamenta sectando*, probet se ipsum, ne sibi judicium manducet. (*Christus enim in Sacramento altaris justus præsidet judex, juxta illud 3. Reg. 8.* Si peccauerit homo, & venerit coram altari tuo in domum tuam, judicabis seruos tuos, condemnans impium, & reddens viam tuam super caput ejus; justificansque justum, & retribuens ei secundùm justitiam suam.) *Vnde & subdit*: Quòd si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique judicaremur. *Dijudicaremus*, redarguendo scilicet X & puniendo peccata nostra: *non judicaremur*; idest, non puniremur à Domino, neque postmodum in futuro, neque etiam in præsenti. *Dum judicamur autem à Domino*, idest dum in hoc Mundo punimur, *corripimur*; idest, hoc fit ad correctionem nostram, dum scilicet quilibet propter pœnam, quam sustinuit, à peccato recedit; & hoc ideò, *vt non cum hoc Mundo damnemur*, cum hominibus scilicet mundanis æterna damnatione in futuro. *Quod maximè timendum est. Idcircò dicebat initio Author*: Quantò Y Sacramentum est dignius, tantò abusus est periculosior. *Et concludit Apostolus Hebr. 10.* Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.

Multiplex ex indigna sumptione plaga.

X 1. Cor. 11. l. 7. ibi.

Y 3. d. 9. 1. 3. q. 1. init. c. *Quantò Sacramentum dignius, tantò abusus periculosior.*

Moralitas ad hæc.

x *Nec tamen absterreantur hinc homines, Sacerdotes præsertim minùs pij, qui immò Iudæ sequaces proditoris, Christum Dominum in Sacramento labijs impuris osculando tradunt, ne dicam (vt prætactum est) iterum ad altare crucifigunt, Hebr. 6.* Rursùm crucifigentes sibimetipsis Filium Dei: (*nam Eucharistiæ sacrificium, memoriale passionis Christi est:*) *de quibus Hieronymus*: Quid tibi Z cum fœminis, qui ad altare cum Deo fabularis? Dic Sacerdos, dic clerice, qualiter eisdem labijs Filium Dei oscularis, quibus osculatus es labia meretricis. O' Iuda, osculo Filium hominis tradis? *Idem dic de laicis plurimis, siue viris siue fœminis, qui tempore Paschali ad Sacram accedunt Synaxim, nondum æri ad inimicos odio è cordibus amoto: cum tamen Matth. 5. dicatur:* Vade priùs reconciliari fratri tuo; & tunc veniens offeres munus tuum. *Est enim Eucharistia Sacramentum charitatis, & pacis. Accedunt, inquam, nondum ad fornicariam, siue fornicarium respectiuè, impuro affectu deposito: cum tamen legatur Matth. 6.* Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet (*sicut indignè accedens Christum contemnit in Sacramento.*) *Nihilominus*, ne contristet delicias ejus, *delicias sibi subtrahit spirituales, quas cœlestis hic præbet panis*: Pinguis est *enim* panis Christi, & præbebit delicias regibus: *laqueum animæ injiciens inextricabilem, vnde viam nunquam inuenit pœnitentiæ. Et quidem maximum absurdum est, vt qui per baptismum membrum fit Christi, in Sacramento Eucharistiæ, vbi per charitatem magis Christo adhærendum esset, membrum fiat abominabile meretricis. Quod exaggerat Paulus 1. Cor. 6.* Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. *Tollens membra Christi*, idest A injustè subtrahens seruitio Christi, cui debent deputari; *Exhibeatis membra vestra, arma justitiæ Deo*, ad Rom. 6. *faciam, membra meretricis* esse, fornicando? *Absit*: hoc enim est horrendum sacrilegium, *Sacerdotum præcipuè.* Non *enim* potestis (*inquit Apostolus 1. Corinth. 10.*) mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum: *qualis est, cum indignè Eucharistia suscipitur. Quod quidem adumbrari videtur 1. Reg. 5. vbi legitur, quòd* Philisthijm tulerunt arcam Dei (*Manna continentem*,) in Azotum, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam juxta Dagon. *At vide, quid euenerit.* Aggrauata est manus Domini super Azotios, & demolitus est eos &c. *Et hoc est, quod dicitur Psalm. 68. & Rom. 11.* Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum &c. *Sed & hoc mysticè minatur Spiritus Sanctus, Eccli. 1.* Attende, ne adducas animæ tuæ inhonorationem, & reuelet Deus absconsa tua, & in medio Synagogæ elidat te, quoniam accessisti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo, & fallacia. *Idcircò quisquis est, cui ob culpam Manna hoc sacratissimum desipit, videat, ne ab antiquo serpente spiritualiter interficiatur, vti contigit filijs Israel* Num. 21. *vbi vix leguntur dixisse*: Anima nostra jam nauseat super cibo isto; *mox subjicitur*: Quamobrem (*ecce causa*) misit Dominus in populum ignitos serpentes: ad quorum plagas & mortes plurimorum &c. 1. Cor. 11. Et dormiunt multi. *Verùm, sicut ingens peccatum est indigna Sacramenti susceptio: ita culpam non parùm aggrauat, statim à communione peccare. Id quod innuitur* Matth. 26. *quando Apostoli, Domini passione appropiante, relicto eo omnes fugerunt. Quod præuidens Dominus, dixit ad eos*: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. *Vbi Author*: Aggrauatur (*inter cætera*) peccatum B discipulorum appropinquatione temporis, quia post tantas monitiones, post Sacramenti susceptionem, reliquerunt. Vnde jam obliti erant quæ fecerat eis. Hinc bene comparati sunt *viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo: considerauit enim se, & abijt: & statim oblitus est qualis fuerit*, vt dicitur Iac. 1. *Non secus & de* quo-

Z 3. p. 80. 5 art. 2.

A 1. Cor. 6. l. 3 ibi.

Culpam aggrauat, statim à communione peccare: & indispositionem accedentis indicat.

B Matth. 26. lit. c. ibi.

quocunque est, qui post susceptum Sacramentum, nedum eodem die, sed & hora eadem, ad peccatum redit, ac si corpori & sanguini Christi non communicasset: ex quo indubitanter ejus culpa aggrauatur; deprehenditur immò, vel non plenè præterita crimina detestatus, vel nulla prorsus deuotione accessisse: quod memoriam non prætereat accedentis. Itaque concludamus cum Chrysostomo: Ad terribilem mensam nullus Iudas, nullus malignus, nullus fictus accedat, nullus fucato animo. Pura igitur sit mens, pura cogitatio: quia & sacrificium purum est.

S. Catharina Senensis.

Pura sanè fuit mens Seraphicæ Catharinæ *Senensis, quæ ideò* inuenta est à die cinerum vsque ad Ascensionem Domini jejunium perduxisse, sola Eucharistiæ communione contenta.

S. Rosa.

Pura fuit cogitatio Rosæ *Virginis Limanæ*, cujus deuotioni, ne quotidie Sacro abesset, ita diuina bonitas prospexit, vt interiecto pariete non obstante, ac si personaliter præsens esset, sacrificijs interfuerit.

S. Raymundus Nonnatus.

Purum fuit cor Raymundi *Nonnati, qui morti jam proximus*, cum Sacerdos diutiùs tardaret, Angelorum ministerio, sub specie Religiosorum sui Ordinis apparentium, salutari Viatico refectus fuit. *Et hanc mentis cordisque puritatem enixè nos quoque postulemus à Deo, vt ad diuinissimæ Eucharistiæ mensam qua par est munditia accedamus: quam nobis Christus æterna sapientia parauit, Prou.9.* Miscuit vinum, & proposuit mensam suam. *Proposuit inquam, ad conuiuandum inuitans:* Venite, comedite panem meum: & bibite vinum, quod miscui vobis. *Cui bene respondet illud Psalm.22.* Parasti in conspectu meo mensam aduersùs eos, qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quàm præclarus est!

C Ps. 22. lit. b. Serm. ex Ep. in Fest. S. Ioa. Apost. Opusc. 58. c. 1.

Triplex mensa in Sacra Scriptura.

Parasti in conspectu meo mensam, sacramentalem scilicet C altaris. Triplex enim mensa legitur in Sacra Scriptura. Prima est mensa veteris legis, Exod. 25. *Facies mensam de lignis Setim: & pones super mensam panes propositionis: (ad figurandum vtique Angelicum Eucharistiæ panem.)* Alia est noui Testamenti, 1. Cor. 10. *Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum.* Tertia mensa est in Patria, Luc.22. *Vt edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo.*

Mensa Eucharistiæ præsidium contra hostes nostros.

In mensa autem Sacramentali pugnamus contra inimicos nostros; vnde subditur: *aduersùs eos, qui tribulant me.* nam corpus Christi contra inimicos turatur, vt dicit *Chrysostomus* super Ioannem: (*Et vires addit ac robur*, l. 3. Omne robur panis; *vnde & ab Ecclesia canitur:* Bella premunt D hostilia *Mundi, Carnis, & Dæmonis:* da robur, fer auxilium.

D Op. 57. Hym. ad Laud.

Dat robur inquam & vires: ex quo Sanctus Author, cujus summa in Eucharistiam deuotio, & fides, in officio Sacramenti tam piè quàm sapienter concinnato satis ostenditur, vt sibi *in extremo morbo* allata fuit, etsi fractis viribus esset, humi se dejecit, & cum lacrymis adorans accepit.) *Impinguasti in oleo caput meum*, idest mentem meam, *oleo*, idest spirituali deuotione (*quæ scilicet ad Eucharistiam sumendam exigitur.*) *Et calix meus inebrians*, idest sanguis Christi, quia *præ spirituali mentis dulcedine* debet inebriare, (*Cant.5.* Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi:) *quàm præclarus est!* idest, maximè clarus.

E 1. Cor. 10. l. 3. ibi. calicem. & Opusc. 58. à cap. 27.

Et alibi: Calix E fructuosus, quia ad bibendum spiritualiter pretiosus: quia Domini, specialiter purus & mundus: quia non datur immundis vtiliter. *Igitur* ad terribilem mensam accedentis (*vt ex Chrysostomo præmittebamus est*) pura sit mens, pura cogitatio, quia & sacrificium purum est. *Idcircò enim ad exemplum nostrum pedes lauit Dominus discipulorum (per quorum sordes, venialia etiam minima, vt supra ex Authore docuimus, significantur) quia ex* D. Anselmo *purissimum corporis & sanguinis Christi erant Sacramentum sumpturi.*

Christus quidonam lauerit pedes discipulorum.

Neque enim post cœnam, sed inter cœnandum lauit; vnde & post ablutionem iterum ad mensam resedit (*Io.13.* Cum recubuisset iterum:) *& tunc suum dedit corpus discipulis, nec traditore submoto, cui & intinctum panem in proditionis signum porrexit, vt sentit cum* Augustino *Author: post cœnam deinde, in qua diu no corpore fuerant refecti, tribuit & sanguinem suum, vt habetur Luc.22. & 1. Corinth.11.* Similiter & calicem, postquam cœnauit &c. *Neque obstat de ablutione quod dicitur Ioa.13.* Et cœnâ factâ: *hoc siquidem intelligendum est de cœna legali: post hanc enim lauit Christus pedes Apostolorum; quibus ablutis, ad mysticæ mensam cœnæ resedit, Eucharistiæ instituens Sacramentum, discipulisque distribuens: in eadem quippe Cœna* vetus testamentum (*quod ait Leo Papa*) consummabat, & nouum Pascha condebat. *Quòd si Apostoli Christi, pedum ablutione indiguerunt: quantò magis ante Eucharistiæ sumptionem necessaria nobis erit purificatio, qui nouis quotidie maculis inquinamur? Faxit Deus, vt de hac sacra mensa hìc refecti, ad futuræ mensam gloriæ, cujus illa pignus est, sempiterna diuinitatis fruitione repleamur. Hæc sunt, quæ compendiosè de ineffabili Eucharistiæ Sacramento ex Authore collegimus: cum tamen plura, & adhuc plura supersint dicenda: quæ fusiùs videantur* H. *DISCE, nonnisi mundos corde Deum hìc & in Patria degustare. Vide* Christi Passio, Mors, Sanguis: Ecclesia: Missa, Sacerdos, Sacramentum *Tom.3.*

H 3. p. q. 73. 1. 4. à q. 8. Op. 58. Ioa. 6. 1. Cor. 11. al. 4. & item. G. à c. 61.

EVSTOCHIA. Vide CONSILIVM.
EXCÆCATIO. Vide DEVS, PECCATVM.

EXCOMMVNICATIO.

XVI. *Hereticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, ad Tit. 1.* Ratio deuitationis est: quia cum errante agendum à principio, vt corrigatur, Matth. 9. *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus.* Et ideò non est dimittendus, quousque videatur, si curari poterit: sed si non potest sanari, tunc est dimittendus. *Ad Tit. 1. l. 2. ibi.*

Excommunicatio pœna Ecclesiæ potissima.

y EXcommunicatio, *Ecclesiastica & quidem potissima pœna est, quæ alio nomine* anathema *vocatur, & separationem signat, ad Galat. 1.* Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis: *anathema* sit. *Et cum addito* anathema maran-atha *dicitur 1. ad Cor. 16.* Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit *anathema, maran-atha.*

Anathema maran-atha quid significet.

Maran-atha *vox est Syriaca, & significat* Dominus veniet, *vel* venit, *siue* donec veniat Dominus, *vel* in aduentum Domini. *Igitur sit anathema maran atha*; quasi I dicat: sit separatus, vel excommunicatus in aduentu Domini.

I 1. Cor. 16. fi.

Appellatur etiam spiritualis Ecclesiæ gladius, ad continendos in officio fideles, prauosque absterrendos: nam pestilente flagellato *Prou.19.* stultus sapientior erit. *Vnde & à Sacro Tridentino Concilio neruus dicitur disciplinæ Ecclesiasticæ, cum sess.25. de ref. c.3. ait:* Quamuis excommunicationis gladius neruus sit Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valdè salutaris: sobriè tamen, magnaque circumspectione exercendus est: cùm experientia doceat, si temerè aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari; & perniciem potiùs parere, quàm salutem.

Non facilè excommunicatio fulminanda.

Finis excommunicantis Ecclesiæ salus animæ.

Quæ sola tamen piæ Matris Ecclesiæ excommunicantis præcipuus est finis, exemplo Apostoli, qui postquam Corinthium illum excommunicauit 1. Cor. 5. *subjecit:* Vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi, *scilicet*, vt peccatorum L turpitudinem cognoscens confundatur, & pœniteat, & sic sanetur, *secundùm illud Ier.31.* Confusus sum, & erubui: quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. *Idcircò non*

L 1. Cor. 5. l. 1. fi.

tam

Bina saltem præmittenda admonitio.

tam facilè à Prælatis ferenda excommunicatio est, sed maturè maturiùsque res priùs discutienda. Vnde & binam saltem decreuit Ecclesia canonicam monitionem præmitti: quod ad majorem judicis maturitatem, & ad rei (si fieri potest) de admisso delicto resipiscentiam, rationabiliter facit, ab Apostolo edocta ad Tit.3. Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita. *Hinc soli contumaces anathematis fulmine feriendi. Quod vtrunque idem statuit Concilium, cum ibidem subdit:* Quòd si executio realis, vel personalis in causis judicialibus, & etiam criminalibus fieri non poterit (*modo ibi præscripto*) sitque erga judicem *contumacia*: licebit judici hoc spirituali gladio in delinquentes vti: si tamen delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione, etiam per edictum, id postulet. *Vt innuat eodem tempore, nonnisi pro mortali culpa excommunicationem ferendam*: quia M justè excommunicari quis non potest, nisi pro culpa mortali, *saltem inobedientiæ. Vnde Apostolus* 1. Cor. 5. cit. *solùm mortaliter peccantes nominat, quibuscum commisceri, & cibum sumere vetat*: Scripsi vobis, si quis fornicator est, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum ejusmodi non commisceri nec cibum sumere. *Vbi Author*: Apostolus *inquit* non N numerauit, nisi peccata mortalia, in signum, quòd pro solo peccato mortali debet aliquis excommunicari. *Ex quo sequitur, quòd* quia O peccatum in actu consistit: actus autem non est communitatis, sed singularum personarum vt frequentet: ideò singuli de communitate excommunicari possunt, non autem ipsa communitas. Et si etiam quandoque actus sit totius alicujus multitudinis (vt quando multi nauim trahunt, quam nullus trahere posset) non tamen est probabile, quòd aliqua communitas ita tota ad malum consentiat, quin aliqui sint dissentientes. Et quia non est Dei, qui judicat omnem terram, vt condemnet *justum cum impio*, vt dicitur *Genes.* 18. ideò Ecclesia, quæ judicium Dei imitari debet, satis prouidè statuit, vt tota communitas non excommunicetur, ne collectis zizanijs, simul eradicetur & triticum, *vt dicitur Matth.* 13. *Consequenter verò*, quia P excommunicatio est grauissima pœnarum; pœnæ autem medicinæ sunt, secundùm Philosophum *in* 2. *Ethic.* Sapientis autem medici est à leuioribus medicinis incipere, & minùs periculosis: ideò excommunicatio infligi non debet pro peccato mortali, nisi quis contumax fuerit vel non veniendo ad judicium, vel ante terminationem judicij sine licentia recedendo, vel determinationi non parendo. Tunc enim, postquam monitus fuerit, si obedire contempserit, contumax reputatur, & excommunicari debet à judice, jam non habente quid contra ipsum faciat ampliùs. *Id quod ajebat initio Author, conformiter ad Tridentinum cit.* Cum errante Q agendum à principio, vt corrigatur. Et ideò non est dimittendus, quousque videatur, si curari poterit. Sed si non potest sanari, tunc est dimittendus; *hoc est, satanæ tradendus per sententiam excommunicationis. Et huc facit quod habetur Apoc.* 3. Quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo: *videlicet* (*ex glossa*) excommunicando R & à consortio Sanctorum remouendo. In vomitu autem est expulsio quædam (*subjicit ibi Author*) cum difficultate & dolore. Item vomitus fit causa medicinæ, siue sanitatis corporis, & quodammodo inuitè. Sic excommunicatio debet fieri, non ad vindictam, sed ad medicinam (*vt spiritus saluus sit, ex Apostolo*) non libenter, sed quasi coactè. Item vomitus, quando nimius est & continuus, mortem non salutem inducit. Sic excommunicatio, quando generalis est & frequens, non salutem animarum, sed mortem inducit. *Discant hinc Prælati non tam facilè, nec frequenter, sed rarò, & nonnisi ex necessitate, ad extremum ex Tridentino remedium, excommunicationis gladium euaginare. Quoniam verò docemur, quòd* injusta S excommunicatio charitatem alicui auferre non potest, cum sit de maximis bonis, quæ non possunt alicui inuito auferri: *datur quærendi locus, an injusta excommunicatio liget, suumque verè sortiatur effectum? Ad quod respondet Author, quòd* excommunicatio T potest dici injusta dupliciter. Vno modo ex parte excommunicantis, sicut cum ex odio vel ira excommunicat: & tunc excommunicatio nihilominus habet effectum suum, quamuis ille, qui excommunicat, peccet: quia iste justè patitur, quamuis ille injustè faciat. Alio modo ex parte ipsius excommunicationis: vel quia causa excommunicationis est indebita, vel quia infertur sententia, juris ordine prætermisso. Et tunc, si sit talis error ex parte sententiæ, qui sententiam nullam faciat esse, non habet effectum, quia non est excommunicatio. Si autem sententiam non annullet, habet effectum suum; & debet excommunicatus humiliter obedire, & erit ei ad meritum vel absolutionem petere ab excommunicante, vel ad superiorem judicem recurrere: si autem contemneret, eo ipso mortaliter peccaret. Contingit autem quandoque, quòd est debita causa ex parte excommunicationis, quæ non est debita ex parte excommunicati: sicut cum aliquis pro falso crimine in judicio probato excommunicatur. Et tunc, si humiliter sustinet, humilitatis meritum recompensat excommunicationis damnum.

Ferenda pro sola mortali culpa.

M 4.d.18.2.1.q.1.ad 2.& q.3.c.& a.3.q.2.c.

N 1.Cor.5.l.3.ibi.& 2.Thess.3.l.1.ibi, vt subtrahatis.

Singulæ personæ, non communitates excommunicari possũt, & quare.

O 4.d.18.2.q.q.2.c.Quol.10.a.15.ad 1.

Nonnisi in contumaces feratur.

P 4.d.18.2.1.q.3.c.Quol.4.l.c.& Quol.12.a.vlt.

Q Ad Tit.1.l.2.

R Apoc.3.tom.2.& 1.ibi.

S 4.d.18.2.1.q.1.ad 2.

An injusta excommunicatio suum habeat effectum.

T 4.loco cit.a.1.q.4.c.

Dupliciter potest dici injusta.

2. *Porrò præcipuus excommunicationis effectus est à communione sacramentorum separatio atque fidelium. Et vmbram quidem separationis ejusmodi legimus habuisse Iudæos, qui à Synagoga Christum confitentes excludebant, non secus ac fidem Christi abnegantes ab Ecclesia excluduntur. Vnde super illud Ioann. Epist. can.* 3. Et de Ecclesia eijcit, *inquit ex glossa Author*: Hæc V excommunicatio manifestum errorem continens, non ligabat. Talis erat excommunicatio Iudæorum *Ioan. cap.* 9. Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur Christum, extra Synagogam fieret. *Hinc & cap.* 16. *ipse Dominus ad discipulos dicebat*: Absque Synagogis facient vos. *Veruntamen* aliquis X potest extra Ecclesiam fieri per excommunicationem dupliciter. Vno modo, ita quòd separetur tantùm à participatione Sacramentorum: & hæc erit excommunicatio minor. Alio modo ita quòd excludatur & à participatione Sacramentorum, & à communione fidelium: & hæc erit excommunicatio major. Quæ diffinitur, quòd sit *separatio à communione Ecclesiæ quoad fructum, & suffragia generalia*. Non autem potest esse tertium, scilicet quòd excludatur à communione fidelium, & non à participatione Sacramentorum, quia scilicet fideles in Sacramentis communicant. Sed communicatio fidelium est duplex: quædam in spiritualibus, sicut mutuæ orationes sunt, & conuentus ad Sacramenta percipienda: quædam in corporalibus actibus legitimis. Qui quidem legitimi actus, & licita communio, his versibus continentur:

Si pro delictis anathema quis efficiatur,
Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Os, scilicet ne detur osculum: *Orare*, ne cum excommunicatis oremus: *Vale*, ne salutemus: *Communio*, ne scilicet in Sacramentis cum ipsis aliquis communicet: *Mensa negatur*, ne aliquis cum eis comedat. (*Quod tangit & Ioannes in sua secunda Can. cum ait*: Si quis &c. nolite recipere eum in domum, nec *Aue* ei dixeritis. *Exponitur enim* Nolite recipere eum in domum, *idest* in Ecclesiam Y ad orandum, vel communicandum: vel *in domum*, idest in hospitium ad mensam priuatam. In hoc autem, quòd dicit, *nec Aue ei dixeritis*, osculum pacis intelligitur, & priuata salutatio: solent enim

Excommunicationis vmbra apud Iudæos.

V Io.Ep.can.3.ibi.

X In 4.d.18.2.1.q.1.c.& 1.Cor.5.l.3.ad Tit.3.l.2.

Quid minor excommunicatio.

Quid major. Ejus diffinitio exponitur.

Fidelium communicatio duplex.

In quibus actibus communicatio vetetur cum excommunicatis.

Y Ioan.Epist.can.2.

Digitized by Google

hæc se concomitari; vnde vno remoto, remouetur & aliud.) Præmissa ergo diffinitio importat separationem à Sacramentis, in hoc quod dicit, *quoad fructum:* & à communione fidelium, quantùm ad spiritualia, in hoc quod dicit, *& suffragia generalia Ecclesiæ.*

Alia diffinitio.

Alia autem diffinitio inuenitur, quæ datur secundùm separationem ab vtrisque actibus: quæ talis est: *Excommunicatio* est à qualibet licita communione, & legitimo actu separatio.

Z *Quol.* 11. a. 9. int. corp.

Quoniam verò aliquis Z per excommunicationem separatur à communione fidelium, non autem hominum, nisi per accidens, quia in tantum separatur à communione hominum, in quantùm conuenit separari à communione fidelium: *in præfatis communicatiuis actibus cum excommunicato participans* non semper A peccat mortaliter, sed solùm quando in crimine sibi participat, vel in diuinis, vel in contemptum Ecclesiæ.

A 4. d. 18. a. 4. q. 1. fi. c. & *Quol.* cit.

Quandonam præfata communicatio sit mortalis.

B 4. l. c. a. 4. q. 1. c.

In quibus liceat communicare.

Cæterùm, quia B Ecclesia (*vt prætactum est*) excommunicationem ad medelam, & non ad interitum inducit: excipiuntur ab hac generalitate quædam, in quibus communicare licet; scilicet in his, quæ pertinent ad salutem: quia de talibus homo licitè cum excommunicato loqui potest, & etiam alia verba interserere, vt faciliùs salutis verba ex familiaritate recipiantur. Excipiuntur etiam quædam personæ, ad quas specialiter pertinet prouisio excommunicati, scilicet vxor, filius, seruus, rusticus, & seruiens. Sed intelligendum est de filijs non emancipatis: aliàs tenerentur vitare patrem: de alijs autem intelligitur, quòd licet excommunicato communicare, si ante excommunicationem se ei subdiderunt; non autem, si post. Sunt etiam quidam casus excepti: sicut quando ignoratur excommunicatio, & quando aliqui sunt peregrini & viatores in terra excommunicatorum, qui licitè possunt ab eis emere, vel etiam accipere eleemosynam. Et similiter, si aliquis videat excommunicatum in necessitate, quia tunc ex præcepto charitatis tenetur ei prouidere. Quæ his versibus continentur:

Hæc anathema quidem faciunt ne possit obesse,
Vtile, Lex, Humile, Res ignorata, Necesse.

vt *Vtile* referatur ad verba salutis, *Lex* ad matrimonium, *Humile* ad subjectionem: cætera patent.

An ij, de quorum excommunicatione dubitatur, sint euitandi.

C *Quol.* 4. a. 14. c.

a *An verò ij, de quorum excommunicatione dubitatur, sint euitandi: docemur*, quòd dubitatio C de excommunicatione aliquorum aut præcedit sententiam judicum, aut sequitur. Si præcedit, putà cum nondum est declaratum per judicum consensum, aliquos esse excommunicatos, non sunt vitandi, quousque certo judicio terminetur. In hoc enim casu, certum est, quòd in mitiorem partem interpretari debemus. Vnde & Deut. 17. dicitur: *Si difficile & ambiguum apud te judicium esse perspexeris, & judicium intra portas tuas videris verba variari: venies ad Sacerdotes, & ad judicem: quæresque ab eis, & facies quodcunque dixerint.* Sed si ambiguum oriatur post concordem judicum determinationem, magis standum est sententiæ judicum duplici ratione. Primò quidem, quia judices solicitiùs discutientes negocium, pleniùs possunt percipere veritatem, etiamsi sint minùs periti, quàm alij, qui perfunctoriè constituuntur & extraordinariè. Secundò quia hoc esset magnum nocumentum vtilitatis communis status hominum, si sententiæ non staretur, sed quilibet pro suo libito vellet sententiæ calumniam ingerere; & sic litigia essent interminabilia. Et ideò in tali casu magis est standum sententiæ judicum: nisi fortè sit per appellationem suspensa. *Iam verò dubitationem quamcunque pientissimè sustulit in* Concilio Constantiensi Martinus Papa V. *in sua Extrauaganti*, Ad euitandum. *Minor enim excommunicatio incurrebatur olim non solùm ob participationem cum quolibet quacunque ex causa majori excommunicatione irretito, sed ex alijs causis, quas recenset* Siluester V. Excommunicatio 4. n. 2. *Nunc autem ex præfata Extrauaganti in duobus tantùm casibus incurritur. Primò, si participatio sit cum excommunicato nominatim publicè denunciato. Secundò si interueniat cum publico & notorio Clerici percussore.*

Nunc in duobus tantùm casibus tenemur excommunicatum vitare.

Concilium Constantiense.

Ad euitandum scandala (*verba sunt Pontificis*) & multa pericula, quæ conscientijs timoratis contingere possunt, Christi fidelibus tenore præsentium misericorditer indulgemus, quòd nemo deinceps à communione alicujus in Sacramentorum administratione vel receptione aut alijs quibuscunque diuinis, vel extra, prætextu cujuscunque sententiæ aut censuræ Ecclesiasticæ, à jure vel ab homine generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, vel censura hujusmodi fuerit à Iudice publicata, vel denunciata specialiter & expressè: saluo, si quem pro sacrilega manuum injectione in Clericum sententiam latam à Canone adeò notoriè constiterit incurrisse, quòd factum non possit (*nota*) aliqua tergiuersatione celari, nec aliquo suffragio excusari: nam à communione illius, licèt denunciatus non fuerit, volumus abstineri juxta canonicas sanctiones. *Verùm excommunicatio major non transit de se in tertiam personam: communicans enim cum tali excommunicatione irretito majorem & ipse excommunicationem non incurrit, sed minorem duntaxat.*

Excommunicatio major non transit in tertiam personam, nisi in casu.

D 4. d. 18. 2. 4. q. 6. c. & ad 2. & q. 1. c.

Sciendum nihilominus, quòd excommunicatio D potest inferri in aliquem dupliciter. Aut ita quòd ipse sit excommunicatus cum omnibus ei participantibus: & tunc non est dubium, quòd quicunque participat ei, est excommunicatus majori excommunicatione. Aut est excommunicatus simpliciter: & tunc aut participat aliquis ei in crimine, præbendo ei consilium, & auxilium, & fauorem; & sic iterum est excommunicatus majori excommunicatione. Aut participat in alijs, sicut in verbo, osculo &c. & sic est excommunicatus minori excommunicatione: *quæ separat tantùm à passiua Sacramentorum participatione*; vnde excommunicato E minori excommunicatione licet communicare; & sic excommunicatio non transit in tertiam personam: *neque enim major in participantem transit, sed neque minor; cum nullam ex obstricto participans censuram incurrat.*

E In 4. l. c. a. 4. q. 2. ad 2. & q. 1. c.

Casus septem, in quibus clericum percutiens excommunicationẽ non incurrit.

F 4. d. 18 a. 5. q. 1. fi. c.

Quoniam verò inter excommunicationes notior ea est, quæ fertur in jure contra clerici percussorem (*in Decret. q. 4. cap.* Si quis.) *obiter ex Authore aduertendum*, quòd casus F septem sunt, in quibus percutiens clericum excommunicationem non incurrit. Primus est, si causa disciplinæ, vt si Magister vel Prælatus percusserit. Secundus, si jocosa leuitate. Tertius, si inuenerit eum turpiter agentem cum vxore, vel matre, vel sorore, vel filia. Quartus, si statim vim repellat. Quintus, si ignoret eum esse clericum. Sextus, si inueniat eum in apostasia post trinam admonitionem. Septimus, si transfert se clericus ad actum penitùs contrarium, vt si fiat miles, vel ad bigamiam transeat.

Olim excommunicati corripiebantur à diabolo, corporaliter vexandi.

G Op. 6. §. 12. fi.

b *Illud autem de excommunicatione, vt debitus fidelibus incutiatur timor, notandum*, quòd in primitiua G Ecclesia (*præter damna spiritualia quæ anathema infert*) cum aliquis excommunicabatur, statim diabolus vexabat eum corporaliter. *Quod tangitur ab Apostolo* 1. Cor. 5. *cum ait*: Iudicaui tradere hujusmodi hominem (*Corinthium illum fornicarium*) Satanæ in interitum carnis. *Et* 1. *Tim.* 1. Quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare. *Vbi Author*: Fuit *inquit* excommunicatio H Apostoli tantæ virtutis, quòd excommunicati mox corripiebantur à diabolo, & corporaliter vexabantur. Tamen etiam modò traduntur ad vexandum spiritualiter, quia amittunt suffragia Ecclesiæ, quæ mul-

H 1. Tim. 1 l. 4 fi. & 1. Cor. 5. l. 1. ibi, Satanæ. & Op 6 loco cit. In 4. d. 18. 2. 1 q. 1. ad 3.

Digitized by Google

Sed & spiritualiter vexiatur: & hoc ad animæ salutem.

multùm juvant contra diabolum. Rom.1. *Tradidit illos Deus in reprobum sensum*, quasi subtrahendo suum auxilium, & communionem Ecclesiæ, & suffragia. Et hoc, non ex odio, sed ex charitate ad profectum eorum, *Vt spiritus saluus sit*, 1. Cor.5. vnde dicit: *Vt discant* saltem per pœnam *non blasphemare*. Dicitur autem quis à peccato recedere tripliciter. Quandoque scilicet ex pœna, quando corporaliter vexatur. Item ex confusione excommunicationis. Item ex hoc, quòd cum Ecclesia tradit aliquem Satanæ, ruit in peccata manifesta; vnde confusus humiliatur, & abstinet etiam ab occultis, quæ priùs non cognoscebat se habere. *At verò quidam sunt, qui neque Deum neque Ecclesiam neque homines reuerentur, vnde confusionem aut erubescentiam nesciunt, spiritualia detrimenta contemnunt; quinimmò* lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. *Verumtamen, separationem ab Ecclesia militante paruipendentes, certò sciant se in perpetuum à triumphante excludendos & separandos, Apoc.*22. Foris canes & venefici, impudici & homicidæ &c. *Postremò sciendum, quòd* excommunicatio I non est actus clauis directè, sed magis respectu exterioris judicij. Sed sententia excommunicationis, quamuis in exteriori judicio promulgetur, quia tamen aliquo modo pertinet ad aditum Regni, secundùm quod Ecclesia militans est via ad triumphantem: ideò etiam talis jurisdictio, per quam homo excommunicare potest, clauis potest dici. Et secundùm hoc à quibusdam distinguitur, quòd est clauis Ordinis, quam omnes Sacerdotes habent: & clauis jurisditionis in foro judiciali, quam habent soli judices exterioris fori. Vtramque tamen Deus Petro contulit *Matth.*16. & ab ipso in alios descendit, qui vtramque habent. *Plura huc spectantia voluntarij omittimus, quæ potes videre Tomo I. A. LXXVIII. a. B. XXI. b. C. XXXVI. f. & XLV. b. & suprà E. I. g. Fusiùs verò vide L. & reliqua apud Summistas. DISCE, putrida membra justè à mystico Ecclesiæ corpore separari.*

Triplicitèr quis à peccato recedit.

Timendum, ne excommunicationem ab Ecclesia militante contemnentes, à triumphante perpetuum separemur.

I 4. d. 18. 2. 2. q. 1. ad 1.

Excommunicatio non est actus clauis directè, sed exterioris judicij.

Ad clauem tamen pertinet.

L 2. 2. 39. 4. ad 2. & 3. p. 32. 2. ad 3. in 4. d. 18. q. Quol. 4. a. 14. & 10. a. 13. & 1. 2. a. 9. & 1. Cor. 5. l. 1. & 3. & 2. Thess. 3. l. 2. fi. & 1. Tim. 1. fi. cap. ad Tit. 3. l. 2.

EXECRATIO. Vide IVRAMENTVM.

EXEMPLVM MAIORVM.

XVII. Homo proficit ad finem boni tam ex bono alterius hominis, quàm ex malo: dum excitatur ad bene agendum per hoc quod videt, bene operantes præmiari; & dum reuocatur à malè agendo per hoc quod videt, malè agentes puniri. *3. con. G. c. 140. n. 6.*

Vnusquisque tenetur proximum ædificare.

M 4. d. 38. 2. 3. q. 3. ad 1.

N 2. 2. 43. a. fi. c.

O 1. 2. 34. 1. c. & 4. cont. G. c. 54. n. 4. & cap. 55. ad 18. Io. 13 l. 3. lit. c.

Plus mouent exempla, quàm verba.

P 4. d. 38. 2. 3. q. 3. ad 2. fi.

Q 1. p. 106. 1. In 2. d. 11. q. 2. Ver. 9. 1.

Et plus Majorum, quàm cæterorum.

R 1. p. 111. 1. In 2. d. 18. 2. 2. ad 3. Ver. 11. 3.

S 1. p. 117. 1. Ver. 11. 1.

c QVoniam Deus mandauit vnicuique de proximo suo, *vt dicitur Eccli.*17. ideò M quilibet tenetur ad hoc, quòd ædificet proximum exemplo suo. *Ex quo, quicquid in spirituale potest vergere proximi detrimentum*, dimittendum N est semper propter proximi charitatem, ex qua vnusquisque tenetur saluti proximi prouidere: & sic qui non dimittit, contra charitatem agit. *Idcircò hortabatur Apostolus* 1. *Thess.* 5. Ædificate alterutrum; & *ad Rom.* 14. Quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus; & *cap.* 15. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem. *Quoniam verò* in operationibus O & passionibus humanis, in quibus experientia plurimùm valet, magis mouent exempla, quàm verba: *hinc est; quòd* non solùm P exempla majorum, sed etiam æqualium, & minorum, nata sunt mouere. *Verumtamen, quia perfectiores debent imperfectos instituere nedum edocendo (nam & Angeli superiores inferiores illuminant Q. & inferiores illuminant homines R. & majores homines minores instruunt S.) sed & bene operando, majoresque minores vel ex officio dirigendi subditos, vt sunt omnes authoritatem habentes, vel ex majoritate siue ætatis, siue maturitatis judicij; ideò, tametsi omnes debent bonis operationibus alios ædificare: hi tamen præ cæteris ad proximum ædificandum fortiùs tenentur; nam* qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea, *Eccli.*4. Vnde T impossibile est, quòd bonum commune ciuitatis bene se habeat, nisi ciues sint virtuosi, ad minus illi (*nota*) quibus conuenit principari. *Hinc Apostolus* 2. *Cor.* 13. *dicebat:* Secundùm potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem (*non pauci enim in destructionem potestate abutuntur:*) & *Rom.*15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. *Qua de causa superiùs docuimus, in Prælatis potissimùm, præter doctrinam, morum integritatem requiri: quia videlicet* ad agendum V magis prouocant facta, quàm verba: & tantò efficaciùs facta mouent, quantò certior opinio bonitatis habetur de eo, qui hujusmodi operatur. *Talis erat pius Pontifex Onias, de cujus exemplo virtutis* 2. Mach. 3. *legitur:* Igitur, cum sancta Ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optimè custodirentur propter Oniæ Pontificis pietatem: fiebat, vt & ipsi Reges & Principes locum summo honore dignum ducerent, & Templum maximis muneribus illustrarent. *Et ratio quidem adducitur.* Id enim X homo agit & eligit, quod videtur ei bonum; vnde magis ostendit esse bonum quod ipsemet eligit, quàm quod docet esse eligendum. Et inde est, quòd quando aliquis dicit aliquid, & tamen aliud facit, magis suadet alijs quod facit, quàm illud quod docet. Et ideò maximè necessarium est, ex ipso facto exemplum dare.

T 1. 2. 92. 1. ad 3.

Bonum commune ciuitatis non potest bene se habere, nisi principantes sint virtuosi.

V 4. con. G. c. 55. ad 18. & cap. 54. n. 4.

Ad exemplum valde facit bona opinio de operante.

X Ioa. 13. l. 3. lit. c.

Exemplum operis est validius, quàm verbum.

d *Quòd autem homo bono alterius exemplo proficiat, vt in pluribus certum est: quod & ex diuina prouidentia procedit.* Poterat enim Y Deus homines gubernare per Angelos, sed maluit per homines, vt ipsorum exemplo magis instruerentur. *Vnde cum humanus rector bene se aliosque regit, & se ipsum subditis in exemplum præbet & alios, vbi justè bonis retribuit, & malos punit: quod ajebas initio Author. Vide, quanta sit Majorum & præsidentium obligatio bonum cæteris exemplum præbendi. Eapropter ad redimendum corrigendumque Mundum,* Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: *quia nimirùm (vt ait Leo Papa)* nisi esset verus Deus, non afferret remedium: nisi verus esset homo, non præberet exemplum. *Sanè, optimum præbendi hominibus exemplum, Christus Dominus exemplar præsidentibus extitit: Siquidem* Dominus Z in sua conuersatione exemplum perfectionis dedit in omnibus, quæ per se pertinent ad salutem: & omnis actio A Christi fuit nostra instructio. *Etenim* de nullo B homine puro infallibilis opinio bonitatis haberi poterat: quia etiam sanctissimi viri in aliquibus inueniuntur defecisse. Vnde necessarium fuit homini, adhoc quòd in virtute firmaretur, quòd à Deo humanato doctrinam & exempla virtutis acciperet. Propter quod ipse dicit: *Exemplum dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis,* Ioann.13. *Quo loci Author:* Ordo (*inquit*) admonitionis C est: vt quod primò fecit opere, doceat sermone; & *ideò dicit:* Postquam lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua: & cum recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? &c. *juxta illud, quod cohærenter legitur Act.*1. *Et* 1. *Pet.*2. *generaliter dicitur:* Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia ejus. *Inde ad omnium instructionem dicitur Matth.*5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cœlorum. *Quod de rectoribus, Prælatis præsertim, promptum est. Fecit inquam, & postea docuit Christi imitator & Paulus: qui de seipso dicebat* 2. *Cor.*2. Christi bonus odor sumus,

Ex diuina prouidentia homines per homines gubernatur propter exemplū.

Y Io. 1. l. quibi. tuit homo.

Christus Dominus primò bene operandi exemplar nostrum.

Z 3. p. 40. 2. ad 1.

A 3. p. 40. 1. ad 3.

B 4. cont. Gen. cap. 54. n. 4. & c. 55. ad 18.

C Ioa. 13. l. 3. lit. a.

Paulus, Christi in hoc imitator.

Digitized by Google

mus; *eo videlicet sensu, quo dicitur Eccli.24.* Flores mei, fructus honoris & honestatis: *fructus nimirùm boni exempli, vnde boni spiritualiter viuunt, & mali spiritualiter moriuntur, peccato scilicet & huic seculo, pœnitendo:* Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? *ad Rom.6.* Sic ergo D ex odore Apostoli, boni viuunt, mali moriuntur; sicut legitur, quòd ad odorem vinearum florentium moriuntur serpentes. (*Quamuis & aliter exponatur:* Alijs odor vitæ in vitam, *scilicet* æternam: alijs odor mortis in mortem, *scilicet* inuidiæ & malitiæ, occasionaliter ducentis eos in mortem æternam: quia inuidebant bonæ famæ Apostoli, & impugnabant prædicationem Christi.) *Et hoc idem probat de Romanis à se in fide Christi instructis, quæ in eis ita florebat, vt omnibus exemplo essent Gentilibus, Rom.1.* Gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis: quia fides vestra annunciatur in vniuerso Mundo. *Vbi Apostolus* gratias agit E de eorum fide, non solùm propter eos, sed propter vtilitatem inde consequentem: quia scilicet eorum exemplo, qui erant (*nota*) Domini Gentium, aliæ Gentes prouocabantur ad fidem: quia *ex glossa* prompte facit inferior quod videt fieri à superiore. Propter quod admonentur Prælati, vt fiant *forma gregis ex animo*, vt dicitur 1. Petr. 5. *Id quod firmat magis Præcursoris Baptistæ vita exemplaris, ad quem ideò populi, intra etiam desertum, cateruatim confluebant: & eo quidem profectu, quòd, ne tanquam Messias coleretur*, sed vt homines F principaliter Christo intenderent, non est datum Ioanni (*Ioann.10.*) vt faceret signa: ipsa enim austeritas vitæ, ejus officium commendabat. *Et alibi cohærenter ad præfata docemur, quòd* quia G prædicatio Christi facta erat credibilis per miracula, ideò circuibat diuersa loca, vt miracula, & virtutes Christi innotescerent. Prædicatio verò Ioannis non est confirmata miraculis, sed merito & sanctitate vitæ. Vnde dicitur Io.1. *Stabat Ioannes*, scilicet in loco vno, vt diuersi ad eum confluerent, & per ejus sanctitatem ducerentur ad Christum. *Quanti valet exemplaris vel vnius hominis vita! Optimum etiam in veteri lege religionis & fortitudinis exemplum suis posterisque pius reliquit Eleazarus 2. Mach.6. Qui cum esset* vnus de primoribus Scribarum, vir ætate prouectus, compellebatur *ab Antiocho contra legem* carnem porcinam manducare. At ille gloriosissimam mortem, magis quàm odibilem vitam complectens, voluntariè præibat ad supplicium. Hi autem, qui astabant, iniqua miseratione commoti, tollentes eum secretò, rogabant afferri carnes, quibus vesci ei licebat, vt simularetur manducasse. *Verùm, indignum quid agere detrectans, ijs acquiescere noluit, ne prauum de se minoribus & posteris exemplum daret.* Non enim ætati nostræ dignum est, *inquit*, fingere: vt multi adolescentium, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem meæ senectuti conquiram. *Execrationem*, idest H maledictionem: quia sequentes dixissent: Maledictus ille qui hoc fecit; & ita ille omnes alios corrupit; *malo vtique exemplo, quod Majores præsertim de se dare nullatenus debent.*

D 2.Cor.2.l.3.ibi.
E Rom.1.l.5.ibi.
Quanti valeat Majorũ exemplum bonum.
Monitum ad Prælatos.
Exemplaris Ioannis vita, quàm vtilis!
F 3.p.38.2.ad 2.
G Ioa.1.l.15.hic,a.ibi,stabat.
Rarum Eleazari exemplũ.
H 2.Mach.6.fi.cap.

e *Hinc mysticè de Ecclesia dicitur Cant.8.* Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis: *idest*, proponamus I eis exempla præcedentium Patrum, qui veluti cedri, imputribilia videlicet ligna, immarcescibilia opera habent, & veluti tabulæ, scientiæ & charitatis latitudine diffusi sunt. Latitudo enim tabularum latitudinem cordis, vel scientiam significat, dicente Psalmista Psalm.118. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* His ergo *cedrinis tabulis*, idest Sanctorum exemplis, *compingamus illud ostium:* vt videlicet, eorum innitendo exemplis, alijs Ecclesiam introeundi, veluti ostium, januam pandant. *Profectò, vnde Ecclesiæ fidelium spiritualis profectus, nisi ex Patriarcharum & Prophetarum sanctis operibus: ex Apostolorum præsertim, Martyrum, cæterorumque nouæ legis Sanctorum raris virtutum exemplis? in quibus, velut lucidissimo in speculo, suam fidelis quisque vitam componit: quorum lux adhuc* lucet coram hominibus, vt videant bona opera eorum, & Deum *nedum collaudando, sed & virtuosè operando* glorificent. *Idcircò vna ex potissimis causis (vt suprà vidimus) cur in Ecclesia institutus sit imaginum cultus, ea est:* vt incarnationis L mysterium, & Sanctorum exempla magis in memoria essent, dum quotidie oculis repræsentantur: *ad ea vtique imitanda, juxta illud Apostoli 1. Cor.12.* Æmulamini charismata meliora. *Vnde & ad Hebr.13.* Mementote Præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. *Præpositorum vestrorum*, idest M Apostolorum, qui non solùm vobis prædicauerunt verbo, sed etiam facto ostenderunt. Et non solùm *mementote* verborum, sed etiam *intuemini exitum*: nec solùm imitamini *exitum*, vt scilicet pro Christo patienter sustineatis; sed etiam *conuersationem*: ad bonam enim mortem venitur per bonam conuersationem. *Imitamini* etiam *fidem* illorum, vt ab illa non declinetis. *Ita & Iac.5.* Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris, & patientiæ, prophetas: qui locuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis. *Exemplum accipite, fratres, exitus mali*, malitiâ scilicet N pœnæ, non culpæ, idest supplicij in moriendo, & longanimitatis in expectando præmio: *laboris* in bene operando: *& patientiæ* in aduersa sustinendo: *Prophetas*, tanquam majoris authoritatis apud ipsos: *qui locuti sunt &c.* qui scilicet tam sancti fuerunt, vt per eos Dominus sua mysteria loqueretur. Et certè debetis eos in exemplum accipere: quia *ecce beatificamus eos*, idest beatos reputamus & dicimus. Illos magnos reputamus (*ex glossa*) & veneramur illos: & tamen pauci imitari eos volunt. *Sufferentiam Iob audistis*, quanta scilicet sustinuit à diabolo, à prædonibus, ab vxore, ab amicis: *& finem Domini vidistis*, oculis scilicet vestris, in Cruce *ex glossa* pendentis, longanimiter patientis: loquitur enim ad illos, quorum aliqui interfuerunt passioni Christi. Dicit autem, *sufferentiam Iob*, non finem: è contrario *finem Domini*, non sufferentiam: ad significandum, quòd exemplo Iob pati debemus, non propter temporalia, sed propter æterna: finis enim Iob fuerunt temporalia multiplicata; sed finis Domini bona æterna. De Iob verò, & de Christo specialiter exemplificat, quia horum duorum patientia laudabilis est: Iob in veteri testamento: Christus in nouo. *Horum igitur, & præfatorum sanctis exemplis fideles proficiunt. Vnde & Sapiens Prou.24. concludit:* Exemplo didici disciplinam. *Et profanus ille* O:

———— Componitur Orbis
Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, vt vita regentis.

DISCE bonis Majorum exemplis in via salutis proficere.

I Cant.8.com.2.& 3.ibi.
Sanctorum exempla quantùm valeant.
Opera Sanctorum ad instructionem nostram & profectum ab Ecclesia proponuntur & in imaginibus.
L 3 d 9.1.2.q.2.ad 3.& 2.2.94.2.ad 1.& 3.p.25.1.ad 4.
M Ad Heb 13.l.2.ibi.
N Iac.5.ibi.
O Claudian. Paneg.7.

Digitized by Google

XVIII. *Majores peccantes* sua consuetudine pro authoritate vtentes, peccandi audaciam transmittunt ad posteros: & sic non solùm suorum facinorum apud Deum rei tenentur, sed etiam eorum, quibus apud Deum peccandi occasionem reliquerunt. *Op.20. lib.1. cap.11.*

Majorum peccata quadrupliciter de causa aggrauantur: præcipuè propter scandalum.

P 1. 2. 73. 10. c & 89. 3. & 3. c & 1. 2. 3 ad 11. & 2. 2. 130. 1. ad 2 Ma. 7. 10. ad 3. Ps 24. lit. f.

f QVemadmodum bono aliorum exemplo, Majorum præsertim, prouocamur, vt hucusque vidimus, ad virtutem: ita prauis eorum operibus in vitia non rarò prolabimur. Docemur ideo, Prælatorum & regentum, Majorumque omnium peccatum, posse quadruplici de causa aggrauari. Primò quidem P quia faciliùs possunt resistere peccato Majores, putà qui excellunt in scientia & virtute, vnde Dominus dicit Luc.12. *Seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & non facit secundùm voluntatem ejus, vapulabit multis*. Secundò propter ingratitudinem: quia omne bonum, quo aliquis magnificatur, est Dei beneficium, cui homo fit ingratus peccando: & quantùm ad hoc, quælibet majoritas, etiam in temporalibus bonis, peccatum aggrauat, secundùm illud Sap.6. *Potentes potenter tormenta patientur*. Tertiò propter specialem repugnantiam actus peccati ad magnitudinem personæ: sicut si Princeps justitiam violet, qui ponitur justitiæ custos; & si Sacerdos fornicetur, qui castitatem vouit. Quartò (*ad rem nostram*) propter exemplum, siue scandalum: quia *ex Gregorio* in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia gradus peccator honoratur: ad plurium enim notitiam perueniunt peccata magnorum. *Quod & profanus expressit vates* (Iuuen. Sat.8.) *vbi ait*:

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò major qui peccat habetur.

Ita ob præfata omnia, potissimè verò propter scandalum, aggrauatum est Dauidis Regis peccatum. Ita fortiori jure peccata aggrauantur Prælatorum: quia nimirùm Episcopus Q vel Sacerdos cum majori periculo sui & aliorum peccat; *sicuti & Religiosus*: peccatum enim R Religiosi (*præter cætera*) potest esse majus propter scandalum, quia ad vitam ejus (*nota*) plures respiciunt. *De vtrisque Ier.11.* Quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? *Et cap.23.* In prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacij: & confortauerunt (*en mali exempli fructus*) manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisque à malitia sua. *Quo sensu dicitur Apoc.17.* Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terræ. *Babylon magna*; idest S Magnatorum concertatio confusa, *mater fornicationum &c.* dando scilicet *ex glossa* exemplum faciendi peccata, Ose.5. *Audite hoc Sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus Regis auscultate: quia vobis judicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, & rete expansum super Thabor*. Thabor interpretatur *lumen veniens*: vnde autem venire deberet lumen, inde venit fumus. Vnde *Gregorius*: Cum Pastor per abrupta vitiorum graditur, necesse est (*verbi vim nota*) vt in præcipitium grex sequatur. *Prou.25.* Fons turbatus pede, & vena corrupta, justus cadens coram impio. *Et hoc est, quod dicitur Leuit.4.* Si Sacerdos peccauerit, delinquere faciens populum &c. *Suo videlicet prauo exemplo, vt de Aaron contigit in vituli conflatione. Et quoad regnantes, de impio Rege Ieroboam, ad ejus peccata aggrauanda, non sine causa quoties nominandus venit, toties adjicitur*: Qui peccauit, & peccare fecit Israel, *exemplo scilicet suo, vt patet 3. Reg. à cap.14. Quod ideò & Eccli.47. memoratur ijs verbis*: Ieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israel, & dedit viam peccandi Ephraim, & plurima redundauerunt peccata ipsorum. Valdè auerterunt illos à terra sua &c. *Hinc Apoc.7. in electorum ex tribubus Israel enumeratione non recensetur Ephraim: quia* de tribu T Ephraim fuit Ieroboam, qui populum Israel fecit idololatrare, adorando vitulos aureos, vt diuideret eos ab alijs, qui colebant Deum in Templo Ierusalem, *vt dicitur 3. Reg.12.*

Q 4. d. 10. 1. 2. q. 1. ad 3. Episcopus, vel Sacerdos cum majori sui & aliorum periculo peccat.

R 2. 2. 186. 10. c. Ma. 7. 7. c circ. med. Item Religiosus.

S Apoc. 17. com. 2. ibi.

Ieroboami scandalum plures memoratum.

T Apoc. 7 com. 1. & 2.

g *De hoc scandali peccato loquitur Apostolus* Rom.14. *cum ait*: Non ergo ampliùs inuicem judicemus: sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. *Quasi diceret*: Non judicetis V inuicem: sed vnusquisque de suis actibus judicare debet, ne sint in scandalum aliorum. Scandalum autem *secundùm Hieronymum* nos offendiculum vel ruinam vel impactionem pedis possumus dicere. Vnde *scandalum* est factum vel dictum minùs rectum, præbens alicui occasionem ruinæ, ad similitudinem lapidis, ad quem in via positum homo impingit, & cadit. (Non X dicit *cogitatum*, quia oportet, quod sit patens. Nec dicit, *malum*, sed *minùs rectum*, quia oportet, quòd habeat speciem mali.) Majus autem aliquid videtur esse scandalum, quàm offendiculum: nam offendiculum potest esse quicquid retinet, seu retardat motum procedentis: scandalum autem, idest impactio, videtur esse, cum aliquis disponitur ad casum. Non ergo debemus fratri ponere *offendiculum*, vt aliquid faciamus, vnde impediatur proximus à via justitiæ, Is.57. *Auferte offendicula de via populi mei*. Neque etiam debemus fratri ponere *scandalum*, aliquid faciendo, vnde ipse inclinetur ad peccatum, *Matth.18.* Væ homini illi, per quem scandalum venit. *Vnde Psaltes* Psal.139. *dicebat*: Iuxta iter scandalum posuerunt mihi. *Alibi quoque docemur, quòd* in processu Y viæ spiritualis contingit aliquem disponi ad ruinam spiritualem per dictum, vel factum alterius, in quantùm scilicet aliquis sua admonitione, vel inductione, aut exemplo alterum trahit ad peccandum: & hoc propriè dicitur scandalum. Nihil autem secundùm propriam rationem disponit ad spiritualem ruinam, nisi secundùm quod habet aliquem defectum rectitudinis: quia id, quod est perfectè rectum, magis munit hominem contra casum, quàm ad ruinam inducat. Et ideò conuenienter dicitur, quòd dictum, vel factum minùs rectum, præbens occasionem ruinæ, sit scandalum. *Occasionem inquam, non causam*: nihil enim Z potest esse homini sufficiens causa peccati (quod est spiritualis ruina) nisi propria voluntas: & ideò dicta, vel facta alterius hominis possunt esse solùm causa imperfecta, aliqualiter inducens ad ruinam. Et propter hoc non dicitur, *dans causam ruinæ*, sed *dans occasionem*: quod significat causam imperfectam. *Quod quidem in Majoribus & præsidentibus vim quandam præ cæteris acquirit & impulsum ad minorum subditorumque excidium spirituale*. *Et sic* peccatum A primi Angeli fuit alijs causa peccandi, non quidem cogens, sed quadam quasi exhortatione inducens, *prauo nimirùm exemplo; vnde & alibi docemur, quòd* homo B peccauit per alium tentantem: sed inferiores Angeli per alium occasionem præstantem. *Et sic* peccatum C primi Angeli aliqualiter fuit alijs occasio peccandi, in quantùm ipse alios, excellentiam appetens, prouocauit: vt suæ excellentiæ consentientes, etiam ipsi in hoc aliquam excellentiam consequerentur, sicut in exaltatione vnius omnes ejus fautores exaltantur. *Ad quod allusisse videtur quod dicitur Apoc.12.* Et ecce draco magnus rufus &c. & cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum: *quod exponitur de reprobis Angelis. Cauda ejus*, idest D naturalium excellen-

V Rom. 14. l. 2. ibi.

Quid scandalum.

X Matth. 18. lit a. ibi. scandalizati, & locit mox citandis.

Offendiculum differt à scandalo.

Y 2. 2. 43. 1. c. In 4. d. 38. 2. 1. c. Ham. in 4. d. 38 1. 3. c. Matth. l. c.

Z 2. 2. 43. 1. c. ad 3. In 4. d. 38. 2. 1. ad 4.

Scandalum ponens dat occasionem, non propriè causam ruinæ.

Malo primi Angeli exemplo inferiores peccauerunt.

A 1. p. 63 8. init. c. In 2. d. 6 1. a. 2. ad Ham ibid.

B In 2. loc. cit. ad 3.

C Ham. in 2. d. 6. 1. 2. c. & ad 3.

D Apoc. 12. com. 1. & 2. ibi.

Digitized by Google

R 4 d. 12. 3. 1. § 3. c. 3. p. 79. 8. & 1. Cor. 11. l. 7. & i, indignè.

Sacramenti. Quia enim interdum R actualis deuotio impediri potest, cum distractiones variæ ipsam impediant, & peccata venialia virtutum actum tollant; ideò absque peccato mortali potest effectus hujus Sacramenti impediri, ita quòd aliquis augmentum gratiæ non consequatur. Nec tamen reatum peccati mortalis incurret, sed fortè reatum venialis peccati ex hoc, quòd imparatus accedit. *Verumtamen* non omne S peccatum veniale impedit effectum hujus Sacramenti, sed solùm illud (*nota*) quod tollit actualem deuotionem. *Hinc Sacerdos ad altare orare dicitur & offerre pro ijs, qui deuotè assistunt & accedunt, dum in Canone dicit*: Memento Domine famulorum famularumque, & omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio. *Etenim* illis T plùs vel minùs prodest secundùm modum deuotionis eorum. *Quòd si quis in gratia existat, & cum debita reuerentia ac deuotione mentis accesserit, indubitanter effectum consequetur Sacramenti*. Qui V non solùm est adeptio habitualis gratiæ, vel charitatis, sed etiam quædam actualis refectio spiritualis dulcedinis: quæ quidem impeditur, si aliquis accedat per peccata venialia mente distractus. *Si autem, inquit Author, quis dicat*: Ecce X sæpiùs vt possum, me præparo, corpus Domini sumo: sed nihil sentio solatij spiritualis dulcedinis. *Respondet*. Cibus iste, siue fructus, medicina est hominis. Vnde, sicut medicus peritus quandoque quibusdam dat medicinam, dulcem palato corporis, & quandoque non sic, sed dulcem palato mentis: quæ quamuis non gutturi, tamen bene sapit rationi, pro eo quòd sanam mentem delectat: sic Dominus dat suis fidelibus dulce semper corpus: sed dulcedinem suam alio modo istis, alio istis, prout cuilibet expedire nouit. Hinc est, quòd quidam dulcedinem istam sapiunt per affectum, & ardentiori delectantur deuotione: & alij eandem dulcedinem sapiunt per pium intellectum, & sufficienti reficiuntur vtilitate in eo quòd credunt, & intelligunt, per hunc cibum sanctum veram vitam obtinere. Igitur quamuis non sapis dulcedinem Domini primo modo, idest per affectum firmæ deuotionis, sapis tamen secundo modo, scilicet per intellectum multæ vtilitatis. De primo 1. Pet. 2. *Si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus*. De secundo Cant. 2. *Fructus ejus dulcis gutturi meo*, idest piæ & fideli menti, quæ credit & intelligit, hunc cibum sanctum sibi esse vtilissimum. *Cui & illud addi potest Psal.* 138. Mirabilia opera tua: & anima mea cognoscit nimis. *Et hinc est, quòd illud Psalmi 67*. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus, *de hujus Sacramenti dulcedine ac suauitate intellexit Author noster & vsurpauit in ix*. Responsorio *Festi; proinde cecinit in hymno*: Manducat Dominum pauper seruus & humilis. *Quin & ipse Christus dulcedinis ejus particeps quodammodo fuisse videtur: docemur enim*, quòd quamuis Y Christo gratia non fuerit augmentata ex susceptione hujus Sacramenti: habuit tamen quandam spiritualem delectationem in noua institutione hujus Sacramenti; vnde ipse dicebat Luc. 22. *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum*. Quod Eusebius exponit de nouo mysterio noui Testamenti, quod tradebat discipulis. *Itaque* cum per hoc Z Sacramentum gratia augeatur, & vita spiritualis perficiatur: *quinimmò & ipsam conferat* A gratiam spiritualiter cum virtute charitatis (*cæterisque consequenter virtutibus*:) Sicut autem *Gregorius* dicit: *Amor Dei non est ociosus, magna enim operatur, si est*: & ideò per hoc Sacramentum, quantùm est ex sui virtute, non solùm habitus gratiæ & virtutis confertur, sed etiam excitatur in actum, 2. *Corinth.* 5. Charitas Christi vrget nos: *cum res inquam ita se habeat, quid est, quòd plurimi vel sæpe, vel quotidie sumentes, vt Sacerdotes, effectum hujus augmenti, hoc est, spiritualis vitæ profectum non sentiunt; immò loco progressus, se retrocedere sæpe norunt, pluribusque defectibus esse obnoxios? Suspicari ergo possumus, hos gratiam Sacramenti non recepisse, consequenter quòd vel indignè accesserint, vel ex deuotionis saltem defectu imparati. Vbi enim gratia, ibi charitas: vbi autem charitas*, magna operatur. Si verò, *subjicit Gregorius*, operari renuit, amor non est. *Charitas inquam non est: quæ enim charitatis vestigia in mulierculis quibusdam, vsu potiùs quàm ex deuotione communicantibus, si vel statim à communione etiam leuissimo ex motiuo verba euomunt iracundiæ, injuriæ, odij, detractionis in proximos? Quæ auctæ gratiæ & charitatis signa Sacerdotes deprehendunt, dum quotidiana Eucharistiæ consecratione, & quotidiana sumptione corporis & sanguinis Christi, refrigescentem immò in dies experiuntur in se ipsis charitatem? Caueant omnes, ne (quod Deus auertat) indignè suscipiant, veue saltem sine debita deuotione ad altare appropient: indeuotè siquidem accedenti Sacramenti subtrahitur fructus: indignè verò suscipiens* reus erit corporis & sanguinis Domini. *De quo Num. seqq.*

S In 4. l. c. ad 3.

Actualis deuotio necessaria ad effectū Sacramenti percipiēdum.

T 3 p. 79. 7. ad 2. 3. c. & ad 3. In 4. d. 12. 2. 2 q. 3. c.

Quidnam sit effectus hujus Sacramenti.

V 3. p. l. c. a. 8. si. c.

X Op. 58. c. 21. post med.

Duplex Eucharistiæ dulcedo, alia in affectu, alia in intellectu.

Y 3 p. 81. 1. ad 3.

Z 3. p. 79. 1. ad 3. & in corp. In 4. d. 12. 2 2. q 2.

A 3 p. l. c. ad 2.

Vnde fit, quòd per experientiam, frequenter communicantes, effectum Sacramenti non percipiant?

p *Cæterùm, non solùm positiuo, sed & diuino jure sumendum à fidelibus hoc Sacramentum est*. Homo B tenetur hoc Sacramentum sumere, non solùm ex statuto Ecclesiæ, sed ex mandato Domini dicentis Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*. Ex statuto autem Ecclesiæ sunt determinata tempora exequendi Christi præceptum. *Et ratio adducitur*: quia enim C in quotidiana pugna sumus, vita spiritualis in nobis euanesceret, nisi aliquando cibum vitæ sumeremus. *Et quidem* secundùm diuersum D statum Ecclesiæ diuersa circa hoc statuta emanauerunt. Nam in primitiua Ecclesia, quando magna vigebat deuotio fidei Christianæ, statutum fuit, vt quotidie fideles communicarent. Vnde Anacletus Papa dicit: *Peracta consecratione, omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus: sic enim & Apostoli statuerunt, & Sancta Romana tenet Ecclesia*. Postmodum verò, diminuto fidei feruore, Fabianus Papa indulsit, vt si non frequentiùs, saltem ter in anno omnes communicent, scilicet in Pascha, Pentecoste, & Natali Domini. Soter etiam Papa, in Cœna Domini, dicit, esse communicandum, vt habetur *in Decret. de Consecr. dist.* 2. Postmodum, propter iniquitatis abundantiam refrigescente charitate multorum, statuit Innocentius III. vt saltem semel in anno, scilicet in Pascha, fideles communicent. *Et hæc est* cœna magna *Paschalis*, quam fecit *Luc.* 14. homo quidam, *scilicet Christus Dominus*, Filius hominis *dictus*: *ad quam singulis saltem annis vocat per Ecclesiæ præceptum fideles*. *At* cœperunt *multi* excusare: Villam emi, vxorem duxi &c. & ideò non possum venire: *plures enim sunt, qui sub vano impotentiæ prætextu à Paschali etiam abstinent communione. Hi verò justè permittentur incœnati dormitum ire; hoc est, in sero mortis sine sacro viatico decedere*: Amen dico vobis: Nemo illorum virorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam; *æternùmque ab Agni cœna excludentur, de quâ Apoc.* 19. Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt: Multi enim *Matth.* 20. sunt vocati, pauci verò electi. *Nec mirum, quòd hoc ab Ecclesia, quæ pia Mater nostra est, præcipiatur*: *quia* hoc E Sacramentum ex se ipso virtutem habet gratiam conferendi; nec aliquis habet gratiam ante susceptionem hujus Sacramenti, vel nisi ex aliquo voto ipsius, vel per se ipsum, sicut adulti, vel voto Ecclesiæ, sicut paruuli. Vnde ex efficacia virtutis ipsius est, quòd etiam ex voto ipsius aliquis gratiam consequatur, per quam spiritualiter viuificetur. *Sanè* omnes F tenentur saltem spiritualiter hoc Sacramentum manducare: quia hoc est Christo incorporari. Spiritualis autem manducatio

Eucharistiæ Sacramentum nedum positiuo, sed & diuino jure à fidelibus sumendum.

B 3. p. 80. 11. 8. c. In 4. d. 12. 3. 2. q. 1. c.

C In 4. l. c. fi. corp.

D 3 p. 80. 10. ad 5. In 4. d. 12. 3. 1. q. 3. c.

Quonam tempore ex Ecclesiæ statuto.

E 3 p. 79. 1 ad 1. & 80. 1. ad 3.

Nemo habet gratiam ante susceptionem hujus Sacramenti saltem in voto.

F 3. p. 80. 11. c. & 73. 3. c. In 4. d. 9. 1. 1. q. 2. ad 1.

Digitized by Google

catio includit votum, ſeu deſiderium percipiendi hoc Sacramentum: & ideò ſine voto percipiendi hoc Sacramentum non poteſt homini eſſe ſalus. Fruſtra autem eſſet votum, niſi impleretur, quando opportunitas adeſſet.

G 3.p.73. 3.c. Res Sacramenti haberi poteſt etiam ex voto percipiendi.

H 3.p.68. a.c.

Nec dubium, quòd res G alicujus Sacramenti haberi poteſt ante perceptionem Sacramenti ex ipſo voto Sacramenti percipiendi: (quod procedit H ex fide per dilectionem operante, per quam Deus interiùs hominem ſanctificat, cujus potentia Sacramentis viſibilibus non alligatur:) vnde ante perceptionem hujus Sacramenti poteſt homo habere ſalutem ex voto percipiendi hoc Sacramentum: ſicut & ante baptiſmum ex voto baptiſmi.

An & quomodo Euchariſtia ſit Sacramentum neceſſitatis.

I Io. 6. l. 7. lit. b & 3.p.73. 3. c. & 80. 9. ad 3. In 4. d. 9. 1. 1. q. 2. c. & a. 5. q. 3. & 4.

Ex quo Euchariſtia, non ſecus ac baptiſmus, Sacramentum videtur eſſe neceſſitatis; vnde & Chriſtus Ioan. 6. *illud protulit*: Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: *Scilicet*, vitam I ſpiritualem: nam ſicut cibus corporalis ita eſt neceſſarius ad vitam corporalem, vt ſine eo eſſe non poſſit: ita cibus ſpiritualis neceſſarius eſt ad vitam ſpiritualem, adeò quod ſine ipſo vita ſpiritualis ſuſtentari non poſſit. Notandum autem, quòd hæc ſententia poteſt referri vel ad ſpiritualem manducationem, vel ad ſacramentalem. Si referatur ad ſpiritualem, nullam dubitationem habet ſententia: ille enim ſpiritualiter carnem Chriſti manducat & ſanguinem bibit, qui particeps fit Eccleſiaſticæ vnitatis, quæ fit per charitatem, 1. Cor. 10. *Vnus panis, & vnum corpus multi ſumus*. Qui ergo non ſic manducat, eſt extra Eccleſiam, & per conſequens extra charitatem, ideò non habet vitam in ſemetipſo, 1. Ioan. 3. *Qui non diligit, manet in morte*. Si verò referatur ad manducationem ſacramentalem, dubium habet quod dicitur: nam Ioan. 3. dicitur: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei.* Sed ſicut propoſita fuit illa ſententia: ita & iſta: *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis &c.* Cum ergo baptiſmus ſit Sacramentum neceſſitatis, videtur etiam, quòd Euchariſtia.

Græci dant pueris baptizatis Euchariſtiam.

Et hoc quidem Græci concedunt: vnde & pueris baptizatis dant Euchariſtiam. Et in hoc habent pro eis ritum *Dionyſii*, qui dicit, quòd perceptio cujuslibet Sacramenti debet conſummari in communione Euchariſtiæ, quæ eſt conſummatio omnium Sacramentorum.

Eorum ritus refellitur.

Pueri & amentes Euchariſtiæ incapaces, niſi vſum ſaltem aliqualem habeant rationis, & deuotionis aliquid.

L 3.p.80. 9.c. In 4. d. 9. 1. 5. q. 3.

Sed hoc verum eſt in adultis, non autem in pueris: cum in ſumente Euchariſtiam exigatur actualis reuerentia & deuotio, quam illi, qui non habent vſum liberi arbitrij, ſicut ſunt pueri & amentes, habere non poſſunt; & ideò nullo modo eis danda eſt. (*Quod intellige de totali vſus rationis priuatione: quia* habentes L debilem vſum rationis poſſunt aliquam deuotionem hujus Sacramenti concipere, & ideò non eſt eis hoc Sacramentum denegandum. Aut ſi non ſemper caruerunt vſu rationis, ſi priùs, quando erant compotes ſuæ mentis, apparuit in eis deuotio hujus Sacramenti, debet eis in articulo mortis hoc Sacramentum exhiberi: niſi fortè timeatur periculum vomitus, vel expuitionis.

M In 4. l. c. a. 5. q. 4 ſi. c. & d. 23. 2. 1. q. 4. & 3. p. l. c. ad 3.

Pueris autem M jam incipientibus habere diſcretionem, etiam ante perfectam ætatem, putà cum ſint decem vel vndecim annorum, aut circa, Sacramentum hoc poteſt dari, ſi in eis ſigna diſcretionis appareant & deuotionis.)

Differentia inter baptiſmũ & Euchariſtiã quoad neceſſitatem.

Dicendum ergo, quòd Sacramentum baptiſmatis eſt neceſſarium quantùm ad omnes, vt realiter percipiatur: quia ſine eo nullus regeneratur ad vitam. Et ideò oportet, quòd ipſum habeatur in re: vel in voto, quantùm ad præoccupatos: nam ſi contemptus in aliquo baptiſmum aquæ excludat, neque baptiſmus flaminis neque ſanguinis prodeſt ei ad vitam æternam. Sacramentum verò Euchariſtiæ eſt Sacramentum neceſſitatis quantùm ad adultos tantùm, ita quòd recipiatur re vel voto ſecundùm Eccleſiæ inſtituta.

N 4. d. 8. 2. 2. q. 1. c. & q. 2. ad 5. & d. 23. 2. 4. q. 1. ad 1.

Alibi quoque Euchariſtia N Sacramentum dicitur neceſſitatis quantùm ad fidem ejus, quod repræſentatur per ipſam.

Euchariſtia & Pœnitentia diuerſimode ad ſalutem ordinantur.

O 3.p. 84. 6. c.

Enimverò Sacramentum pœnitentiæ, ſiue Pœnitentia O ordinatur ad ſalutem hominis quaſi per accidens, ſuppoſito quodam, ſcilicet ex ſuppoſitione peccati: niſi enim homo peccaret actualiter, pœnitentiâ non indigeret: indigeret tamen Baptiſmo & Confirmatione, & Euchariſtia. Sicut & in vita corporali non indigeret homo medicatione, niſi infirmaretur: indigeret autem homo per ſe ad vitam generatione, augmento, & nutrimento.

P 4. d. 14. expoſit. tex. ſub initio.

Vnde & alibi inſtruimur, quòd Confirmatio P & Euchariſtia ſunt de prima intentione ſanctificationis, ſed Pœnitentia eſt de ſecunda intentione: quia ſi homo nunquam à gratia baptiſmali caderet, non indigeret Pœnitentiâ: indigeret tamen Confirmatione & Euchariſtia.

Nũ frequens, an rara Euchariſtiæ ſumptio laudabilior.

Q 4. d. 12. 3. 1. q. 2. 6.

q *Num verò laudabilius ſit frequenter Euchariſtiam ſumere, an interdum abſtinere: Reſpondet in primis Author, quòd vt prætactum ſæpe eſt*, ea Q quæ in hoc Sacramento geruntur, habent ſimilitudinem cum his, quæ accidunt in corporali nutrimento. Quia enim fit quaſi continua deperditio naturalis humiditatis per actionem caloris naturalis & exercitium laboris, ideò oportet frequenter corporalem cibum aſſumere ad reſtaurationem deperditi, ne perditio continua mortem inducat. Similiter etiam ex concupiſcentia innata, & occupatione circa exteriora, fit deperditio deuotionis & feruoris, ſecundùm quæ homo in Deum colligitur: vnde oportet, quòd pluries deperdita reſtaurentur, ne homo totaliter alienetur à Deo. *Ex quo laudabilior videtur frequens Euchariſtiæ ſuſceptio, & vtilior, quàm rara.*

De quotidiana cõmunione quid ſentiendum.

R Ibid. a. 1. q. 2. c. ad Ham. ibid. a. 4. ad 3. & 3. p. 80. 10. ad 3. & 1 Cor. 11. l. 7.

Cæterùm, an quotidiana ſumptio, in laicis præſertim, ſit commendabilis: conſiderandum eſt, quòd in hoc R Sacramento duo requiruntur ex parte recipientis: ſcilicet deſiderium conjunctionis ad Chriſtum, quod facit amor: & reuerentia Sacramenti, quæ ad donum timoris pertinet. Primum autem incitat ad frequentationem hujus Sacramenti quotidianam: ſed ſecundum retrahit. Vnde ſi aliquis experimentaliter cognoſceret, ex quotidiana ſumptione feruorem amoris augeri, & reuerentiam non minui, talis deberet quotidie communicare. Si autem ſentiret, per quotidianam frequentationem reuerentiam minui, & feruorem non multùm augeri, talis deberet interdum abſtinere, vt cum majori reuerentia & deuotione poſtmodum accederet. Vnde, quantùm ad hoc, vnuſquiſque relinquendus eſt judicio ſuo.

Exemplum de Zachæo & Centurione.

Probat hoc *Auguſtinus* per exemplum Zachæi, & Centurionis: quorum vnus recipit Dominum gaudens; alius dicit: *Non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum*: & vterque miſericordiam conſecutus eſt.

SS. Marci & Franciſci ſumma in Euchariſtiam reuerentia.

Sanè, præfato ſancto timore ductus S. Euangeliſta Marcus, *pollicem ſibi amputaſſe legitur, ne ad Sacerdotium ex humilitate proueheretur. Quem & Seraphicus Pater* Franciſcus *eodem motiuo traditur imitatus, dum ad Præsbyteratum nunquam paſſus eſt promoueri.*

S 3. p. 80. 10. ad 1. In 4. d. 12. 3. 1. q. 3. ad 1.

Verùm, ſi figuras Euchariſtiæ ſpectemus: Agnus S Paſchalis præcipuè fuit figura hujus Sacramenti quantùm ad paſſionem Chriſti, quæ repræſentatur per hoc Sacramentum: & ideò ſemel tantùm in anno ſumebatur, quia Chriſtus ſemel mortuus eſt: & propter hoc etiam Eccleſia celebrat ſemel in anno memoriam paſſionis Chriſti. Sed in hoc Sacramento traditur nobis memoriale paſſionis Chriſti per modum cibi, qui quotidie ſumitur: & ideò quantùm ad hoc ſignificatur per manna, quod quotidie dabatur populo in deſerto.

Iuge ſacrificium Agni.

T 3. p. 22. 3. ad 3. & 1. 2. 102. 4. ad 10. initio. Co eſſ. a. l. 4. initio.

Sed & in eadem ſtando Agni figura, licèt T diuerſa animalia in veteri lege offerrentur: quotidianum tamen ſacrificium, quod offerebatur mane & veſpere, erat Agnus, vt habetur Num. 28. Homo *autem, quamuis*

quoti-

Digitized by Google

quotidie sumat, non debet V pluries in vna die communicare: vt saltem quantùm ad vnam diem repræsentetur vnitas Dominicæ passionis; & vt quantùm ad aliquid reuerentia Sacramento exhibeatur, semel sumendo. *Nec eadem de laicoratio est, quæ de Sacerdote: nam* Sacerdos X est quasi persona publica, & ideò oportet, quòd non solùm pro se, sed etiam pro alijs celebret: & ideò, necessitate cogente, potest pluries in die celebrare. Sed non est eadem ratio de illis, qui non sumunt, nisi ratione sui. *Hinc & ratione mysterij trina in Natali Domini celebratio statuitur: & multis locis, in die animarum præsertim, sicut in Hispanijs, pluries celebrant ex pio Ecclesiæ indulto Sacerdotes. Circa quotidianam communionem, fel. rec.* Innocentij Papæ XI. *recens extat Decretum* sub die 12. Febr. 1679. *Quo monentur Confessarij intùs rimari confitentium conscientias, an in ea sint dispositione, vt quotidie communicent, mulieres potissimùm: quamuis enim fæmineus naturaliter sit sexus deuotus, plurimæ tamen sunt, quæ potiùs ex vsu & occasione (non rarò etiam, vt circumuagentur) quàm ex veræ feruore deuotionis, hoc Sacramentum frequentant.*

V 4. d. 12. 3. 1. q. 4. 6. & 3. p. 80. 10. ad 4.

Non licet pluries in die communicare.

X In 4. l. c. ad 2.

Decretum Innoc. XI. circa cōmunionem quotidianam.

1 *Postremò super illud Psal.* 110. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus: escam dedit timentibus se; *ab Authore instruimur, quòd* tria Y mirabilia consideranda sunt in corporis Christi perceptione. *Primum mirabile* est, quòd corpus Domini, dum manducatur, non minuitur. Et hoc est contra hæreticos, qui dicunt, quòd si corpus Domini omni monte majus esset, jamdiu clerici illud consummassent. Hujus tam miræ rei, scilicet inconsumptibilitatis corporis Christi in manducatione, triplex est ratio. Prima est quotidiana potestas consecrandi: quia omnibus diebus, & omnibus fidelium locis, & sub tot hostijs, quot sufficiunt fidelibus, verum & vnicum corpus Christi ex præcepto ejus consecrare possumus. Quod pulchrè figuratum est in panibus propositionis, Exod. 25. *Pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.* Sed mensa illa Iudæorum cum panibus defecit. Quid ergo? mentitus est Deus? Absit. Vmbra defecit in Synagoga, veritas manet, nec deficit, in Ecclesia. Sacerdos enim noster *semper* Sacramentum altaris consecrando nutrit, & corpus Christi, quod in illo semper idem est, nunquam manducatione fidelium deficit. Secunda ratio est incorruptibilitas vera corporis hujus, quòd surrexerit glorificatum, immortale, immutabile, & impassibile, nec potest corrumpi, Psalm. 15. *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Vnde cum illud manducamus, non sicut alius cibus corrumpitur, nec mutatur in corpus nostrum: sed influit nobis sine corruptione sui spirituale nutrimentum. Hoc figuratum est 3. *Reg.* 17. vbi pugillus farinæ non defecit in domo viduæ, per multos dies cibans totam familiam, juxta verbum Eliæ. Tertia ratio ad idem est, infinita causa pascendi: qui enim ad illud accedere possunt, pastum sufficienter inueniunt. Hinc fons & lux vera dicitur, Ier. 2. *Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ*; & Ioan. 1. *Erat lux vera &c.* Sicut ergo fons terram rigat, & sine sui diminutione herbas innumeras & arbores nutrit: sic Christus Ecclesiam pascit. Item sicut Sol non deficit, toti Mundo lumen suum communicando: sic nec Christus, Ecclesiam totam pascendo. *Secundum mirabile* in perceptione corporis Domini est, quòd si non manducatur, quodammodo minuitur. Ad cujus intelligentiam sciendum, quòd duo sunt corpora mystica in hoc Mundo, scilicet corpus mysticum Christi, & corpus mysticum diaboli. Corpus mysticum Christi sancta est Ecclesia, tanquam ipsius munda & fidelis Sponsa, cujus ipse Caput est, & singulæ personæ fidelium sine culpa criminali sunt ipsius membra,

Tria in Eucharistiæ perceptione mirabilia.

Y Op. 58. c. 14.

Primum mirabile, quod corpus Domini, dum manducatur, non minuitur.

Hæreticorum blasphemia.

Panes propositionis, Eucharistiæ figura.

Secundum mirabile, quòd si non manducatur, quodammodo minuitur.

Duo corpora mystica, Christi, & diaboli.

1. Cor. 12. *Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa: ita & Christus.* Et 1. Cor. 10. *Vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane participamus.* Corpus diaboli vniuersitas est iniquorum, tanquam illius meretrix adultera, cujus ipse caput est, & singulæ personæ malorum, ejus membra, Iob 41. *Corpus ejus scuta fusilia, compactum squamis se prementibus.* Sicut autem Christus per se & per suos semper studet membra diaboli præscindere, & suis membris incorporare, secundùm illud Act. 10. *Surge Petre, occide, & manduca:* sic diabolus per se & per suos conatur membra Christi tollere, & membris suæ meretricis vilibus vnire, 1. Pet. 5. *Circuit quærens quem deuoret.* Et 1. ad Cor. 6. *Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis?* Q. d. Absit, vt faciam tantum nefas. (Quod tamen heu multi faciunt.) *Non possunt*, inquit Augustinus, *simul esse membra Christi, & membra meretricis.* Nec hi dicendi sunt manducare corpus Christi, scilicet spiritualiter, etsi manducant sacramentaliter. Sed non manducando spiritualiter corpus Christi, & malè viuendo, tollunt Christi membra, & faciunt membra diaboli: & sic diminuunt, quantũ in se est, corpus Christi. Quod enim diabolo in animabus adcrescit, Christo decrescit. Et sic corpus Christi mysticum diminuitur. *Tertium mirabile* in perceptione corporis Christi est, quòd dum manducatur à fidelibus, tunc augmentatur. Quod primò probatur ratione: dum enim manducatur corpus Christi, non ipsum vt alius cibus in manducantem conuertitur: sed è conuerso verè manducans, in illud spiritualiter conuertitur & mutatur. Nam manducantem se Dominus sui corporis mystici membrum facit, & sibi eum incorporans cum suo corpore, quod de Virgine sumpsit, quodammodo vnum efficit, 1. Cor. 12. *Vos estis corpus Christi &c.* Ose. 14. *Conuertentur sedentes in vmbra ejus, viuent tritico*; idest, Dominici corporis Sacramento: & dicitur *in vmbra ejus*, quia dat se ibi, non in sua luce, sed in velamine. Et sic comedentes *conuertentur*, quia in corpus Christi mutabuntur. Et sic patet, dum multi fidelium comedunt corpus Christi, & in illud mutantur & membra ejus efficiuntur, quòd corpus Christi, dum manducatur, augmentatur. Secundò idem probatur similitudine humanæ scientiæ: nam quantò magis homo scientiam suam alijs distribuit, tantò plùs crescit, Matth. 25. *Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum.* Scientia (*ajebat Boetius*) est nobilis animi possessio, quæ amarum dedignatur possessorem. Nisi enim publicetur, elabitur: & distributa suscipit incrementum. Similiter diuina Sapientia incarnata, multis in cibum donata (Eccli. 15. *Cibabit illum Dominus pane vitæ & intellectus:*) sapientes facit, & in se quodammodo conuertit: & sic, dum comeditur, non minuitur, sed augmentatur. Et in hoc Sapientia Dei crescit, dum multos in sapientia crescere facit. *Vnde Apostolus ad Ephes.* 4. Crescamus in illo per omnia, qui est Caput Christus, ex quo totum corpus compactum (*scilicet per fidem*) & connexum (*per charitatem*) in mensuram vniuscujusque membri augmentum corporis facit &c. *Igitur quicunque fidelis ad Eucharistiam accedit, quæ est Sacramentum vnitatis & charitatis*, habet *inquit Augustinus* vbi viuat: habet vnde viuat: accedat, credat, incorporetur, vt viuificetur. Non abhorreat à compage membrorum: non sit putre membrum, quod resecari mereatur: non sit distortum, de quo erubescatur: sit pulchrum, sit aptum, sit sanum. Hæreat corpori, viuat Deo de Deo: nunc laboret in terra, vt postea regnet in Cœlo. *DISCE* ex eodem Augustino *securus accedere: panis est, non venenum.*

Tertium mirabile, quòd dum manducatur à fidelibus, tunc augetur.

X V.

Digitized by Google

XV. Quantò Sacramentum (Eucharistiæ) est dignius, tantò abusus est periculosior.

In 4. d. 9. 1. 3. q. 1. initio corp.

Indignus ad Eucharistiam accessus.

§ HVcusque de condigna ad Eucharistiam præparatione: reliquum est, vt quàm grauiter peccent indignè accedentes, quodue illos maneat supplicium, subjiciamus. Quò respexit Author, cum cecinit:

Z Opusc. 57 in fest. ad Miss.

Mors Z est malis, vita bonis:
Vide, paris sumptionis quàm sit dispar exitus!

Sicut enim qui dignè manducat hunc panem *Ioan.6.* viuet in æternum: *ita* qui manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit, *vt dicitur* 1. *Cor.* 11. *Qualem autem indignè accedens reatum incurrat, docet Apostolus loco cit.* Quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. *Quod quidem tripliciter exponitur.* Vno A modo materialiter: incurrit enim reatum ex peccato commisso circa corpus & sanguinem Domini, prout in hoc Sacramento continetur, quod indignè sumit: & ex hoc ejus culpa aggrauatur. Tantò est enim ejus culpa grauior, quantò magis est contra quem peccatur, Hebr.10. *Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit &c.* Secundò exponitur per similitudinem, vt sit sensus: *Reus erit corporis & sanguinis Domini*; idest, mortis Domini pœnas dabit: hoc est, ac si Christum occiderit, punietur, secundùm illud Hebr.6. *Rursum crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, & ostentui habentes.* Tertio modo exponitur: *Reus erit corporis & sanguinis Domini*; idest, corpus & sanguis Domini facient eum reum. Ita enim bonum malè sumptum nocet, sicut prodest malum, quo quis bene vtitur, sicut stimulus Satanæ Paulo.

Tripliciter exponitur illud: Reus erit corporis & sanguinis Domini. A 1. Cor. 11. l. 7. ibi. Op. 58 c. 2. & 3. p. 80. 5. ad 2. fi.

Per hæc autem verba excluditur error quorundam, dicentium, quòd quàm statim hoc Sacramentum tangitur à labijs peccatoris, desinit sub eo esse corpus Christi. Contra quod est quod Apostolus dicit: *Quicunque manducauerit indignè*: secundùm enim prædictam opinionem nullus indignus manducaret. Contrariatur autem prædicta opinio veritati hujus Sacramenti, secundùm quam tandiu corpus & sanguis Christi manent in Sacramento, quandiu remanent species, in quocunque loco existant. *Prosequitur Apostolus:* Probet autem se ipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. (*Superiùs reatum innuit: nunc pœnam tangit.*) Iudicium sibi manducat, *idest* condemnationem, sicut dicitur Ioan. 5. *Resurgent qui mala egerunt, in resurrectionem judicij*: non dijudicans corpus Domini; *idest*, ex eo quòd non discernit corpus Domini ab alijs, indifferenter ipsum assumens, sicut alios cibos, Leuit.22. *Omnis homo, qui accesserit ad ea, quæ consecrata sunt, in quo est immunditia, peribit coram Domino.* Ideò inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.

Error quorundam refellitur.

Vbi ex Augustino considerandum est, quòd si omne peccatum nunc manifestè Deus plecteret pœnâ, nihil vltimo judicio reseruari putaretur. Rursùs, si nullum peccatum nunc puniret, nulla esse diuina prouidentia crederetur. In signum ergo futuri judicij Deus etiam in hoc Mundo pro peccato quosdam temporaliter punit: quod maximè obseruatum videtur in principio legislationis tam nouæ quàm veteris. Legimus enim *Exod.*32. propter peccata vituli aurei adorati, multa millia hominum perempta. Rursùm legitur *Act.* 5. propter peccatum mendacij & furti, Ananiam & Saphiram interijsse. Vnde & propter peccatum hujus Sacramenti indignè sumpti, aliqui in primitiua Ecclesia puniebantur à Deo infirmitate corporali, vel etiam morte. Vnde dicit: *Ideò*, scilicet in signum futuri judicij, *inter vos multi*, indignè sumentes corpus Christi, *sunt infirmi* corporaliter, *& imbecilles*, idest longa inualetudine laborantes, *& dormiunt multi*, scilicet morte corporali, secundùm quod sumitur dormitio 1. *ad Thess.* 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus.

Cur Deus aliqua hìc peccata puniat, alia non.

In primitiua Ecclesia indignè communicantes, morbo vel morte corripiebantur.

Eapropter, ne sibi præfata contingant, præuiè adhortatur Apostolus: Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat &c. *Primò quidem per examen conscientiæ, deinde per contritionem & confessionem: quamuis enim* in necessitate B sufficiat contritio ad sumptionem hujus Sacramenti: regulariter tamen debet confessio præcedere cum aliqua satisfactione.

Idcircò Eucharistia sumptionem præcedat conscientiæ examen, contritio, confessio, & satisfactio. B 1. Cor. loc. c. ibi. Quicunque.

§ *Sanè, in hujus figuram legimus* 2. *Reg.*6. Extendit Oza manum ad Arcam Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi juxta Arcam Dei: *qua videlicet Manna continebatur, hujus Sacramenti figura. Quòd si figuram illicitè tangens, immò contentiuum figuræ, acriter adeò punitus est à Deo: quantò seueriùs animaduersurum putamus, qui ore polluto figuratum contingunt, & immundo corde recipiunt? De quo & nos moraliter lusimus* C.

Diuinæ contra indignè accedentes punitionis exempla in figuris.

C Com. 7. dist. 71.

Admouet Oza manum: tactâ mox concidit Arcâ.
Quid si sacrum ausus Manna comesse reus?

Ita & 2. *Mach.*2. *legitur:* Et dixit Moyses: coquòd non sit comestum quod erat pro peccato, consumptum est. *Quasi dicat:* Eoquòd D non sit mundè comestum, & non à mundis, & in loco sancto &c. accidit hæc vindicta, *vt habetur* Leuit. 10. *De indignè accedentibus verum habet quod dicitur ex ore Domini Psal.* 26. Appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. *Nam* qui se E permisit manibus malignorum semel crucifigi, permittit se sceleratorum manibus tractari, & inimicorum atque immundorum dentibus in Sacramento lacerari. Hinc hosti & traditori suo Iudæ in Cœna cum alijs dicitur corpus suum dedisse (*sicut quotidie tot peccatoribus exhibet:*) veritatem enim præsentiæ suæ ad instar Solis *oriri facit super bonos & malos*, exhibens se in hoc Sacramento dignis & indignis: licet non ab omnibus effectus suscipiatur æqualis. Nam dignus, effectus bonitatis Dei suscipit, indignus verò seueritatis. *Vide*, paris sumptionis quàm sit dispar exitus! *Et Iudæ inquam corpus suum dedit:* & hoc F vt eum sua benignitate à peccato reuocaret: & daret Ecclesiæ documentum, vt dum esset occultus peccator, non prohiberetur à receptione hujus Sacramenti: homines enim non habent judicare de occultis. *Quod alibi confirmat Author super illud Ioan.*13. Et post buccellam introiuit in eum Satanas. *Horum enim occasione verborum quærit:* Nunquid G buccellam dare Iudæ, postquam introiuit in eum Satanas, fuit malum? *Et respondet:* Dicendum, quòd non. Sed ipse Iudas, cum esset malus, bono vsus est malè. Sic, cum quis indignè accipit Eucharistiam: quod bonum est, & optimum, malè accipit, & vertitur sibi in malum, quia judicium sibi manducat, *vt dicit Apostolus* 1. Cor. 11. *sicut suprà expositum est. En quomodo sacrosancta Eucharistia* mors est malis, vita bonis.

D 2 Mach. 2. ibi.

E Op 58. c. 5. post med. & cap. 18 ab init. & locis mox citandis.

F Matth. 26. lec. c. ibi. dedisseque 3. p. 80. 6. & 81. 2. In 4. d. 9. 1. 5 q. 1. & 2. & d. 11. 3 a. q. 1.

G Io. 13 l. 4 fi. Peccatori occulto Eucharistia non deneganda.

*Vita bonis, de quibus mysticè dicitur Psal.*21. Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt omnes qui requirunt eum &c. *Edent pauperes*, scilicet H humiles, Sacramentum corporis & sanguinis Christi sacramentaliter & spiritualiter: & ex hoc sequitur triplex effectus spiritualis, scilicet satietas, laus, & vita. Quantùm ad primum dicit: *& saturabuntur*, quia quiescet desiderium suum in plenitudine gratiarum, quam per hoc Sacramentum acquirunt, Psalm.62. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea:*

Quomodo vita bonis.

H Psalm. 21. à lec. 7.

Digitized by Google

mea: (& Luc. 1. *Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes.*) Quantùm ad ſecundum dicit: *& laudabunt Dominum, qui requirunt eum:* nec mirum, quia laus ſequitur ex lætitia, Iſ. 51. *Venient in Sion laudantes, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum.* Satietas autem cauſat delectationem, Iſ. 55. *Comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra,* ideſt in ſpirituali dulcedine, Pſal. 41. *In voce exultationis, & confeſſionis, ſonus epulantis.* Quantùm ad tertium dicit: *Viuent corda eorum in ſeculum ſeculi,* Ioann. cap. 6. *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Vita ergo bonis *eſt Euchariſtia. Sed & ſimul* mors eſt malis (*vti ſceleſto contigit Iudæ:* qui I ex vitali medicina ſumpſit periculum mortis:) *vnde ſequitur:* Manducauerunt omnes pingues terræ: in conſpectu ejus cadent omnes qui deſcendunt in terram. *Pingues terræ,* ideſt carnales, *manducauerunt,* ſcilicet indignè, quia carnales ſunt, 1. Cor. 15. *Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt.* De bonis dixit ſuprà, quòd *ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, & viuent,* quia venerantur Sacramentum per fidem, quam habent. Sed iſti, qui ſunt *pingues terræ,* ideſt in terrenis defixi, non in ſpiritualibus eleuati, *cadent in conſpectu ejus,* ſcilicet Dei. Iſti deſignantur per vaccas pingues (*de quibus Amos 4.*) Deuter. 32. *Incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum &c.* Et benè dicit: *Omnes qui deſcendunt in terram,* ideſt qui affectu demerguntur ad terrena: quia, etſi iſti videantur ſtare in conſpectu hominum, tamen *in conſpectu Dei cadent.* Vel *omnes, qui deſcendunt in terram,* ideſt in corruptionem peccati, *cadent: quia peccatum eſt animæ caſus; & quidem mortalis,* 1. Cor. 10. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat, ne cadat.

Quomodo mors malis.
I 4. d. 11. 3. 2. q. 1. ad 2.

11 *Verùm nedum accedens indignè mortaliter peccat (vt docemur L.) ſed & grauiſſimum ſacrilegium admittit. Nam* ſpecies M ſacrilegij, quæ circa res ſacras committitur, diuerſos habet gradus ſecundùm differentiam rerum ſacrarum: inter quas ſummum locum obtinent ipſa Sacramenta, quibus homo ſanctificatur, quorum præcipuum eſt Euchariſtiæ Sacramentum, quod continet ipſum Chriſtum. Et ideò ſacrilegium, quod contra hoc Sacramentum committitur, grauiſſimum eſt inter omnia. *An verò omnium ſit peccatorum grauiſſimum? Reſpondet Author,* quòd peccatum N aliquod habet grauitatem dupliciter. Vno modo ex ipſa ſpecie peccati, quæ ſumitur ex objecto: & ſecundùm hoc, grauius eſt peccatum, quod contra diuinitatem committitur, putà infidelitas, blaſphemia, vel aliquid hujuſmodi, quàm quod committitur contra humanitatem Chriſti. Vnde & ipſe Dominus Matth. 12. *Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei.* Et iterùm: grauius eſt peccatum, quod committitur contra humanitatem Chriſti in propria ſpecie, quàm ſub ſpecie Sacramenti. Alio modo grauitas peccati attenditur ex parte peccantis. Magis autem peccat qui ex odio aut inuidia, vel ex quacunque malitia peccat, ſicut peccauerunt illi, qui Chriſtum crucifixerunt, quàm qui peccat ex infirmitate, ſicut interdum peccant illi, qui indignè ſumunt hoc Sacramentum. (*Ex quo* O peccatum in quibuſdam poteſt eſſe grauius, ſicut in his, qui ex actuali contemptu cum conſcientia peccati ad hoc Sacramentum accedunt: in quibuſdam verò minùs graue, putà in his, qui ex quodam timore, ne deprehendantur in peccato, cum conſcientia peccati accedunt.) Non ergo per hoc, quòd aliquis dicitur *reus corporis & ſanguinis Domini,* intelligitur, quòd peccatum indignè ſumentium comparetur peccato occidentium Chriſtum ſecundùm æqualitatem, ſed ſecundùm ſimilitudinem ſpeciei: quia vtrunque eſt circa eundem

Indignè accedens nedum mortaliter peccat, ſed & grauiſſimum ſacrilegium committit.
L 3. p. 80. 4. & 7. In 4. d. 9. 1. 3 q. 1. & a. 4. & 1. Cor. 11. l. 7.
M 2. 2. q. 99. 3. c. & 154. 10. ad 3.
An illud ſit, omnium peccatorum grauiſſimum.
N 1. Cor. 11. l. 7. ibi, tertio, 3. p. 8. 5. c. & ad 1. In 4. d. 9. 1. 3. q. 3.
O 3 p. 80. 5. ſ. c. In 4. l. c.

Chriſtum. *Quo ſenſu pariter exponitur quod ait* Hieronymus *ad Sacerdotem fornicatorem:* ò Iuda, oſculo Filium hominis tradis? *Dicendum namque,* quòd fornicator P accipiens corpus Chriſti comparatur Iudæ Chriſtum oſculanti quantùm ad ſimilitudinem criminis, quia vterque ex ſigno charitatis Chriſtum offendit: non tamen quantùm ad criminis quantitatem. Hæc autem criminis ſimilitudo non minùs competit alijs peccatoribus, quàm fornicatoribus: nam & per alia peccata mortalia agitur contra charitatem Chriſti, cujus ſignum eſt hoc Sacramentum; & tanto magis, quantò peccata ſunt grauiora. Secundùm quid tamen peccatum fornicationis magis reddit hominem ineptum ad perceptionem hujus Sacramenti, in quantùm ſcilicet per hoc peccatum ſpiritus maximè carni ſubijcitur: & ita impeditur feruor dilectionis, qui requiritur in hoc Sacramento. *Num verò infidelis magis peccet, quàm fidelis, indignè ſumendo? Reſpondet Author, quòd* indignè manducare Q eſt duo peccata conſiderare, ſcilicet peccatum, quo indignus quis redditur ad manducandum: & peccatum, quo indignè manducat. Quia ergo peccatum infidelitatis eſt grauius cæteris peccatis, ideò infidelis manducans indignior eſt ad manducandum: ſed quia non credit illud, quod ſumitur, eſſe tantæ dignitatis, quantæ eſt, ideò non tantum peccat in abuſu: quia ignorantia infidelitatis, quamuis non excuſet ſequens peccatum à toto, excuſat tamen à tanto, vt patet de peccato occidentium Chriſtum: *Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent,* vt dicitur 1. Cor. 2. & per hanc ignorantiam, eorum peccatum alleuiatum eſt, vt dicit *Anſelmus.* Et Paulus de ſeipſo dicit 1. ad Tim. 1. *Miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate.* Et ideò infidelis indignior manducat, ſed peccator fidelis magis indignè. *Vnde Apoſtolus ad Hebr.* 10. Quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcauerit &c. *de quo inferiùs. Neque ratione ſcandali debet peccator fidelis adhoc tam facilè Sacramentum accedere:* debet *enim* potiùs R eligere, vt abſtinendo reddatur ſuſpectus, quàm communicando manducet indignus. *Quin potiùs* ſe S debet dimittere ab Eccleſia excommunicari, quàm cum propoſito peccati corpus Chriſti ſumat. Hinc eſt T quòd indignè communicantes tria mala ſequuntur, ſcilicet magna culpa, magna Dei offenſa, & multiplex plaga. Magna culpa, Ier. 11. *Quid eſt, quòd dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas?* Quaſi diceret: Non auferunt, ſed augmentant. (*Noſcent Sacerdotes minùs pij.*) Et ratio (*præ cæteris*) culpæ illorum eſt maxima ingratitudo. Quæ enim poteſt eſſe major, quàm ſi quis habens Dominum, à quo accepiſſet quicquid boni haberet, & ipſum inſuper morte ſua de ſuſpendio liberaſſet: eundem Dominum in ſtabulum immundiſſimum duceret, & ibi conculcaret? Tanta ingratitudine peccant qui corpus Domini ſumunt in peccato mortali, Pſalm 55. *Conculcauerunt me inimici mei tota die;* & Hebr. 10. *Quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui Filium Dei conculcauerit &c.* (Conculcat V Chriſtum qui eo indignè communicat.) *Non minùs* ait Auguſtinus *eſt deteſtabile, in os pollutum, quàm in lutum mittere Dei Filium.* Secundum malum iſtorum eſt magna Dei offenſa, 1. Reg. 2. *Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus: ſi autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?* Quantò major gloria *ex gloſſa* tantò major offenſa, *Sacerdotum præſertim,* Malach. 1. *Ad vos, ò Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum: offertis ſuper altare meum panem pollutum.* Aperit *inquit gloſſa* cauſas offenſæ, quòd pollutum panem offerunt. Polluit enim panem, ideſt corpus Chriſti, qui indignè

accedit

Sacerdos fornicator Iudæ aſſimilatur.
P 3. p. l. c. ad 2. In 4. d. 9. 1. 3. q. 5.
Peccatum fornicationis ſecundùm quid magis reddit ineptum hominem ad Euchariſtiæ ſumptionem.
Q In 4. l. c. a. 3. q. 4. & 3. p. l. c.
Num magis peccet infidelis ſumens, quàm fidelis.
Non tam facilè ad hoc peccator accedat Sacramentum, ratione ſcandali.
R In 4. d. 9. 5. q. 1. ad 3.
S 4. d. 9. 1. q. 3. ad 3.
Potius patiatur excommunicari, quàm indignè ſumat.
T Op. 58. c. 1. & 10.
Magna culpa eſt indigna ſumptio, ingratitudinem.
V Hebr. 10. 3. ibi.
Magna offenſa.

Digitized by Google

accedit ad altare; & mensam Domini, si non scelerata voce, scelerato opere despicit: & dum sacramenta violantur, ipse, cujus est Sacramentum, violatur. Tertium malum istorum est multiplex plaga, Hebr. 10. cit. *Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia &c.* Hæc supplicia possunt dici triplices plagæ. Prima, multa damna spiritualium bonorum: secunda, sterilitas terræ, siue caritas temporalium: tertia, pestes corporum, & strages hominum. De prima Thren. 1. *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus: quia vidit Gentes ingressas Sanctuarium tuum, de quibus præceperas, ne intrarent in Ecclesiam tuam.* Hostis antiquus ait glossa ad desiderabilia Ecclesiæ manum mittit, & spiritualem ornatum aufert in membris suis, fidem contaminans, baptisma rescindens, idest gratiam in baptismo datam, doctrinam corrumpens &c. Et causa tanti mali redditur, *quia Gentes*, idest carnem amantes, & Christi circumcisionem non habentes, ministri altaris efficiuntur. De secunda plaga Deut. 28. *Si audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt facias omnia mandata ejus, venient super te omnes maledictiones istæ. Maledictus fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium. Mittet Dominus super te famem, & esuriem, & increpationem in omnia opera tua.* Hæ plagæ venient, si audire nolueris vocem Domini, præcipuè de corpore Domini non indignè tractando, secundùm illud Leuit. 21. *Homo, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium ejus* (notent clerici & Sacerdotes) vnde Genes. 3. *Quia comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes: maledicta terra in opere tuo: spinas & tribulos germinabit tibi.* De tertia plaga 1. Cor. 11. *Qui manducat indignè, judicium sibi manducat*; idest, ad judicium mortis se obligat: & multi alij propter scelus vnius sæpe feriuntur, vnde sequitur: *Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi*, scilicet somno mortis (*vt & superiùs exponebatur*) vel Dei verbere, vel præliorum aduersitate, *Psal. 77. & Num. 11.* Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat hujusmodi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plagâ magnâ nimis. *Si ergo spiritualibus destituuntur interdum bonis fideles, si caritatis sustinent damna, si bellorum cladibus affliguntur, si pestifera tabescunt lue: fixè perpendant, an aliqui fortasse sint Christi corporis & sanguinis rei. Et inde vnusquisque edoctus, antequam ad altare accedat, ejusdem Pauli hortamenta sectando*, probet se ipsum, ne sibi judicium manducet. (*Christus enim in Sacramento altaris justus præsidet judex, juxta illud 3. Reg. 8.* Si peccauerit homo, & venerit coram altari tuo in domum tuam, judicabis seruos tuos, condemnans impium, & reddens viam tuam super caput ejus; justificansque justum, & retribuens ei secundùm justitiam suam.) *Vnde & subdit*: Quòd si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique judicaremur. *Dijudicaremus*, redarguendo scilicet X & puniendo peccata nostra: *non judicaremur*; idest, non puniremur à Domino, neque postmodum in futuro, neque etiam in præsenti. *Dum judicamur autem à Domino*, idest dum in hoc Mundo punimur, *corripimur*; idest, hoc fit ad correctionem nostram, dum scilicet quilibet propter pœnam, quam sustinuit, à peccato recedit; & hoc ideò, *vt non cum hoc Mundo damnemur*, cum hominibus scilicet mundanis æterna damnatione in futuro. *Quod maximè timendum est. Idcircò dicebat initio Author*: Quantò Y Sacramentum est dignius, tantò abusus est periculosior. *Et concludit Apostolus Hebr. 10.* Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.

Multiplex ex indigna sumptione plaga.

X 1. Cor. 11. l. 7. ibi.

Y 3. d. 9. 1. 3. q. 1. init. c. Quantò Sacramentum dignius, tantò abusus periculosior.

x *Nec tamen absterreantur hinc homines, Sacerdotes præsertim minùs pij, qui immò Iudæ sequaces proditoris, Christum Dominum in Sacramento labijs impuris osculando tradunt, ne dicam (vt prætactum est) iterum ad altare crucifigunt*, Hebr. 6. Rursùm crucifigentes sibimetipsis Filium Dei: (*nam Eucharistiæ sacrificium, memoriale passionis Christi est*:) *de quibus Hieronymus*: Quid tibi Z cum fœminis, qui ad altare cum Deo fabularis? Dic Sacerdos, dic clerice, qualiter eisdem labijs Filium Dei oscularis, quibus osculatus es labia meretricis. O' Iuda, osculo Filium hominis tradis? *Idem dic de laicis plurimis, siue viris siue fœminis, qui tempore Paschali ad Sacram accedunt Synaxim, nondum acri ad inimicos odio è cordibus amoto: cum tamen Matth. 5. dicatur*: Vade priùs reconciliari fratri tuo; & tunc veniens offeres munus tuum. *Est enim Eucharistia Sacramentum charitatis, & pacis. Accedunt, inquam, nondum ad fornicariam, siue fornicarium respectiuè, impuro affectu deposito: cum tamen legatur Matth. 6.* Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet (*sicut indignè accedens Christum contemnit in Sacramento.*) Nihilominus, ne contristet delicias ejus, *delicias sibi subtrahit spirituales, quas cœlestis hic præbet panis*: Pinguis est *enim* panis Christi, & præbebit delicias regibus: *laqueum animæ injiciens inextricabilem, vnde viam nunquam inueniet pœnitentiæ. Et quidem maximum absurdum est, vt qui per baptismum membrum fit Christi, in Sacramento Eucharistiæ, vbi per charitatem magis Christo adhærendum esset, membrum fiat abominabile meretricis. Quod exaggerat Paulus 1. Cor. 6.* Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. *Tollens membra Christi*, idest A injustè subtrahens seruitio Christi, cui debent deputari; *Exhibeatis membra vestra, arma justitiæ Deo*, ad Rom. 6. faciam, *membra meretricis* esse, fornicando? *Absit*: hoc enim est horrendum sacrilegium, *Sacerdotum præcipuè*. Non *enim* potestis (*inquit Apostolus 1. Corinth. 10.*) mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum: *qualis est, cum indignè Eucharistia suscipitur. Quod quidem adumbrari videtur* 1. Reg. 5. *vbi legitur*, quòd Philisthijm tulerunt arcam Dei (*Manna continentem*,) in Azotum, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam juxta Dagon. *At vide, quid euenerit.* Aggrauata est manus Domini super Azotios, & demolitus est eos &c. *Et hoc est, quod dicitur Psalm. 68. & Rom. 11.* Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum &c. *Sed & hoc mysticè minatur Spiritus Sanctus, Eccli. 1.* Attende, ne adducas animæ tuæ inhonorationem, & reuelet Deus absconsa tua, & in medio Synagogæ elidat te, quoniam accessisti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo, & fallacia. *Idcircò quisquis est, cui ob culpam Manna hoc sacratissimum desipit, videat, ne ab antiquo serpente spiritualiter interficiatur, vti contigit filijs Israel* Num. 21. *vbi vix leguntur dixisse*: Anima nostra jam nauseat super cibo isto; *mox subjicitur*: Quamobrem (*ecce causa*) misit Dominus in populum ignitos serpentes: ad quorum plagas & mortes plurimorum &c. 1. Cor. 11. Et dormiunt multi. *Verùm, sicut ingens peccatum est indigna Sacramenti susceptio: ita culpam non parùm aggrauat, statim à communione peccare. Id quod innuitur* Matth. 26. *quando Apostoli, Domini passione appropiante, relicto eo omnes fugerunt. Quod praeuidens Dominus, dixit ad eos*: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. *Vbi Author*: Aggrauatur (*inter cætera*) peccatum B discipulorum appropinquatione temporis, quia post tantas monitiones, post Sacramenti susceptionem, reliquerunt. Vnde jam obliti erant quæ fecerant eis. Hinc bene comparati sunt viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo: consideravit enim se, & abijt: & statim oblitus est qualis fuerit, vt dicitur Iac. 1. Non secus & de quo-

Moralitas ad hæc.

Z 3. p. 80. 5 arg. 2.

A 1. Cor. 6. l. 3 ibi.

Culpam aggrauat, statim à communione peccare; & indispositionem accedentis indicat.

B Matth. 26. lit. c. ibi.

Digitized by Google

quocunque est, qui post susceptum Sacramentum, nedum eodem die, sed & hora eadem, ad peccatum redit, ac si corpori & sanguini Christi non communicasset: ex quo indubitanter ejus culpa aggrauatur; deprehenditur immò, vel non plenè præterita crimina detestatus, vel nulla prorsus deuotione accessisse: quod memoriam non prætereat accedentis. Itaque concludamus cum Chrysostomo: Ad terribilem mensam nullus Iudas, nullus malignus, nullus fictus accedat, nullus fucato animo. Pura igitur sit mens, pura cogitatio: quia & sacrificium purum est. *Pura sanè fuit mens Seraphicæ* Catharinæ *Senensis, quæ ideò* inuenta est à die cinerum vsque ad Ascensionem Domini jejunium perduxisse, sola Eucharistiæ communione contenta. *Pura fuit cogitatio* Rosæ *Virginis Limanæ*, cujus deuotioni, ne quotidie Sacro abesset, ita diuina bonitas prospexit, vt interjecto pariete non obstante, ac si personaliter præsens esset, sacrificijs interfuerit. *Purum fuit cor* Raymundi *Nonnati, qui morti jam proximus*, cum Sacerdos diutiùs tardaret, Angelorum ministerio, sub specie Religiosorum sui Ordinis apparentium, salutari Viatico refectus fuit. *Et hanc mentis cordisque puritatem enixè nos quoque postulemus à Deo, vt ad diuinissimæ Eucharistiæ mensam qua par est munditia accedamus: quam nobis Christus æterna sapientia parauit*, Prou. 9. Miscuit vinum, & proposuit mensam suam. *Proposuit inquam, ad conuiuandum inuitans:* Venite, comedite panem meum: & bibite vinum, quod miscui vobis. *Cui bene respondet illud Psalm.* 22. Parasti in conspectu meo mensam aduersùs eos, qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quàm præclarus est! *Parasti in conspectu meo mensam*, sacramentalem scilicet C altaris. Triplex enim mensa legitur in Sacra Scriptura. Prima est mensa veteris legis, Exod. 25. *Facies mensam de lignis Setim: & pones super mensam panes propositionis: (ad figurandum vtique Angelicum Eucharistiæ panem.)* Alia est noui Testamenti, 1. Cor. 10. *Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum.* Tertia mensa est in Pàtria, Luc. 22. *Vt edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo.* In mensa autem Sacramentali pugnamus contra inimicos nostros; vnde subditur: *aduersùs eos, qui tribulant me.* nam corpus Christi contra inimicos tutatur, vt dicit *Chrysostomus* super Ioannem: *Et vires addit ac robur*, l. 5. Omne robur panis; *vnde & ab Ecclesia canitur:* Bella premunt D hostilia *Mundi, Carnis, & Dæmonis:* da robur, fer auxilium. *Dat robur inquam & vires: ex quo Sanctus Author, cujus summa in Eucharistiam deuotio, & fides, in officio Sacramenti tam piè quàm sapienter concinnato satis ostenditur*, vt sibi in *extremo morbo* allata fuit, etsi fractis viribus esset, humi se dejecit, & cum lacrymis adorans accepit.) *Impinguasti in oleo caput meum*, idest mentem meam, *oleo*, idest spirituali deuotione (*quæ scilicet ad Eucharistiam sumendam exigitur.*) *Et calix meus inebrians*, idest sanguis Christi, quia *præ spirituali mentis dulcedine* debet inebriare, (*Cant.* 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi:) *quàm præclarus est!* idest, maximè clarus. *Et alibi:* Calix E fructuosus, quia ad bibendum spiritualiter pretiosus: quia Domini, specialiter purus & mundus: quia non datur immundis vtiliter. *Igitur* ad terribilem mensam accedentis (*vt ex Chrysostomo præmittebamus est*) pura sit mens, pura cogitatio, quia & sacrificium purum est. *Idcircò enim ad exemplum nostrum pedes lauit Dominus discipulorum (per quorum sordes, venialia etiam minima, vt supra ex Authore docuimus, significantur) quia ex* D. Anselmo *purissimum corporis & sanguinis Christi erant Sacramentum sumpturi.* *Neque enim post cænam, sed inter cænandum lauit; vnde & post ablutionem iterum ad mensam resedit*, (Io. 13. Cum recubuisset iterum:) *& tunc suum dedit corpus discipulis, nec traditore submoto, cui & intinctum panem in proditionis signum porrexit, vt sentit cum* Augustino *Author: post cænam deinde, in qua diu no corpore fuerant refecti, tribuit & sanguinem suum, vt habetur Luc.* 22. *&* 1. *Corinth.* 11. Similiter & calicem, postquam cœnauit &c. *Neque obstat de ablutione quod dicitur Ioa.* 13. Et cœnà factà: *hoc siquidem intelligendum est de cœna legali: post hanc enim lauit Christus pedes Apostolorum; quibus ablutis, ad mysticæ mensam cænæ resedit, Eucharistiæ instituens Sacramentum, discipulisque distribuens: in eadem quippe Cæna* vetus testamentum (*quod ait Leo Papa*) consummabat, & nouum Pascha condebat. *Quòd si Apostoli Christi, pedum ablutione indiguerunt: quantò magis ante Eucharistiæ sumptionem necessaria nobis erit purificatio, qui nouis quotidie maculis inquinamur? Faxit Deus, vt de hac sacra mensa hìc refecti, ad futuræ mensam gloriæ, cujus illa pignus est, sempiterna diuinitatis fruitione repleamur. Hæc sunt, quæ compendiosè de ineffabili Eucharistiæ Sacramento ex Authore collegimus: cum tamen plura, & adhuc plura supersint dicenda: quæ fusiùs videantur* H. DISCE, *nonnisi mundos corde Deum hìc & in Patria degustare. Vide* Christi Passio, Mors, Sanguis: Ecclesia: Missa, Sacerdos, Sacramentum *Tom.* 2.

S. Catharina Senensis.

S. Rosa.

S. Raymundus Nonnatus.

C Ps. 22. lit. A. Serm. ex Ep. in Fest. S. I. a. Apost. Opusc. 58 c. 1.

Triplex mensa in Sacra Scriptura.

Mensa Eucharistiæ præsidium contra hostes nostros.

D Op. 57. Hym. ad Laud.

E 1. Cor. 10. l. 3. ibi calicem. & Opusc. 58. à cap. 21.

Christus quando nam lauerit pedes discipulorum.

H 3. p. à q. 73. In 4. à d. 8. Op. 58 Io. 6. & 1. Cor. 11. et. 4. & 4. cen. G. à c. 61.

EVSTOCHIA. Vide CONSILIVM.

EXCÆCATIO. Vide DEVS, PECCATVM.

EXCOMMVNICATIO.

XVI. *Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, ad Tit.* 1. Ratio deuitationis est: quia cum errante agendum à principio, vt corrigatur, Matth. 9. *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus.* Et ideò non est dimittendus, quousque videatur, si curari poterit: sed si non potest sanari, tunc est dimittendus. *Ad Tit.* 1. *l.* 2. *ibi.*

y EXcommunicatio, *Ecclesiastica & quidem potissima pæna est, quæ alio nomine* anathema *vocatur, & separationem signat, ad Galat.* 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis: *anathema* sit. *Et cum addito* anathema maran-atha *dicitur* 1. *ad Cor.* 16. Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit *anathema, maranatha.* Maran-atha *vox est Syriaca, & significat* Dominus veniet, *vel* venit, *siue* donec veniat Dominus, *vel* in aduentum Domini. *Igitur sit anathema maran atha*; quasi I dicat: sit separatus, vel excommunicatus in aduentu Domini. *Appellatur etiam spiritualis Ecclesiæ gladius, ad continendos in officio fideles, prauosque absterrendos: nam* pestilente flagellato *Prou.* 19. stultus sapientior erit. *Vnde & à Sacro Tridentino Concilio neruus dicitur disciplinæ Ecclesiasticæ, cum sess.* 25. *de ref. c.* 3. *ait:* Quamuis excommunicationis gladius neruus sit Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valdè salutaris: sobriè tamen, magnaque circumspectione exercendus est: cùm experientia doceat, si temerè aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari; & perniciem potiùs parere, quàm salutem. *Quæ sola tamen piæ Matris Ecclesiæ excommunicantis præcipuus est finis, exemplo Apostoli, qui postquam Corinthium illum excommunicauit* 1. Cor. 5. *subjecit:* Vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi, *scilicet*, vt peccatorum L turpitudinem cognoscens confundatur, & pœniteat, & sic sanetur, *secundùm illud Ier.* 31. Confusus sum, & erubui: quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. *Idcircò non*

tam

Excommunicatio pœna Ecclesiæ potissima.

Anathema maran-atha quid significet.

I 1. Cor. 16. fi.

Non facilè excommunicatio fulminanda.

Finis excommunicantis Ecclesiæ salus animæ.

L 1. Cor. 5. l. 1. fi.

Bina saltem præmittenda admonitio.

tam facilè à Prælatis ferenda excommunicatio est, sed maturè maturiùsque res priùs discutienda. Vnde & binam saltem decreuit Ecclesia canonicam monitionem præmitti: quod ad majorem judicis maturitatem, & ad rei (si fieri potest) de admisso delicto resipiscentiam, rationabiliter facit, ab Apostolo edocta ad Tit.3. Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita. *Hinc soli contumaces anathematis fulmine feriendi. Quod vtrunque idem statuit Concilium, cum ibidem subdit:* Quòd si executio realis, vel personalis in causis judicialibus, & etiam criminalibus fieri non poterit (*modo ibi præscripto*) sitque erga judicem *contumacia*: licebit judici hoc spirituali gladio in delinquentes vti: si tamen delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione, etiam per edictum, id postulet. *Vt innuat eodem tempore, nonnisi pro mortali culpa excommunicationem ferendam*: quia M justè excommunicari quis non potest, nisi pro culpa mortali, *saltem inobedientiæ. Vnde Apostolus* 1. Cor. 5. cit. *solùm mortaliter peccantes nominat, quibuscum commisceri, & cibum sumere vetat*: Scripsi vobis, si quis fornicator est, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum ejusmodi non commisceri nec cibum sumere. *Vbi Author*: Apostolus *inquit* non N numerauit, nisi peccata mortalia, in signum, quòd pro solo peccato mortali debet aliquis excommunicari. *Ex quo sequitur, quòd* quia O peccatum in actu consistit: actus autem non est communitatis, sed singularum personarum vt frequentet: ideò singuli de communitate excommunicari possunt, non autem ipsa communitas. Et si etiam quandoque actus sit totius alicujus multitudinis (vt quando multi nauim trahunt, quam nullus trahere posset) non tamen est probabile, quòd aliqua communitas ita tota ad malum consentiat, quin aliqui sint dissentientes. Et quia non est Dei, qui judicat omnem terram, vt condemnet *justum cum impio*, vt dicitur *Genes.*18. ideò Ecclesia, quæ judicium Dei imitari debet, satis prouidè statuit, vt tota communitas non excommunicetur, ne collectis zizanijs, simul eradicetur & triticum, *vt dicitur Matth.*13. *Consequenter verò*, quia P excommunicatio est grauissima pœnarum; pœnæ autem medicinæ sunt, secundùm Philosophum *in* 2. *Ethic.* Sapientis autem medici est à leuioribus medicinis incipere, & minùs periculosis: ideò excommunicatio infligi non debet pro peccato mortali, nisi quis contumax fuerit vel non veniendo ad judicium, vel ante terminationem judicij sine licentia recedendo, vel determinationi non parendo. Tunc enim, postquam monitus fuerit, si obedire contempserit, contumax reputatur, & excommunicari debet à judice, jam non habente quid contra ipsum faciat ampliùs. *Id quod ajebat initio Author, conformiter ad Tridentinum cit.* Cum errante Q agendum à principio, vt corrigatur. Et ideò non est dimittendus, quousque videatur, si curari poterit. Sed si non potest sanari, tunc est dimittendus; *hoc est, satanæ tradendus per sententiam excommunicationis. Et huc facit quod habetur Apoc.* 3. Quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo: *videlicet* (*ex glossa*) excommunicando R & à consortio Sanctorum remouendo. In vomitu autem est expulsio quædam (*subjicit ibi Author*) cum difficultate & dolore. Item vomitus fit causa medicinæ, siue sanitatis corporis, & quodammodo inuitè. Sic excommunicatio debet fieri, non ad vindictam, sed ad medicinam (*vt spiritus saluus sit*, ex Apostolo) non libenter, se quasi coactè. Item vomitus, quando nimius est & continuus, mortem non salutem inducit. Sic excommunicatio, quando generalis est & frequens, non salutem animarum, sed mortem inducit. *Discant hinc Prælati non tam facilè, nec frequenter, sed rarò, & nonnisi ex necessitate, ad extremum ex Tridentino remedium, excommunicationis gladium euaginare. Quoniam verò docemur, quòd* injusta S excommunicatio charitatem alicui auferre non potest, cum sit de maximis bonis, quæ non possunt alicui inuito auferri: *datur quærendi locus, an injusta excommunicatio liget, suumque verè sortiatur effectum? Ad quod respondet Author, quòd* excommunicatio T potest dici injusta dupliciter. Vno modo ex parte excommunicantis, sicut cum ex odio vel ira excommunicat: & tunc excommunicatio nihilominus habet effectum suum, quamuis ille, qui excommunicat, peccet: quia iste justè patitur, quamuis ille injustè faciat. Alio modo ex parte ipsius excommunicationis: vel quia causa excommunicationis est indebita, vel quia infertur sententia, juris ordine prætermisso. Et tunc, si sit talis error ex parte sententiæ, qui sententiam nullam faciat esse, non habet effectum, quia non est excommunicatio. Si autem sententiam non annullet, habet effectum suum; & debet excommunicatus humiliter obedire, & erit ei ad meritum vel absolutionem petere ab excommunicante, vel ad superiorem judicem recurrere: si autem contemneret, eo ipso mortaliter peccaret. Contingit autem quandoque, quòd est debita causa ex parte excommunicationis, quæ non est debita ex parte excommunicati: sicut cum aliquis pro falso crimine in judicio probato excommunicatur. Et tunc, si humiliter sustinet, humilitatis meritum recompensat excommunicationis damnum.

Ferenda pro sola mortali culpa.

M 4. d. 18. 2. 1. q. 1. ad 2. & q. 3. c. & a. 3. q. 2. c.

N 1. Cor. 5. l. 3. ibi. & 2. Thess. 3. l. 1. ibi, vt subtrahatis.

Singulæ personæ, non communitates excommunicari possũt, & quare.

O 4. d. 18. 2. 3. q. 2. c. Quol. 10. a. 15. ad 1.

Nonnisi in contumaces feratur.

P 4. d. 18. 2. 1. q. 3. c. Quol. 4. a. 6. & Quol. 11. a. vlt.

Q Ad Tit. 3. l. 2.

R Apoc. 3. lect. 2. & 1. ibi.

S 4. d. 18. 2. 1. q. 3. ad 2.

An injusta excommunicatio suum habeat effectum.

T 4. loco cit. a. 1. q. 4. c. Dupliciter potest dici injusta.

2 *Porrò præcipuus excommunicationis effectus est à communione sacramentorum separatio atque fidelium. Et vmbram quidem separationis ejusmodi legimus habuisse Iudæos, qui à Synagoga Christum confitentes excludebant, non secus ac fidem Christi abnegantes ab Ecclesia excluduntur. Vnde super illud Ioann. Epist. can.*3. Et de Ecclesia ejicit, *inquit ex glossa Author*: Hæc V excommunicatio manifestum errorem continens, non ligabat. Talis erat excommunicatio Iudæorum *Ioan. cap.* 9. Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur Christum, extra Synagogam fieret. *Hinc & cap.*16. *ipse Dominus ad discipulos dicebat:* Absque Synagogis facient vos. *Veruntamen* aliquis X potest extra Ecclesiam fieri per excommunicationem dupliciter. Vno modo, ita quòd separetur tantùm à participatione Sacramentorum: & hæc erit excommunicatio minor. Alio modo ita quòd excludatur & à participatione Sacramentorum, & à communione fidelium: & hæc erit excommunicatio major. Quæ diffinitur, quòd sit *separatio à communione Ecclesiæ quoad fructum, & suffragia generalia.* Non autem potest esse tertium, scilicet quòd excludatur à communione fidelium, & non à participatione Sacramentorum, quia scilicet fideles in Sacramentis communicant. Sed communicatio fidelium est duplex: quædam in spiritualibus, sicut mutuæ orationes sunt, & conuentus ad Sacramenta percipienda: quædam in corporalibus actibus legitimis. Qui quidem legitimi actus, & licita communio, his versibus continentur:

Si pro delictis anathema quis efficiatur,
Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Os, scilicet ne detur osculum: *Orare*, ne cum excommunicatis oremus: *Vale*, ne salutemus: *Communio*, ne scilicet in Sacramentis cum ipsis aliquis communicet: *Mensa negatur*, ne aliquis cum eis comedat. (*Quod tangit & Ioannes in sua secunda Can. cum ait:* Si quis &c. nolite recipere eum in domum, nec *Aue* ei dixeritis. *Exponitur enim* Nolite recipere eum in domum, *idest* in Ecclesiam Y ad orandum, vel communicandum: vel *in domum*, idest in hospitium ad mensam priuatam. In hoc autem, quòd dicit, *nec Aue ei dixeritis*, osculum pacis intelligitur, & priuata salutatio: solent enim

Excommunicationis vmbra apud Iudæos.

V Io. Ep. can. 3. ibi.

X In 4. d. 18. 2. 1. q. 1. c. & in 1. Cor. 5. l. 3. ad Tit. 3. l. 2.

Quid minor excommunicatio.

Quid major. Ejus diffinitio exponitur.

Fidelium communicatio duplex.

In quibus actibus communicatio vetetur cum excommunicatis.

Y Ioan. Epist. can. 2.

Digitized by Google

hæc se concomitari; vnde vno remoto, remouetur & aliud.) Præmissa ergo diffinitio importat separationem à Sacramentis, in hoc quod dicit, *quoad fructum:* & à communione fidelium, quantùm ad spiritualia, in hoc quod dicit, *& suffragia generalia Ecclesiæ.* Alia autem diffinitio inuenitur, quæ datur secundùm separationem ab vtrisque actibus: quæ talis est. *Excommunicatio* est à qualibet licita communione, & legitimo actu separatio. *Quoniam verò* aliquis Z per excommunicationem separatur à communione fidelium, non autem hominum, nisi per accidens, quia in tantum separatur à communione hominum, in quantùm conuenit separari à communione fidelium: *in præfatis communicatiuis actibus cum excommunicato participans* non semper A peccat mortaliter, sed solùm quando in crimine sibi participat, vel in diuinis, vel in contemptum Ecclesiæ. *Cæterùm*, quia B Ecclesia (*vt prætactum est*) excommunicationem ad medelam, & non ad interitum inducit: excipiuntur ab hac generalitate quædam, in quibus communicare licet; scilicet in his, quæ pertinent ad salutem: quia de talibus homo licitè cum excommunicato loqui potest, & etiam alia verba interserere, vt faciliùs salutis verba ex familiaritate recipiantur. Excipiuntur etiam quædam personæ, ad quas specialiter pertinet prouisio excommunicati, scilicet vxor, filius, seruus, rusticus, & seruiens. Sed intelligendum est de filijs non emancipatis: aliàs tenerentur vitare patrem: de alijs autem intelligitur, quòd licet excommunicato communicare, si ante excommunicationem se ei subdiderint; non autem, si post. Sunt etiam quidam casus excepti: sicut quando ignoratur excommunicatio, & quando aliqui sunt peregrini & viatores in terra excommunicatorum, qui licitè possunt ab eis emere, vel etiam accipere eleemosynam. Et similiter, si aliquis videat excommunicatum in necessitate, quia tunc ex præcepto charitatis tenetur ei prouidere. Quæ his versibus continentur:

Hæc anathema quidem faciunt ne possit obesse,
Vtile, Lex, Humile, Res ignorata, Necesse.

vt *Vtile* referatur ad verba salutis, *Lex* ad matrimonium, *Humile* ad subjectionem: cætera patent.

Alia diffinitio.

Z Quol. 11. a. 9. in c. corp.

A 4. d. 18. a. 4. q. 3. f. c. & Quol. cit.

Quandonam præfata communicatio sit mortalis.

B 4. l. c. a. 4 q. 1. c.

In quibus liceat communicare.

a *An verò ij, de quorum excommunicatione dubitatur, sint euitandi: docemur, quòd* dubitatio C de excommunicatione aliquorum aut præcedit sententiam judicum, aut sequitur. Si præcedit, putà cum nondum est declaratum per judicum consensum, aliquos esse excommunicatos, non sunt vitandi, quousque certo judicio terminetur. In hoc enim casu, certum est, quòd in mitiorem partem interpretari debemus. Vnde & Deut. 27. dicitur: *Si difficile & ambiguum apud te judicium esse perspexeris, & judicum intra portas tuas videris verba variari: venies ad Sacerdotes, & ad judicem; quæresque ab eis, & facies quæcunque dixerint.* Sed si ambiguum oriatur post concordem judicum determinationem, magis standum est sententiæ judicum duplici ratione. Primò quidem, quia judices solicitiùs discutientes negocium, pleniùs possunt percipere veritatem, etiamsi sint minùs periti, quàm alij, qui perfunctoriè constituuntur & extraordinariè. Secundò quia hoc esset magnum nocumentum vtilitatis communis status hominum, si sententiæ non staretur, sed quilibet pro suo libito vellet sententiæ calumniam ingerere; & sic litigia essent interminabilia. Et ideò in tali casu magis est standum sententiæ judicum: nisi fortè sit per appellationem suspensa. *Iam verò dubitationem quamcunque pientissimè sustulit in* Concilio Constantiensi Martinus Papa V. *in sua Extrauaganti*, Ad euitandum. *Minor enim excommunicatio incurrebatur olim non solùm ob participationem cum quolibet quacunque ex causa majori excommunicatione irretito, sed ex alijs causis, quas recenset* Siluester V. Excommunicatio 4. n. 2. *Nunc autem ex præfata Extrauaganti in duobus tantùm casibus incurritur. Primò, si participatio sit cum excommunicato nominatim publicè denunciato. Secundò si interueniat cum publico & notorio Clerici percussore.* Ad euitandum scandala (*verba sunt Pontificis*) & multa pericula, quæ conscientijs timoratis contingere possunt, Christi fidelibus tenore præsentium misericorditer indulgemus, quòd nemo deinceps à communione alicujus in Sacramentorum administratione vel receptione aut alijs quibuscunque diuinis, vel extra, prætextu cujuscunque sententiæ aut censuræ Ecclesiasticæ, à jure vel ab homine generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, vel censura hujusmodi fuerit à Iudice publicata, vel denunciata specialiter & expressè: saluo, si quem pro sacrilega manuum injectione in Clericum sententiam latam à Canone adeò notoriè constiterit incurrisse, quòd factum non possit (*nota*) aliqua tergiuersatione celari, nec aliquo suffragio excusari: nam à communione illius, licèt denunciatus non fuerit, volumus abstineri juxta canonicas sanctiones. *Verùm excommunicatio major non transit de se in tertiam personam: communicans enim cum tali excommunicatione irretito majorem & ipse excommunicationem non incurrit, sed minorem duntaxat. Sciendum nihilominus, quòd* excommunicatio D potest inferri in aliquem dupliciter. Aut ita quòd ipse sit excommunicatus cum omnibus ei participantibus: & tunc non est dubium, quòd quicunque participat ei, est excommunicatus majori excommunicatione. Aut est excommunicatus simpliciter: & tunc aut participat aliquis ei in crimine, præbendo ei consilium, & auxilium, & fauorem; & sic iterum est excommunicatus majori excommunicatione. Aut participat in alijs, sicut in verbo, osculo &c. & sic est excommunicatus minori excommunicatione: *quæ separat tantùm à passiua Sacramentorum participatione*; *vnde* excommunicato E minori excommunicatione licet communicare; & sic excommunicatio non transit in tertiam personam: *neque enim major in participantem transit, sed neque minor, cum nullam eâ obstrictio participans censuram incurrat. Quoniam verò inter excommunicationes notior ea est, quæ fertur in jure contra clerici percussorem* (*in Decret. q. 4. cap.* Si quis.) *obiter ex Authore aduertendum, quòd* casus F septem sunt, in quibus percutiens clericum excommunicationem non incurrit. Primus est, si causa disciplinæ, vt si Magister vel Prælatus percusserit. Secundus, si jocosa leuitate. Tertius, si inuenerit eum turpiter agentem cum vxore, vel matre, vel sorore, vel filia. Quartus, si statim vim repellat. Quintus, si ignoret eum esse clericum. Sextus, si inueniat eum in apostasia post trinam admonitionem. Septimus, si transfert se clericus ad actum penitùs contrarium, vt si fiat miles, vel ad bigamiam transeat.

An ij, de quorum excommunicatione dubitatur, sint euitandi.

C Quol. 9. a. 14. c.

Nunc in duobus tantùm casibus tenemur excommunicatum vitare.

Concilium Constantiense.

Excommunicatio major non transit in tertiam personam, nisi in casu.

D 4. d. 18. 2. 4. q. 2. c. & ad 2. & q. 1. c.

E In 4. l. c. a. 4. q. 2. ad 1. & q. 1. c.

Casus septem, in quibus clericum percutiens excommunicationē non incurrit.

F 4. d. 18 a. 5. q. 1. f. c.

b *Illud autem de excommunicatione, vt debitus fidelibus incutiatur timor, notandum, quòd* in primitiua G Ecclesia (*præter damna spiritualia quæ anathema infert*) cum aliquis excommunicabatur, statim diabolus vexabat eum corporaliter. *Quod tangitur ab Apostolo* 1. Cor. 5. *cum ait*: Iudicaui tradere hujusmodi hominem (*Corinthium illum fornicarium*) Satanæ in interitum carnis. *Et* 1. *Tim.* 1. Quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare. *Vbi Author*: Fuit *inquit* excommunicatio H Apostoli tantæ virtutis, quòd excommunicati mox corripiebantur à diabolo, & corporaliter vexabantur. Tamen etiam modò traduntur ad vexandum spiritualiter, quia amittunt suffragia Ecclesiæ, quæ mul-

Olim excommunicati corripiebantur à diabolo, corporaliter vexandi.

G Op. 6. §. 13. fi.

H 1. Tim. 1. l. 4. fi. & 1. Cor. 5. l. 1. ill. Satanæ. & Op. 6 loco cit. In 4. d. 18. 2. 2. q. 2. ad 3.

Digitized by Google

Sed & spiritualiter vexatur: & hoc ad animæ salutem.

multùm juvant contra diabolum. Rom. 1. *Tradidit illos Deus in reprobum sensum*, quasi subtrahendo suum auxilium, & communionem Ecclesiæ, & suffragia. Et hoc, non ex odio, sed ex charitate ad profectum eorum, *Vt spiritus saluus sit*, 1. Cor. 5. vnde dicit: *Vt discant* saltem per pœnam *non blasphemare*. Dicitur autem quis à peccato recedere tripliciter. Quandoque scilicet ex pœna, quando corporaliter vexatur. Item ex confusione excommunicationis. Item ex hoc, quòd cum Ecclesia tradit aliquem Satanæ, ruit in peccata manifesta; vnde confusus humiliatur, & abstinet etiam ab occultis, quæ priùs non cognoscebat se habere. *At verò quidam sunt, qui neque Deum neque Ecclesiam neque homines reuerentur, vnde confusionem aut erubescentiam nesciunt, spiritualia detrimenta contemnunt; quinimmò lætantur cum malefecerint*, & exultant in rebus pessimis. *Verumtamen, separationem ab Ecclesia militante paruipendentes, certò sciant se in perpetuum à triumphante excludendos & separandos*, *Apoc.* 22. Foris canes & venefici, impudici & homicidæ &c. *Postremò sciendum*, quòd excommunicatio I non est actus clauis directè, sed magis respectu exterioris judicij. Sed sententia excommunicationis, quamuis in exteriori judicio promulgetur, quia tamen aliquo modo pertinet ad aditum Regni, secundùm quod Ecclesia militans est via ad triumphantem: ideò etiam talis jurisdictio, per quam homo excommunicare potest, clauis potest dici. Et secundùm hoc à quibusdam distinguitur, quòd est clauis Ordinis, quam omnes Sacerdotes habent: & clauis jurisditionis in foro judiciali, quam habent soli judices exterioris fori. Vtramque tamen Deus Petro contulit *Matth.* 16. & ab ipso in alios descendit, qui vtramque habent. *Plura huc spectantia voluntarij omittimus, quæ potes videre Tomo I. A. LXXVIII. a. B. XXI. b. C. XXXVI. f. & XLV. b. & suprà E. 1. t. Fusiùs verò vide L. & reliqua apud Summistas. DISCE, putrida membra justè à mystico Ecclesiæ corpore separari.*

Tripliciter quis à peccato recedit.

Timendum, ne excommunicationem ab Ecclesia militante contemnentes, à triumphante perpetuò separemur.

I 4 d. 18. 2. 2. q. 1. ad 1.

Excommunicatio non est actus clauis directè, sed exterioris judicij.

Ad clauem tamen pertinet.

L 2. 2. 39. 4. ad 2. & 3. p. 31. 2. ad 3. In 4. d. 18. q 2. Quol. 4. a. 14. & 10. a 15. & 11. a. 9. & 1. Cor 5. l. 1. & 3. & 2. Thess. 3. l. 2. fi. & 1. Tim. 1. fi. cap. ad Tit. 3. l. 2.

EXECRATIO. Vide IVRAMENTVM.

EXEMPLVM MAIORVM.

XVII. Homo proficit ad finem boni tam ex bono alterius hominis, quàm ex malo: dum excitatur ad bene agendum per hoc quod videt, bene operantes præmiari; & dum reuocatur à malè agendo per hoc quod videt, malè agentes puniri. *3. con. G. c. 140. n. 6.*

Vnusquisque tenetur proximum ædificare.

c QVoniam Deus mandauit vnicuique de proximo suo, *vt dicitur Eccli.* 17. ideò M quilibet tenetur ad hoc, quòd ædificet proximum exemplo suo. *Ex quo, quicquid in spirituale potest vergere proximi detrimentum*, dimittendum N est semper propter proximi charitatem, ex qua vnusquisque tenetur saluti proximi prouidere: & sic qui non dimittit, contra charitatem agit. *Ideircò hortabatur Apostolus* 1. *Thess.* 5. Ædificate alterutrum; & *ad Rom.* 14. Quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus; & *cap.* 15. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem. *Quoniam verò* in operationibus O & passionibus humanis, in quibus experientia plurimùm valet, magis mouent exempla, quàm verba: *hinc est*; *quòd* non solùm P exempla majorum, sed etiam æqualium, & minorum, nata sunt mouere. *Verumtamen, quia perfectiores debent imperfectos instituere nedum edocendo* (*nam & Angeli superiores inferiores illuminant* Q. *& inferiores illuminant homines* R. *& majores homines minores instruunt* S.) *sed & bene operando, majoresque minores vel ex officio dirigendi subditos: vt sunt omnes authoritatem habentes, vel ex majoritate siue ætatis, siue maturitatis judicij; ideò, tametsi omnes debent bonis operationibus alios ædificare: hi tamen præ cæteris ad proximum ædificandum fortiùs tenentur: nam* qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea, *Eccli.* 4. Vnde T impossibile est, quòd bonum commune ciuitatis bene se habeat, nisi ciues sint virtuosi, ad minus illi (*nota*) quibus conuenit principari. *Hinc Apostolus* 2. *Cor.* 13. *dicebat*: Secundùm potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem (*non pauci enim in destructionem potestate abutuntur*:) & *Rom.* 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. *Qua de causa superiùs docuimus, in Prælatis potissimùm, præter doctrinam, morum integritatem requiri: quia videlicet* ad agendum V magis prouocant facta, quàm verba: & tantò efficaciùs facta mouent, quantò certior opinio bonitatis habetur de eo, qui hujusmodi operatur. *Talis erat pius Pontifex Onias, de cujus exemplo virtutis* 2. Mach. 3. *legitur*: Igitur, cum sancta Ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optimè custodirentur propter Oniæ Pontificis pietatem: fiebat, vt & ipsi Reges & Principes locum summo honore dignum ducerent, & Templum maximis muneribus illustrarent. *Et ratio quidem adducitur*. Id enim X homo agit & eligit, quod videtur ei bonum; vnde magis ostendit esse bonum quod ipsemet eligit, quàm quod docet esse eligendum. Et inde est, quòd quando aliquis dicit aliquid, & tamen aliud facit, magis suadet alijs quod facit, quàm illud quod docet. Et ideò maximè necessarium est, ex ipso facto exemplum dare.

M 4. d. 38. 1. 3. q. 1. ad 1.

N 2. 2. 43. a. fi.

O 1. 2. 34. 1. c. & 4. cont. G. c. 54. n. 4. & cap. 55. ad 18. Io. 13 l. 3. lit. c.

Plus mouent exempla, quàm verba.

P 4. d. 38. 2. 3. q. 3. ad 2. fi.

Q 1. p. 106. 1. In 2. d. 11. 2. 2. Ver. 9. 1.

Et plus Majorum, quàm cæterorum.

R 1 p. 111. 1. In 2. d. 18. 2. 3. ad 3. Ver. 11. 3.

S 1. p. 117. 1. Ver. 11. 1.

T 1. 2. 92. 1. ad 3.

Bonum commune ciuitatis non potest bene se habere, nisi principantes sint virtuosi.

V 4. con. G. c. 55. ad 18. & cap. 54 n 4.

Ad exemplum valde facit bona opinio de operante.

X Io. 13. l. 3. lit. c.

Exemplum operis cur validius, quàm verbum.

d *Quòd autem homo bono alterius exemplo proficiat, vt in pluribus certum est: quod & ex diuina prouidentia procedit*. Poterat enim Y Deus homines gubernare per Angelos, sed maluit per homines, vt ipsorum exemplo magis instruerentur. *Vnde, cum humanus rector bene se aliosque regit, & se ipsum subditis in exemplum præbet & alios, vbi justè bonis retribuit, & malos punit: quod ajebat initio Author. Vide, quanta sit Majorum & præsidentium obligatio bonum cæteris exemplum præbendi. Eapropter ad redimendum corrigendumque Mundum*, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: *quia nimirùm* (*vt ait Leo Papa*) nisi esset verus Deus, non afferret remedium: nisi verus esset homo, non præberet exemplum. *Sanè, optimum præbendi hominibus exemplum, Christus Dominus exemplar præsidentibus extitit*: *Siquidem* Dominus Z in sua conuersatione exemplum perfectionis dedit in omnibus, quæ per se pertinent ad salutem: & omnis actio A Christi fuit nostra instructio. *Etenim* de nullo B homine puro infallibilis opinio bonitatis haberi poterat: quia etiam sanctissimi viri in aliquibus inueniuntur defecisse. Vnde necessarium fuit homini, adhoc quòd in virtute firmaretur, quòd à Deo humanato doctrinam & exempla virtutis acciperet. Propter quod ipse dicit: *Exemplum dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis*, Ioann. 13. *Quo loci Author*: Ordo (*inquit*) admonitionis C est: vt quod primò fecit opere, doceat sermone; & *ideò dicit*: Postquam lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua: & cum recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? &c. *juxta illud, quod cohærenter legitur Act.* 1. *Et* 1. *Pet.* 2. *generaliter dicitur*: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia ejus. *Inde ad omnium instructionem dicitur Matth.* 5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cœlorum. *Quod de rectoribus, Prælatis præsertim, promptum est. Fecit inquam, & postea docuit Christi imitator & Paulus: qui de seipso dicebat* 2. *Cor.* 2. Christi bonus odor sumus,

Ex diuina prouidentia homines per homines gubernatur propter exemplū.

Y Io. 1. l. 4. lit. fuit homo.

Christus Dominus primū bene operandi exemplar nostrum.

Z 3. p. 40. 1. ad 1.

A 3. p. 47. 1. ad 3.

B 4. cont. Gen. cap. 54. n. 4. & c. 55 ad 18.

C Io. 13. l. 3. lit. a.

Paulus, Christi in hoc imitator.

Digitized by Google

mus; *eo videlicet sensu, quo dicitur Eccli.24.* Flores mei, fructus honoris & honestatis: *fructus nimirùm boni exempli, vnde boni spiritualiter viuunt, & mali spiritualiter moriuntur, peccato scilicet & huic seculo, pœnitendo:* Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? *ad Rom.6.* Sic ergo D ex odore Apostoli, boni viuunt, mali moriuntur; sicut legitur, quòd ad odorem vinearum florentium moriuntur serpentes. (*Quamuis & aliter exponatur:* Alijs odor vitæ in vitam, *scilicet* æternam: alijs odor mortis in mortem, *scilicet* inuidiæ & malitiæ, occasionaliter ducentis eos in mortem æternam: quia inuidebant bonæ famæ Apostoli, & impugnabant prædicationem Christi.) *Et hoc idem probat de Romanis à se in fide Christi instructis, quæ in eis ita florebat, vt omnibus exemplo essent Gentilibus, Rom.1.* Gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis: quia fides vestra annunciatur in vniuerso Mundo. *Vbi Apostolus* gratias agit E de eorum fide, non solùm propter eos, sed propter vtilitatem inde consequentem: quia scilicet eorum exemplo, qui erant (*nota*) Domini Gentium, aliæ Gentes prouocabantur ad fidem: quia *ex glossa* promptè facit inferior quod videt fieri à superiore. Propter quod admonentur Prælati, vt fiant *forma gregis ex animo*, vt dicitur 1. Petr. 5. *Id quod firmat magis Præcursoris Baptistæ vita exemplaris, ad quem ideò populi, intra etiam desertum, cateruatim confluebant: & eo quidem profectu, quòd, ne tanquam Messias coleretur, sed* vt homines F principaliter Christo intenderent, non est datum Ioanni (*Ioann.10.*) vt faceret signa: ipsa enim austeritas vitæ, ejus officium commendabat. *Et alibi cohærenter ad præfata docemur, quòd* quia G prædicatio Christi facta erat credibilis per miracula, ideò circuibat diuersa loca, vt miracula, & virtutes Christi innotescerent. Prædicatio verò Ioannis non est confirmata miraculis, sed merito & sanctitate vitæ. Vnde dicitur Io.1. *Stabat Ioannes*, scilicet in loco vno, vt diuersi ad eum confluerent, & per ejus sanctitatem ducerentur ad Christum. *Quanti valet exemplaris vel vnius hominis vita! Optimum etiam in veteri lege religionis & fortitudinis exemplum suis posterisque pius reliquit Eleazarus 2. Mach.6. Qui cum esset* vnus de primoribus Scribarum, vir ætate prouectus, compellebatur *ab Antiocho contra legem* carnem porcinam manducare. At ille gloriosissimam mortem, magis quàm odibilem vitam complectens, voluntariè præibat ad supplicium. Hi autem, qui astabant, iniqua miseratione commoti, tollentes eum secretò, rogabant afferri carnes, quibus vesci ei licebat, vt simularetur manducasse. *Verùm, indignum quid agere detrectans, ijs acquiescere noluit, ne prauum de se minoribus & posteris exemplum daret.* Non enim ætati nostræ dignum est, *inquit*, fingere: vt multi adolescentium, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem meæ senectuti conquiram. *Execrationem*, idest H maledictionem: quia sequentes dixissent: Maledictus ille qui hoc fecit; & ita ille omnes alios corrupit; *malo vtique exemplo, quod Majores præsertim de se dare nullatenus debent.*

D 2.Cor.2.l.3. ibi.

E Rom.1. l.5. ibi.

Quanti valeat Majorũ exemplum bonum.

Monitum ad Prælatos.

Exemplaris Ioannis vita, quàm vtilis!

F 3.p. 38. 2. ad 2.

G Ioa.1.l.15. hic, a.ibi, stabat.

Ratum Eleazari exemplũ.

H 2. Mach. 6. fi. cap.

c *Hinc mysticè de Ecclesia dicitur Cant.8.* Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis: *idest*, proponamus I eis exempla præcedentium Patrum, qui veluti cedri, imputribilia videlicet ligna, immarcescibilia opera habent, & veluti tabulæ, scientiæ & charitatis latitudine diffusi sunt. Latitudo enim tabularum latitudinem cordis, vel scientiam significat, dicente Psalmista Psalm.118. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* His ergo *cedrinis tabulis*, idest Sanctorum exemplis, *compingamus illud ostium:* vt videlicet, eorum innitendo exemplis, alijs Ecclesiam introeundi, veluti ostium, januam pandant. *Profectò, vnde Ecclesiæ fidelium spiritualis profectus, nisi ex Patriarcharum & Prophetarum sanctis operibus: ex Apostolorum præsertim, Martyrum, cæterorumque nouæ legis Sanctorum raris virtutum exemplis? in quibus, velut lucidissimo in speculo, suam fidelis quisque vitam componit: quorum* lux *adhuc* lucet coram hominibus, vt videant bona opera eorum, & Deum *nedum collaudando, sed & virtuosè operando* glorificent. *Idcircò vna ex potissimis causis (vt suprà vidimus) cur in Ecclesia institutus sit imaginum cultus, ea est:* vt incarnationis L mysterium, & Sanctorum exempla magis in memoria essent, dum quotidie oculis repræsentantur: *ad ea vtique imitanda, juxta illud Apostoli 1. Cor. 12.* Æmulamini charismata meliora. *Vnde & ad Hebr.13.* Mementote Præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. *Præpositorum vestrorum*, idest M Apostolorum, qui non solùm vobis prædicauerunt verbo, sed etiam facto ostenderunt. Et non solùm *mementote* verborum, sed etiam *intuemini exitum*: nec solùm imitamini *exitum*, vt scilicet pro Christo patienter sustineatis; sed etiam *conuersationem*: ad bonam enim mortem venitur per bonam conuersationem. *Imitamini* etiam *fidem* illorum, vt ab illa non declinetis. *Ita & Iac.5.* Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris, & patientiæ, prophetas: qui locuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis. *Exemplum accipite, fratres, exitus mali*, malitiâ scilicet N pœnæ, non culpæ, idest supplicij in moriendo, & longanimitatis in expectando præmio: *laboris* in bene operando: *& patientiæ* in aduersa sustinendo: *Prophetas*, tanquam majoris authoritatis apud ipsos: *qui locuti sunt &c.* qui scilicet tam sancti fuerunt, vt per eos Dominus sua mysteria loqueretur. Et certè debetis eos in exemplum accipere: quia *ecce beatificamus eos*, idest beatos reputamus & dicimus. Illos magnos reputamus (*ex glossa*) & veneramur illos: & tamen pauci imitari eos volunt. *Sufferentiam Iob audistis*, quanta scilicet sustinuit à diabolo, à prædonibus, ab vxore, ab amicis: *& finem Domini vidistis*, oculis scilicet vestris, in Cruce *ex glossa* pendentis, longanimiter patientis: loquitur enim ad illos, quorum aliqui interfuerunt passioni Christi. Dicit autem, *sufferentiam Iob*, non finem: è contrario *finem Domini*, non sufferentiam: ad significandum, quòd exemplo Iob pati debemus, non propter temporalia, sed propter æterna: finis enim Iob fuerunt temporalia multiplicata; sed finis Domini bona æterna. De Iob verò, & de Christo specialiter exemplificat, quia horum duorum patientia laudabilis est: Iob in veteri testamento: Christus in nouo. *Horum igitur, & præfatorum sanctis exemplis fideles proficiunt. Vnde & Sapiens* Prou. 24. *concludit:* Exemplo didici disciplinam. *Et profanus ille* O:

——————— Componitur Orbis
Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, vt vita regentis.

DISCE bonis Majorum exemplis in via salutis proficere.

I Cant.8.com. 2. & 1. ibi.

Sanctorum exempla quantum valeant.

Opera Sanctorum ad instructionem nostram & profectum ab Ecclesia proponuntur & in imaginibus.

L 3 d 9. 1. a. 2. a. ad 3. & 2. 2. 94. 2. ad 1. & 3. p. 25. 1. ad 4.

M Ad Hebr 13. l.2. ibi.

N Iac.5. ibi.

O Claudianus Paneg.7.

Digitized by Google

XVIII. *Majores peccantes* sua consuetudine pro authoritate vtentes, peccandi audaciam transmittunt ad posteros: & sic non solùm suorum facinorum apud Deum rei tenentur, sed etiam eorum, quibus apud Deum peccandi occasionem reliquerunt. *Op.20. lib.1. cap.11.*

Majorum peccata quadruplici de causa aggrauantur, prætertim propter scandalum.

P 1. 2. 73. 10. c & 89. 3. & 5. c & 1. 2. 3. ad 11. & 1. 2. 100. 1. ad 7 Ma. 7. 10. ad 4. Ps 24. lit. f.

f QVemadmodum bono aliorum exemplo, Majorum præsertim, prouocamur, vt hucusque vidimus, ad virtutem: ita prauis eorum operibus in vitia non rarò prolabimur. Docemur ideircò, Prælatorum & regentum, Majorumque omnium peccatum, posse quadruplici de causa aggrauari.* Primò quidem P quia faciliùs possunt resistere peccato Majores, putà qui excellunt in scientia & virtute, vnde Dominus dicit Luc.12. *Seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & non facit secundùm voluntatem ejus, vapulabit multis.* Secundò propter ingratitudinem: quia omne bonum, quo aliquis magnificatur, est Dei beneficium, cui homo fit ingratus peccando: & quantùm ad hoc, quælibet majoritas, etiam in temporalibus bonis, peccatum aggrauat, secundùm illud Sap.6. *Potentes potenter tormenta patientur.* Tertiò propter specialem repugnantiam actus peccati ad magnitudinem personæ: sicut si Princeps justitiam violet, qui ponitur justitiæ custos; & si Sacerdos fornicetur, qui castitatem vouit. Quartò (*ad rem nostram*) propter exemplum, siue scandalum: quia *ex Gregorio* in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia gradus peccator honoratur: ad plurium enim notitiam perueniunt peccata magnorum. *Quod & profanus expressit vates* (Iuuen. Sat 8.) *vbi ait:*

> Omne animi vitium tantò conspectius in se
> Crimen habet, quantò major qui peccat habetur.

Ita ob præfata omnia, potissimè verò propter scandalum, aggrauatum est Dauidis Regis peccatum. Ita fortiori jure peccata aggrauantur Prælatorum: quia nimirùm Episcopus Q vel Sacerdos cum majori periculo sui & aliorum peccat; *sicuti & Religiosus:* peccatum enim R Religiosi (*præter cætera*) potest esse majus propter scandalum, quia ad vitam ejus (*nota*) plures respiciunt. *De vtrisque Ier.*11. Quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? *Et cap.*23. In prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacij: & confortauerunt (*en mali exempli fructus*) manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisque à malitia sua. *Quo sensu dicitur Apoc.*17. Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terræ. *Babylon magna*, idest S Magnatorum concertatio confusa, *mater fornicationum &c.* dando scilicet *ex glossa* exemplum faciendi peccata, Ose.5. *Audite hoc Sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus Regis auscultate: quia vobis judicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, & rete expansum super Thabor.* Thabor interpretatur *lumen veniens:* vnde autem venire deberet lumen, inde venit fumus. Vnde *Gregorius:* Cum Pastor per abrupta vitiorum graditur, necesse est (*verbi vim nota*) vt in præcipitium grex sequatur. *Prou.* 25. Fons turbatus pede, & vena corrupta, justus cadens coram impio. *Et hoc est, quod dicitur Leuit.*4. Si Sacerdos peccauerit, delinquere faciens populum &c. *Suo videlicet prauo exemplo, vt de Aaron contigit in vituli conflatione. Et quoad regnantes, de impio Rege Ieroboam, ad ejus peccata aggrauanda, non sine causa quoties nominandus venit, toties adijcitur:* Qui peccauit, & peccare fecit Israel, *exemplo scilicet suo, vt patet 3. Reg. à cap.*14. *Quod ideò & Eccli.*47. *memoratur ijs verbis:* Ieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israel, & dedit viam peccandi Ephraim, & plurima redundauerunt peccata ipsorum. Valdè auerterunt illos à terra sua &c. *Hinc* Apoc. 7. *in electorum ex tribubus Israel enumeratione non recensetur Ephraim: quia* de tribu T Ephraim fuit Ieroboam, qui populum Israel fecit idololatrare, adorando vitulos aureos, vt diuideret eos ab alijs, qui colebant Deum in Templo Ierusalem, *vt dicitur* 3. *Reg.*12.

Q 4. d. 10. 1. 2 q 1. ad 3.

Episcopus, vel Sacerdos cum majori sui & aliorum periculo peccat.

R 2. 2. 186. 10. c. Ma. 7. 7. c circ. med.

Item Religiosus.

S Apoc. 17. com. 2. ibi.

Ieroboami scandalum plures memoratum.

T Apoc. 7 com. 1. & 2.

g *De hoc scandali peccato loquitur Apostolus* Rom.14. *cum ait:* Non ergo ampliùs inuicem judicemus: sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. *Quasi diceret:* Non judicetis V inuicem: sed vnusquisque de suis actibus judicare debet, ne sint in scandalum aliorum. Scandalum autem *secundùm Hieronymum* nos offendiculum vel ruinam vel impactionem pedis possumus dicere. Vnde *scandalum* est factum vel dictum minùs rectum, præbens alicui occasionem ruinæ, ad similitudinem lapidis, ad quem in via positum homo impingit, & cadit. (Non X dicit *cogitatum*, quia oportet, quod sit patens. Nec dicit, *malum*, sed *minùs rectum*, quia oportet, quòd habeat speciem mali.) Majus autem aliquid videtur esse scandalum, quàm offendiculum: nam offendiculum potest esse quicquid retinet, seu retardat motum procedentis: scandalum autem, idest impactio, videtur esse, cum aliquis disponitur ad casum. Non ergo debemus fratri ponere *offendiculum*, vt aliquid faciamus, vnde impediatur proximus à via justitiæ, If.57. *Auferte offendicula de via populi mei.* Neque etiam debemus fratri ponere *scandalum*, aliquid faciendo, vnde ipse inclinetur ad peccatum, *Matth.*18. Væ homini illi, per quem scandalum venit. *Vnde Psaltes* Psal. 139. *dicebat:* Iuxta iter scandalum posuerunt mihi. *Alibi quoque docemur, quòd* in processu Y viæ spiritualis contingit aliquem disponi ad ruinam spiritualem per dictum, vel factum alterius, in quantùm scilicet aliquis sua admonitione, vel inductione, aut exemplo alterum trahit ad peccandum: & hoc propriè dicitur scandalum. Nihil autem secundùm propriam rationem disponit ad spiritualem ruinam, nisi secundùm quod habet aliquem defectum rectitudinis: quia id, quod est perfectè rectum, magis munit hominem contra casum, quàm ad ruinam inducat. Et ideò conuenienter dicitur, quòd dictum, vel factum minùs rectum, præbens occasionem ruinæ, sit scandalum. *Occasionem inquam, non causam:* nihil enim Z potest esse homini sufficiens causa peccati (quod est spiritualis ruina) nisi propria voluntas: & ideò dicta, vel facta alterius hominis possunt esse solùm causa imperfecta, aliqualiter inducens ad ruinam. Et propter hoc non dicitur, *dans causam ruinæ*, sed *dans occasionem:* quod significat causam imperfectam. *Quod quidem in Majoribus & præsidentibus vim quandam præ cæteris acquirit & impulsum ad minorum subditorumque excidium spirituale. Et sic* peccatum A primi Angeli fuit alijs causa peccandi, non quidem cogens, sed quadam quasi exhortatione inducens, *prauo nimirùm exemplo; vnde & alibi docemur, quòd* homo B peccauit per alium tentantem: sed inferiores Angeli per alium occasionem præstantem. *Et sic* peccatum C primi Angeli aliqualiter fuit alijs occasio peccandi, in quantùm ipse alios, excellentiam appetens, prouocauit: vt suæ excellentiæ consentientes, etiam ipsi in hoc aliquam excellentiam consequerentur, sicut in exaltatione vnius omnes ejus fautores exaltantur. *Ad quod allusisse videtur quod dicitur Apoc.*12. Et ecce draco magnus rufus &c. & cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum: *quod exponitur de reprobis Angelis. Cauda ejus*, idest D naturalium excellen-

V Rom. 14. l. 2. ibi.

Quid scandalum.

X Matth. 15. lit a. ibi. scandalizati. & locis mox citandis.

Offendiculum differt à scandalo.

Y 2. 2. 43. 1. c. In 4. d. 38 2. 1 c Hann. in 4. d. 38 1. 3. c. Matth. l. c.

Z 2. 2. l. c. ad 3. In 4. d. 38. 2. 1. ad 4.

Scandalum ponens dat occasionem, non propriè causam ruinæ.

Malo primi Angeli exemplo inferiores peccauerunt.

A 1. p. 63 8. init. c. In 2. d. 6 1. a. 2. ad Hann ibid.

B In 2. loc. cit. ad 3.

C Hann. in 2. d. 6. 1. 2. c. & ad 3.

D Apoc. 12. com. 1. & 2. ibi.

Digitized by Google

cellentia, qua alios traxit: *trahebat*, idest traxit deijciendo per superbiam. Ipse enim diabolus, cum primò esset omnibus excellentior, videns suam naturalem excellentiam, superbiuit. Multi autem ex alijs, videntes eum tam excellentem, consenserunt ejus superbiæ, & ei adhæserunt, *per malum scilicet exemplum majoris. Ecce quàm perniciosum est scandalum, in majoribus præsertim. Huc respexit & Dominus, cum ex ore Ieremiæ cap. 5. ait:* Stupor & mirabilia facta sunt in terra: Prophetæ prophetabant mendacium, & Sacerdotes applaudebant manibus suis. *Prophetæ*, quorum E erat veritatem docere: *& Sacerdotes*, quorum erat corrigere, *applaudebant* consentientes mendacijs. *En prophetarum & Sacerdotum scandalum. Et mox propter prauum eorum exemplum subijcitur:* Et populus meus dilexit talia: *videlicet quia* qualis rector est ciuitatis, *inquit Author*, tales & inhabitantes in ea. *Neque dictum duntaxat, vel factum apertè culpabile, in majoribus præsertim, perniciosum esse potest: sed, vt præinnuimus, quicquid etiam speciem habet mali*, 1. *Thess.* 5. Ab omni specie mala abstinete vos. *Vbi Author*: Dicit F specie: quia etiam quæ habent similitudinem malitiæ, vitare debemus, quæ scilicet non possemus seruare coram hominibus absque scandalo eorum. *Nam, quamuis verum sit, quòd* circumstantia G personæ excellentis peccatum in infinitum non aggrauat, vt faciat de veniali mortale, nisi transferat in aliam speciem peccati: *attamen id euenire potest* per accidens ratione scandali consequentis, cum hoc sit contra præceptum, præbere fratri occasionem ruinæ. *Et ita* mendacium H officiosum vel jocosum non est peccatum mortale in viris perfectis, nisi fortè per accidens ratione scandali. *Ex quo dicebat Hieronymus*: Nugæ I in ore laici nugæ sunt: in ore autem Sacerdotis blasphemiæ. *Verùm* hoc L intelligitur per exaggerationem dictum, vel propter occasionem: quia nugæ in ore Sacerdotis possunt esse alijs occasio blasphemandi. *Notent Prælati & Sacerdotes. Ideircò Iob, qui de primoribus erat* (*cap.* 29. In platea parabant cathedram mihi: videbant juuenes, & abscondebantur: & senes assurgentes stabant:) *de se ipso dicebat cap.* 9. Verebar omnia opera mea: *videlicet*, circa omnia M opera sua magnam solicitudinem apponebat, timens, ne in aliquo à justitia declinaret, *ex quo scandalum minoribus pareret*. Perfecti enim N cautelam adhibent in ijs, in quibus non solùm ipsi offenderent, sed etiam alijs offensionem pararent. *Quod & Patribus, matribusque faminas respectu filiorum potissimè cordi sit.*

E Ier. 5. ibi.

Non solùm à malis vel dictis, vel factis abstinendum, sed & ab eo, quod habet speciem mali, propter scandalum.

F 1. Thess. 5. l. 2. ibi. Rom. 14. l. 8. & 2. 2. 43. 1. ad 2. Quol. 4. a. 23. ad 14.

G Ma. 7 a. 7 c & q. 2. a. 8 & 1. 2. 73. 10. & 79. 3. & 5. Ps. 24 lit f.

Circumstantia personæ potest peccatum in infinitum aggrauare per accidens rationem scandali.

H 2. 2. 110. 4. ad 5

I Ma. 2. a. 8. arg. 5.

E. G. mendacium officiosum, vel jocosum in viris perfectis.

L Ibid. in resp ad 5.

M Iob 9. l. 4. ibi

N 2. 2. 43. 6 c

h *Sciendum præterea, quòd* dictum O vel factum alterius potest esse dupliciter alteri causa peccandi. Vno modo per se: alio modo per accidens. Per se quidem, quando aliquis suo malo verbo vel facto intendit alium ad peccatum inducere: vel, etiamsi ipse hoc non intendat, ipsum factum est tale, quod de sui ratione habet, quòd sit inductiuum ad peccandum: putà, cum aliquis publicè facit peccatum, vel quod habet similitudinem peccati. Et tunc ille, qui hujusmodi peccatum facit, propriè dat occasionem ruinæ; vnde vocatur scandalum actiuum. Per accidens autem aliquod verbum vel factum vnius est alteri causa peccandi, quando etiam præter intentionem operantis, & præter conditionem operis, aliquis malè dispositus ex hujusmodi opere inducitur ad peccandum: putà, cum aliquis inuidet bonis aliorum. Et tunc ille, qui facit hujusmodi actum rectum, non dat occasionem, quantùm in se est, sed alius occasionem sumit, secundùm illud Rom. 7. *Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me &c.* (*Vbi Author, hanc materiam tangens, ad rem nostram inquit*: Si quis P opus rectum faciat, putà, si det eleemosynam, & alius

Dupliciter dictum vel factum alterius potest esse alteri causa peccandi.

O 2. 2. 43. 1. ad 4. & a. 2. c. In 4. 38. 2. 2. q. 1. c. Matth. 18. lit. a.

Scandalum actiuum.

Scandalum passiuum.

P Rom. 7. l. 2. ibi.

inde scandalizatur: ipse non dat occasionem scandalizandi; vnde nec scandalizat, nec peccat. Sed alius accipit occasionem, qui scandalizatur, & ille peccat.) Et ideò hoc est scandalum passiuum sine actiuo: quia ille, qui rectè agit, quantùm est de se, non dat occasionem ruinæ, quam alter patitur. Quandoque ergo contingit, quòd etiam sit simul scandalum actiuum in vno, & passiuum in altero: putà, cum ad inductionem vnius alius peccat. Quandoque verò est scandalum actiuum sine passiuo: putà, cum aliquis inducit verbo vel facto alium ad peccandum, & ille non consensit. Quandoque verò est scandalum passiuum sine actiuo, sicut jam dictum est. *Ex quo* scandalum Q passiuum semper est peccatum in eo, qui scandalizatur: non enim scandalizatur, nisi in quantùm aliqualiter ruit spirituali ruina, quæ est peccatum. Similiter etiam scandalum actiuum semper est peccatum in eo, qui scandalizat: quia vel ipsum opus, quod facit, est peccatum, vel etiam si habeat speciem peccati, dimittendum est semper propter proximi charitatem. *Vtrumque autem scandalum ex ipsa ejus diffinitione clarè dignoscitur, si perpendatur, quòd* sicut R in corporali impactione est duo considerare, scilicet ipsam impactionem cadentis, aut ejus, qui ad casum disponitur; & illud, ad quod fit impactio, quod dicitur obex: ita & in spirituali vtrumque nomen scandali accepit, sed non vniuocè. sicut etiam fides dicitur ipsa res credita, & actus credendi. Ipsa ergo spiritualis impactio, qua aliquis ad casum disponitur, dicitur scandalum passiuum: sed obex spiritualis, ad quem fit impactio, dicitur scandalum actiuum. *An verò scandalum vtrumque sit speciale peccatum: Respondet Author, quòd* passiuum S scandalum non potest esse speciale peccatum: quia ex dicto vel facto alterius aliquem ruere, contingit secundùm quodcunque genus peccati: nec hoc ipsum, quod est occasionem peccandi sumere ex dicto vel facto alterius, specialem rationem peccati constituit, quia non importat specialem deformitatem speciali virtuti oppositam. Scandalum autem actiuum potest accipi dupliciter, per se scilicet, & per accidens. Per accidens quidem, quando est præter intentionem agentis, vt puta cum aliquis facto suo vel verbo inordinato non intendit alteri dare occasionem ruinæ, sed solùm suæ satisfacere voluntati. Et sic etiam scandalum actiuum non est speciale peccatum, quia quod est per accidens, non constituit speciem. Per se autem est actiuum scandalum, quando aliquis suo inordinato dicto, vel facto intendit alium trahere ad peccandum; & sic ex intentione specialis finis sortitur rationem specialis peccati: finis enim dat speciem in moralibus. Vnde sicut furtum est speciale peccatum, aut homicidium, propter speciale nocumentum proximi, quod intenditur: ita etiam scandalum est speciale peccatum propter hoc, quòd intenditur speciale proximi nocumentum, & opponitur directè correctioni fraternæ, in qua attenditur specialis nocumenti remotio. *Ex quo bene aduertit eo loci Cajetanus, quòd* qui T prouocat & inducit aliquem ad consensum fornicationis, furti &c. vt consentiens incurrat malum culpæ, hic propriè peccat peccato scandali, quia intendit directè nocumentum animæ, cujus oppositum directè intendit correctio fraterna. Qui autem prouocat vel inducit, vt impleatur voluntas sua vel alterius, non propter hunc finem, vt incurrat malum culpæ, non scandali peccato speciali peccat, sed spectat sua inductio ad speciem peccati, ad quod prouocat vel inducit, putà furti, si furtum suadet: & sic de alijs. *Hinc sequitur, quòd non semper vtrumque scandalum debeat esse mortale peccatum.* Nam scandalum V importat impactionem quandam, per quam aliquis dispo-

Scandalum passiuum cum actiuo.

Actiuum sine passiuo.

Passiuum sine actiuo.

Q 2. 2. 43. 2. c. In 4. d. 38. 2. 2. q. 1.

Scandalum vtrumq; semper est peccatum in eo, qui scandalizat, vel scandalizatur.

R In 4. l. c. a. 1. ad 1.

Vtrumque scandalum exponitur.

Non vtrumque sit speciale peccatum:

S 2. 2. 43. 3. c. In 4. l. c. a. 2. q. 2.

Actiuum scandalum duplex.

Quandonam actiuum scandalum sit speciale peccatũ.

T Caiet. 2. 2. ad q. 43.

An peccatum mortale semper.

V 2. 2. 43. 4. c. In 4. l. c. a. 2. q. 3.

Digitized by Google

disponitur ad ruinam. Et ideò scandalum passiuum quandoque quidem potest esse peccatum veniale, quasi habens impactionem tantùm, putà cum aliquis ex inordinato dicto vel facto alterius commouetur motu venialis peccati. Quandoque verò est peccatum mortale, quasi habens cum impactione ruinam, putà cum aliquis ex inordinato dicto vel facto alterius procedit vsque ad peccatum mortale. Scandalum autem actiuum, si sit per accidens, potest esse quandoque quidem peccatum veniale, putà cum aliquis vel actum venialis peccati, vel actum, qui non est secundùm se peccatum, sed habet aliquam speciem mali, cum aliqua leui indiscretione committit. Quandoque verò est peccatum mortale, siue quando committit actum peccati mortalis, siue quando contemnit salutem proximi, vt si pro ea conseruanda non prætermittat aliquis facere quod sibi libuerit. Si verò scandalum actiuum sit per se, putà cum aliquis intendit inducere alium ad peccatum, si quidem intendat inducere ad peccandum mortaliter, est peccatum mortale: & similiter, si intendat inducere proximum ad peccandum venialiter per actum peccati mortalis. Si verò intendat inducere proximum ad peccandum venialiter per actum peccati venialis, est peccatum veniale.

Dupliciter quis passiuum scandalum patitur.

X In 4. d. 38. 2. 5. q. 1. c. & 2. a. 1. c. a. 5.

1 *Cæterùm in perfectis viris non consueuit habere locum passiuum scandalum. Siquidem* scandalum X passiuum patitur aliquis dupliciter. Vno modo ex propria electione, sicut cum quis videns aliquem peccantem, eligit sequi eum ad peccandum; & sic non est perfectorum scandalum passiuum: quia ipsi sequuntur principaliter Christi exemplum, & præcepta Dei, & rationis bonum; vnde nullius exemplum contra prædicta sequuntur. Alio modo præter electionem, sicut cum ex facto alterius alicui suboritur aliquis concupiscentiæ motus, vel etiam tristitiæ, aut iræ, aut alicujus hujusmodi; & sic scandalum passiuum potest esse quorumlibet perfectorum secundùm statum viæ: sed quia principale moris electio est, vt Philosophus dicit, communiter dicitur, quòd scandalum passiuum non est perfectorum. *Vnde Psalm. 118. dicebat Psaltes*: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. *Eapropter, postquam Dominus Apostolis suis Spiritus Sancti in eos illapsum promisit, ab eis prænunciat scandalum omne tollendum, Ioann. 16.* Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini: *idest*, vt Y cum venerint tribulationes, quas prænuncio vobis, sitis absque scandalo. Et meritò post promissionem Spiritus Sancti scandalum prohibet: quia Spiritus Sanctus est Amor: amor autem Dei, qui *diffusus est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis* (Rom. 5.) omne propellit scandalum. Amicorum enim est, negligere damnum propter amicum, Prou. 12. *Qui negligit damnum propter amicum, justus est.* Amicis ergo Dei non est scandalum, pœnas & damna pati pro Christo. Quia verò ante mortem Christi Spiritum Sanctum discipuli non acceperant, ideo in passione Christi scandalizati sunt, Matth. 26. *Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte*: sed post aduentum Spiritus Sancti omnino absque scandalo fuerunt. *Quò facit & illud 1. Ioan. 2.* Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est: *Qui diligit*, dilectione scilicet Z charitatis, *fratrem suum*, idest proximum, *in lumine manet*, scilicet fidei: vel in lumine bonæ operationis, siue operum legis: *Mandatum lucerna est, & lex lux*, Prou. 6. *Et scandalum in eo non est*: quia qui diligit proximum, non habet quo pes mentis offendatur (*nam* in lumine manet, *vt dictum est*, ne fortè offendat ad lapidem pedem suum, *Psalm. 90. Ex quo monebat Dominus Ioann. 12.* Ambulate dum lucem habetis: qui *autem* ambulat in tenebris, nescit quò vadat, *& ideò faciliter offendit*:) Scandalum enim est idem quod obex: vbi autem est obex, ibi est inæqualitas in via: vbi autem charitas, ibi est æqualitas in via, quia charitas adæquat viam, & remouet omnia offendicula. Et ideò in illo, qui diligit propter Deum, *non est scandalum* nec actiuum, quia nullum scandalizat: nec etiam passiuum, quia non scandalizatur quicquid ei fiat, 1. *Cor.* 13. Charitas omnia suffert, omnia sustinet. *Neque aduersatur his quod à Christo ad Petrum dictum est Matth. 16.* Scandalum es mihi: *Etenim* scandalum A ibi largè ponitur pro quolibet impedimento. Volebat enim Petrus Christi passionem impedire, quodam pietatis affectu motus ad Christum. *Vel, vt alibi*, Christus B dixit Petro: *Scandalum es mihi*; non quia ex facto ejus scandalizatus sit: sed quia Petrus, quantùm in se fuit, aliquo modo ei scandalum dedit. *Ex quo, cum dicitur de Christo Luc. 2. quòd* positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum; *& Is. 8. Rom. 9. & 2. Pet. 2. quòd* Factus est lapis offensionis & petra scandali; *& Matth. 15. quòd* Pharisæi audito verbo scandalizati sunt: *non ideò actiuum vel vmbratile scandalum in Christo fuisse putandum est: sed* quia C aliqui ex factis aut dictis Christi sumpserunt occasionem ruinæ, dicitur esse *in ruinam & in scandalum*: non quia ipse dederit aliquam vel modicam occasionem ruinæ; vnde non legitur, quòd Christus aliquos scandalizauerit: sed quòd aliqui ex factis, vel verbis ejus scandalizati sunt, *ex sui ipsorum videlicet malitia scandalum accipientes. Et licèt* scandalum D passiuum semper ab aliquo actiuo causetur: sed non semper ab aliquo scandalo actiuo alterius, sed ejusdem, qui scandalizatur, quia scilicet ipse seipsum scandalizat, *vti faciebant Pharisæi. Neque in Apostolo Petro post acceptum Spiritum Sanctum verè actiuum scandalum fuit, quando à Paulo correptus est, vt dicitur ad Galat. 2.* Si tu, cum Iudæus sis, gentiliter viuis &c. *Nam* Petrus E peccauit quidem, & reprehensibilis fuit secundùm sententiam *Augustini*, & ipsius *Pauli*, subtrahens se à Gentilibus, vt vitaret scandalum Iudæorum: quia hoc incautè aliqualiter faciebat, ita quòd ex hoc Gentiles ad fidem conuersi scandalizabantur. Non tamen factum Petri erat tam graue peccatum, quòd meritò possent alij scandalizari: (hoc enim F faciebat *timens eos, qui ex circumcisione erant*, idest Iudæos; non quidem timore humano, siue mundano: sed timore charitatis, ne scilicet scandalizarentur. Et ideò factus est Iudæis tanquam Iudæus, simulans se cum infirmis idem sentire: sed tamen inordinatè timebat, quia veritas nunquam dimittenda est propter timorem scandali:) vnde patiebantur scandalum passiuum; non autem erat in Petro scandalum actiuum.

Quo sensu in perfectis esse possit vitis.

Veri Dei amici non scandalizantur.

Y Ioan 16. l. 1. lit. a. ibi.

Z 1. Io. 2. ibi.

Exponitur illud Christi ad Petrum: Scandalum es mihi.

A 2. 2. q. 43. 2. ad 2. & a. 5. ad 1.

B 4. d. 38. a. 3. q. 1. ad 1.

Et illud: Positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum: & hujusmodi.

C In 3. l. c. a. 1. 9. 2. ad 1. Rom. 9. l. 5. fi. & 2. Pet. 2 ibi.

D 2. 2. 43. 6. ad 1.

An in Petro, cum à Paulo correptus est ad Gal. 2. verè fuerit actiuum scandalum.

E 2. 2. ibid. ad 2. In 4. d. 38. 2. 5. q. 2. ad 2. & fusè ad Gal. 2. l. 3.

F Ad Gal. 2. l. 3. ibi.

| *Et tale quidem passiuum scandalum, cum scilicet ex malitia sua quis ex bono virtutis opere scandalizatur (non secus ac ex floribus, ex quibus apis mel, exugit vespa venenum)* scandalum Pharisæorum *dicunt: propter quod an sint spiritualia dimittenda, quæstio mouetur.* Quæ *quidem* non habet G locum de scandalo actiuo: quia, cum scandalum actiuum sit dictum vel factum minùs rectum, nihil est cum scandalo actiuo faciendum. Habet autem locum quæstio, si intelligatur de scandalo passiuo. Considerandum est ergo, quid sit dimittendum, ne alius scandalizetur. Est autem in spiritualibus bonis distinguendum. Nam quædam horum sunt de necessitate salutis, quæ prætermitti non possunt sine peccato mortali. Manifestum est autem, quòd nullus debet mortaliter peccare, vt alterius peccatum impediat: quia secundùm ordinem charitatis plùs debet homo suam salutem spiritualem diligere, quàm alterius. Et ideò ea, quæ sunt de necessitate salutis, prætermitti non debent propter scandalum vitandum. In ijs autem spiritualibus bonis,

An propter scandalum sint spiritualia dimittenda.

G 2. 2. 43. 7. c. & 3. p. 42. 2. Matth. 15. lit. a ibi. fusè. In 4. d. 38. 2. 4. q. 1. & 2. Ma. 3. 1. ad 13. Rom. 14. l. 3.

Digitized by Google

bonis, quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis, videtur diſtinguendum: quia ſcandalum, quod ex eis oritur, quandoque ex malitia procedit, cum ſcilicet aliqui volunt impedire hujuſmodi ſpiritualia bona, ſcandala concitando. Et hoc eſt *ſcandalum Phariſæorum*, qui de doctrina Domini ſcandalizabantur: quod eſſe contemnendum, Dominus dicit Matth. 15. *Sinite eos: cæci ſunt, & duces cæcorum*. Quandoque verò ſcandalum procedit ex infirmitate, vel ignorantia. Et hujuſmodi eſt *ſcandalum puſillorum*, propter quod ſunt ſpiritualia bona vel occultanda, vel etiam interdum differenda (vbi periculum non imminet) quouſque, reddita ratione, hujuſmodi ſcandalum ceſſet. Si autem poſt redditam rationem, hujuſmodi ſcandalum duret, jam videtur ex malitia eſſe: & ſic propter ipſum non ſunt hujuſmodi ſpiritualia opera dimittenda. *Et hac de cauſa, propter infirmorum ſcilicet & puſillorum ſcandalum, in primitiua Eccleſia à quibuſdam abſtinendum etiam licitis cibis, docebat Paulus; vnde* Rom. 14. *dicebat:* Omnia quidem munda ſunt: ſed malum eſt homini, qui per offendiculum manducat. Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum: neque in quo frater tuus offenditur aut ſcandalizatur aut infirmatur. *Omnia munda ſunt*, ſcilicet H ex ſui natura: quia ex ſui natura non habent, quòd animam hominis inquinent, *ſecundùm illud Matth.* 15. Non quod intrat in os, coinquinat hominem. *Sed malum eſt homini, qui manducat* quemcunque cibum *per offendiculum*, ideſt cum confuſione & ſcandalo proximorum. *Bonum eſt non manducare &c.* vel propter carnis concupiſcentiam edomandam, vel etiam vt homo reddatur habilior ad ſpiritualia contemplanda. Sed hoc non intendit hic Apoſtolus dicere: ſed quòd *bonum eſt* his non vti cum ſcandalo proximorum. Quod quidem apparet ex hoc quod ſubditur: *Neque in quo frater tuus offenditur*, ideſt turbatur contra te, quaſi illicitè agentem, per quod pax ejus perturbatur: *aut ſcandalizatur*, ideſt ad caſum peccati prouocatur, propter quod læditur ejus juſtitia: *aut infirmatur*; ideſt, ſaltem in dubitationem venit, vtrùm hoc, quod agitur, ſit licitum, per quod ejus ſpirituale gaudium diminuitur. *Vnde* 1. Cor. 6. & 10. *dicebat*: Omnia mihi licent: ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licent: ſed non omnia ædificant; *quia nimirùm aliqua ſcandalum ingerunt puſillorum. Id quod &* 1. Corinth. 8. *de idolothytis, ideſt in reuerentiam idoli ſacrificatis, oſtendit, cum ait:* Videte, ne fortè hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. Si quis enim viderit eum, qui habet ſcientiam, in idolio recumbentem: nonne conſcientia ejus, cum ſit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta? Et peribit infirmus in tua ſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis. *Peribit infirmus*, ſcilicet I in fide, *in tua ſcientia*, ideſt occaſione accepta à tua ſcientia: quia te ſapientem videt comedere, putans quòd ſub idoli veneratione comedas: *propter quem* ſaluandum *Chriſtus mortuus eſt*: & ita grauiter peccas. *Sic autem peccantes in fratres* peccato ſcandali, *& percutientes conſcientiam eorum infirmam* gladio mali exempli, *in Chriſtum peccatis*, cujus membra ſunt. *Vnde & ad omnium inſtructionem concludit:* Quapropter, ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem. *Nam, vt dicitur Matth.* 18. Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris, *ideſt in Infernum: de quo infrà. Quam doctrinam & ad alia conſimilia extende, quæ poſſunt habere ſpeciem mali.*

Scandalum Phariſæorum. Contemnendum.

Scandalum puſillorum.

Non contemnendum.

H *Rom.* 14. *l.* 3. *ibi.*

Scandalum puſillorum in Majoribus vitandum.

I 1. *Cor.* 8. *l.* 2. *ibi.* & *cap.* 6. *l.* 2. *ibi*, omnia mihi, & *cap.* 10. *al.* 5.

m *Igitur contemnendum Phariſæorum eſt ſcandalum, quod ex malitia eſt: neque propter ipſum veritas vnquam dimittenda. Vnde cum à diſcipulis dictum eſſet Domino Matth.* 15. Scis, quia Phariſæi audito verbo hoc ſcandalizati ſunt? *reſpondit:* Sinite illos: cæci ſunt &c. *Quaſi diceret*: Sinite L illos, & non curetis: *ſcandalum enim ex malitia proueniens non eſt vitandum; & ita illi ſcandalizabantur.* Vnde ſi non ex malitia ſcandalizarentur, non dixiſſet Dominus: *Sinite illos*; ſed potiùs, inſtruite eos. *Sic enim fieri debet, vt vidimus, propter infirmorum & puſillorum ſcandalum. Quod & ipſe Chriſtus ad exemplum noſtrum aduertit* Matth. 17. *cùm didrachmam ſoluere promptè voluit, ne exactores illos ſcandalizaret*: Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare &c. *Vbi Author:* Non curauit M ibi (*Matth.* 15. *cit.*) de ſcandalo: hic verò curat: quia ſcandalum aliquando oritur ex veritate, & tunc non eſt curandum (*eoquòd malitioſè ſumitur:*) aliquando ex infirmitate, vel ignorantia, & tale eſt curandum. Sed ſi ipſe non ſoluiſſet didrachmam, ſcandalum eorum ex ignorantia eſſet, quia ipſi Deum non cognoſcebant. *Sed & cohærenter ad præmiſſam doctrinam, præter ſpiritualia, temporalia quoque dimittenda interdum ſunt propter ſcandalum. Verumtamen* circa N temporalia bona diſtinguendum eſt. Aut enim ſunt noſtra: aut ſunt nobis ad conſeruandum pro alijs commiſſa; ſicut bona Eccleſiæ committuntur Prælatis, & bona communia, quibuſcunque Reipublicæ Rectoribus. Et talium conſeruatio, ſicut & Depoſitorum, imminet his, quibus ſunt commiſſa, ex neceſſitate. Et ideò non ſunt propter ſcandalum dimittenda (*ex quo* Beatus Thomas O Cantuarienſis repetijt res Eccleſiarum cum ſcandalo Regis:) ſicut nec alia, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. Temporalia verò bona, quorum nos ſumus domini, dimittere, ea tribuendo, ſi penes nos habeamus; vel non repetendo, ſi apud alios ſint, propter ſcandalum quandoque quidem debemus, quandoque non. Si enim ſcandalum ex hoc oriatur propter ignorantiam vel infirmitatem aliorum (quod diximus eſſe ſcandalum puſillorum) tunc vel totaliter dimittenda ſunt temporalia, vel aliter ſcandalum ſedandum, ſcilicet per aliquam admonitionem. Aliquando verò ſcandalum naſcitur ex malitia, quod eſt ſcandalum Phariſæorum: & propter eos, qui ſic ſcandala concitant, non ſunt temporalia dimittenda: quia hoc & noceret bono communi, daretur enim malis rapiendi occaſio: & noceret rapientibus, qui retinendo aliena, in peccato remanerent. *Propter ſcandalum igitur infirmorum dimittenda aliquando ſunt propria bona: non aliena & communia. Quo ſenſu dictum videtur à Domino Matth.* 5. Et qui vult tecum in judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. *Cum autem dicitur Matth.* 18. Neceſſe eſt, vt veniant ſcandala: *magnâ id eſt cautelâ exponendum.* Duplex enim P eſt neceſſitas. Vna abſoluta: ſiue aliquid ſit neceſſarium per ſeipſum, ſicut neceſſarium eſt, Deum eſſe: ſiue ex coactione alicujus cauſæ exterioris, ſicut violentum dicitur neceſſarium. Et ſic non eſt neceſſarium, ſcandala euenire. Alia eſt neceſſitas conditionata, quæ non repugnat voluntario: & ſic neceſſe eſt ſcandala euenire neceſſitate conditionata ex tribus. *Primò* ex ipſa præſcientia, & prædeſtinatione diuina, ſicut dicimus: Neceſſe eſt, hoc eſſe, ſi Deus præuidit; & talis neceſſitas non repugnat libertatis arbitrio. Non enim prædictio ejus ſcandala inducit, neque, quia prædixit, hoc fit: ſed quia futurum erat, prædixit. *Secundò* ex inclinatione fomitis, ſicut etiam dicimus, quòd neceſſe eſt peccare venialiter, quamuis ſit poſſibile ſingula venialia peccata vitare. *Tertiò* ex vtilitate conſequente, quam Deus ex ſcandalis elicit, ſicut omnia vtilia dicuntur neceſſaria. *Et alibi.*

Propter ſcandalum Phariſæorum non eſt veritas dimittenda.

L *Matth.* 15. *lit. a. ibi.*

Aliter de ſcandalo puſillorum ſentiendum.

M *Matth.* 17. *lit. b. ibi.*

N 2. 2. q. 43. 8. c. *In* 4. *d.* 38. 2. 4. q. 3 *Matth.* 5. *lit. i. ibi*, tunicam.

Et bona temporalia dimittenda quandoque propter ſcandalum puſillorum, non Phariſæorum.

O 2. 2. *l. c.* in Sed contra.

Exponitur illud; *Neceſſe eſt, vt veniant ſcandala.*

Duplex neceſſitas.

P *In* 4. *d.* 38. 2. 2. q. 1. *ad* 1. & 1. 2. q. 1. *ad* 1. *Matth.* 18. *lit. a. ibi.*

Digitized by Google

Q 2. 2. loc. cit. ff.

alibi. Necesse est euenire scandala, *scilicet* secundùm conditionem Q hominum, qui sibi à peccatis non cauent. Sicut, si aliquis medicus, videns aliquos indebita diæta vtentes, dicat: Necesse est tales infirmari: quod intelligendum est sub hac conditione: si diætam non mutent. Et similiter necesse est euenire scandala, si homines conuersationem malam non mutent.

n *At vide quid sequitur*: Verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit; *& priùs*: Væ Mundo à scandalis. *Occultè siquidem peccantes tolerat Deus*; *non ita, publicè & scandalosè*: Deus R sustinet peccatores, quandiu sunt occulti, donec publicè peccent; & tunc non sustinebit, vt patet de Sodomitis Genes. 19. *Quòd si quandoque sustinet, non tamen diu, Majores præsertim, Psalm.* 49. Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? *(quod nonnisi Majorum, Prædicatorum, & Prælatorum est:)* Tu verò odisti disciplinam &c. Sedens aduersùs fratrem tuum loquebaris, & aduersùs filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti & tacui. *Quibus verbis* ostendit S quomodo aggrauatur peccatum ex parte eorum, qui ex hoc scandalizantur, scilicet audientium; & ideò dicit: *ponebas scandalum*, scilicet aliorum contra fratrem tuum. Et quòd dicit, *filium matris tuæ*, ostendit, quòd quia paruuli lactentes dicuntur filij matris, pusilli scandalizantur de verbis malis, quæ dicit. *Hæc fecisti, & tacui*. Arguunt ex hoc peccatores, & credunt iniqui, quod peccatum placeat Deo, & non puniat, quia tacet: sed hæc existimatio est iniqua; & ideò dicit: *Arguam te*, idest, condemnabo te, *nedum videlicet æterna pœna post mortem, sed & hîc temporanea in se & in posteris: Vnde* 3. Reg. 15. *legimus, quòd* Baasa percussit omnem domum Ieroboam: non dimisit ne vnam quidem animam de semine ejus, donec deleret eum juxta verbum Domini; *& ratio quidem adducitur, cum subjicitur*: propter peccata quæ peccauerat, & quibus peccare fecerat Israel. *Et* 2. *Paral.* 21. *de impio Rege Ioram legitur, quòd quia* excelsa fabricatus est in vrbibus Iuda, & fornicari fecit habitatores Ierusalem, & præuaricari Iudam: percussit eum Dominus alui languore insanabili, *in quo* duorum annorum expletus est circulus: *& sic longa consumptus tabe*, ita vt egereret etiam viscera sua, languore pariter & vita caruit. *Et cap.* 22. *dicitur*: Constituerunt Ochoziam, filium ejus minimum, regem pro eo: omnes enim majores natu, qui ante eum fuerant, interfecerant latrones Arabum. *Sed & ipse Ochozias à Iehu cæsus est. En quomodo peccatum scandali punitur à Deo nedum personaliter, sed & in posteris delinquentium. Hinc docemur*, quòd in filio T imitante peccatum Patris est duplex ratio, quare temporaliter puniatur: tum quia ipsemet peccat imitando Patrem: tum quia res Patris est; & decet, vt pro peccato Patris puniatur, in quantùm est res ejus. In Patre autem est vna ratio tantùm; & ideò magis punitur filius, quàm Pater: & præcipuè, quia contingit, quòd filij, qui peccata Patrum imitantur, liberiùs peccant, quasi in his nutriti (*nota*) & in plura peccata se præcipitant, cum minori conscientiæ remorsu, propter consuetudinem & authoritatem Majorum suorum. *Idcircò ad vtramque innuendam pœnam, temporaneam scilicet & æternam*, Matth. 18. *cit. bis dicitur væ*: Væ Mundo à scandalis. Væ autem homini illi &c. *Vel dicitur, ad duplicem signandam pœnam æternam. Scandalizantium ponit* V *pœnam*, quæ duplex est, scilicet pœna damni & pœna sensus: *quam vtique in Inferno sustinebunt. Quod quidem per verba innuitur præcedentia*: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris; *scilicet, in Infernum, qui per maris signatur profunditatem: (Mola autem, quæ grauis est lapis, assumitur: vt grauitas culpæ in peccato scandali designetur:) Vnde cohærenter dicitur Apoc.* 18. Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare; *idest*, in Infernum X profundissimum, & pœnis amarissimum; *dicens: Hoc impetu mittetur Babylon, ciuitas illa magna, & vltrà jam non inuenietur. (Et Is.* 51. Sic submergetur Babylon, & non consurget.*)* Babylon magna *exponitur multitudo Magnatorum peruersorum, qui alios præsertim scandalosè inficiunt, de qua dicitur ideircò cap.* 14. Cecidit cecidit Babylon magna, quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes Gentes: *(Cui consonat illud Ierem.* 51. Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram.*) Babylon*, idest Y multitudo mundanorum, qui confusi & inuoluti sunt in vitijs: *magna*, vt contagiosa scilicet & corruptiua: *quæ à vino*, idest delectabili & inebriatiua vanitate vitiorum (vinum enim delectat & inebriat) *potauit*, hoc est, peruertit homines quantùm ad rationem & voluntatem, *omnes gentes*, idest gentiliter viuentes, Ierem. 51. *De vino ejus biberunt gentes*: de quo dicitur Is. 28. *Præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt*. Potauit inquam *vino iræ*, idest quod prouocat iram diuinam: *fornicationis suæ*; idest, per quod separat se & alios *per scandalum* à Deo, sicut sponsa recedit fornicans à sponso suo. *Et justè quidem in Infernum hi detruduntur: neque enim digni sunt peccato scandali delinquentes Regno Cælorum, à quo immò exclusi denunciantur Apoc.* 22. Foris canes & venefici: *siquidem* Venefici Z dicuntur qui verbo vel exemplo alios corrumpunt, Apoc. 18. *Veneficijs tuis errauerunt omnes Gentes*; idest A exemplo maleficiorum tuorum imitantes te.

o *At verò qui verbo & prauo alios exemplo magis inficiunt, Majores præ cæteris sunt; & Prælati*, Ierem. 5. Prophetæ prophetabant mendacium: *videlicet*, quorum B erat veritatem docere. *Vnde Gregorius*: Nullum *inquit* puto ab alijs majus præjudicium, quàm à Sacerdotibus tolerat Deus: quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis cernit. *Quod & in seculo præstant Majores: nam sicut in bonum, ita & in malum verum habet quod dicitur Eccli.* 10. Qualis Rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. *Idcircò, cum Vasthi Regina, Assueri jussibus ad regium conuiuium vocantis parere detrectans, accedere renuisset: hac de re ipse primores consulens, à Mamuchan consiliario illud habuit responsum Esth.* 1. Non solùm Regem læsit Regina Vasthi, sed & omnes populos & principes, qui sunt in cunctis prouincijs Regis Assueri. Egredietur enim sermo Reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos, & dicant: Rex Assuerus jussit, vt Regina Vasthi intraret ad eum: & illa noluit. Atque hoc exemplo (*nota*) omnes Principum conjuges Persarum atque Medorum paruipendent imperia maritorum. *Quantò magis malo corrumpent exemplo populos praui Regnantes? Vnde & de impio Rege Roboam legitur* 2. *Paral.* 12. Cumque roboratum fuisset regnum Roboam & confortatum, dereliquit legem Domini, *& ejus exemplo vniuersus populus*; *mox enim subditur*: & omnis Israel cum eo. *Sunt enim Majores peccantes vrbium & Regnorum excidium temporale simul & spirituale: ex quo dicebat Dominus*: Væ Mundo à scandalis. *Hinc Mich.* 3. Principes ejus in muneribus judicabant: & Sacerdotes ejus in mercede docebant: & Prophetæ ejus in pecunia diuinabant: propter hoc, causa vestri, Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons Templi in excelsa syluarum. *Ea de causa Deum rogabat Regius Propheta Psal.* 140. Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem: *iniquitas*

Occultè peccantes tolerat Deus; non ita, publicè & scandalosè.
R 2. Thess. 1. l. 2. ibi, tantò.
S Ps. 49. lit. l, ibi.
Qui & temporanea pœna puniuntur in se & in posteris.
T 2. d. 33. 1. 2. ad 3.
Filius temporaliter punitur pro Patre, tanquam res ejus.
V Matth. 18. lit a. ibi.
Puniuntur & post mortem æternaliter.
X Ap. 18 com. 1. & 2. ibi.
Y Ap. 14. com. 1. & 2. ibi.
Z Ap. 22. com. 2. ibi.
A Ap. 18. com. 2. ibi.
Major praui exempli infectio à Majoribus, præsidentibus, & Prælatis.
B Ier. 5. ff. ibi.
Hi vrbium & Regnorum excidiū temporaliter & spiritualiter.

Digitized by Google

quitas enim (*vt pluries vidimus*) *temporale vel spirituale proximi damnum specialiter signat*. *Igitur*, *quantùm fieri potest*, *scandala ab omnibus tollenda*, *sed à Majoribus potissimùm & Prælatis*, *qui magis possunt inficere*, *de quorum vnoquoque* Augustinus *in Regula*: Se ipsum bonorum operum præbeat exemplum. *Et Apostolus* 1. *ad Timoth*. 4. Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione &c. *In verbo*, scilicet C ponderato, ordinato, & circumspecto: *in conuersatione* exteriori, vt sicut excellit loco & dignitate: ita & honesta conuersatione, Matth. 5. *Vt videant opera vestra bona &c.* Conuersatio enim D totius Congregationis judicatur ex Prælato, *siue in bonum*, *siue in malum*. *Secus*, *si malo exemplo sint in vtroque foro Præsidentes*, *valdè extimescant*, *& horreant*: Sic enim E non solùm suorum facinorum apud Deum rei tenentur, sed etiam eorum, quibus apud Deum peccandi occasionem reliquerunt: *vt ajebat initio Author*. *DISCE à scandalis operantium iniquitatem declinare*. *Vide* Abstinentia à licitis, Doctor Ecclesiasticus, Episcopus, Princeps.

Ab omnibus, sed ab eis præsertim, tollenda scandala: quia alijs bonorum operum exemplar sunto.

C 1. *Tim*. 4. *l*. 3. *ibi*.

D 1. *Tim* 3. *l*. 2. *ibi*, testimonium.

Aliàs valdè timeant.

E *Op*. 20. *l*. 1. *cap*. 11.

EXORCISMVS.) Vide BAPTISMVS,
EXORCISTA.) ORDO.
EXPROBRATIO. Vide, LINGVA.
EXTASIS. Vide, AMOR.

EXTREMA VNCTIO.

XIX. In hoc Sacramento plenitudo gratiæ confertur, non solùm vt tollat culpam, sed etiam reliquias, & infirmitatem corporis. *In* 4. *d*. 23. 1. 3. *q*. 2. *c*.

Extrema Vnctio vnde dicatur.

p EXtremæ *Sacramentum vnctionis* ex Roman. Catech. *sub hoc nomine exprimitur*, quòd hæc omnium sacrarum vnctionum, quas Dominus Saluator noster Ecclesiæ suæ commendauit, vltima administranda sit: *& quia in extremo adhibetur humanæ vitæ*, *extremumque est homini spirituale remedium ad animæ salutem*, *vt faciliùs securiùsque possit ad gloriam æternam peruenire*. Ex infirmitate *siquidem* animæ F quæ est peccatum, interdum infirmitas deriuatur ad corpus, hoc diuino judicio dispensante. (*Quod facit illud Eccli*. 38. Qui delinquit in conspectu ejus, qui fecit eum, incidet in manus medici.) Quæ quidem corporalis infirmitas interdum vtilis est ad animæ sanitatem, prout homo eam sustinet humiliter & patienter: & ei quasi in pœnam satisfactoriam computatur. Est etiam quandoque impeditiua spiritualis salutis, prout ex infirmitate corporali impediuntur virtutes. Conueniens igitur fuit, vt contra peccatum aliqua spiritualis medicina adhiberetur, secundùm quod ex peccato deriuatur infirmitas corporalis: per quam quidem spiritualem medicinam sanatur infirmitas corporalis aliquando, cum scilicet expedit ad salutem animæ: & adhoc est ordinatum Sacramentum extremæ vnctionis, de quo dicitur Iac. 5. *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ*, *& orent super eum*, *vngentes eum oleo in nomine Domini*: *& oratio fidei saluabit infirmum*, *& alleuiabit eum Dominus*: *&*, *si in peccatis sit*, *remittentur ei*. Nec tamen fideles inutiliter sumunt, quamuis corporalis sanitas non sequatur. Cum enim hoc Sacramentum sic ordinetur contra infirmitatem corporis, in quantùm consequitur ex peccato: manifestum est, quòd contra alias sequelas peccati hoc Sacramentum ordinatur, quæ sunt pronitas ad malum, & difficultas ad bonum. Sed quia homo vel per negligentiam, aut occupationes varias vitæ, aut etiam propter temporis breuitatem, aut propter alia hujusmodi, prædictos defectus in se perfectè non curat: salubriter ei prouidetur, vt per hoc Sacramentum prædicta curatio compleatur, & à reatu pœnæ temporalis liberetur: vt sic nihil in eo remaneat, quod in exitu animæ à corpore eam possit à perceptione gloriæ impedire. *Igitur*, sicut G Baptismus est quædam spiritualis regeneratio, & Pœnitentia quædam spiritualis suscitatio: ita & extrema Vnctio est quædam spiritualis sanatio, vel medicatio. Sicut autem corporalis medicatio præsupponit corporalem vitam in medicato: ita spiritualis spiritualem. Et ita hoc Sacramentum non datur contra defectus, quibus spiritualis vita tollitur, scilicet peccatum originale & mortale, sed contra illos defectus, quibus homo spiritualiter infirmatur, vt non habeat perfectum vigorem ad actus vitæ gratiæ, vel gloriæ. Et hic defectus nihil est aliud, quàm quædam debilitas & ineptitudo, quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali vel originali: & contra hanc debilitatem homo roboratur per hoc Sacramentum. Sed quia hoc robur gratia facit, quæ secum non compatitur peccatum: ideò ex consequenti, si inuenit peccatum aliquod vel mortale, vel veniale, quoad culpam tollit ipsum, dummodo non ponatur obex ex parte recipientis: sicut etiam de Eucharistia & Confirmatione dictum est. Et ideò etiam Iacobus de remissione peccati conditionaliter loquitur, dicens: *Et*, *si in peccatis sit*, *remittentur ei* quoad culpam. Non enim semper delet peccatum, quia non semper inuenit: sed semper remittit quoad debilitatem prædictam, quam quidam reliquias peccati dicunt. *Reliquias inquam peccati*, *non quidem originalis*, *quas tollit Sacramentum Confirmationis*: (*nam* Confirmatio H datur contra infirmitatem prout est contracta per originale peccatum: quæ non redit, quamuis infirmitas peccati actualis redeat:) *sed reliquias actualis peccati*: non *enim* datur I extrema Vnctio contra reliquias peccati originalis, nisi secundùm quod sunt per actualia peccata quodammodo confortatæ; vnde principaliter contra actualia peccata datur. *Verùm* reliquiæ L peccati non dicuntur hic dispositiones ex actibus relictæ, quæ sunt quidam habitus inchoati: sed quædam spiritualis debilitas in ipsa mente existens, qua sublata, etiam eisdem habitibus vel dispositionibus manentibus, non ita potest inclinari mens ad peccata. *Et hoc est*, *quod ajebat initio Author*: In hoc M Sacramento plenitudo gratiæ confertur, non solùm vt tollat culpam, sed etiam reliquias, & infirmitatem corporis, *cum scilicet hæc expedit ad animæ salutem*.

F 4. *cont*. G. c. 73 *initio*. *In* 4. *d*. 2. 1. 1. 3. *q*. 1 *&* 2. *ad Hann*. *ib*. *q*. 1. 1. 3. *& q*. 2. 1. *fi*. *Op*. 5. §. *de Sacram*. *Opusc*. 6. *c*. 13. *Iac*. 5.

Ex infirmitate animæ deriuatur interdû infirmitas corporis, ad ejus vtilitatem.

Aliquando hæc impeditiua est spiritualis salutis.

Extremæ vnctionis effectus.

Sanitatem etiam confert corporis, si anima expediat.

G 4. *d*. 23. 1. 1. *q*. 1. *c*. *&* 3 *p*. 65. 1. *c*. *&* 84. 1. *ad* 1.

Sicut baptismus est spiritualis regeneratio, & pœnitentia spiritualis suscitatio: ita extrema vnctio est spiritualis sanatio.

Non datur directè contra defectus tollentes vitam spiritualem, scilicet peccatum originale & mortale: sed contra defectus inducentes spiritualem infirmitatem, scilicet contra reliquias peccati.

Indirectè tollit & peccatum.

Reliquias tamen peccati actualis, non originalis, quas tollit Confirmatio.

H 4. *d*. 7. 3. 1. *q* 3. *ad* 2.

I 4. *d*. 23. 2. 2. *q* 4. *ad* 1 *&* 2. *& d*. 2. 1. 1. *q*. 4. *& d*. 7. 1 1. *q* 3 *fi*. *c*. *& d*. 8. 1. 2. *q*. 1. *ad* 2.

Quid sint hujusmodi reliquiæ.

L 4. *d*. 23. 1. 2. *q*. 1. *ad* 2.

M 4. *d*. 23. 1. 3. *q*. 2. *c*.

q *Ex his deducitur*, *quod extrema Vnctio verè sit Sacramentum*. Sacramenta enim N nihil aliud sunt, quàm quædam spirituales medicinæ; sed extrema Vnctio est quædam spiritualis medicina (*vt vidimus*) ergo est Sacramentum. *Nec dubium*, *quin à Christo Domino*, *sicut & cætera Sacramenta*, *institutum*: sed quædam O per seipsum promulgauit, quæ sunt majoris difficultatis ad credendum: quædam autem Apostolis promulganda reseruauit, sicut extremam Vnctionem, & Confirmationem. *Et quidem* illa P præcipuè curauerunt Euangelistæ tradere, quæ ad salutis necessitatem, & Ecclesiæ dispositionem pertinent: & ideo potiùs institutionem Baptismi, & Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, & Ordinis à Christo factam narrauerunt, quàm extremæ Vnctionis, vel Confirmationis, quæ neque sunt de necessitate salutis, neque ad dispositionem siue distinctionem Ecclesiæ pertinent. Tamen etiam de olei vnctione fit mentio in Euangelio. *Et tunc quidem Dominus instituisse videtur*: quando *scilicet* Apostolos Q ad prædicandum mittens, oleo inungere infirmos disposuit, vt sic curarentur. *Quod expressè legitur* Marc. 6. *vbi dicitur*: Et exeuntes prædicabant, & vngebant oleo multos ægros, & sanabant. *Neque officit*, *quòd in veteri lege nullum recenseatur Sacramentum*

Extrema Vnctio verè Sacramentum à Christo institutum, sed ab Apostolis promulgatum.

N *In* 4. *l*. *c*. *a*. 1. *q*. 1. *in* 2. *Sed contra*.

O *In* 4. *l*. *c*. *a*. 1. *q*. 3. *c*.

P *Ibid ad* 1. *& Iac*. 5. *&* 4. *con*. *G*. *c*. 71.

Non est de necessitate salutis simpliciter.

Q *In* 4. *d* 2. 1. 4 *q* 4. *ad* 1. *& loco cit*.

Cur in lege veteri figuram non habuerit.

tum

R 4. d. 23. 1. 1. q. 1 ad 2. & d. 2. 1. 2 ad 1 & d. 8. 1. 2. q 1. & ad 2. & 1. 2. 1. 2. 3. ad 3. & 3. p. 65. 1. ad 4.

tum extremæ Vnctionis figuratiuum: hoc enim idcirco est, quia hoc R Sacramentum immediatè hominem ad gloriam disponit, cum exeuntibus à corpore detur: & quia in veteri lege non erat adhuc tempus perueniendi ad gloriam, quia neminem ad gloriam adduxit lex; ideò illud Sacramentum ibi præfigurari non debuit per aliquod Sacramentum sibi respondens, sicut per figuram ejusdem generis: quamuis per figuras remotas aliquo modo figuratum sit in omnibus curationibus, quæ leguntur in veteri testamento. *Ex quo Sacramentum hoc propriam sibi vendicat materiam (remotam vtique) oleum oliuæ per Episcopum consecratum. Et conuenienter satis: quia* Spiritualis S curatio, quæ in fine adhibetur, debet esse perfecta, quia post eam alia non relinquitur: & lenis, vt spes, quæ exeuntibus maximè est necessaria, non frangatur, sed foueatur. Oleum autem lenitiuum est, & penetratiuum vsque ad intima, & etiam diffusiuum: & ideò quantùm ad vtrunque prædictorum est conueniens materia hujus Sacramenti. Et quia oleum principaliter nominatur oliuæ liquor (cum alij liquores, ex similitudine ad ipsum, olei nomen accipiant) ideò oleum oliuæ debet etiam esse, quod assumitur in materiam hujus Sacramenti. *Esse verò oportet consecratum: quod innuitur Iac. 5.* Vngentes oleo in nomine Domini, *scilicet* consecrato, T & in nominis ejus inuocatione. *Vlteriùs, quia* per hoc V Sacramentum gratia confertur, vt culpam tollat & reliquias: & etiam ex hoc, quòd effectus ejus corporalis, scilicet corporalis sanatio, non causatur ex materiæ naturali proprietate, ideò oportet, quòd hæc efficacia sibi per sanctificationem detur. *Nec valet, quòd aqua ad Baptismi vsum necessariò non consecretur: etenim* Baptismus X est Sacramentum necessitatis, & ideò materiam communissimam habet: & propter hoc sanctificatione non indiget. *Et etiam* materia Y Baptismi habet quandam sanctificationem per se ex ipso tactu carnis Saluatoris, *cum in Iordane baptizatus est: & sic* vim Z regeneratiuam contulit aquis. *Illud autem hìc ex Authore notandum, quòd* in Baptismo A quod est Sacramentum intrantium, fit vnctio ex chrismate, quod componitur ex oleo & balsamo: in extrema verò Vnctione, quæ est Sacramentum exeuntium, ex solo oleo benedicto: quia intrantibus necessaria est conscientia nitida, quæ intelligitur in oleo; & fama odorifera, quæ in balsamo: exeuntibus verò sufficit nitida conscientia: *nam* odore B bonæ famæ de cætero non indigent propter se exeuntes. *Signanter adhuc, oleum in hoc Sacramento adhibetur:* olei *enim* inunctio C signat expeditionem hominis in pugna, quam aduersùs diabolum suscipit: *à quo validiùs in extremo vitæ impugnari censetur:* & ideò D etiam pugiles oleo vnguntur. *Et per hoc exploditur* error E Eraconitarum, qui ferunt suos morientes nouo modo quasi redimere per oleum & balsamum & aquam, & inuocationibus, quas hebraicis verbis dicunt super capita eorum: quod est contra formam ab Apostolo Iacobo traditam.

Materia ejus oleum oliuæ per Episcopū consecratum. S In 4. l. c. a. 1. q. 1. c. & Iac 5. ibi, oleo.

T Iac. 5 ibi. V 4. d. 1. 1. 3. q. 2. & 3. c. Cur aqua Baptismi necessario non consecretur, sicut hic oleum. X 4. d. 7. 1. 2. q. 3. ad 1. & 3. p. 66. 3. ad 5. Y 4. d. 3. 1. 4. q. 1. ad 5. In 2. d. 2. 3. q 1. c & 3. p. 39. 1. c. Matth 3. lit b. ibi, vt baptizaretur. Z In 4. l. c. a. 3. q. 2. c & lo. cit. cit. Quare vnctio olei cum balsamo adhibeatur in baptismo, solius hic olei. A Iac. 5 ibi, oleo. In 4. d. 23 1. 3. q. 1. ad 1. B In 4. loc. cit. C In 4. d. 0. 2. 3. q 1 f. c & d. 7. 1. 2. q. 2. ad 5. Oleum non sine mysterio. D In 4. d. 7. loco cit. E Op. 5. §. de Sacram. Contra extremam Vnctionem error Eraconitarum. Illius forma.

r *Ex quo olei hanc inunctionem (quæ proxima hujus Sacramenti materia est) comitantur Sacerdotis verba, quæ pro vera ejusdem forma ab Ecclesia determinantur ex Iac. cap. 5. cit.* Per istam sanctam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid per visum deliquisti. *Et sic*, per auditum &c. *Sanè* in solo F Sacramento extremæ Vnctionis forma verborum est sub modo deprecatiuæ orationis: quod seruatur in hoc Sacramento propter authoritatem Sacræ Scripturæ: dicitur enim *Iac. 5. cit.* vbi de hoc Sacramento loquitur: *Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: &, si in peccatis sit, remittentur ei.* Vbi etiam ratio hujus singularis obseruantiæ assignari videtur. In alijs enim Sacramentis nihil corporaliter agitur, quod non statim ex operatione ministri sequatur: sicut statim in Baptismo fit ablutio corporalis, quæ spiritualem designat, & sacramentaliter causat. Sanatio autem corporalis non statim sequitur ex vnctione, sed petitur præstanda à Deo; vnde & interior sanatio, quæ per eam signatur, sub deprecatione à Deo poscitur. *Verbis insuper tantùm deprecatiuis in hoc Sacramento vtimur:* quia G suscipiens Sacramentum hoc, est viribus proprijs destitutus, vnde indiget orationibus subleuari. Item, quia datur exeuntibus, qui jam desinunt de foro Ecclesiæ esse, & in solius Dei manu requiescunt; vnde & ei per orationem committuntur. *Est autem* prædicta H oratio competens formæ hujus Sacramenti; quia tangit Sacramentum in hoc quod dicitur: *Per istam sanctam vnctionem*; & illud quod operatur in Sacramento, scilicet diuinam *misericordiam*; & effectum, scilicet remissionem peccatorum, *& ablationem reliquiarum &c. qui est principalis extremæ vnctionis effectus; siquidem* in forma I debet exprimi effectus principalis, & qui semper inducitur ex Sacramento, nisi sit defectus ex parte recipientis: non autem talis effectus est corporalis sanitas, quamuis quandoque sequatur, *sed secundarius. Materiæ verò, seu oleo rectè hìc forma respondet, scilicet misericordia: nam* per oleum L misericordia signatur; *vnde* dictum est: Vnxit me vnctione misericordiæ suæ. *Vlteriùs*, quia M misericordia respicit miseriam: hoc autem Sacramentum datur in statu miseriæ, scilicet infirmitatis: ideò potiùs hìc, quam in alijs Sacramentis, fit de misericordia mentio. *Ex quibus omnibus, quæ in præfata Iacobi authoritate allata sunt, deducitur, quòd* de necessitate N hujus Sacramenti est Ordo: *inducat Præsbyteros*; oratio: *& orent*; vnctio: *vngentes. Cæterùm, non in qualibet infirmi corporis parte vnctio præfata adhibetur: sed in determinatis. Pro quo sciendum, quòd* principia O peccandi in nobis sunt eadem quæ & principia agendi, quia peccatum in actu consistit. Principia autem agendi in nobis sunt tria. Primum est dirigens, scilicet vis cognoscitiua: secundum est imperans, scilicet vis appetitiua: tertium est exequens, scilicet motiua. Omnis autem nostra cognitio à sensu ortum habet. Et quia vbi est in nobis prima origo peccati, ibi debet vnctio adhiberi: ideò vnguntur loca quinque sensuum, scilicet oculi propter visum, aures propter auditum, nares propter odoratum, os propter gustum (vel P locutionem) manus propter tactum, qui in pulpis digitorum præcipuè viget. *Sed &* propter appetitiuam vnguntur à quibusdam renes: propter motiuam vnguntur pedes, qui sunt principalius ejus instrumentum. Et quia primum principium est cognoscitiua, ideò illa vnctio ab omnibus obseruatur, quæ fit ad quinque sensus, quasi de necessitate Sacramenti. Sed quidam non seruant alias: quidam vero illam seruant, quæ ad pedes, & non quæ ad renes (*in mulieribus præsertim propter honestatem*) quia appetitiua & motiua sunt secundaria principia. *Membris verò* mutilati Q inungi debent quantò propinquiùs esse potest ad partes illas, in quibus vnctio fieri debuerat. *Neque totum corpus inungendum: quia* hoc R Sacramentum per modum curationis exhibetur: curatio autem corporalis, non oportet, quòd fiat per medicinam toti corpori appositam, sed illis partibus, vbi est radix morbi: & ideò vnctio etiam Sacramentalis debet fieri in illis partibus tantùm, in quibus est radix spiritualis infirmitatis. *Verùm* ad membra S genitalia propter immunditiam illarum partium, & honestatem Sacramenti, non debet vnctio adhiberi, *quamuis in illis radix peccati sit. Et quamuis distinctæ vnctiones illæ, siue illæ* T actiones sint plures simpliciter: tamen vniuntur in vna

F Op. 22. c. 1. In 4. d. 23. 1. 4. q. 2. c. Cur hìc solum, modo deprecatorio forma adhibeatur.

G In 4. loc. cit. H In 4. l. c. a. 4. q. 3. c. Formæ præfatæ conuenientia. I Ibid. ad 3. & a. 2. q. 2. ad 1. L Matth. 26. lit. e ibi. Olivetti. Cur de diuina fiat mentio misericordia. M 4. d. 3. 1. 4. q. 3. ad 2. N Iac. 5. & loc. cit. Quænam de necessitate hujus Sacramenti. O 4. d. 1. 2. 3. q. 2. c Op. 5. §. de Sacram. & 4. contr. G. c. 73. Quibus in corporis partibus inunctio facienda. P Op. 5. loc. cit. Q 4. d. 23. 2. 3. q. 2. c. R 4. d. 23. 2. 3. q. 1. c. & ad 1. & 4. contr. G cap. 73. S In 4. l. c. a. 3. q. 2. ad 4. T In 4. d. 23. 1. 1. q. 2. ad 2. & in corp. Plures vnctiones vnitatem Sacramenti nō tollunt.

Digitized by Google

perfecta actione, quæ est vnctio omnium exteriorum sensuum, quibus hauritur morbus interior. *Sicut etiam* in Sacramento V Eucharistiæ pluralitas materiæ & formæ vnitatem Sacramenti non tollit. *Cæterùm extremæ Sacramentum Vnctionis characterem minimè imprimit: & consequenter iterabile est.* Non enim X hujus Sacramenti vnctio est ad consecrandum, sicut vnctio Confirmationis, ablutio Baptismi, & quædam aliæ vnctiones: quæ ideò nunquam iterantur, quia consecratio semper manet, dum res consecrata durat, propter efficaciam diuinæ virtutis consecrantis: (*quod est, characterem imprimere:*) ordinatur autem hujus Sacramenti inunctio ad sanandum: medicina autem sanatiua toties iterari debet, quoties infirmitas iteratur. *Qua de causa & Pœnitentiæ iteratur Sacramentum.*

V *Ibid. ad* 1.

X 4. *cont. G. c.* 73. *In* 4. *d.* 23. 2. 2. *q.* 3. *c. & ad* 1. *& q.* 2. 4. *q.* 1. *c. & ad* 2. *& d.* 18. 1. 3 *q.* 2. *ad* 4. *Iac.* 5.

Non imprimit characterem, & iterabile est.

¶ *Quoniam verò* hoc Y Sacramentum est vltimum, & quodammodo consummatiuum totius spiritualis curationis, quo homo quasi ad participandam gloriam præparatur, vnde & extrema Vnctio nuncupatur: manifestum est, quòd hoc Sacramentum non quibuscunque infirmantibus est exhibendum, sed illis tantùm, qui ex infirmitate videntur morti propinquare: qui tamen si conualuerint, iteratò potest hoc Sacramentum eis conferri, si ad similem statum deuenerint. Et licèt aliqui sint in statu propinquo morti, etiam absque infirmitate, vt patet in iis, qui damnantur ad mortem; qui tamen spiritualibus effectibus hujus Sacramenti indigerent: non tamen exhibendum est, nisi infirmanti, cum sub specie corporalis medicinæ exhibeatur, quæ non competit nisi corporaliter infirmato: oportet enim in Sacramentis significationem seruari. *Neque expectandum, quòd æger ad extremum vitæ reducatur: non enim ex hoc extrema dicitur Vnctio, quòd homini in extremis vitæ posito exhibenda sit: sed quia est extrema spiritualis curatio & medicina: quam tamen debet cognoscere, & actuali in eam deuotione affici, suscepturus. In extremo autem quis positus, multoties sensibus aut caret, aut non plenè viget: & eò vel maximè, quòd non tam citò extremæ Vnctionis functio valet à ministro absolui, & potest interim infirmus decedere. Hinc* grauissime Z peccant qui illud tempus ægroti vngendi obseruare solent, cùm jam omni salutis spe amissa, vita & sensibus carere incipiat. *Vno verbo. In periculo mortis exhibendum infirmis est, non in articulo: quod ait Author:* Illis tantùm A infirmantibus debet exhiberi, qui sunt in statu exeuntium, propter hoc quòd ægritudo nata est ad mortem inducere, & de periculo timetur. *Periculum autem mortis dicimus, quando infirmus in eo ponitur statu, quòd magis de proxima morte metuitur, quàm de salute speretur. Articulum verò: quando nulla humanitus de salute ægrotantis est spes, jam jam morituri, vt adducta Catechismi verba videntur innuere. Et hinc est, quòd quia* ad effectum B hujus Sacramenti percipiendum plurimùm valet deuotio suscipientis, & personale meritum conferentium, & generale totius Ecclesiæ: quod patet ex hoc, quòd per modum deprecationis forma hujus Sacramenti confertur: (nec tamen C quoad vnctionem est facienda *personæ* discretio: sed quia ad hoc Sacramentum exigitur oratio, quæ melior est vnius, quàm alterius, quia majorem habet efficaciam:) ideò illis, qui non possunt recognoscere, & cum deuotione suscipere, hoc Sacramentum dari non debet (*sicut pueris, quibus idcircò nec Eucharistia exhibetur*) & præcipuè furiosis & amentibus, qui possunt irreuerentiam Sacramento per aliquam immunditiam facere: nisi haberent lucida interualla, in quibus Sacramenta recognoscerent; & sic eis conferri in statu illo possent. *Ex quo deducitur, quòd si ante phrenesim deuotè petierint, exhiberi potest hoc Sacramentum, quemadmodum iis Eucharistiam non denegatur, quæ minorem non exigit deuotionem, vt ex doctrina Authoris bene notat* Siluester *noster V.* Vnctio extrema *num.* 5. *& Author ipse docet* D. *Profectò* Sacramentum E extremæ Vnctionis nonnisi petentibus verbo, vel signo, dari debet secundùm morem Ecclesiæ: *dicitur enim Iac.* 5. Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ &c. *Inducat:* non F ait: inducantur. *Quo autem ordine ministranda sit Vnctio extrema? Dicendum, quòd post Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramentum exhibenda est, tum ex perpetuo Ecclesiæ catholicæ vsu, tum ex vi nominis hujus Sacramenti, quod extrema Vnctio dicitur ex eo quòd extremum sit in administratione & susceptione Sacramentum. Salua tamen, nec vnquam vel in minimo improbata Ecclesiæ consuetudine, cui omnino standum est: videtur Author noster inclinare, vltimò fore Eucharistiam ministrandam, ceu quæ (vt vidimus) consummatio est, perfectio, & finis omnium Sacramentorum: nam* omnia *inquit* alia G Sacramenta ordinari videntur ad hoc Sacramentum sicut ad finem, *vt ibidem probat: vnde & de extrema Vnctione ibi subjiciens ait:* per Pœnitentiam & extremam Vnctionem præparatur homo ad dignè sumendum corpus Christi. *Ad quod etiam facit, ministrari tunc Eucharistiam per modum Viatici, quod proprium est exeuntium; vnde & mysticè de ea dicitur 3. Reg.* 19. Ambulauit Elias in fortitudine cibi illius (*subcinericij panis*) vsque ad montem Dei, *per quem cœlestis gloria designatur. Et hoc quidem si fieret (nam & post extremam Vnctionem potest infirmus Pœnitentiæ Sacramento indigere.) non idcircò mortalis culpæ damnandum ministrum, docent communiter Summistæ: nisi in contemptum Ecclesiasticæ consuetudinis faceret.* Nec tamen *Author præfatæ consuetudini apertè contrarium sensit, vt videre est* H. *Debet tandem hoc Sacramentum à Sacerdote conferri, tum ex authoritate citata Iac.* 5. Inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes &c. *tum quia* ea I in quibus gratia illuminans mentem confertur, exhibere, solùm pertinet ad Sacerdotes, quorum ordo est illuminatiuus, vt dicit *Dionysius.* Nec requiritur ad hoc Sacramentum Episcopus, cum per hoc Sacramentum non conferatur excellentia status, sicut in illis, quorum est minister Episcopus. Quia tamen hoc Sacramentum perfectæ curationis effectum habet, & in eo requiritur copia gratiæ: competit huic Sacramento, quod multi Sacerdotes intersint, & quòd oratio totius Ecclesiæ ad effectum hujus Sacramenti coadiuuet; vnde Iacobus, dicit: *Inducat Presbyteros &c. & oratio fidei saluabit infirmum.* Si tamen vnus solus Presbyter adsit, intelligitur hoc Sacramentum perficere in virtute totius Ecclesiæ, cujus minister existit, & cujus personam gerit.

Y 4. *cont. G. loc. cit. In* 4. *d.* 23. 2. 2. *q.* 1. *&* 1. *& a.* 4. *q.* 1 *ad* 2. *& d.* 25. 2. 1. *q.* 1. *c.*

Non quibuscunque infirmantibus exhibendum.

Neque damnatis ad mortem.

Nõ expectandum ad vitæ extremum.

Z *Catech. Rom. p.* 2. *c.* 6. *n.* 9.

Distinguendum inter periculum mortis, & articulum.

A 4. *d.* 23. 2. 2. *q.* 2 *c & a.* 4 *q* 2. *c Op.* 5. §. *de Sacram.*

B *In* 4 *d* *c.* *a.* 1. *q.* 3. *&* 4. *c.*

C *Iac.* 5. *ibi*, Presbyteros.

Nec pueris, nec furiosis, aut amentibus extrema Vnctio exhibenda, nisi lucida habeant interualla, aut in sanitate petierint.

D 3. *p.* 8 *a.* 4 *c.*

E *Iac.* 5. *ibi*, inducat.

Verbo aut signo hoc Sacramentum petendum.

F *Iac* 5. *ibid.*

Quo ordine ministrandũ.

G 3 *p.* 65. 3. *c.*

Eucharistia omnium Sacramentorum finis, ad quam cætera ordinantur.

H 3 *p.* 65. 2. *c. & ad* 5. *In* 4. *d* 2. 1. 3 *c. & ad* 4.

Sacerdos extremæ Vnctionis minister.

I 4 *cont G. c.* 73. *Iac.* 5. *l. c. In* 4 *d.* 23. *a.* 1. *q.* 3

Non exigitur, quòd sit Episcopus: nec quod plures necessariò Sacerdotes assistant, nisi ad melius esse.

DISCE & in extremo vitæ cœlestia tibi pharmaca non deesse.

FAL-

Digitized by Google

F

FALSVM TESTIMONIVM. Vide LINGVA.
FAMA. Vide GLORIA, HONOR, LINGVA.
FASCINATIO. Vide CHRISTI MORS, DIABOLVS.
FATVM. Vide DEI PROVIDENTIA.

FESTVS DIES.

I. *Sanctificate diem Sabbati*, Ier.17. *scilicet*, vt bonis operibus vacetis. *Ierem.*17. *lit.f. ibi.*

t *Plura in veteri lege celebrata festa recensentur: inter quæ tamen, Sabbatum primum tenebat locum; vnde* Ioan.19. *dicitur:* Erat enim magnus dies ille Sabbati, *ita vt vel ipsi Paschali festo præponeretur; nam ipsa die Paschæ, qua Iudæi impiè Dominum crucifixerunt, cibos pro die Sabbati tunc immediatè sequenti præparabant. Docemur enim, quòd* apud Iudæos L dies Sabbati quantùm ad aliquid solemnior erat qualibet alia festiuitate, inquantùm scilicet ob reuerentiam illius diei non præparabant ipso die sibi cibaria, sed in sexta feria præcedenti. Vnde sexta feria hujus temporis ex hoc *Parasceue* (*idest*, præparatio) dicebatur. Et hoc ortum habuit ex eo, quod *Exod.*16. dicitur, quòd in Sabbato non colligerent manna, sed in sexta feria colligerent duplum: in quo nulli festiuitati deferebant. Vnde licèt præsens sexta feria solemnis esset apud eos (*inciderat enim anno illo in eam Pascha*) tamen in ea pro sequenti die Sabbati cibaria præparabant. *Dicebatur præterea tunc* magnus dies ille Sabbati: *quia nimirùm*, quocunque M die de septem diebus azymorum Sabbatum veniret, dicebatur *magnus dies Sabbati* propter geminatam solemnitatem, Sabbati scilicet & Paschæ. *Quocirca sciendum, quòd* in veteri lege N erat solemnitas jugis, vt sacrificium vespertinum & matutinum. Quædam autem, quæ certis temporibus fiebant: & harum quædam fiebant pluries in anno: quædam semel tantùm, sicut Pascha, Scenopegia, & Pentecoste: sed Sabbatum & Neomenia pluries, quia illud qualibet hebdomadâ, istud semel in mense. Et hujus ratio erat, quia omnia festa tendunt ad honorem Dei. Impendimus autem Deo honorem, vel propter aliquod æternum; & sic est juge sacrificium: vel propter aliquod temporale, & hoc quantùm ad totum hominum statum; & sic sunt duo: scilicet creationis beneficium; & sic est Sabbatum, Exod.20. *Memento, vt diem Sabbati sanctifices*; & ratio ponitur ibi, quia *Deus requieuit in die septimo*: & ratio allegorica est, quia significat quietem Christi in sepulchro: & anagogicè quietem animæ in Deo. Aliud est beneficium propagationis & conseruationis, quod etiam fit per tempus: & quia Iudæi obseruabant tempora à Luna, ideò dicitur festum Neomeniæ, idest nouæ Lunæ. *Ex quo festum Sabbati videtur cæteris festiuitatibus præeminere. Et hinc est, quòd sub præcepto sanctificandi festa solum Sabbatum in Decalogo nominatur. Additur autem ei*, Memento: *quod non in alijs mandatis: quia nimirùm* præceptum O de Sabbato ponitur vt commemoratiuum beneficij præteriti: & ideò specialiter in eo fit mentio de memoria. Vel quia præceptum de Sabbato habet determinationem adjunctam, quæ non est de lege naturæ (*de quo infrà*) & ideò speciali admonitione indiguit. *Origo autem, & radix sanctificationis Sabbati* (*quod est septima dies*, *Exod.*20. Septimo autem die Sabbatum Domini Dei tui est:) *ex eo deriuatur*: quia P post omnia opera condita Deus septima die in seipso quieuit, & propter hoc Scriptura & lex præcipit, septimam diem sanctificari. Nam sanctificatio cujuslibet rei in hoc maximè consistit, quòd in Deo requiescit: vnde res Deo dedicatæ (vt tabernaculum, vasa, ministri) sanctæ dicuntur. Dies autem septimus est ad Dei cultum dedicatus, ideò sanctificatus dicitur: vt scilicet sicut Deus, qui sex genera rerum condidit, non in ipsis rebus conditis, quasi in fine quieuit, sed à rebus conditis in seipso, in quo sua beatitudo consistit, permansit: cum non sit beatus ex eo quòd res fecerit, sed ex hoc, quòd in seipso sufficientiam habens, rebus factis non indiget. (*Et sic requieuit* Q Deus ab operibus, scilicet producendis, quia omnia aliquo modo præcesserunt *in rebus jam productis*: tamen vsque modò operatur conseruando & gubernando quæ condidit, Ioa.5. *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.*) Ita etiam & nos, non in ejus operibus aut nostris discamus sicut in fine quiescere; sed ab operibus, in ipso Deo, in quo nostra beatitudo consistit, quiescamus: propter hoc enim institutum est, vt homo sex diebus laborans in operibus proprijs, septima die quiesceret, cultui diuino & quieti diuinæ contemplationis vacans, in qua sanctificatio hominis maximè consistit. Nouitas etiam Mundi maximè demonstrat, Deum esse, & creaturis non indigere: & ideò statutum est in lege, vt septima die quiescerent, & festum ducerent, in qua Mundus consummatus est: vt per nouitatem Mundi simùl producti, & per sex genera rerum distincta, homo semper in Dei cognitione maneret, & de tam vniuersali & præcipuo creationis beneficio Deo gratias exhiberet, & in ipso tanquam in fine quietem suæ mentis poneret, in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam. *En tota radix sanctificationis diei septimæ, Sabbatumque colendi. Hinc non sine mysterio septenarium numerum Iudæi in suis præcipuis festiuitatibus obseruabant. Quod tangit Apostolus* ad Coloss.2. *cum ait*: In parte diei festi, aut Neomeniæ, aut Sabbatorum. *Sabbatorum*, *dicit* R quia Sabbatum est requies: & isti (*Iudæi*) habebant plura Sabbata: quia septimum diem, & septem septimanas (scilicet Pentecosten, quæ in septima septimana est à Pascha, quæ est principium anni) & septimum mensem, & septimum annum, in quo fit remissio debitorum: item septimam septimanam annorum, idest in Iubilæo. *Quæ cuncta distinctè habes* Leuit.25. *Ex quo, si cuipiam in desertis partibus demoranti, ex infirmitate aut alia de causa obreperet Sabbati obliuio; nec haberet à quo doceretur: post sex quascunque dies teneretur Sabbatum, hoc est diem septimum, colere & sanctificare, sicque legem impleret, vt* Rabbi Moyses *sentit in tertio sui* Deuteronomij *libro. Verùm apud Iudæos* præceptum S de obseruatione Sabbati habuit aliquam causam moralem ex conditione eorum, quibus lex dabatur: qui propter auaritiam eis inditam, in tantum se & sibi subditos operibus seruilibus occupassent, quòd omnino mens eorum à diuinis subtraheretur. Et hanc causam tangit *Damascenus lib.* 4. *de fide orthod.* Similiter etiam, quia ad errores Gentium proni erant, indicta est eis Sabbati obseruatio, vt creationem Mundi semper præ oculis haberent, & sic Deum recognoscerent, & timerent. Et hanc causam tangit *Rabbi Moyses*. Habuit nihilominus & causam mysticam triplicem (*vt & superiùs prætactum est*:) Vnam allegoricam, ad significandum quietem Christi in sepulchro. Aliam moralem, ad significandum requiem humanæ mentis à peccatis, & ab omnibus alijs rebus, in quibus requiem non inuenit, nisi in Deo, in quo solo est quies. Tertiam anagogicam, ad significandum æternam requiem,

Dd 3 qua

Dies Sabbati apud Iudæos solemnior.
L *Ioan.*19. *l.*3. *lit. d. & l.*5. *lit. d. & Matth.*26. *lit.b. In* 4. *d.* 11. 2. 2. *q.*3. *ad* 4.
Parasceue quid signet.
M 4. *d.* 11. 2. 2. *q.*3. *ad* 5.
Festiuitates Iudæorum.
N *Col.* 2. *l.* 4. *&* 1. 2. 100. 5. *ad* 2. *&* 102. 4. *ad* 1. *&* 2. 2. 122. 4. *c. & ad* 2. *In* 2. *d.* 1. 1. 3. *ad* 2. *In* 3. *d.* 37. 2. 4. 5. *Is.* 56. *ibi, Sabbata.*
Quare instituta, & quo tempore celebrarentur.
Ratio, allegoria, & anagogia, vnde Sabbatum festum præcipuum.
Cur solum Sabbatum in præcepto sanctificandi festa nominetur: & cur ipsi addatur: Memento.
O 1. 2. 100. 7. *ad* 5. *& loc. cit.*
Radix sanctificationis Sabbati.
P *Pet.* 4. 2. *ad* 5. *&* 15. *&* 1. P. 9. 73. *&* 1. 2. 100. 5. *c. &* 2. 2. 122. 4. *ad* 3. *In* 2. *d.* 15. 3. 1. *Gen.* 2. *ibi, sanctificauit. Io.* 5. *l.* 2. *lit. a. Hebr.* 4. *l.* 1. *&* 2.
Q *Hebr.* 4. *l.* 1. *Io.* 5. *l.* 2. *lit. g. &* 1. *p.* 73. 1. *c. &* 118. 3. *ad* 1. *In* 2. *d.* 15. 3. 2. *& d.* 17. 2. 2. *ad* 1.
R *Ad Coloss.* 2. *l.* 4. *ibi. Prol. in Psalm. &* 1. 2. 102. 4. *ad* 10.
Plures Iudæorum festiuitates numero septenario celebrabantur.
S 3. *d.* 37. 2. 5. *q.* 1. *c. Io.* 5. *l.* 2. *lit. g.*
Respectu Iudæorum præceptum de obseruatione Sabbati triplicem habuit causam moralem: & triplicem mysticam.

Digitized by Google

T 3. lot. cit. a. 5. q. 2. c. Is. 56. ibi, Sabbata, & 1. 2. 100. 3. ad 2. & 3 2. 122. 4. ad 1. Quol. 2. a. 8. Matth 23. lit. 6. ibi, decimatis.

Præceptū hujusmodi partim morale, partim cæremoniale, partim judiciale.

qua Sancti in gloria quiescent. *Ex quo deducitur, quòd* præceptum T de Sabbato obseruando, quantùm ad aliquid, morale est: & quantùm ad aliquid, cæremoniale: & quantùm ad aliquid, potest etiam dici judiciale. Secundùm enim illud ejus, quod naturalis ratio dictat, præceptum morale est, vt scilicet aliquo tempore homo Dei contemplationi vacet: sed taxatio temporis, in quo vacandum sit, non est de dictamine naturalis legis; & ideò non est morale præceptum. (*Hinc quòd quædam festa in noua lege certis diebus celebrentur, non est de jure diuino, aut naturali, sed de jure positiuo, & ex constitutione Ecclesiæ, etiam Dominica dies, vt infrà.*) Sed secundùm quod habet pro causa significationem, sic est cæremoniale: secundùm autem quod habet pro causa conditionem illius populi, cui subueniendum erat per hoc præceptum, judiciale est. *Cæterùm* Sabbati V obseruatio quantùm ad illud, quod de lege naturali habebat, prout morale præceptum est, tempore gratiæ non cessauit, immò perfectiùs implendum est, sicut & alia moralia præcepta. (*Vnde dicitur Exod.* 31. Custodiant filij Israel Sabbatum, & celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum inter me & filios Israel, signumque perpetuum.) Sed taxatio diei vel temporis, quæ ad legem moralem non pertinebat, veniente statu gratiæ cessauit, sicut & alia legalia.

V *Ibid.* a 5. q. 3. c. & ad 3. *In* 2. d. 13. q. 9. *fi.* c. *In* 4. d. 1. 2. 5. q. 2.

Vt præceptum morale, non cessauit in noua lege: sed quoad alia.

Quorsum Sabbatum celebrari præceptum sit.

X *Op.* 4. *de* 3. *præcept.* §. 1.

u *Porrò multiplici de causa fuisse Sabbati celebrationem præceptam, alibi ab Authore docemur.* Primò enim X datum fuit hoc præceptum ad destructionem erroris. Præuidit enim Spiritus Sanctus, quòd futuri erant aliqui dicturi, Mundum semper fuisse, 2. Pet. 3. *Latet enim eos hoc volentes, quòd Cœli erant priùs & terra.* Voluit ergo Deus, vt custodiretur vnus dies in memoriam, quòd Deus omnia creauit in sex diebus, & in septimo quieuit à nouis creaturis condendis. *Secundò* datum fuit ad instructionem fidei Redemptoris. Caro enim Christi in sepulchro corrupta non fuit, Psalm. 15. *Caro mea requiescet in spe; &: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Vnde voluit Sabbatum obseruari, vt sicut sacrificia significabant mortem Christi: ita quies Sabbati requiem carnis ejus. Sed nos ista sacrificia non seruamus, quia adueniente re & veritate, debet cessare figura, sicut adueniente Sole, cessat vmbra. Seruamus tamen Sabbatum in venerationem Virginis gloriosæ, in qua remansit tota fides tali die in morte Christi. *Tertiò* datum fuit ad roborandum, siue figurandum veritatem promissionis: promittitur enim nobis quies, Is. 14. *Et erit in die illa: cum requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concussione tua, & à seruitute dura, qua ante seruisti.* Expectamus enim requiem de tribus, scilicet de labore præsentis vitæ, de tentationum concussione, & de diaboli seruitute. Hanc Christus repromisit venientibus ad se, dicens: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos &c. & inuenietis requiem animabus vestris,* Matth. 11. *Quartò* datum fuit hoc præceptum ad inflammationem amoris: quod fit vacando diuinis. Vnde aliqui toto tempore hoc faciunt, Ps. 33. *Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo.* Et hi continuè Sabbatum habent. Aliqui hoc faciunt in aliqua parte temporis, Ps. 118. *Septies in die laudem dixi tibi: (vnde mos in Ecclesia septem canonicas horas singulis diebus persoluendi.)* Alij, ne omnino alienarentur à Deo, oportuit quod haberent aliquem diem determinatum, ne nimis tepescat in eis amor Dei, Is. 58. *Si vocaueris Sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum &c. tunc delectaberis super Domino.* Non enim *ad ludendum* ordinatur talis dies, sed *ad laudandum* & orandum Dominum Deum. Vnde *Augustinus* dicit, quòd minus malum est tali die arare, quàm ludere. *Quintò* datum fuit ad opera

Sabbatum cur B. Virgini cōsecratum.

pietatis respectu subditorum. Aliqui enim crudeles sibi & suis, non cessant continuè operari propter lucrum; & hoc habent Iudæi maximè, quia auarissimi sunt, *Exod.* 23. & *Deuter.* 5. Obserua diem Sabbati. Non facies in eo quidquam operis tu, & filius tuus, & filia, seruus & ancilla, & bos & asinus & omne jumentum tuum, & peregrinus, qui est intra portas tuas: vt requiescat seruus tuus, & ancilla tua, sicut & tu. *Hinc vides, quàm exactè & rigorosè, qua legalis & figuralis erat, obseruantia Sabbati mandabatur. Vnde & legimus Exod.* 31. & 35. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem Sabbati. *Et priùs:* Septimus dies erit vobis sanctus, Sabbatum & requies Domini: qui fecerit opus in eo, occidetur. *Ad quod cohærenter legitur Num.* 15. *quòd* cum inuenissent hominem colligentem ligna in die Sabbati, obruerunt eum lapidibus, & mortuus est, sicut præceperat Dominus. *Quin & egressus de proprijs locis videbatur inhibitus ex illo* Exod. 16. *vbi circa Manna in deserto præcipitur:* Videte, quòd Dominus dederit vobis Sabbatum, & propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnusquisque apud semetipsum: nullus egrediatur de loco suo die septimo. *Hinc ad illud Matth.* 24. Orate, vt non fiat fuga vestra in hyeme, vel Sabbato; *docet Author, hoc dici:* quia Y Deus præcepit, quòd non irent in Sabbato vltrà vnum milliare; & ideò dicit: *Orate, vt non fiat fuga vestra in hyeme,* quia impedit fugam naturaliter propter discrimen viæ: *vel Sabbato,* quia impedit secundùm legem Dei.

Rigorosa & exacta in veteri lege Sabbati obseruantia.

Y *Matth.* 24. *lit.* b *ibi*, in Sabbato.

x *Non ita exactè in noua lege seruamus Dominicam diem, quæ Sabbato succedit, in ejusque locum sanctificamus. Quocirca sciendum, quòd* obseruantia Z diei Dominicæ in noua lege succedit obseruantiæ Sabbati, non ex vi præcepti legis, sed ex constitutione Ecclesiæ, & consuetudine populi Christiani. Nec enim hujusmodi obseruatio est figuralis, sicut fuit obseruatio Sabbati in veteri lege. Et ideò non est ita arcta prohibitio operandi in die Dominica, sicut in die Sabbati: sed quædam opera conceduntur in die Dominica, quæ in die Sabbati prohibebantur, sicut decoctio ciborum, & alia hujusmodi. Et etiam in quibusdam operibus prohibitis faciliùs propter necessitatem dispensatur in noua, quàm in veteri lege: quia figura pertinet ad protestationem veritatis, quam nec in modico (*nota*) præterire oportet. *Et alibi.* Neque oportet A quòd ab omnibus in die Dominica cessemus, à quibus in die Sabbati cessabant: quia antiquorum cessatio ab omnibus operibus seruilibus in significationem erat, non autem nostra cessatio; *vnde & Exod.* 31. & *Ezech.* 20. *signanter Sabbatum dicitur signum:* Sabbata mea dedi eis, vt essent signum inter me & eos, *qua parte scilicet figurale erat. Non secus & voces ipsæ significatiuæ, si vel in minimo quoad vim significandi immutentur, in errorem ducunt, vt de voce illa* homousios *satis apud doctos liquet: mutata enim in* hemiusios, *vel* homiusios, *catholicum dogma labefactat, vt doctè notat ad Exod. cap. 20. Magister* Pencini *noster. Nec perperam diem Dominicam præcipit Ecclesia obseruandam: nam* Iudæi B in memoriam primæ creationis colebant Sabbatum: Christus autem veniens fecit nouam creationem. Per primam enim *homo terrenus* 1. Cor. 15. per secundam *homo cœlestis* effectus est, ad Galat. 6. *In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura.* Et hęc noua creatura est per gratiam, quę incepit in resurrectione, Rom. 6. *Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simùl & resurrectionis erimus.* Et quia resurrectio facta est in Dominica, ideò celebramus illum diem, sicut Iudęi Sabbatum pro-

Sabbato succedit in noua lege dies Dominica ex cōstitutione Ecclesiæ.

Z 1. 2. 122. 4. ad 4. In 3. d. 37. 1. 5. q. 3. ad 3.

Cur faciliùs dispensetur in die Dominica, quàm in Sabbato, à quibusdam operibus.

A In 3 loc. cit. ad 4. Rom. 5. l. 6. circ. fi.

B Op. 4. de 3. præc. 6. 1. & 1. 2. 103. 3. ad 4. Io 5. l. 2 lit. a. Hebr. 11. l. 2. sub init. Is. 56. ibi Sabbata.

Haud perperam diem Dominicam obseruandam Ecclesiam præcipit.

Digitized by Google

C 1. 2. 100. 7. ad 3.

propter primam creationem. *Profectò, ſi (vt vidimus)* præceptum C de Sabbato ponitur vt commemoratiuum beneficij præteriti, vnde *Deut.* 5. *dicitur*: Memento, quòd ſeruieris in Ægypto, & eduxerit te inde Dominus; idcircò præcepit tibi, vt obſeruares diem Sabbati: *quantò magis diem Dominicum pro majori beneficio, omnium immò maxime, obſeruare debemus, in quo Chriſtus, ab Auerni Pharaonis captiuitate, peccatique & mortis vinculis homine erepto, reſurrexit glorioſus, humana redemptione completa? eò ſanè magis, quò figurà majus eſt figuratum. Et quamuis* Reſurrectio D Chriſti ei ſecundùm humanitatem conueniat; tamen opus diuinitatis eſt, quæ eum à mortuis ſuſcitauit: vnde non in minori reuerentia eſt habenda, quàm requies Artificis, & conſummatio Conditoris, factæ in die Sabbati; immò ampliùs, ſecundùm quod opus Conditoris opere reparationis perficitur. *Sabbato inquam in noua lege dies Dominica ſuccedit in memoriam reſurrectionis Chriſti: nam ſeptimum diem, qualis erat Sabbatum, ſequitur dies octaua, quæ reſurrectioni Dominicæ aptiſſimè conuenit: nam octaua ætas reſurgentium eſt.*

D 3. d. 37. 1. 5. 9. 3. ad 3.

Octaua ætas reſurgentium eſt.

y *Et huc myſticè facit illud Leuit.* 23. Septem diebus offeretis holocauſta Domino: dies quoque octauus erit celeberrimus atque ſanctiſſimus. *De quo mentionem facit Author* Pſal. 6. *qui inſcribitur*: In finem in carminibus pro Octaua. *Quo loci*: Habetur *inquit* in hiſtoria E *Leuit.* 23. quòd in menſe ſeptimo Iudæi faciebant feſtum tabernaculorum ſeptem diebus: & octauus dies erat inter omnes celeberrimus: erat enim dies cœtus atque collectæ, quæ fiebat pro neceſſarijs ad cultum diuinum, & pauperibus. Et fortè Dauid fecit hunc Pſalmum in iſta ſolemnitate: & dicebatur in octauo die. Pertinet autem feſtum iſtud ad myſterium: quia per octo ſignificatur reſurrectio, quando colligentur omnes à quatuor ventis à ſummo terræ vſque ad ſummum Cœli, vt dicitur *Matth.* 24. Vel dicitur *octaua* propter quorundam falſam opinionem, qui dicebant, quòd poſt ſeptem millia annorum futura eſſet reſurrectio. Vel ideò (*poſt pauca*) per *Octauam* ſignificatur reſurrectio, quia *octaua* ætas erit. Nam prima ætas currit ab Adam vſque ad Noe: ſecunda à Noe vſque ad Abraham: tertia ab Abraham vſque ad Dauid: quarta à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis: quinta à tranſmigratione vſque ad Chriſtum: ſexta à Chriſto vſque ad finem Mundi: & currunt ſimul ſexta & ſeptima ætas, ſcilicet quieſcentium & laborantium; & poſt has erit *octaua* ætas reſurgentium. *Alibi quoque, memoratis priùs Iudæorum feſtiuitatibus, ac literalibus rationibus eas celebrandi (quas ibi vide) ad figuralem deueniens*: Figuralis *ait* ratio F horum feſtorum eſt: quia per *juge ſacrificium* agni figuratur perpetuitas Chriſti, qui eſt Agnus Dei, ſecundùm illud Hebr. vlt. *Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſecula.* Per *Sabbatum* deſignatur ſpiritualis requies nobis data per Chriſtum, vt habetur *ad Hebr.* 4. Per *Neomeniam* autem, quæ eſt incenſio nouæ Lunæ, ſignificatur illuminatio primitiuæ Eccleſiæ per Chriſtum, eo illuminante & miracula faciente. Per *feſtum* autem *Pentecoſtes* ſignificatur deſcenſus Spiritus Sancti in Apoſtolos. Per *feſtum* autem *tubarum* ſignificatur prædicatio Apoſtolorum. Per *feſtum* autem *expiationis* ſignificatur emundatio à peccatis populi Chriſtiani. Per *feſtum* autem *Tabernaculorum* peregrinatio eorum in hoc Mundo, in quo ambulant, in virtutibus proficiendo. Per *feſtum* autem *Cœtus atque Collectæ (ad rem noſtram)* ſignificatur Congregatio fidelium in Regno Cœlorum, & ideò illud feſtum dicebatur ſanctiſſimum eſſe: *quod quidem celebrabatur octauo die. Et, ad hoc memorandum, majorum ſolemnitatum conſueuit Eccleſia celebrare & Octauas.* Propter quod G etiam octo diebus ſolemnitas

E Pſ. 6. lit. a. & 1. 2. 102. 5 ad 1. & 3. p. 70. 3 ad 3. Rom 4. l 2. Hebr. 4. l. 2.

Ætates Mundi.

F 1. 2. 102. 4. ad 10. Col. 2. l. 4. Prol. in Pſ.

Iudaicarum feſtiuitatum ratio figuralis.

G 3. p. 83. 3. ad 4.

Dedicationis Eccleſiæ agitur, ad ſignificandam beatam reſurrectionem Chriſti, & membrorum Eccleſiæ. *His igitur de cauſis, loco Sabbati, ſanctificamus nos Chriſti fideles ac celebramus Dominicam diem: præter quam & alia feſta (non minùs quàm in veteri lege, vt viſum eſt, præter Sabbatum) ſtatuit Eccleſia celebranda. Deum enim in aliquo die eſſe ſpecialiter colendum, de lege naturæ eſt, ac juris diuini*: (Ineſt enim homini H naturalis inclinatio ad hoc, quòd cuilibet rei neceſſariæ deputetur aliquod tempus, ſicut corporali refectioni, ſomno, & hujuſmodi. Vnde etiam ſpirituali refectioni, qua mens hominis in Deo reficitur, ſecundùm dictamen naturalis rationis aliquod tempus deputat homo. Et ſic habere aliquod tempus deputatum ad vacandum diuinis, cadit ſub præcepto morali.) *Hunc autem, vel illum diem, ad Dei Sanctorumque cultum determinare, juris poſitiui eſt, & Eccleſiæ. Feſtis porrò Iudæorum reſpondent, ſicut figuratum figuræ, noui Teſtamenti ſolemnitates.* Nam Sabbatum I quod ſignificabat primam creationem, mutatur in diem Dominicum, in quo commemoratur noua creatura, inchoata in reſurrectione Chriſti. Similiter & alijs ſolemnitatibus veteris legis, nouæ ſolemnitates ſuccedunt: quia beneficia illi populo exhibita ſignificant beneficia nobis conceſſa per Chriſtum. (*Sicut autem* omnes L ſolemnitates legis veteris ſunt inſtitutæ in commemorationem alicujus diuini beneficij vel præteriti commemorati, vel futuri præfigurati: *Ita quoque* omnia M feſta celebrantur in Eccleſia in commemorationem diuinorum beneficiorum, Iſ. 63. *Miſerationum Domini recordabor, laudem Domini ſuper omnibus, quæ reddidit nobis Dominus &c.*) Vnde feſto Phaſe ſuccedit feſtum Paſſionis Chriſti, & Reſurrectionis. Feſto Pentecoſtes, in quo fuit data lex vetus, ſuccedit feſtum Pentecoſtes, in quo fuit data lex ſpiritus vitæ. Feſto Neomeniæ ſuccedit feſtum B. Virginis, in qua primò apparuit illuminatio Solis, ideſt Chriſti, per copiam gratiæ. Feſto Tubarum ſuccedunt feſta Apoſtolorum. Feſto Expiationis ſuccedunt feſta Martyrum, & Confeſſorum. Feſto Tabernaculorum ſuccedit feſtum Conſecrationis Eccleſiæ. Feſto Cœtus atque Collectæ ſuccedit feſtum Angelorum, vel etiam feſtum omnium Sanctorum, *cohærenter ad præfata.*

H 2. 2. 122. 4. ad 1. Matth. 23. lit. b. ibi, decimatis.

I 1. 2. 103. 3. ad 4.

Iudæorum feſtis reſpondent ſolemnitates Eccleſiæ.

L 1. 2. 100. 5. ad 2. & in corp. & 103. 4. ad 10 & 2. 2. 122. 4. c.

M Ioa. 10. l 5. lit. b.

z *Cæterùm de Sabbati ſanctificatione præceptum, aliquid poſitiuum continet, vt ſcilicet rebus diuinis vacetur: & aliquid negatiuum, ne ſcilicet opera ſeruilia exerceantur. Pro cujus pleniſſima obſeruantiæ notitia ſciendum, quòd in obſeruantia* N *Sabbati (ſicut & modò Dominicæ, & aliorum feſtorum)* duo ſunt conſideranda, quorum vnum eſt ſicut finis: (*Siquidem* de ratione O præcepti eſt, quòd importet ordinem ad finem, in quantùm ſcilicet illud præcipitur, quod eſt neceſſarium, vel expediens ad finem:) & hoc eſt, vt homo vacet rebus diuinis, quod ſignificatur in hoc quod dicitur: *Memento vt diem Sabbati ſanctifices*: illa enim dicuntur ſanctificari in lege, quæ diuino cultui applicantur. Aliud autem eſt ceſſatio operum, quæ ſignificatur, cum ſubditur: *Septima die Domini Dei tui non facies omne opus.* Sed de quo opere intelligatur, apparet per id, quod exponitur Leuit. 23. *Omne opus ſeruile non facietis in eo.* Opus autem ſeruile dicitur à ſeruitute. Eſt autem triplex ſeruitus. Vna quidem, qua homo ſeruit peccato, ſecundùm illud Ioann. 8. *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Et ſecundùm hoc, omne opus peccati dicitur ſeruile. Alia verò ſeruitus eſt, qua homo ſeruit homini. Eſt autem homo alterius ſeruus, non ſecundùm mentem, ſed ſecundùm corpus: & ideò opera ſeruilia ſecundùm hoc dicuntur opera corporalia, in quibus vnus homo alteri ſeruit. Tertia autem eſt ſeruitus Dei: & ſecundùm hoc, opus ſeruile

Præceptum de obſeruantia Sabbati, partim poſitiuũ, partim negatiuum.

N 2. 2. 122. 4. ad 3. & 9. 40. 4. & 1. 2. 100. 8. ad 4. & 107. 2. ad 3. & 3. p. 40. 4. ad 3. In 1 d. 1 3. 3. 9 1 ad 2 In 3. d 37 1 5. 9. 2. ad 2 In 4. d. 11. 2. 2. 9. ad 4 Op. 4. de ter. no præcep. § 2. Ierem. 17. ibi, ſanctificate. Matth. 12. lit. a. Io 5. l 2. lit. a. b & Ioan 9. l 2. lit f. & 1. Mach 2. ibi, die Sabbatorum.

Qualiter Feſti obſeruantia ſeruetur.

O 1. 2. 99. 1 c

Opus ſeruile triplex, ſicut & ſeruitus.

Quale vero opus ſeruile prohibitum.

Digitized by Google

ſeruile poſſet dici opus latriæ, quod pertinet ad Dei ſeruitium. Si autem ſic intelligatur opus ſeruile, non prohibetur in die Sabbati: quia hoc eſſet contrarium fini obſeruationis Sabbati. Homo enim ad hoc ab alijs operibus abſtinet in die Sabbati, vt vacet operibus ad Dei ſeruitutem pertinentibus.

Opera ad Dei ſeruitutem ſpectantia nō ſoluunt Sabbatum.

Et inde eſt, quòd ſicut dicitur Ioann. 7. *Circumciſionem accipit homo in Sabbato, vt non ſoluatur lex Moyſi*. Inde etiam eſt, quòd ſicut dicitur Matth. 12. *Sabbatis Sacerdotes in Templo Sabbatum violant*; ideſt, corporaliter in Sabbato operantur, *& ſine crimine ſunt*. Et ſic etiam Sacerdotes in Sabbato circumferentes Arcam non tranſgrediebantur præceptum de Sabbati obſeruatione.

Neque exercitium omnis actus ſpiritualis.

Similiter etiam nullius ſpiritualis actus exercitium eſt contra obſeruantiam Sabbati, putà ſi quis doceat verbo vel ſcripto. Vnde ad Num. 28. dicit gloſſa: *Fabri & hujuſmodi artifices ociantur in die Sabbati: Lector autem diuinæ legis, vel Doctor, ab opere ſuo non deſinit; nec tamen contaminatur Sabbatum: ſicut Sacerdotes in Templo Sabbatum violant, & ſine crimine ſunt*.

Per peccatum mortale contrauenitur fini præcepti de Sabbato.

Sed alia opera ſeruilia, quæ dicuntur ſeruilia primo vel ſecundo modo, contrariantur obſeruantiæ Sabbati, in quantùm impediunt applicationem hominis ad diuina. Et quia magis homo impeditur à rebus diuinis per opus peccati, quàm per opus licitum, quamuis ſit corporale: ideò magis contra hoc præceptum agit qui peccat in die feſto, quàm qui aliud corporale opus licitum facit. Vnde *Auguſtinus* dicit in lib. de 10. chordis: *Meliùs faceret Iudæus in agro ſuo aliquid vtile, quàm ſi in theatro ſeditioſus exiſteret. Et meliùs fœminæ eorum die Sabbati lanam facerent, quàm quòd tota die in Neomenijs ſuis impudicè ſaltarent*. Non enim qui peccat venialiter in Sabbato, contra hoc præceptum facit: quia peccatum veniale non excludit ſanctitatem.

Seruilia opera non ſunt, quæ ſunt communia ſeruis & liberis.

Opera autem corporalia ad ſpiritualem Dei cultum non pertinentia, in tantùm ſeruilia dicuntur, in quantùm propriè pertinent ad ſeruientes: in quantùm verò ſunt communia ſeruis & liberis (*nota*) ſeruilia non dicuntur.

Non eſt ſeruile opus, quod pertinet ad ſalutem corporis propriam & proximorum, & ad damnum rerum vitandū.

Quilibet autem tam ſeruus, quàm liber, tenetur in neceſſarijs prouidere, non tantùm ſibi, ſed etiam proximo, præcipuè quidem in his, quæ ad ſalutem corporis pertinent, ſecundùm illud Prou. 24. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem*: ſecundariò autem etiam in damno rerum vitando, ſecundùm illud Deuter. 22. *Non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis: ſed reduces fratri tuo*. Et ideò opus corporale, pertinens ad conſeruandam ſalutem proprij corporis, non violat Sabbatum. Non eſt enim contra obſeruantiam Sabbati, quòd aliquis comedat, & alia hujuſmodi faciat, quibus ſalus corporis conſeruatur.

Conſequenter nec Sabbatum violat.

Et propter hoc Machabæi non polluerunt Sabbatum pugnantes ad ſui defenſionem die Sabbati, vt legitur 1. *Mach.* 2. Similiter nec etiam Elias fugiens à facie Iezabel in die Sabbati, 3. *Reg.* 19.

Sicut nec ea, quæ ad neceſſitatem ſiunt.

Et propter hoc etiam Dominus *Matth.* 12. excuſat diſcipulos ſuos, qui colligebant ſpicas in die Sabbati propter neceſſitatem, quam patiebantur. Similiter opus corporale, quod ordinatur ad ſalutem corporalem alterius, non eſt contra obſeruantiam Sabbati; vnde dicitur Ioann. 7. *Mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in Sabbato?* Similiter etiam opus corporale, quod ordinatur ad imminens damnum rei exterioris vitandum, non violat Sabbatum; vnde dicit Dominus *Matth.* 12. Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & ſi ceciderit hęc Sabbatis in foueam, nonné tenebit & leuabit eam? *Vnde & coherenter ſub B. Pontifice* Pio V. *affertur Sacræ Congregationis declaratio in hæc verba*: Congregatio Concilij cenſuit licere diebus feſtis dare operam rebus ad victum neceſſarijs, ac tempore perituris, prẹſertim tempore vindemiarum, & meſſium, ac recollectionis fructuum: vel vbi neceſſitas vrgeat; aut ſuadeat pietas. *De mulieribus autem, quæ in die Sabbati* Marc. 14. *videntur emiſſe aromata ad Chriſti corpus inungendum, docemur, quòd non Sabbato, ſed feria* ſexta P parauerunt aromata, videntes, quòd non ſufficerent quę per Nicodemum parata erant, & Sabbato ſecundùm legem quieuerunt, & tranſeunte Sabbato, emerunt aromata; ideſt, empta parauerunt; vel etiam alia ſuperemerunt, videntes non ſufficere quę priùs feria ſexta parauerant, & venerunt ad monumentum.

P 4. d. 11. 1. a. 9. 3. ad 4.

Opera miſericordię inter opera ſeruilia non computantur.

Vel (ſecundùm quoſdam) opera miſericordię non reputantur inter opera ſeruilia: vnde in die ſolemni licebat aromata ad ſepulturam prẹparare, quia hoc erat opus miſericordię. *Ex quibus omnibus liquet, Chriſtum Dominum (qui tamen*, in quantùm Q homo, ſuberat quidem legi; in quantùm Deus, ſupra legem erat: vt ergo ſe hominem oſtenderet, ſeruabat aliquando legem, vt verò Deus legem ſoluebat: *debebant ſiquidem omnia legalia ceſſare:*) *reuera nunquam Sabbatum ſoluiſſe, quamuis vt ſupremus Dominus poſſet, ſicut videre eſt* R. *Neque in ſuperiùs adductis diſpenſari dicimus in diuino præcepto: nam, vt Verbo* Decalogus *viſum eſt*, Decalogi S præcepta ſunt indiſpenſabilia: *ſed hoc potiùs eſt, in modis quibuſdam ſpecialibus ad illorum obſeruantiam ordinatis piè, honeſtè, & congruenter judicium ferre, de hoc v. g. vel illo opere diebus feſtis exercendo: ſiue pia & ſana quædam dicatur præcepti interpretatio (ſicut docet Author de Machabæis, qui ad vitæ & Patriæ defenſionem* cogitauerunt pugnare in die Sabbati, *ſi hoſtes eos eſſent aggreſſi*: illa T enim *inquit* excogitatio magis fuit interpretatio prẹcepti, quàm diſpenſatio:) *eo vel maximè, quòd diuina lex naturam non deſtruit, ſed immò ſuper ipſam fundatur. Sic homicidium non imputatur ad culpam, neque dicitur præcepti Decalogi tranſgreſſio, ſi vel per juſtam judicis ſententiam, vel ad propriam ſalutem cum moderamine verè inculpatæ tutelæ, aliquando ſequatur: fertur enim congruum ſanumque judicium, quòd* non prohibetur V in Decalogo occiſio ſimpliciter, ſed occiſio ejus, qui mortem pati non debuit. *Non ſecus & de operibus quibuſdam in die feſto dicendum, quemadmodum & de alijs diuinis præceptis à ſimili. Atqui modò, non piè, ſed impiè, jus diuinum de feſto colendo ita aliqui ad placitum interpretantur, vt in diebus feſtis, non aliqua opera, ſed quæcunque libent, licere jam videantur, dum & ſutores & venditores omnes, non ſecus ac in profeſtis diebus, ſua inuerecundè & impunè implent officia*.

Q Io 6. l. 1. ſ. 5. c. & cap. 5. l. 2. lit. a. In 4. d. 1. 2. 2. q. 3. ad 1.

R 1. 2. 107. 2. ad 3. & 3. p. 40. 4. ad 1. In 4. loco cit. Ioa. 5. l. 2. lit. a b.

Præcepta Decalogi in diſpenſabilia.

S 1. 2. 100. 8. In 3. d. 37. 1. 4. 4.

T 1. 2. loc. cit. ad 4. & 1. Mach. 2. ibi.

V In 3. d. 37. 1. 4. ad 4.

Quomodo intelligatur Author, docens, magis tranſgredi præceptum feſti qui peccat, quam qui opus corporale facit.

a *Verumtamen non parum ingerit difficultatis quod tradit Author 2. 2. cit.* Quia magis homo impeditur à rebus diuinis per opus peccati, quàm per opus licitum, quamuis ſit corporale: ideò magis contra hoc præceptum agit qui peccat in die feſto, quàm qui aliud corporale opus licitum facit. *Ex quo videtur circumſtantia temporis ſacri in infinitum aggrauare peccatum: quod omnes falſum autumant*.

Petrus Bergomenſis.

At reſpondet Magiſter Bergomenſis *noſter in Concordantijs dictorum D. Th.* Dub. 348. *Primò, quòd* ſi quis facit aliquid indecens in tempore ſacro, tempus ſacrum, quod conſideratur, vt circumſtantia & per accidens, reſpectu actus indecentis, qui in eo ſit, poteſt conſiderari vt objectum reſpectu alterius actus actum circumſtantis, qui eſt contemnere tempus ſacrum, *vti docet Author* X. (*Quod tangit & Magiſter* Ioannes à S. Thoma *in ſua Summula P. 2. cap. 3. ſi.*) *Secundò reſpondet, quòd* prẹceptum de ſanctificatione Sabbati, myſticè, ideſt quoad ceſſationem à peccatis, & quo ad quietem mentis in Deo, eſt prẹceptum generale: ſed vt per ipſum prohibentur ad literam opera ſeruorum, ideſt opera mechanica, eſt prẹceptum ſpeciale: *& hoc ex doctrina Authoris in eod. artic. 2. 2. cit. vbi ait*: Similiter Y ceremoniale eſt ſecundùm allegoricam ſignificationem: & ſimiliter ſecundùm

X Ma. 2. 6. ad 2.

Ioannes à S. Thoma.

Y 2. 2. 122. 4. ad 1.

mora-

Digitized by Google

moralem ſignificationem, prout ſignificat ceſſationem ab omni actu peccati, & quietem mentis in Deo: & ſecundùm hoc quodammodò eſt pręceptum generale. *Item reſpondet* Cajetanus *in Comment. ad cit. art. 2. 2. quòd* cum duo in hoc pręcepto concurrant, ſcilicet finis, & id quod eſt ad finem: & finis ſit duplex, intrinſecus & extrinſecus (cultus enim interior eſt finis extrinſecus, cultus exterior, putà audire Miſſam, eſt finis intrinſecus; ceſſare ab operibus ſeruilibus eſt id, quod eſt ad finem:) & cum finem extrinſecum, cultum videlicet interiorem, conſtet non cadere ſub pręcepto, vt in litera dicitur, ſed ſolùm exteriorem cultum, & ceſſationem à ſeruilibus operibus, conſequens eſt, vt id ſolùm cadat ſub pręcepto ad literam, quod contrariatur directè exteriori cultui. Hoc autem eſt opus ſeruile. Vnde & ipſe Author *(poſt pauca)* in 3. ſent. d.37. dicit, quòd *opera* Z *ſeruilia myſticè intelliguntur peccata*. Et hic *in reſp. ad* 1. reſpondendo ad *Ambroſij* authoritatem, quòd *lex in Sabbato hominem peccatis grauari prohibet*, dicit, quod ceſſare à peccato pertinet ad ſenſum myſticum moralem hujus pręcepti, *vt prætractum eſt*.

Cajetanus.

Z 3. d. 37. 1. 5. ſ 1. ad 2. & 2. 2. loc. cit. In 4. d. 32. 1. 3. q. 2. in 1. Sed contra. & in corp. Matth. 12. lit. a.

b *Quoad præcepti verò finem, qui eſt diuinus in die feſto cultus (quod eſt, feſtum ſanctificare) ex Eccleſiæ mandato præcipitur deuota Miſſæ auditio, ſiue incruento Altaris ſacrificio aſſiſtentia: de qua V.* Miſſa. *Et hoc eſt, quod docet Author, diebus feſtis nos occupari debere*. Primò in faciendis A ſacrificijs, vnde Num.8. dicitur, quòd Deus pręcepit, quòd quolibet die vnus agnus manę, & alius veſpere debeat offerri, ſed in Sabbato debent duplicari: & ſignificat, quòd in Sabbato (*hoc eſt, feſto die*) debemus offerre Deo Sacrificium & de omnibus quę habemus, 1. Paral.29. *Tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi*. Vnde primò debemus vltro offerre animam noſtram, dolendo de peccatis, Pſalm. 50. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus*: & orando pro beneficijs, Pſal.140. *Dirigatur Domine oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo*. Factus eſt enim dies feſtus ad habendam lętitiam ſpiritualem (*non* ineptam B lętitiam, quę filia gulę eſt, *in comeſſationibus*) quam facit oratio; vnde & tali die multiplicari debent preces. Secundò corpus noſtrum debemus affligere: & hoc, jejunando (*quod intellige in ſolemnium feſtorum vigilijs, non in feſtis ipſis, præſertim die Dominica*: Sunt enim C quandoque dies, *inquit alibi Author*, in quibus non eſt licitum jejunare; vnde *Auguſtinus* in Epiſtola ad Caſulanum dicit: *Quiſquis diem Dominicum jejunio decernendum eſſe putaret, non paruo ſcandalo eſſet Eccleſiæ*. Nec immeritò: illis enim diebus, quibus nihil certi ſtatuit Eccleſia, vel Scriptura diuina, mos populi Dei, & inſtituta majorum pro lege tenenda ſunt. Et in Decretis dicitur *diſt.* 30. Si quis propter publicam pœnitentiam à Sacerdote acceptam, abſque alia neceſſitate die Dominica pro quadam religione jejunauerit, ſicut Manichæi, anathema ſit. *Hinc die Natali Domini in feriam ſextam incidente vel Sabbatum, in eſu carnium fideles pia Mater Eccleſia diſpenſat*.) Rom.12. *Vt exhibeatis membra veſtra hoſtiam viuentem Deo &c.* Et Deum laudando, Pſal.49. *Sacrificium laudis honorificabit me*; vnde in tali die cantus multiplicantur. Tertiò res noſtras ſacrificare: & hoc, dando eleemoſynas, Hebr.13. *Beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtijs promeretur Deus*: & hoc, in duplo magis quam in alijs diebus, quia tunc eſt communis lætitia: *Mittite partes his, qui non præparauerunt ſibi, quia ſanctus dies Domini eſt, & nolite contriſtari*, vt dicitur 2. Eſdr.8. *Secundò* occupari debemus in verborum Dei ſtudijs, ſicut & Iudæi faciunt, Act.2. *Voces prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur*: vnde & Chriſtiani, quorum juſtitia debet eſſe perfectior, debent tali die conuenire ad prædicationes, & ad officium Eccleſiæ, Ioann.8. *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit*. Item loqui debemus vtilia, Epheſ. 4. *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem*: iſta enim duo vtilia ſunt animæ peccatoris, quia immutant cor ejus in melius, Ierem.23. *Verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram*. Contrarium autem accidit etiam perfectis non loquentibus vtilia, vel audientibus, 1. Cor.15. *Corrumpunt mores bonos colloquia mala*; & Pſal.118. *In corde meo abſcondi eloquia tua*: Eloquium enim Dei inſtruit ignorantem, Pſal. eod. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis*: & inflammat tepeſcentem; *Eloquium Domini inflammauit eum*, Pſalm.104. *Tertiò* occupari debemus in diuinorum exercitijs: hoc autem perfectorum eſt, Pſal.45. *Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus*; & hoc propter quietem animæ: ſicut enim corpus fatigatum quietem deſiderat, ita & anima. Locus autem animæ Deus eſt, *Sap.*8. Intrans in domum meam, conquieſcam cum illa, *ſcilicet ſapientiæ; hoc enim ſignificatur per Sabbatum, quod eſt* requies; *vnde dicitur ad Hebr.*4. Itaque relinquitur Sabbatiſmus populo Dei. *Hinc & Ioannes Apoſtolus Apoc.*1. Fui *inquit* in ſpiritu in Dominica die: *videlicet*, quæ D eſt tempus aptum contemplationi, quia tunc debet ceſſare homo ab opere exteriori, & vacare orationi & contemplationi: & propter hoc inſtituta ſunt feſta. *Quæ cuncta vno verbo expreſſit initio Author ſuper illud Ierem.*17. Sanctificate Sabbatum; *ſcilicet*, vt bonis operibus vacetis: *quod eſt finis præcepti de obſeruantia feſtorum: ideò enim jubemur ab operibus ſeruilibus abſtinere, vt in ſpiritualibus Deo vacemus. Et ita faciebat Regius Propheta: vt enim inſtruimur*, Dauid E ſpecialem deuotionem habebat in feſtis celebrandis: & aliquid faciebat ſpeciale ad laudem Dei; *vnde & Pſal.*118. *canebat ad Dominum*: Septies in die laudem dixi tibi. *Frequenter quippe Deum, diebus præſertim feſtis, laudare debemus* propter F peccatorum noſtrorum abundantiam, *ſaltem venialium, quæ in dies committimus, juxta illud* Prou. 24. Septies cadet juſtus: *vt nimirùm iteratas culpas diuinis frequentatis laudibus compenſemus; vnde dicitur* Iſ.23. Bene cane (*hoc eſt, ad laudem Dei, non hominum*) frequenta canticum.

Quibus operibus vacandum in diebus feſtis.

A Opuſ.4. de decem præc. §.3.

B Ma.14. 4.c & 2. 2. 148. 5. & 6.

In ſolemnibus feſtis, præſertim Dominicis diebus, non jejunandum.

C Rom. 14. l. 1. ibi, omnem diem.

D Apoc.1. com. 2. ibi.

Quis hujus præcepti finis.

Dauidis in feſtis celebrandis deuotio.

E Pſ 8. lit. a. ſub initio.

F Iſ.23 ſi.

c *Atqui oppoſitum fit modò à fidelibus minùs pijs, de quibus* 2. Pet. 2. *dicitur*: Voluptatem exiſtimantes diei delicias: coinquinationes & maculæ delicijs affluentes, in conuiuijs ſuis luxuriantes &c. *Quæ verba Author exponens*: Moraliter *inquit* modò G in diebus feſtis magis vacatur delicijs, & crapulis, & ebrietatibus, quaſi hoc eſſet in honorem Sanctorum, & in exultationem diei feſti. *Vnde Auguſtinus*: Comeſſationes & ebrietates ita conceſſæ & licitæ putantur, vt in honorem Martyrum celebrentur (*vti paſſim in mercatibus, ſiue nundinis ad Eccleſias Sanctorum, quorum feſta celebrantur, experimur*:) quæ fœditas non tàm flagitioſa eſt, quàm ſacrilega. *Et hodie quidem non pauci plurimum obſequijſſe Deo exiſtimant impendiſſe, ſi vel vnico ſacro in feſtiuitatibus aſſiſtunt, ſecundùm illud Eccli.*33. Dies feſtos celebrauerunt ad horam: *feſtus etenim dies, non ad Deum colendum, ſed ad diabolo ſacrificandum & Mundo, cupidiùs expectatur, Deuter.*32. Immolauerunt dæmonijs, & non Deo. *Dies inquam feſtus deſideratur à mulieribus, vt ab acus colique opere ocioſe, linguæ detractione domi, vel extra, tempus terant: aut è feneſtris curioſa oculorum euagatione horas inſumant, aut in Eccleſijs garriant. Deſideratur à puellis, vt amaſium in Templo faciliùs inſpectent & inſpectentur; literas, munuſcula (vetulabus & ancillis miniſtris) accipiant, nec rarò alloquantur. Ab alijs fœminis, vt vano decore viros alliciant & pelliciant, veſtiumque ſumptuoſo jam intolerando apparatu ſuperbiant: mane in hoc totum ad ſpeculum conſumentes, ita vt vel poſtremo vt plurimùm*

Moralitas.

G 2. Pet. 2. ibi.

Qualiter à mulieribus modò dies feſta colantur.

Digitized by Google

[illegible] Sacra, vel ſæpe non [illegible] ſeſe periculo exponat. Neque putent, *ſe poſſe eum pia Iuditha excuſare, de qua cap.10. legitur, quòd* Exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ, & lauit corpus ſuum, & vnxit ſe myro optimo, & diſcriminauit crinem capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ, induitque ſandalia pedibus ſuis, aſſumpſitque dextraliola & lilia & inaures & annulos, & omnibus ornamentis ſuis ornauit ſe. *Hoc namque feciſſe caſtiſſima fœmina ex ſpeciali Dei inſtinctu credenda eſt, vt per eam ſiliis Iſrael ab Aſſyrijs Bethuliam inuadentibus eriperet: quod & euenit. Vnde & mox ſubijcitur:* Cui etiam Dominus contulit ſplendorem: quoniam omnis iſta compoſitio, non ex libidine, ſed ex virtute pendebat, & ideò Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret. *Nec enim vnquam ad laſciuiam aut vanitatem ornare ſe conſueuerat, neque virorum conſpectibus per vrbem circumuagando apparere:* quinimò fecerat ſibi (cap. 8.) ſecretum cubiculum, in quo clauſa morabatur: & habens ſuper lumbos ſuos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ. *Ex quo Author:* Iudith inquit laudatur H propter affectum, quem habuit ad ſalutem populi, pro qua periculis ſe expoſuit. *Videant iam modernæ mulieres, num eo fine ſe exornent, Templa præſertim ingreſſuræ, vt cum Iuditha de Holoferne, hoc eſt, de Satana triumphent: an potiùs, vt diabolus de illis & per illas triumphum agat.)*

Iudithæ ornatus commendabilis propter finem.

H [illegible] ad [illegible]

Quales à viris.

Viri autem feſtum expectant diem, vt in comeſſationibus, ebrietatibus, ludis; & luxurijs, non ſine graui ſæpiùs [illegible] familiæ detrimento, integrum perſeuerant. Hîc etiàm [illegible], quàm veri Dei, ab his Bacchi feſta coluntur, ideſt Bacchanalia (*quæ & Dionyſia feſta dicuntur*) in quibus viri per noctem fœminis, & teneræ ætati, turpiter admiſcebantur per dolum, *poſt longas comeſſationes & pocula. Vel ſacra nefariè venerantur Veneris & Priapi, de quibus Author mentionem facit* I. *Hæc inquam ſunt feſta; quæ colunt. Et ita ſini præcepti de feſto colendo ex diametro oppoſitum operantur: neque enim à ſeruilibus operibus non in feſto abſtinendum, vt peccata ſeruiamus & diabolo:* (Qui facit peccatum Ioan.8. ſeruus eſt peccati: *Et à quo quis ſuperatus eſt 2. Petr.2.* huius & ſeruus eſt:) *ſed vt Deum, qua par eſt pietate & deuotione, ſpiritualibus exercitijs percolamus, & in Sanctis ſuis mirabilem glorificemus. Eapropter, non ſecus ac Iudæorum, odit Dominus feſtiuitates noſtras, iuxta illud Iſ.1.* Neomeniam & Sabbatum & feſtiuitates alias non feram: iniqui ſunt cœtus veſtri (*in Eccleſijs*:) Calendas veſtras, & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea: facta ſunt mihi moleſta: laboraui ſuſtinens. *Suſtinens inquam tot peccata, quæ in die præſertim feſto perpetrantur, ſecundùm illud Pſal.129.* Si iniquitates obſeruaueris, Domine; Domine, quis ſuſtinebit? *Quaſi diceret:* Quis ſuſtinebit, *niſi tu, qui Deus es*, longanimis & multùm miſericors? *Hac de cauſa dicitur Io.2. & alibi:* Prope erat Paſcha Iudæorum. *Non dicit*, Paſcha Domini, *ſed* Iudæorum: *quia quando aliqui* L feſtum aliquod ſanctè & purè celebrant, dicuntur illud Domino celebrare. Cum verò nec purè nec ſanctè celebrant: non Domino, ſed ſibi ſolemnizant; vnde dicitur Iſ.1. cit. *Solemnitates veſtras odiuit anima mea.* Quaſi diceret: Quia vobis, & non mihi celebratis, non placent mihi; Zach.7. *Cum ieiunaretis, numquid ieiunium ieiunaſtis mihi?* Q.d. Non: ſed vobis. *Prauis autem operibus, quæ in diebus Deo Diuiſque ſacratis admittimus, ſcandalum hæreticis ponimus & infidelibus, qui exinde catholicos ſacros vitos [illegible] derident. Vnde narrat* Auguſtinus, quòd quia M Iudæi, omiſſis diuinis, in Sabbatis magis inutilibus rebus vacabant, ideò eos Seneca (*qui Gentilis erat*) deriſit, *vt dicitur Thren.1.* Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt Sabbata eius. *Sed & noſtro tempore accidit quod legitur 2. Mach.6.* Neque autem Sabbata cuſtodiebantur, neque dies ſolemnes patrij ſeruabantur: *iamque inter fideles* pauci N ſunt, qui feſta ſpiritualiter celebrant: *plurimi temporaliter. Qua de cauſa dicebat Dominus Io.7.* Vos aſcendite ad diem feſtum hunc (*Scenopegiæ*) ego autem non aſcendam; *& repetit*, ad diem feſtum iſtum, *qualiter ſcilicet vos eum celebratis.* Q.d. Vos O qui gloriam Mundi quæritis, *aſcendite ad diem feſtum hunc*, ideſt ad feſta lætitiæ temporalis. *Ego autem non aſcendam ad diem feſtum iſtum, ſed ad diem feſtum ſolemnitatis æternæ, & ſpiritualis lætitiæ.* Mundani enim (*[illegible]*) habent feſta temporalia, ſcilicet gaudere & epulari, & huiuſmodi exteriores delicias, Iſ.22. *Vocabit Dominus in die illa ad fletum & ad planctum* (pœnitentiæ *videlicet, per ſacra diebus feſtis Synaxi*) *& ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum.* Sancti verò habent feſta ſpiritualia, quæ in delectationibus ſpiritus conſiſtunt: *Reſpice Sion ciuitatem ſolemnitatis noſtræ*, Iſaiæ 33. *Vbi & illud notandum, quòd* quando P dies feſtus agitur ſanctè, ſemper Dominus eſt in die feſto, Matth.18. *Vbicunque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ſum.* Quando verò non ſanctè agitur feſtum, tunc non venit Ieſus; *Ego autem non aſcendam. At caueant diei feſti violatores, & videant quid eis minetur Dominus Exod.31.* Cuſtodite Sabbatum meum: ſanctum eſt enim vobis. Qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi ſui. *DISCE ita dies hîc feſtos percolere, vt perenne detur beatitudinis feſtum celebrare. Vide*, Eccleſia.

I. Io. 6. [illegible] cap. 11. [illegible]

M 3. d. 37. [illegible] Cp. 4. de tertio [illegible]

Infideles noſtros derident [illegible]. & ſolemnitates, quia à nobis, vt par eſt, non celebrantur.

N Ioan. 7. [illegible]

O Ibidem [illegible]

Mundani feſta, qui feſtum ſpiritualiter celebrant, plurimi temporaliter.

P Ioan. [illegible]

Dominus adeſt feſtis, cum ſanctè coluntur.

FICTIO. Vide EVCHARISTIA, POENITENTIA, SACRAMENTVM.

FIDES INFVSA.

II. Fides prælibatio quædam eſt illius cognitionis, quæ nos in futuro beatos facit. *Opuſc.3. cap.2.*

Q N*On humanam hîc fidem deſcribimus falſitati obnoxiam, ſed fidem diuinam, hoc eſt, humano intellectui à Deo infuſam, ad credenda diuina, quæ [illegible] humana ratio attingere naturaliter non valet. Sanè, quamuis dicat Apoſtolus Rom.1.* Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur; *& Sap.13.* A' magnitudine ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter poterit Creator horum videri: *quod eſt (vt aiunt) à poſteriori Deum noſſe: à longe tamen hoc pacto eum cognoſcimus; vnde dicitur Iob 36.* Omnes homines vident eum; *ſubdit nihilominus:* vnuſquiſque intuetur procul. *Et ratio adducitur:* Creaturæ enim Q per quas naturaliter cognoſcitur Deus, in infinitum ab ipſo diſtant. Et quia in his, quæ procul videntur, facilè viſus decipitur: idcirco ex creaturis in Deum cognoſcendum tendentes, in errores multiplices inciderunt; vnde *Sap.14.* dicitur, quòd creaturæ *factæ ſunt in tentationem animabus hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium*; & Pſal.63. *Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.* Et ideò Deus humano generi aliam tutam viam cognitionis prouidit, ſuam notitiam per fidem mentibus hominum infundens; vnde dicitur 1. Cor.2. *Quæ Dei ſunt nemo cognouit, niſi Spiritus Dei: nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſuum.* Et hic eſt ſpiritus, quo efficimur credentes, 2. Cor. 4. *Habentes eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt:* Credidi, propter quod locutus ſum: *& nos credimus, propter quod & loquimur.* Sicut ergo naturalis cognitionis principium eſt creaturæ notitia à ſenſu accepta; ita cognitionis deſuper datæ principium eſt primæ Veritatis notitia, per fidem infuſa.

Per creaturas à longè Deum cognoſcimus.

Q *Opuſc. [illegible] Præfat.* [illegible]

Ex quo Deus ſui notitiam nobis per fidem infundit.

Diffinitio fidei, & ejus expositio.

R Hebr. 11. l. 1. Rom. 1. l. 6. Op. 3. c. 1. Op. 6. 3. & 2. 1. 3. 4.

fusa. Diffinitur autem fides ab Apostolo Hebr. 11. his verbis: Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. *Quocirca sciendum*, quòd actus R fidei est credere: qui est actus intellectus determinati ad vnum ex imperio voluntatis. Vnde credere est cum assensu aliquid cogitare, vt dicit *Augustinus in lib. de prædest. Sanct.*

Credere est actus intellectus determinati ad vnum ex imperio voluntatis.

Et ideò objectum fidei & finem voluntatis oportet sibi correspondere. Veritas autem prima est objectum fidei, in quo quidem consistit finis voluntatis, scilicet beatitudo; quæ differenter est in via, & in Patria: quia in via Veritas prima non est habita, & per consequens nec visa, quia in his, quæ sunt supra animam, idem est videre & habere (vt dicit *Augustinus in lib. 83. Quæst.*) sed tantùm est sperata, Rom. 8. *Quod non videmus speramus: nam quod videt quis, quid sperat?* Ergo Veritas prima non visa, sed sperata, est finis voluntatis in via, & per consequens objectum fidei, quia idem est sibi pro fine, & objecto. Finis autem vltimus simpliciter ipsius fidei in Patria, quem intendimus ex fide, est beatitudo, quæ in aperta visione Dei consistit, Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum &c.* & cap. 20. *Beati qui non viderunt & crediderunt.* Hujusmodi autem est spes fidelium, 1. Pet. 1. *Regenerauit nos in spem viuam.*

Objectum fidei Veritas prima, & quomodo.

Finis fidei in via.

Finis ergo fidei in via est assecutio rei speratæ, scilicet beatitudinis æternæ; & ideò dicit: *sperandarum substantia rerum.* Illud autem quod dicitur *substantia*, potest multipliciter exponi. *Vno modo* causaliter; & tunc habet duplicem sensum. Vnum quod est *substantia*, idest faciens in nobis substare res sperandas: quod facit duobus modis. Vno modo, quasi merendo. ex hoc enim quòd quis captiuat & submittit intellectum suum his, quæ sunt fidei, meretur, quòd aliquando perueniat ad videndum hoc, quod sperat: visio enim est merces fidei. Alio modo, quasi per suam proprietatem præsentialiter faciat, quòd id, quod creditur futurum in re, aliquo modo jam habeatur, dummodo credat in Deum. *Alio modo* exponi potest *substantia* essentialiter, quasi fides sit *substantia*, idest essentia, rerum sperandarum; vnde in Græco habetur *hypostasis rerum sperandarum*: essentia enim beatitudinis nihil aliud est, quàm visio Dei, Ioan. 17. cit. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te &c.* Ipsa ergo plena visio Dei est essentia beatitudinis. Hoc autem videmus in scientijs liberalibus, quòd si quis aliquam velit addiscere, oportet eum primò accipere principia ipsius, quæ oportet credere, cum sibi traduntur à Magistro: oportet enim credere eum qui discit, vt habetur in 1. Prior. & in illis principijs quodammodo continetur tota scientia, sicut conclusiones in præmissis, & effectus in causa. Qui ergo habet principia illius scientiæ, habet substantiam ejus, puta Geometriæ. Et, si Geometria esset essentia beatitudinis, qui haberet principia Geometriæ, haberet quodammodo substantiam beatitudinis. Fides autem nostra est, vt credamus, quòd beati videbunt, & fruentur Deo: & ideò, si volumus ad hoc peruenire, oportet vt credamus principia istius cognitionis. Et hæc sunt articuli fidei, qui continent totam summam hujus scientiæ, quia beatos nos facit visio Dei trini & vnius; & hic est vnus articulus, vnde hoc credimus. Et ideò dicit: *Fides est sperandarum substantia rerum.* Dicit autem, *argumentum non apparentium*: in quo tangit actum fidei circa propriam ejus materiam. Actus autem proprius fidei, etsi sit in ordine ad voluntatem: tamen est in intellectu, tamquam in subjecto, quia objectum ejus est verum, quod propriè pertinet ad intellectum. In actibus autem intellectus differentia est. Quidam enim sunt habitus intellectus, qui important omnimodam certitudinem ad completam visionem ejus, quod intelligitur: sicut patet de intellectu,

Fides cur dicitur rerum sperandarum substantia.

Et argumentum non apparentium.

Varij intellectus actus.

qui est habitus primorum principiorum; quia qui intelligit, quòd *Omne totum est majus sua parte*, videt hoc, & est certus. Hoc etiam facit habitus scientiæ. Et sic talis habitus intellectus, & scientia, faciunt certitudinem & visionem. Quædam verò alia sunt, quæ neutrum faciunt, scilicet dubitatio & opinio. Fides verò tenet medium inter ista: quia dictum est, quòd fides facit assensum in intellectu: quod potest esse dupliciter. Vno modo, quia intellectus mouetur ad assentiendum ex euidentia objecti, quod est per se cognoscibile, sicut in habitu principiorum; vel cognitum per aliud, quod est per se cognoscibile, sicut patet in scientia Astronomiæ. Alio modo assentit alicui non propter euidentiam objecti, à quo non mouetur sufficienter: vnde non est certus; sed vel dubitat, scilicet quando non plùs habet rationem ad vnam partem, quàm ad aliam: Vel opinatur, si habet quidem rationem ad vnam partem, non omnino quietantem ipsum, sed cum formidine ad oppositum. Fides autem neutrum horum dicit simpliciter: quia nec cum primis est sibi euidens, nec cum duobus vltimis dubitat; sed determinatur ad alteram partem cum quadam certitudine & firma adhæsione per quandam electionem voluntariam. Hanc autem electionem facit diuina authoritas, per quam electionem determinatur intellectus, vt firmiter inhæreat his, quæ sunt fidei; & eis certissimè assentiat. Et ideò credere est cum assensu cognoscere. Propria ergo materia habitus fidei sunt *non apparentia*. Apparentia enim agnitionem *ex Gregorio* habent, non autem fidem. Actus verò fidei est certa adhæsio, quam vocat Apostolus *argumentum*, accipiens causam pro effectu: quia *argumentum* facit fidem de re dubia. Est enim *argumentum* ratio, rei dubiæ faciens fidem, vt dicit *Boetius*. Vel, si sequamur etymologiam nominis, qua dicitur *argumentum* quasi *arguens mentem*, tunc accipit effectum pro causa; quia ex certitudine rei prouenit, quòd mens cogatur ad assentiendum. Vnde *argumentum* dicitur *non apparentium*; idest, certa apprehensio eorum, quæ non videt. Quòd si quis velit verba Apostoli ad debitam formam reducere, posset dicere, quòd *Fides est habitus mentis, qua incohatur vita æterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentibus*. Vbi enim nos *argumentum* habemus, habet alia litera *conuictio*: quia per authoritatem diuinam conuincitur intellectus ad assentiendum his, quæ non videt. Patet ergo, quòd Apostolus completè diffinit fidem, licèt obscurè. Per istam enim diffinitionem distinguitur fides ab omnibus, quæ pertinent ad intellectum. Per hoc enim quòd dicitur *argumentum*, distinguitur fides ab opinione, dubitatione, & suspicione: quia per ista non habetur firma adhæsio intellectus ad aliquid. Per hoc autem, quòd dicitur, *non apparentium*, distinguitur ab habitu principiorum & scientia. Et per hoc, quòd dicitur, *rerum sperandarum*, distinguitur à fide communiter sumpta, quæ non ordinatur ad beatitudinem. *Et alibi compendiosè*: Apostolus S dicit, quòd *Fides est sperandarum substantia rerum*; quasi jam in nobis sperandas res, idest futuram beatitudinem, per modum cujusdam inchoationis subsistere faciens. *Ex quo dicitur*, quòd fides est de non visis. *Vnde & de Saulo Christi voce prostrato, sed ad fidem erecto, legimus Act. 9.* quòd apertis oculis nihil videbat. *De quo piè lusimus* T.

Sternitur è Cœlo, captus post lumine Saulus,
Capturus fidei mox documenta sacræ.

c *Hinc plurimi circa fidem errauerunt*: errantes quidem ex eo V quòd non eleuantur supra sensibilia, sed secundùm rationes corporales volunt de diuinis judicare. Sicut autem X fides nostra necessarijs rationibus probari non potest, quia humanam mentem excedit: ita improbari necessaria

Habitus primorum principiorū, scientia, dubitatio, opinio, fides, in quo distinguantur.

Assensus intellectus dupliciter contingit.

Quid propria fidei materia.

Cur actus fidei argumentum.

Argumentum quid, & vnde dicatur.

Formalis Fidei diffinitio ex verbis Apostoli.

Per hanc fides distinguitur à cæteris, quæ ad intellectum pertinent.

S Op. 3. cap. 1.

T Cent. 2. Dist. 61.

V Prol. 1. Sent. exp. text.

Fides necessarijs rationibus nec probari potest, nec improbari.

X Op. 2. cap. 2. & 2. 1. 1. 5. & q. 10. Op. 70. q. 2. proem. a. 1. ad 5. & a. 3. c. & 1. cont. G c. 9. Col. 1. l. 2. ibi, ne quis.

Diſputans catholicus fidem defendat, non probet.

ſaria ratione non poteſt propter ſui veritatem. Ad hoc igitur debet tendere Chriſtiani diſputatoris intentio in articulis fidei, non vt fidem probet, ſed vt fidem defendat; vnde & B. Petrus *in ſua prima cap. 3.* non dicit: *Parati ſemper* ad probationem, ſed *ad ſatisfactionem omni poſcenti &c.* vt ſcilicet rationabiliter oſtendatur non eſſe falſum, quod fides catholica confitetur. *Et hoc eſt, quod de Eccleſia dicitur Cant. 6.* Terribilis vt caſtrorum acies ordinata; *deinde ſubditur:* Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt. *Terribilis*, quæ Y aduerſarios non timet propter potentiam, quam habet ex diuino auxilio, & eius inſpiratione. Deinde dicit: *auerte oculos tuos*; ideſt, tolle rationes, ſecundùm quas vis me inquirere: *quia ipſi oculi*, ideſt rationes tuæ, *me auolare fecerunt*, eo quòd deficiunt ipſæ rationes ab inquiſitione mea. Quod concordat cum eo, quod habetur in Pſal. 63. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus:* quia quando Deum per rationes naturales inueſtigare volumus, tantò magis recedit à nobis. Bonæ autem ſunt rationes ad fidem defendendam: ad fidem autem probandam ſunt tollendæ. *Et quidem rationes* Z quæ inducuntur à Sanctis ad probandum ea, quæ ſunt fidei, non ſunt demonſtratiuæ, ſed perſuaſiones quædam, manifeſtantes, non eſſe improbabile quod in fide proponitur. Vel procedunt ex principijs fidei, ſcilicet ex authoritatibus Sacræ Scripturæ, ſicut dicit Dionyſius 2. c. *de diu. Nom.* Ex his autem principijs ita probatur aliquid apud fideles, ſicut etiam ex principijs naturaliter notis probatur aliquid apud omnes.

Quæ ſunt fidei, vt dicta à Deo, & miraculis comprobata, rationi conſona ſunt.

Nec tamen quæ ſunt fidei, diſſona ſunt rationi: nam quamuis ea A quæ ſunt fidei, non ſint ea rationi humanæ conſona ſecundùm ſe conſiderata: tamen, vt dicta à Deo, & prodigijs approbata, ſunt maximè rationi conſona. Nihil enim eſt adeò rationi conſonum, ſicut quòd Deo ſit credendum in omnibus, quæ dicit & conteſtatur. Doctrina autem fidei *cum initium accepiſſet enarrari per Dominum ab eis, qui audierunt, in nos confirmata eſt, conteſtante Deo ſignis, & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus Sancti diſtributionibus ſecundùm ſuam voluntatem*, vt dicitur ad Hebr. 2.

B Ibid. d. 10. exp. text.

Et alio in loco Author: Quæ B ſunt fidei, quamuis ſint ſupra rationem, non tamen ſunt contra rationem: alias Deus eſſet ſibi contrarius, ſi aliud poſuiſſet in ratione, quàm rei veritas habet. *Ex quo* fides C non deſtruit rationem, ſed excedit eam, & perficit. *Vnde & per* Apoſtolos D & Prophetas nunquam diuinitus dicitur aliquid, quod ſit contrarium his, quæ naturalis ratio dictat. Dicitur tamen aliquid, quod comprehenſionem rationis excedit, & pro tanto videtur rationi repugnare, quamuis non repugnet: ſicut & ruſtico videtur repugnans rationi, quòd Sol ſit major Terrâ, quòd diameter ſit aſſimeter coſtæ: quæ tamen ſapienti rationabilia apparent. *Ex quo*; cum gratia E non tollat naturam, ſed perficiat, oportet, quòd naturalis ratio ſubſeruiat fidei, ſicut & naturalis inclinatio voluntatis obſequitur charitati; vnde & Apoſtolus dicit 2. *ad Cor. 10.* In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. *Quod erit, ſi fidei myſteria, quæ carnaliter capimus & ſapimus, ſpiritualiter intelligamus. Et hoc facit quod ait Dominus ad mulierem Samaritanam Ioan. 4.* Voca virum tuum, & veni huc. *Reſpondit mulier, & dixit:* Non habeo virum. *Dixit ei Ieſus:* Bene dixiſti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuiſti: & nunc quem habes, non eſt tuus vir.

Intellectus noſter in captiuitatem redigendus in obſequium Chriſti.

Intellectus vir, voluntas mulier.

Nam ſecundùm Auguſtinum Vir F ille eſt intellectus: voluntas enim parit & concipit à vi apprehenſiua mouente eam. Vnde voluntas eſt ſicut mulier: ratio verò mouens voluntatem eſt vir ejus. Quia ergo mulier, ideſt voluntas, prompta erat ad recipiendum, ſed non mouebatur ab intellectu & ratione, vt ſpiritualiter hoc intelligeret (*videlicet de myſtica aqua, quam Dominus exhibebat*) ſed adhuc ſub ſenſu detinebatur; ideò Dominus dixit ei: *Vade*, ſcilicet tu ſenſualis, *voca virum tuum*; ideſt, rationabilem intellectum aduoca, quo ſpiritualiter intelligas quod modo carnaliter ſapis: *& veni huc* intelligendo dicta ratione. Vnde & ſubditur à Domino: *Quinque viros habuiſti*, ideſt quinque ſenſus, quibus vſque modò vtebaris: ſed *& nunc quem habes*, ſcilicet rationem errantem, qua ſpiritualiter dicta adhuc carnaliter intelligis, *non eſt tuus vir* legitimus, ſed adulter. Et ideò tolle illum adulterum errorem, qui te corrumpit, & *voca virum tuum*, ideſt intellectum, vt intelligas me.

Certitudo fidei præeminet certitudini omnium habituum intellectualium.

f *Ex his, reſpectu intellectualium habituum, atque virtutum, ſatis fidei major emicat certitudo.* Nam virtutum G intellectualium duæ ſunt circa contingentia, ſcilicet prudentia & ars: quibus præfertur fides in certitudine ratione ſuæ materiæ, quia eſt de æternis, quæ non contingit aliter ſe habere. Tres autem reliquæ intellectuales virtutes, ſcilicet ſapientia, ſcientia, & intellectus, ſunt de neceſſarijs. Sed ſciendum, quòd ſapientia, ſcientia, & intellectus dupliciter dicuntur. Vno modo, ſecundùm quod ponuntur virtutes intellectuales à Philoſopho *in 6. Ethic.* Alio modo, ſecundùm quod ponuntur dona Spiritus Sancti.

Duplex certitudo.

Primo modo dicendum eſt, quòd certitudo poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo ex cauſa certitudinis; & ſic dicitur eſſe certius quod habet certiorem cauſam: & hoc modo fides eſt certior tribus prædictis, quia fides innititur veritati diuinæ; tria autem prædicta innituntur rationi humanæ. Alio modo poteſt conſiderari certitudo ex parte ſubjecti; & ſic dicitur eſſe certius quod plenius conſequitur intellectus hominis. Et per hunc modum, quia ea, quæ ſunt fidei, ſunt ſupra intellectum hominis, non autem ea, quæ ſubſunt tribus prædictis: ideò ex hac parte fides eſt minùs certa. Sed quia vnumquodque iudicatur ſimpliciter quidem ſecundùm cauſam ſuam; ſecundùm autem diſpoſitionem, quæ ex parte ſubjecti eſt, iudicatur ſecundùm quid: inde eſt, quòd fides eſt ſimpliciter certior; ſed alia ſunt certiora ſecundùm quid, ſcilicet quoad nos. Similiter autem, ſi accipiantur tria prædicta, ſecundùm quod ſunt dona præſentis vitæ, cooperantur ad fidem, ſicut ad principium, quod præſupponunt: vnde etiam ſecundùm hoc, fides eſt certior.

Certitudo in fide firmitas adhæſionis.

Cohærenter etiam docemur, quòd illa H quæ ſunt fidei, certiſſimè cognoſcuntur, ſecundùm quod certitudo importat firmitatem adhæſionis: nulli enim credens firmiùs adhæret, quàm his, quæ per fidem tenet. Non autem cognoſcuntur certiſſimè, ſecundùm quod certitudo quietationem intellectus in re cognita importat. Quòd enim credens aſſentiat his, quæ credit, non prouenit ex hoc, quòd intellectus ejus ſit terminatus ad credibilia virtute aliquorum principiorum, ſed voluntate, quæ inclinat intellectum ad hoc, quòd illis creditis aſſentiat: *de quo & infrà. Neque ex eo, quòd fides eſt de non viſis, quidquam de certitudine ei deperit. In hoc enim differunt (ex parte ſubjecti)* opinio I fides & ſcientia: quia de ratione opinionis eſt, quòd accipiatur vnum cum formidine alterius oppoſiti, vnde non habet firmam inhæſionem. De ratione verò ſcientiæ eſt, quòd habeat firmam inhæſionem cum viſione intellectiua: habet enim certitudinem procedentem ex intellectu principiorum. Fides autem medio modo ſe habet: excedit enim opinionem in hoc quòd habet firmam inhæſionem; deficit verò à ſcientia in eo, quòd non habet viſionem, *ſiue euidentiam, quæ eſt ſcientiæ propria. Et quidem fides* L cognitio quædam eſt, in quantùm intellectus determinatur per fidem ad aliquod cognoſci-

gnoscibile: sed hæc determinatio ad vnum non procedit ex visione credentis, sed à visione ejus, cui creditur: & sic, in quantùm deest visio, deficit à ratione cognitionis, quæ est in scientia. *Nec tamen tollitur certitudo, quæ immò præeminet certitudini scientiæ propter primæ Veritatis authoritatem; cui inhæret. Nihilominus, lumine fidem carere, non dicimus; vnde & baptizati, illuminati dicuntur:* omnis enim M manifestatio veritatis est quoddam lumen infusum à Deo, *Ephes.* 5. Omne, quod manifestatur, lumen est. *Atqui lumen fidei est, vt inquiunt, subobscurum respectu luminis gloriæ,* 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem: *vnde & in Patria lumen fidei non remanet, ceu lumini gloriæ oppositum:* imperfectio siquidem fidei N & perfectio gloriæ opponuntur ad inuicem, & respiciunt idem objectum; vnde non possunt esse simul, sicut nec claritas aëris cum obscuritate ejus. *Nec valet, quòd visio, qualis in scientia habetur, sit certior auditu, ex quo est fides, Rom.* 10. Fides ex auditu; *nam cæteris* O *paribus, visio quidem est certior auditu:* sed si ille, à quo auditur, multum excedit visum videntis, sic certior est auditus, quàm visus. Sicut aliquis paruæ scientiæ magis certificatur de eo, quod audit ab aliquo scientifico, quàm de eo, quod sibi secundùm suam rationem videtur. Et multò magis homo certior est de eo, quod audit à Deo, qui falli non potest, quàm de eo, quod videt propria ratione, quæ falli potest.

M *Ioa.* 12. *l.* 8. *in.* 6.

N 1. 2. 67 3. *ad* 2. Fidei & gloriæ visio non possunt, vt opposita, esse simul in Patria.

O 2. 2. 4. 8. *ad* 2. An visio certior auditu.

¶ *Quocirca sciendum, quòd duplex* P *est auditus.* Vnus quidem interior, quo quis audit à Deo reuelante, Psal. 84. *Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus:* (*sicut contigit Apostolis,* 1. *Cor.* 2. Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum; & *D. Paulo singulariter, ad Galat.* 1. Neque enim ego ab homine accepi illud (*Euangelium*) neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi.) Alius autem auditus est, quo aliquis audit ab homine exteriùs loquente, Act. 10. *Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus Sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Ex quo* ad fidem Q duo requiruntur: quorum vnum est cordis inclinatio ad credendum; & hoc non est ex auditu (*scilicet exteriori*) sed ex dono gratiæ. Aliud autem est determinatio de credibili: & istud est ex auditu. Et ideò Cornelius, qui habebat cor inclinatum ad credendum, necesse habuit, vt ad eum mitteretur Petrus, qui sibi determinaret, quid esset credendum, *vt dicitur Act.* 10. *cit. Hinc illi* R *qui loquentem Dominum per se, vel per ejus discipulos, aut prædicatores,* non audierunt, excusationem habent de peccato infidelitatis: non tamen beneficium Dei consequentur, vt scilicet justificentur ab alijs peccatis, quæ vel nascendo contraxerunt, vel male viuendo addiderunt: & pro his meritò damnantur. *Cæterùm, stultitia non est (sicut apud Gentiles,* 1. *Cor.* 1. Gentibus autem stultitiam) *credere quod non videtur, & quod ratio naturalis non attingit.* Primò *quidem:* quia si homo S posset perfectè per se cognoscere omnia visibilia & inuisibilia, stultum esset credere quæ non videmus: sed cognitio nostra est adeò debilis, quòd nullus Philosophus potuit vnquam perfectè inuestigare naturam vnius muscæ; vnde legitur, quòd vnus Philosophus fuit triginta annis in solitudine, vt cognosceret naturam apis. Si ergo intellectus noster est ita debilis: nonne stultum est nolle credere de Deo, nisi illa tantùm, quæ homo potest cognoscere per se? Et ideò contra hoc dicitur Iob 36. *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram.* Secundò, quia dato, quòd aliquis Magister aliquid diceret in sua scientia; & aliquis rusticus diceret, non esse ita, sicut Magister doceret, eo quòd ipse non intelligeret: multùm reputaretur stultus ille rusticus. Constat autem, quòd intellectus Angeli excedit magis intellectum optimi

P *Rom.* 10 *l.* 2. *ad med. &* 2. 2. 5. 2. *ad* 3. Auditus duplex.

Q *Rom. l. c.* 6. *lect. Io.* 12. *l.* 7. *lit. b. In* 3. *d.* 23. 3. 2. *ad* 2. Duo ad fidem requiruntur, scilicet inclinatio cordis ad credendū, & determinatio de credibili. Primum ex gratia, secundum ex auditu.

R *Rom.* 10. *l.* 3. *ad Hebr.* 10. *l.* 3. 2. 3. 10. 1. *c.*

S *Op.* 6. 5. 1. & 1. *cont. G. c.* 3. & 4. Neque vnius muscæ naturam intellectus noster perfectè capit.

Credere quæ non videntur, stultum non est, sed potius non credere.

Philosophi, quàm intellectus optimi Philosophi intellectum rustici: & tamen stultus est Philosophus, si nolit credere ea, quæ Angeli dicunt, & multò magis, si nolit credere ea, quæ Deus dicit. Et contra hoc dicitur Eccli. 3. *Plurima super sensum hominum ostensa sunt tibi.* Tertiò, quia si homo nollet credere, nisi ea, quæ cognosceret, certè non posset viuere in hoc Mundo: quomodo enim aliquis viuere posset, nisi crederet alicui? Quomodo etiam crederet, quòd talis esset pater suus? Et ideò est necesse, quòd homo credat alicui de ijs, quæ perfectè non potest scire per se: sed nulli est credendum, sicut Deo; ideò illi, qui non credunt dictis fidei, non sunt sapientes, sed stulti & superbi, sicut dicit Apostolus 1. ad Tim. 6. *Si quis non acquiescit ei, quæ secundùm pietatem est, doctrinæ, superbus est, nihil sciens.* Propterea dicebat 2. *Tim.* 1. Scio cui credidi, & certus sum. *Vnde hortabatur Sapiens Eccli.* 2. Qui timetis Dominum, credite illi: & non euacuabitur merces vestra.

¶ *Profectò,* sicut homo T actus virtutum moralium debet exercere propter judicium rationis, non propter passionem: ita credere debet homo ea, quæ sunt fidei, non propter rationem humanam, sed propter authoritatem diuinam. *Dei autem dicta innotescunt, Ecclesia proponente, in Sacris Scripturis. Ex quo* sacra V doctrina authoritatibus Philosophorum vtitur quasi extraneis argumentis & probabilibus: (sicut Paulus *Act.* 17. inducit verbum Arati, dicens: sicut & quidam vestrorum Poetarum dixerunt: *Ipsius enim & genus sumus,* scilicet Dei.) Authoritatibus autem canonicæ Scripturæ vtitur propriè ex necessitate argumentando. Authoritatibus autem aliorum Doctorum Ecclesiæ, quasi arguendo ex proprijs, sed probabiliter. Innititur enim fides nostra reuelationi, Apostolis & Prophetis factæ, qui canonicos libros scripserunt: non autem reuelationi, si qua fuit alijs Doctoribus facta. *Et hinc est, quòd mysticè de Ecclesia dicitur Cant.* 4. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea: omnis armatura fortium. *Siquidem* propugnacula X sunt diuinarum Scripturarum Sacramenta, de quibus veluti jacula procedunt, quibus aduersariæ potestates repelluntur. *Mille clypei* intelliguntur innumera diuinæ præsidia defensionis, quibus Sancta Ecclesia vallatur & defenditur. *Omnis armatura fortium,* idest omnis instructio sanctæ prædicationis. Et bene *collum* Ecclesiæ, hoc est, Prædicatores & Doctores, *turri Dauid* comparantur: quia semper quasi in bello sunt, pro defensione Ecclesiæ pugnantes. *Sed & ipse* Deus Y probat, quòd ea, quæ docet fides, sunt vera. Si enim Rex mitteret literas cum sigillo suo sigillatas, nullus auderet dicere, quòd illæ literæ non processissent de Regis voluntate: (vnde & Moyses Z mittendus ad populum Israel, signum accepit à Deo, per quod confirmaret ea, quæ ex parte Dei dicebat, vt patet *Exod.* 4. *Ad quod cohærenter dicitur Esth.* 8. Epistolæ, quæ Regis nomine mittebantur, anulo ipsius obsignatæ sunt, & missæ per veredarios: *per quos mysticè intelliguntur Apostoli, sicut & per Regem Assuerum Deus, vt videre est* A.) Constat autem, quòd omnia, quæ Sancti crediderunt, & tradiderunt nobis de fide Christi, signata sunt sigillo Dei: quod sigillum ostendunt illa opera, quæ nulla pura creatura facere potest. Et hæc sunt miracula, quibus Christus confirmauit dicta Apostolorum & Sanctorum. Si dicas, quòd miracula nullus vidit fieri. *Respondeo.* Constat, quòd totus Mundus colebat idola, & fidem Christi persequebatur, sicut Paganorum etiam historiæ tradunt: sed modò omnes conuersi sunt ad Christum, & sapientes, & nobiles, & diuites, & potentes, & magni, ad prædicationem simplicium, & pauperum, & pauco-

T 2. 2. 3. *In. c. In* 3. *d.* 24. 1. 3.

V 1. *p.* 1. 8. *ad* 2. Quorum authoritatibus Sacra vtatur doctrina, & qualiter.

Fides innititur reuelationi, Apostolis, & Prophetis factæ, qui canonicos libros scripserunt, non alijs.

X *Cant.* 4. *com.* 1. & 2. *ibi.*

Fidei & Ecclesiæ præsidia.

Y *Op.* 6. 5. 1. *fi. Op.* 2. *cap* 7. & 1. *Cor.* 12. *l.* 2. *ibi, fides. Et cap.* 15. *l.* 1. *sub init. &* 1. *cont. G. c.* 6. Deus satis probat, ea, quæ docet fides, vera esse.

Z 1. *Cor.* 12. *l.* 6.

A *Prol. in Ep. Can.* Efficax pro sanctâ fide argumentum.

Digitized by Google

rum prædicantium Chriſtum. Aut ergo hoc eſt miraculosè factum, aut non. Si miraculosè, habeo propoſitum. Si non: dico, quòd non potuit eſſe majus miraculum, quàm quòd Mundus totus ſine miraculis conuerteretur. *Hinc propheticè dicitur in perſona Chriſti Pſal.* 39. Annunciaui & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum. *Annunciaui*, ideſt B ego Chriſtus per prophetas, *&* *locutus ſum* ego ipſe in propria perſona, *Iſ.* 52. *Ego ipſe, qui loquebar, ecce adſum: (& per Apoſtolos meos, Pſal.* 18. In omnem terram exiuit ſonus eorum; *& 2. Cor.* 13. An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Chriſtus?) *ex quo ſequitur*: multiplicati ſunt, *nimirùm* vt ſignificet effectum prædicationis; ideſt, *multiplicati ſunt* boni per prædicationem meam (*& Apoſtolorum*) *ſuper numerum* æſtimatum, *quia totus Mundus conuerſus, Deut.* 1. Dominus Deus addat ad hunc numerum multa millia. *Quæ quidem Chriſti fidei numeroſa propagatio innuitur Iſ.* 54. Multi filij deſertæ magis quàm ejus, quæ habet virum: *quia videlicet hujus deſertæ* C ſcilicet Eccleſiæ Gentium, ſunt *multi filij*, ideſt plures, *magis quàm ejus*, ſcilicet Synagogæ, *quæ habet virum*, ſcilicet Moyſen, 1. Reg. 2. *Donec ſterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata eſt*. Et hoc, veniente Sponſo, ſcilicet Chriſto, à quo *deſerta* erat non dilectione, ſed partu poſtpoſito. *Quò facit & illud Eccleſiæ ad Sponſum Cant.* 7. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. *Egrediamur in agrum*: ideſt D prædicemus fidem incarnationis tuę Mundo: *commoremur in villis*, etiam ignorantibus paganis (quia longè ſunt à ciuitate Dei) tuam fidem annunciemus: nec in tranſitu, ſed *commoremur* ibi, donec illos ex paganis catholicos, ex alienis tibi proprios faciamus. *Nec valet*, ſi obijciatur E quòd etiam lex Mahometis recepta eſt à multis. Dicendum enim, quòd non eſt ſimile: quia ille opprimendo, & vi armorum ſubjugauit eos. Sed Apoſtoli moriendo alios ad fidem duxerunt, & faciendo ſigna & prodigia. Ille etiam proponebat quędam, quę ad delicias & laſciuias pertinent: ſed Chriſtus & Apoſtoli terrenorum contemptum. Quibus (*ſubdit alibi Author*) animos F mortalium aſſentire, & maximum miraculum eſt, & manifeſtum diuinę inſpirationis opus, vt contemptis viſibilibus, ſola inuiſibilia cupiantur. *Neque neceſſe eſt, ad fidem confirmandam, noua adhuc à Deo miracula patrentur*: (quamuis G non ceſſet Deus etiam noſtris temporibus ad confirmationem fidei per Sanctos ſuos miracula operari:) illius enim H cujus probatio ſemel perfectè facta eſt, non oportet probationem iterari, ſed ex ſuppoſitione prioris probationis procedere: ita etiam non oportet, quòd per noua ſigna modò fides probetur, ſed per ea, quę tunc facta ſunt. *Illud autem notandum, quòd* argumenta, I quę cogunt ad fidem, ſicut miracula, non probant fidem per ſe: ſed probant veritatem annunciantis fidem: & ideò de his, quę fidei ſunt, ſcientiam non faciunt. *Cæterùm, quòd* aliquis L ea, quę non videt, credat per aliqua ſigna viſa, non totaliter fidem euacuat, nec meritum ejus: ſicut & Thomas, cui dictum eſt: *Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti*: aliud enim vidit, aliud credidit: vidit vulnera, & credidit Deum. Eſt autem perfectioris fidei qui non requirit hujuſmodi auxilia ad credendum: vnde, ad arguendum defectum fidei in quibuſdam, Dominus dicit *Ioan.* 4. Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis. *Neque ex eo, quòd quis fidei veritati citò ac promptè aſſentit, leuitatis inſimulandus, ſecundùm illud Eccli.* 19. Qui credit citò, leuis corde eſt: *Etenim*, licèt M credere citò hominibus, pertineat ad leuitatem: tamen credere citò Deo (*qui nec falli nec fallere poteſt*) laus magis eſt, ſecundùm illud Pſalm. 17. *In auditu auris obediuit mihi.*

B *Pſ.* 39. *lit.* c.
C *Ad Gal.* 4. *l.* 7. (*vel* 8.) *fi.*
D *Cant.* 7. *com.* 3. *ibi.*
E 1. *Cor.* 15. *l.* 3. *ſub init. &* 1. *cont. G. c.* 6.
Qualiter Mahometis lex, & qualiter propagata.
F *Cont. G. loco cit.*
Non oportet, ad fidem confirmandam, noua modò ſigna patrari.
G *Cont G. loco cit.*
H 1. *d.* 16. 1. 3. *ad* 3.
Miracula fidem per ſe non probant.
I 3. *d.* 24. 1. 2. *q.* 2. *ad* 4.
L 3. *p.* 55. 3 *ad* 3 *Ioan.* 4. *l.* 5. *lit. b.*
Credere per aliqua ſigna viſa, non euacuat totaliter fidem, nec meritum ejus.
Exponitur illud Eccli. 19. *Qui credit citò, leuis corde eſt.*
M *Ioan.* 4. *l.* 5. *lit. b. & cap.* 20. *l.* 5. *lit. c.*

Præterea, ille N qui credit, habet ſufficiens inductiuum ad credendum; inducitur enim authoritate diuinę doctrinę, miraculis confirmatę, & quod plus eſt, interiori inſtinctu Dei inuitantis. Vnde non leuiter credit, *ſed rationabiliter*. *Porrò* multum O inueſtigare, præſertim vbi de ſecretis Dei agitur, groſſities mentis eſt: (*non, vt ſcioli quidam jactant, ingenij acumen*:) *Prou.* 25. Sicut qui mel multum comedit, non eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt majeſtatis, opprimetur à gloria. *Et Eccli.* 3. Altiora te ne quęſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: & in pluribus operibus Dei ne fueris curioſus.

i *Verùm, præter intellectus aſſenſum (vt prætactum eſt) pia exigitur & voluntatis affectio: nam* his P quę ſunt fidei, voluntatę conſentimus, non ex rationis neceſſitate, cum ſint ſupra rationem: nullus enim credit niſi volens, vt *Auguſtinus dicit*; *vnde & Apoſtolus* ad Rom. 10. *inquit*: Corde creditur ad juſtitiam. (*Quod pio & nos anagrammate expreſſimus in glorioſo agone D. Petri, Ordinis mei protomartyris, qui ſanctam fidem corde & ore & ſanguine profeſſus eſt, ipſoque cruore ſignauit, ſcribens in terra* Credo.

> CORDE pius CREDO, ore & faſſus, ſanguine ſigno
> Quam modò ſuſtineo, ceu PETRA firma, Fidem.)

Corde inquam creditur, ideſt Q voluntate: nam cętera, quę ad exteriorem Dei cultum pertinent, poteſt homo nolens, ſed credere non poteſt niſi volens. *Quomodo autem id contingat, quamuis prætactum ſit, clariùs tamen alibi ab Authore docemur, cum ait*: Quandoque R intellectus non poteſt determinari ad alteram partem contradictionis neque per ipſas diffinitiones terminorum, ſicut in principijs: nec etiam virtute principiorum, ſicut in concluſionibus demonſtratiuis eſt: determinatur autem per voluntatem, quę eligit aſſentire vni parti determinatè & præcisè propter aliquid, quod eſt ſufficiens ad mouendum voluntatem, non autem ad mouendum intellectum, vtpote quòd videtur bonum vel conueniens huic parti aſſentire. Et iſta eſt diſpoſitio credentis: vt, cum aliquis credit dictis alicujus hominis, quia videtur decens vel vtile. Et ſic etiam mouemur ad credendum dictis, inquantùm nobis repromittitur pręmium ęternę vitę: & hoc pręmio mouetur voluntas ad aſſentiendum his, quę dicuntur, quamuis intellectus non moueatur per aliquid intellectum. Et quia intellectus (*poſt multa*) non hoc modo terminatur ad vnum, vt ad proprium terminum perducatur, qui eſt viſio alicujus intelligibilis: inde eſt, quòd ejus motus nondum eſt quietatus; ſed adhuc habet cogitationem & inquiſitionem de his, quę credit: quamuis firmiſſimè eis aſſentiat; quantùm enim eſt ex ſeipſo, non eſt ei ſatisfactum, nec eſt terminatus ad vnum: ſed terminatur tantùm ex extrinſeco. Et inde etiam eſt (*nota*) quòd intellectus credentis dicitur eſſe captiuatus, quia tenetur terminis alienis, & non proprijs, 2. Cor. 10. *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti.* Inde etiam eſt (*nota*) quòd in credente poteſt inſurgere motus de contrario hujus, quod firmiſſimè tenet, quamuis non inſurgat in intelligente vel ſciente. *Neque idcircò cum ijs conuenimus, qui dixerunt*, fidem S eſſe in vtraque vi, ſcilicet affectiua & cognoſcitiua. Vnius enim habitus oportet eſſe vnum actum: nec poteſt eſſe vnus actus ex ęquo duarum potentiarum. Neque principaliter in affectiua: cum ipſum credere cogitationem quandam importet, vt patet *per Auguſtinum*: cogitatio autem eſt actus cognoſcitiuę. Sed fides eſt in intellectu ſpeculatiuo, quamuis ſit vt occaſio remota aliquid operandi; vnde ſibi non attribuitur operatio, niſi mediante dilectione.

N 2. 2. 2. 9. *ad* 3. *In* 3. *d.* 24. 1. 3. *q.* 2 *ad* 1. & 1. *contr. G. c.* 6.
O *Ioan.* 20. *l.* 5. *lit. c.*
Multum de fide inueſtigare, mentis groſſities eſt, non acumen.
Præter aſſenſum intellectus, pia exigitur affectio voluntatis.
P *Rom.* 1. *l.* 4. *ibi, fidei. Ezl.* 6. *ibi, iuſtus. & cap.* 10. *l.* 2, *ibi, corde.*
Q *Rom.* 10. *l.* 2. *Ver.* 14. 1. 6.
R *Ver. loc. cit. & q.* 10. 12. *ad* 15. & 2. 2. *q.* 2. *a.* 1.
Quomodo voluntate credatur, ratio & radix.
Cur intellectus credentis captiuari dicatur.
Quare in credente motus inſurgant de contrarijs fidei.
S *Ver.* 14. 4. *c. Pot.* 6. 9. *ad* 3. & 1. 2. 56. *a.* 2. & 3. & 2. 2. 4. 2. *In* 3. *d.* 23. 2. 3. *q.* 1.
In qua animæ potentia ſubjectetur fides.

Scien-

Digitized by Google

Sciendum tamen, quòd non est in intellectu speculatiuo absolutè, sed secundùm quod subditur imperio voluntatis: sicut & temperantia est in concupiscibili, secundùm quod participat aliqualiter rationem. Ad hoc autem, quòd intellectus promptè sequatur imperium voluntatis, oportet, quòd aliquis habitus sit in ipso intellectu speculatiuo: & hic est habitus fidei diuinitus infusus. *Ex quo & rationem virtutis fides sortitur. Verumtamen* fides T neque est virtus intellectualis, neque moralis, sed est virtus Theologica. Virtutes autem theologicę, quamuis conueniant in subjecto cum moralibus & intellectualibus, differunt tamen in objecto. Objectum enim virtutum Theologicarum est ipse finis vltimus: objectum verò aliarum ea quę sunt ad finem. Ideò autem à Theologis quędam virtutes proponuntur circa finem ipsum, non autem à Philosophis: quia finis humanę vitę, quem Philosophi considerant, non excedit facultatem naturæ; vnde ex naturali inclinatione homo tendit in ipsum: & sic non oportet, quòd habitu eleuetur in illum finem, sicut oportet, quòd eleuetur in finem, qui facultatem naturę excedit, quem Theologi considerant. *Quocirca* considerandum est V quòd fides non est virtus, si accipiatur pro eo, quod creditur, secundùm illud: *Fides catholica hæc est, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur*. Si autem accipiatur pro habitu, quo credimus: sic quandoque est virtus, quandoque non. Est enim virtus principium actus perfecti: actus autem ex duobus principijs dependens, non potest esse perfectus, si alteri principiorum desit sua perfectio, sicut equitatio non potest esse perfecta, si vel equus bene non vadat, vel sessor equum ducere nesciat. Actus autem fidei, qui est credere, dependet ex intellectu & voluntate mouente intellectum ad assensum. Vnde actus fidei erit perfectus, si voluntas perficiatur per habitum charitatis, & intellectus per habitum fidei; non autem, si habitus charitatis desit. Et ideò fides formata charitate est virtus, non autem fides informis. *Et hoc est, quod dicit Apostolus Hebr. 5.* Perfectorum autem est solidus cibus: *etenim* perfectio X duplex est. Vna est perfectio secundùm intellectum, quando aliquis habet judicium intellectus ad discernendum & judicandum de his, quę sibi proponuntur. Alia est perfectio secundùm affectum, quam facit charitas, quę est, cum aliquis totaliter Deo inhęret. Hoc autem habet Sacrę Scripturę doctrina, quòd in ipsa non tantùm traduntur speculanda, sicut in Geometria, sed etiam approbanda per affectum. In alijs ergo scientijs sufficit, quòd homo sit perfectus secundùm intellectum: in istis verò requiritur, quòd sit perfectus secundùm intellectum & affectum.

T Ver. 14. 3. ad 9 & in corp. 3 in 4 ab a. 3. In 3. d. 23. 2. 3. q. 1 Rom. 4. l. 1 & 1. 2. 62. 3.
Fides virtus Theologica.
Differentia ex parte objecti Theologicarũ virtutum, & aliarum.
V Rom. 5. l. 6. ibi, justus. & 1. 2. 65. 4. & 2. 2. 4. 5. c. In 3. l. d. a. 9. 1. & 9. 3. a. 1. 9. 2. Ver. 14. 3. & 6.
Fides dupliciter sumitur.
Non est virtus, nisi informata charitate.
X Hebr. 5. l. 2. ibi. a. 2. 4. 5. ad 3.
Duplex perfectio, intellectus scilicet & affectus.

I *Porrò* fides Y formata & informis non differunt specie, sicut in diuersis speciebus existentes: differunt autem sicut perfectum & imperfectum in eadem specie. *Et sic* idem Z est habitus fidei formatæ & informis. Cujus ratio est: quia habitus diuersificatur secundùm illud, quod per se ad habitum pertinet. Cum autem fides sit perfectio intellectus, illud per se ad fidem pertinet, quod pertinet ad intellectum. Quod autem pertinet ad voluntatem, non per se pertinet ad fidem, ita quòd per hoc fidei habitus possit diuersificari. Distinctio autem fidei formatę & informis est secundùm id, quod pertinet ad voluntatem, idest secundùm charitatem; non autem secundùm illud, quod pertinet ad intellectum. *Et alibi docemur, quòd* idem numero A habitus fidei, qui sine charitate erat informis, adueniente charitate fit virtus: quia cum charitas sit extra essentiam fidei, per ejus aduentum, vel recessum, non mutatur substantia ejus. *Igitur tota fidei informitas prouenit ex amissione charitatis, quæ omnium est forma virtutum. Hoc autem fit per quodlibet mortale peccatum.* Quodlibet enim B peccatum mortale contrariatur charitati, quæ est radix omnium virtutum infusarum, in quantùm sunt virtutes: & ideò per vnum actum peccati mortalis exclusa charitate, excluduntur per consequens omnes virtutes, in quantùm sunt virtutes. Et hoc dico propter fidem & spem, quarum habitus remanent informes post peccatum mortale, & sic non sunt virtutes. *Cur autem ex virtutibus Theologicis sola per quodlibet peccatum mortale amittatur charitas, non spes neque fides: ex eo est, quia* Charitas C importat vnionem quandam ad Deum: non autem fides neque spes. Omne autem peccatum consistit in auersione à Deo: & ideò omne peccatum mortale contrariatur charitati: Non autem omne peccatum mortale contrariatur fidei, vel spei, sed quædam determinata peccata, per quæ habitus fidei vel spei tollitur (*vt sunt infidelitas, & desperatio*) sicut & per omne peccatum mortale tollitur habitus charitatis. *Ad infidelitatem verò sæpe homo, multiplicando peccata, reducitur: nam peccator, & impius (vt dicitur Prou 18.)* cum in profundum venerit peccatorum, contemnit, *fidem videlicet, & Sacramenta, & auxilia gratiæ. Vnde docemur, quòd* sicut fides D est prima virtutum, ita infidelitas est vltimum peccatorum: ad quam tamen homo quandoque per alia peccata perducitur. *Et alibi*: Amissio E charitatis est via ad amittendam fidem, secundùm illud 1. ad Timot. 1. *A quibus quidam aberrantes*, scilicet à charitate & alijs hujusmodi, *conuersi sunt in vaniloquium*: recessus enim F à charitate, causa est falsæ doctrinæ: quia qui non amant charitatem, cadunt in mendacium, *& veritatem contemnunt*. *Et quidem verbum illud* amissio *sonat quasi contemptum: nam amittere idem esse videtur, quod* à se mittere, *siue abjicere dona Dei. Informis ergo fides semimortua est; vnde & qui per amissionem charitatis hujusmodi fidem habent, non sunt viua Christi membra & Ecclesiæ*: Qui G subduntur (*inquit Author*) peccatis mortalibus, non sunt membra Christi actualiter, sed potentialiter, nisi fortè imperfectè per fidem informem, quæ vnit Christo secundùm quid, & non simpliciter. Percipiunt tamen tales à Christo quendam actum vitæ, qui est credere: sicut si membrum mortificatum moueatur aliqualiter ab homine. *Est autem fides simpliciter donum Dei, & à Deo infusa: Primò quidem* quantùm ad id H quod requiritur ad hoc, quòd homo aliquid explicitè credat, scilicet vt homini credibilia proponantur: ea enim quæ sunt fidei, excedunt rationem humanam, vnde non cadunt in cognitionem hominis, nisi Deo reuelante, vel immediatè, sicut Apostolis & Prophetis; vel mediatè per fidei prædicatores. Et quantùm ad assensum credentis; quia cum homo, assentiendo his, quæ sunt fidei, eleuetur supra naturam suam, oportet (*contra Pelagianos, qui dicebant, quòd initium fidei est ex nobis*) quòd hoc insit ei ex supernaturali principio interiùs mouente, quod est Deus. *Quia nimirùm* altiora I intelligibilia intellectus humanus cognoscere non potest, nisi fortiori lumine perficiatur, sicut lumine fidei vel prophetiæ, quod dicitur lumen gratiæ, in quantùm est naturæ superadditum. *Immò fides primus est in homine diuinæ gratiæ effectus, Rom. 5.* Per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam: *idest*, in statum L gratiæ, *per fidem*, per quam scilicet gratiam consequimur: non quia fides præcedat gratiam, cum potiùs per gratiam sit fides, Eph. 2. *Gratia estis saluati per fidem*: sed quia primus effectus gratiæ in nos est fides. *Quemadmodum autem fides simpliciter & formata, immò & initium fidei, à Deo est, & ex ejus gratia: ita & fides informis*. Informitas enim M fidei non pertinet ad rationem speciei ipsius fidei, cum fides dicatur informis

Y 2. 2. loco cit. & 4. 4. in 3. d. 23. 3. 4 Ver. 14. 7. ad Rom. 1. l. 6.
Fides formata & informis nõ differunt specie: sed idem est habitus.
Z 2. 2. 4. 4. c. & locis cit.
A Rom. 1. l. 6. ibi, justus. & locis cit.
Fidei informitas ex sola amissione charitatis per quodlibet mortale.
B 1. 2. 71. 4. fi. c.
Cur per peccatum mortale charitas plene amittatur, non fides, aut spes.
C 2. 2. 24. 12. ad 5 In 3 d. 31 1. 1. ad 8. Virt. 2 a. 6. c. & ad 10. & a. 8.
D 2. 2. 162. 7. ad 3.
Amissio charitatis est via ad amittẽdam fidem.
E 2. 2. 39. 1. ad 3.
F 1 ad Tim. 1. l. 3. ibi.
Qui subduntur peccatis mortalibus, non sunt actualiter membra Christi, nisi imperfectè per fidem informem
G 3 p. 8. 3. ad 2.
H 2. 2. 6. 1. c. Ephes. 2. l. 3. ibi, non ex vobis.
Fides, Dei donum, & à Deo infusa.
I 1. 2. 109. 1. fi. c.
Donum est gratiæ, & primus ejus effectus in homine.
L Rom. 5. l. 1. ibi Ephes. 2. l. 3. initio.
Nedum fides formata, sed & informis à Deo.
M 2 2. 6. 2 c. In 3. d. 23 1. 2. Ver 14. 7. c. Rom. 8. l. 3.

Digitized by Google

propter defectum cujusdam exterioris formæ (*scilicet charitatis:*) & ideò illud est causa fidei informis, quod est causa fidei simpliciter dictæ: hoc autem est Deus; vnde relinquitur, quòd fides informis sit donum Dei. *Neque fides hæc informis, vt aliqui sensere, fides ea est, quæ inter gratias gratis datas enumeratur ab Apostolo* 1. *Cor.* 12. Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alteri fides &c. *Sed neque fructus ex numeratis ad Galat.* 5. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, fides &c. *Non primum: etenim* gratiæ N gratis datæ, quæ ibi enumerantur, non sunt communes omnibus membris Ecclesiæ, vnde Apostolus dicit; *Diuisiones gratiarum sunt.* Et iterum: *Alij datur hoc, alij datur illud.* Fides autem informis est communis omnibus membris Ecclesiæ: quia informitas non est de substantia ejus, secundùm quod est donum gratuitum. Vnde fides sumitur ibi pro aliqua fidei excellentia, siue pro constantia fidei, vel pro sermone fidei. *Non secundum: quia* fides O ponitur fructus, secundùm quod habet quandam delectationem in suo actu ratione certitudinis; vnde *ad Galat.* 5. exponitur fides, de inuisibilibus certitudo.

Fides informis non est neque gratia gratis data, neque fructus.

N 2. 2. 4. 5. ad 4. & 1. Cor. 12. l. 2. ibi.

Quid fides, vt est gratia gratis data.

O 2. 2. loc. cit. & ad Gal. 5. l. 2. ibi.

Quid, vt fructus.

m *Est autem fides* fundamentum P totius spiritualis ædificij; *vnde & dicitur* sperandarum substantia rerum ὡ *substando tanquam fundamentum; nam, vt dicitur Hebr.* 11. Sine fide impossibile est placere Deo. (*Quod intellige de fide formata: siquidem* ad rationem Q fundamenti non solùm requiritur, quod sit primum, sed etiam quòd sit alijs partibus ædificij connexum: non enim esset fundamentum, nisi ei aliæ partes ædificij cohærerent. Connexio autem spiritualis ædificij est per charitatem, secundùm illud Coloss. 3. *Super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis.* Et ideò fides sine charitate fundamentum esse non potest. *Vnde Augustinus*: Credentes, *inquit*, domum Dei non faciunt, nisi quando charitate compaginantur.) *Hinc inter virtutes nedum morales, sed & Theologicas, per se fides primatum tenet.* Per se quidem R inter omnes virtutes prima est. Cum enim in agibilibus finis sit principium, necesse est, virtutes theologicas, quarum objectum est vltimus finis, esse priores cæteris virtutibus. Ipse autem vltimus finis, oportet, quòd sit priùs in intellectu, quàm in voluntate: quia voluntas non fertur in aliquid, nisi prout est in intellectu apprehensum. Vnde, cum vltimus finis sit quidem in voluntate per spem & charitatem, in intellectu autem per fidem, necesse est, quòd fides sit prima inter omnes virtutes: quia naturalis cognitio non potest attingere ad Deum, secundùm quod est objectum beatitudinis, prout tendit in ipsum spes & charitas. Sed per accidens potest aliqua virtus esse prior fide. Causa enim per accidens est per accidens prior. Remouere autem prohibens pertinet ad causam per accidens, vt patet per Philosophum *in* 8. *Physic.* Et secundùm hoc aliquæ virtutes possunt dici per accidens priores fide, in quantum remouent impedimenta credendi, sicut fortitudo remouet inordinatum timorem impedientem fidem: humilitas autem superbiam, per quam intellectus recusat se submittere veritati fidei. Et idem potest dici de aliquibus alijs virtutibus: quamuis non sint veræ virtutes, nisi præsupposita fide, vt patet per *Augustinum* in Lib. contra Iulianum. *Id quod mysticè innuitur* Matth. 1. *cum dicitur*: Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob. *Etenim* Fides S designatur per Abraham justificatum ex fidei justitia, Rom. 4. *Vt sit pater omnium credentium:* per Isaac Spes, quia interpretatur *risus*, Rom. 12. *Spe gaudentes:* per Iacob Charitas, qui accepit duas vxores: Liam, quæ interpretatur *laborans*, & Rachel; idest, duas vitas, quæ sunt in charitate secundùm duo præcepta. Contemplatiua enim delectatur in Deo: Actiua autem est, per quam subuenitur proximo. *Vnde & glossa interlinearis:* Fides *inquit* generat T spem: Spes verò charitatem. *Sciendum nihilominus ad hæc cohærenter, quòd* duplex V est ordo, scilicet generationis, & perfectionis. Ordine quidem generationis, quo materia est prior forma, & imperfectum perfecto in vno & eodem, fides præcedit spem, & spes charitatem secundùm actus: nam habitus simul infunduntur. Non enim potest in aliquid motus appetitiuus tendere vel sperando vel amando, nisi quod est apprehensum sensu aut intellectu (*vt & superiùs visum est.*) Per fidem autem apprehendit intellectus ea, quæ sperat & amat; vnde oportet, quòd ordine generationis fides præcedat spem & charitatem. Similiter etiam ex hoc homo aliquid amat, quia apprehendit illud vt bonum suum: per hoc autem, quòd homo ab aliquo sperat se bonum consequi posse, reputat ipsum, in quo spem habet, quoddam bonum suum; vnde ex hoc ipso, quòd homo sperat de aliquo, procedit ad amandum ipsum. Et sic ordine generationis secundùm actus spes præcedit charitatem. Ordine verò perfectionis charitas præcedit fidem & spem, eo quòd tam fides, quàm spes per charitatem formatur, & perfectionem virtutis acquirit: sic enim charitas est mater omnium virtutum & radix, in quantùm est omnium virtutum forma. *Et hoc sensu dicebat Apostolus* 1. *Cor.* 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: major autem horum est charitas. *Et quidem* virtus X aliqua dicitur esse theologica ex hoc, quòd habet Deum pro objecto, cui inhæret. Potest autem aliquis alicui inhærere dupliciter. Vno modo propter seipsum: alio modo, in quantùm ex eo in aliud deuenitur. Charitas ergo facit hominem Deo inhærere propter seipsum, mentem hominis vniens Deo per affectum amoris. Spes autem, & fides, faciunt hominem inhærere Deo, sicut cuidam principio, ex quo aliqua nobis proueniunt. De Deo autem prouenit nobis & cognitio veritatis, & adeptio perfectæ bonitatis. Fides ergo facit hominem Deo inhærere, in quantùm est nobis principium cognoscendi veritatem: credimus enim ea vera esse, quæ nobis à Deo dicuntur. Spes autem facit Deo adhærere, prout est in nobis principium perfectæ bonitatis, in quantùm scilicet per spem diuino auxilio innitimur ad beatitudinem obtinendam. *Vno verbo*: Per fidem Y habemus notitiam Dei: per spem eleuamur in ipsum: sed charitate vnimur ei. *Et alibi docemur, quòd* Fides Z inhæret primæ Veritati, spes summæ majestati, *Charitas diuinæ bonitati. Verumtamen* charitas A alio modo se habet ad bonitatem, quàm spes ad majestatem &c. quia charitas de sui ratione importat vnionem, spes autem distantiam &c. *Quòd si fidem cum charitate conferamus:* Fides B est perfectio intellectus, cujus operatio consistit in hoc, quòd res intellectæ aliquo modo sunt in ipso: Charitas autem est perfectio voluntatis, cujus operatio consistit in hoc, quòd voluntas in ipsam rem tendit. Vnde per charitatem homo in Deo ponitur, & cum eo vnum efficitur: per fidem autem ipsa diuina ponuntur in nobis. *Ex quo & fides potest dici forma virtutum, & charitas.* Fides C est forma virtutum, in quantùm sunt à nobis cognoscibiles; quid enim sit virtuosum, vel contra virtutem, per fidem cognoscimus: sed in quantùm virtutes sunt operatiuæ, per charitatem informantur. *Postremò fides necessitatem, dignitatem & meritum ostendit Dominus* Ioan. 5. *cum ait*: Qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam. *Vbi Author*: Vita *inquit* intellectualis D perficitur in vera cognitione diuinæ Sapientiæ, quæ est vita æterna, Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum*

P Ephes. 2. l. 3. ibi, non ex vobis. Rom 1. l. 5. ibi, fides vestra. Ad Gal. 3. l. 3. Col. 1. l. 2. Ver. 14. 2. ad 8 & 3. 8. 4. 7. ad 4.

Fides fundamentum totius spiritualis ædificij.

Q 2. 2. loc. cit.

Formata tamen charitate, sine qua fundamentum esse non potest.

R 2. 2. 4. 7. in corp. 1. 2. 62. 4. In 3. d. 23. 2. 5. Virt. 4. 3.

Prima inter omnes virtutes per se,

Non ita per accidens.

De fidei primatu mystica expositio.

S Matth. 1. lit. b. ibi.

T 2. 2. 65. 4. in Sed contra.

V 2. 2. 62. 4. c. & ad 3. & loc. cit. lit. R.

Duplex ordo, generationis, & perfectionis.

Primo ordine fides præcedit spem & charitatem.

Secundo charitas vtramque.

Charitas omnium virtutū mater & radix.

X 2. 2. 17. 6. c.

Qualiter distinguantur fides, spes, charitas.

Y Colos. 1. l. 3. sub initio.

Z De Virt. 4. 4. ad 14.

A Ibid. ad 15.

Differentia inter fidem & charitatem.

B Pot. 6. 9 ad 3.

Per charitatem homo in Deo; per fidem, diuina in nobis ponuntur.

C Virt. 2. 3 ad 11. & 2. 2. 8. 3. & 9. 9. 4. 3.

Fides & charitas diuersimodè forma virtutum?

D Io. 5. l. 4 lit. c. ibi.

Deum,

Digitized by Google

Ad nullam sapientiam potest homo peruenire, nisi per fidem.

Deum, & quem misisti Iesum Christum. Sed ad nullam sapientiam potest homo peruenire, nisi per fidem; vnde & in scientijs nullus ad sapientiam peruenit, nisi priùs fidem adhibeat dictis à magistro. Si ergo nos volumus ad illam vitam sapientiæ peruenire, oportet nos per fidem credere ea, quæ ab illa nobis proponuntur, Hebr. 11. *Credere oportet accedentem ad Deum* &c. (*Quòd facit illud Petri ad Christum Ioan. 6.* Verba vitæ æternæ habes: & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei. *Etenim* prius est E credere, quàm cognoscere: & ideò, si priùs cognoscere, quàm credere vellemus, non cognosceremus, nec credere valeremus; *Is. 28.* secundùm aliam literam: *Nisi credideritis, non intelligetis.*) Et ideò Dominus congruè modum perueniendi ad vitam ostendit esse per fidem, dicens: *Qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me:* vbi ponit meritum fidei; deinde ponit præmium: *habet vitam æternam.* Quasi dicat: *Qui credit*, scilicet per fidem, *habet vitam æternam*, quæ consistit in plena Dei visione. Et dignum est, vt qui credit propter Deum his, quæ non videt, perducatur ad plenam eorum visionem. *Vnde dicitur Ioann. 20.* Hæc autem scripta sunt, vt credatis: & vt credentes, vitam habeatis in nomine ejus. *Quod & initio dicebat Author*: Fides F prælibatio quædam est illius cognitionis, quæ nos in futuro beatos facit, *in clara Dei visione consistens. Neque enim alia est ad Cœlum via præter fidem, Is. 30.* Hæc est via; ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexteram neque ad sinistram. *Idcircò missis ab impio Antiocho viris generosè respondit Mathathias 1. Machab. 2.* Non audiemus verba Regis Antiochi, nec sacrificabimus, transgredientes legis nostræ mandata, vt eamus altera via. *De quo fusiùs in seqq. DISCE ita viam salutis excurrere, vt quod fide credis, visione comprehendas.*

E Io. 6. l. 8. lit. d, f.

Iustum est, vt qui in via credit quæ non videt, perducatur ad eorum visionem in Patria.

F Opusc. 3. c. 2. Opusc. 6. §. 1. sub initio.

III. Tota fidei cognitio versatur circa diuinitatem Trinitatis, & humanitatem Christi. Nec mirum: quia Christi humanitas via est, qua ad diuinitatem peruenitur. *Opusc. 3. cap. 2.*

n **F**Idem esse homini necessariam ad salutem, satis Num. præced. ostensum est. *Et quidem* ab ipsa G prima institutione natura humana est ordinata in finem beatitudinis, non quasi in finem debitum homini secundùm naturam ejus, sed ex sola diuina liberalitate: & ideò principia naturæ non sufficiunt ad finem illum consequendum, nisi fuerint adjuta donis superadditis ex diuina liberalitate. *Vnde* ad perueniendum in finem supernaturalem in statu viæ indigemus fide, qua ipsum finem cognoscamus, ad quem cognitio naturalis non attingit. (*Vide fusiùs H.*) *Ea propter dicebat Apostolus Hebr. 11.* Sine fide impossibile est placere Deo: credere enim oportet accedentem ad Deum &c. *Quia videlicet* nullus I potest Deo placere, nisi accedat ad ipsum, Iac. 4. *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis*; & Psalm. 33. *Accedite ad eum, & illuminamini:* sed nullus accedit ad Deum, nisi per fidem, quia fides est lumen intellectus, ergo nullus potest Deo placere, nisi per fidem. *Accedentem* autem per fidem *oportet credere* Domino. Sicut enim videmus in quolibet motu naturali, quòd oportet, quòd mobile ex motu duo intendat, ne motus sit frustra, scilicet aliquem certum terminum, & certam causam quare moueatur; priùs autem est terminus, quàm effectus motus consequatur: Sic etiam in motu, quo aliquis accedit ad Deum, terminus motus est ipse Deus. Vnde dicit: *oportet credere accedentem, quia est:* quod dicit propter ejus æternitatem, Exod. 3. *Qui est, misit me.* Secundò quòd sciat, quòd Deus habeat prouidentiam de rebus: aliter enim nullus iret ad ipsum, si non speraret aliquam remunerationem ab ipso. Vnde dicit: *& inquirentibus se remunerator sit*, Isa. 40. *Ecce Dominus veniet, ecce merces ejus cum eo.* Merces autem est illud, quod homo quærit in labore, Matth. 20. *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Quæ merces nihil est aliud, quàm Deus: quia nihil extra ipsum debet homo quærere, *Genes. 15.* Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. (*Quam solam & ipse Sanctus Author noster petebat:* Non aliam, nisi te, Domine.) *Quibus Apostoli verbis concordat & ipse Dominus* Ioan. 6. *cum ait:* Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. *Neque enim ad Deum, neque ad Patriam valent fide carentes peruenire beatam. Quæ quidem per terram promissionis figurata est, in quam non introierunt increduli, vt refert Apostolus* Hebr. 3. *dicens*: Quibus autem jurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt? *Vbi Author*: De terra L promissionis dicit: *Quibus autem jurauit*; idest, firmiter statuit, *non introire in requiem ipsius, nisi illis, qui fuerunt increduli*, verbis scilicet exploratorum. Vnde patet, quòd propter incredulitatem non potuerunt intrare. *Ex quo in vtroque testamento necessaria ad salutem est fides, per quam & Iudæi saluati sunt, & nos saluamur.* Nullus enim M justificatur, nisi per justitiam Christi: quæ quidem est per fidem ipsius, secundùm illud Rom 3. *Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes, qui credunt in eum.* In eum autem crediderunt homines, non solùm qui sunt post ejus incarnationem, sed etiam qui ejus incarnationem præcesserunt. Sicut enim nos credimus eum natum & passum: ita ipsi crediderunt nasciturum, & passurum; vnde eadem est fides nostra, & eorum, 2. Cor. 4. *Habentes eundem spiritum fidei &c.* Quem scilicet N antiqui habuerunt: quia, licèt tempora mutata sint, spiritus tamen & fides non est mutata: nisi quòd illi credebant Christum venturum & passurum: nos autem credimus, ipsum venisse, & passum fuisse. Et hic spiritus est Spiritus Sanctus, qui est spiritus fidei. *Igitur*, sicut O antiqui Patres saluati sunt per fidem Christi venturi: ita & nos saluamur per fidem Christi jam nati & passi. *Hinc Apostolus plures enumerat antiquorum, fide hac operantes, & hac fide saluatos, vt per totum caput* ad Hebr. 11. *videre est. Nec Iudæis tantummodo, sed &* multis P Gentilium facta fuit reuelatio de Christo, vt patet per ea, quæ prædixerunt. Nam Iob 19. dicitur: *Scio, quòd Redemptor meus viuit.* Sibylla etiam prænunciauit quædam de Christo, vt *Augustinus* dicit. Inuenitur etiam in historijs Romanorum, quòd tempore Constantini Augusti, & Helenæ matris ejus, inuentum fuit quoddam sepulchrum, in quo jacebat homo, auream laminam habens in pectore, in qua scriptum erat: *Christus nascetur ex Virgine, & ego credo in eum. O' Sol, sub Helenæ & Constantini temporibus iterum me videbis.* Si qui tamen saluati fuerunt, quibus reuelatio non fuit facta, non fuerunt saluati absque fide Mediatoris: quia, etsi non habuerunt fidem explicitam, habuerunt tamen fidem implicitam in diuina prouidentia, credentes Deum esse liberatorem hominum secundùm modos sibi placitos, & secundùm quod aliquibus veritatem cognoscentibus spiritus reuelasset, *secundùm illud Iob 35.* Qui docet nos super jumenta terræ. *Et hinc etiam* necesse est Q dicere, quòd Angelus ante confirmationem habuit fidem, & similiter homo ante peccatum. *Et quamuis* in statu R primæ conditionis non erat auditus ab homine exteriùs loquente, à Deo tamen erat interiùs inspirante: sicut & prophetæ audiebant, secundùm illud Psalm. 84. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.*

G Ver. 14. a. 10. ad 2. & 3. & 2. 2. 2. 3. ad 1.

Natura humana ordinatur ad beatitudinem, non quasi in finem debitum, sed ex diuina liberalitate; ex quo fide indigemus.

H 2. 2. 2. 3. c. In 3. d. 24. 1. 3. q. 1. Ver. 14. 10. Op. 70. §. 1. post præam. q. 1. a. 1. ad 3. Op. 6. §. 1. & in cont. G. c. 5. & lib. 3. c. 118. & 152.

I Hebr. 11. l. 2. ibi.

Sine fide non potest ad Deũ accedi, neque ad beatam Patriam perueniri.

L Hebr. 3. l. 3. ibi.

Fides in vtroque Testamẽto ad salutem necessaria.

M Rom 5. l. 5. ibi, in justificationem. & cap. 1. l. 6. ibi, ex fide in fidem. Hebr. 11. l. 2. fi. & 1. 2. 107. 1. & 2. 2. a. 6. In 3. d. 23. 2. 4. q. 2. In 4. d. 1. 1. 2. q. 5. c. Ver. 14. 12.

Et eadem vtrobique.

N 2. Cor. 4. l. 4. ibi.

O 3. p. 61. a. initio c. & 68. 1. c.

P 2. 2. 2. 7. ad 3. In 3. d. 25. 2. 2. q. 2. ad 3.

Multis etiam Gentilium reuelatio de Christo facta est.

Vel Irenes, vt notat Bañes ibi.

Etiam ij, quibus non est reuelatio facta, si qui saluati sunt, absque fide Mediatoris, saltem implicita, non saluabantur.

Q 2. 2. 2. 5. 1. c. & q. 2. 7. c.

Angelus ante confirmationem, & homo ante peccatum, habuere fidem.

R 2. 2. 2. 5. 1. ad 3.

Digitized by Google

ſeruile poſſet dici opus latriæ, quod pertinet ad Dei ſeruitium. Si autem ſic intelligatur opus ſeruile, non prohibetur in die Sabbati: quia hoc eſſet contrarium fini obſeruationis Sabbati. Homo enim ad hoc ab alijs operibus abſtinet in die Sabbati, vt vacet operibus ad Dei ſeruitutem pertinentibus. Et inde eſt, quòd ſicut dicitur Ioann. 7. *Circumciſionem accipit homo in Sabbato, vt non ſoluatur lex Moyſi.* Inde etiam eſt, quòd ſicut dicitur Matth. 12. *Sabbatis Sacerdotes in Templo Sabbatum violant*; ideſt, corporaliter in Sabbato operantur, *& ſine crimine ſunt*. Et ſic etiam Sacerdotes in Sabbato circumferentes Arcam non tranſgrediebantur præceptum de Sabbati obſeruatione. Similiter etiam nullius ſpiritualis actus exercitium eſt contra obſeruantiam Sabbati, putà ſi quis doceat verbo vel ſcripto. Vnde ad *Num.* 28. dicit gloſſa: *Fabri & huiuſmodi artifices ociantur in die Sabbati: Lector autem diuinæ legis, vel Doctor, ab opere ſuo non deſinit; nec tamen contaminatur Sabbatum: ſicut Sacerdotes in Templo Sabbatum violant, & ſine crimine ſunt.* Sed alia opera ſeruilia, quæ dicuntur ſeruilia primo vel ſecundo modo, contrariantur obſeruantiæ Sabbati, in quantùm impediunt applicationem hominis ad diuina. Et quia magis homo impeditur à rebus diuinis per opus peccati, quàm per opus licitum, quamuis ſit corporale: ideò magis contra hoc præceptum agit qui peccat in die feſto, quàm qui aliud corporale opus licitum facit. Vnde *Auguſtinus* dicit in lib. de 10. chordis: *Meliùs faceret Iudæus in agro ſuo aliquid vtile, quàm ſi in theatro ſeditioſus exiſteret. Et meliùs fœminæ eorum die Sabbati lanam facerent, quàm quòd tota die in Neomenijs ſuis impudicè ſaltarent.* Non enim qui peccat venialiter in Sabbato, contra hoc præceptum facit: quia peccatum veniale non excludit ſanctitatem. Opera autem corporalia ad ſpiritualem Dei cultum non pertinentia, in tantùm ſeruilia dicuntur, in quantùm propriè pertinent ad ſeruientes: in quantùm verò ſunt communia ſeruis & liberis (*nota*) ſeruilia non dicuntur. Quilibet autem tam ſeruus, quàm liber, tenetur in neceſſarijs prouidere, non tantùm ſibi, ſed etiam proximo, præcipuè quidem in his, quæ ad ſalutem corporis pertinent, ſecundùm illud Prou. 24. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem:* ſecundariò autem etiam in damno rerum vitando, ſecundùm illud Deuter. 22. *Non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis: ſed reduces fratri tuo.* Et ideò opus corporale, pertinens ad conſeruandam ſalutem proprij corporis, non violat Sabbatum. Non eſt enim contra obſeruantiam Sabbati, quòd aliquis comedat, & alia huiuſmodi faciat, quibus ſalus corporis conſeruatur. Et propter hoc Machabæi non polluerunt Sabbatum pugnantes ad ſui defenſionem die Sabbati, vt legitur 1. *Mach.* 2. Similiter nec etiam Elias fugiens à facie Iezabel in die Sabbati, 3. *Reg.* 19. Et propter hoc etiam Dominus *Matth.* 12. excuſat diſcipulos ſuos, qui colligebant ſpicas in die Sabbati propter neceſſitatem, quam patiebantur. Similiter opus corporale, quod ordinatur ad ſalutem corporalem alterius, non eſt contra obſeruantiam Sabbati; vnde dicitur Ioann. 7. *Mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in Sabbato?* Similiter etiam opus corporale, quod ordinatur ad imminens damnum rei exterioris vitandum, non violat Sabbatum; vnde dicit Dominus *Matth.* 12. Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & ſi ceciderit hęc Sabbatis in foueam, nonnè tenebit & leuabit eam? *Vnde & cohærenter ſub B. Pontifice* Pio V. *affertur Sacræ Congregationis declaratio in hæc verba:* Congregatio Concilij cenſuit licere diebus feſtis dare operam rebus ad victum neceſſarijs, ac tempore perituris, pręſertim tempore vindemiarum, & meſſium, ac recollectionis fructuum: vel vbi neceſſitas vrgeat, aut ſuadeat pietas. *De mulieribus autem, quæ in die Sabbati* Marc. 14. *videntur emiſſe aromata ad Chriſti corpus inungendum, docemur, quòd non Sabbato, ſed feria* ſexta P parauerunt aromata, videntes, quòd non ſufficerent quę per Nicodemum parata erant, & Sabbato ſecundùm legem quieuerunt, & tranſeunte Sabbato, emerunt aromata; ideſt, empta parauerunt; vel etiam alia ſuperemerunt, videntes non ſufficere quę priùs feria ſexta parauerant, & venerunt ad monumentum. Vel (ſecundùm quoſdam) opera miſericordię non reputantur inter opera ſeruilia: vnde in die ſolemni licebat aromata ad ſepulturam pręparare, quia hoc erat opus miſericordię. *Ex quibus omnibus liquet, Chriſtum Dominum* (*qui tamen*, in quantùm Q homo, ſuberat quidem legi; in quantùm Deus, ſupra legem erat: vt ergo ſe hominem oſtenderet, ſeruabat aliquando legem, vt verò Deus legem ſoluebat: *debebant ſiquidem omnia legalia ceſſare:*) *reuera nunquam Sabbatum ſoluiſſe, quamuis vt ſupremus Dominus poſſet, ſicut videre eſt* R. *Neque in ſuperiùs adductis diſpenſari dicimus in diuino præcepto: nam, vt Verbo* Decalogus *viſum eſt*, Decalogi S præcepta ſunt indiſpenſabilia: *ſed hoc potiùs eſt, in modis quibuſdam ſpecialibus ad illorum obſeruantiam ordinatis piè, honeſtè, & congruenter judicium ferre, de hoc v. g. vel illo opere diebus feſtis exercendo: ſiue pia & ſana quædam dicatur præcepti interpretatio* (*ſicut docet Author de Machabæis, qui ad vitæ & Patriæ defenſionem* cogitauerunt pugnare in die Sabbati, *ſi hoſtes eos eſſent aggreſſi:* illa T enim *inquit* excogitatio magis fuit interpretatio pręcepti, quàm diſpenſatio:) *eo vel maximè, quòd diuina lex naturam non deſtruit, ſed immò ſuper ipſam fundatur. Sic homicidium non imputatur ad culpam, neque dicitur præcepti Decalogi tranſgreſſio, ſi vel per juſtam judicis ſententiam, vel ad propriam ſalutem cum moderamine verè inculpatæ tutelæ, aliquando ſequatur: fertur enim congruum ſanumque judicium, quòd* non prohibetur V in Decalogo occiſio ſimpliciter, ſed occiſio ejus, qui mortem pati non debuit. *Non ſecus & de operibus quibuſdam in die feſto dicendum, quemadmodum & de alijs diuinis præceptis à ſimili. Atqui modò, non piè, ſed impiè, jus diuinum de feſto colendo ita aliqui ad placitum interpretantur, vt in diebus feſtis, non aliqua opera, ſed quæcunque libent, licere jam videantur, dum & ſutores & venditores omnes, non ſecus ac in profeſtis diebus, ſua inuerecundè & impunè implent officia.*

Opera ad Dei ſeruitutem ſpectantia nō ſoluunt Sabbatum.

Neque exercitium omnis actus ſpiritualis.

Per peccatum mortale contrauenitur ſini præcepti de Sabbato.

Seruilia opera non ſunt, quæ ſunt communia ſeruis & liberis.

Non eſt ſeruile opus, quod pertinet ad ſalutem corporis propriam, & proximorum, & ad damnum rerum vitandū.

Conſequenter nec Sabbatum violat.

Sicut nec ea, quæ ad neceſſitatem ſunt.

P 4. d. 11. 1. 2. q. 3. ad 4.

Opera miſericordię inter opera ſeruilia non computantur.

Q Io 6. l. 1. l. 1. c. & cap. 5. l. 2. lit. a. In 4. d. 1. 2. 2. q. 3. ad 1.

R 1. 2. 107. 2. ad 3. & 3. p. 40. 4. ad 1. In 4. loco cit. Ioa. 5. l. 2. lit. a b.

Præcepta Decalogi in diſpenſabilia.

S 1. 2. 100. 8. In 3. d. 37. 1. 4.

T 1. 2. loc. cit. ad 4. & 1. Mach. 2 ibi.

V In 3. d. 37. 1. 4. ad 4.

a *Verumtamen non parum ingerit difficultatis quod tradit Author* 2. 2. *cit.* Quia magis homo impeditur à rebus diuinis per opus peccati, quàm per opus licitum, quamuis ſit corporale: ideò magis contra hoc præceptum agit qui peccat in die feſto, quàm qui aliud corporale opus licitum facit. *Ex quo videtur circumſtantia temporis ſacri in infinitum aggrauare peccatum: quod omnes falſum autumant. At reſpondet Magiſter* Bergomenſis *noſter in Concordantijs dictorum D. Th.* Dub. 348. *Primò, quòd* ſi quis facit aliquid indecens in tempore ſacro, tempus ſacrum, quod conſideratur, vt circumſtantia & per accidens, reſpectu actus indecentis, qui in eo ſit, poteſt conſiderari vt objectum reſpectu alterius actus actum circumſtantis, qui eſt contemnere tempus ſacrum, *vti docet Author* X. (*Quod tangit & Magiſter* Ioannes à S. Thoma *in ſua Summula* P. 2. *cap.* 3. *fi.*) *Secundò reſpondet, quòd* pręceptum de ſanctificatione Sabbati, myſticè, ideſt quoad ceſſationem à peccatis, & quo ad quietem mentis in Deo, eſt pręceptum generale: ſed vt per ipſum prohibentur ad literam opera ſeruorum, ideſt opera mechanica, eſt pręceptum ſpeciale: *& hoc ex doctrina Authoris in eod. artic.* 2. 2. *cit. vbi ait:* Similiter Y ceremoniale eſt ſecundùm allegoricam ſignificationem: & ſimiliter ſecundùm

Quomodo intelligatur Author, docens, magis tranſgredi præceptum feſti qui peccat, quam qui opus corporale facit.

Petrus Bergomenſis.

X Ma. 2. 6. ad 2.

Ioannes à S. Thoma.

Y 2. 2. 122. 4. ad 1.

mora-

Digitized by Google

moralem ſignificationem, prout ſignificat ceſſationem ab omni actu peccati, & quietem mentis in Deo: & ſecundùm hoc quodammodò eſt præceptum generale.

Cajetanus.

Item reſpondet Cajetanus *in Comment. ad cit. art. 2. 2. quòd* cum duo in hoc præcepto concurrant, ſcilicet finis, & id quod eſt ad finem: & finis ſit duplex, intrinſecus & extrinſecus (cultus enim interior eſt finis extrinſecus, cultus exterior, putà audire Miſſam, eſt finis intrinſecus: ceſſare ab operibus ſeruilibus eſt id, quod eſt ad finem:) & cum finem extrinſecum, cultum videlicet interiorem, conſtet non cadere ſub præcepto, vt in litera dicitur, ſed ſolùm exteriorem cultum, & ceſſationem à ſeruilibus operibus, conſequens eſt, vt id ſolùm cadat ſub præcepto ad literam, quod contrariatur directè exteriori cultui. Hoc autem eſt opus ſeruile. Vnde & ipſe Author (*poſt pauca*) in 3. ſent. d. 37. dicit, quòd *opera* Z *ſeruilia myſticè intelliguntur peccata*. Et hic *in reſp. ad* 1. reſpondendo ad *Ambroſij* authoritatem, quòd *lex in Sabbato hominem peccatis grauari prohibet*, dicit, quod ceſſare à peccato pertinet ad ſenſum myſticum moralem hujus præcepti, *vt prætactum eſt*.

Z 3. d. 37. 1. 3. § 2. q. 1. 2. & 2. 2. loc. cit. & 4. d. 3 a. 1. 5 q. 2. in 1. Sed contra. & in cap. Matth. 12. lit. a.

b *Quoad præcepti verò finem, qui eſt diuinus in die feſto cultus (quod eſt, feſtum ſanctificare) ex Eccleſiæ mandato præcipitur deuota Miſſæ auditio, ſiue incruento Altaris ſacrificio aſſiſtentia: de qua V.* Miſſa. *Et hoc eſt, quod docet Author, diebus feſtis nos occupari debere*. Primò in faciendis A ſacrificijs, vnde Num. 8. dicitur, quòd Deus præcepit, quòd quolibet die vnus agnus manè, & alius veſpere debeat offerri, ſed in Sabbato debent duplicari: & ſignificat, quòd in Sabbato (*hoc eſt, feſto die*) debemus offerre Deo Sacrificium & de omnibus quæ habemus, 1. Paral. 29. *Tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi*. Vnde primò debemus vltrò offerre animam noſtram, dolendo de peccatis, Pſalm. 50. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus*: & orando pro beneficijs, Pſal. 140. *Dirigatur Domine oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo*. Factus eſt enim dies feſtus ad habendam lætitiam ſpiritualem (*non ineptam* B *lætitiam, quæ filia gulæ eſt, in comeſſationibus*) quam facit oratio; vnde & tali die multiplicari debent preces. Secundò corpus noſtrum debemus affligere: & hoc, jejunando (*quod intellige in ſolemnium feſtorum vigilijs, non in feſtis ipſis, præſertim die Dominica*: Sunt enim C quandoque dies, *inquit alibi Author*, in quibus non eſt licitum jejunare; vnde *Auguſtinus* in Epiſtola ad Caſulanum dicit: *Quiſquis diem Dominicum jejunio decernendum eſſe putaret, non paruo ſcandalo eſſet Eccleſiæ*. Nec immeritò: illis enim diebus, quibus nihil certi ſtatuit Eccleſia, vel Scriptura diuina, mos populi Dei, & inſtituta majorum pro lege tenenda ſunt. Et in Decretis dicitur *diſt.* 30. Si quis propter publicam pœnitentiam à Sacerdote acceptam, abſque alia neceſſitate die Dominica pro quadam religione jejunauerit, ſicut Manichæi, anathema ſit. *Hinc die Natali Domini in feriam ſextam incidente vel Sabbatum, in eſu carnium fideles pia Mater Eccleſia diſpenſat*.) Rom. 12. *Vt exhibeatis membra veſtra hoſtiam viuentem Deo &c.* Et Deum laudando, Pſal. 49. *Sacrificium laudis honorificabit me*; vnde in tali die cantus multiplicantur. Tertiò res noſtras ſacrificare: & hoc, dando eleemoſynas, Hebr. 13. *Beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtijs promeretur Deus*: & hoc, in duplo magis quam in alijs diebus, quia tunc eſt communis lætitia: *Mittite partes his, qui non præparauerunt ſibi, quia ſanctus dies Domini eſt, & nolite contriſtari*, vt dicitur 2. Eſdr. 8. *Secundò* occupari debemus in verborum Dei ſtudijs, ſicut & Iudæi faciunt, Act. 2. *Voces prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur*: vnde & Chriſtiani, quorum juſtitia debet eſſe perfectior, debent tali die conuenire ad prædicationes, & ad officium Eccleſiæ, Ioann. 8. *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit*. Item loqui debemus vtilia, Epheſ. 4. *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem*: iſta enim duo vtilia ſunt animæ peccatoris, quia immutant cor ejus in melius, Ierem. 23. *Verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram*. Contrarium autem accidit etiam perfectis non loquentibus vtilia, vel audientibus, 1. Cor. 15. *Corrumpunt mores bonos colloquia mala*; & Pſal. 118. *In corde meo abſcondi eloquia tua*: Eloquium enim Dei inſtruit ignorantem, Pſal. eod. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis*: & inflammat tepeſcentem; *Eloquium Domini inflammauit eum*, Pſalm. 104. *Tertiò* occupari debemus in diuinorum exercitijs: hoc autem perfectorum eſt, Pſal. 45. *Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus*; & hoc propter quietem animæ: ſicut enim corpus fatigatum quietem deſiderat, ita & anima. Locus autem animæ Deus eſt, *Sap.* 8. Intrans in domum meam, conquieſcam cum illa, *ſcilicet ſapientiæ; hoc enim ſignificatur per Sabbatum, quod eſt* requies; *vnde dicitur ad Hebr.* 4. Itaque relinquitur Sabbatiſmus populo Dei. *Hinc & Ioannes Apoſtolus Apoc.* 1. Fui *inquit* in ſpiritu in Dominica die: *videlicet*, quæ D eſt tempus aptum contemplationi, quia tunc debet ceſſare homo ab opere exteriori, & vacare orationi & contemplationi: & propter hoc inſtituta ſunt feſta.

Quibus operibus vacandum in diebus feſtis.

A Opuſ. 4. de tertio præc. § 3.

B Ma. 14. 4. & 2. 2. 148. 5. & 6.

In ſolemnibus feſtis, præſertim Dominicis diebus, non jejunandum.

C Rom. 14. l. 1. ibi, omnem diem.

D Apoc. 1. com. 2. ibi.

Quæ cuncta vno verbo expreſſit initio Author ſuper illud Ierem. 17. Sanctificate Sabbatum; *ſcilicet*, vt bonis operibus vacetis: *quod eſt finis præcepti de obſeruantia feſtorum: ideò enim jubemur ab operibus ſeruilibus abſtinere, vt in ſpiritualibus Deo vacemus. Et ita faciebat Regius Propheta: vt enim inſtruimur*, Dauid E ſpecialem deuotionem habebat in feſtis celebrandis: & aliquid faciebat ſpeciale ad laudem Dei; *vnde & Pſal.* 118. *canebat ad Dominum*: Septies in die laudem dixi tibi. *Frequenter quippe Deum, diebus præſertim feſtis, laudare debemus* propter F peccatorum noſtrorum abundantiam, *ſaltem venialium, quæ in dies committimus, juxta illud Prou.* 24. Septies cadet juſtus: *vt nimirùm iteratas culpas diuinis frequentatis laudibus compenſemus; vnde dicitur If.* 23. Benè cane (*hoc eſt, ad laudem Dei, non hominum*) frequenta canticum.

Quis hujus præcepti finis.

Dauidis in feſtis celebrandis deuotio.

E 1 1 8 lit. a. ſub initio.

F Iſ. 23 ſi.

c *Atqui oppoſitum fit modò à fidelibus minùs pijs, de quibus 2. Pet. 2. dicitur*: Voluptatem exiſtimantes diei delicias: coinquinationes & maculæ delicijs affluentes, in conuiuijs ſuis luxuriantes &c. *Quæ verba Author exponens*: Moraliter *inquit* modò G in diebus feſtis magis vacatur delicijs, & crapulis, & ebrietatibus, quaſi hoc eſſet in honorem Sanctorum, & in exultationem diei feſti. *Vnde Auguſtinus*: Comeſſationes & ebrietates ita conceſſæ & licitæ putantur, vt in honorem Martyrum celebrentur (*vti paſſim in mercatibus, ſiue nundinis ad Eccleſias Sanctorum, quorum feſta celebrantur, experimur*:) quæ fœditas non tam flagitioſa eſt, quàm ſacrilega. *Et hodie quidem non pauci plurimum obſequij ſe Deo exiſtimant impendiſſe, ſi vel vnico ſacro in feſtiuitatibus aſſiſtunt, ſecundùm illud Eccli.* 33. Dies feſtos celebrauerunt ad horam: *feſtus etenim dies, non ad Deum colendum, ſed ad diabolo ſacrificandum & Mundo, cupidiùs expectatur, Deuter.* 32. Immolauerunt dæmonijs, & non Deo. *Dies inquam feſtus deſideratur à mulieribus, vt ab acus colique opere ociantes, linguæ detractione domi, vel extra, tempus terant: aut è feneſtris curioſa oculorum euagatione horas inſumant, aut in Eccleſijs garriant. Deſideratur à puellis, vt amaſium in Templo faciliùs inſpectent & inſpectentur; literas, munuſcula (vetulabus & ancillis miniſtris) accipiant, nec rarò alloquantur. Ab alijs fœminis, vt vano decore viros alliciant & pelliciant, veſtiumque ſumptuoſo jam intolerando apparatu ſuperbiant: mane in hoc totum ad ſpeculum conſumentes, ita vt vel poſtremo vt plurimum*

Moralitas.

G 2. Pet. 2. ibi.

Qualiter à mulieribus modò dies feſta colantur.

Digitized by Google

[illegible] Sacro, vel ſaltem non aſſiſtendi ſeſe periculo exponat. Neque putent, *ſe poſſe cum pia Iuditha excuſare, de qua cap. 10. legitur, quòd* Exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ, & lauit corpus ſuum, & vnxit ſe myro optimo, & diſcriminauit crinem capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ, induitque ſandalia pedibus ſuis, aſſumpſitque dextraliola & lilia & inaures & annulos, & omnibus ornamentis ſuis ornauit ſe. *Hæc namque feciſſe caſtiſſima fœmina ex ſpeciali Dei inſtinctu credenda eſt, vt per eam filios Iſrael ab Aſſyrijs Bethuliam inuadentibus eriperet: quod & euenit. Vnde & mox ſubjicitur:* Cui etiam Dominus contulit ſplendorem: quoniam omnis iſta compoſitio, non ex libidine, ſed ex virtute pendebat, & ideò Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret. *Nec enim vnquam ad laſciuiam aut vanitatem ornare ſe conſueuerat, neque virorum conſpectibus per vrbem circumvagando apparere: quinimmò* fecerat ſibi (*cap. 8*) ſecretum cubiculum, in quo clauſa morabatur, & habens ſuper lumbos ſuos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitæ ſuæ. *Ex quo (Author)* Iudith inquit laudatur H propter affectum, quem habuit ad ſalutem populi, pro qua periculis ſe expoſuit. *Videant jam modernæ mulieres, num eo fine ſe [illegible], Templa præſertim ingredientes, vt cum Iuditha de Holoferne, hoc eſt, de Satana triumphent: an potiùs, vt diabolus de illis & per illas triumphum agat.*) *Viri autem feſtum expectant diem, vt in comeſſationibus, ebrietatibus, ludis, & luxurijs, non ſine graui vt plurimum familiæ detrimento, integrum percurrant. [illegible], quàm veri Dei, ut hic Bacchi feſta celebrantur, id eſt* Bacchanalia (*quæ & Dionyſia feſta dicuntur*) in quibus viri per noctem fœminis, & teneræ ætati, turpiter admiſcebantur per dolum *poſt longas comeſſationes & pocula. Vel ſacra referit venerantur* Veneris & Priapi, *de quibus Author mentionem facit* I. *Hæc inquam ſunt feſta, quæ colunt. Et ita fini præcepti de feſto colendo ex diametro oppoſitum operantur: neque enim à ſeruilibus operibus nos [illegible] in fide aſſumendum vt peccato ſeruiamus & diabolo* (Qui facit peccatum *Ioan. 8.* ſeruus eſt peccati: *Et à quo quis ſuperatus eſt* 2. *Petr. 2.* huius & ſeruus eſt.) *ſed vt Deum, qua par eſt pietate & deuotione, ſpiritualibus exercitijs percolamus, & in Sanctis ſuis mirabilem glorificemus. Eapropter, non ſecus ac Iudæorum, odit Dominus feſtiuitates noſtras, juxta illud Iſ.* 1. Neomeniam & Sabbatum & feſtiuitates alias non feram: iniqui ſunt cœtus veſtri (*in Eccleſijs*) Calendas veſtras, & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea: facta ſunt mihi moleſta: laboraui ſuſtinens. *Suſtinens inquam tot peccata, quæ in die præſertim feſto perpetrantur, ſecundùm illud Pſal.* 129. Si iniquitates obſeruaueris, Domine: Domine, quis ſuſtinebit? *Quaſi diceret:* Quis ſuſtinebit, *niſi tu, qui Deus es*, longanimis & multùm miſericors? *Hac de cauſa dicitur Io.* 2. *& alibi:* Prope erat Paſcha Iudæorum. *Non dicit*, Paſcha Domini, *ſed* Iudæorum: *quia* quandò aliqui L feſtum aliquod ſanctè & purè celebrant, dicuntur illud Domino celebrare. Cum verò nec purè nec ſanctè celebrant: non Domino, ſed ſibi ſolemnizant; vnde dicitur Iſ. 1. cit. *Solemnitates veſtras odiuit anima mea.* Quaſi diceret: Quia vobis, & non mihi celebratis, non placent mihi. Zach. 7. *Cum jejunaretis, nunquid jejunium jejunaſtis mihi?* Q. d. Non: ſed vobis. *Prauis autem operibus, quæ in dieb[us] Deo Diuiſque ſacratis admittimus, ſcandalum hæreticis ponimus & infidelibus, qui exinde catholicos ſacros ritus derident. Vnde narrat* Auguſtinus, quòd quia M Iudæi, omiſſis diuinis, in Sabbatis magis inutilibus rebus vacabant, ideò eos Seneca (*qui Gentilis erat*) deriſit, *vt dicitur Thren.* 1. Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt Sabbata eius. *Sed & noſtro tempore accidit quod legitur 2. Mach. 6.* Neque autem Sabbata cuſtodiebantur, neque dies ſolemnes patrij ſeruabantur: *[illegible] inter fideles* pauci N ſunt, qui feſta ſpiritualiter celebrant: *plurimi temporaliter. Quare cauſa dicebat Dominus Io. 7.* Vos aſcendite ad diem feſtum hunc (*Scenopegiæ*) ego autem non aſcendam; *& repetit*, ad diem feſtum iſtum, *qualiter ſcilicet vos eum celebratis.* *Q. d.* Vos O qui gloriam Mundi quæritis, *aſcendite ad diem feſtum hunc*, id eſt ad feſta lætitiæ temporalis. *Ego autem non aſcendam ad diem feſtum iſtum*, ſed ad diem feſtum ſolemnitatis æternæ, *& ſpiritualis lætitiæ.* Mundani enim (*[illegible]*) habent feſta temporalia, ſcilicet gaudere & epulari, & hujuſmodi exteriores delicias, Iſ. 22. *Vocabit Dominus in die illa ad fletum & ad planctum* (pœnitentiæ *videlicet, profanata diebus feſtis* [illegible]) *& ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, & jugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum.* Sancti verò habent feſta ſpiritualia, quæ in delectationibus ſpiritus conſiſtunt: *Reſpice Sion ciuitatem ſolemnitatis noſtræ*, Iſaiæ 33. *Vbi & illud notandum, quòd* quando P dies feſtus agitur ſanctè, ſemper Dominus eſt in eo feſto; Matth. 18. *Vbicumque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ſum.* Quando verò non ſanctè agitur feſtum, tunc non venit Ieſus; *Ego autem non aſcendam. At caueant diei feſti violatores, & videant quid eis minetur Dominus Exod. 31.* Cuſtodite Sabbatum meum: ſanctum eſt enim vobis. Qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi ſui. *DISCE ità dies hic feſtos percolere, vt perenne detur beatitudinis feſtum celebrare. Vide*, Eccleſia.

FICTIO. Vide EVCHARISTIA, POENITENTIA, SACRAMENTVM.

FIDES INFVSA.

II. Fides prælibatio quædam eſt illius cognitionis, quæ nos in futuro beatos facit. *Opuſc. 3. cap. 1.*

Id N*On humanam hîc fidem deſcribimus falſitati obnoxiam, ſed fidem diuinam, hoc eſt, humano intellectui à Deo infuſam, ad credenda diuina, quæ [illegible] homines ratione attingere naturaliter non valet. Sanè, quamuis dicat Apoſtolus Rom.* 1. Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur; *& Sap.* 13. A magnitudine ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter poterit Creator horum videri: *quod eſt (vt ajunt) à poſteriori Deum noſſe: à longe tamen hoc pacto eum cognoſcimus; vnde dicitur Iob* 36. Omnes homines vident eum, *[illegible]*: vnuſquiſque intuetur procul. *Et ratio adducitur:* Creaturæ enim Q per quas naturaliter cognoſcitur Deus, in infinitum ab ipſo diſtant. Et quia in his, quæ procul videntur, facilè viſus decipitur: idcircò ex creaturis in Deum cognoſcendum tendentes, in errores multiplices inciderunt; vnde *Sap.* 14. dicitur, quòd creaturæ *factæ ſunt in tentationem animabus hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium*; & Pſal. 64. *Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.* Et ideò Deus humano generi aliam tutam viam cognitionis prouidit, ſuam notitiam per fidem mentibus hominum infundens; vnde dicitur 1. Cor. 2. *Quæ Dei ſunt nemo cognouit, niſi Spiritus Dei: nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſuum.* Et hic eſt ſpiritus, quo efficimur credentes, 2. Cor. 4. *Habentes eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt:* Credidi, propter quod locutus ſum; *& nos credimus, propter quod & loquimur.* Sicut ergo naturalis cognitionis principium eſt creaturæ notitia à ſenſu accepta; ita cognitionis deſuper datæ principium eſt primæ Veritatis notitia, per fidem infuſa.

Digitized by Google

Diffinitio fidei, & ejus expositio.

R Hebr. 11. l. 1. Rom. 1. l. 6. Op. 3. c. 1. Op. 6. 3.. & a. 1. 9. 4. 1.

Credere est actus intellectus determinati ad vnum ex imperio voluntatis.

Objectum fidei Veritas prima, & quomodo.

fusa. Diffinitur autem fides ab Apostolo Hebr. 11. *his verbis*: Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. *Quocirca sciendum, quòd* actus R fidei est credere: qui est actus intellectus determinati ad vnum ex imperio voluntatis. Vnde credere est cum assensu aliquid cogitare, vt dicit *Augustinus in lib. de prædest. Sanct.* Et ideò objectum fidei & finem voluntatis oportet sibi correspondere. Veritas autem prima est objectum fidei, in quo quidem consistit finis voluntatis, scilicet beatitudo; quæ differenter est in via, & in Patria: quia in via Veritas prima non est habita, & per consequens nec visa, quia in his, quæ sunt supra animam, idem est videre & habere (vt dicit *Augustinus in lib. 83. Quæst.*) sed tantùm est sperata, Rom. 8. *Quod non videmus speramus: nam quod videt quis, quid sperat?* Ergo Veritas prima non visa, sed sperata, est finis voluntatis in via, & per consequens objectum fidei, quia idem est sibi pro fine, & objecto. Finis autem vltimus simpliciter ipsius fidei in Patria, quem intendimus ex fide, est beatitudo, quæ in aperta visione Dei consistit, Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum &c.* & cap. 20. *Beati qui non viderunt & crediderunt.* Hujusmodi autem est spes fidelium, 1. Pet. 1. *Regenerauit nos in spem viuam.*

Finis fidei in via.

Finis ergo fidei in via est assecutio rei speratæ, scilicet beatitudinis æternæ; & ideò dicit: *sperandarum substantia rerum.* Illud autem quod dicitur *substantia*, potest multipliciter exponi. *Vno modo* causaliter; & tunc habet duplicem sensum.

Fides cur dicatur rerum sperandarum *substantia.*

Vnum quod est *substantia*, idest faciens in nobis substare res sperandas: quod facit duobus modis. Vno modo, quasi merendo. ex hoc enim quòd quis captiuat & submittit intellectum suum his, quæ sunt fidei, meretur, quòd aliquando perueniat ad videndum hoc, quod sperat: visio enim est merces fidei. Alio modo, quasi per suam proprietatem præsentialiter faciat, quòd id, quod creditur futurum in re, aliquo modo jam habeatur, dummodo credat in Deum. *Alio modo* exponi potest *substantia* essentialiter, quasi fides sit *substantia*, idest essentia, rerum sperandarum; vnde in Græco habetur *hypostasis rerum sperandarum*: essentia enim beatitudinis nihil aliud est, quàm visio Dei, Ioan. 17. cit. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te &c.* Ipsa ergo plena visio Dei est essentia beatitudinis. Hoc autem videmus in scientijs liberalibus, quòd si quis aliquam velit addiscere, oportet eum primò accipere principia ipsius, quæ oportet credere, cum sibi traduntur a Magistro: oportet enim credere eum qui discit, vt habetur *in 1. Prior.* & in illis principijs quodammodo continetur tota scientia, sicut conclusiones in præmissis, & effectus in causa. Qui ergo habet principia illius scientiæ, habet substantiam ejus, puta Geometriæ. Et, si Geometria esset essentia beatitudinis, qui haberet principia Geometriæ, haberet quodammodo substantiam beatitudinis. Fides autem nostra est, vt credamus, quòd beati videbunt, & fruentur Deo: & ideò, si volumus ad hoc peruenire, oportet vt credamus principia istius cognitionis. Et hæc sunt articuli fidei, qui continent totam summam hujus scientiæ, quia beatos nos facit visio Dei trini & vnius; & hic est vnus articulus, vnde hoc credimus. Et ideò dicit: *Fides est sperandarum substantia rerum.*

Et *argumentum non apparentium.*

Dicit autem, *argumentum non apparentium*: in quo tangit actum fidei circa propriam ejus materiam.

Varij intellectus actus.

Actus autem proprius fidei, etsi sit in ordine ad voluntatem: tamen est in intellectu, tamquam in subjecto, quia objectum ejus est verum, quod propriè pertinet ad intellectum. In actibus autem intellectus differentia est. Quidam enim sunt habitus intellectus, qui important omnimodam certitudinem ad completam visionem ejus, quod intelligitur: sicut patet de intellectu, qui est habitus primorum principiorum; quia qui intelligit, quòd *Omne totum est majus sua parte*, videt hoc, & est certus. Hoc etiam facit habitus scientiæ. Et sic talis habitus intellectus, & scientia, faciunt certitudinem & visionem.

Habitus primorum principiorū, scientia, dubitatio, opinio, fides, in quo distinguantur.

Quædam verò alia sunt, quæ neutrum faciunt, scilicet dubitatio & opinio. Fides verò tenet medium inter ista: quia dictum est, quòd fides facit assensum in intellectu: quod potest esse dupliciter.

Assensus intellectus dupliciter contingit;

Vno modo, quia intellectus mouetur ad assentiendum ex euidentia objecti, quod est per se cognoscibile, sicut in habitu principiorum; vel cognitum per aliud, quod est per se cognoscibile, sicut patet in scientia Astronomiæ. Alio modo assentit alicui non propter euidentiam objecti, à quo non mouetur sufficienter: vnde non est certus; sed vel dubitat, scilicet quando non plùs habet rationem ad vnam partem, quàm ad aliam: Vel opinatur, si habet quidem rationem ad vnam partem, non omnino quietantem ipsum, sed cum formidine ad oppositum. Fides autem neutrum horum dicit simpliciter: quia nec cum primis est sibi euidens, nec cum duobus vltimis dubitat; sed determinatur ad alteram partem cum quadam certitudine & firma adhæsione per quandam electionem voluntariam. Hanc autem electionem facit diuina authoritas, per quam electionem determinatur intellectus, vt firmiter inhæreat his, quæ sunt fidei, & eis certissimè assentiat. Et ideò credere est cum assensu cognoscere.

Quid propria fidei materia.

Propria ergo materia habitus fidei sunt *non apparentia*. Apparentia enim agnitionem *ex Gregorio* habent, non autem fidem.

Cur actus fidei *argumentum.*

Actus verò fidei est certa adhæsio, quam vocat Apostolus *argumentum*, accipiens causam pro effectu: quia *argumentum* facit fidem de re dubia.

Argumentum quid, & vnde dicatur.

Est enim *argumentum* ratio, rei dubiæ faciens fidem, vt dicit *Boetius*. Vel, si sequamur etymologiam nominis, qua dicitur *argumentum* quasi *arguens mentem*, tunc accipit effectum pro causa; quia ex certitudine rei prouenit, quòd mens cogatur ad assentiendum. Vnde *argumentum* dicitur *non apparentium*; idest, certa apprehensio eorum, quæ non videt.

Formalis Fidei diffinitio ex verbis Apostoli.

Quòd si quis velit verba Apostoli ad debitam formam reducere, posset dicere, quòd *Fides est habitus mentis, qua inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentibus.* Vbi enim nos *argumentum* habemus, habet alia litera *conuictio*: quia per authoritatem diuinam conuincitur intellectus ad assentiendum his, quæ non videt. Patet ergo, quòd Apostolus completè diffinit fidem, licèt obscurè.

Per hanc Fides distinguitur à cæteris, quæ ad intellectum pertinent.

Per istam enim diffinitionem distinguitur fides ab omnibus, quæ pertinent ad intellectum. Per hoc enim quòd dicitur *argumentum*, distinguitur fides ab opinione, dubitatione, & suspicione: quia per ista non habetur firma adhæsio intellectus ad aliquid. Per hoc autem, quòd dicitur, *non apparentium*, distinguitur ab habitu principiorum & scientia. Et per hoc, quòd dicitur, *rerum sperandarum*, distinguitur à fide communiter sumpta, quæ non ordinatur ad beatitudinem. *Et alibi compendiosè*: Apostolus S dicit, quòd *Fides est sperandarum substantia rerum*; quasi jam in nobis sperandas res, idest futuram beatitudinem, per modum cujusdam inchoationis subsistere faciens. *Ex quo dicitur, quòd* fides est de non visis. *Vnde & de Saulo Christi voce prostrato, sed ad fidem erecto, legimus Act. 9. quòd* apertis oculis nihil videbat. *De quo piè lusimus* T.

S Op. 3. cap. 1.

T Com. 2. Dist. 6.

Sternitur è Cœlo, captus post lumine Saulus,

Capturus fidei mox documenta sacræ.

V Prol. 1. Sent. exp. text.

Fides necessarijs rationibus nec probari potest, nec improbari.

X Op. 2. cap. 2. & 2. 2. 1. 5. & q. 2. 10. Op 70. q. 2. proœm. a. 1. ad 5. & a. 3. c. & 1. con. G c. 9. Col 2. l. 2. ibi, ne quis.

e *Hinc plurimi circa fidem errauerunt*: errantes *quidem* ex eo V quòd non eleuantur supra sensibilia, sed secundùm rationes corporales volunt de diuinis judicare. Sicut autem X fides nostra necessarijs rationibus probari non potest, quia humanam mentem excedit: ita improbari necessaria

Digitized by Google

Disputator catholicus Fidem defendat, non probet.

saria ratione non potest propter sui veritatem. Ad hoc igitur debet tendere Christiani disputatoris intentio in articulis fidei, non vt fidem probet, sed vt fidem defendat; vnde & B. Petrus *in sua prima cap. 3.* non dicit: *Parati semper* ad probationem, sed *ad satisfactionem omni poscenti &c.* vt scilicet rationabiliter ostendatur non esse falsum quod fides catholica confitetur. *Et hoc est, quod de Ecclesia dicitur Cant. 6.* Terribilis vt castrorum acies ordinata; *deinde subditur*: Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. *Terribilis*, quæ Y aduersarios non timet propter potentiam, quam habet ex diuino auxilio, & ejus inspiratione. Deinde dicit: *auerte oculos tuos*; idest, tolle rationes, secundùm quas vis me inquirere: *quia ipsi* oculi, idest rationes tuæ, *me auolare fecerunt*, eo quòd deficiunt ipsæ rationes ab inquisitione mea. Quod concordat cum eo, quod habetur in Psal. 63. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*: quia quando Deum per rationes naturales inuestigare volumus, tantò magis recedit à nobis. Bonæ autem sunt rationes ad fidem defendendam: ad fidem autem probandam sunt tollendæ. *Et quidem* rationes Z quæ inducuntur à Sanctis ad probandum ea, quæ sunt fidei, non sunt demonstratiuæ, sed persuasiones quædam, manifestantes, non esse improbabile quod in fide proponitur. Vel procedunt ex principijs fidei, scilicet ex authoritatibus Sacræ Scripturæ, sicut dicit *Dionysius 2. c. de diu. Nom.* Ex his autem principijs ita probatur aliquid apud fideles, sicut etiam ex principijs naturaliter notis probatur aliquid apud omnes. *Nec tamen quæ sunt fidei, dissona sunt rationi*: *nam* quamuis ea A quæ sunt fidei, non sint ita rationi humanæ consona secundùm se considerata: tamen, vt dicta à Deo, & prodigijs approbata, sunt maximè rationi consona. Nihil enim est adeò rationi consonum, sicut quòd Deo sit credendum in omnibus, quæ dicit & contestatur. Doctrina autem fidei *cum initium accepisset enarrari per Dominum ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis, & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus Sancti distributionibus secundùm suam voluntatem*, vt dicitur ad Hebr. 2. *Et alio in loco Author*: Quæ B sunt fidei, quamuis sint supra rationem, non tamen sunt contra rationem: aliàs Deus esset sibi contrarius, si aliud posuisset in ratione, quàm rei veritas habet. *Ex quo* fides C non destruit rationem, sed excedit eam, & perficit. *Vnde & per* Apostolos D & Prophetas nunquam diuinitus dicitur aliquid, quod sit contrarium his, quæ naturalis ratio dictat. Dicitur tamen aliquid, quod comprehensionem rationis excedit, & pro tanto videtur rationi repugnare, quamuis non repugnet: sicut & rustico videtur repugnans rationi, quòd Sol sit major Terrâ, quòd diameter sit assimeter costæ: quæ tamen sapienti rationabilia apparent. *Ex quo*; cum gratia E non tollat naturam, sed perficiat, oportet, quòd naturalis ratio subseruiat fidei, sicut & naturalis inclinatio voluntatis obsequitur charitati; vnde & Apostolus dicit 2. *ad Cor.* 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. *Quod erit, si fidei mysteria, quæ carnaliter capimus & sapimus, spiritualiter intelligamus. Et huc facit quod ait Dominus ad mulierem Samaritanam Ioan. 4.* Voca virum tuum, & veni huc. *Respondit mulier, & dixit*: Non habeo virum. *Dixit ei Iesus*: Bene dixisti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes, non est tuus vir. *Nam secundùm Augustinum* Vir F iste est intellectus: voluntas enim parit & concipit à vi apprehensiua mouente eam. Vnde voluntas est sicut mulier: ratio verò mouens voluntatem est vir ejus. Quia ergo mulier, idest voluntas, prompta erat ad recipiendum, sed non mouebatur ab intellectu & ratione, vt spiritualiter hoc intelligeret (*videlicet de mystica aqua, quam Dominus exhibebat*) sed adhuc sub sensu detinebatur; ideò Dominus dixit ei: *Vade*, scilicet tu sensualis, *voca virum tuum*; idest, rationabilem intellectum aduoca, quo spiritualiter intelligas quod modo carnaliter sapis: *& veni huc* intelligendo ducta ratione. Vnde & subditur à Domino: *Quinque viros habuisti*, idest quinque sensus, quibus vsque modò vtebaris: sed *& nunc quem habes*, scilicet rationem errantem, qua spiritualiter dicta adhuc carnaliter intelligis, *non est tuus vir* legitimus, sed adulter. Et ideò tolle istum adulterum errorem, qui te corrumpit, & *voca virum tuum*, idest intellectum, vt intelligas me.

Y Cant. 6. com. 2. & 1. ibi

Non valet ad ea, quæ sunt fidei, humana ratio.

Z 1. 2. 1. 5. ad 2. & in corp. & q 2 a 10.

Quæ sunt fidei, vt dicta à Deo, & miraculis comprobata, rationi consona sunt.

A 4 d. 9. 1. 4. q 1. ad 2.

B Ibid. d. 10. exp. tex. In 3. d. 24. 1. 3 q. 2 ad 2. Rom. 10. l. 1. 16. prope. Opusc 70. q. 2. proem. a 3. c. & 1. cont. G. c. 7.

Nec sunt contra rationem, sed supra: aliàs Deus sibi esset contrarius.

C Ver. 14. 10. ad 9.

D Ibid. ad 7.

E 1 p. 1. 8. ad 2.

Intellectus noster in captiuitatem redigendus in obsequium Christi.

F Io. 4. l. 2. lit. f. & h.

Intellectus vir, voluntas mulier.

f *Ex his, respectu intellectualium habituum, atque virtutum, satis fidei major emicat certitudo. Nam* virtutum G intellectualium duæ sunt circa contingentia, scilicet prudentia & ars: quibus præfertur fides in certitudine ratione suæ materiæ, quia est de æternis, quæ non contingit aliter se habere. Tres autem reliquæ intellectuales virtutes, scilicet sapientia, scientia, & intellectus, sunt de necessarijs. Sed sciendum, quòd sapientia, scientia, & intellectus dupliciter dicuntur. Vno modo, secundùm quod ponuntur virtutes intellectuales à Philosopho *in 6. Ethic.* Alio modo, secundùm quod ponuntur dona Spiritus Sancti. Primo modo dicendum est, quòd certitudo potest considerari dupliciter. Vno modo ex causa certitudinis; & sic dicitur esse certius quod habet certiorem causam: & hoc modo fides est certior tribus prædictis, quia fides innititur veritati diuinæ; tria autem prædicta innituntur rationi humanæ. Alio modo potest considerari certitudo ex parte subjecti; & sic dicitur esse certius quod pleniùs consequitur intellectus hominis. Et per hunc modum, quia ea, quæ sunt fidei, sunt supra intellectum hominis; non autem ea, quæ subsunt tribus prædictis: ideò ex hac parte fides est minùs certa. Sed quia vnumquodque judicatur simpliciter quidem secundùm causam suam; secundùm autem dispositionem, quæ ex parte subjecti est, judicatur secundùm quid: inde est, quòd fides est simpliciter certior; sed alia sunt certiora secundùm quid, scilicet quoad nos. Similiter autem, si accipiantur tria prædicta, secundùm quod sunt dona præsentis vitæ, cooperantur ad fidem, sicut ad principium, quod præsupponunt: vnde etiam secundùm hoc, fides est certior. *Cohærenter etiam docemur, quòd* illa H quæ sunt fidei, certissimè cognoscuntur, secundùm quod certitudo importat firmitatem adhæsionis: nulli enim credens firmiùs adhæret, quàm his, quæ per fidem tenet. Non autem cognoscuntur certissimè, secundùm quod certitudo quietationem intellectus in re cognita importat. Quòd enim credens assentiat his, quæ credit, non prouenit ex hoc, quòd intellectus ejus sit terminatus ad credibilia virtute aliquorum principiorum, sed voluntate, quæ inclinat intellectum ad hoc, quòd illis creditis assentiat: *de quo & infrà. Neque ex eo, quòd fides est de non visis, quidquam de certitudine ei deperit. In hoc enim differunt (ex parte subjecti)* opinio I fides & scientia: quia de ratione opinionis est, quòd accipiatur vnum cum formidine alterius oppositi, vnde non habet firmam inhæsionem. De ratione verò scientiæ est, quòd habeat firmam inhæsionem cum visione intellectiua: habet enim certitudinem procedentem ex intellectu principiorum. Fides autem medio modo se habet: excedit enim opinionem in hoc quòd habet firmam inhæsionem; deficit verò à scientia in eo, quòd non habet visionem, *siue euidentiam, quæ est scientiæ propria. Et quidem* fides L cognitio quædam est, in quantùm intellectus determinatur per fidem ad aliquod cognosci-

Certitudo fidei præeminet certitudini omnium habituum intellectualium.

G 2. 2. 4. 8 c. & 1. p. 1. 5. ad 1. In 3. d 23. 2. 2. q. 3. & 3. cont. G. c. 154. Io. 4. l. 5. f.

Duplex certitudo.

H Ver. 10. 12. ad 15. & q. 14. 1. ad 1. In 3. l. ad 1. & 2.

Certitudo in fide firmitas adhæsionis.

I 1. 2. 67. 3. c. Ver. 14. 2.

L 1. p. 12. 13. ad 3. & 2. 2. 4. 8. ad 2.

Digitized by Google

gnoscibile: sed hæc determinatio ad vnum non procedit ex visione credentis, sed à visione ejus, cui creditur: & sic, in quantùm deest visio, deficit à ratione cognitionis, quæ est in scientia. *Nec tamen tollitur certitudo, quæ immò præeminet certitudini scientiæ propter primæ Veritatis authoritatem; cui inhæret. Nihilominus, lumine fidem carere, non dicimus; vnde & baptizati, illuminati dicuntur*: omnis enim M manifestatio veritatis est quoddam lumen infusum à Deo, *Ephes.* 5. Omne, quod manifestatur, lumen est. *Atqui lumen fidei est, vt inquiunt, subobscurum respectu luminis gloriæ*, 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem: *vnde & in Patria lumen fidei non remanet, ceu lumini gloriæ oppositum*: imperfectio siquidem fidei N & perfectio gloriæ opponuntur ad inuicem, & respiciunt idem objectum; vnde non possunt esse simul, sicut nec claritas aeris cum obscuritate ejus. *Nec valet, quòd visio, qualis in scientia habetur, sit certior auditu, ex quo est fides, Rom.* 10. Fides ex auditu; *nam* cæteris O paribus, visio *quidem* est certior auditu: sed si ille, à quo auditur, multum excedit visum videntis, sic certior est auditus, quàm visus. Sicut aliquis paruæ scientiæ magis certificatur de eo, quod audit ab aliquo scientifico, quàm de eo, quod sibi secundùm suam rationem videtur. Et multò magis homo certior est de eo, quod audit à Deo, qui falli non potest, quàm de eo, quod videt propria ratione, quæ falli potest.

M *Ioan.* 18. *l.* 6. *ut.* 6.

N 1. 2. 67. 5. *ad* 2.
Fides & gloriæ visio non possunt, vt opposita, esse simul in Patria.

O 2. 2. 4. 8. *ad* 2.
An visio certior auditu.

g *Quocirca sciendum, quòd* duplex P est auditus. Vnus quidem interior, quo quis audit à Deo reuelante, Psal. 84. *Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus*: (*sicut contigit Apostolis*, 1. *Cor.* 2. Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum; & *D. Paulo singulariter, ad Galat.* 1. Neque enim ego ab homine accepi illud (*Euangelium*) neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi.) Alius autem auditus est, quo aliquis audit ab homine exteriùs loquente, Act. 10. *Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus Sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Ex quo* ad fidem Q duo requiruntur: quorum vnum est cordis inclinatio ad credendum; & hoc non est ex auditu (*scilicet exteriori*) sed ex dono gratiæ. Aliud autem est determinatio de credibili: & istud est ex auditu. Et ideò Cornelius, qui habebat cor inclinatum ad credendum, necesse habuit, vt ad eum mitteretur Petrus, qui sibi determinaret, quid esset credendum, *vt dicitur Act.* 10. *cit. Hinc* illi R qui loquentem Dominum per se, vel per ejus discipulos, *aut prædicatores*, non audierunt, excusationem habent de peccato infidelitatis: non tamen beneficium Dei consequentur, vt scilicet justificentur ab alijs peccatis, quæ vel nascendo contraxerunt, vel malè viuendo addiderunt: & pro his meritò damnantur. *Cæterùm, stultitia non est* (*sicut apud Gentiles*, 1. *Cor.* 1. Gentibus autem stultitiam) *credere quod non videtur, & quod ratio naturalis non attingit*. Primò *quidem*: quia si homo S posset perfectè per se cognoscere omnia visibilia & inuisibilia, stultum esset credere quæ non videmus: sed cognitio nostra est adeò debilis, quòd nullus Philosophus potuit vnquam perfectè inuestigare naturam vnius muscæ; vnde legitur, quòd vnus Philosophus fuit triginta annis in solitudine, vt cognosceret naturam apis. Si ergo intellectus noster est ita debilis: nonne stultum est nolle credere de Deo, nisi illa tantùm, quæ homo potest cognoscere per se? Et ideò contra hoc dicitur Iob 36. *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram*. Secundò, quia dato, quòd aliquis Magister aliquid diceret in sua scientia; & aliquis rusticus diceret, non esse ita, sicut Magister doceret, eo quòd ipse non intelligeret: multùm reputaretur stultus ille rusticus. Constat autem, quòd intellectus Angeli excedit magis intellectum optimi

P *Rom.* 10 *l.* 2. *ad med.* & 2. 2. 5. 1. *ad* 5.
Auditus duplex.

Q *Rom. l.* 5 *fi. lect. Io.* 10. *l.* 7. *lit. b. In* 3. *d.* 23. 3. 2. *ad* 2.
Duo ad fidem requiruntur, scilicet inclinatio cordis ad credendũ, & determinatio de credibili. Primum ex gratia, secundum ex auditu.

R *Rom.* 10. *l.* 3. *ad Hebr.* 10. *l.* 3. 2. 2. 10. 1. *c.*

S *Op.* 1. 5. 1. & 1. *cont. G. c.* 3. & 4.
Neque vnius muscæ naturam intellectus noster perfectè capit.

Credere quæ non videntur, stultum non est, sed potiùs non credere.

Philosophi, quàm intellectus optimi Philosophi intellectum rustici: & tamen stultus est Philosophus, si nolit credere ea, quæ Angeli dicunt, & multò magis, si nolit credere ea, quæ Deus dicit. Et contra hoc dicitur Eccli. 3. *Plurima super sensum hominum ostensa sunt tibi*. Tertiò, quia si homo nollet credere, nisi ea, quæ cognosceret, certè non posset viuere in hoc Mundo: quomodo enim aliquis viuere posset, nisi crederet alicui? Quomodo etiam crederet, quòd talis esset pater suus? Et ideò est necesse, quòd homo credat alicui de ijs, quæ perfectè non potest scire per se: sed nulli est credendum, sicut Deo; ideò illi, qui non credunt dictis fidei, non sunt sapientes, sed stulti & superbi, sicut dicit Apostolus 1. ad Tim. 6. *Si quis non acquiescit ei, quæ secundùm pietatem est, doctrinæ, superbus est, nihil sciens*. Propterea dicebat 2. *Tim.* 1. Scio cui credidi, & certus sum. *Vnde hortabatur Sapiens Eccli.* 2. Qui timetis Dominum, credite illi: & non euacuabitur merces vestra.

h *Profectò*, sicut homo T actus virtutum moralium debet exercere propter judicium rationis, non propter passionem: ita credere debet homo ea, quæ sunt fidei, non propter rationem humanam, sed propter authoritatem diuinam. *Dei autem dicta innotescunt, Ecclesia proponente, in Sacris Scripturis. Ex quo* sacra V doctrina authoritatibus Philosophorum vtitur quasi extraneis argumentis & probabilibus: (sicut Paulus *Act.* 17. inducit verbum Arati, dicens: sicut & quidam vestrorum Poetarum dixerunt: *Ipsius enim & genus sumus*, scilicet Dei.) Authoritatibus autem canonicæ Scripturæ vtitur propriè ex necessitate argumentando. Authoritatibus autem aliorum Doctorum Ecclesiæ, quasi arguendo ex proprijs, sed probabiliter. Innititur enim fides nostra reuelationi, Apostolis & Prophetis factæ, qui canonicos libros scripserunt: non autem reuelationi, si qua fuit alijs Doctoribus facta. *Et hinc est, quòd mysticè de Ecclesia dicitur Cant.* 4. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea: omnis armatura fortium. *Siquidem* propugnacula X sunt diuinarum Scripturarum Sacramenta, de quibus veluti jacula procedunt, quibus aduersariæ potestates repelluntur. *Mille clypei* intelliguntur innumera diuinæ præsidia defensionis, quibus Sancta Ecclesia vallatur & defenditur. *Omnis armatura fortium*, idest omnis instructio sanctæ prædicationis. Et benè *collum* Ecclesiæ, hoc est, Prædicatores & Doctores, *turri Dauid* comparantur: quia semper quasi in bello sunt, pro defensione Ecclesiæ pugnantes. *Sed & ipse* Deus Y probat, quòd ea, quæ docet fides, sunt vera. Si enim Rex mitteret literas cum sigillo suo sigillatas, nullus auderet dicere, quòd illæ literæ non processissent de Regis voluntate: (vnde & Moyses Z mittendus ad populum Israel, signum accepit à Deo, per quod confirmaret ea, quæ ex parte Dei dicebat, vt patet *Exod.* 4. *Ad quod cohærenter dicitur Esth.* 8. Epistolæ, quæ Regis nomine mittebantur, anulo ipsius obsignatæ sunt, & missæ per veredarios: *per quos mysticè intelliguntur Apostoli, sicut & per Regem Assuerum Deus, vt videre est* A.) Constat autem, quòd omnia, quæ Sancti crediderunt, & tradiderunt nobis de fide Christi, signata sunt sigillo Dei: quod sigillum ostendunt illa opera, quæ nulla pura creatura facere potest. Et hæc sunt miracula, quibus Christus confirmauit dicta Apostolorum & Sanctorum. Si dicas, quòd miracula nullus vidit fieri. *Respondeo*. Constat, quòd totus Mundus colebat idola, & fidem Christi persequebatur, sicut Paganorum etiam historiæ tradunt: sed modò omnes conuersi sunt ad Christum, & sapientes, & nobiles, & diuites, & potentes, & magni, ad prædicationem simplicium, & pauperum, & paucorum

T 2. 2. 2. 10. *c. In* 3. *d.* 24. 1. 3.

V 1. *p.* 1. 8. *ad* 2.
Quorum authoritatibus Sacra vtatur doctrina, & qualiter.

Fides innititur reuelationi, Apostolis, & Prophetis factæ, qui canonicos libros scripserunt, non alijs.

X *Cant.* 4. *com.* 1. & 2. *ibi.*

Fidei & Ecclesiæ præsidia.

Y *Op.* 6. 5. 1. *fi. Op.* 1. *cap* 7. & 1. *Cor.* 12. *l.* 2. *ibi*, fides. *Et cap.* 15. *l.* 1. *sub init.* & 1. *cont. G. c.* 6.
Deus satis probat, ea, quæ docet fides, vera esse.
Z 1. *Cor.* 12. *l.* 6.

A *Prol. in Ep. Can.*
Efficax pro sancta fide argumentum.

Digitized by Google

rum prædicantium Chriſtum. Aut ergo hoc eſt miraculoſè factum, aut non. Si miraculoſè, habeo propoſitum. Si non: dico, quòd non potuit eſſe majus miraculum, quàm quòd Mundus totus ſine miraculis conuerteretur. *Hinc prophetice dicitur in perſona Chriſti Pſal.* 39. Annunciaui & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum. *Annunciaui*, ideſt B ego Chriſtus per prophetas, *& locutus ſum* ego ipſe in propria perſona, Iſ. 52. *Ego ipſe, qui loquebar, ecce adſum: (& per Apoſtolos meos, Pſal.* 18. In omnem terram exiuit ſonus eorum, *&* 2. *Cor.* 13. An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus?) *ex quo ſequitur*: multiplicati ſunt, nimirùm vt ſignificet effectum prædicationis; ideſt, *multiplicati ſunt* boni per prædicationem meam (*& Apoſtolorum*) *ſuper numerum* æſtimatum, *quia totus Mundus conuerſus*, *Deut.* 1. Dominus Deus addat ad hunc numerum multa millia. *Quæ quidem Chriſti fidei numeroſa propagatio innuitur Iſ.* 54. Multi filij deſertæ magis quàm ejus, quæ habet virum: *quia videlicet hujus deſertæ* C ſcilicet Eccleſiæ Gentium, *ſunt multi filij*, ideſt plures, *magis quàm ejus*, ſcilicet Synagogæ, *quæ habet virum*, ſcilicet Moyſen, 1. Reg. 2. *Donec ſterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata eſt*. Et hoc, veniente Sponſo, ſcilicet Chriſto, à quo *deſerta* erat non dilectione, ſed partu poſtpoſito. *Quò facit & illud Eccleſiæ ad Sponſum Cant.* 7. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. *Egrediamur in agrum*: ideſt D prædicemus fidem incarnationis tuæ Mundo: *commoremur in villis*, etiam ignorantibus paganis (quia longè ſunt à ciuitate Dei) tuam fidem annunciemus: nec in tranſitu, ſed *commoremur* ibi, donec illos ex paganis catholicos, ex alienis tibi proprios faciamus. *Nec valet, ſi obijciatur* E quòd etiam lex Mahometi recepta eſt à multis. Dicendum enim, quòd non eſt ſimile: quia ille opprimendo, & vi armorum ſubjugauit eos. Sed Apoſtoli moriendo alios ad fidem duxerunt, & faciendo ſigna & prodigia. Ille etiam proponebat quædam, quæ ad delicias & laſciuias pertinent: ſed Chriſtus & Apoſtoli terrenorum contemptum. Quibus (*ſubdit idem Author*) animos F mortalium allicere, & maximum miraculum eſt, & manifeſtum diuinæ inſpirationis opus, vt contemptis viſibilibus, ſola inuiſibilia cupiantur. *Neque neceſſe eſt, ad fidem confirmandam, noua adhuc à Deo miracula patrentur*: (quamuis G non ceſſet Deus etiam noſtris temporibus ad confirmationem fidei per Sanctos ſuos miracula operari:) illius enim H cujus probatio ſemel perfectè facta eſt, non oportet probationem iterari, ſed ex ſuppoſitione prioris probationis procedere: ita etiam non oportet, quòd per noua ſigna modò fides probetur, ſed per ea, quæ tunc facta ſunt. *Illud autem notandum, quòd* argumenta I quæ cogunt ad fidem, ſicut miracula, non probant fidem per ſe: ſed probant veritatem annunciantis fidem: & ideò de his, quæ fidei ſunt, ſcientiam non faciunt. *Cæterùm, quòd* aliquis L ea, quæ non vidit, credat per aliqua ſigna viſa, non totaliter fidem euacuat, nec meritum ejus: ſicut & Thomas, cui dictum eſt: *Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti*: aliud enim vidit, aliud credidit: vidit vulnera, & credidit Deum. Eſt autem perfectioris fidei qui non requirit hujuſmodi auxilia ad credendum: vnde, ad arguendum defectum fidei in quibuſdam, Dominus dicit *Ioan.* 4. Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis. *Neque ex eo, quòd quis fidei veritati citò ac promptè aſſentit, leuitatis inſimulandus, ſecundùm illud Eccli.* 19. Qui credit citò, leuis corde eſt: *Etenim*, licet M credere citò hominibus, pertineat ad leuitatem: tamen credere citò Deo (*qui nec falli nec fallere poteſt*) laus magna eſt, ſecundùm illud Pſalm. 17. *In auditu auris obediuit mihi*.

B *Pſal.* 39. [illegible]

C [illegible]

D *Cant.* 7. [illegible]

E [illegible] Quomodo Mahometis lex, & quomodo propagata.

F *Cont. G.* [illegible]

Non oportet, ad fidem confirmandam, noua modò ſigna patrari. *Cont. G. loco cit.*

H [illegible]

Miracula fidem per ſe non probant.

I [illegible]

L [illegible] *Ioan.* [illegible]

Credere per aliqua ſigna viſa, non euacuat totaliter fidem, nec meritum ejus.

Exponitur illud Eccli. 19. Qui credit citò, leuis corde eſt.

M *Ioan.* [illegible] *& cap.* [illegible]

Præterea, ille N qui credit, habet ſufficiens indicium ad credendum: inducitur enim authoritate diuinæ doctrinæ, miraculis confirmatæ, & quod plus eſt, interiori inſtinctu Dei inuitantis. Vnde non leuiter credit, *ſed rationabiliter*. *Porrò* multum O inueſtigare, præſertim vbi de ſecretis Dei agitur, groſſities mentis eſt: (*nec, vt ſcitis quidem jactant, ingenij acumen*:) *Prou.* 25. Sicut qui mel multum comedit, non eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt majeſtatis, opprimetur à gloria. *Et Eccli.* 3. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: & in pluribus operibus Dei ne fueris curioſus.

1 *Verùm, præter intellectus aſſenſum (vt prætactum eſt) pia exigitur & voluntatis affectio*: nam his P quæ ſunt fidei, voluntate conſentimus, non ex rationis neceſſitate, cum ſint ſupra rationem: nullus enim credit niſi volens, vt *Auguſtinus dicit*, vnde *& Apoſtolus* ad Rom. 10. inquit: Corde creditur ad juſtitiam. (*Quod piè & nos anagrammate expreſſimus in glorioſo agone D. Petri, Ordinis mei protomartyris, qui ſanctam fidem corde & ore & ſanguine profeſſus eſt, ipſamque cruore ſignauit, ſcribens in terra* Credo.

CORDE pius CREDO, ore & faſſus, ſanguine ſigno
Quam modò ſuſtineo, ceu PETRA firma, Fidem.)

Corde inquam creditur, ideſt Q voluntate: nam cætera, quæ ad exteriorem Dei cultum pertinent, poteſt homo nolens, ſed credere non poteſt niſi volens. *Quomodò autem id contingat, quamuis prætactum ſit, clariùs tamen alibi ab Authore docemur, cum ait*: Quandoque R intellectus non poteſt determinari ad alteram partem contradictionis neque per ipſas diffinitiones terminorum, ſicut in principijs: nec etiam virtute principiorum, ſicut in concluſionibus demonſtratiuis eſt: determinatur autem per voluntatem, quæ eligit aſſentire vni parti determinatè & præcisè propter aliquid, quod eſt ſufficiens ad mouendum voluntatem, non autem ad mouendum intellectum, vtpote quòd videtur bonum vel conueniens huic parti aſſentire. Et iſta eſt diſpoſitio credentis: vt, cum aliquis credit dictis alicujus hominis, quia videtur decens vel vtile. Et ſic etiam mouemur ad credendum dictis, inquantùm nobis repromittitur præmium æternæ vitæ: & hoc præmio mouetur voluntas ad aſſentiendum his, quæ dicuntur, quamuis intellectus non moueatur per aliquid intellectum. Et quia intellectus (*poſt multa*) non hoc modo terminatur ad vnum, vt ad proprium terminum perducatur, qui eſt viſio alicujus intelligibilis: inde eſt, quòd ejus motus nondum eſt quietatus; ſed adhuc habet cogitationem & inquiſitionem de his, quæ credit: quamuis firmiſſimè eis aſſentiat; quantùm enim eſt ex ſeipſo, non eſt ei ſatisfactum, nec eſt terminatus ad vnum: ſed terminatur tantùm ex extrinſeco. Et inde etiam eſt (*vide*) quòd intellectus credentis dicitur eſſe captiuatus, quia tenetur terminis alienis, & non proprijs, 2. Cor. 10. *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti.* Inde etiam eſt (*nota*) quòd in credente poteſt inſurgere motus de contrario hujus, quod firmiſſimè tenet, quamuis non inſurgat in intelligente vel ſciente. *Neque idcircò omnino ijs conſentimus, qui dixerunt*, fidem S eſſe in vtraque vi, ſcilicet affectiua & cognoſcitiua. Vnius enim habitus oportet eſſe vnum actum: nec poteſt eſſe vnus actus ex æquo duarum potentiarum. Neque principaliter in affectiua: cum ipſum credere cogitationem quandam importet, vt patet per *Auguſtinum*: cogitatio autem eſt actus cognoſcitiuæ. Sed fides eſt in intellectu ſpeculatiuo, quamuis ſit ei occaſio remota aliquid operandi; vnde ſibi non attribuitur operatio, niſi mediante dilectione.

Sciet-

N [illegible]

O *Ioan.* [illegible]

Multum de fide inueſtigare, mentis groſſities eſt, non acumen.

Præter aſſenſum intellectus, pia exigitur affectio voluntatis.

P *Rom.* [illegible] *corde.*

Q *Rom.* 10. [illegible]

R *Ver.* [illegible]

Quomodo voluntate credatur, ratio & modus.

Cur intellectus credentis captiuus dicatur.

Quare in credente motus inſurgunt de contrarijs fidei.

S *Ver.* 14. [illegible]

In qua animæ potentia ſubjectetur fides.

Sciendum tamen, quòd non est in intellectu speculatiuo absolutè, sed secundùm quod subditur imperio voluntatis: sicut & temperantia est in concupiscibili, secundùm quod participat aliqualiter rationem. Ad hoc autem, quòd intellectus promptè sequatur imperium voluntatis, oportet, quòd aliquis habitus sit in ipso intellectu speculatiuo: & hic est habitus fidei diuinitus infusus. *Ex quo & rationem virtutis fides sortitur.*

T Ver. 14. 3. ad 9 & in corp. 3. 3. 4 ubi. 5. In 3. d. 23. 2. 3. q. 3. Rom. 4. l. 3 & 1. 2. 62. 3.

Fides virtus Theologica.

Differentia ex parte objecti Theologicarū virtutum, & aliarum.

Verumtamen fides T neque est virtus intellectualis, neque moralis, sed est virtus Theologica. Virtutes autem theologicę, quamuis conueniant in subjecto cum moralibus & intellectualibus, differunt tamen in objecto. Objectum enim virtutum Theologicarum est ipse finis vltimus: objectum verò aliarum ea quę sunt ad finem. Ideò autem à Theologis quędam virtutes proponuntur circa finem ipsum, non autem à Philosophis: quia finis humanę vitę, quem Philosophi considerant, non excedit facultatem naturæ; vnde ex naturali inclinatione homo tendit in ipsum: & sic non oportet, quòd habitu eleuetur in illum finem, sicut oportet, quòd eleuetur in finem, qui facultatem naturę excedit, quem Theologi considerant.

V Rom. 1. l. 6. ibi. justus. & 1. 2. 65. 4. & 2. 2. 4. 5. c. In 3. l. c. a. 4. q. 1. & q. 3. a. 1. q. 2. Ver. 14. 3. & 6.

Fides dupliciter sumitur.

Quocirca considerandum est V quòd fides non est virtus, si accipiatur pro eo, quod creditur, secundùm illud: *Fides catholica hæc est, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur.* Si autem accipiatur pro habitu, quo credimus: sic quandoque est virtus, quandoque non. Est enim virtus principium actus perfecti: actus autem ex duobus principijs dependens, non potest esse perfectus, si alteri principiorum desit sua perfectio, sicut equitatio non potest esse perfecta, si vel equus bene non vadat, vel sessor equum ducere nesciat. Actus autem fidei, qui est credere, dependet ex intellectu & voluntate mouente intellectum ad assensum.

Non est virtus, nisi informata charitate.

Vnde actus fidei erit perfectus, si voluntas perficiatur per habitum charitatis; & intellectus per habitum fidei; non autem, si habitus charitatis desit. Et ideò fides formata charitate est virtus, non autem fides informis. *Et hoc est, quod dicit Apostolus Hebr. 5.* Perfectorum autem est solidus cibus: *etenim* perfectio X duplex est.

X Hebr. 5. l. 2. ibi. 2. 2. 4. 5. ad 3.

Duplex perfectio, intellectus scilicet & affectus.

Vna est perfectio secundùm intellectum, quando aliquis habet judicium intellectus ad discernendum & judicandum de his, quę sibi proponuntur. Alia est perfectio secundùm affectum, quam facit charitas, quę est, cum aliquis totaliter Deo inhęret. Hoc autem habet Sacrę Scripturę doctrina, quòd in ipsa non tantùm traduntur speculanda, sicut in Geometria, sed etiam approbanda per affectum. In alijs ergo scientijs sufficit, quòd homo sit perfectus secundùm intellectum: in istis verò requiritur, quòd sit perfectus secundùm intellectum & affectum.

Y 2. 2. 4. loco cit. & a. 4. in 3. d. 23. 3. 4 Ver. 14. 7. ad Rom. 1. l. 6.

Fides formata & informis nō differunt specie: sed idem est habitus.

Z 2. 2. 4. 4. c. & locis cit.

I *Porrò* fides Y formata & informis non differunt specie, sicut in diuersis speciebus existentes: differunt autem sicut perfectum & imperfectum in eadem specie. *Et sic* idem Z est habitus fidei formatæ & informis. Cujus ratio est: quia habitus diuersificatur secundùm illud, quod per se ad habitum pertinet. Cum autem fides sit perfectio intellectus, illud per se ad fidem pertinet, quod pertinet ad intellectum. Quod autem pertinet ad voluntatem, non per se pertinet ad fidem, ita quòd per hoc fidei habitus possit diuersificari. Distinctio autem fidei formatę & informis est secundùm id, quod pertinet ad voluntatem, idest secundùm charitatem; non autem secundùm illud, quod pertinet ad intellectum.

A Rom. 1. l. 6. ibi, justus. & locis cit.

Fidei informitas ex sola amissione charitatis per quodlibet mortale.

Et alibi docemur, quòd idem numero A habitus fidei, qui sine charitate erat informis, adueniente charitate fit virtus: quia cum charitas sit extra essentiam fidei, per ejus aduentum, vel recessum, non mutatur substantia ejus. *Igitur tota fidei informitas prouenit ex amissione charitatis, quæ omnium est forma virtutum. Hoc autem fit per quodlibet mortale peccatum.*

B 1. 2. 71. 4. fi. c.

Quodlibet enim B peccatum mortale contrariatur charitati, quæ est radix omnium virtutum infusarum, in quantùm sunt virtutes: & ideò per vnum actum peccati mortalis exclusa charitate, excluduntur per consequens omnes virtutes, in quantùm sunt virtutes. Et hoc dico propter fidem & spem, quarum habitus remanent informes post peccatum mortale, & sic non sunt virtutes.

Cur per peccatum mortale charitas plene amittatur, non fides, aut spes.

C 2. 2. 24. 12. ad 5 In 3 d. 31. 1. 1. ad 8. Vir. 2. a. 6. c. & ad 10. & a. 3.

Cur autem ex virtutibus Theologicis sola per quodlibet peccatum mortale amittatur charitas, non spes neque fides: ex eo est, quia Charitas C importat vnionem quandam ad Deum: non autem fides neque spes. Omne autem peccatum consistit in auersione à Deo: & ideò omne peccatum mortale contrariatur charitati. Non autem omne peccatum mortale contrariatur fidei, vel spei, sed quædam determinata peccata, per quæ habitus fidei vel spei tollitur (*vt sunt infidelitas, & desperatio*) sicut & per omne peccatum mortale tollitur habitus charitatis. *Ad infidelitatem verò sæpe homo, multiplicando peccata, reducitur: nam peccator, & impius (vt dicitur Prou 18.) cum in profundum venerit peccatorum, contemnit, fidem videlicet, & Sacramenta, & auxilia gratiæ.*

D 2. 2. 162. 7. ad 3.

Amissio charitatis est via ad amittēdam fidem.

E 2. 2. 39. 1. ad 3.

F 1. ad Tim. 1. l. 3. ibi.

Vnde docemur, quòd sicut fides D est prima virtutum, ita infidelitas est vltimum peccatorum: ad quam tamen homo quandoque per alia peccata perducitur. *Et alibi*: Amissio E charitatis est via ad amittendam fidem, secundùm illud 1. ad Timot. 1. *A quibus quidam aberrantes*, scilicet à charitate & alijs hujusmodi, *conuersi sunt in vaniloquium*: recessus enim F à charitate, causa est falsæ doctrinæ: quia qui non amant charitatem, cadunt in mendacium, *& veritatem contemnunt. Et quidem verbum illud* amissio *sonat quasi contemptum: nam* amittere *idem esse videtur,* quod à se mittere, *siue abijcere dona Dei. Informis ergo fides semimortua est; vnde & qui per amissionem charitatis hujusmodi fidem habent, non sunt viua Christi membra & Ecclesiæ*: Qui G subduntur (*inquit Author*) peccatis mortalibus, non sunt membra Christi actualiter, sed potentialiter, nisi fortè imperfectè per fidem informem, quæ vnit Christo secundùm quid, & non simpliciter.

Qui subduntur peccatis mortalibus, non sunt actualiter membra Christi, nisi imperfectè per fidem informem.

G 3 p. 8. 3. ad 2.

Percipiunt tamen tales à Christo quendam actum vitæ, qui est credere: sicut si membrum mortificatum moueatur aliqualiter ab homine. *Est autem fides simpliciter donum Dei, & à Deo infusa: Primò quidem* quantùm ad id H quod requiritur ad hoc, quòd homo aliquid explicitè credat, scilicet vt homini credibilia proponantur: ea enim quæ sunt fidei, excedunt rationem humanam, vnde non cadunt in cognitionem hominis, nisi Deo reuelante, vel immediatè, sicut Apostolis & Prophetis; vel mediatè per fidei prædicatores.

H 2. 2. 6. 1. c. Ephes. 2. l. 3. ibi, non ex vobis.

Fides, Dei donum, & à Deo infusa.

Et quantùm ad assensum credentis: quia cum homo, assentiendo his, quæ sunt fidei, eleuetur supra naturam suam, oportet (*contra Pelagianos, qui dicebant, quòd initium fidei est ex nobis*) quòd hoc insit ei ex supernaturali principio interiùs mouente, quod est Deus. *Quia nimirùm* altiora I intelligibilia intellectus humanus cognoscere non potest, nisi fortiori lumine perficiatur, sicut lumine fidei vel prophetiæ, quod dicitur lumen gratiæ, in quantùm est naturæ superadditum.

I 1. 2. 109. 1. fi. c.

Donum est gratiæ, & primus ejus effectus in homine.

Immò fides primus est in homine diuinæ gratiæ effectus, Rom. 5. Per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam: *idest*, in statum L gratiæ, *per fidem*, per quam scilicet gratiam consequimur: non quia fides præcedat gratiam, cum potius per gratiam sit fides, Eph. 2. *Gratia estis saluati per fidem*: sed quia primus effectus gratiæ in nos est fides.

L Rom. 5. l. 1. ibi Ephes. 2. l. 3. initio.

Nedum fides formata, sed & informis à Deo.

M 2. 2. 6. 2 c. In 3. d. 23 1. 2. Ver. 14. 7. c. Rom. 8. l. 1.

Quemadmodum autem fides simpliciter & formata, immò & initium fidei, à Deo est, & ex ejus gratia: ita & fides informis. Informitas enim M fidei non pertinet ad rationem speciei ipsius fidei, cum fides dicatur informis pro-

Digitized by Google

propter defectum cujusdam exterioris formæ (*scilicet charitatis:*) & ideò illud est causa fidei informis, quod est causa fidei simpliciter dictæ: hoc autem est Deus; vnde relinquitur, quòd fides informis sit donum Dei.

Fides informis non est neque gratia gratis data, neque fructus.

Neque fides hæc informis, vt aliqui sensere, fides ea est, quæ inter gratias gratis datas enumeratur ab Apostolo 1. *Cor.* 12. Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alteri fides &c. *Sed neque fructus ex numeratis ad Galat.* 5. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, fides &c.

N 2. 2. 4. 5. ad 4. & 1. Cor. 14. l. 2. ibi.

Non primum: etenim gratiæ N gratis datæ, quæ ibi enumerantur, non sunt communes omnibus membris Ecclesiæ, vnde Apostolus dicit; *Diuisiones gratiarum sunt*. Et iterum: *Alij datur hoc, alij datur illud*. Fides autem informis est communis omnibus membris Ecclesiæ: quia informitas non est de substantia ejus, secundùm quod est donum gratuitum.

Quid fides, vt est gratia gratis data.

Vnde fides sumitur ibi pro aliqua fidei excellentia, siue pro constantia fidei, vel pro sermone fidei.

O 3. 2. loc. cit. & ad Gal. 5. l. 2. ibi.

Quid, vt fructus.

Non secundum: quia fides O ponitur fructus, secundùm quod habet quandam delectationem in suo actu ratione certitudinis; vnde *ad Galat.* 5. exponitur fides, de inuisibilibus certitudo.

P Ephes. 2. l. 3. ibi, non ex vobis. Rom. 1. l. 5. ibi, fides vestra. Ad Gal. 3. l. 3. Col. 1. l. 2. Ver. 14. 2. ad 3. & 2. 2. 4. 7. ad 4.

Fides fundamentum totius spiritualis ædificij.

m *Est autem fides* fundamentum P totius spiritualis ædificij; *vnde & dicitur* sperandarum substantia rerum *à substando tanquam fundamentum: nam, vt dicitur Hebr.* 11. Sine fide impossibile est placere Deo. (*Quod intellige de fide formata: siquidem* ad rationem Q fundamenti non solùm requiritur, quod sit primum, sed etiam quòd sit alijs partibus ædificij connexum: non enim esset fundamentum, nisi ei aliæ partes ædificij cohærerent. Connexio autem spiritualis ædificij est per charitatem, secundùm illud Coloss. 3. *Super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis*. Et ideò fides sine charitate fundamentum esse non potest. *Vnde Augustinus*: Credentes, *inquit*, domum Dei non faciunt, nisi quando charitate compaginantur.)

Q 2. 2. loc cit.

Formata tamen charitate, sine qua fundamentum esse non potest.

Hinc inter virtutes nedum morales, sed & Theologicas, per se fides primatum tenet.

R 2. 2. l. c. in corp. 1. 2. 62. 4. In 3. d. 23. 2. 5. Ver. 14. 3.

Prima inter omnes virtutes per se,

Per se quidem R inter omnes virtutes prima est. Cum enim in agibilibus finis sit principium, necesse est, virtutes theologicas, quarum objectum est vltimus finis, esse priores cæteris virtutibus. Ipse autem vltimus finis, oportet, quòd sit priùs in intellectu, quàm in voluntate: quia voluntas non fertur in aliquid, nisi prout est in intellectu apprehensum. Vnde, cum vltimus finis sit quidem in voluntate per spem & charitatem, in intellectu autem per fidem, necesse est, quòd fides sit prima inter omnes virtutes: quia naturalis cognitio non potest attingere ad Deum, secundùm quod est objectum beatitudinis, prout tendit in ipsum spes & charitas.

Non ita per accidens.

Sed per accidens potest aliqua virtus esse prior fide. Causa enim per accidens est per accidens prior. Remouere autem prohibens pertinet ad causam per accidens, vt patet per Philosophum *in* 8. *Physic*. Et secundùm hoc aliquæ virtutes possunt dici per accidens priores fide, in quantum remouent impedimenta credendi, sicut fortitudo remouet inordinatum timorem impedientem fidem: humilitas autem superbiam, per quam intellectus recusat se submittere veritati fidei. Et idem potest dici de aliquibus alijs virtutibus: quamuis non sint veræ virtutes, nisi præsupposita fide, vt patet per *Augustinum* in Lib. contra Iulianum.

De fidei primatu mystica expositio.

S Matth. 1. lit. b. ibi.

Id quod mysticè innuitur Matth. 1. *cum dicitur*: Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob. *Etenim* Fides S designatur per Abraham justificatum ex fidei justitia, Rom. 4. *Vt sit pater omnium credentium:* per Isaac Spes, quia interpretatur *risus*, Rom. 12. *Spe gaudentes:* per Iacob Charitas, qui accepit duas vxores: Liam, quæ interpretatur *laborans*, & Rachel; idest, duas vitas, quæ sunt in charitate secundùm duo præcepta. Contemplatiua enim delectatur in Deo: Actiua autem est, per quam subuenitur proximo.

T 1. 2. 62. 4. in sed contra.

Vnde & glossa interlinearis: Fides *inquit* generat T spem: Spes verò charitatem.

V 1. 2. 62. 4. c. & ad 3. & loc. cit. lit. R.

Duplex ordo, generationis, & perfectionis.

Sciendum nihilominus ad hæc cohærenter, quòd duplex V est ordo, scilicet generationis, & perfectionis. Ordine quidem generationis, quo materia est prior forma, & imperfectum perfecto in vno & eodem, fides præcedit spem, & spes charitatem secundùm actus: nam habitus simul infunduntur. Non enim potest in aliquid motus appetitiuus tendere vel sperando vel amando, nisi quod est apprehensum sensu aut intellectu (*vt & superiùs visum est.*)

Primo ordine fides præcedit spem & charitatem.

Per fidem autem apprehendit intellectus ea, quæ sperat & amat; vnde oportet, quòd ordine generationis fides præcedat spem & charitatem. Similiter etiam ex hoc homo aliquid amat, quia apprehendit illud vt bonum suum: per hoc autem, quòd homo ab aliquo sperat se bonum consequi posse, reputat ipsum, in quo spem habet, quoddam bonum suum; vnde ex hoc ipso, quòd homo sperat de aliquo, procedit ad amandum ipsum. Et sic ordine generationis secundùm actus spes præcedit charitatem.

Secundo charitas vtrumque.

Ordine verò perfectionis charitas præcedit fidem & spem, eo quòd tam fides, quàm spes per charitatem formatur, & perfectionem virtutis acquirit: sic enim charitas est mater omnium virtutum & radix, in quantùm est omnium virtutum forma.

Charitas omnium virtutū mater & radix.

Et hoc sensu dicebat Apostolus 1. *Cor.* 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: major autem horum est charitas.

X 2. 2. 17. 6. c.

Qualiter distinguantur fides, spes, charitas.

Et quidem virtus X aliqua dicitur esse theologica ex hoc, quòd habet Deum pro objecto, cui inhæret. Potest autem aliquis alicui inhærere dupliciter. Vno modo propter seipsum: alio modo, in quantùm ex eo in aliud deuenitur. Charitas ergo facit hominem Deo inhærere propter seipsum, mentem hominis vniens Deo per affectum amoris. Spes autem, & fides, faciunt hominem inhærere Deo, sicut cuidam principio, ex quo aliqua nobis proueniunt. De Deo autem prouenit nobis & cognitio veritatis, & adeptio perfectæ bonitatis. Fides ergo facit hominem Deo inhærere, in quantùm est nobis principium cognoscendi veritatem: credimus enim ea vera esse, quæ nobis à Deo dicuntur. Spes autem facit Deo adhærere, prout est in nobis principium perfectæ bonitatis, in quantùm scilicet per spem diuino auxilio innitimur ad beatitudinem obtinendam.

Y Colos. 1. l. 1. sub initio.

Vno verbo: Per fidem Y habemus notitiam Dei: per spem eleuamur in ipsum: sed charitate vnimur ei.

Z De Ver. 14. 4. ad 14.

Et alibi docemur, quòd Fides Z inhæret primæ Veritati, spes summæ majestati, *Charitas diuinæ bonitati*.

A Ibid. ad 13.

Verumtamen charitas A alio modo se habet ad bonitatem, quàm spes ad majestatem &c. quia charitas de sui ratione importat vnionem, spes autem distantiam &c.

Differentia inter fidem & charitatem.

B Ver. 14. 9 ad 8.

Quòd si fidem cum charitate conferamus: Fides B est perfectio intellectus, cujus operatio consistit in hoc, quòd res intellectæ aliquo modo sunt in ipso: Charitas autem est perfectio voluntatis, cujus operatio consistit in hoc, quòd voluntas in ipsam rem tendit.

Per charitatem homo in Deo; per fidem, diuina in nobis ponuntur.

Vnde per charitatem homo in Deo ponitur, & cum eo vnum efficitur: per fidem autem ipsa diuina ponuntur in nobis. *Ex quo & fides potest dici forma virtutum, & charitas*.

C Ver. 14. 5 ad 11. & 2. 2. 4. 3. & 9. 9. a. 3.

Fides & charitas diuersimodè forma virtutum?

Fides C est forma virtutum, in quantùm sunt à nobis cognoscibiles; quid enim sit virtuosum, vel contra virtutem, per fidem cognoscimus: sed in quantùm virtutes sunt operatiuæ, per charitatem informantur. *Postremò fides necessitatem, dignitatem & meritum ostendit Dominus* Ioan. 5. *cum ait*: Qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam. *Vbi Author*: Vita *inquit* intellectualis D perficitur in vera cognitione diuinæ Sapientiæ, quæ est vita æterna, Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum*

D Io. 5. l. 4. lit. e. ibi.

Deum,

Digitized by Google

Ad nullam sapientiam potest homo peruenire, nisi per fidem.

Deum, & quem misisti Iesum Christum. Sed ad nullam sapientiam potest homo peruenire, nisi per fidem; vnde & in scientijs nullus ad sapientiam peruenit, nisi priùs fidem adhibeat dictis à magistro. Si ergo nos volumus ad illam vitam sapientiæ peruenire, oportet nos per fidem credere ea, quæ ab illa nobis proponuntur, Hebr.11. *Credere oportet accedentem ad Deum &c.* (*Quod facit illud Petri ad Christum Ioan.6.* Verba vitæ æternæ habes: & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei. *Etenim* prius est E credere, quàm cognoscere: & ideò, si priùs cognoscere, quàm credere vellemus, non cognosceremus, nec credere valeremus; *Is.*28. secundùm aliam literam: *Nisi credideritis, non intelligetis.*) Et ideò Dominus congruè modum perueniendi ad vitam ostendit esse per fidem, dicens: *Qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me:* vbi ponit meritum fidei; deinde ponit præmium: *habet vitam æternam.* Quasi dicat: *Qui credit*, scilicet per fidem, *habet vitam æternam*, quæ consistit in plena Dei visione. Et dignum est, vt qui credit propter Deum his, quæ non videt, perducatur ad plenam eorum visionem. *Vnde dicitur Ioann.*20. Hæc autem scripta sunt, vt credatis: & vt credentes, vitam habeatis in nomine ejus. *Quod & initio dicebat Author*: Fides F prælibatio quædam est illius cognitionis, quæ nos in futuro beatos facit, *in clara Dei visione consistens. Neque enim alia est ad Cœlum via præter fidem*, *Is.*30. Hæc est via; ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexteram neque ad sinistram. *Idcircò missis ab impio Antiocho viris generosè respondit Mathathias 1. Machab.* 2. Non audiemus verba Regis Antiochi, nec sacrificabimus, transgredientes legis nostræ mandata, vt eamus altera via. *De quo fusiùs in seqq. DISCE ita viam salutis excurrere, vt quod fide credis, visione comprehendas.*

E Io.6.l.8.lit. d.fi.

Iustum est, vt qui in via credit quæ non videt, perducatur ad eorum visionem in Patria.

F Opusc.3.c.2. Opusc.6.§.1.sub initio.

III. Tota fidei cognitio versatur circa diuinitatem Trinitatis, & humanitatem Christi. Nec mirum: quia Christi humanitas via est, qua ad diuinitatem peruenitur. *Opusc.3.cap.2.*

n FIdem esse homini necessariam ad salutem, *satis Num. præced. ostensum est. Et quidem* ab ipsa G prima institutione natura humana est ordinata in finem beatitudinis, non quasi in finem debitum homini secundùm naturam ejus, sed ex sola diuina liberalitate: & ideò principia naturæ non sufficiunt ad finem illum consequendum, nisi fuerint adjuta donis superadditis ex diuina liberalitate. *Vnde* ad perueniendum in finem supernaturalem in statu viæ indigemus fide, qua ipsum finem cognoscamus, ad quem cognitio naturalis non attingit. (*Vide fusiùs* H.) *Eapropter dicebat Apostolus Hebr.*11. Sine fide impossibile est placere Deo: credere enim oportet accedentem ad Deum &c. *Quia videlicet* nullus I potest Deo placere, nisi accedat ad ipsum, Iac.4. *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis*; & Psalm. 33. *Accedite ad eum, & illuminamini:* sed nullus accedit ad Deum, nisi per fidem, quia fides est lumen intellectus, ergo nullus potest Deo placere, nisi per fidem. *Accedentem* autem per fidem *oportet credere* Domino. Sicut enim videmus in quolibet motu naturali, quòd oportet, quòd mobile ex motu duo intendat, ne motus sit frustra, scilicet aliquem certum terminum, & certam causam quare moueatur; priùs autem est terminus, quàm effectus motus consequatur: Sic etiam in motu, quo aliquis accedit ad Deum, terminus motus est ipse Deus. Vnde dicit: *oportet credere accedentem, quia est:* quod dicit propter ejus æternitatem, Exod.3. *Qui est, misit me.* Secundò quòd sciat, quòd Deus habeat prouidentiam de rebus: aliter enim nullus iret ad ipsum, si non speraret aliquam remunerationem ab ipso. Vnde dicit: *& inquirentibus se remunerator sit*, Isa.40. *Ecce Dominus veniet, ecce merces ejus cum eo.* Merces autem est illud, quod homo quærit in labore, Matth.20. *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Quæ merces nihil est aliud, quàm Deus: quia nihil extra ipsum debet homo quærere, *Genes.* 15. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. (*Quam solam & ipse Sanctus Author noster petebat*: Non aliam, nisi te, Domine.) *Quibus Apostoli verbis concordat & ipse Dominus* Ioan.6. *cum ait*: Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. *Neque enim ad Deum, neque ad Patriam valent fide carentes peruenire beatam. Quæ quidem per terram promissionis figurata est, in quam non introierunt increduli, vt refert Apostolus* Hebr.3. *dicens*: Quibus autem jurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt? *Vbi Author*: De terra L promissionis dicit: *Quibus autem jurauit*; idest, firmiter statuit, *non introire in requiem ipsius, nisi illis, qui fuerunt increduli*, verbis scilicet exploratorum. Vnde patet, quòd propter incredulitatem non potuerunt intrare. *Ex quo in vtroque testamento necessaria ad salutem est fides, per quam & Iudæi saluati sunt, & nos saluamur.* Nullus enim M justificatur, nisi per justitiam Christi: quæ quidem est per fidem ipsius, secundùm illud Rom 3. *Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes, qui credunt in eum.* In eum autem crediderunt homines, non solùm qui sunt post ejus incarnationem, sed etiam qui ejus incarnationem præcesserunt. Sicut enim nos credimus eum natum & passum: ita ipsi crediderunt nasciturum, & passurum; vnde eadem est fides nostra, & eorum, 2. Cor.4. *Habentes eundem spiritum fidei &c.* Quem scilicet N antiqui habuerunt: quia, licèt tempora mutata sint, spiritus tamen & fides non est mutata: nisi quòd illi credebant Christum venturum & passurum: nos autem credimus, ipsum venisse, & passum fuisse. Et hic spiritus est Spiritus Sanctus, qui est spiritus fidei. *Igitur*, sicut O antiqui Patres saluati sunt per fidem Christi venturi: ita & nos saluamur per fidem Christi jam nati & passi. *Hine Apostolus plures enumerat antiquorum, fide hac operantes, & hac fide saluatos, vt per totum caput* ad Hebr.11. *videre est. Nec Iudæis tantummodo, sed &* multis P Gentilium facta fuit reuelatio de Christo, vt patet per ea, quæ prædixerunt. Nam Iob 19. dicitur: *Scio, quòd Redemptor meus viuit.* Sibylla etiam prænunciauit quædam de Christo, vt *Augustinus* dicit. Inuenitur etiam in historijs Romanorum, quòd tempore Constantini Augusti, & Helenæ matris ejus, inuentum fuit quoddam sepulchrum, in quo jacebat homo, auream laminam habens in pectore, in qua scriptum erat: *Christus nascetur ex Virgine, & ego credo in eum. O' Sol, sub Helenæ & Constantini temporibus iterum me videbis.* Si qui tamen saluati fuerunt, quibus reuelatio non fuit facta, non fuerunt saluati absque fide Mediatoris: quia, etsi non habuerunt fidem explicitam, habuerunt tamen fidem implicitam in diuina prouidentia, credentes Deum esse liberatorem hominum secundùm modos sibi placitos, & secundùm quod aliquibus veritatem cognoscentibus spiritus reuelasset, *secundùm illud Iob* 35. Qui docet nos super jumenta terræ. *Et hinc etiam* necesse est Q dicere, quòd Angelus ante confirmationem habuit fidem, & similiter homo ante peccatum. *Et quamuis* in statu R primæ conditionis non erat auditus ab homine exteriùs loquente, à Deo tamen erat interiùs inspirante: sicut & prophetæ audiebant, secundùm illud Psalm. 84. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.*

G Ver.14.a.10. ad 2. & 3. & 2.2. q.2. a.3. ad 1.

Natura humana ordinatur ad beatitudinem, non quasi in finem debitum, sed ex diuina liberalitate: ex quo fide indigemus.

H 2.2. q.2. a.3. c. In 3. d.24. q.1. a.3. q.1. Ver.14. a.10. Op.70. q.1. post proœm. q.1. a.1. ad 3. Op.6. §.1. & 1. cont. G. c.5. & lib.3. c.118. & 152.

I Hebr.11. l.2. ibi,

Sine fide non potest ad Deū accedi, neque ad beatam Patriam perueniri.

L Hebr.3.l.3. ibi.

Fides in vtroque Testamento ad salutem necessaria.

M Rom.3.l.3. ibi, in justificationem. & cap.1.l.6. ibi, ex fide in fidem. Hebr.11. l.2 fi. & 1.2. 107.1. & 2.2. q.2. a.7. In 3. d.23. q.2. a.2. In 4. d.3. q.1. a.2. q.5. c. Ver.14. a.12.

Et eadem vtrobique.

N 2.Cor.4.l.6. ibi.

O 3. p. q.61. a.4. initio c. & q.68. a.1.

P 2.2. q.2. a.7. ad 3. In 3. d.25. q.2. a.2. q.2. ad 3.

Multis etiam Gentilium reuelatio de Christo facta est.

Vel Irenes, vt notat Bañez ibi.

Etiam ij, quibus non est reuelatio facta, si qui saluati sunt, absque fide Mediatoris, saltem implicita, non saluabantur.

Q 2.2. q.5. a.1. c. & q.2. a.7. c.

Angelus ante confirmationem, & homo ante peccatum, habuere fidem.

R 2.2. q.5. a.1. ad 3.

Si quis nutritus in syluis, nihil de fide audijsset: à Deo interiùs, vel per prædicatorem instrueretur, si tamen viueret secundùm rationis dictamen.

O *Cum autem fides ex auditu fit, & aliàs possibile est, quòd quis in syluis nutritus, nihil de fidei mysterijs audierit:* quia ad diuinam S prouidentiam pertinet, vt cuilibet prouideat de necessarijs ad salutem, dummodo (*nota*) ex parte ejus non impediatur: si aliquis taliter nutritus ductum naturalis rationis sequeretur in appetitu boni, & fuga mali, certissimè est tenendum, quòd ei Deus vel per internam inspirationem reuelaret ea, quæ sunt ad credendum necessaria, vel aliquem fidei prædicatorem ad eum dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornelium Act. 10. *Tametsi verò non teneantur omnes ad conformandum intellectum suum diuino intellectui, sicut ad conformandam voluntatem: alioquin nullus falsam habens opinionem posset saluari:* Dicendum T quòd non est simile de voluntate & intellectu: quia defectus intellectus non est in potestate nostra, sicut defectus voluntatis: quia intellectus violenter cogitur quandoque rationibus, vt *in 5. Metaph.* dicitur, non autem voluntas. Et tamen in his, quæ necessaria sunt ad salutem, tenemur intellectum nostrum diuino conformare, vt in his, quæ fidei sunt: quia in his, si quod in nobis est facimus, diuinum nobis non deerit auxilium. In alijs etiam peccaret quis, si voluntariè secundùm intellectum, verum impugnaret, & falso adhæreret.

S *Ver.* 14. 11. *ad* 1. & 2. & 2. 2. 2. 3. *In* 2. *d.*28. 1. 4. *ad* 4. *In* 3 *d.* 5. 2. 1. *q.*1. *ad* 1. & 2. & 2. 2 *q.* 2. *c.* *Rom.*10. *l.*3.

An intellectum nostrum diuino cõformare teneamur.

T 1. *d.*48. 1 3. *ad* 1. *In* 2. *d.* 39. 1. 2. *ad* 4. & *locis cit.*

In his, quæ sunt fidei, tenemur: neque enim, si quod in nobis est, facimus, diuinum auxilium deerit.

*Verùm, cum credere teneamur, & assensus fidei, vt vidimus, ex Dei gratia fit, Ioan.*6. Hoc est opus Dei, vt credatis in eum &c. *quia videlicet* hoc idem V quod credimus, & quicquid operamur boni, est in nobis à Deo, *Philipp.*1. Vobis donatum est, non solùm vt in eum credatis &c. & *Ephes.*2. Gratia estis seruati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est*: cum inquam res ita sit; &* si aliter X non potest credere quis, nisi detur ei a Deo, videtur, quòd infidelitas non sit alicui imputanda. Ad quod dicendum, quòd ideò eis imputatur, quia in eis est causa, quare eis non datur. Sicut ergo non possem videre lumen, nisi illuminarer à Sole; si autem clauderem oculos, non viderem lumen: quod non esset ex parte Solis, sed ex parte mea: quia claudendo oculos, præbeo causam, vt non illuminer. Peccatum autem est causa, quare non illuminamur à Deo per fidem, putà originale, vel in aliquibus actuale, quæ quidem causa in omnibus est. Vnde omnes illi, qui deseruntur, justo Dei judicio deseruntur, & illi qui eliguntur, ex Dei miseratione assumuntur. *Et in hoc diuinæ imperscrutabili sapientiæ nos humiliare debemus:* Quem *namque* trahat, & quem non trahat, noli velle judicare, si non vis errare, *ajebat* Augustinus.

V *Io.*6. *l.*3. *lit. g. fi.* & *Io.* 10. *l.*3. *lit. d.*

X *Ioan.*10. *loc. cit. Rom.*10. *l.* 3. & *locis cit. lit. f.*

Si actus credendi est à Deo, cur non credenti infidelitas imputetur.

Quid implicitè, quid explicitè credere teneamur.

P *Circa credibilia verò, quid implicitè, quid explicitè credendum: docemur*, quòd fidei Y objectum per se est id, per quod homo beatus efficitur*:* per accidens autem, aut secundariò se habent ad objectum virtutis omnia, quæ in Sacra Scriptura diuinitus tradita continentur, sicut quòd Abraham habuit duos filios, quòd Dauid fuit filius Isai, & alia hujusmodi. Quantùm ergo ad prima credibilia, quæ sunt articuli fidei, tenetur homo explicitè credere, sicut & tenetur habere fidem. Quantùm autem ad alia credibilia, non tenetur homo explicitè credere, sed solùm implicitè, vel in præparatione animi, in quantùm paratus est credere quicquid diuina Scriptura continet: sed tunc solùm hujusmodi tenetur explicitè credere, quando hoc ei constiterit in doctrina fidei contineri. *Neque omnes ad explicitam hanc fidem habendam æqualiter tenentur*: *nam* explicatio Z credendorum fit per reuelationem diuinam. Reuelatio autem diuina ordine quodam ad inferiores peruenit per superiores: sicut ad homines per Angelos, & ad inferiores Angelos per superiores, vt patet per *Dionys. in Cœlest. hier.* Et ideò pari ratione explicatio fidei oportet quòd perueniat ad inferiores homines per majores: & ideò, sicut superiores Angeli, qui inferiores illuminant, habent pleniorem notitiam de rebus diuinis, quàm inferiores, vt dicit idem *Dionysius:* ita etiam superiores homines, ad quos pertinet alios erudire, tenentur habere pleniorem notitiam de credendis, & magis explicitè credere. *Cæterùm* minores A non habent fidem implicitam in fide majorum, nisi quatenus majores adhærent doctrinæ diuinæ. Vnde & Apostolus dicit 1. Corinth.4. *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*. Vnde humana cognitio non fit regula fidei, sed veritas diuina: à qua si aliqui majorum deficiant, non præjudicat fidei simplicium, qui eos rectam fidem habere credunt: nisi pertinaciter eorum erroribus in particulari adhæreant contra vniuersalis Ecclesiæ fidem, quæ non potest deficere, Domino dicente *Luc.*22. Ego rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua. *Vbi bene notat* Cajetanus *duo*. *Primum, quòd* quamuis vniuersalis Ecclesiæ cognitio fidei non possit errare*:* non tamen ipsa est regula fidei, sed doctrina diuina, cui innititur. *Secundum, quòd* Author quasi synonymè vtitur vniuersalis Ecclesiæ & Petri nominibus*:* quia Petri in se & successoribus suis fides, est fides, quam tenetur Ecclesia tota suscipere. Et est sermo non de fide illius hominis, qui succedit Petro, sed de fide successoris, vt diffinitiuè docet, quid in Ecclesia tenendum de fide. Christus enim nunquam permisit, aut permittet, cum sic errare, non propter se, sed propter Ecclesiam vniuersalem, quæ tenetur sententiam illius sequi. *Hæc Cajetanus*.

Y 2. 2. 2. 5. *c.* *Ver.* 14. 11. *In* 2. *d.*33. 1. 5. *c.* *In* 3. *d.* 25 2. 2. *q.*3.

Non omnes ad fidem explicitè habendam æqualiter tenentur.

Z 2. 2. 2. 6. *c.* *In* 3. *l. c. a.* 1. *In* 4. *d.* 24. 1. 3 *q.* 2 *Ver. l. c. in corp.* & *ad* 6.

Majores pleniorem tenẽtur habere explicitã fidem, quàm inferiores.

A 2 2. *loco cit, ad* 3.

Qualiter in fide majorum habeant minores fidem implicitam.

Regula fidei sola veritas diuina.

Cajetani doctrina.

Duo verò præcipua sunt, de quibus debent ac tenentur omnes explicitam habere fidem, scilicet mysterium incarnationis, & diuinarum Trinitas personarum. In fide B nostra duo principaliter credenda sunt, scilicet mysterium Trinitatis, & incarnationis: quæ duo Petrus confitetur, cum *Joan.*6. ad Dominum dixit: *Nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei*. Mysterium quidem Trinitatis confitetur, cum dicit: *Tu es Filius Dei*. In hoc enim quòd dicit eum Filium Dei, facit mentionem de persona Patris & Filij, simul etiam & Spiritus Sancti, qui est Amor Patris & Filij, & nexus vtriusque. Mysterium verò incarnationis, cum dicit: *Tu es Christus*; Christus enim græcè, latinè vnctus dicitur, oleo scilicet inuisibili Spiritus Sancti: sed non secundùm diuinam naturam, quia qui vngitur Spiritu Sancto, ipsa vnctione melior efficitur: Christus autem, secundùm quod Deus, non efficitur melior; ergo est vnctus secundùm quod homo. *Et hoc insinuauit Apostolus ad Hebr.*10. Habentes fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi: quam initiauit nobis viam nouam, & viuentem, per velamen, idest carnem suam: *Etenim* sicut C sacerdos per velum intrabat in Sancta Sanctorum: ita, si volumus intrare Sancta gloriæ, oportet intrare per carnem Christi, quæ fuit *velamen* Deitatis, Is.45. *Verè tu es Deus absconditus*. Non enim sufficit fides de Deitate, si non adsit fides de incarnatione, *Ioann.*14. Creditis in Deum, & in me credite. *Fides autem de incarnatione includit fidem de Trinitate, quia secunda Trinitatis persona humanam carnem assumpsit: quod mox patebit*. *Quoad mysterium igitur incarnationis, sciendum, quòd (vt prætactum est)* illud D propriè & per se pertinet ad objectum fidei, per quod homo beatitudinem consequitur. Via autem hominibus veniendi ad beatitudinem est mysterium incarnationis & passionis Christi: dicitur enim Act 4. *Non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri;* & ideò mysterium incarnationis Christi aliqualiter oportuit omni tempore esse creditum apud omnes: diuersimodè tamen secundùm diuersitatem temporum & personarum. Nam ante statum peccati homo habuit explicitam fidem de Christi incar-

Duo præcipuè explicitè credenda, diuina Trinitas, & Verbi incarnatio.

B *Ioan.* 6. *l.* 8. *lit. h.* & *Math.*16. *lit. b. ibi,* tu es Christus. 1. *Cor.* 15. *l.* 1.

C *Hebr.*10. *l.*3. *ibi,* velamen.

Fidem de incarnatione Christi aliqualiter omni tẽpore oportuit haberi: sed diuersimodè.

D 2. 2. 2. 7. *c.* *In* 3. *d.*25. 2. 2. *q.*2. & *exp. tex.* *In* 4. *d.* 6. 2. 2. *q.* 1. *c.* *Ver* 14. 11. & 1. *Cor.* 15. *l.* 1.

Ante peccatum.

incarnatione, secundùm quod ordinabatur ad consummationem gloriæ; non autem secundùm quod ordinabatur ad liberationem à peccato per passionem & resurrectionem: quia homo non fuit præscius peccati futuri. Videtur autem incarnationis Christi præscius fuisse per hoc quod dixit: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ*, vt habetur *Genes.2.* Et hoc Apostolus *ad Ephes.5.* dicit *Sacramentum magnum esse in Christo & Ecclesia*: quod quidem Sacramentum, non est credibile, primum hominem ignorasse. Post peccatum autem fuit explicitè creditum mysterium incarnationis Christi, non solùm quantùm ad incarnationem, sed etiam quantùm ad passionem & resurrectionem, quibus humanum genus à peccato & morte liberatur. Aliter enim non præfigurassent Christi passionem quibusdam sacrificijs & ante legem & sub lege: quorum quidem sacrificiorum significatum explicitè Majores cognoscebant: minores autem sub velamine illorum sacrificiorum, credentes ea diuinitus esse disposita de Christo venturo, quodammodo habebant velatam cognitionem. Et ea, quæ ad mysteria Christi pertinent, tantò difficiliùs cognouerunt, quantò à Christo remotiores fuerunt: & tantò faciliùs cognouerunt, quantò Christo propinquiores fuerunt. Post tempus autem gratiæ reuelatæ, tam majores, quàm minores tenentur habere fidem explicitam de mysterijs Christi, præcipuè quantùm ad ea, quæ communiter in Ecclesia solemnizantur, & publicè proponuntur, sicut sunt articuli incarnationis. Alias autem subtiles considerationes circa incarnationis articulos tenentur aliqui magis vel minùs explicitè credere, secundùm quod conuenit statui & officio vniuscujusque. *Quoniam verò* mysterium E incarnationis Christi explicitè credi non potest sine fide Trinitatis, quia in mysterio incarnationis Christi hoc continetur, quòd Filius Dei carnem assumpserit; quòd per gratiam Spiritus Sancti Mundum renouauerit; & iterum, quòd de Spiritu Sancto conceptus fuerit: ideò eodem modo, quo mysterium incarnationis Christi ante Christum fuit explicitè creditum à Majoribus, implicitè autem, & quasi obumbratè à minoribus: ita etiam & mysterium Trinitatis. Et ideò etiam, post tempus gratiæ diuulgatæ, tenentur omnes ad explicitè credendum mysterium Trinitatis. Et omnes, qui renascuntur in Christo, hoc adipiscuntur per inuocationem Trinitatis, *secundùm illud Matth. vlt.* Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. *Neque obstant verba Apostoli ad Hebr.11.* Credere oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. *Etenim* illa duo F explicitè credere de Deo, omni tempore & quoad omnes necessarium fuit: non tamen est sufficiens omni tempore & quoad omnes. *Quanquam etiam, cum Apostolus dicit*, quia est, *implicitè fides Trinitatis continetur; & cum dicit*, remunerator sit, *implicitè fides intelligitur incarnationis: nam per Christum habemus introitum in Cœlum ad æternam remunerationem adipiscendam. Et hoc est, quod ajebat initio Author*: Tota G fidei cognitio versatur circa diuinitatem Trinitatis, & humanitatem Christi: nec mirum, quia Christi humanitas via est, qua ad diuinitatem peruenitur. Hinc est, quòd Dominus discipulis dixit *Ioann. cap.14.* Quò ego vado scitis, & viam scitis. Ego sum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me.

Adam fuit præscius incarnationis Christi, non tamen futuri peccati.

Post peccatum.

Post tempus gratiæ: in quo tam majores, quàm minores tenentur explicitè credere mysteria Christi.

E 2. 2. 1. 8. c. In 3. l. c. a. 2. q. 4. & exp. tex. Ver. loco cit.

Sicut & mysterium Trinitatis in ijs inclusum.

F 1. 2. loco cit. ad 1. In 3. l. c. ad 1.

G Op 3. cap. 2.

q *Verumtamen ita in Christo humanitatem confiteri per fidem debemus, vt diuinitatem ab eo non excludamus, quia vt* Hilarius *dicit*: Alterum sine altero nihil spei tribuit ad salutem. *Talem Apostolus Thomas confessus est Christum, cum ait*: Dominus meus & Deus meus, *Ioann. cap.20.* Factus est H Thomas, *inquit Author*, bonus Theologus, veram fidem confitendo: quia humanitatis Christi, cum dicit: *Dominus meus*; sic enim vocabant eum ante passionem, Ioann.14. *Vos vocatis me, Magister & Domine*: Item diuinitatis, quia *Deus meus*; ante enim non vocabant eum Deum, nisi quod Petrus dixit Matth.16. *Tu es Christus Filius Dei viui*. Et in hoc I perfecta fides tangitur, quia tangitur fides humanitatis, *Tu es Christus*. Item non solùm confessus est humanitatem, sed testudine penetrata, vsque ad diuinitatem transcendit, dicens: *Tu es Filius Dei*; & dicit, *viui*, ad excludendum errorem Gentilium, qui quosdam homines mortuos dicebant Deos. *Talem confessi sunt Christum & duo cæci illi* Matth.20. *qui dixerunt ad eum*: Domine, miserere nostri, fili Dauid. *Siquidem hoc pacto fatentur* L ipsum esse Deum & hominem. Deum, quia dicunt, *Domine*, Psalm.109. *Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus*: & petunt, quod est proprium Deo: *miserere nostri*. Item dicunt eum ex semine Dauid: & in hoc confitentur humanitatem. *Quid autem peterent, audi*: Domine, vt aperiantur oculi nostri. *Et quidem* hoc est justum, vt quilibet peccator petat, Psalm.12. *Illumina oculos meos &c.* Confitebantur Deum, dicendo, *Domine*; & hominem, vocando *filium Dauid*: ideò (*en meritum fidei*) misertus est eorum. Sed & in hoc, quòd Christus *tetigit oculos eorum, & confestim viderunt*, tangitur humanitas & diuinitas Christi. Quòd enim tetigit, opus fuit humanitatis: quòd statim illuminauit, fuit opus diuinitatis. *Et bene de visione fit sermo: vt enim visionem Dei, quam per fidem hìc prælibamus, plenè adipiscamur in Patria, vtramque in Christo naturam fateri debemus. Sanè vtraque in Christo natura satis jam Mundo manifestata est & comprobata. Nam manifestè* in his M quæ fecit Christus, vel passus est, simul conjungebantur & humana infirmitas, & diuina potestas. In natiuitate enim pannis inuolutus in præsepio ponitur: sed ab Angelis collaudatur, & à Magis stella duce adoratur. Tentatur à diabolo: sed ei ministratur ab Angelis. Viuit inops & mendicus: sed mortuos suscitat, & cæcos illuminat. Moritur affixus patibulo, adnumeratur latronibus: sed in ejus morte Sol obscuratur, terra tremit, franguntur lapides, aperiuntur monumenta, & mortuorum corpora suscitantur. Si quis ergo ex talibus initijs tantum fructum videat consecutum, scilicet conuersionem ferè totius Mundi ad Christum; & vlteriùs alia signa quærat ad credendum: durior lapide censeri potest, cum in morte ejus & petræ scissæ sunt.

In Christo diuinitas præter humanitatem confitenda.

H Ioan. 20. l. 6. lit. c.

I Matth. 16. lit. b. ibi.

L Matth. 20. lit. b. ibi.

Quid petat peccator à Deo.

M Opus. cap. 7. post med.

Vtraque in Christo natura satis manifestata est & comprobata.

r *Porrò credibilia omnia, explicitè nimirùm credenda, per articulos ab Ecclesia distincta sunt. Quocirca sciendum, quòd* articulus N nomen græcum est, & importat indiuisionem: vnde membra, quæ non diuiduntur in alia membra, dicuntur articuli. Et secundùm istum modum conclusiones, quæ inquiruntur in aliqua scientia, vel aliquo tractatu, dicuntur articuli: quia ex eis, sicut ex quibusdam principijs indiuisibilibus, consurgit collectio, quæ tractatum perficit. Et sic in judicijs, ea quæ per testes probata sunt vel probanda, dicuntur articuli. *Et alibi*. Nomen O articuli ex Græco videtur esse deriuatum: *Arthros* enim in græco, quod in latino *Articulus* dicitur, significat quandam coaptationem aliquarum partium distinctarum; & ideò particulæ corporis, sibi inuicem coaptatæ, dicuntur membrorum articuli. Et similiter in Grammatica apud Græcos dicuntur articuli quædam partes orationis, coaptatæ alijs dictionibus, ad exprimendum earum genus, numerum, vel casum. Similiter in Rhetorica articuli dicuntur quædam partium coaptationes: dicit enim *Tullius* in 4. Rhetor. quòd *Articulus dicitur, cum singula verba internallis distinguuntur cæsa oratio-*

Quid articulus, & vnde dicatur.

N In 3. d. 25. 1. 1. q. 1. c.

O 2. 2. 1. 6. c.

Cur per articulos credibilia fidei distinguantur.

oratione, hoc modo: *Acrimonia, voce, vultu, aduersarios perterruisti*. Vnde & credibilia fidei Christianæ dicuntur per articulos distingui, in quantùm in quasdam partes diuiduntur, habentes aliquam coaptationem ad inuicem. Est autem objectum fidei aliquid non visum circa diuina: & ideò, vbi occurrit aliquid speciali ratione non visum, ibi est specialis articulus. Vbi autem multa secundùm eandem rationem sunt cognita, vel non cognita, ibi non sunt articuli distinguendi. Sicut aliam difficultatem habet ad videndum, quòd Deus sit passus, & aliam quòd mortuus resurrexerit. Et ideò distinguitur articulus resurrectionis ab articulo passionis. Sed quòd sit passus, mortuus, & sepultus, vnam & eandem difficultatem habent, ita quòd vno suscepto, non est difficile alia suscipere; & propter hoc, omnia hæc pertinent ad vnum articulum. *Quòd verò diffiniatur articulus* à Richardo de S. Victore, *quòd sit* indiuisibilis veritas de Deo, arctans nos ad credendum: *dicendum est, quòd* illa P diffinitio datur de articulo magis secundùm quandam etymologiam nominis, prout habet deriuationem latinam, quàm secundùm ejus veram significationem, prout à Græco deriuatur. Potest tamen dici, quòd licèt ad credendum necessitate coactionis nullus arctetur, cum credere sit voluntarium: arctatur tamen necessitate finis, quia *accedentem ad Deum oportet credere, & sine fide impossibile est placere Deo*, vt Apostolus dicit Hebr. 11. *Continentur autem omnes fidei articuli in Symbolo*. Nomen verò symboli Q similitudinem & collectionem importat: vnde à quatuor collectionibus nomen symboli imponitur. Primò à collectione multorum hominum in vnam fidem. Secundò à collectione prædicantium fidem: quia omnes Apostoli collecti hanc regulam fidei ediderunt, vnusquisque quod suum est apponens. Tertiò quia ex diuersis locis Sacræ Scripturæ colliguntur ea, quæ credenda sunt, vt in promptu habeantur. Quartò omnium beneficia diuinitus collata ibi colliguntur. *Est autem symbolum duplex. Vnum primum & principale Apostolorum, vt prætactum modò est: alterum aliquorum Patrum in Concilijs congregatorum: & quidem præcipuum, post Apostolicum, est Nicænum, quod publicè legitur, & cantatur in Missa. Quod ideò fit*: quia Symbolum R Patrum est declaratiuum Symboli Apostolorum, & etiam fuit conditum fide jam manifestata, & Ecclesia pacem habente: propter hoc publicè in Missa cantatur. Symbolum autem Apostolorum, quod tempore persecutionis editum fuit, fide nondum publicata, occultè dicitur in *Prima*, & in *Completorio*, quasi contra tenebras errorum præteritorum & futurorum. *Item*, quia S Symbolum Nicænum editum est ad manifestationem fidei, ideò dicitur statim post Euangelium, quasi expositio ipsius. Symbolum autem Athanasij, quod contra hæreticos editum est, in *Prima* dicitur (*Iam lucis orto sidere*) quasi jam pulsis hæreticorum tenebris. *Verùm* Athanasius, *ceu priuata persona* (ad solam enim T authoritatem summi Pontificis pertinet noua editio Symboli, sicut & omnia alia, quæ pertinent ad totam Ecclesiam: cujus authoritate Synodus congregatur, & ejus sententiâ confirmatur:) non composuit V manifestationem fidei per modum Symboli, sed magis per modum cujusdam doctrinæ, vt ex ipso modo loquendi apparet. Sed quia integram fidei veritatem ejus doctrina breuiter continebat, authoritate Summi Pontificis est recepta, vt quasi regula fidei habeatur. *Cæterùm* in omnibus X Symbolis eadem fidei docetur veritas: sed ibi oportet populum diligentiùs instrui, vbi errores insurgunt, ne fides simplicium per hæreticos corrumpatur. Et hæc fuit causa, quare necesse fuit edere plura Symbola, quæ in nullo alio differunt, nisi quòd in vno pleniùs explicantur quæ in alio continentur implicitè, secundùm quod exigebat hæreticorum instantia.

P 2. 2. l. c. ad 3. & in 3. l. c. ad 3.

Articuli omnes in Symbolo continentur.

Q In 3. d. 25. 2. 1. q. 3. c & 2. 2. 1. 9. c.

Nomen Symboli quid importet.

Symbolum duplex, Apostolorum & Patrum.

Nicænum post Apostolicum præcipuum.

R 2. 2. 1. 9. ad 6. In 3. loco cit. ad 4.

Cur istud publicè in Missa cantetur: Apostolicum verò occultè in Prima & Completorio.

S In 3. loco cit. ad 4. fi.

T 2. 2. 1. 10. fi. c & ad 2 fi.

Ad solam authoritatem Papæ pertinet noua conditio Symboli, & Synodi congregatio, & ejus sententiæ confirmatio.

V 2. 2. l. c ad 3. & in 3. loco cit. ad 2.

Symbolum Athanasij an verè Symbolum.

X 2. 2. 1. 9. ad 2. In 3. l. c.

In omnibus Symbolis eadem fidei veritas: sed plenius in vno explicantur, quæ in alio continentur implicitè.

¶ *Distinguuntur ergo in Symbolo Apostolorum, & rectè quidem enumerantur articuli fidei. Nam* prima Y distinctio credibilium est, quòd quædam pertinent ad majestatem diuinitatis: quædam verò pertinent ad mysterium humanitatis Christi, quod est pietatis Sacramentum, vt dicitur 1. *ad Timoth.* 4. Circa majestatem autem diuinitatis tria nobis credenda proponuntur. Primò quidem vnitas diuinitatis: & ad hoc pertinet primus articulus. Secundò Trinitas personarum: & de hoc sunt tres articuli secundùm tres personas. Tertiò verò proponuntur nobis opera diuinitatis propria. Quorum primum pertinet ad esse naturæ; & sic proponitur nobis articulus creationis. Secundum verò pertinet ad esse gratiæ: & sic proponuntur nobis sub vno articulo omnia pertinentia ad sanctificationem humanam. Tertium verò pertinet ad esse gloriæ: & sic proponitur nobis alius articulus de resurrectione carnis, & de vita æterna. Et ita sunt septem articuli ad diuinitatem pertinentes. Similiter etiam circa humanitatem Christi ponuntur septem articuli. Quorum Primus est de incarnatione siue conceptione Christi. Secundus de natiuitate ejus ex Virgine. Tertius de passione ejus & morte & sepultura. Quartus est de descensu ad inferos. Quintus est de resurrectione. Sextus de ascensione. Septimus de aduentu ad judicium. Et sic in vniuerso sunt quatuordecim. Quidam tamen distinguunt duodecim articulos fidei: sex pertinentes ad diuinitatem, & sex pertinentes ad humanitatem. Tres enim articulos trium personarum comprehendunt sub vno, quia eadem est cognitio trium personarum. Articulum verò de opere glorificationis distinguunt in duos, scilicet resurrectionem carnis, & gloriam animæ. Similiter articulum conceptionis & natiuitatis conjungunt in vnum. *Qualiter autem singuli Apostoli distinxerint, tradit Author, cum ait:* Horum Z articulorum tres *Petrus* in vnum complexus est, scilicet articulum de vnitate essentiæ, de omnipotentia Patris, & de opere creationis: (quia enim opus creationis propter potentiam, quam indicat, Patri appropriatur, qui est etiam fons totius Deitatis: ideò competit *Petro*, qui est Caput Apostolorum, sicut Pater Trinitatis.) Posuit autem *Ioannes* articulum de persona Filij. Articulum autem de conceptione & natiuitate conjunxit in vnum *Iacobus Zebedæi*. Articulum autem de passione posuit *Andreas*. Descensum ad inferos posuit *Philippus*. Resurrectionem *Thomas*. Ascensionem *Bartholomæus*. Aduentum ad judicium *Matthæus*. Articulum de Spiritus Sancti persona *Iacobus Alphæi*. Opus gratiæ diuiserunt duo Apostoli: nam *Simon* posuit effectum in consecutione boni, scilicet Sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem: *Iudas Iacobi* quantùm ad remotionem mali, scilicet remissionem peccatorum. Effectum gloriæ posuit *Matthias*, vel iterum *Thomas*, vt quidam dicunt. Alij autem aliter prædictos articulos attribuunt Apostolis: sed in hoc non est magna vis. *Ex eodem siquidem Apostolico fonte omnes deriuantur in Ecclesiam Dei. Ad præfatos autem articulos cætera cuncta reducuntur, quæ possent successu temporis explicitè ad fidem spectare, vt videre est* A. *Et hinc deducitur, quòd* quantùm B ad substantiam articulorum fidei, non est factum eorum augmentum per temporum successionem: quia quæcunque posteriores crediderunt, continebantur in fide præcedentium Patrum, licèt implicitè. Sed quantùm ad explicationem creuit numerus articulorum: quia quædam explicitè cognita sunt à posterioribus, quæ à prioribus non cognoscebantur explicitè. Vnde Dominus Moysi dixit *Exodi* 6.

Omnes fidei articuli rectè distinguuntur in Symbolo Apostolorum.

Y 2. 2. 1. 8. In 3. d. 25. 1. 2. c. & fusè Op. 5.

Septem quoad diuinitatem; totidem quoad Christi humanitatem.

Quidam duodecim tantùm distinguunt.

Qualiter singuli Apostoli eos distinxerint.

Z In 3. loc. cit. fi. c.

A 2. 2. 1. 7. In 3. d. 25. 1. 2. q 1. & 1. Cor. 15. l. 1.

B 2. 2. l. c. fi. c. In 3. d. 25. 2. a. 2.

An creuerit per successionem temporum numerus articulorum.

Ego

Digitized by Google

Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob: & nomen meum *ADONAI* non indicaui eis. *Et Dauid Psal.* 118. *dicit:* Super senes intellexi. *Et Apostolus ad Ephes.* 3. Alijs generationibus non est agnitum filijs hominum (*mysterium Christi*) sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis ejus, & Prophetis. *Quia verò fidelis articulos omnes sub vna, primæ & infallibili Veritati innixus, Ecclesia proponente, æqualiter credit: hinc est, quòd* hæreticus C non habet habitum fidei (*nec formatæ nec informis*) etsi vnum solum articulum discredat: habitus enim infusi per vnum actum contrarium tolluntur. Fidei etiam habitus hanc efficaciam habet, vt per ipsum intellectus fidelis detineatur, ne contrarijs fidei assentiat, sicut & castitas refrænat à contrarijs castitati. Quòd autem hæreticus aliqua credat, quæ supra naturalem cognitionem sunt, non est ex aliquo habitu infuso, quia ille habitus dirigeret eum in omnia credibilia æqualiter: sed est ex quadam æstimatione humana, sicut pagani aliqua supra naturam de Deo credunt.

Qui vnum discredit articulum, omnes discredit, quia habitum fidei amittit. Et si credit aliqua, ex humana æstimatione credit, non ex habitu fidei.
C *Ver.* 14. 10. *ad* 10. & 2. 2. 5. 3. *In* 3. *d.* 23. 3. 3. § 2.

t *Postremò triplex assignatur fidei actus, scilicet credere in Deum, credere Deum, & credere Deo:* non *tamen* nominant D diuersos actus, sed diuersas circumstantias ejusdem actus virtutis. Non est autem actus virtutis perfectè, nisi has omnes circumstantias habeat. *Igitur* credere in Deum E demonstrat ordinem fidei ad finem, qui est per charitatem: nam *credere in Deum*, est credendo in Deum ire, quod charitas facit. Et sic sequitur speciem fidei: (*quod est respectu voluntatis.*) *Credere* autem *Deum*, demonstrat fidei materiam, secundùm quod est virtus theologica, habens Deum pro objecto. Et ideò hic actus nondum attingit ad speciem fidei: quia si aliquis credat, Deum esse, per aliquas rationes humanas & naturalia signa, nondum dicitur fidem habere, de qua loquimur: sed solùm quando ex hac ratione credit, quòd est à Deo dictum: quod designatur per hoc, quod dicitur *credere Deo*. Et ex hoc fides specificatur (*quod est respectu intellectus:*) sicut & quilibet cognoscitiuus habitus speciem habet ex ratione, per quam assentit in aliquid. Et ideò dicitur Rom. 4. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam:* vbi posuit hunc actum, qui est *credere Deo*, qui est proprius actus fidei, ejus speciem demonstrans. *Id quod & à Domino innuitur* Ioa. 6. *cum ait:* Hoc est opus Dei, vt credatis &c. *Quo loci Author, præfatos tres fidei actus, siue differentes vnius actus circumstantias exponens:* Differt *inquit* credere F Deum; sic enim designo objectum: & credere Deo, quia sic designo testem: & credere in Deum, quia sic designo finem: vt sic Deus possit haberi vt objectum fidei, vt testis, & vt finis. Sed aliter & aliter: quia objectum fidei potest esse creatura; credo enim Cœlum esse creatum. Similiter & creatura potest esse testis fidei: credo enim Paulo, seu cuicunque Sanctorum. Sed fidei finis non potest esse nisi Deus: nam mens nostra solùm in Deum fertur sicut in finem. Finis autem, cum habeat rationem boni, est objectum amoris; & ideò credere in Deum, vt in finem, est proprium fidei formatæ per charitatem; quæ quidem fides sic formata, est principium omnium bonorum operum, & in tantùm ipsum credere dicitur opus Dei. *Et hoc est quod ait Dominus Ioann.* 3. Qui credit in eum, non judicatur: *Vbi Author:* Non dicit G qui credit ei: sed *qui credit in eum*; idest, qui credendo, in eum per charitatem tendit, non judicatur. *Vt videlicet necessarium esse nouerimus, quòd fides sit per charitatem operatiua; vt finem vitæ æternæ, quæ nobis ex fide promittitur, feliciter assequamur: hoc enim solo vnico, sed vero sensu intelligendum est quod ait Dominus Ioan.* 6. *cit.* Qui credit in me, habet vitam æternam. *Qui credit*, scilicet H fide formata, quæ non solùm perficit intellectum,

Quid credere in Deum, credere Deum, credere Deo.
D *Ver.* 14. 7. *ad* 7.
E *Rom.* 4. *l.* 1. *ibi*, credidit. 2. *Tim.* 1. *l.* 4. & 2. 2. 1. 2. *In* 3. *d.* 23. 2. 2. § 1. *c. ad Hann.* 3. *d.* 23. *exp tex. Ver. loco cit.*

Per hoc, quod est credere Deo, fides specificatur.

F *Io.* 6. *l.* 3. *lit. g. ibi.*

Deus respectu fidei potest haberi vt objectum, vt testis, vt finis: sed aliter & aliter.

Cur credere dicatur opus Dei.
G *Ioan.* 3. *l.* 3. *lit. c. ibi* & *cap.* 3. *l.* 4. *lit. c. ibi.* in judicium.

Exponitur illud: *Qui credit in me, habet vitā æternam.*
H *Io.* 6. *l.* 6. *lit. a. ibi.*

sed etiam affectum: non enim tenditur in rem creditam, nisi ametur. Christus autem est in nobis dupliciter, scilicet in intellectu per fidem, in quantùm fides est, & in affectu per charitatem, quæ informat fidem, 1. Ioann. 4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Qui ergo credit sic in Christum, vt in eum tendat, habet ipsum in affectu & intellectu. Et, si addamus, quòd Christus est vita æterna (1. *Ioann. vlt.* Vt simus in vero Filio ejus Iesu Christo: hic est verus Deus, & vita æterna; & *Ioann.* 1. In ipso vita erat:) possumus inferre, quòd quicunque *credit in Christum, habet vitam æternam.* Habet inquam in causa, & in spe, quandoque habiturus in re. *Ex quo dicitur in Symbolo:* Credo in Deum Patrem, & in Iesum Christum Filium ejus vnicum, & in Spiritum Sanctum. *Non ita*, in Sanctam Ecclesiam, *dicimus:* Melius I est *enim*, & secundùm communiorem vsum, vt non ponatur, *in*, sed simpliciter dicatur, *Sanctam Ecclesiam Catholicam*, sicut etiam *Leo Papa* dicit. Quòd si dicatur, *in Sanctam Ecclesiam*, hoc est intelligendum (*ex Anselmo*) secundùm quod fides nostra refertur ad Spiritum Sanctum, qui sanctificat Ecclesiam, vt sit sensus: *Credo in Spiritum Sanctum sanctificantem Ecclesiam. DISCE in Christum perfectè credere, qui nobis est via, & veritas, & vita.*

Non dicitur: *Credo in Sanctā Ecclesiam, sed Sanctam Ecclesiam.*
I 2. 2. 1. 9. *ad* 5. *In* 3. *d.* 25. 1. 2. *ad* 5.

IV. Fides mortua est, quæ est impotens ad suas operationes. Fides viua est quasi arbor, florens per firmum propositum Deo seruiendi: & folia debita habens, scilicet sermonem, qui sit ad ædificationem fidei, & det gratiam audientibus: & fructum debitum bonorum operum proferens. *Op. de er. Pr. l.* 2. *cap.* 3.

u NObilitas *fidei, & vtilitas, partim ex huc usque allatis innotescit. Sanè* per fidem L anima conjungitur Deo: (*immò* prima M conjunctio animæ ad Deum est per fidem:) nam per fidem anima Christiana facit quasi quoddam matrimonium cum Deo, Ose. 2. *Sponsabo te mihi in fide.* (*Et alibi: super illud Matth.* 22. Simile factum est regnum Cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo: *nimirum, secundùm quod* Ecclesia N Christo, & anima nostra Deo per fidem desponsatur.) Et inde est, quòd quando homo baptizatur, primò confitetur fidem, cum dicitur ei: *Credis in Deum?* Quia baptismus est primum Sacramentum fidei. Et ideò dicit Dominus Marc. vlt. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit:* baptismus enim sine fide non prodest: & ideò nullus est acceptus Deo sine fide. *Ex quo* in sacra O Scriptura specialiter per fornicationem idololatria & infidelitas designantur, *Ose.* 4. Spiritus fornicationum decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo. *Quin & secundùm Apostolum Rom.* 14. Omne, quod non est ex fide, peccatum est. *Quod ex glossa exponitur;* Nihil P bonum est sine summo bono; idest, nullum bonum meritorium est sine gratia Dei: & vbi deest agnitio vitæ æternæ, & incommutabilis veritatis, quæ scilicet est per fidem, falsa virtus est in optimis moribus, in quantùm scilicet non refertur ad finem beatitudinis æternæ. Cum verò homo infidelis aliquid agit ex eo, quòd infidelis est, manifestum est quòd peccat. Vnde in glossa dicitur: *Omne, quod non est ex fide, peccatum est;* sic est intelligendum. Omne quod est contra fidem, vel contra conscientiam, peccatum est, etiamsi ex genere suo bonum esse videatur; putà, si paganus ad honorem suorum deorum virginitatem seruet, vel eleemosynam det: hoc ipso peccat, *ad Tit.* 1. Coinquinatis infidelibus nihil est mundum: sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia.

Anima Deo, & Ecclesia Christo per fidem desponsatur.
L *Opus.* 6. § 1. *initio.*
M *In* 4. *d.* 39. 1. 6. *ad* 2.
N *Matth.* 22. *lit. a. ibi.*

O *In* 4. *loco cit.*

Exponitur illud: *Omne, quod non est ex fide, peccatum est.*
P *Rom.* 14. *l.* 3. *fi. Op.* 6. § 1. & 2. 2. 10. 4. & § 23. 7. *ad* 1. *In* 2. *d.* 41. 1. 2. & *exp tex. In* 4. *d.* 39. 1. 2. *ad* 5.

Pro-

Q *Ad Tit. Prolog. init. & 3. 3. 12. 1, ad 2.*
Vita ſpiritualis per fidem.
R *Rom. 1. l. 6. ibi.*
S *Ibidem.*

Profectò ſicut eſt Q vita corporalis per animam, ita ſpiritualis per fidem, Rom. 1. *Iuſtus autem meus ex fide viuit*: (quod quidem R accipitur ſecundùm literam Septuaginta. Nam in litera noſtra, quæ eſt ſecundùm hebraicam veritatem, dicitur: *Iuſtus in fide ſua viuet*, vt habetur *Habac. 2.*) Ex fide viuit, *videlicet per charitatem formata*, ſcilicet S vita gratiæ, ad Galat. 2. *Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo Filij Dei*, per quam T habitat in me, & mouet me. *Hinc fidelis humani cordis ſignaculum dicitur, ſecundùm illud Ioan. 3.* Qui autem acceperit ejus teſtimonium, ſignauit, quia Deus verax eſt. *Signauit*, ideſt V ſignum quoddam in corde ſuo poſuit, quòd ipſe Chriſtus eſt *Deus & verax eſt*, Roman. 3. *Eſt autem Deus verax &c.* (*In hoc ſiquidem conſiſtit fides, vt Deo primæ Veritati credatur.*) De iſto ſignaculo dicitur 2. Tim. 2. *Firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc &c.* Et Cant. 8. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum*, videlicet X per fidem, *vt ſignaculum ſuper brachium tuum*, per dignam operationem: vt ſcilicet rectè in illum credentes, fidem ipſam bonis operibus exornemus. Quod ſi fecerimus, ipſe quoque nos velut ſignaculum aſſumet, & noſtri recordabitur: juxta quod Zorobabel judici Iudææ repromittit *Agg. 2.* In die illa aſſumam te Zorobabel, ſerue meus: & ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi. *De quo infrà. Hinc & corda purificare dicitur fides, Act. 15.* Fide purificans corda eorum: *Quod ex eo patet: quia* impuritas Y vniuſcujuſque rei conſiſtit in hoc, quod vilioribus immiſcetur. Non enim dicitur argentum eſſe impurum ex permiſtione auri, per quam melius redditur, ſed ex permiſtione plumbi vel ſtanni. Manifeſtum eſt autem, quòd rationalis creatura dignior eſt omnibus temporalibus & corporalibus creaturis; & ideò impura redditur ex hoc, quòd temporalibus ſe ſubjicit per amorem: à qua quidem impuritate purificatur per contrarium motum, dum ſcilicet tendit in id, quod eſt à ſe, ſcilicet in Deum: in quo quidem motu primum principium eſt fides: *oportet enim credere accedentem ad Deum*, vt dicitur *Hebr. 11.* Et ideò primum principium purificationis cordis eſt fides, qua purificatur impuritas erroris: quæ ſi perficiatur per charitatem formata, perfectam purificationem cauſat. *Et alibi*: Fides Z dicitur purificare cor, eoquòd primus motus ad juſtificationem eſt fidei. *Vnde Apoſtolus ad Rom. 5.* Iuſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus &c. *Per fidem*, per quam ſcilicet A gratiam conſequamur; non quia fides præcedat gratiam, cum potiùs per gratiam ſit fides, Eph. 2. *Gratia eſtis ſaluati per fidem*: ſed quia primus effectus gratiæ in nos eſt fides. *Et cap. 4.* Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam. *Et poſt pauca.* Ei verò, qui non operatur; credenti autem in eum, qui juſtificat impium, reputatur fides ejus ad juſtitiam ſecundùm propoſitum gratiæ Dei. *Quod exponitur.* Non ita B quòd per fidem juſtitiam mereatur: ſed quia ipſum credere eſt primus actus juſtitiæ, quam Deus in eo operatur. Ex eo enim quòd credit in Deum juſtificantem, juſtificationi ejus ſubjicit ſe: & ſic recipit ejus effectum. Ex hæc expoſitio eſt literalis, & ſecundùm intentionem Apoſtoli, qui facit vim in hoc, quòd *Geneſ. 15.* dictum eſt: *Reputatum eſt illi ad juſtitiam*: quod conſueuit dici, quando id, quod minus eſt, ex parte alicujus reputatur ei gratis, ac ſi totum feciſſet. Et ideò Apoſtolus dicit, quòd hæc reputatio locum non haberet, ſi juſtitia eſſet ex operibus, ſed ſolùm habet locum, ſecundùm quod eſt ex fide. *Quod & ad Galat. 3. repetit Paulus*: Abraham credidit Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam. *Quocirca ſciendum, quòd* Deus C eſt primum principium in juſtitia: & qui Deo dat, ſcilicet ſummum quod in ſe eſt, mentem ei ſubdendo, perfectè eſt juſtus, Rom. 8. *Quicunque ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei.* Et ideò dicit: *Abraham credidit Deo*; ideſt, mentem ſuam Deo per fidem ſubdidit: *& reputatum eſt illi ad juſtitiam*; ideſt, ipſum credere, & ipſa fides fuit ei, & eſt omnibus alijs, ſufficiens cauſa juſtitiæ.

T *Ad Gal. 2. l. 5. ib.*
Fides humani cordis ſignaculum.
V *Ioan. 3. l. 5. & 6. ibi. & 2. Rom. 3. l. 3. ibi.*
Signaculum.
X *Cant. 8. com. 1. ibi.*
Corda purificat.
Y *2. 2. 7. 2. c. Ver. 28. 1. ad 6.*
Vnde aliquid dicatur impurum.
Z *4. d. 14. 2. 4. ad 3.*
Primus motus ad juſtificationem eſt fides.
A *Rom. 5. l. 1. ibi. & cap. 1. l. 6. ibi, reuelatur.*
Fides, primus gratiæ effectus.
B *Rom. 4. l. 1. ibi.*
Exponitur illud: *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam.*
C *Gal. 3. l. 3. ibi.*

2. *Et hinc eſt, quòd fides contra aduerſa omnia victores nos facit, Epheſ. 6.* In omnibus ſumentes ſcutum fidei, vt poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. *Scutum fidei*: quia D ſicut per ſcutum repelluntur tela, ita per fidem omnia contraria, & habetur victoria, Hebr. 11. *Sancti per fidem vicerunt regna*: ideſt E reges, vel etiam regna ipſorum, ſicut Dauid & Ioſue. Nihilominus tamen Sancti ſpiritualiter *per fidem vicerunt regna*, ſcilicet regnum diaboli, de quo Iob 41. *Ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.* Item regnum carnis, Rom. 6. *Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore.* Item regnum Mundi, Ioa. 18. *Regnum meum non eſt de hoc Mundo.* Iſti autem vincunt per fidem, 1. Ioan. 5. *Hæc eſt victoria, quæ vincit Mundum, fides noſtra.* Quis eſt autem (*ſubdit Ioannes*) qui vincit Mundum, niſi qui credit, quoniam Ieſus eſt Filius Dei? *Vbi Author*: Certè *inquit* qui F bene crederet, Chriſtum eſſe Filium Dei, de facili vinceret Mundi proſpera & aduerſa. Si enim Chriſtus eſt Filius Dei, ergo ſummè bonus, ergo in ipſo non fuit defectus veri boni, nec præſentia veri mali. Cum ergo temporalis proſperitas in ipſo defuerit, & aduerſitas adfuerit: reſtat, quòd temporalis proſperitas non eſt verè bona, & ita non eſt appetenda: nec aduerſitas eſt verè mala, & ita non eſt timenda. *Et hoc pacto fides vincit Mundum. Idcircò alibi docemur, quòd* fides eſt G qua vincimus tentationes. Diabolus enim tentat, vt non obedias Deo, nec ſubjiciaris ei. Et hoc per fidem remouetur: nam per fidem cognoſcimus, quòd ipſe eſt Dominus omnium; & ideò ſibi eſt obediendum, 1. Pet. 5. *Cui*, ſcilicet diabolo, *reſiſtite fortes in fide.* Mundus autem tentat vel alliciendo proſperis, vel terrendo aduerſis. Sed hæc vincimus per fidem, quæ facit nos credere aliam vitam meliorem iſtâ, & alia majora mala, ſcilicet Inferni. Et ideò proſpera Mundi deſpicimus, & non formidamus aduerſa. Caro verò tentat inducendo nos ad delectationes vitæ præſentis momentaneas. Sed fides oſtendit nobis, quòd per has, ſi eis indebitè adhæremus, æternas delectationes amittimus. *Alio quoque in loco inſtruimur, quòd fides* H in bello corporali & ſpirituali triumphare facit homines, etiam dæmones vincens, Hebr. 11. *Fide muri Iericho corruerunt.* Fides à Deo fortitudinem recipit, 2. Paralip. 16. *Oculi Domini contemplantur vniuerſam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum*; & cap. 20. *Credite in Domino Deo veſtro, & ſecuri eritis.* Fides à periculis eripit, juxta illud 1. Mach. 2. *Ananias, & Azarias, & Miſael credentes, liberati ſunt de flamma.* Etiam fide informi, quæ ſine charitate eſt, miracula fiunt, vt patet in *Alexandro*. Qui cum veniſſet ad montes Caſpios, & petijſſent filij captiuitatis decem tribuum ab eo licentiam egrediendi: ipſe, cognita cauſa incluſionis eorum, quòd ſcilicet apertè receſſiſſent à Deo Iſrael, vitulis aureis immolando; & per prophetas Dei prædictum eis, quòd à captiuitate non eſſent redituri: reſpondit, quòd arctiùs includeret eos. Cumque anguſtas vias eorum obſtruere vellet molibus bituminatis, videns laborem humanum non ſufficere, orauit Deum Iſrael, vt opus illud compleret. Et acceſſerunt ad ſe inuicem prærupta montium, & factus eſt locus immeabilis: vt dicit *Ioſephus*. Quid facturus eſt Deus pro fidelibus ſuis, ſi tantum fecit pro infideli? *Sanè prodigioſa eſt fides, etiam informis,*

Fides valet contra omnia aduerſa.
D *Epheſ. 6. l. 4. ibi.*
Sancti per fidem vicerunt regna diaboli, carnis, Mundi.
E *Hebr. 11. l. 7. ibi. Prol. in Machab.*
F *1. Io. 5. ibi.*
Moralitas.
G *Op. 6. §. 1.*
Per fidem tentationes omnes vincimus.
H *Opuſc. de 10. Pr. l. 2. c. 2.*
Fides in bello corporali & ſpirituali triumphat.
Prodigioſa, etiam informis.

Digitized by Google

mis, vt expreſsè loquitur Apoſtolus 1. *Cor.* 13. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam: charitatem autem non habuero, nihil ſum. *Igitur ſine charitate poteſt fides miracula facere. Quod confirmat Dominus Matth.* 17. Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic: *Tranſi hinc illuc*; & tranſibit: & nihil impoſſibile erit vobis: *Sicut ab oppoſito*, vbi eſt I infirmitas fidei, eſt defectus miraculorum. *Vnde habetur* Matth. 13. quòd in Patria ſua non fecit Chriſtus, niſi pauca miracula, *propter eorum incredulitatem*. Fides ergo L quæ non hæſitat, grano ſinapis comparatur: quod quantò magis atteritur, tantò magis ejus fortitudo ſentitur. Attribuitur autem operatio miraculorum fidei non hæſitanti: quia fides innititur omnipotentiæ, per quam miracula fiunt. *Et iterum ad illud Matth.* 17. Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis &c. *erudimur, quòd* per hoc M triplex perfectio deſignatur fidei. Inuenimus enim in grano ſinapis feruorem, fecunditatem, & paruitatem. Granum, antequam conteratur, nullum feruorem habere videtur: cum conteritur, feruere incipit. Sic homo fidelis, antequam probetur, deſpectibilis videtur: quando verò atteritur, tunc apparet ejus ſanctitas, 1. Petr. 1. *Modicum nunc ſi oportet contriſtari in varijs tentationibus: vt probatio veſtræ fidei multò pretioſior auro, quod per ignem probatur &c.* Item inuenimus in grano fecunditatem, quod quamuis ſit paruum, creſcit in ſegetem magnam, *ita vt volucres Cæli veniant & habitent in ramis ejus*, vt dicitur *Matth.* 13. vnde *ad Hebr.* 11. plurima narrantur opera fidei; & poſtea ſequitur: *Sancti per fidem vicerunt regna &c.* Item in grano inuenimus paruitatem: & poteſt per hoc deſignari humilitas fidei. Tunc enim quis agnoſcitur humilis in fide, quando acquieſcit ſermonibus Dei, 1. Tim. 6. *Si quis non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſuperbus eſt.* Sic è contrario, qui acquieſcit ſermonibus Dei (*hoc eſt, fidei*) humilis eſt.

Infirmitas vbi fidei, ibi defectus miraculorum.

I *Matth.* 17. *in A. ibi.*

L 1. *Cor.* 13. *l.* 3 *ibi*, omnem fidem.

M *Matth. loc. cit. lit. b. ibi.*

Cur grano Sinapis comparetur fides.

y *Eapropter* ipſa N fides meretur propriè, vt oratio exaudiatur de miraculis faciendis. Nam omnes quidem virtutes habent efficaciam merendi à charitate, quæ nos vnit Deo, à quo meremur, & voluntatem perficit, per quam meremur: ſingulæ tamen virtutes merentur ſingularia quædam præmia eis proportionaliter reſpondentia: ſicut humilitas meretur exaltationem, & paupertas regnum. Vnde quandoque charitate ceſſante, per actus aliarum virtutum, etſi aliquis nihil mereatur de condigno: ex quadam tamen diuina liberalitate aliqua congrua beneficia retribuit Deus pro hujuſmodi actibus, ſaltem in hoc Mundo. Vnde dicitur, quòd per ea, quæ ſunt ex genere bona, extra charitatem facta, merentur aliqui ex congruo interdum bonorum temporalium multiplicationem. Per hunc autem modum fides meretur miraculorum operationem, licèt radix merendi ſit ex charitate. Cujus ratio poteſt triplex aſſignari. Primò quidem, quia miracula ſunt quædam argumenta fidei, dum per ea facta, quæ naturam excedunt, illorum veritas comprobatur, quæ naturalem tranſcendunt rationem; vnde Marci vltimo dicitur: *Illi profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.* Secunda ratio eſt, quia fides potiſſimè diuinæ potentiæ innititur, quam accipit vt rationem vel medium ad aſſentiendum his, quæ ſupra naturam eſſe videntur: & ideò diuina potentia in operatione miraculorum præcipuè fidei coaſſiſtit. Tertia ratio eſt, quia miracula præter naturales cauſas fiunt: fides autem eſt, quæ non ex rationibus naturalibus & ſenſibilibus argumenta aſſumit, ſed ex rebus diuinis. Vnde ſicut paupertas temporalium rerum meretur diuitias ſpirituales, & humilitas meretur cœleſtem dignitatem: ita fides, quaſi contemnendo ea, quæ naturaliter fiunt, quodammodo miraculorum operationem meretur, quæ præter naturalem virtutem fit. (*Vide & reliqua ibi.*) *Ejuſmodi prodigioſam fidem calluit profectò hæmorrhoiſſa illa* Matth. 9. *Quæ acceſſit ad Dominum* retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus. Dicebat enim intra ſe: Si tetigero tantùm veſtimentum ejus, ſalua ero. *Acceſſit*: Oportet enim credere accedentem ad Deum: *retrò* ex ipſius O humilitate, & ex fide, quæ maxima eſt ad impetrandum. Vnde *conuerſus Ieſus, & videns eam, dixit: Confide filia: fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora*: non ex hora, qua Chriſtus dixit; ſed ex hora, qua tetigit: *jam enim fides ſuum erat effectum ſortita. Idem dic de Centurione pro ſalute ſerui ſui deprecante Matth.* 8. Dic tantùm verbo: & ſanabitur puer meus. *Cui Dominus dixit*: Vade: & ſicut credidiſti, fiat tibi. *Vnde & ſequentibus ſe dicebat*: Non inueni tantam fidem in Iſrael: *videlicet*, quia P nullum præambulum viderat, ſicut Apoſtoli; qui miracula viderant. Item Petrus venit ad vocem Andreæ, Andreas ad vocem Ioannis. Item in verbo Marthæ fuit aliquid dubietatis, quia dixit: *Domine, ſi fuiſſes hic &c.* quaſi non abſens poſſet: ſed in verbo iſtius nihil fuit dubietatis. Aliter exponit *Chryſoſtomus*. Quia magnum & paruum aliquando dicuntur non abſolutè, ſed in comparatione: ſicut dicuntur, in domo multi, in theatro pauci. Vnde *non inueni tantam fidem in Iſrael*, ſcilicet per comparationem illius gentis. *Notandum tamen hic obiter, quòd multoties fides pro fiducia vſurpatur. Nec tamen negamus, fidem ad impetrandum ſimpliciter exigi, ſed & fiduciam in Domino vlteriùs requiri. Fides inquam neceſſaria eſt: nam omnia Deum poſſe, oportet credere, Iob* 42. Scio, quia omnia potes. *At ſimul de impetratione non hæſitandum: quod ad fiduciam ſpectat. Exemplum habemus in Petro, cui ſuper aquas hæſitanti à Domino dictum eſt*: Modicæ fidei quare dubitaſti? *Neque enim fide caruiſſe dicendus eſt qui & antea præmiſerat*: Domine, ſi tu es, jube me venire ad te ſuper aquas: *& poſtea in ipſo merſionis actu repetijt*: Domine, ſaluum me fac. *Sed fiducia in Petro infirmata eſt; vnde fides ibi poteſt conuenienter exponi* pro fiducia. *Quò aptè facit illud Iac.* 1. Poſtulet autem, in fide nihil hæſitans: qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur: *vt contigit Petro, qui videns* ventum validum, timuit, *hæſitans videlicet de gratiæ impetratione, quam petierat.* Fiducia autem Q quoddam robur ſpei importat, & ideò opponitur timori, ſicut & ſpes. *Et alibi*: Fidentia R (*hoc eſt, fiducia*) eſt certa ſpes conſequendi rem ſperatam. *Vnde & Eccleſia in Collecta*: Quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges &c.

Fides meretur operationem miraculorum.

N *Pot* 6. 9. ſ. *& ad* 4. *&* 2, 2. 178. 1. *In* 3. *d.* 43. 1. 2. *ad* 3. *ad Gal.* 3. *l.* 2 *ſi. Hebr.* 11. *l.* 6 *ibi*, marc.

Non ex condigno, ſed ex congruo.

Triplex de hoc ratio.

Prodigioſa hæmorrhoiſſæ fides.

O *Matth.* 9. *lit. d. ibi.*

Fides Centurionis.

P *Matth.* 8. *lit. b. ibi.*

Præter fidem & fiducia exigitur ad impetrandum, quæ ſæpè nomine fidei vſurpatur.

Fiducia quid importet.

Q 2. 2. 129. 6. *ad* 2. *& a* 7. *c.*

R 3. *d.* 33. 3. 3. ſol. 6.

2. *Quòd ſi tantum etiam ſine charitate poteſt fides: quantum poterit per charitatem formata? Sanè, ſi ad ſalutem reſpectus habeatur æternam, fides ſine charitate & gratia meritum, quod de condigno vocant, nullum ad eam habet: gratia ſiquidem & charitas, vt prætactum eſt, totius eſt meriti radix, ad Galat.* 5. In Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet neque præputium, ſed fides, quæ per charitatem operatur. *Fides inquam*, non S informis, ſed ea quæ per dilectionem operatur. *Charitas enim omnium eſt forma virtutum: &* in quantùm T virtutes ſunt operatiuæ, per charitatem informantur. *Nam* Amor operatur magna, ſi eſt: ſi verò operari renuit, amor non eſt: *ajebat* Gregorius. *Et ſic* fidei V actus non eſt meritorius, niſi fides per dilectionem operetur. Similiter etiam actus patientiæ & fortitudinis non eſt meritorius, niſi aliquis ex charitate hæc operetur, *ſecundùm illud* 1. *Cor.* 13. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. *Quod & de cæterarum actibus virtutum verum habet.* Hinc

timo-

Meritum de condigno ex ſola gratia & charitate.

S *Ad Gal.* 5. *l.* 2. *ibi.*

T *Virt.* 1. 3. *ad* 18. *&* 1. 2. 8. 3. *&* 9. 9. *a* 3.

In quantùm virtutes ſunt operatiuæ, informantur per charitatem.

V 1. 2. 114. 4. *ad* 3. *&* 113. 4. *ad* 1. *&* 2. 2. 2. 9.

Fidei actus ſine charitate meritorius ex condigno non eſt, ſicut neque aliarum actus virtutū.

Digitized by Google

X 2. 2. 7. 1. c. & 1. 2. 113. l. c.
Fides informis, timoris ſeruilis: formata, filialis eſt cauſa.
Y Io. 3. l. 3. lit. c. ibi, non judicatur.
Hæreticorum quorundam error exploditur, quod nullus fidelium damnabitur.

timoris X ſeruilis eſt cauſa fides informis, ſed timoris filialis eſt cauſa fides formata. *Ex quo error aliquorum exploditur: nam* quidam Y hæretici dixerunt, quòd nullus fidelis, quantumcunque peccator, damnabitur: ſed ſaluabitur merito fundamenti, ſcilicet fidei, licèt aliquam pœnam patiatur. Et erroris ſui fundamentum ſumunt ex hoc, quod dicit Apoſtolus 1. Cor. 3. *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.* Et infrà. *Si cujus opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Sed hoc manifeſtè eſt contra Apoſtolum ad Galat. 5. *Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia &c. Qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Fundamentum ergo non eſt fides informis, ſed formata, quæ per charitatem operatur: (*vt enim ſuperiùs viſum eſt*, ad

Z 1. 2. 4. 7. ad 3.

rationem Z fundamenti non ſolùm requiritur, quòd ſit primum, ſed etiam quòd ſit alijs partibus ædificij connexum: non enim eſſet fundamentum, niſi ei aliæ partes ædificij cohærerent. Connexio autem ſpiritualis ædificij eſt per charitatem, quæ *Coloſſ.* 3. eſt vinculum perfectionis.) Et ideò ſignanter *Ioann.* 3. dicit Dominus: *Qui credit in eum, non judicatur.* Non dicit, *qui credit ei*, ſed *qui credit in eum*; ideſt, qui credendo in eum per charitatem tendit, *non judicatur*. Et hoc, quia non peccat mortaliter, per quod tollitur fundamentum.

Fides ſine charitate veluti fruſtranea.

Et hac de cauſa, fruſtranea veluti dicitur fides ſine charitate, in ordine nimirum ad vitam æternam. Vnde Apoſtolus 1. Cor. 13. cit. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam: charitatem autem non habuero, nihil ſum. *Si habuero omnem fidem*,

A 1. Cor. 13. l. 3. ibi.

ideſt A perfectam, ad perfectionem intellectus pertinentem: *charitatem autem non habuero*, per quam perficitur voluntas, *nihil ſum*, ſcilicet ſecundùm eſſe gratiæ, Ezech. 28. *Nihili factus es, & non eris in perpetuum.* Quod quidem ſit propter defectum charitatis, per quam homo bene vtitur intellectu perfecto: ſine charitate autem ejus vſus bonus non eſt. *Hanc verò fidei cum charitate neceſſitatem ſatis exprimit & ſubtiliter idem Apoſtolus* 2. ad Theſſ. 2. *cum de reprobis quibuſdam ait:* eo quòd charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent.

B 1. Theſſ. 4. l. 3. ibi.

Charitatem veritatis, ideſt B veritatem Euangelij, Ioan. 8. *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Et dicit, *charitatem veritatis* (veritatis *quidem, ideſt fidei, in obliquo*: charitatem *verò in recto, vt quid principalius, tanquam fidei formam:*) quia, niſi ſit formata fides per charitatem, nihil eſt, vt dicitur 1. Cor. 13 & ad Galat. 6. *In Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet neque præputium, ſed noua creatura.* Et ſubdit vtilitatem veritatis, *dicens*: vt ſalui fierent: *quod eſt, vt diximus, in ordine ad æternam ſalutem.*

Perfectæ virtutis fidei exemplum.

Exemplum autem perfectæ virtutis fidei ſignatur Ioan. 4. *Vbi dicitur:* Ex ciuitate autem illa (*Sichar*) multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris (*Samaritanæ*) teſtimonium perhibentis: quia dixit mihi omnia, quæcunque feci. Cum veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, vt ibi maneret. Et manſit ibi duos dies. *Quo loci Author:*

C Ioan. 4. l. 3. lit. a.

Primò *inquit* ponitur C fructus prouenien ex prædicatione mulieris: multi enim ſtatim ad auditum verborum ſuorum crediderunt. In quo ſignificatur, quòd fides eſt ex auditu. Secundò oſtenditur fructus quantùm ad eorum acceſſum ad Chriſtum: nam ex fide ſequitur deſiderium rei creditæ. Et ideò, poſtquam crediderunt, accedunt ad Chriſtum, vt perficiantur per eum, Pſal. 33. *Accedite ad eum, & illuminamini.* Tertiò quantùm ad deſiderium: nam credenti non ſolùm eſt neceſſarium venire ad Chriſtum, ſed quod habeat eum ſecum; vnde dicitur: *rogauerunt eum, vt ibi maneret.* Manet autem Dominus nobiſcum per charitatem: *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit.* Et paulò poſt: *Et manſionem apud eum faciemus*, Ioann. cap. 14. *Et manſit ibi duos dies*: Manet duos dies: quia duo ſunt præcepta charitatis, ſcilicet dilectionis Dei, & proximi: in quibus *vniuerſa Lex pendet & Prophetæ*, vt dicitur *Matth.* 22. Tertia autem dies, eſt dies gloriæ, *Oſe.* 6. Viuificabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos: *quod eſt finis fidei noſtræ, omniumque actuum virtutum, in Dei viſione fruitione, & perfecta adhæſione conſiſtens.*

Fides ſine operibus mortua: ſine quibus non ſufficit ad ſalutem.
D Apoc. 22. com. 1. ibi.

a *Cum ergo fides ſit per charitatem operatiua: ſi deſit charitas, deſunt & opera, ſine quibus veluti mortua dicitur nec perperam fides, Iac.* 2. Fides ſine operibus mortua eſt. *Hinc Apoc.* 22. *dicitur*: Beatus qui cuſtodit verba prophetiæ libri hujus. *Videlicet*, quia D nihil prodeſt ad cognitionem veritatis audiendo pertingere, niſi addatur bene viuere. *Id quod ſatis innuitur ab Apoſtolo* 1. Theſſ. 1. *cum dicitur*: Memores operis fidei veſtræ, & laboris.

E 1. Theſſ. 1. l. 1. ibi.

Vbi Apoſtolus ponit E bona, de quibus agit gratias, ſcilicet fidem, ſpem, & charitatem. Et fidem præmittit, quia Hebr. 11. *Eſt ſperandarum ſubſtantia rerum: credere enim oportet accedentem ad Deum.* Hæc autem non eſt ſufficiens, niſi habeat operationem & laborem; *& ideò dicit*, operis fidei veſtræ. *Sine operibus enim veluti fruſtranea eſt*, 1. *Cor.* 15. Niſi fruſtrà credidiſtis. *Quaſi dicat*: Saluamini F per fidem, *niſi fruſtrà credidiſtis*; ideſt, ſi fidei addantur bona opera: quia *fides ſine operibus mortua eſt.* Illud enim dicitur fruſtrà, quod eſt ad finem, quem non conſequitur. Finis autem fidei eſt viſio Dei. Vnde, ſi non ſaluamini, *fruſtrà credidiſtis*, non ſimpliciter, ſed in quantùm non peruenit ad finem. *De quo & Philemonem monebat*: Vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis operis boni in Chriſto Ieſu. *Euidens fiat*: ideſt G vt bonum, latens in corde, euidens fiat per bona opera, *in agnitione omnis operis boni*, ſcilicet quod à te ſit. *Euidens inquam fiat: quo ſenſu videtur locutus & Apoſtolus Iacobus in ſua prima c. 2.* Dicet aliquis: Tu fidem habes, & ego opera habeo. Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus: & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam. *Dicet* (*ex gloſſa*) H irridendo *quis* habens fidem & opera: *Tu fidem habes*; ideſt, habere te dicis, ſolam ſcilicet ſine operibus: *& ego opera habeo* cum fide, *Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus.* Q. d. Proba mihi, te habere fidem per aliqua certa ſigna. *Q. d.* Non poteris probare, cum deſint opera, & verba non ſint teſtes ſufficientes. Nam fides *ex Auguſtino* dicitur eo quòd ſit quod dicitur. *Et ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam*; ideſt, probare poſſum me fidelem per opera mea. *Hoc & ad Sponſam inſinuare voluit Chriſtus* Cant. 8. *vt præmuimus*: Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum: vt ſignaculum ſuper brachium tuum. *Super cor tuum* per I fidem, *ſuper brachium tuum* per dignam operationem. *Ex quorum deficientia operum occluſa eſt janua Cœlorum ſponſis illis fatuis, quæ Matth.* 25. non ſumpſerunt oleum ſecum, *quo fidei lampas arderet: nam* per oleum L ſignificantur bona opera: fides lumen animarum eſt, quo accenduntur lampades: per bona opera fides nutritur: *quæ quidem ſine operibus extinguitur, &* mortua eſt. *Vnde & ſubditur:* Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur. *Etenim*: Si nihil haberent fidei, dicerent; *extinctæ ſunt*; vnde cognoſcunt, quòd non poſſunt ignem ſine oleo (*hoc eſt, operibus*) conſeruare. *Hinc Dominus Matth.* 7. *dicebat*: Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine (*ideſt, qui per ſolam fidem confitetur Dominum*) intrabit in regnum Cœlorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei, ipſe intrabit in regnum Cœlorum. *Et cap.* 28. *nedùm præcipit, vt credamus, ſed vlteriùs vt & bona operemur:* Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti;

F 1. Cor. 15. l. 1. ibi.
G Ad Philem. l. 2. ibi.
H Iac. 2. ibi.
I Cant. 8. lect. 2. ibi.
L Matth. 25. lit. a. ibi.

moxque

moxque ſubijcit ad fidei complementum: docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. Siquidem non ſufficit M ad ſalutem credere & baptizari: immò etiam requiritur inſtructio morum. *Vnde Apoſtolus Hebr.*11. Sancti *inquit* per fidem vicerunt regna: *neque hic tantummodo ſiſtit, ſed ſtatim ſubijcit:* operati ſunt juſtitiam; *ad quod ſequitur:* adepti ſunt repromiſſionem *vitæ æternæ: nonniſi tamen poſt aduentum Chriſti, qui ſolus* initiauit nobis viam nouam (*cap.*10.) *ad regnum cœlorum. Id quod & ipſe confirmat* Ioann.5. *cum dicit*: Procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ &c. *Q.d.* Non qui N credit tantùm, ſed qui cum fide, bona operatur, procedet in reſurrectionem vitæ, *æternæ ſcilicet & beatæ. Concludat denique ad literam Apoſtolus Iacobus cap.*2. Abraham pater noſter nonne ex operibus juſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Videtis, quoniam ex operibus juſtificatur homo, & non ex fide tantùm. Similiter autem & Rahab meretrix nonne ex operibus juſtificata eſt, ſuſcipiens nuncios, & alia via eijciens? Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita fides ſine operibus mortua eſt. *Abraham juſtificatus eſt ex operibus*, non præcedentibus O fidem, ſcilicet legalibus, ex quibus nullus plenè juſtificatus eſt: ſed loquitur de operibus ſequentibus fidem, quæ dicuntur juſtificare, non ſecundùm quod juſtificatio dicitur juſtitiæ infuſio, ſed ſecundùm quod dicitur juſtitiæ exercitatio, vel oſtenſio, vel conſummatio. *Videtis*; ideſt videre poteſtis authoritate Scripturæ, *quoniam ex operibus* ſequentibus fidem *juſtificatur homo*; ideſt, magis juſtus efficitur, & in juſtitia conſeruatur: *& non ex fide tantùm*, quando ſcilicet adeſt facultas operandi: alioquin fides ſufficit, vt patet in latrone, cui dictum eſt propter fidem cordis & confeſſionem oris: *Hodie mecum eris in Paradiſo*, Luc.cap.22. *Similiter & Rahab meretrix*: hic probat exemplo infidelium: *nonne ex operibus juſtificata eſt?* Q.d. Si non poteſtis ſequi Abraham, ſequimini meretricem. Sed per quæ opera? per opera hoſpitalitatis, & occultationis, & inſtructionis, qua via nuncij reuerterentur: quia omnia erant opera miſericordiæ. Vnde ſequitur: *ſuſcipiens nuncios*, exploratores vrbis Iericho, Ioſ.2. *& alia via eijciens*, ne à viris ciuitatis occiderentur, per feneſtram eos dimittendo. Quòd autem habuerit fidem, antequam ſic operaretur, patet ex verbis ſuis: *Noui, quòd Dominus tradiderit vobis terram*. Sicut enim corpus &c. *Q.d.* Verè ex operibus hæ perſonæ ſunt juſtificatæ: *ſicut enim corpus* humanum *mortuum eſt ſine ſpiritu*, carens ſenſu & motu: *ita fides ſine operibus mortua eſt*: quia à charitate operante, quæ eſt vita ejus, ſeparata. *Hieronymus*. Quid prodeſt, ſi impiè agis, Deum voce inuocans, quem operibus negas? *Quod ait Apoſtolus ad Tit.*1. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. *Confitentur*, ſcilicet P labijs exterioribus, *ſe noſſe Deum*, Iſ.29. & Matth.15. *Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè eſt à me*; & Ier.12. *Prope es tu ori eorum*. Et ſubdit: *factis autem negant*. Qui enim peccat, in quantum eſt de ſe, negat Deum factis: quia qui confitetur Deum, confitetur & ejus poteſtatem, ſcilicet quòd eſt ei obediendum. Et ideò, ſi non obedit peccando, negat factis quod confitetur ore.

M Matth. 28. ſ.

N Io.5.l.8.lit. e. ibi.

O Iac. 2. ibi. Matth. 1. lit. b. ibi, Rahab.

Fides ſufficit ſine operibus, quando non adeſt operandi facultas, vti contigit in Cruce latroni.

P Ad Tit. 1. l.4 ibi.

b *Ex quo fides nedum corde firmiter tenenda eſt, ſed & ore confitenda, ſimulque operibus comprobanda, vt fides perfecta ſit, in animi ſaltem præparatione, etiam cum vitæ periculo*, Rom.10. Corde creditur ad juſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem. *Ad juſtitiam*, ideſt Q ad hoc, vt juſtitiam per fidem conſequantur. Poſtquam autem homo eſt juſtificatus per fidem, oportet, quòd ejus fides per dilectionem operetur ad conſequendam ſalutem; vnde ſubdit: *Ore autem confeſſio fit ad ſalutem*, ſcilicet æternam, conſequendam. *Ita fidem proteſtatus eſt cæcus ille à natiuitate, interiori à Chriſto & exteriori lumine donatus, cum Ioann.*9. *ait*: Credo, Domine. Et procidens adorauit eum. *Vbi Author*; Primò *inquit* confitetur R fidem ore, dicens: *Credo, Domine*. Secundò proteſtatur eam opere: *& procidens adorauit eum*. Per quod oſtendit, ſe credere ejus diuinam naturam, quia mundata conſcientia cognouit illum, non ſolùm filium hominis, quod exteriùs videbatur, ſed Filium Dei, qui carnem ſuſceperat: nam adoratio debetur ſoli Deo, *Deuter.*18. Dominum Deum tuum adorabis. *Ita proteſtata eſt Martha* Ioann.11. *cum interrogata à Domino*: Credis hoc? *ait illi*: Vtique Domine ego credidi, quia tu es Chriſtus Filius Dei viui, qui in hunc Mundum veniſti. *Et licèt* reſponſio S impertinens videatur ad ea, quæ Dominus dixerat: *Ego ſum reſurrectio & vita*: dicit tamen *Auguſtinus*, quòd mulier reſpondit hoc ideò, quia hoc, quod dicit, eſt ratio omnium præmiſſorum à Domino. Q.d. Quicquid dicis de poteſtate tua, & effectu ſalutis, totum credo: quia ego credo quod plus eſt, & radix omnium, ſcilicet quia *tu es Chriſtus Filius Dei viui*. Hæc autem confeſſio Marthæ perfecta eſt. Confitetur enim Chriſti dignitatem, naturam, & diſpenſationem, ſcilicet incarnationis. Dignitatem quidem Regiam & ſacerdotalem, cum dicit: *Tu es Chriſtus*: Chriſtus enim græcè, latinè dicitur vnctus: inunguntur autem Reges & Sacerdotes. Naturam autem in Chriſto confitetur diuinam, Patri æqualem, cum dicit: *Filius Dei viui*, 1. Ioann. vlt. *Vt ſimus in vero Filio ejus: hic eſt verus Deus*. Diſpenſationis autem myſterium confitetur, cum dicit: *Qui in hunc Mundum veniſti*, ſcilicet carnem aſſumens. Simile confitetur Petrus *Matth.*16. *vt ſuperiùs ex Authore expoſitum eſt. Ita fidem conſtanter proteſtati ſunt Reges Magi, cùm Matth.*2. venerunt Ieroſolymam, dicentes: Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? *Quibus ex verbis mouetur quæſtio*: Cum ipſi T audiſſent, Regem eſſe in Ieruſalem, quomodo iſta dicebant? Omnis enim qui alium regem profitetur in ciuitate Regis, ſe exponit periculo. Sed certè hoc ex zelo fidei faciebant. Vnde in iſtis nunciabatur fides illa intrepida, *de qua Matth.*10. *dicitur*: Nolite timere eos, qui occidunt corpus &c. *Et ſubditur*: Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in Cœlis eſt. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in Cœlis eſt. *Vnde &* 1. Ioann.4. *concluditur*: Quiſquis confeſſus fuerit, quoniam Ieſus eſt Filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. *Quiſquis confeſſus fuerit*, confeſſione ſcilicet V perfecta cordis, oris, operis, non ſolius vocis, *Deus in eo manet*, vt in Templo ſuo, *& ipſe in Deo*, vt in refugio. *Verùm* confiteri X fidem (*cum ſit præceptum affirmatiuum*) non ſemper neque in quolibet loco eſt de neceſſitate ſalutis; ſed in aliquo loco, & tempore: quando ſcilicet per dimiſſionem hujus confeſſionis ſubtraheretur honor debitus Deo, & etiam vtilitas proximis impendenda: putà ſi aliquis interrogatus de fide, taceret; & ex hoc crederetur vel quòd non haberet fidem, vel quòd fides non eſſet vera, vel alij per ejus taciturnitatem auerterentur à fide. In hujuſmodi enim caſibus confeſſio fidei eſt de neceſſitate ſalutis: *ita vt & vitam pro ea tuenda profundere teneamur. Neque ex eo, quòd fidei confeſſio aut prædicatio vergit in aliorum perturbationem & ſcandalum, dimittenda eſt, juxta illud* 1.*Cor.*10. Sine offenſione eſtote Iudæis & Gentibus &c. *Nam verum quidem eſt, quòd* ſi turbatio Y infidelium oriatur de confeſſione fidei manifeſta abſque aliqua vtilitate fidei vel fidelium, non eſt laudabile in tali caſu fidem publicè confiteri. Vnde Dominus dicit Matth.7. *Nolite dare Sanctum*

Fides corde tenenda, ore confitenda, operibus comprobanda.

Q Rom.10.l.2. ibi.

Fidelis cæci nati illuminati confeſſio.

R Ioan. 9. l. 5. lit. d.

Et Marthæ.

S Io.11. l.4. ſi.

Et Apoſtoli Petri.

Et Magorum.

T Matth. 2. lit. a. ibi.

V 1. Io.4. ibi.

X 2. 2. 3. 3 c. Rom. 10. l. 2. Quol. 9. a. 14. c.

Vocalis fidei confeſsio an ſemper & vbique ſit de neceſsitate ſalutis.

Non eſt hujuſmodi confeſsio, vel prædicatio dimittenda propter aliorum perturbationem aut ſcandalū.

Y 2. 2. loc. cit. ad 3.

cani-

canibus; neque mittatis margaritas veſtras ante porcos: ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi dirumpant vos. Sed ſi vtilitas fidei aliqua ſperetur, aut neceſſitas adſit: contempta perturbatione infidelium, debet homo publicè fidem confiteri. Vnde *Matth.*15. dicitur, quòd cum diſcipuli dixiſſent Domino, quòd *Phariſæi audito ejus verbo ſcandalizati ſunt*; Dominus reſpondit: *Sinite illos*, ſcilicet turbari: *cæci ſunt, & duces cæcorum.* (*Vide V.* Exemplum majorum: *vbi docuimus, non eſſe veritatem propter ſcandalum ſubtrahendam.*) *Cæterùm*

Z 3.d.29 1.B. q 2. ad 3.

perfectionis eſt Z quòd homo perſecutoribus ſe offerat, quando incumbit periculum fidei: ſed quòd comprehenſus non neget, hoc neceſſitatis eſt. *Ex quo non perfectè credebant Principes illi, de quibus Ioan.*12. *dicitur*; Ex principibus multi crediderunt in eum: ſed propter Phariſæos non confitebantur, vt de Synagoga non eijcerentur. *Quod ideò dicitur, quia Ioann.*9. Iam conſpirauerant Iudæi, vt ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra Synagogam fieret. *Præfati autem Principes,* licèt A crederent corde, non tamen confitebantur ore. Sed eorum fides inſufficiens erat, quia *vt dicitur Rom.*10. Corde creditur ad juſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem. *Vnde & Luc.*9. *dicebat Dominus*: Qui me erubuerit & meos ſermones: hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in majeſtate &c. *Ex oppoſito Magdalena, de qua Ioann.*11. *dicitur*: Maria ergo, cum veniſſet vbi erat Ieſus, videns eum, cecidit ad pedes ejus. *Vbi Author*: Nota *inquit* in Maria B ſecuritatem & humilitatem. Securitatem quidem, quia contra mandatum Principum, quòd nullus confiteretur Chriſtum, non verecundatur turbam, nec ſuſpicionem Iudæorum de Chriſto veretur, cum aliqui inimicorum Chriſti intereſſent, ſed ad Chriſtum currit, Prouerb.28. *Iuſtus, quaſi leo confidens, abſque terrore erit.* Humilitatem autem, quia *cecidit ad pedes ejus*, 1. *Petr.* 5. Humiliamini ſub potenti manu Dei; & *Pſal.*131. Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes ejus: *in quo Chriſti diuinitatem confitetur, ſoli enim Deo debetur adoratio, vt dictum eſt. Et in hoc Prælatorum & Prædicatorum commendatur zelus, meritumque adaugetur, qui inter fidelium perſecutores pro fide annuncianda, tuenda, & dilatanda, ſpiritualiter decertant atque agonizant*: Majus enim eſt C ſpiritualibus armis contra errores hæreticorum fideles defendere, quàm corporalibus armis populum fidelem tueri. *Fides autem inter hæreticos, & infideles, vires acquirit, & roboratur magis: idcircò enim, cum feruens & perfecta eſt,* grano D ſinapis comparatur, quod quantò magis atteritur, tantò magis ejus fortitudo ſentitur; *nam, per quandam veluti antiperiſtaſim, vegetior euadit.*

Aliqui corde fidem tenent, ore tamen metuunt confiteri, vt quidam Principes Iudæorum.

A Ioa. 12. l. 8. lit b.

Non ſic Magdalena.

B Ioan 11. l. 5. lit. e.

Zelus commendatur eorum, qui inter Chriſtianorum perſecutores fidem annunciant.

C 2 2. q 188. 4. c.

Fides inter infideles roboratur magis.

D 1. Cor 13. l. 1. ibi, omnem fidem.

C *Ad hanc verò firmiùs habendam, tanquam remouens prohibens, virtus præexigitur humilitatis, vt præmiſſum eſt*: humilitas enim E remouet ſuperbiam, per quam intellectus recuſat ſe ſubmittere veritati fidei. *Vnde dicitur Eccli.*10. Initium ſuperbiæ hominis, apoſtatare à Deo, *ad quem per fidem acceditur. Et Iacob.*4. Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autem dat gratiam, *cujus primus in homine effectus, eſt fides. Et Paulus ad Rom.*12. Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. *Hinc* Matth. 8. *humiliter Centurio ille priùs dixiſſe legitur ad Chriſtum*: Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: *poſtea in firmiſſimæ actum fidei prorupiſſe*: Tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus. *Sic hæmorrhoiſſa* Matth.9. *ad Ieſum* acceſſit, *ſed retrò. Quem ad locum*: Hic *inquit Author* ponitur F commendatio ipſius mulieris ex ejus humilitate, quia immunda reputabatur ſecundùm legem (*ob ſanguinis fluxum*) *ex quo ſtatim in firmæ fidei actum erumpit*: Si tetigero tantùm veſtimentum ejus, ſalua ero. *Quò ſpectat & diuini imploratio auxilij ad credendum. Vnde Pater mutum ſpiritum habentis* Marc.9. *dicebat ad Ieſum*: Credo, Domine; adjuua incredulitatem meam. *Cum enim fides donum Dei ſit, diuinitus infuſum, ab eo vtique implorandum eſt. Ad hanc etiam præuiam humilitatem ſpectare videtur intellectus captiuatio, cum ſcilicet homo mentem ſuam in aſſenſu ad credibilia Deo ſubijcit. Fides namque omninò cæca eſſe debet: vnde in fidei Abrahæ commendationem ſignanter dicitur ad Hebr.*11. Fide qui vocatur Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem: & exijt (*nota*) neſciens quò iret: *id eſt*, vt iret G ad rem ignotam. Quod autem eſt ignotum, eſt inuiſibile, *Et de non viſis eſt fides, Iſ.*64. Oculus non vidit &c. *Et hoc myſticè facit quod ait Dominus ad Moyſen in monte Sinai, Exod.*19. Deſcende, & conteſtare populum; ne fortè velit tranſcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. *Vnde concludit Apoſtolus* 2.*Cor.*10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. *Sufficiat nimirùm, fidei lumine diuina myſteria ſubobſcurè videre, nec velimus vlteriùs cum Apoſtolo Thoma ad experiendum tangere, Io.*20. Niſi videro, & mittam manum meam &c. non credam. *Tangere enim, hoc eſt, humanâ ratione ſcrutari diuina, vera non patitur fides: quin* ſcrutator majeſtatis opprimetur à gloria, *Prou.*25. *Idcircò & ipſe* Thomas H videns vulnera & cicatrices, confuſus eſt in ſeipſo: & antequam poneret digitum, credidit. *Et hinc eſt, quòd ex recipientis diſpoſitione, fides magis vel minùs firmiter, ab hominibus recipitur*: nam illi I qui habent mentem bene diſpoſitam, ſecundùm veritatem diuina percipiunt: illi autem, qui non habent mentem bene diſpoſitam, diuina percipiunt cum quadam confuſione dubietatis vel erroris: *animalis* enim *homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei*, vt dicitur 1. Cor. 2. *Et ideò fides major poteſt eſſe in vno, quàm in alio. Ex parte quidem objecti*: quia poteſt L vnus homo plura explicitè credere, quàm alius: & ſic in vno poteſt eſſe major fides, ſecundùm majorem fidei explicationem. Si verò conſideretur fides ſecundùm participationem ſubjecti, hoc contingit dupliciter. Nam actus fidei procedit ex intellectu & ex voluntate. Poteſt ergo fides in aliquo dici major, vno modo ex parte intellectus, propter majorem certitudinem & firmitatem; alio modo ex parte voluntatis, propter majorem promptitudinem, ſeu deuotionem, vel confidentiam. *Quapropter dicebat Dominus ad duos cæcos illos Matth.*9. Secundùm fidem veſtram fiat vobis: *hoc eſt, juxta fidei veſtræ menſuram. Et cap.*17. *ad Chananæam*: O' mulier, magna eſt fides tua. *Cæterùm* ad fidei M magnitudinem quinque videntur pertinere. Primum eſt, vt homo de Deo magna ſentiat, ſicut Centurio *Matth.*8. qui credebat, Deum ſolo verbo poſſe ſanare ſeruum ſuum; vnde dictum eſt de eo à Domino: *Non inueni tantam fidem in Iſrael.* Secundum eſt, vt homo bona tranſitoria intuitu æternorum contemnat, Hebr.11. *Fide Moyſes grandis factus, negauit, ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere jucunditatem: majores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum, improperium Chriſti: aſpiciebat enim in remunerationem.* Tertium eſt, vt in aduerſis de Deo confidat, Matth.4. *Modicæ fidei quare dubitaſti?* Quartum eſt, vt ad longam credentiam bona ſua Deo tradat: magni enim Principes credentiam requirunt, Eccli.20. *Hodie fœneratur quis, & cras expetit: odibilis eſt homo hujuſmodi.* Quintum eſt, vt cum homo aliquid petit à Deo, & non ſtatim accipit, non ideò à propoſito deſiſtat. Dictum eſt mulieri in oratione ſtanti: *O' mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi, ſicut vis, Matth.*15. Ad impetrandum enim multùm valet fidei magnitudo. *Quantùm vas fidei* (ait Auguſtinus) *attulerit quis ad*

fontem,

Ad perfectè fidem habendam virtus exigitur humilitatis.

E 2. 2. q. 7. a. 2. In 3. d. 23. q. 2. a. 5. ad 2.

F Matth. 9. lit. d. ibi.

Et diuini imploratio auxilij.

Intellectus captiuatio.

G Hebr. 11. l. 3. ibi.

H Ioan. 20. l. 6. lit d.

I 3. p. q 55 a. 4. c.

An fides major in vno, quàm in alio.

L 2. 2. q. 5. a. 4. c. & ad 2. In 3. d. 25. q. 2. q. 2. 1. c.

M Opuſ. de m. Pr. l. 2. c. 1.

Ad fidei magnitudinem quinque exiguntur.

Digitized by Google

Magna fides magna meretur.

N 1. Pet. 2. ibi. Primùm de fidei dono gratiæ Deo reddendæ.

O Ioan. 12. l. 8. lit. f. & Coloſſ. 1. l. 3.

P Rom. 1. l. 5. ibi & 1. Theſſ. 2. l. 2.

Romanorum fides cõmendatur.

fontem, tantum implet. Magna ſiquidem fides magna meretur. *Qui autem tanto potimur diuino dono, de hoc primùm & ſuper omnia gratias Deo largitori referre debemus*, qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen ſuum, 1. *Pet.* 2. De tenebris, *ſcilicet* culpæ N ignorantiæ, & infidelitatis, *in admirabile lumen ſuum*, ſcilicet fidei & gratiæ, quæ illuminat intellectum, & inflammat affectum. *De tenebris inquam, ſecundùm illud Ioann.* 12. Vt omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat: *in tenebris*, ſcilicet O ignorantiæ, infidelitatis, & damnationis æternæ. *Cui adſonat Apoſtolus Coloſſ.* 1. Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum &c. *Idcircò de hoc primùm pro fidelibus gratias ſpecialiter Deo agebat 1. Theſſ.* 2. Deprecantes vos, & conſolantes, teſtificati ſumus, vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in ſuum regnum & gloriam. Ideò & nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione: quoniam, cum accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis illud, non vt verbum hominum, ſed (ſicut eſt verè) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidiſtis. *Et Rom.* 1. Primùm quidem gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis: quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo Mundo. *Vbi Apoſtolus*: Primùm agit P gratias de fide, eo quòd eſt bonorum omnium ſpiritualium fundamentum: (*&, vt vidimus, primus eſt gratiæ effectus in nobis.*) Commendantur autem Romani de fide: quia fidem de facili ſuſceperant, & in eadem firmiter permanebant. Vnde & vſque hodie apud eos plurima fidei ſigna oſtenduntur in viſitatione ſanctorum locorum: vt *Hieronymus* dicit ſuper Epiſtolam *ad Galatas*.

In ea conſtanter permanendum, vt condigna merces, præmiumque percipiatur.

Q Ioan 8. l. 4. lit. a.

Præmium triplex.

Magnum quid diſcipulatus Chriſti.

Tria ex parte diſcipulorum requiruntur.

Majus veritatem cognoſcere.

d *Veruntamen, vt magnæ perfectæque fidei grandes percipiamus effectus, & condignam mercedem, in ea Romanorum exemplo conſtanter eſt permanendum. Et hoc eſt, quod legitur Ioan.* 8. Dicebat ergo Ieſus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos: Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis: & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. *Si manſeritis in ſermone meo*, ſcilicet Q per fidei ſtabilitatem, per continuam meditationem, & feruentem affectionem, Pſal. 1. *In lege Domini fuit voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte*: (exiguntur enim à nobis tria circa verbum Dei, ſcilicet ſolicitudo ad audiendum, fides ad credendum, conſtantia ad permanendum.) Præmium autem, quod perſiſtentibus redditur, oſtendit, cum dicit: *Verè diſcipuli mei eritis &c.* Et hoc quantùm ad tria: ſcilicet quantùm ad diſcipulatus Chriſti ſublimitatem, quantùm ad veritatis cognitionem, & quantùm ad libertatis adeptionem. Magnæ dignitatis eſt priuilegium, eſſe diſcipulum Chriſti. Et quantùm ad hoc dicit: *Verè diſcipuli mei eritis*: quantò enim Magiſter eſt major, tantò diſcipuli ejus ſublimiores ſunt. Chriſtus autem excellentiſſimus ſummus Magiſter eſt: diſcipuli ergo ejus excellentiſſimi ſunt. Tria autem requiruntur ex parte diſcipulorum. Primum eſt intellectus ad capiendum verba Magiſtri, Matth. 15. *Adhuc & vos ſine intellectu eſtis?* Solus autem Chriſtus poteſt aperire aurem intelligentiæ, Luc. 22. *Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas*; & ideò dicitur Iſ. 50. *Dominus Deus aperuit mihi aurem.* Secundum eſt aſſenſus ad credendum ſententiæ Magiſtri: nam, vt dicitur Ioan. 13. *Non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum*; & ideò non debet ei contradicere, Eccli. 4. *Non contradicas verbo veritatis vllo modo.* Et ideò ſubdit Iſ. 50. cit. *Ego autem non contradico.* Tertium ſtabilitas ad permanendum, vnde Ioan. 6. dicitur, quòd *multi diſcipulorum abierunt retrò*. Et ideò ſubdit Iſaias loc. cit. *Retrorſum non abij.* Sed majus eſt veritatem cognoſcere, cum ſit finis diſcipuli. Et hoc etiam Dominus credentibus reddit; vnde dicit: *& cognoſcetis veritatem*: ſcilicet doctrinæ, quam ego doceo, Ioan. 18. *Ad hoc veni in Mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati.* Item gratiæ, quam ego facio, Ioann. 1. *Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Et dicitur *gratia veritatis* per comparationem ad figuras veteris legis. Item æternitatis, in qua permaneo, Pſal. 118. *In æternum Domine permanet Verbum tuum, in generationem & generationem veritas tua.* Sed maximum eſt libertatis adeptio, quam efficit cognitio veritatis in credentibus. Vnde dicit: *Et veritas liberabit vos.* Liberare autem in hoc loco non importat exceptionem à quacunque anguſtia, prout in latino ſonat; ſed propriè dicit, liberum facere. Et hoc à tribus: quia veritas doctrinæ liberabit ab errore falſitatis, Prouerb. 8. *Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impium.* Veritas gratiæ liberabit à ſeruitute peccati, Rom. 8. *Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati.* Sed veritas æternitatis in Chriſto Ieſu liberabit nos à corruptione: *Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis*, Rom. 8. cit. *Perfectæ autem fidei proceſſum ſatis exprimit Dominus* Ioann. 6. *cum dicit*: Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. *Omnis, qui audiuit à Patre* docente R & manifeſtante, *& didicit* præbendo aſſenſum, *venit ad me*. Venit inquam tripliciter: per cognitionem ſcilicet veritatis, per amoris affectum, & per operis imitationem. Et in quolibet oportet quòd audiat, & diſcat. Nam qui venit per cognitionem veritatis, oportet eum audire Deo inſpirante (ſecundùm illud Pſalm. 84. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus*) & addiſcere per affectum, vt dictum eſt. Qui verò venit per amorem & deſiderium (Ioan. 7. *Si quis ſitit, veniat ad me & bibat*) & hunc oportet audire verbum Patris, & capere illud adhoc vt addiſcat & afficiatur. Ille enim diſcit verbum, qui capit illud ſecundùm rationem dicentis: Verbum autem Dei Patris eſt ſpirans amorem. Qui ergo capit illud cum feruore amoris, diſcit, Sap. 7. *In animas ſanctas ſe transfert: Prophetas & amicos Dei conſtituit.* Per operis etiam imitationem itur ad Chriſtum, ſecundùm illud Matth. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiam vos.* Et hoc etiam modo, quicunque diſcit, venit ad Chriſtum. Nam ſicut concluſio ſe habet in ſcibilibus: ita & operatio in operabilibus. In ſcientijs autem quicunque perfectè diſcit, venit ad concluſionem: ergo & in operabilibus qui perfectè verba diſcit; venit ad rectam operationem.

Triplex veritas.

Maximum, libertatis adeptio.

Et hoc à tribus.

Fidei proceſſus.

R Ioan. 6. l. 5. lit. e.

Tripliciter venitur ad Chriſtum.

Quali debeamus fide pollere.

Triplex perfectæ fidei cõditio.

S Ioan 4. l. 5. lit. b. Matth. 8. lit. b. ibi, fidem & cap 9. lit. d ibi. fides, & lit. e. ibi, creditis & c. 17. lit b. ibi, fidem. & cap. 21 lit. a. fi.

e *Quali verò fide pollere debeamus, inſtruimur ab Authore ſuper illud Ioan.* 4. Multò plures crediderunt propter ſermonem ejus; & mulieri dicebant: quia non propter tuam loquelam credimus: ipſi enim audiuimus, & ſcimus &c. *Vbi notat, quòd* tria S ſunt neceſſaria ad perfectionem fidei, quæ hic per ordinem ponuntur. Primò, vt ſit recta: ſecundò; vt ſit prompta: tertiò, vt ſit certa. Recta quidem eſt fides, cum veritati non propter aliquod aliud, ſed ei propter ſeipſam obeditur. Et quantùm adhoc dicit: *Mulieri dicebant: quia non propter tuam loquelam credimus*; ſed propter ipſam veritatem. Inducunt autem nos ad fidem Chriſti tria. Primò quidem ratio naturalis, Rom. 1. *Inuiſibilia Dei à creatura Mundi &c.* Secundò teſtimonia Legis & Prophetarum, Rom. 3. *Nunc autem ſine lege juſtitia Dei manifeſta eſt, teſtificata à Lege & Prophetis.* Tertiò prædicatio Apoſtolorum & aliorum, Rom. 10. *Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante?* Sed quando per hoc homo manuductus credit, tunc poteſt dicere, quòd propter nullum iſtorum credit nec propter rationem naturalem, nec propter teſtimonia legis, nec propter prædicationem aliorum: ſed propter ipſam veritatem tantùm, Gen. 15.

Digitized by Google

Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam. Prompta quidem eſt fides, ſi citò credit: & hoc erat in iſtis, quia ad ſolum auditum conuerſi erant ad Deum. Vnde dicunt: *Ipſi enim audiuimus*; & tamen credimus ei: *& ſcimus*, abſque hoc quòd miracula videremus, ſicut Iudæi viderunt. Et ideò iſtorum fides certa erat, vnde dicunt: *& ſcimus*. Aliquando enim ipſum credere dicitur ſcire; quia ſcientia & fides conueniunt in certitudine; nam ſicut ſcientia eſt certa, ita & fides; immò multò magis: quia certitudo ſcientiæ innititur rationi humanæ, quæ falli poteſt: certitudo verò fidei innititur rationi diuinæ, cui contrariari non poteſt. *Hinc de Abraham* Rom.4. *legitur*: Confortatus eſt fide, pleniſſimè ſciens &c. *Et alibi, qualis debeat eſſe in nobis fides, compendioſè docemur his verbis*: Oportet T nos habere fidem veram, non fictam, 1. Tim.1. *Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.* Certam, non dubiam, Iac.1. *Poſtulet autem, in fide nihil hæſitans.* Vnam, non diuiſam, Epheſ.4. *Vnus Deus, vna fides.* Viuam, non mortuam, Rom.1. *Juſtus autem ex fide viuit.* Magnam, non paruam, Matth.15. *O' mulier, magna eſt fides tua.* Feruidam, non tepidam, Matth.17. *Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis &c.* (*quod feruidum eſt, vt vidimus.*) Operoſam, non ocioſam, Iac.2. *Fides ſine operibus ocioſa eſt.* Firmam, non infirmam, Coloſſ.2. *Firmamentum fidei veſtræ.* Animoſam, non timidam, Epheſ.6. *In omnibus ſumentes ſcutum fidei.* Perpetuam, non tranſitoriam: *Filij Sanctorum ſumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo*, vt dicitur Tob.2. *Qui taliter credit, dat procul dubio gloriam Deo. Hinc de Abrahæ fide* Rom.4. cit. *dicitur*: In repromiſſione Dei non hæſitauit diffidentiâ, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo: *Scilicet*, in quantùm V conſiderauit omnipotentiam ejus; vnde & ſubditur: *pleniſſimè ſciens, quia quæcunque promiſit Deus, potens eſt & facere*, Sap.12. *Subeſt enim tibi, cum volueris, poſſe.* Ex quo patet, quod quicunque non eſt firmus in fide Dei, quantùm eſt in ſe, diuinæ gloriæ derogat, vel quantùm ad ejus veritatem, vel quantùm ad ejus potentiam. *Qua de cauſa incredulitas & hîc & poſt mortem ſeuerè punitur à Deo.* De hac X punitus eſt Moyſes, & Aaron, qui Synagogæ præfuerunt, *Numer.20.* Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filijs Iſrael, non introducetis hos populos in Terram, quam dabo eis. *Et iterum.* Non intrabit Aaron Terram, quam dedi filijs Iſrael, eo quòd incredulus fuerit ori meo, ad aquas contradictionis. *Eccli.16.* In gente incredibili exardeſcet ira. *Matth.17.* O' generatio incredula, & peruerſa, vſquequò patiar vos? *Apoc.21.* Timidis & incredulis &c. pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure; quod eſt mors ſecunda. *Sanè incredulitas adeò gloriæ derogat Dei, vt quodammodo propter incredulos videretur Chriſtus non poſſe miracula patrare, Matth.13.* Et non fecit ibi (*in Nazareth*) virtutes multas propter incredulitatem illorum. *Et preſſiùs Marc.6.* Non poterat ibi virtutem vllam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit: & mirabatur, propter incredulitatem eorum: tametſi *non poterat* intelligere Y oportet, *non volebat*: quia non ipſe impotens, ſed illi infideles erant. *Vel aliter.* In miraculis faciendis neceſſaria eſt virtus operantis, & recipientium fides, quæ ibi deficiebat: vnde non volebat Ieſus ibi ſigna facere. *Ita Theophylactus.*

Credere, propter certitudinem dicitur aliquando *ſcire*.

T Iac. 2. ſi. cap. Fides multipliciter habenda.

Sicut firmiter credens dat gloriam Deo: ita infirmus in fide ejus gloriæ derogat.

V *Rom* 4. l. 3. *ibi*

Increduli & hîc & poſt mortem puniuntur à Deo.

X *Op. de gr. Fr.* l. 4. c. 2.

Incredulitas impedit patrationem miraculorum.

Y *Caten. Aur. Marc.* 6 *lit. a. ibi.*

f *Et fortè hac eadem de cauſa tempore quoque noſtro, nonniſi rarò à Deo miracula fiunt: quia nimirùm fides ſemper magis in cordibus fidelium tepeſcit. Quod & ab Apoſtolo clarè ſatis prænunciatur* 2. Timoth.3. *cum ait*: In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa: & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi &c. habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. *Et quidem* cauſa Z horum (*nota*) erit iniquitatis abundantia, Matth.24. *Quoniam abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum*: quia ſcilicet fides & charitas vel annullabitur, vel totaliter peribit: quantò enim magis aliquid elongatur à ſuo principio, tantò plus deficit. Et ideò in tempore illo deficient fides, & charitas, quia plus elongabuntur à Chriſto, *Luc.19.* Filius hominis veniens, putas, inueniet fidem in terra? *His quoque cohærent quæ priùs ab Apoſtolo adducuntur 1. Tim. 4.* In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam &c. *Et quamuis vtrobique Apoſtolus loqui ſpecialiùs videatur de poſtremis Mundi temporibus: noſtra nihilominus tempora non excludit.* Nouiſſimum *enim* tempus A dicitur vltima ætas, quia nos ſumus (1. *Cor.*10.) *in quos fines ſeculi deuenerunt.* Tamen in hoc tempore tantò ampliùs nouiſſimum eſt, quantò magis propinquum nouiſſimæ diei. Et ſicut in primitiua Eccleſia propter propinquitatem ad Chriſtum, & ſacramenta recenter inſtituta, fuit feruentiſſima fides: ſic in nouiſſimis temporibus, in comparatione ad tempus Apoſtolorum *diſcedent quidam à fide*, quia (*nota*) carnales erunt: ſed magis in fine abundabunt errores. Cauſa autem defectus eſt duplex. Vna ex parte diaboli ſeducentis, 2. Cor.11. *Timeo, ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri &c.* Et ideò dicit: *attendentes ſpiritibus erroris*, ſcilicet dæmonibus, quorum eſt officium in errorem mittere. Et dicit, *ſpiritibus*: quia dæmon major multos habet miniſtros. Secundam addit cauſam, falſam doctrinam, cum dicit: *& doctrinis dæmoniorum.* Dicit hîc (*ex gloſſa*) falſos doctores, dæmones; nec immeritò: ſicut enim boni homines interdum dicuntur Angeli: ſic iſti propter excellentem malitiam dæmones dicuntur, Ioann.6. *Nonne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus eſt?* Ex parte verò decipientium eſt duplex cauſa. Vna eorum falſitas: alia peruerſitas conſcientiæ eorum. Quantùm ad primum dicit, *dæmoniorum*, ideſt hominum à dæmone poſſeſſorum, & horum dico *in hypocriſi loquentium mendacium.* Vbi nota, quòd per mendacium ſimplex abſque pallio apparentiæ non poſſet aliquis decipere quempiam. Et ita hi neminem poſſent fallere, niſi prætenderent aliquod pallium vel bonæ intentionis, vel ſimulationis, vel falſæ authoritatis (*Quietiſtarum talem nouimus noſtro tempore Corypheum*) 2. *Tim.*3. *cit.* Habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. *Et dæmoniorum* dico *cauteriatam habentium ſuam conſcientiam.* Cauterium eſt corruptio in carne per ignem, ex qua egreditur continuè putredo. Ita ex igne peruerſæ voluntatis, iræ, odij, concupiſcentiæ, vlceratur conſcientia, & dæmoniorum egreditur falſa doctrina, *ad Tit.*1. Inquinatæ ſunt eorum & mens & conſcientia. *En tota radix defectionis à fide, & incredulitatis; quia videlicet, vt ſuprà ex Authore docuimus*, amiſſio B charitatis eſt via ad amittendam fidem. *Et ideò*, ſicut fides C eſt prima virtutum: ita infidelitas eſt vltimum peccatorum: ad quam homo quandoque (*nota*) per alia peccata, *carnalia præſertim*, perducitur. Vnde ſuper illud Pſal. 136. *Exinanite, exinanite vſque ad fundamentum in ea*, dicit *gloſſa*, quod *coaceruatione vitiorum ſubrepit diffidentia.* Et Apoſtolus dicit 1. Tim.1. quòd *bonam conſcientiam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt.* Quod *enim* eſt primum in generatione, eſt poſtremum in corruptione. *Nec mirum, quòd Apoſtolus falſos Doctores, & diſcredentes, dæmones vocet: nam illi* D qui non credunt, pejores ſunt (*ex gloſſa*) quàm dæmones, cum

Z 2. *Tim.* 3. l. 3. *ibi &* 1. 4. 1. 5. ſi c.

Modò tepeſcit fides propter peccata.

A 1. *Tim.* 4. l. 3. *ibi. & Gloſſ.* 2. l. 2. *ibi*, ne quis.

Cauſa & vulca origo falſæ doctrinæ & defectionis à fide, quorum ſit.

Falſi doctores, dæmones.

Falſitas doctrinæ cum pallio Sanctitatis.

B 2. 2. 39. 1. *ad* 3.

C 2. 2. 162. 7. *ad* 3.

Sicut fides eſt prima virtutum: ita infidelitas vltimum peccatorum.

D *Ad Gal.* 5. l. 1. *ibi*, operantur. & *Iac.* 2. *ibi*, dæmones.

Diſcredentes, pejores dæmonibus.

Digitized by Google

cum dæmones credant, & contremiscant, vt dicitur Iac. 2. (Peiores tamen sunt ex specie operis, sed non quantum ad affectum: nam dæmonibus displicet hoc quod credunt; nec etiam tanta est nequitia voluntatis in homine, qui non credit, quanta in dæmone quod odit quod credit.) *Cæterùm* dæmones E non voluntate (*sicut veri fideles*) assentiunt his, quæ credere dicuntur: sed coacti euidentia signorum, ex quibus conuincitur verum esse quod fideles credunt: quamuis illa signa non faciant apparere id, quod creditur, vt per hoc possint dici visionem eorum, quæ creduntur, habere. Vnde & credere æquiuocè dicitur de hominibus fidelibus & dæmonibus: nec est in eis fides ex aliquo lumine gratiæ infuso, sicut est in fidelibus. *Igitur (in eos, quorum jam fides tepescit) declamat Apostolus 2. Cor. 13.* Vosmetipsos tentate, si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in vobis est? *Vosmetipsos tentate;* idest F examinate, & considerate actus vestros (*num scilicet fidelium catholicorum sint, an potiùs infidelium & paganorum:*) *si estis in fide*, scilicet quam prædicaui vobis, & accepistis de Domino Iesu Christo, an excideritis ab ea. *Et quia fides cum operibus sociandа, ipsi vos probate, scilicet*, an sitis in operibus bonis, & vtrum conscientia remordeat vos. Et hoc est, quod dicit: *An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in vobis est?* idest; nunquid si examinaretis vos, sciretis vos habere fidem, & cognosceretis, quòd Christus est in vobis? Quasi dicat: Sic: quia vbi est fides Christi, ibi est Christus, Ephes. 3. *Christum habitare per fidem in cordibus vestris.* Aut scient, se non tenere fidem: & sic inuenient, quòd sint reprobi. *Et ideò subdit:* nisi fortè reprobi estis. *Securius enim reprobationis signum esse non potest, quàm amissio fidei*, sine qua impossibile est placere Deo. *Semetipsum igitur vnusquisque examinet, & videat, an verè fidem habeat: quod & ex operibus facilè dignoscet. Si etenim hæc non sint, deducendum est, aut nullam aut valdè tepescentem fidem habere; siue mortuam; non viuam.* Nam fides G mortua est, quæ est impotens ad suas operationes. Fides viua est quasi arbor, florens per firmum propositum Deo seruiendi: & folia debita habens, scilicet sermonem, qui fit ad ædificationem fidei, & det gratiam audientibus: & fructum debitum bonorum operum proferens, *vt ajebat initio Author. DISCE cum Apostolo quod nunc viuis in carne, in fide viuere Filij Dei*, ad Gal. 2. *Vide* Apostoli, Baptismus, Christianus, Confirmatio, Ecclesia, Martyr, Papa, Petrus Apostolus, Scriptura sacra.

Qualis in dæmonibus fides.
E Ver. 14. 9. ad 4. & 2. 2. 5. 2. c. In 3. d. 23. 3. 3. q. 1. c. Iac. 2 loco cit.

Examinet se vnusquisque an & quali fide polleat.
F 2. Cor. 13. l. 2. ibi. Op de er. Fr. l. 2. c. 3.

G Eod. Op loco cit.
Quid fides mortua, quid viua.

V. In vno & eodem actu plùs peccat fidelis, quàm infidelis, cæteris paribus. *Ma. 7. 3. ad 17.*

SIcut infidelitas H opponitur fidei, quæ *corde creditur ad justitiam*: Ita blasphemia opponitur confessioni, prout scilicet *ore confessio fit ad salutem*, vt dicitur Rom. 10. *De hac suo loco dictum est*. Infidelitas *autem* dupliciter I accipi potest. Vno modo secundùm puram negationem, vt dicatur quis infidelis ex hoc solo, quòd non habet fidem. Alio modo potest intelligi infidelitas secundùm contrarietatem ad fidem: qua scilicet aliquis repugnat auditui fidei, vel etiam contemnit ipsam, secundùm illud Is. 53. *Quis credidit auditui nostro?* Et hoc propriè perficitur ratio infidelitatis: & secundùm hoc infidelitas est peccatum. Si autem accipiatur secundùm negationem puram, sicut in illis, qui nihil audierunt de fide, non habet rationem peccati, sed magis pœnæ: quia talis ignorantia diuinorum ex peccato primi parentis consecuta est. Qui autem sic sunt infideles, damnantur quidem propter alia peccata, quæ sine fide remitti non possunt: non autem damnantur propter infidelitatis peccatum. Vnde Dominus dicit Ioann. 15. *Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent*: peccatum scilicet L infidelitatis, quamuis alia peccata actualia habuissent, propter quæ puniti fuissent. Et similis ratio est de omnibus illis, ad quos prædicatio verbi Dei peruenire non potuit; vnde non imputatur eis ad condemnationem, infidelitatis peccatum: sed priuati beneficio Dei propter alia eorum peccata, actualia & originalia, damnabuntur. *Hinc cohærenter docemur, quòd* infidelitas M non est peccatum, in intellectu existens, nisi secundùm quod actus intellectus est imperatus à voluntate: sic enim & fides in eo est; quia secundùm *Augustinum* credere non potest homo, nisi volens. Similiter etiam, nisi homo voluntariè omittat, quod facere deberet, in infidelitatem non incideret: quia si quod in se est faceret, Deus reuelaret sibi quid credere deberet: *vt satis in superioribus ostensum est. Ex quo, quia* dissentire N qui est proprius actus infidelitatis, est actus intellectus, sed moti à voluntate, sicut & assentire: ideò infidelitas, sicut & fides, est quidem in intellectu, sicut in proximo subjecto; in voluntate autem, sicut in proximo motiuo. Et hoc modo dicitur omne peccatum esse in voluntate. *Verùm* infidelitas O secundùm quod est peccatum, oritur ex superbia, ex qua contingit, quòd homo intellectum suum non vult subjicere regulis fidei, & sano intellectui Patrum; *Eccli.* 10. Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo: *quod est peccatum maximum.* Nam omne peccatum P formaliter consistit in auersione à Deo: vnde tantò aliquod peccatum est grauius, quantò per ipsum homo magis à Deo separatur. Per infidelitatem autem maximè homo à Deo elongatur, quia nec veram Dei cognitionem habet. Per falsam autem cognitionem ipsius non appropinquat ei, sed magis ab eo elongatur. Nec potest esse, quòd quantùm ad quid Deum cognoscat qui falsam opinionem de eo habet: quia id, quod ipse opinatur, non est Deus. *Vnde* infidelitas Q est maximum peccatum secundùm suum genus: *est enim* peccatum R contra ipsum Deum, secundùm quod in se est veritas prima, cui fides innititur. *Est inquam infidelitas maximum peccatorum secundùm genus suum, non simpliciter: nam* odium Dei S quod opponitur charitati quantùm ad principale objectum, quod est bonitas diuina, non est minus, *sed majus infidelitate* peccatum: *siquidem* infidelitas T non habet rationem culpæ, nisi in quantùm est voluntaria; & ideò tantò est grauior, quantò est magis voluntaria. Quod autem sit voluntaria, prouenit ex hoc, quòd aliquis odio habet veritatem, quæ proponitur. Vnde patet, quòd ratio peccati in infidelitate fit ex odio Dei, circa cujus veritatem est fides. Et ideò sicut causa est potior effectu: ita odium Dei est majus peccatum, quàm infidelitas. *Et licet auersio à Deo sit communis omnibus peccatis*: voluntaria *tamen* auersio V à Deo per se importatur in odio Dei; in alijs autem peccatis quasi participatiuè & secundùm aliud. Sicut enim voluntas per se inhæret ei, quod amat: ita secundùm se refugit quod odit. Vnde quando aliquis odit Deum, voluntas ejus secundùm se ab eo auertitur. Sed in alijs peccatis, puta cum aliquis fornicatur, non auertitur à Deo secundùm se, sed secundùm aliud, in quantum scilicet appetit inordinatam delectationem, quæ habet adnexam auersionem à Deo. *Cæterùm, non omnis motus interior infidelitatis (pro scrupulosis) peccatum infidelitatis inducit: frequenter enim ex subreptione talis prouenit motus. Hæc autem* subreptio X infidelitatis non semper est in superiori ratione: sed quandoque potest esse in imaginatione, puta,

H 2. 2. q. 10. ...
Sicut fidei opponitur infidelitas, ita ejus confessioni blasphemia.
I Ibid. a. 1. c. ...
Infidelitas dupliciter sumitur, negatiuè & contrariè.
An semper sit peccatum.
Infidelitas negatiua, non culpæ, sed pœnæ rationem habet.

L Ioan 15. l. 5. lit. a. circ. fi. & lit d. fi. Rom. 10. l. 3. In 4. d. 9. 1. 3. q. 4. c. Ma. 3. 8. ad 1.
Talibus tamen infidelibus alia peccata imputantur.
M 2. 2. q. 39. 1. 2. ad 4.

N 2. 2. 10. 2. c. In 3. d 23. 2. 3. q. 1. ad 4.
Infidelitas in qua subjecto, et potentia.

O 2. 2. 10. 2. ad 3.
Oritur ex superbia.

P 2. 2. 10. 3. c. & 3. p 80. 5. In 4. d 9. 1. 3. q 4. Ma. 2. 10. c. & ad 2. & 9. 3. 8 ad 1. Rom. 1. l. 2. Hebr 10. l. 3
Maximum peccatorum secundùm genus suum.

Q 2. 2. 13. 3 c.
R 2. 2. 39. 2 c.

S Ibid. ad 3.
Odium Dei infidelitate peccatum grauius.
T 2. 2. 34. 2. ad 2 & in corp. & q. 10. 3. fi c. ...
In quo auersio à Deo per se: in alijs peccatis secundùm aliud.
V Ibid. 4. 2 c.

Motus quicunque interior infidelitatis non semper mortale peccatum, cum sæpe ex subreptione proueniat.
X Ma. 7. 3. ad 6.

putà, cum aliquis imaginatur tres perſonas in diuinis, ſicut tres homines; & mouetur ſubitò ad credendum. Quandoque autem in ratione inferiori, putà, cum aliquis conſiderat aliqua in creaturis repugnantia fidei Trinitatis. Quandoque autem in ſuperiori ratione: putà, cum aliquis ſubitò immediatè incipit cogitare de Trinitate perſonarum in diuinis, talis ſubreptio eſt in ſuperiori ratione, & eſt peccatum veniale: conſenſus autem ſuperueniens eſt alius motus: *& per hunc perficitur peccatum mortale: hoc enim ſolo reus quis efficitur infidelitatis.*

An liceat cum infidelibus diſputare.

h *Sed quæres: Vtrùm cum infidelibus liceat diſputationem inire? Et reſpondet Author ex illo 2. ad Tim.* 2. Noli contendere verbis: ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium, *quòd Apoſtolus haud perperam* dicit Y *verbis*: quia aliqui diſceptant ſolum verbis improperij; & hoc propriè eſt contendere, vt quando quis cum confidentia clamoris impugnat veritatem. Si autem hoc fit, non verbis tantùm, ſed veris rationibus, hoc eſt diſputare, non contendere. Nam moderata diſputatio, quando cum ratione fit, eſt vtilis ad inſtructionem, ſed quando cum verbis tantùm, eſt litigioſa. Ideò dicit: *ad nihil vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.* Et hoc dupliciter. Vno modo, dum quod eſt certum, venit in dubium. Alio modo, quia audientes ſcandalizantur, Prou. 14. *Vbi verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas.* Vnde Iac. 3. *Vbi zelus & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus prauum.* Verumtamen diſtinguendum eſt ex parte audientium: quia aut ſunt ſolicitati ab infidelibus; & tunc eſt vtilis publica diſputatio: quia per hanc ſimplices efficiuntur magis inſtructi, quando vident errantes confutari. Si verò non ſunt ſolicitati ab infidelibus, tunc non eſt vtilis diſputatio, ſed periculoſa. Item eſt diſtinguendum ex parte diſputantis: quia ſi diſputans eſt prudens ſic quòd manifeſtè confutet aduerſarium, tunc debet publicè diſputare: ſi verò non, nullo modo: *ne videlicet ab infidelibus cum fidei detrimento confundatur. Dicitur autem,* prudens, *non* ſapiens: *quia in diſputante jam ſupponitur, tanquam neceſſaria, ſapientia, & ſacrarum præſertim peritia Scripturarum: ſed hæc non ſufficit, niſi in praxi prudentiâ reguletur; vnde de Chriſto Domino diſputante legitur Luc.* 2. Stupebant omnes, qui eum audiebant, ſuper prudentia & reſponſis ejus. *Et Epheſ.* 1. In omni ſapientia, & prudentia &c. *Quæres ſecundò, an liceat cum infidelibus communicare? Et dicendum, quòd* communio Z alicujus perſonæ interdicitur fidelibus dupliciter. Vno modo in pœnam illius, cui communio fidelium ſubtrahitur. Alio modo ad cautelam eorum, quibus interdicitur, ne alij communicent. Et vtraque cauſa ex verbis Apoſtoli accipi poteſt 1. *ad Cor.* 5. Nam, poſtquam ſententiam excommunicationis protulit, ſubdit pro ratione: *Neſcitis, quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit?* Et poſtea rationem ſubdit ex parte pœnæ, per judicium Eccleſiæ illatæ, cum dicit: *Nonne de ijs, qui intus ſunt, vos judicatis?* Primo ergo modo non interdicit Eccleſia fidelibus communionem infidelium, qui nullo modo fidem Chriſtianam receperunt, ſcilicet Paganorum, vel Iudæorum: quia non habent de eis judicare ſpirituali judicio, ſed temporali, in caſu, cum inter Chriſtianos commorantes aliquam culpam committunt, & per fideles temporaliter puniuntur. Sed iſto modo, ſcilicet in pœnam, interdicit Eccleſia fidelibus communionem illorum infidelium, qui à fide ſuſcepta deuiant vel corrumpendo fidem, ſicut hæretici: vel etiam totaliter à fide recedendo, ſicut apoſtatæ. In vtroſque enim horum excommunicationis ſententiam profert Eccleſia. Sed quantùm ad ſecundum modum, videtur eſſe diſtinguendum ſecundùm diuerſas conditiones perſonarum, & negociorum, & temporum. Si enim aliqui fuerint firmi in fide, ita quòd ex communione eorum cum infidelibus conuerſio infidelium magis ſperari poſſit, quàm fidelium à fide auerſio, non ſunt prohibendi infidelibus communicare, qui fidem non ſuſceperunt, ſcilicet Paganis, vel Iudæis: & maximè, ſi neceſſitas vrgeat. Si autem ſint ſimplices & infirmi in fide, de quorum ſubuerſione probabiliter timeri poſſit, prohibendi ſunt ab infidelium communione, & præcipuè ne magnam familiaritatem cum eis habeant, vel abſque neceſſitate eis communicent. *Ex qua doctrina facilè plures poſſunt reſolui in hac materia caſus, quos vide apud Summiſtas, & V.* Excommunicatio. *Tertiò quæres, an infidelium ritus ſint tolerandi? Et reſoluitur dubium, præmittendo, quòd* humanum A regimen deriuatur à diuino regimine, & ipſum debet imitari. Deus autem, quamuis ſit omnipotens & ſummè bonus, permittit tamen aliqua mala fieri in Vniuerſo (quæ prohibere poſſet) ne eis ſublatis, majora bona tollerentur, vel etiam pejora mala ſequerentur. Sic ergo & in regimine humano illi, qui præſunt, rectè aliqua mala tolerant, ne aliqua bona impediantur; vel etiam, ne aliqua mala pejora incurrantur, ſicut *Auguſtinus* dicit in lib. de Ordine: *Aufer meretrices de rebus humanis, turbaueris omnia libidinibus.* Sic ergo, quamuis infideles in ſuis ritibus peccent, tolerari poſſunt vel propter aliquod bonum, quod ex eis prouenit, vel propter aliquod malum, quod vitatur. Ex hoc autem, quòd Iudæi ritus ſuos obſeruant, in quibus olim præfigurabatur veritas fidei, quam tenemus, hoc bonum prouenit, quòd teſtimonium fidei noſtræ habemus ab hoſtibus, & quaſi figura nobis repræſentatur quod credimus: & ideò in ſuis ritibus tolerantur. Aliorum verò infidelium ritus, qui nihil veritatis aut vtilitatis afferunt, non ſunt aliqualiter tolerandi: niſi fortè ad aliquod malum vitandum, ſcilicet ad vitandum ſcandalum, diſſidium, quod ex hoc poſſet prouenire, vel impedimentum ſalutis eorum, qui paulatim ſic tolerati conuertuntur ad fidem. Propter hoc enim etiam hæreticorum & Paganorum ritus aliquando Eccleſia tolerauit, quando erat magna infidelium multitudo.

i *Porrò*, ſi infidelitas B attendatur circa comparationem ad fidem, diuerſæ ſunt infidelitatis ſpecies, & numero determinatæ. Cum enim peccatum infidelitatis conſiſtat in renitendo fidei, hoc poteſt contingere dupliciter: quia aut renititur fidei nondum ſuſceptæ; & talis infidelitas eſt Paganorum, ſiue Gentilium: aut renititur fidei Chriſtianæ ſuſceptæ, vel in figura, & ſic eſt infidelitas Iudæorum: vel in ipſa manifeſtatione veritatis; & ſic eſt infidelitas hæreticorum. Vnde in generali poſſunt aſſignari tres prædictæ ſpecies infidelitatis. Si verò diſtinguantur infidelitatis ſpecies ſecundùm errorem in diuerſis, quæ ad fidem pertinent, tunc non ſunt determinatæ infidelitatis ſpecies: poſſunt enim errores in infinitum multiplicari. *Schiſma verò non aſſignatur infidelitatis ſpecies, quia* per ſe C non opponitur fidei, ſed per ſe opponitur vnitati Eccleſiaſticæ charitatis: *de quo infra. Neque ponitur, ſicut hæreſis, ſpecies infidelitatis idololatria, quòd hæc ſpecies ſit ſuperſtitionis.* Nam ſicut religio D non eſt fides, ſed fidei proteſtatio per aliqua exteriora ſigna; ita ſuperſtitio eſt quædam infidelitatis proteſtatio per exteriorem cultum. Quam quidem proteſtationem nomen idololatriæ ſignificat, non autem nomen hæreſis, ſed ſolùm falſam opinionem. Sit ideò hæreſis eſt ſpecies infidelitatis, ſed idololatria eſt ſpecies ſuperſtitionis. *Similiter* apoſtaſia E à fide non importat determinatam ſpeciem infidelitatis, ſed quandam circumſtantiam aggrauantem ſecundùm illud 2. *Pet.* 2. Melius erat illis non cognoſcere

viam

Y 2. Tim. 2. l. 2. ſi. & 3. 2. 10. 7. & 9. 38. 2. c.

Contentio quid.

Diſtinguendum ex parte audientium:

Et ex parte diſputantis.

Z 2. 2. 10. 9. c. In 4. d. 13. 2. 3. Quol. 10. a. 15 & fuſe 1. Cor. 5. per totum.

An licitum cum infidelibus communicare.

An tolerandi infidelium ritus.

A 2. 2. 10. 11. c. & q. 11. 3. In 4. loco cit. Rom. 9. l. 1. Ibi, major. & cap. 11. l. 2. ibi, delicto.

Fidei noſtræ teſtimonium à Iudæis habemus.

Per comparationem ad fidem tres aſſignantur infidelitatis ſpecies, ſcilicet Paganorum, Iudæorum, & Hæreticorum.

B 2. 2. 10. 5. c. & 9. 11. 1. c. De diu. Nom. c. 4. l. 4. ibi, ignorantia diuiſiua.

C 2. 2. 39. 1. ad 3.

D 2. 2. 94. 1. ad 1.

Idololatria quid.

Species eſt Superſtitionis, non infidelitatis.

E 2. 2. 12. 1. ad 3. & in corp.

Digitized by Google

viam juſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti &c. *Quænam verò ex tribus infidelitatis ſpeciebus grauior ſit: quæſtio hæc diſtinctione indiget.*

Ex tribus infidelitatis ſpeciebus quænam grauior.
F 2.2. 10.6.c.

Etenim in infidelitate F duo poſſunt conſiderari. Quorum vnum eſt comparatio ejus ad fidem: & ex hac parte aliquis grauiùs contra fidem peccat, qui fidei renititur ſuſceptæ, quàm qui renititur fidei nondum ſuſceptæ. Sicut grauiùs peccat qui non implet quod promiſit, quàm ſi non impleat quod nunquam promiſit. Et ſecundùm hoc, infidelitas hæreticorum, qui profitentur fidem Euangelij, & ei renituntur eam corrumpendo, grauiùs peccant, quàm Iudæi, qui fidem Euangelij nunquam ſuſceperunt. Sed quia ſuſceperunt ejus figuram in veteri lege, quam malè interpretantes corrumpunt: ideò etiam eorum infidelitas eſt grauius peccatum, quàm infidelitas Gentilium, qui nullo modo fidem Euangelij ſuſceperunt. Aliud, quod in infidelitate conſideratur, eſt corruptio eorum, quæ ad fidem pertinent. Et ſecundùm hoc, cum in pluribus errent Gentiles, quàm Iudæi; & Iudæi, quàm hæretici; grauior eſt infidelitas Gentilium, quàm Iudæorum; & Iudæorum, quàm hæreticorum: niſi fortè quorundam, putà Manichæorum, qui etiam circa credibilia plùs errant, quàm Gentiles.

Manichæi plùs errant, quàm Gentiles.

Harum tamen duarum grauitatum prima præponderat ſecundæ, quantùm ad rationem culpæ: quia infidelitas habet rationem culpæ magis ex hoc, quòd renititur fidei, quàm ex hoc, quòd non habet ea, quæ ſunt fidei. Hoc enim videtur magis ad rationem pœnæ pertinere (*vt viſum eſt.*) Vnde, ſimpliciter loquendo, infidelitas hæreticorum eſt peſſima.

Infidelitas hæreticorum peſſima.
G 4.d.13. 2.1. c. & 2.2. 11.1. c. & 1.Cor.11. l. 4. ibi, hæreſes. ad Tit. 3. l. 2. ibi, hæreticum.
Hæreſis quid, & vnde dicatur.
H 2.2. loc. cit. ad 1. arg.

I *Verùm* nomen G hæreſis græcum eſt, & electionem importat ſecundùm *Iſidorum* (ex ex *Hieronymo*: Hæreſis H græcè ab electione dicitur, quòd ſcilicet eam ſibi vnuſquiſque eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem:) vnde & hæretica diuiſiua dicuntur. Et quia in electione fit diuiſio vnius ab altero, electio pro *hæreſis* dicitur. Diuiſio autem contingit alicui parti per receſſum à toto. Sed quia nullus denominatur ab eo, quod ineſt ſibi imperfectè, ſed ſolùm quando confirmatur in illo (ſicut non dicitur iracundus cui ineſt paſſio iræ, ſed qui paſſibilis eſt de facili ab ea; neque qui habet diſpoſitionem, dicitur ſanus:) ideò neque hæreticus non nominatur, niſi qui in ſingulari opinione firmam habet ſtabilitatem; vnde etiam competit ei nomen hæreſis, ſecundùm quod in electionem ſonat, quia quod in electione fit, quaſi ex habitu firmato procedit. Competit ei etiam nomen hæreſis, ſecundùm quod latinum eſt ab hærendo dictum: quia ſuæ opinioni vehementer inhæret. Et quia congregatio corporis myſtici per vnitatem veræ fidei primò conſtituitur: ideò hæreticus ſecundùm nos dicitur, qui à communi fide, quæ catholica dicitur, diſcedit, contrariæ opinioni vehementer inhærens per electionem.

Quis dicatur hæreticus.
I 2.2.11.1. ad 2. & 3. In 4.d. 13. 2. 1 ad 6. & a. 1. ad 1. Ma.8.1 ad 7. & a. 3. ad 10.
Oritur hæreſis ex ſuperbia, vel cupiditate.
L Ma.8.1. ad 7.
M In 4. d. 13. 2. 1. ad 9.

Ex quo finis I proximus hæreſis eſt adhærere falſæ ſententiæ propriæ, & ex hoc ſpeciem habet: ſed ex fine remoto oſtenditur cauſa ejus; ſcilicet quòd oritur ex ſuperbia, vel cupiditate. *Ex ſuperbia quidem*: magna enim L ſuperbiæ eſt, vt homo ſenſum ſuum præferat veritati diuinitus reuelatæ. *Ex cupiditate verò: tum quia ex Apoſtolo* 1. *Tim*.6. Radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide: *tum quia* illi M qui hæreſim confingunt de nouo, conſtat, quòd aliquod expectant commodum, ſaltem principatum: volunt enim habere ſequaces. Hoc etiam in omnibus ex ſuperbia procedit, quæ eſt amor propriæ excellentiæ, quòd à communi via diſcedunt, animi leuitate, aut peruerſitate. *Et generaliter quidem, hæreſum cauſa eſt conſcientia mala. Vnde Apoſtolus* 1. Tim. 1. *poſtquam dixerat*: Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta; *mox ſubijcit*: à quibus quidam aberrantes, conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores &c.

Hæreſum cauſa, conſcientia mala, & atheiſmi.

Vbi Author: Nota *inquit* quòd N receſſus à charitate, cauſa eſt falſæ doctrinæ: quia qui non amant charitatem, cadunt in mendacium, 2. Theſſ. 2. *Qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati*. Habentes enim cor infectum paſſionibus, judicant ſecundùm affectum earum, & non ſecundùm Deum, 1. Cor. 2. *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei*. Similiter & habentes conſcientiam malam: quia non poſſunt quieſcere in veritate. Et inde eſt, quòd quærunt falſa, vt in eis quieſcant. *Idcircò ſubdit paulò inferiùs Apoſtolus*: Habens fidem & bonam conſcientiam; quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt. *Qua eadem de cauſa & ad atheiſmum vſque proceditur. Propterea legimus Pſal.*13. Dixit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus. *Et mox, quaſi in cauſam, ſubijcitur*: Corrupti ſunt in ſtudijs ſuis: non eſt qui faciat bonum. *Docemur enim, quòd* calor naturalis O animæ eſt amor Dei. Quando ergo ſubintrat extraneus amor concupiſcentiæ, & aliorum peccatorum, recedit Deus. Sicut in corporibus ſequitur corruptio per exhalationem naturalis caloris expulſi à calore extraneo. Et ideò cum dixit: *Non eſt Deus*; ſtatim ſubdit: *Corrupti ſunt &c.* Quia poſtquam per conſenſum peccati amittunt bona gratuita, corrumpuntur in eis naturalia.

N 1. Tim. 1. l. 3. ibi. & l. 4. fi. & 2. Tim. 3. l. 1. fi.
O Pſ. 13. lit. a.

In idem autem coincidere videntur hæreſis & ſecta: ſicut enim P hæreſis dicitur ab eligendo, ita ſecta à ſectando, ſicut *Iſidorus* dicit; & ideò hæreſis & ſecta idem ſunt. *Vnde Paulus ad Præſidem dixit Act.*24. Confiteor autem hoc tibi, quòd ſecundùm ſectam, quam dicunt hæreſim, ſic deſeruio Patri & Deo meo &c. *Ex quo & illud* 2. *Pet.*2. Qui introducent ſectas perditionis &c. *exponitur*: ideſt Q falſas doctrinas, dictas vel à ſecando; doctrinas *perditionis* (*ex gloſſa*) quæ ſecant, & ſeparant à Deo; vnde hæreſis idem eſt, quod diuiſio: Vel à ſectando, verbo frequentatiuo: *ſectas* latinè, hæreſes græcè, cum quis errorem, quem ſemel concepit, ſemper *ſectari* nullatenus ceſſat: quod proprium eſt hæreticorum.

P 2.2 11.1. ad 1. ad Gal. 5. l. 5. ibi, ſectæ.
Hæreſis & ſecta idem ſunt.
Q 2. Pet. 2. ibi, & ibi. non metuunt.

Verùm, hæreſim grauiſſimam eſſe culpam, ex eo deprehendimus, quòd vnumquodque R dicitur malum, quia nocet. Vnde cum hæreſis plùs noceat, quàm aliquod aliud peccatum, quia ſubuertit fundamentum omnium bonorum, ſine quo nihil boni remanet; ideò hæreſis eſt ex genere ſuo maximum peccatorum, quamuis ex accidente aliquod aliud peccatum poſſit eſſe grauius. *Et quidem* hæreſis S eſt infectiuum vitium, *vbi diſſeminatur exteriùs*: Sicut enim T fides principaliter conſiſtit in corde, & primò, ſed ſecundariò in ore, Rom. 10. *Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*; ſimiliter & hæreſis principaliter conſiſtit in corde, ſed ſecundariò in ore. *At quia ex hoc alijs eſt magis damnoſa, quia infectiua: infidelitas & hæreſis ſolo corde concepta, non eſt Eccleſiaſticæ excommunicationi obnoxia, ſed tantùm ore prolata: quia hoc pacto ſub Eccleſiæ judicio cadit, corde autem concepta ſub diuino; ſolus enim Deus ſcrutator eſt cordium. Sicque, ſi damni principalitatem ſpectemus, quæ ore profertur hæreſis & prædicatur, principaliùs in ore eſt, quàm in corde; hæc enim hæretico ſoli damnum infert, illa multitudini nocet*.

Hæreſis peccatum grauiſſimum.
R 4. d. 13. 2. a. c.
S *Ibid. a.* 3. *initio c.*
T *Ibid. a.*1. *ad* 5.
Sola hæreſis, ore prolata, excommunicationi obnoxia.
Omnis hæreticus eſt errans, ſed non è contra.

Sciendum V eſt *autem*, quòd omnis hæreticus eſt errans, & non è conuerſo, propter duo. Primò ex parte materiæ, circa quam errat, putà ſi non eſt circa finem vitæ humanæ, vel circa id, quod ad fidem pertinet & bonos mores. Talis enim ſic errans non eſt hæreticus. Si verò errauerit circa ea, quæ ſunt ad finem vitæ humanæ, ſemper eſt hæreticus. Et dico finem vitæ humanæ: quia apud antiquos erant ſectæ, ponentes diuerſum finem, vt patet de Stoicis & Epi-

Hæreſis circa quid ſit.
V *Ad Tit.* 3. *l.* 2 *ibi*, hæreticum. 1. *Cor.* 11. *l.* 4. *ibi*, hæreſes. & 2. 2. 11. 2. *In* 4. *d.* 13. 2. 1. *ad* 6. *Ma.* 8. 1. *ad* 3. *Quol.* 3. *a* 10.
Quid hæreticum conſtituat, vel non.

Digitized by Google

& Epicureis. Vel circa fidem, & bonos mores: & ſic, ſi aliquis diceret, Deum non eſſe trinum & vnum; & fornicationem non eſſe peccatum, eſt

Qui non eſt pertinax, non eſt hæreticus,

hæreticus. Secundò ex parte electionis: quia eligens, ſi non eſt pertinax, ſed eſt paratus corrigi ſecundùm Eccleſiæ determinationem (ſic enim non eſt ex malitia, ſed ex ignorantia) non eſt hæ-

X 2.2, 11, 2. ad 3.

reticus. *Et quidem* ſic aliqui X Doctores videntur diſſenſiſſe, vel circa ea, quorum nihil intereſt ad fidem, vtrùm ſic vel aliter teneantur: vel etiam in quibuſdam ad fidem pertinentibus, quæ nondum erant ab Eccleſia determinata. Poſtquam autem eſſent authoritate vniuerſalis Eccleſiæ determinata: ſi quis tali ordinationi pertinaciter repugnaret, hæreticus cenſeretur. *Inter hos ſanè adnumeratur præter alios & Sanctos* Ioannes Damaſcenus, *qui contra veritatem de Spiritus Sancti à Patre & Filio proceſſione dicit lib.1. fid. Orthod. cap.11.* Spiritum Sanctum ex Patre dicimus, & Spiritum Patris nominamus: ex Filio autem Spiritum Sanctum non dicimus, Spiritum verò Filij nominamus. *Vnde & ab Authore docemur, quòd* Spiritum

Y 1.p.36, 2. ad 3. In 1.d.11, 1, 1. ad 3. Pot.10, 4 ad 24.

Sanctum Y non procedere à Filio, primò fuit à Neſtorianis introductum, vt patet in quodam Symbolo Neſtorianorum, damnato in Epheſina Synodo. Et hunc errorem ſequutus fuit Theodoricus Neſtorianus, & plures poſt ipſum: inter quos fuit etiam *Damaſcenus*. Vnde in hoc ejus ſententiæ non eſt ſtandum. *Nec ideò hæreticus eſt cenſendus, quia non pertinax, & aliàs paratus corrigi juxta determinationem Eccleſiæ.* Dicitur autem *Damaſcenus* illo fuiſſe tempore, quo deciſum hoc non erat *ab Eccleſia, vt ibi aduertit* Cajetanus. *Et hos vocant hæreticos materiales, non formales. Sanè* hæ-

Z 4.d.13, 2, 2. ad 5.

Hæreſis peccatum in Spiritum Sanctū.

reſis Z ſecundùm quod pertinaciam importat, ſpecies eſt peccati in Spiritum Sanctum, quia eſt impugnatio veritatis agnitæ. *Hæreticorum autem pertinacia exprimitur ſatis* Apoc.9. *vbi ſub locuſtarum nomine delineantur, cum dicitur:* De fumo putei exi-

A Apoc. 9. com 1. ibi

Hæreticorum pertinacia myſticè inuuitur.

erunt locuſtæ in terram; *ideſt*, hæretici A pſeudoprædicatores: *de quibus poſt multa ſubditur:* & habebant loricas, ſicut loricas ferreas; *ideſt*, corda obſtinata (*ex gloſſa*) quæ ſagitta veritatis non penetrat, *Iob 41.* Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia

B Ma.8, 1, ad 7. & locis cit. ibi.

Quæ ſola hæreticum facit.

&c. *Et hæc* ſola B pertinacia facit hæreticum. *Idcircò ab Eccleſia errans tantummodo non excommunicatur, ſed pertinax: excommunicatio enim in ſolos infligitur contumaces.* Hæreticus *namque* poteſt C

C Gal.1. l.2. circ. fi. ad Tit. 3. l.2. ibi, hæreticum.

dici aliquis, vel quia ſimpliciter errat ex ignorantia (*qui dicitur & hæreticus materialis*) & ex hoc non eſt excommunicatus: vel quia errat ex pertinacia, & alios nititur peruertere; & tunc incurrit

Non errans tantum, ſed pertinax ab Eccleſia excommunicatur.

in canonem latæ ſententiæ. *Id quod juxta verbum Apoſtoli ad Tit.3.* Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita. *Verùm* circa

D 2.2, 11. 3. c. & 9.10. a.8. & In 4. d.13. 2.3. c. Quol. 10. a. 25.

hæreticos D duo ſunt conſideranda. Vnum quidem ex parte ipſorum: aliud verò ex parte Eccleſiæ. Ex parte quidem ipſorum eſt peccatum, per quod meruerunt non ſolùm ab Eccleſia per ex-

Hæreticus ex parte ſua dignus & mortis, magis quàm monetæ falſarius,

communicationem ſeparari, ſed etiam per mortem à Mundo excludi: multò enim grauius eſt corrumpere fidem, per quam eſt animæ vita, quàm falſare pecuniam, per quam temporali vitæ ſubuenitur. Vnde ſi falſarij pecuniæ, vel alij malefactores, ſtatim per ſeculares Principes juſtè morti traduntur: multò magis hæretici, ſtatim ex quo de hæreſi conuincuntur, poſſunt non ſolùm excommunicari, ſed & juſtè occidi. Ex parte autem Eccleſiæ eſt miſericordia ad errantium con-

Qua & punitur, ſi admonitus, in pertinacia perſeueret,

uerſionem: & ideò non ſtatim condemnat, ſed poſt primam & ſecundam correptionem, vt Apoſtolus docet: poſtmodum verò, ſi adhuc pertinax inueniatur, Eccleſia de ejus conuerſione non ſperans, aliorum ſaluti prouidet, eum ab Eccleſia ſeparando per excommunicationis ſententiam; & vlteriùs relinquit eum judicio ſeculari, à Mundo exterminandum per mortem.

Hæreticus eſt qui ad contrarium ſenſum Scripturam retorquet.

m *Pertinax igitur in falſa contra ſanum Eccleſiæ ſenſum opinione & ſententia, hæreticus eſt: qualis conſequenter conſtituitur* qui E ad hoc expoſitionem Sacræ Scripturæ retorquet, quod contrariatur ei,

E 2. 2. 11, 2. ad 2. & 9.1. a. 10. Ep. Ioan 3. ibi, propter hoc.

quod eſt per Spiritum Sanctum reuelatum. *Sic exponebat deprauando diabolus illud Pſal.90.* Angelis ſuis mandauit de te: & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum, *vt legitur* Matth. 4. *cum Dominum impudenter tentaret.*

F Matth.4. lit. a ibi, Angelis.

Tribus modis Sacram quis deprauat Scripturam.

Pro quo notandum, quòd tribus modis F deprauat quis authoritatem Sacræ Scripturæ. Aliquando, ſicut cum dicitur de vno, & exponitur de alio: ſicut ſi dicitur de vno juſto, & exponitur de Chriſto. V.G. *Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus*, Eccli.31. Item, *Pater maior me eſt*: hoc dicitur de Chriſto, ſecundùm quòd homo; vnde ſi exponatur de eo, ſecundùm quòd Filius Dei, deprauatur authoritas. Ita diabolus hic dicit: *Angelis ſuis &c.* quia Pſalmus 90. dicit hoc de membro Chriſti, quod indiget cuſtodia Angelorum. Quod patet, quia ſubdit: *ne fortè offendas &c.* Hoc enim non poteſt dici de Chriſto, quia non poterat offendere occaſione alicujus peccati. Secundo modo deprauat, quando inducit quis authoritatem Scripturæ ad aliquid, ad quod non eſt authoritas: Sicut illud Prou.25. & Rom.12. *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum &c.* Si enim aliquid facit alicui; vt ille puniatur à Deo, hoc facit contra ſenſum authoritatis. Ita diabolus: quia Scriptura intendit, quòd homo juſtus ita per Angelos cuſtoditur, quòd in periculo non incidat: diabolus autem exponit, quòd homo periculo ſe ingerat, quod eſt Deum tentare. Tertio modo: quando illud, quod eſt pro ſe, de authoritate accipit; & aliud, quando eſt contra ſe, dimittit: quod eſt mos hæretici. Ita fecit hic diabolus: quia dimiſit illud, quod ſubditur, quod erat contra eum, ſcilicet *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Vnde factus eſt exemplar omnium Scripturas deprauantium: *quales ſunt omnes hæretici, diaboli exemplum imitantes. De quibus dicitur Ier.23.* Propterea ecce ego ad Prophetas, ait Dominus, qui furantur verba mea &c. *hoc eſt*, quaſi G ad

G Ier.23. ibi.

alium ſenſum, quàm veri prophetæ, voluerint,

Hæretici expoſitores, fures ſunt, & latrones.

Ioann.10. *Qui non intrat per oſtium, ille fur eſt & latro.* Et iterum: *Omnes quotquot venerunt, fures ſunt & latrones.* Fures ſunt H in quantùm quod

H Ioa. 10 l.2. lit.e.

non ſuum eſt, ſcilicet docendi authoritatem, ſibi vſurpant: *& latrones*, quia per prauam doctrinam occidunt, *Matth.21.* Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. *Et ſubiicit*: Fur non venit, niſi vt furetur, & mactet, & perdat. *Vt furetur:* ideſt I vt vſurpet quod non eſt ſuum, cum ſcili-

I Ibid. lit. f. & Prol. ad Tit. & cap.1. l.3.

cet ſeditioſi & hæretici eos, qui Chriſti ſunt, ſibi adjungunt: *& mactet*; ideſt, occidat inducendo peruerſam doctrinam & prauos mores: *& perdat*, immittendo ſcilicet in perditionem æternam. *Vnde & in Epiſt. Iudæ dicitur:* Subintroierunt quidam homines impij &c. *Subintroierunt (hoc eſt, furtiuè introierunt)* ſub ſpecie L religionis (*ex gloſſa*)

L Ep. Iud. ibi.

quaſi fidem Chriſti prædicent: in quo notatur eorum doloſitas, quia ſub ſpecie boni prætendunt miniſtrare venenum, Matth.7. *Veniunt ad vos in veſtimentis ouium &c.* Et dicit, *quidam*, ſcilicet particulares, ab vniuerſali Eccleſia diuiſi: *homines impij*, diuinâ Scripturâ cum dolo abutentes, & ad ſubuertendum cultum Dei. *Et bene diabolus dicitur iſtorum exemplar & Magiſter, de quo idcircò myſticè legitur Apoc.6.* Et ecce equus niger, & qui ſe-

Equi diaboli.

debat ſuper illum, habebat ſtateram in manu ſua.

M Apoc.6. com. 2 ibi.

Equus niger, ideſt M cœtus hæreticorum ſordibus peccatorum denigratus, ſiue niger per malitiam: *& qui ſedebat ſuper illum*, ſcilicet diabolus, qui regit, & ducit illos, quò vult: *habebat ſtateram in manu ſua*; ideſt, peruerſam Scripturæ expoſitionem.

Sacra Scriptura cur ſtatera.

Digitized by Google

nem. Quæ ſtateræ comparatur: quia, ſicut ſtatera ſine pondere de facili mouetur huc & illuc: ſic Scriptura, ſi non habeat pondus catholicæ expoſitionis, fluctuat huc & illuc. Et ſicut ſtatera per aſtutiam falſi mercatoris poteſt malè inclinari: ſic Scriptura per aſtutiam falſi expoſitoris poteſt malè exponi. Et ſignanter dicit: *habebat ſtateram*, quia hæretici Scripturam habent, & non habentur ab ea: nam ſuperbè ei dominantes, ſuo ſenſui eam coaptant. E' contrario catholici Doctores non habent, ſed habentur à Scriptura: quia humiliter ſubijciunt ſe illi, *captiuantes intellectum ſuum in obſequium Chriſti*. De hac ſtatera dicitur *Prouerb.* 11. Statera doloſa, abominatio eſt apud Dominum: & pondus æquum, voluntas ejus. *Verùm ejuſmodi Sacræ Scripturæ deprauatoribus condignum ſupplicium paratum eſt*, *Apoc.* 22. Si quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto: & ſi quis diminuerit &c. auferet Deus partem ejus de libro vitæ. *Si quis appoſuerit*: ideſt N textui inſeruerit, volens opus deprauare, & imperfectum demonſtrare: *apponet Deus ſuper illum plagas*, ideſt pœnas æternas, vel temporales, *ſcriptas in libro iſto*, ſcilicet *cap.* 15. Vidi Angelos ſeptem habentes plagas ſeptem &c. *Et cap.* 16. Ite, & effundite ſeptem phialas iræ Dei in terram. *Et ſi quis diminuerit de verbis &c.* Ille diminuit, qui aliquid ex his ſubtrahit, vel etiam negando contradicit: *auferet Deus partem ejus de libro vitæ*; *Pſalm.* 68. Deleantur de libro viuentium. *Quibus conſonant verba Deut.* 4. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo; *Et Eccle.* 3. Non poſſumus eis quidquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus, vt timeatur. *Item Eccli.* 18. Non eſt minuere neque adijcere, nec eſt inuenire magnalia Dei.

N *Apoc.* 22. *com* 1. & 2. *ibi*.

n *Hæreticus inſuper cenſendus quiſquis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ authoritati & ſanctionibus renititur*: Eccleſiæ O authoritati quicunque reſiſtit, hæreſim incurrit. Quæ quidem P authoritas principaliter reſidet in ſummo Pontifice. Dicitur enim 24. *q.* 1. Quotiens fidei ratio ventilatur, arbitror, omnes fratres noſtros, & coepiſcopos nonniſi ad Petrum, ideſt ad ſui nominis authoritatem, referri debere. Contra cujus authoritatem nec Hieronymus, nec Auguſtinus, nec aliquis ſacrorum Doctorum ſuam ſententiam defendit. *Igitur*, qui Q aſſentit opinioni alicujus Magiſtri contra manifeſtum Scripturæ teſtimonium, ſiue contra id, quod publicè tenetur ſecundùm Eccleſiæ authoritatem, non poteſt ab erroris vitio excuſari. *Vnde & hæreticis* euntibus altera via, *ab Eccleſia ſcilicet docente, & à Sanctorum ſemitis Patrum aliena, aptari poteſt illud Ier.* 18. Impingentes in vijs ſuis, & in ſemitis ſeculi, vt ambularent per eas in itinere non trito: *non trito* inquam R à Sanctis Patribus. *Et hi, extra rectam incedentes viam, docent quidem, non tamen, quemadmodum Chriſtus, in veritate: de quo dictum eſt Matth.* 22. Magiſter, ſcimus, quia verax es: & viam Dei in veritate doces. *Quia nimirùm* aliqui S docent quæ Dei ſunt, ſed non *in veritate*, vt hæretici. Chriſtus autem *in veritate docet*, quia *Magiſter verax*: verax enim eſt qui loquitur veritatem; & hoc eſt proprium Dei, & ejus, qui Deo conjunctus eſt. *Hæretici autem nec per fidem Deo conjunguntur, falſitati inhærentes; nec per charitatem*, ſunt *enim* eorum mala opera, *Ioann.* 3. *per conſequens ſpem omnem ſalutis amiſerunt, de quibus Apoſtolus Iudas*: Et hi carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, majeſtatem autem blaſphemant: *Videlicet*, hæretici T damnabuntur, quia *carnem maculant* (*vt in pluribus*) per luxuriam: *dominationem ſpernunt* per ſuperbiam: *majeſtatem blaſphemant* per doctrinam erroneam. *Quorum profectò Caput eſt Anti-chriſtus*; *vnde & cuilibet hæreſiarchæ*

Eccleſiæ authoritati reſiſtens, hæreſim incurrit.

O 4. *d.* 21. 1. 1. *q.* 1. *fi. c.* & 2. 2. 11. 2. *ad* 3.

P 2. 2. *loco cit.*

Eccleſiæ authoritas principaliter in Summo Pontifice.

Q *Quol.* 3. *a.* 10. *fi. c.*

R *Ier.* 18. *ibi.*

Hæretici docent quæ Dei ſunt, ſed non in veritate.

S *Matth.* 22. *litt.* 4. *ibi.*

T *Ep. Iud. ibi.*

Ex triplici damnantur cauſa.

tale adaptatur nomen 1. *Ioan.* 4. Omnis ſpiritus, qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt: & hic eſt Anti-chriſtus, de quo audiſtis, quoniam venit, & nunc jam in Mundo eſt. *Omni ſpiritus, qui ſoluit*, ideſt V diuidit, *Ieſum*: vel ſeparans Deitatem ab eo, vt *Arius*: & *Apollenius*, qui ponit diuinitatem pro anima: vel carnem, vt *Manichæus*, qui ponit, quòd Chriſtus aſſumpſit phantaſticam, & non veram: vel perſonæ vnitatem, vt *Neſtorius*: vel fideles, qui ſunt ejus membra, à Capite, ſcilicet Chriſto, diuiſa, vt Schiſmaticus, qui ſoluit tunicam Chriſto inconſutilem, Ioan. 19. *ex Deo non eſt*, in quantùm hujuſmodi, immò ex diabolo. *Vos ex patre diabolo eſtis*, Ioann. 8. *Et hic eſt Anti-chriſtus*, ideſt contrarius Chriſto: non in perſona, ſed in figura, ſicut Ioannes in figura Elias. *De quo audiſtis, quoniam venit, & nunc jam in Mundo eſt*: venit ſcilicet in membris ſuis, habitans (*ex gloſſa*) in mentibus eorum, qui Chriſto verbo & opere repugnant. *Multipliciter autem hæretici* ſoluunt Ieſum: *quia* circa vnum X non contingit niſi vno modo verum dicere: ſed multipliciter errare à veritate contingit. Et ideò illi, qui cognoſcunt veritatem, conueniunt in vna ſententia: ſed illi, qui ignorant, diuiduntur per diuerſos errores. *Ex quo docemus, quòd* ſi diſtinguantur Y infidelitatis ſpecies ſecundùm errorem, non ſunt determinatæ ſpecies: poſſunt enim errores in infinitum multiplicari. *De plurimis hæreſum authoribus & hæreſiarchis vide* Z. *Quorum qualitates deſcribuntur* A. *Et horum quidem, vt in pluribus, miſerrima fuit & infeliciſſima mors: quoniam Pſalm.* 33. Mors peccatorum peſſima: *nimirùm*, quia B moriuntur in corpore & in anima: *infeliciter in corpore, in anima infeliciùs, vt videre eſt apud Hiſtoricos.*

V 1. *Io.* 4 *ibi.* & *Ep.* ... *ibi*, Antichriſtus. Hæretici zazia.

X *Dedic. Nom. c.* 4. *l.* 4. *ibi*, ignorantia diuiſiua & 2. 2. 10. 5. *fi. c.*

Circa vnum vno modo contingit verum dicere: ſed multipliciter à veritate errare.

Y 2. 2. *loc. cit.*

Z *Op.* 1. *c.* 32. *Op.* 5. *Op* 23. *lo.* 1. *l.* 1. 2. & 7. *Ioan.* 2. *l.* 1. *lit. d.*

Mors hæreticorum peſſima.

A *Apoc.* 8 *cap.* 1 *ibi*. abſinthium & *cap.* 9. *ibi*. ſtruthiones ... *cap.* 17. *ibi*. ... circumdata &c. & *alibi*.

B *Pſ.* 33. ... *fi.*

o *Ejuſmodi idcircò homines, tanquam peſtiferi, vitandi penitus ſunt: tum ne mens hæretica prauitate inficiatur, tum propter Eccleſiæ inhibitionem, quæ illos ab humano & diuino exturbat conſortio, ad juſtam ipſorum pœnam, & ad catholicorum cautelam*, *Tit.* 3. Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita: *nimirùm* propter C periculum, 2. Tim. 2. *Sermo eorum vt cancer ſerpit*. Item propter pœnam, Num. 16. *Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent*, Item ne aliquis communicet peccatis eorum, ne videatur eis conſentire, *Epiſt. Ioan.* 2. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec *Aue* ei dixeritis: qui enim dixerit illi *Aue*, communicat operibus ejus malignis. *Porrò* infideles D qui nunquam ſuſceperunt fidem, ſicut Gentiles & Iudæi, nullo modo ſunt ad fidem compellendi, vt ipſi credant: quia credere voluntatis eſt. (Sunt tamen compellendi à fidelibus, ſi adſit facultas, vt fidem non impediant vel blaſphemijs, vel malis perſuaſionibus, vel etiam apertis perſecutionibus: & propter hoc fideles Chriſti frequenter contra infideles bellum mouent.) Alij verò infideles, qui quandoque fidem ſuſceperunt, ſicut hæretici & quandoque apoſtatæ, ſunt etiam corporaliter compellendi, vt impleant quod promiſerunt, & teneant quod ſemel ſuſceperunt. *Et quidem*, ſicut vouere E eſt voluntatis, reddere autem neceſſitatis: ita accipere fidem eſt voluntatis, ſed tenere eam acceptam eſt neceſſitatis. Et ideò hæretici ſunt compellendi, vt fidem teneant. *Cæterùm*, quandiu F hujus vitæ ſtatus durat, homo non poteſt eſſe totaliter in peccato obſtinatus (hoc erit enim in damnatis poſt mortem:) & ideò, quandiu in hac vita viuitur, cuilibet relinquitur locus pœnitentiæ; & quilibet, quantumcunque deliquerit, vel in fide, vel in moribus, eſt ab Eccleſia recipiendus ad pœnitentiam: & contrarium dicere eſt hæreſis Nouatianorum. *Qua de cauſa*, *quia* Eccleſia G ſecundùm Domini inſtitutionem charitatem ſuam

Vitandi.

C *Ad Tit.* 3. 2. *ibi.* 2. *Tim.* 4. *l.* 3. *ibi.* deuita 1. *Cor.* 5. *l.* 2. & 3. & 2. 2. 11. 3. *In* 4. *d.* 13 2. 3 *Quol.* 10. 2. 15.

D 2. 2. 10. 8. *c. In* 4. *d.* 13. 2. 1. *ad* 6.

An & quinam infideles ad fidem compellendi.

E 2. 2. *l. c. ad* 3.

F *Quol.* 10. *a.* 16. *c.*

Num, & qualiter, ab hæreſi redeuntes ab Eccleſia recipiendi.

G 2. 2. 11. 4. *c.* & *loco cit.*

Hæreſis Nouatianorum.

exten-

extendit ad omnes, non ſolùm amicos, verùm etiam inimicos & perſequentes, ſecundùm illud Matth. 5. *Diligite inimicos veſtros: benefacite his, qui oderunt vos*: Primò quidem reuertentes ab hæreſi non ſolùm recipit ad pœnitentiam, ſed etiam conſeruat eos in vita, & interdum reſtituit eos diſpenſatiuè ad Eccleſiaſticas dignitates, quas priùs habebant, ſi videantur verè conuerſi: & hoc pro bono pacis frequenter legitur eſſe factum. Sed quando recepti iterum relabuntur, videtur eſſe ſignum inconſtantiæ eorum circa fidem. Et ideò vlteriùs redeuntes, recipiuntur quidem ad pœnitentiam, non tamen vt liberentur à ſententia mortis. *Quæ quidem hominibus ejuſmodi, vt vidimus, juſtè debetur. Ex quo Sanctiſſimus Dominus noſter* Innocentius Papa XII. *nunc viuens & feliciter regnans, zelo charitatis permotus, ad gremium Eccleſiæ nuper, omni relaxata pœna, apoſtatas omnes benigniſſimè reuocauit.*

Expoſitio illud: Oportet & hæreſes eſſe. H 1. Cor. 11.

p *Quod autem dicit Apoſtolus* 1. Cor. 11. Oportet & hæreſes eſſe &c. *vt ſanè intelligatur*, *ſciendum*, quòd dupliciter H de aliquo dicitur, quòd oportet illud eſſe. Vno modo ex intentione illius, qui hoc agit, putà ſi dicamus, quòd oportet judicia eſſe: quia ſcilicet judices judicia exercentes intendunt juſtitiam & pacem in rebus humanis conſtituere. Alio modo ex intentione Dei, qui etiam mala ordinat in bonum, ſicut perſecutionem tyrannorum ordinauit in gloriam martyrum. Vnde *Auguſtinus* dicit in Enchirid. quòd *Deus eſt adeò bonus, quòd nullo modo permitteret fieri aliquid malum, niſi eſſet adeò potens, quòd de quolibet malo poſſet elicere bonum*. Et ſecundùm hoc dicitur Matth. 18 *Neceſſe eſt vt veniant ſcandala: verumtamen væ homini illi, per quem ſcandalum venit*. Et ita dicit Apoſtolus: *Oportet & hæreſes eſſe*, ex eo quòd Deus malitiam hæreticorum ordinauit in bonum fidelium. Et hoc dicit, Primò quidem ad majorem declarationem veritatis. Vnde dicit *Auguſtinus* in gloſſa: *Ab aduerſariis mota quæſtio, diſcendi exiſtit occaſio: multa quippe ad fidem catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine excogitantur, vt aduersùs eos defendi poſſint, & conſiderantur diligentiùs, & intelliguntur clariùs, & prædicantur inſtantiùs*. Vnde & Prou. 27. *Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici ſui*. Secundò ad manifeſtandam firmitatem fidei in his, qui rectè credunt. Et hoc eſt, quod hic ſubdit Apoſtolus: *Vt qui probati ſunt*, ideſt approbati à Deo, *manifeſti fiant in vobis*, ideſt inter vos, *Sap. 3.* Tanquam aurum in fornace probauit illos. *Et aliter dicemus, quòd hoc de re* triplex ratio I reddi poteſt.

I Apoc. 3. ... Triplex ratio adducitur.

Vna eſt propter conditionem libertatis ex parte liberi arbitrij eorum, qui Deo conſeruantur non adhærent, ſed ab eo recedunt: quos permittit agere & moueri ſecundùm quod volunt: *ſic enim* (ait Auguſtinus) *adminiſtrat Deus omnia, quæ creauit, vt ipſa proprios agere motus ſinat*. Secunda eſt propter meritum iniquitatis tum ex parte hæreticorum, tum ex parte eorum, qui ſeducuntur: quia propter peccata præcedentia, & contemptum diuinorum mandatorum, permittuntur illi cadere in errorem per ſe, & iſti per eos ſeduci. *Sæpe* (inquit Gregorius) *cum negligant benè viuere, etiam vſque ad perfidiam dilabuntur*. Tertia ratio eſt propter inquiſitionem veritatis ex parte catholicorũ, vt ſcilicet Doctores Eccleſiæ diligentiùs veritatem inquirant, ad eam defendendam, & perfidiam confutandam: *vt præmiſſum eſt. Hoc ſenſu inquam* oportet & hæreſes eſſe. *Quod innuitur in piſcatione diſcipulorum, de qua dicitur Luc. 5.* Concluſerunt piſcium multitudinem copioſam: rumpebatur autem rete eorum. *Docemur enim, quòd rete* L quo piſces trahuntur, eſt doctrina fidei: qua quidem Deus trahit inſpirando interiùs, Ioan. 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum*: & Apoſtoli exhortando. *Verùm, quia in vo*catione M ad præſentem Eccleſiam trahuntur boni & mali, in illa piſcatione dicitur, quòd *rumpebatur rete*: quia in præſenti Eccleſia, quæ per illam ſignatur, ſunt multæ ſciſſuræ ſchiſmatum, hæreſum, ſeditionum: ſed totaliter non rumpitur, quia Matth. vlt. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi*.

L Io. 11. l. 3. ... Doctrina fidei rete.

M Ibid. ... Quod rumpitur per ſchiſmata & hæreſes.

q Schiſmatum ſignum & hæreſum: *differunt enim hæreſis & ſchiſma*. Diſtinguuntur autem ſecundùm ea N quibus vtrumque per ſe & directè opponitur. Nam hæreſis per ſe opponitur fidei: ſchiſma autem per ſe opponitur vnitati Eccleſiaſticæ charitatis. Et ideò ſicut fides & charitas ſunt diuerſæ virtutes, quamuis quicunque caret fide, careat & charitate: Ita etiam ſchiſma & hæreſis ſunt diuerſa vitia, quamuis quicunque eſt hæreticus, ſit etiam ſchiſmaticus, ſed non conuertitur. Et hoc eſt, quod *Hieronymus* dicit in Epiſt. ad Gal. *Inter ſchiſma & hæreſim hoc intereſſe arbitror, quòd hæreſis peruerſum dogma habet, ſchiſma ab Eccleſia ſeparat*. Et tamen, ſicut amiſſio charitatis eſt via ad amittendam fidem, ſecundùm illud 1. Tim. 1. *A quibus quidam aberrantes*, ſcilicet à charitate & alijs hujuſmodi, *conuerſi ſunt in vaniloquium*: Ita etiam ſchiſma eſt via ad hæreſim. Vnde *Hieronymus* ibidem ſubdit, quòd *ſchiſma à principio aliqua in parte poteſt intelligi diuerſum ab hæreſi*. Cæterùm nullum ſchiſma eſt, quod non ſibi aliquam hæreſim confingat, vt rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur. *Et hinc propriè* O ſchiſmatici dicuntur, qui propria ſponte, & intentione ſe ab vnitate Eccleſiæ ſeparant, quæ eſt vnitas principalis. Eccleſiæ autem vnitas in duobus attenditur: ſcilicet in connexione membrorum Eccleſiæ ad inuicem, ſeu communicatione: & iterum in ordine omniũ membrorum Eccleſiæ ad vnum Caput, ſecundùm illud ad Coloſſ. 2. *Inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & conjunctiones ſubminiſtratum & conſtructum, creſcit in augmentum Dei*. Hoc autem Caput eſt ipſe Chriſtus, cujus vicem in Eccleſia gerit ſummus Pontifex: & ideò ſchiſmatici dicuntur qui ſubeſſe renuunt ſummo Pontifici, & qui membris Eccleſiæ ei ſubjectis communicare recuſant. *Non tamen ſchiſma infidelitate grauius peccatum eſt. Nam* illud P peccatum, quod majori bono contrariatur, ex ſuo genere eſt grauius, ſicut peccatum in Deum, quàm peccatum in proximum. Manifeſtum eſt autem, quòd infidelitas eſt peccatum contra ipſum Deum, ſecundùm quod in ſe eſt veritas prima, cui fides innititur: ſchiſma autem eſt contra Eccleſiaſticam vnitatem, quæ eſt quoddam bonum participatum, & minus, quàm ſit ipſe Deus. Vnde peccatum infidelitatis ex ſuo genere eſt grauius, quàm peccatum ſchiſmatis: licèt poſſit contingere, quòd aliquis ſchiſmaticus grauiùs peccet, quàm quidam infidelis, vel propter majorem contemptum, vel propter majus periculum quod inducit, vel propter aliquid hujuſmodi. *Verumtamen* inter peccata Q quæ ſunt in proximum, peccatum ſchiſmatis videtur eſſe maximum, quia eſt contra ſpirituale bonum multitudinis. *Hinc Apoſtolus* 1. *Cor.* 11. Primum quidem, inquit, conuenientibus vobis in Eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos. *Vbi, ex gloſſa*, dicendo R primum, oſtendit, quòd primum malum eſt diſſenſio, vnde cætera oriuntur: vbi enim eſt diſſenſio, nihil rectum eſt. Et cum legitur Eccli. 10. *Initium omnis peccati eſt ſuperbia*; primæ verò ad Tim. 6. *Radix omnium malorum eſt cupiditas*: dicendum, quòd hæ authoritates loquuntur quantùm ad peccata perſonalia ſingularium hominum, quorum primum eſt ſuperbia ex parte auerſionis, & cupiditas ex parte conuerſionis. Sed gloſſa hic loquitur de peccatis multitudinis: inter quæ primum eſt diſſenſio, per quam ſoluitur rigor diſciplinæ.

N ... ad 2. Schiſma oppoſitum per ſe vnitati Eccleſiaſticæ charitatis. Ex quo diſtinguitur ab hæreſi.

O ... Nullum Schiſma eſt, quod ſibi aliquam hæreſim non confingat. Eccleſiæ vnitas in duobus attenditur.

Quinam propriè Schiſmatici.

Schiſma non eſt infidelitate grauius peccatum ex genere ſuo.

P ... ad 4.

Q ... Sed maximum inter peccata contra proximum.

R 1. Cor. 11. ...

Superbia primum peccatum ex parte auerſionis: & ex parte conuerſionis cupiditas.

r *Ex*

S Op. de er. Pr. l. 2. c. 9. fi.
Fidem oportet eſſe ſtabilem.

2 *Ex præfatis omnibus concludit Author, quòd quam diuinæ innixi veritati, & ab Eccleſia edocti, ſemel amplexi ſumus* fidem S oportet eſſe ſtabilem, Tob. 2. *Vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.* Valdè reprehenſibiles ſunt qui fidem illam, in qua nutriti ſunt, & tandiu vixerunt, & quam parentes eorum tenuerunt, pro fide alicujus hæretici relinquunt, contra illud Prou. 1. *Ne dimittas legem matris tuæ (ideſt,* Eccleſiæ.) Et ſicut qui jam eſt in poſſeſſione rei, non de facili permittit, ſibi eam auferri: ſic non debet homo de facili relinquere fidem, in qua nutritus eſt. In tali caſu *Qui credit citò, leuis corde eſt,* Eccli. 19. Nec debet homo moueri, ſi aliquos hæreticos videat vel abſtinentes, vel miſericordes, cum plures tales inueniantur, qui ſunt fidei catholicæ: vel ſi aliqui, qui ſunt fidei catholicæ, inueniantur mali. Multi enim magnæ malitiæ ſunt inter hæreticos: ſed occultant eam quantùm poſſunt: nec mirum, cum & ſe ipſos occultent. *Idcircò monebat Dominus Matth. 7.* Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. *Nouit nuperrimè Roma. Sed & fidelium catholicorum opera, fidei quam profitentur, debent eſſe conformia, ne ipſis ſcandalo ſint infidelibus, eos ab Eccleſia longiùs prauis operibus auertentes, & ad fidei majorem contemptum inducentes: ſiquidem* infideles T contemnunt fidem, ſi fidelium defectus cognoſcant. *Meminerint vlteriùs inoperoſi & mali fideles, ſe cum veræ cognitione fidei ſtrictiùs duriùſque à Deo judicandos, Matth. 11.* Tyro & Sidoni remiſſius erit in die judicij, quàm vobis. *Neque enim habebunt ſignum fidelium in frontibus, de quo Apoc. 7.* Quoadusque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum. *Quia nimirùm* fideles V qui ſunt mali, non habent hoc ſignaculum, niſi truncatum, quia decoloratum: fidem enim habent ſine gratia, & amore, & imitatione; vnde per hoc non cognoſcuntur eſſe Dei milites: (*ſigno videlicet Crucis conſignati, quod eſt ſignum* Thau: *litera enim* T *& ſuperſtitem militem apud antiquos ſignabat.*) Habent autem ſignaculum diaboli ſuperſcriptum, Matth. 22. *Cujus hæc imago hæc & ſuperſcriptio?* Sic poteſt ab eis quæri & modò & in judicio. Et poſſunt reſpondere: *Cæſaris*; ideſt, diaboli: interpretatur enim *poſſidens principes*, quia maximè nititur ad dominandum majoribus, & præcipuè eos poſſidet. *Principes autem ſunt fideles Chriſti,* 1. Pet. 2. Regale ſacerdotium &c. *Duriùs inquam judicabuntur & punientur, quia grauiùs peccauerunt. Quocirca aduertendum eſt, quòd peccati grauitas poteſt dupliciter conſiderari: vel ſcilicet ex peccati genere, vel ex ſtatu peccantis. Ex quo* infidelis X pro peccato infidelitatis grauiùs punitur, quàm alius peccator pro quocunque alio peccato, conſiderato peccati genere: ſed pro alio peccato, putà pro adulterio, ſi committatur à fideli & ab infideli, cæteris paribus grauiùs peccat fidelis, quàm infidelis, tum propter notitiam veritatis ex fide, tum etiam propter ſacramenta fidei, quibus eſt imbutus: quibus peccando contumeliam facit. *Quod eſt aggrauari peccatum* ex ſtatu Y ipſius peccantis: nunquam enim dignitas perſonæ diminuit peccatum (*nota*) ſed magis auget; vnde nec peccatum eſt minus in fideli, quàm in infideli, ſed multò majus. Nam & infidelium peccata magis merentur veniam propter ignorantiam, ſecundùm illud 1. Timot. 1. *Miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate:* & peccata fidelium aggrauantur propter gratiæ ſacramenta, ſecundùm illud Hebr. 10. *Quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui Filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt &c.* Quia enim Z in nouo teſtamento per Chriſtum prædicatum eſt, ideò peccans in ipſo grauiùs punitur, Matth. 11. ſupr. cit. *Tyro & Sidoni remiſſius erit in die judicij, quàm vobis.* Verumtamen, aliud eſt de illis, qui fidem contemnunt, quia iſti propriè ſunt contemptores: aliud de illis, qui ex ignorantia fidem non annunciatam non tenent: talibus enim peccatum infidelitatis non imputatur: (*vt & ſuperiùs præmiſſum eſt.*) Sed qui fidem annunciatam contemnit, grauiùs punitur, quia peccatum infidelitatis maximum eſt. Si ergo comparamus Chriſtianum, & Iudæum, qui non contemnit; & vterque v. g. ſit adulter; tunc grauiùs punietur Chriſtianus, quàm Iudæus: quia non ſolùm pro adulterio, ſed etiam quia magis ingratus eſt: *nimirùm propter tot beneficia & dona à Deo ſibi per Chriſtum collata. Et hoc eſt, quod ab initio Author noſter expreſſit. Quibus adijcitur illud Iac. 4.* Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. *Vbi Gloſſa:* Grauiter A puniemini, quia ſcitis bonum, & non facitis. Vnde *ſcienti bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi,* omiſſionis ſcilicet grauioris: quia *vbi majus* ſecundùm Gregorium *eſt donum ſcientiæ, ibi tranſgreſſor majori ſubjacet culpæ.* Et hoc, propter contemptum adnexum ſcientiæ: non quia ſcientia ſit in ſe mala. *Vnde Luc. 12. dicitur:* Seruus qui cognouit voluntatem Domini ſui, & non fecit ſecundùm voluntatem ejus, vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. *Et adijcitur:* Omni autem, cui multum datum eſt (*ſicut fideli Chriſtiano*) multum quæretur ab eo. *Quandoquidem* talis B magis offendit Deum, quàm ante baptiſmum vel penitentiam: frangit enim pactum, quod pepigit cum Deo in pœnitentia vel baptiſmo: ſicut periculoſior eſt infirmitas recidiuantis, quàm priùs ægrotantis. Vnde talis culpa eſt major propter circumſtantiam ingratitudinis ex remiſſione præcedentium peccatorum. *Vnde dicitur 2. Pet. 2.* Si enim refugientes coinquinationes Mundi in cognitione Domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur: facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus, *juxta illud Luc. 11.* Fiunt nouiſſima hominis illius pejora prioribus. *Fuſiùs de his V.* Chriſtianus. *DISCE, fidelis eſſe Domini ſeruus, vt intres in gaudium Domini tui. Vide* Baptiſmus, Chriſtianus, Diuinatio, Eccleſia, Iudæi, Matrimonium, Ordo, Sacramentum.

Fideles opera fidei conformia faciant.

T 2. 2. 10. 10. in fine c.
Malis operibus faciunt ab infidelibus fidem contemni.
Mali fideles ſtrictiùs quàm infideles judicabuntur, & duriùs.
V Apoc. 7. com. 2 ibi.

Grauitas peccati attenditur vel ex genere peccati, vel ex ſtatu peccantis.
X 2. 2. 10. 3. ad 3. & 2. 2. 73. 3 ſi. c. Rom. 2 l. 2. ibi, Iudæi primùm. Et cap. 8 l. 1. ſub init. & 1. Tim. 5. l. 1. ſi.

Y 2. 2. 89. 5. c.
Ex ſecundo aggrauatur magis peccatum fidelis, quàm infidelis, in plura.

Z Hebr. 10. l. 3. ibi.

Specialiter propter ingratitudinem.

A Iac. 4. ſi & 2. Pet. 2. ſ vlt. circ. ſi.

B 2. Pet. 2. ibi, prioribus.

FILIVS. Vide ADOLESCENTIA, PARENTES.

FOENERARI } Vide VSVRA.
FOENVS }

FOMES. Vide PECCATVM.

FORNICATIO. Vide LVXVRIA.

FORTITVDO.

VI. Fortitudinis donum eſt etiam circa illa, quæ excedunt humanam facultatem.
In 3. d. 34. 3. 1. q. 1. ad 3.

Cur quatuor Cardinales virtutes.

C 1. 2. 61. 2. In 3. d. 33. 2. 1. præcipuè q. 3. Virt. 1. 12. ad 25. & 26 & 2. 2. in Prol. & q. 123. 12. & 141. 7.

1 QVatuor à DD. *aſſignantur Cardinales Virtutes: ſcilicet Prudentia, Iuſtitia, Fortitudo, & Temperantia.* Numerus *enim* aliquorum C accipi poteſt aut ſecundùm principia formalia, aut ſecundùm ſubjecta. Et vtroque modo inueniuntur quatuor cardinales virtutes. Principium enim formale virtutis (*moralis*) eſt rationis bonum: quod quidem tripliciter poteſt conſiderari. Vno modo, ſecundùm quod in ipſa conſideratione rationis conſiſtit: & ſic erit vna virtus principalis, quæ dicitur *Prudentia.* Alio modo, ſecundùm quod circa aliquid ponitur rationis ordo; & hoc vel circa operationes, & ſic eſt *Iuſtitia:* vel circa paſſiones, & ſic neceſſe eſt eſſe duas virtutes. Ordinem enim rationis neceſſe eſt pone-

re circa

Digitized by Google

re circa paſſiones, conſiderata repugnantia ipſarum ad rationem: quæ quidem poteſt eſſe dupliciter. Vno modo, ſecundùm quod paſſio impellit ad aliquid contrarium rationi; & ſic neceſſe eſt, quòd paſſio reprimatur: & ab hoc denominatur *Temperantia*. Alio modo, ſecundùm quod paſſio trahit ab eo, quod ratio dictat, ſicut timor periculorum & laborum; & ſic neceſſe eſt, quòd homo firmetur in eo, quod eſt rationis, ne recedat: & ab hoc denominatur *Fortitudo*. Similiter ſecundùm ſubjecta idem numerus inuenitur. Quadruplex enim inuenitur ſubjectum hujus virtutis (*moralis*) ſcilicet rationale per eſſentiam, quod *Prudentia* perficit: & rationale per participationem, quod diuiditur in tria; ideſt, in voluntatem, quæ eſt ſubjectum *Iuſtitiæ*: & in concupiſcibilem, quæ eſt ſubjectum *Temperantiæ*: & in iraſcibilem, quæ eſt ſubjectum *Fortitudinis*. Virtus *autem* ali-

D *Virt.* 2. 12. *ad* 24. & q 5. 1. *In* 3 *d.* 33. 2. 2. q. 1. c. & *ad* 4. & q 2. c.
Vnde Cardinales dicantur.

qua D dicitur *Cardinalis*, quaſi principalis: quia ſuper eam aliæ virtutes firmantur, ſicut oſtium in cardine. Et quia oſtium eſt, per quod introitur in domum, ratio cardinalis virtutis non competit virtutibus Theologicis, quæ ſunt circa vltimum finem, ex quo non eſt introitus vel motus ad aliquid interius: conuenit enim virtutibus Theologicis, quod ſuper eas aliæ virtutes firmentur, ſicut ſupra aliquid immobile. *Veruntamen* prædictas

E 1. 2. 61. 3. c. *Virt.* 5. 1. c. & 2. 2. 123. 2. & 11.
Dupliciter conſiderantur.

E quatuor virtutes dupliciter conſiderare poſſumus. Vno modo ſecundùm communes rationes formales: & ſecundùm hoc dicuntur principales, quaſi generales ad omnes virtutes: vt puta quòd omnis virtus, quæ facit bonum in conſideratione rationis, dicatur *prudentia*: quæ facit bonum debiti & recti in operationibus, dicatur *juſtitia*: quæ cohibet paſſiones & deprimit, dicatur *temperantia*: quæ facit firmitatem animi contra quaſcunque paſſiones, dicatur *fortitudo*. Alio verò modo poſſunt accipi, ſecundùm quod iſtæ virtutes denominantur ab eo, quod eſt precipuum in vnaquaque

Circa quæ ſint.

materia. Et ſic ſunt ſpeciales virtutes, contra alias diuiſæ: dicuntur tamen principales reſpectu aliarum propter principalitatem materiæ, putà quod *prudentia* dicatur, quæ præceptiua eſt; *juſtitia*, quæ eſt circa actiones debitas inter æquales: *temperantia*, quæ reprimit concupiſcentias delectationum tactus: *fortitudo*, quæ firmat contra pericula mortis. *Alibi quoque cohærenter docemur, quòd*

Dupliciter à diuerſis penſantur.
F 1. 2. 61. 4. c. & 66. 2. c. *In* 3. *d.* 33. 1. 1. q. 3. *ad* 2. *Virt.* 1. 12. *ad* 23. & 26. & q. 5. 1.

prædictæ F quattuor virtutes dupliciter à diuerſis accipiuntur. Quidam enim accipiunt eas, prout ſignificant quaſdam generales conditiones humani animi, quæ inueniuntur in omnibus virtutibus, ita ſcilicet quod *prudentia* nihil ſit aliud, quàm quædam rectitudo diſcretionis in quibuſcunque actibus vel materijs: *juſtitia* verò ſit quædam rectitudo animi, per quam homo operatur quod debet in quacunque materia: *temperantia* verò ſit quędam diſpoſitio animi, quę modum quibuſcunque paſſionibus vel operationibus imponit, ne vltra debitum efferatur: *fortitudo* verò ſit quædam diſpoſitio animi, per quam firmetur in eo, quod eſt ſecundùm rationem, contra quoſcunque impetus paſſionum, vel operationum labores. Alij verò, & meliùs, accipiunt has quatuor virtutes, ſecundùm quod determinantur ad materias ſpeciales: vnaquæque quidem illarum ad vnam materiam, in qua principaliter laudatur illa generalis conditio, à qua nomen virtutis accipitur. *Quem autem inter ſe præeminentiæ ordinem ſeruent, ex eo de-*

G 2. 2. 123. 12. c. & 141. 8. c. *In* 3. *d.* 33. 1. 3. c.
Quænam eminentior.

prehenditur, quòd ſicut G Auguſtinus dicit: *In his, quæ non mole magna ſunt, idem eſt eſſe majus, quod melius*. Vnde tantò aliqua virtus major eſt, quantò melior eſt. Bonum autem rationis eſt hominis bonum, ſecundùm *Dionyſium* cap. 4. de diu. Nom. Hoc autem bonum eſſentialiter quidem habet *prudentia*, quæ eſt perfectio rationis. *Iuſtitia* autem eſt hujus boni factiua, in quantùm ſcilicet ad ipſam pertinet ordinem rationis ponere in omnibus rebus humanis. Aliæ autem virtutes ſunt conſeruatiuæ hujus boni, in quantùm ſcilicet moderantur paſſiones, ne abducant hominem à bono rationis. Et in ordine harum, *fortitudo* tenet locum præcipuum: quia timor periculorum mortis maximè eſt efficax adhoc, quod hominem faciat recedere à bono rationis. Poſt quam ordinatur *temperantia*: quia etiam delectationes tactus maximè inter cætera impediunt bonum rationis. Id autem, quod eſſentialiter dicitur, potius eſt eo, quod dicitur effectiuè: & hoc etiam potius eſt eo, quod dicitur conſeruatiuè ſecundùm remotionem impedimenti. Vnde inter virtutes cardinales eſt potior *prudentia*, ſecunda *juſtitia*, tertia *fortitudo*, quarta *temperantia*: & poſt has cæteræ virtutes.

Fortitudo dupliciter ſumitur.
H 2. 2. 1. c. 2. 2. c. *In* 3. *d.* 33. 1. 1. q. 3. c.

t *His præmiſſis*, nomen H fortitudinis dupliciter accipi poteſt. Vno modo, ſecundùm quod abſolutè importat quandam animi firmitatem: & ſecundùm hoc eſt generalis virtus, vel potiùs conditio cujuslibet virtutis: quia *ex* 2. *Ethic.* ad virtutem requiritur firmiter & immobiliter operari. Alio modo poteſt accipi fortitudo, ſecundùm quod importat firmitatem animi in ſuſtinendis & repellendis his, in quibus maximè difficile eſt firmitatem habere, ſcilicet in aliquibus periculis grauibus. Vnde *Tullius* dicit in ſua Rhet. quòd *Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio*. Et ſic fortitudo ponitur ſpecialis virtus, vtpote materiam determinatam habens. *Quoniam*

I 2. 2. 123. 3. & 6. c. & 126. 2. c. & 141. 3. c. & ad 2. & 1. p. 21. 1. ad 1. & 95. 3. ad 2. *In* 3 *d.* 26. 2. 2. ad 4. & d. 33. 2. 2. q. 2. *Virt.* 1. c. 4. ſi c.
Quid timor importet.

verò ad virtutem I fortitudinis pertinet remouere impedimentum, quo retrahitur voluntas à ſequela rationis: quòd autem aliquis retrahatur ab aliquo difficili, pertinet ad rationem timoris, qui importat receſſum quendam à malo difficultatem habente: ideò fortitudo principaliter eſt circa timores difficilium rerum, quæ retrahere poſſunt à ſequela rationis. Oportet autem hujuſmodi rerum difficilium impulſum non ſolùm firmiter tolerare, cohibendo timorem, ſed etiam moderatè aggredi, quando ſcilicet oportet ea exterminare

Quid audacia.

ad ſecuritatem impoſterùm habendam: quod videtur pertinere ad rationem audaciæ. Et ideò fortitudo eſt circa timores & audacias, quaſi cohibitiua timorum, & audaciarum moderatiua. *Et quia*

Fortitudo eſt circa timores, & audacias:
L 2. 2. 123. 4. c. *In* 3 *d.* 33. 2. 3. ad 6. *Virt.* 1. 12. ad 2. & q. 5. 1. & 4 c.

oportet L bonum rationis firmiter tenere contra quodcunque malum, quia nullum bonum corporale æquiualet bono rationis: ideò oportet, quòd fortitudo animi dicatur, quæ firmiter retinet voluntatem hominis in bono rationis contra maxima mala: quia qui ſtat firmus contra majora, conſequens eſt, quòd ſtet firmus contra minora, ſed non conuertitur. Et hoc etiam ad virtutem pertinet, vt reſpiciat vltimum. Maximè autem terribile, inter omnia corporalia mala, eſt mors, quæ tollit omnia corporalia bona. Et ideò virtus fortitudinis eſt circa timores periculorum mortis.

Præſertim circa timores periculorū mortis:
M 2. 2. 123. 5. c & 124. 2. c. & 141. 8. c. *In* 2. *d.* 44. 2. 1. ad 3. *In* 3. *d.* 33. 3. 9. 1. c.

Verùm, quia fortitudo M virtus eſt, ad cujus rationem pertinet, quòd ſemper tendat in bonum: conſequens eſt, vt homo pericula mortis non refugiat propter aliquod bonum conſequendum. Pericula autem mortis, quæ ſunt ex ægritudine, vel ex tempeſtate maris, vel ex incurſu latronum, vel ſi qua alia ſunt hujuſmodi, non videntur alicui directè imminere ex hoc, quòd proſequatur

Et præcipuè in bello, ſiue generali, ſiue particulari.

aliquod bonum: ſed pericula mortis, quæ ſunt in bellicis, directè imminent homini propter aliquod bonum, in quantùm videlicet defendit bonum commune per juſtum bellum. Poteſt autem aliquod eſſe juſtum bellum dupliciter: vno modo generale, ſicut cum aliqui decertant in acie: alio modo particulare, putà cum aliquis judex, vel etiam priuata perſona, non recedit à juſto judicio timore gladij imminentis, vel cujuſcunque periculi, etiamſi ſit mortiferum. (*Quo ſenſu dicitur Eccli.* 4. Pro Juſtitia agonizare pro anima tua, & vſque

Digitized by Google

vſque ad mortem certa pro juſtitia.) Pertinet autem ad fortitudinem firmitatem animi præbere contra pericula mortis, non ſolùm quæ imminent in bello communi, ſed etiam quæ imminent in particulari impugnatione, quæ communi nomine bellum dici poteſt. Et ſecundùm hoc concedendum eſt, quòd fortitudo propriè eſt circa pericula mortis, quæ eſt in bello (*vt dicit Philoſophus in 3. Ethic.*) ſed & circa pericula cujuſcunque alterius mortis, fortis bene ſe habet, præſertim quia & cujuſcunque mortis homo poteſt periculum ſubire propter virtutem, putà cum aliquis non refugit amico infirmanti obſequi propter timorem mortiferæ infectionis, vel cum non refugit itinerari ad aliquod pium negocium proſequendum, propter timorem naufragij, vel latronum.

Quis fortitudinis finis, & quid eſſentia. N 2. 2. 124. 2. ad 1. & 3. & q. 123. 7.

u *Ex quibus deducitur, quòd* in actu N fortitudinis duo ſunt conſideranda. Quorum vnum eſt bonum, in quo fortis firmatur: & hoc eſt fortitudinis finis. Aliud eſt ipſa firmitas, qua quis non cedit contrarijs prohibentibus ab illo bono: & in hoc conſiſtit eſſentia fortitudinis. Sicut autem fortitudo ciuilis firmat animum hominis in juſtitia humana, propter cujus conſeruationem mortis pericula ſuſtinet: ita etiam fortitudo gratuita firmat animum hominis in bono *juſtitiæ Dei, quæ eſt per fidem Ieſu Chriſti*, vt dicitur ad Rom. 3. *Et ita veræ actus fortitudinis eſt martyrium: quia nempe* ad fortitudinem O pertinet, vt confirmet hominem in bono virtutis, & maximè contra pericula, & præcipuè contra pericula mortis, & maximè eius, quæ eſt in bello. Manifeſtum eſt autem, quòd in martyrio homo firmiter confirmatur in bono virtutis, dum fidem & juſtitiam non deſerit propter imminentia pericula mortis: quæ etiam in quodam certamine particulari à perſecutoribus imminent. Et propter hoc de martyribus legit Eccleſia: *Fortes facti ſunt in bello*, ad Hebr. 11. *Eſt autem in martyrio nedum fortitudinis virtus acquiſita, ſed & virtus infuſa, & donum vlteriùs Spiritus Sancti. Differunt quippe omni procul dubio à virtutibus dona.* Quantò *enim* mouens P eſt altior, tantò neceſſe eſt, quòd mobile perfectiori diſpoſitione ei proportionetur: ſicut videmus, quòd perfectiùs oportet eſſe diſcipulum diſpoſitum adhoc, quòd altiorem doctrinam capiat à Doctore. Manifeſtum eſt autem, quòd virtutes humanæ perficiunt hominem, ſecundùm quod homo natus eſt moueri per rationem in his, quæ interiùs vel exteriùs agit. Oportet igitur ineſſe homini altiores perfectiones, ſecundùm quas ſit diſpoſitus ad hoc, quòd diuinitus moueatur: & iſtæ perfectiones vocantur dona, non ſolùm quia infunduntur à Deo, ſed quia ſecundùm ea homo diſponitur, vt efficiatur promptè mobilis ab inſpiratione diuina, ſicut dicitur Iſ. 50. *Dominus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico, retrorſum non abij.* Et Philoſophus etiam dicit *in lib. de bona fortuna*, quòd his, qui mouentur per inſtinctum diuinum, non expedit conſiliari ſecundùm rationem humanam, ſed quòd ſequantur interiorem inſtinctum: quia mouentur à meliori principio, quàm ſit ratio humana. Et hoc eſt, quod quidam dicunt, quòd dona perficiunt hominem ad altiores actus, quàm ſint actus virtutum. *Et alibi coherenter:* Dona Q à virtutibus diſtinguuntur in hoc, quòd virtutes perficiunt ad actus modo humano; ſed dona vltra humanum modum: quod patet in fide, & intellectu. Connaturalis enim modus humanæ naturæ eſt, vt diuina nonniſi per ſpeculum creaturarum, & ænigmata ſimilitudinum percipiat: & ad ſic percipienda diuina perficit fides, quæ virtus dicitur. Sed intellectus donum, vt *Gregorius* dicit, de auditis mentem illuſtrat, vt homo etiam in hac vita prælibationem futuræ manifeſtationis accipiat. Et ad hoc etiam conſonat nomen doni: illud enim propriè donum dici debet, quod ex ſola liberalitate donantis competit ei, in quo eſt: & non ex debito ſuæ conditionis. *In quo verò differat à virtute infuſa acquiſita virtus, exemplificat Author in temperantia: nam* temperantia R infuſa & acquiſita conueniunt quidem in materia; vtraque enim eſt circa delectabilia tactus: ſed non conueniunt in forma effectus vel actus. Licèt enim vtraque quærat medium: tamen alia ratione requirit medium temperantia infuſa, quàm temperantia acquiſita. Nam temperantia infuſa exquirit medium ſecundùm rationes legis diuinæ, quæ accipiuntur ex ordine ad vltimum finem: temperantia autem acquiſita accipit medium ſecundùm inferiores rationes in ordine ad bonum præſentis vitæ. *Et idem dic de fortitudine, cæteriſque virtutibus. Neque ex eo, quòd virtus inſit à Deo infuſa, ſuperfluere dicendum eſt donum diuinum: etenim* modus S operandi, qui eſt in virtutibus (*etiam infuſis*) eſt ſecundùm conditionem humanam, quamuis ſubſtantia habitus ſit ex diuino munere: Donum autem T prout diſtinguitur à virtute infuſa, dicitur id, quod datur à Deo in ordine ad motionem ipſius: quia ſcilicet facit hominem bene ſequentem ſuos inſtinctus, *vt prætactum eſt. Vide ibi* Cajetanum. *Et hinc eſt, quòd* quia V fortitudinis virtus facultati humanæ innititur, non eſt reſpectu omnium difficultatum, ſed reſpectu aliquarum, quæ ſunt maximæ in genere humanarum: vnde excellenter fortitudinis nomen habet. Sed fortitudinis donum vtitur diuina voluntate (*vel fortè*, diuina facultate aut virtute) quaſi ſua, ſecundùm quod in Pſal. 17. dicitur: *Diligam te, Domine, fortitudo mea:* (Et iterum: *Deus, qui præcinxit me virtute*: & Pſal. 45. *Deus noſter refugium & virtus*: & Pſal. 67. *Ipſe dabit virtutem & fortitudinem*:) & ideò vnum donum fortitudinis ſe extendit ad omnes difficultates, quæ in humanis rebus poſſunt accidere, etiam ſupra facultatem humanam, ſicut Apoſtolus dicebat *ad Philip. vlt.* Omnia poſſum in eo, qui me confortat. *Et hoc eſt, quod Author initio docuit:* Fortitudinis donum X eſt etiam contra illa, quæ excedunt humanam facultatem. *Et addit:* Nec tamen ſtultè: quia non excedunt facultatem diuinæ potentiæ, cui donum illud innititur. *Ideircò & priùs expreſſerat:* Fortitudinis Y virtus menſuram ſui actus habet humanas vires; vnde ea, quæ ſupergrediuntur vires hominis, neque aggreditur, neque ſuſtinet. Hinc Philoſophus *in 3. Ethic.* dicit, quòd *fortis eſt inſtupefactibilis vt homo*, in his ſcilicet terribilibus, quæ ſunt ſecundùm hominem. Sed donum fortitudinis habet pro menſura ſui actus diuinam potentiam, de cujus auxilio confidit, ſicut dicitur Pſ. 17. *In Deo meo tranſgrediar murum*; ideſt, omne quod poſſet humanæ infirmitati obuiare. *Sic ex dono fortitudinis leonem & vrſum adhuc puer interfecit Dauid, proſtrauitque Philiſthæum, 1. Reg. 17. Ita concuſſis columnis domus Philiſthinorum, totum Samſon diruit ædificium. Idque ex eo liquet, quòd legitur* Iudic. 16. *priùs oraſſe:* Redde mihi nunc fortitudinem priſtinam, Deus meus. *Ex quo pariter* ab Auguſtino *excuſatur, quòd ſe ipſum interfecerit:* quia Z creditur hoc feciſſe mandato Dei. Cujus ſignum eſt, quia non potuiſſet domum tantam propria virtute ſubuertere, ſed virtute Dei, quæ non adjuuat ad malum. *Et hoc per donum vtique fortitudinis.*

Actus fortitudinis martyrium. P 2. 2. 124. 2. c. & 123. 5. ad 2.

Fortitudinis virtus acquiſita, virtus infuſa, & donum Spiritus Sancti. P 1. 2. 68. 1. & 2. c. In 3. d. 34. 1. 1. c. Virtutes differunt à donis, & in quo.

Q In 3. loc. cit. & c.

Donum quid.

Virtus infuſa, & acquiſita in quo diſtinguatur. R Virt. 1. 10. ad 8. & 1. 2. 63. 4. & 110. 3. fi. c. & 2. 2. 23. 7. c. In 3. d. 33. 1. 2. q. 4. & 4. 4. c.

Vnde differat à dono virtus infuſa. S 3. d. 34. 1. 1. ad 1.

T 1. 2. 68. 1. ad 3. & in corp.

V 3. d. 34. 1. 1. q. 2. c. & 2. 2. 139. 1. Differentia inter virtutem fortitudinis, & donum.

X In 3. l. c. a. 1. q. 1. ad 3. & 2. 2. l. c.

Y In 3. l. c. in corp. & 2. 2. l. c.

Donum fortitudinis Dauid habuit & Samſon.

Z Hebr. 11. l. 7. ibi Samſon. & 2. 2. 64. 5. ad 4. Et Op. 4. §. 10.

x *Cæterùm ſuſtinere principalior eſt fortitudinis actus, quàm aggredi. Nam* Fortitudo (*vt præmiſſum eſt*) eſt A magis circa timores reprimendos, quàm circa audacias moderandas. Difficilius enim eſt, timorem reprimere, quàm audaciam moderari: eo quod ipſum periculum, quod eſt objectum audaciæ & timoris, de ſe confert aliquid ad repreſſionem audaciæ, ſed operatur ad augmentum timoris. Aggredi autem pertinet ad fortitudi-

Suſtinere, principalior actus fortitudinis, quàm aggredi. A 2. 2. 123. 6. & 8. c. & 124. 2. ad 3. In 3. d. 33. 3. 3. q. 1. c. Virt. 1. 12. c.

Digitized by Google

titudinem, ſecundùm quod moderatur audaciam: ſed ſuſtinere ſequitur repreſſionem timoris. Et ideò principalior actus fortitudinis eſt ſuſtinere; id eſt, immobiliter ſiſtere in periculis, quàm aggredi. Et quidem perferre B ſecundùm quod dicitur actus fortitudinis, non dicit immobilitatem, ſed electionem immorandi in moleſtijs propter bonum virtutis ſine perturbatione immoderati timoris. In quo differt ab alijs virtutibus: quia charitas facit imperturbatum contra odium, manſuetudo contra iram, patientia contra triſtitiam. Et hic quidem, vt dicit Philoſophus in 3. *Ethic.* eſt magis actus fortitudinis, quàm aggredi difficilia: quantò eſt difficilius præſentia mala non fugere, quàm inſurgere in mala, quæ nondum afficiunt. *Ex quo, ſicut actus virtutis, ita & actus* C *doni fortitudinis* principalis eſt ſuſtinere omnes difficultates ſiue in paſſionibus, ſiue in operationibus: & ad hunc ordinatur alius actus, qui eſt, difficilia & ardua aggredi, ſpe diuini auxilij. Hi autem duo actus non differunt ſecundùm ſpeciem, quia vnus ad alium ordinatur, & eadem eſt ratio dirigendi in ipſis. *Hunc ſanè præ cunctis exercuerunt virtutis & doni fortitudinis actum Sancti Martyres Chriſti, de quibus & ad quos Cyprianus:* Tolerâſtis vſque ad conſummationem gloriæ duriſſimam quæſtionem: nec ceſſiſtis ſupplicijs, ſed vobis potiùs ſupplicia ceſſerunt. *Num verò delectetur fortis in ſuo actu? Dicendum, quòd* principalis actus D fortitudinis eſt ſuſtinere aliqua triſtia ſecundùm apprehenſionem animæ, putà quòd homo amittat corporalem vitam, quam virtuoſus amat, non ſolùm in quantùm eſt quoddam bonum naturale; ſed etiam in quantùm neceſſaria eſt ad opera virtutum, & quæ ad eam pertinent: (*vnde & de Chriſto legitur Matth. 26. quòd* cœpit contriſtari & mœſtus eſſe.) Et iterum ſuſtinere aliqua doloroſa ſecundùm tactum corporis, putà vulnera vel flagella. Et ideò fortis ex vna parte habet, vnde delectetur, ſcilicet ſecundùm delectationem animalem, ſcilicet de ipſo actu virtutis, & de fine ejus. Ex alia verò parte habet vnde doleat & animaliter, dum conſiderat amiſſionem propriæ vitæ: & corporaliter, vnde legitur 2. *Mach.* 6. quòd Eleazarus dixit: *Duros corporis ſuſtineo dolores: ſecundùm animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior.* Senſibilis autem dolor corporis facit non ſentiri animalem delectationem virtutis: niſi fortè propter abundantem Dei gratiam, quæ fortiùs eleuat animam ad diuina, in quibus delectatur, quàm à corporalibus pœnis afficiatur: ſicut *B. Tiburtius*, cum ſuper carbones inceſſos nudis plantis incederet, dixit, quòd videbatur ſibi ſuper roſeos flores ambulare. (*Et B. Virgo* Dorothea *inter ſupplicia prompſiſſe refertur:* Nunquam in tota vita mea ſic læta fui, ſicut hodie. *Et alias miramur plurimos pro fide paſſos. Qui & docemur, quòd* martyres E in tormentis exiſtentes percipiebant aliquid de diuina gloria: non quaſi eam in ſuo fonte bibentes, ſicut illi, qui Deum per eſſentiam vident: ſed aliqua illius gloriæ aſperſione refrigerabantur. *Vnde & de Stephano legitur Act. 7. quòd* vidit gloriam Dei.) Facit tamen virtus fortitudinis, vt ratio non abſorbeatur à corporalibus doloribus. Triſtitiam autem animalem ſuperat delectatio virtutis, in quantùm homo præfert bonum virtutis corporali vitæ, & quibuſcunque ad eam pertinentibus. Et ideò Philoſophus dicit in 3. *Ethic.* quòd à forti non requiritur, vt delectetur, quaſi delectationem ſentiens, ſed ſufficit, quòd non triſtetur. *Veruntamen*, licet F *ſecundùm Philoſophum* in actu fortitudinis non requiratur gaudium ad perfectionem virtutis, ſicut in alijs virtutibus, ſed ſolùm non triſtari: tamen, quia fortitudo Sanctorum perfectior eſt (*vtpote Dei ſpeciale donum*) non ſolùm non triſtantur in periculis mortis, ſed etiam gaudent, Philip. 1. *Deſiderium habens diſſolui & eſſe.*

B 2. 2. q. 123. a. 6. ad 1. & 2. 2. q. 139. a. 1. ad 2.

C 1. 2. q. 68. a. 2.

Vt patet in martyribus.

An fortis delectetur in ſuo actu.

D 2. 2. q. 123. a. 8. & 1. 2. q. 35. a. 1.

S. Tiburtius.

S. Dorothea.

E Ver. q. 13. a. 3. ad 3.

F 2. ad Cor. 1. 2. ibi, gaudemus.

¶ *Eſt autem pars* G *fortitudinis & perſeuerantia, ad quam conſtantia quoque pertinere videtur, & patientia. Veruntamen* perſeuerantia H & conſtantia conueniunt quidem in fine: quia ad vtramque pertinet firmiter perſiſtere in aliquo bono. Differunt autem ſecundùm ea, quæ difficultatem afferunt ad perſiſtendum in bono. Nam virtus perſeuerantiæ propriè facit firmiter perſiſtere hominem in bono contra difficultatem, quæ prouenit ex ipſa diuturnitate actus. Conſtantia autem facit firmiter perſiſtere in bono contra difficultatem, quæ prouenit ex quibuſcunque alijs exterioribus impedimentis. Et ideò principalior pars fortitudinis eſt perſeuerantia, quàm conſtantia: quia difficultas, quæ eſt ex diuturnitate actus, eſt eſſentialior actui virtutis, quàm illa quæ eſt ex exterioribus impedimentis. Exteriora verò impedimenta I perſiſtendi in bono præcipuè ſunt illa, quæ triſtitiam inferunt. Circa triſtitiam autem eſt patientia. Et ideò conſtantia ſecundùm finem conuenit cum perſeuerantia: ſecundùm autem ea, quæ difficultatem inferunt, conuenit cum patientia. Finis autem potior eſt: & ideò conſtantia magis pertinet ad perſeuerantiam, quàm ad patientiam: *quæ quidem* eſt L pars fortitudinis quaſi potentialis, quia adjungitur fortitudini, ſicut virtus ſecundaria principali. *Contra triſtitiam neceſſaria eſt virtus patientiæ: nam* inter M alias paſſiones triſtitia efficax eſt ad impediendum bonum rationis, ſecundùm illud 2. Cor. 7. *Seculi triſtitia mortem operatur*; & Eccli. 30. *Multos occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in illa.* Vnde neceſſe eſt habere aliquam virtutem, per quam bonum rationis conſeruetur contra triſtitiam, ne ſcilicet ratio triſtitiæ ſuccumbat. Vnde *Auguſtinus* dicit *in lib. de Patientia*: Patientia hominis eſt, qua mala æquo animo toleramus (id eſt, ſine perturbatione triſtitiæ) ne animo iniquo bona deſeramus, per quæ ad meliora perueniamus. *Neque idem eſt cum patientia longanimitas*: Sicut *enim* magnanimitas N dicitur, per quam habet aliquis animum tendendi in magna: ita etiam longanimitas dicitur, per quam aliquis habet animum tendendi in aliquid, quod in longinquum diſtat. Et ideò, ſicut magnanimitas magis reſpicit ſpem tendentem in bonum, quàm audaciam vel timorem ſiue triſtitiam, quæ reſpiciunt malum: ita etiam & longanimitas. Vnde longanimitas majorem conuenientiam videtur habere cum magnanimitate, quàm cum patientia. Poteſt tamen conuenire cum patientia duplici ratione. Primò quidem, quia patientia, ſicut & fortitudo, ſuſtinet aliqua mala propter aliquod bonum. Quod ſi ex propinquo expectetur, faciliùs eſt ſuſtinere: ſi autem in longinquum differatur, difficilis eſt expectatio. Mala autem in præſenti ſuſtinere difficilius eſt. Secundò, quia hoc ipſum, quod eſt differri bonum ſperatum, natum eſt cauſare triſtitiam, ſecundùm illud Prou. 13. *Spes quæ differtur, affligit animam.* Vnde & in ſuſtinendo hujuſmodi afflictionem poteſt eſſe patientia, ſicut & in ſuſtinendo quaſcunque alias triſtitias. Sic ergo, ſecundùm quod ſub eadem ratione mali contriſtantis poteſt comprehendi & dilatio boni ſperati, quæ pertinet ad longanimitatem, & labor quem homo ſuſtinet in continuata executione boni operis, quod pertinet ad conſtantiam, tam longanimitas, quàm etiam conſtantia, ſub patientia comprehenduntur. Vnde & *Tullius* diffiniens patientiam, dicit, quòd *Patientia eſt honeſtatis ac vtilitatis cauſa voluntaria, ac diuturna perpeſſio rerum arduarum ac difficilium.* Quod dicit, *arduarum*, pertinet ad conſtantiam in bono. Quod dicit, *difficilium*, pertinet ad grauitatem mali, quàm propriè reſpicit patientia. Quod verò additur, *diuturna* ſiue *diutina*, pertinet ad longani-

mita-

G 2. 2. q. 137. a. 3. & 128. a. 1. & 3. d. 33. q. 3. a. 1.

Perſeuerantia pars fortitudinis, & in quo differat à conſtantia.

H Ibid. a. 3. & q. 136. a. 2.

I 2. 2. q. 137. a. 3. ad 1.

Patientia pars eſt fortitudinis.

L 2. 2. q. 136. a. 4. & q. 128. a. 1. & 3. d. 33. q. 3. a. 1.

Virtus contra triſtitiam.

M 2. 2. q. 136. a. 1. & q. 35.

Longanimitas in quo differat à patientia.

N Ibid. a. 5. & q. 128. a. 1. & 3. d. 33. q. 3. a. 1. in longanimitate.

Poteſt tamen patientia conuenire duplici ratione.

Patientiæ diffinitio ex Tullio.

Digitized by Google

mitatem, secundùm quod conuenit cum patientia. *Præeminet nihilominus fortitudo: nam* Patientia O dicitur habere (*ex Iac. cap. 1.*) opus perfectum in tolerantia malorum, in quibus non solùm excludit injustam vindictam, quam etiam excludit justitia: neque solùm odium, quod facit charitas: neque solùm iram, quod facit mansuetudo: sed etiam excludit tristitiam inordinatam, quæ est radix omnium prædictorum. Et ideo in hoc est perfectior & major, quia in hac materia extirpat radicem. Non autem est simpliciter perfectior omnibus alijs virtutibus: quia fortitudo non solùm sustinet molestias absque perturbatione, quod est patientiæ, sed etiam ingerit se eis, cum opus fuerit. Vnde quicunque est fortis, est patiens: sed non conuertitur. (*De partibus fortitudinis vide supra* P.)

O *V. 2. 66. 4. ad 2. & 2. 2. 136. art.*

Et præeminet fortitudo.

Quicunque est fortis, est patiens: non è conuerso.

P *2. 2. 128. 1. & 140. 2. In 3. d. 33. 3. 3.*

2 *Porrò fortitudinis dono quarta respondet beatitudo, scilicet* Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam &c. *Etenim* Fortitudo Q in arduis consistit: est autem valdè arduum, quòd aliquis non solùm opera virtuosa faciat, quæ communiter dicuntur opera justitiæ; sed quòd faciat ea cum insatiabili quodam desiderio: quod potest significari per famem & sitim justitiæ. Inter R fructus *verò* ponuntur duo, quæ sufficienter correspondent dono fortitudinis: scilicet patientia, quæ respicit sustinentiam malorum: & longanimitas, quę respicere potest diuturnam expectationem & operationem bonorum. *Denique vir animo fortis & corpore describitur* If. 3. *ijs verbis*: Ecce dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalem & à Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ; fortem & virum bellatorem &c. *Vbi Author*: Potestas *inquit* in tribus S consistit: scilicet in fortitudine corporis, quę consistit in tribus, scilicet in complexionis vigore; & sic dicit: *auferet validum*; idest, bene valentem in complexionis sanitate: in membrorum robore; & sic dicit, *fortem*, quia fortitudo consistit in ossibus & neruis, vt dicit Philosophus: item in cibi multitudine; & sic dicit, *omne robur panis &c.* in quo omnis cibus & potus significatur, Eccli. 29. *Initium vitæ hominis aqua & panis*. Secundò consistit potestas in constantia cordis; & sic dicit iterum *fortem*, secundùm quod venit à fortitudine, quæ est virtus animę. Tertiò consistit in exercitio bellicę artis (*quod est fortitudinis, vt vidimus*:) & sic dicit, *virum bellatorem*. *Prædictorum autem occasione illud soluendum problema venit* 3. Esd. 3. *propositum: quidnam ex quatuor fortius esset? num vinum, an rex, an mulier, an veritas? Pro quo* sciendum T quòd si consideremus ista quatuor secundùm se, non sunt comparabilia, quia non sunt vnius generis: tamen si ea consideremus per comparationem ad aliquem effectum, concurrunt in vnum: & sic possunt comparari. Hic autem effectus, in quem conueniunt, & possunt, est immutatio cordis humani. Quod ergo inter ista magis immutet cor hominis, videndum est. Sciendum est igitur, quòd immutatiuum hominis quoddam est corporale, & aliud est animale: & hoc est duplex, sensibile scilicet, & intelligibile. Intelligibile etiam est duplex, scilicet practicum, & speculatiuum. Inter ea autem, quę pertinent ad immutantia naturaliter secundùm dispositionem corporis, habet excellentiam *vinum*, quod facit per temulentiam loqui. Inter ea, quę pertinent ad immutandum appetitum sensitiuum, excellentior est delectatio, & precipuè circa venerea: & sic *mulier* est fortior. Item in practicis, & in rebus humanis, quę possunt hoc facere, maximam potestatem habet *Rex*. In speculatiuis verò summum & potentissimum est *veritas*. Nunc autem vires corporales subjiciuntur viribus animalibus: vires animales intellectualibus: & intellectuales practicę speculatiuis: & ideò simpliciter *veritas* dignior est & excellentior & fortior.

Fortitudinis dono quænam respondeat Beatitudo.
Q *2. 2. 139. 2. c. & 9 8. p. 9. ad 3. & 1. 2. 69. 3. ad 3. In 3. d. 34. 1. 4. c.*
R *2. 2. 139. 2. ad 3.*
Et quisnam fructus.

Vir fortis describitur animo & corpore.

S *If. 3. sub init.*
Fortitudo corporis in tribus.

Quidnam fortius, num vinum, an rex, an mulier, an veritas?
T *Quol. 12. a. 20.*

Multiplex immutatiuum hominis.

Decisio.

a *Verùm, sicut* timiditas V fortitudini opponitur: *ita &* audacia X opponitur virtuti fortitudinis, quę est circa timores & audacias, *vt visum est*. *Et ratio adducitur: quia* malum Y arduum habet rationem vt vitetur, in quantùm est malum: & hoc pertinet ad rationem timoris. Habet etiam rationem, vt in ipsum tendatur, sicut in quoddam arduum, per quod scilicet aliquid euadit subjectionem mali: & sic tendit in ipsum audacia. Et sic est contrarietas secundùm accessum & recessum ab eodem termino. Timor enim Z refugit nocumentum futurum propter ejus victoriam super ipsum timentem: sed audacia aggreditur periculum imminens propter victoriam sui supra ipsum periculum; vnde timori contrariatur audacia. *Cæterùm opponitur fortitudini audacia vt immoderata; proinde vt vitium: moderata autem ratione non contrariatur; sed materia est fortitudinis, cujus actus est* moderatè A aggredi, quando scilicet oportet. *Vnde cum* Iob 39. *dicitur de equo* (per B quem *secundùm Gregorium* designatur bonus prędicator) *audacter in occursum pergit armatis*, audacia C ibi sumitur, secundùm quod est moderata ratione: sic enim pertinet ad virtutem fortitudinis. *Hæc autem viri fortis audacia consequitur ad spem. Nam* (*vt prætactum est*) prosecutio D boni pertinet ad spem, fuga mali ad timorem: prosecutio mali terribilis pertinet ad audaciam, fuga verò boni pertinet ad desperationem. Vnde sequitur, quòd audacia consequitur ad spem: ex hoc enim quòd aliquis sperat superare terribile imminens, ex hoc audacter insequitur ipsum. Ad timorem verò sequitur desperatio: ideò enim aliquis desperat, quia timet difficultatem, quę est circa bonum sperandum. *Et quia* audacia E consequitur spem, & contrariatur timori: quęcunque nata sunt causare spem, vel excludere timorem, sunt causa audacię. Quę quidem dupliciter potest accipi, siue quantùm ad prouocationem spei, siue quantùm ad exclusionem timoris. Vno modo ex parte appetitiui motus: alio modo ex parte transmutationis corporalis. Ex parte quidem appetitiui motus, qui sequitur apprehensionem, prouocatur spes causans audaciam per ea, quæ faciunt nos æstimare, quòd probabile sit adipisci victoriam, vel secundùm propriam potentiam, sicut fortitudo corporis, experientia in periculis, multitudo pecuniarum, & alia hujusmodi: siue per potentiam aliorum, sicut multitudo amicorum, vel quorumcunque auxiliantium; & præcipuè, si homo confidat de auxilio diuino: vnde illi, qui se benè habent ad diuina, audaciores sunt, vt etiam Philosophus dicit *in 2. Rhet.* Timor autem excluditur secundùm istum modum per remotionem terribilium appropinquantium, putà quia homo non habet inimicos, quia nulli nocuit, quia non videt aliquod periculum imminere: illis enim videntur maximè pericula imminere, qui alijs nocuerunt. Ex parte verò transmutationis corporalis causatur audacia per prouocationem spei, & exclusionem timoris, vel ex his, quæ faciunt caliditatem circa cor. Vnde Philosophus dicit *in lib. de part. anim.* quòd illi, qui habent paruum cor secundùm quantitatem, sunt magis audaces: & animalia habentia magnum cor secundùm quantitatem, sunt timida: quia calor naturalis non tantum potest calefacere magnum cor, sicut paruum: sicut ignis non tantum potest calefacere magnam domum, sicut paruam. Et *in lib. de problem.* dicit, quòd habentes magnum pulmonem sanguineum, sunt audaciores propter caliditatem cordis exinde consequentem. Et ibid. dicit, quòd vini amatores sunt magis audaces propter caliditatem vini; vnde & ebrietas facit ad bonitatem spei: caliditas enim

Sicut timiditas opponitur fortitudini: ita & audacia.
V *2. 2. 125. 2. f. c. & ad 3.*
X *1. 2. 127. 2. c.*
Y *1. 2. 23. 2. f. c. & 2. 2. 123. 3. ad 3.*

Z *1. 2. 45. 1. c. & 9. 23. 2. f. c. & 2. 2. l. c.*

Audacia immoderata opponitur fortitudini: moderata verò, ejus est materia.
A *2. 2. 123. 3. c. & 127. 1. In 3. d. 26. 1. 3. ad 5.*
B *2. 2. 127. 1. arg. 1.*
C *Ibid. ad 1.*
D *1. 2. 45. 2. f. c. & 25. 3. f. c. & 2. 2. 125. 2. ad 3. & 129. 7. c. Ver. 26. 5. ad 2.*
Audacia consequitur ad spem.

E *1. 2. 45. 3. c. & 44. 3. c.*
Quænam audaciam causent.

Ex parte appetitiui motus.

Ex parte transmutationis corporalis.
Ex caliditate cordis major vel minor audacia.

Vini amatores, audaciores.

cordis repellit timorem, & causat spem, propter cordis extensionem & amplificationem. *Porrò audacia, non moderata ratione, promptiores reddit homines in principio, quàm in fine, inter pericula: non ita, ratione regulata. Cujus affertur ratio: quia* audacia F cum sit quidam motus appetitus sensitiui, sequitur apprehensionem sensitiuæ virtutis. Virtus autem sensitiua non est collatiua, nec inquisitiua singulorum, quæ circumstant rem, sed subitum habet judicium. Contingit autem quandoque, quòd secundum subitam apprehensionem non possunt cognosci omnia, quæ difficultatem in aliquo negocio afferunt, vnde surgit audaciæ motus ad aggrediendum periculum: vnde quando jam experiuntur ipsum periculum, sentiunt majorem difficultatem, quàm æstimauerunt; & ideò deficiunt. Sed ratio est discursiua omnium, quæ afferunt difficultatem negocio: & ideò fortes, qui ex judicio rationis aggrediuntur pericula, in principio videntur remissi, quia non passione; sed cum deliberatione debita aggrediuntur. Quando autem sunt in periculis, non experiuntur aliquid improuisum, sed quandoque minora illis, quæ præcogitauerunt: & ideò magis persistunt. Vel etiam, quia propter bonum virtutis pericula aggrediuntur, cujus boni voluntas in eis perseuerat, quantacunque sint pericula: audaces autem (*audaciâ non moderatâ*) propter solam æstimationem facientem spem, & excludentem timorem; *qui verè fortes non sunt. Verùm* etiam G in audacibus accidit tremor propter reuocationem caloris ab exterioribus ad interiora, sicut etiam in timentibus. Sed in audacibus reuocatur calor ad cor: in timentibus autem ad inferiora: *idest*, circa H nutritiuam: & ideò, consumpto humido, consequitur sitis, & etiam interdum solutio ventris, & vrinæ emissio, & quandoque etiam seminis, vel hujusmodi emissio superfluitatum accidit propter contractionem ventris & testiculorum, vt *Philosophus* dicit in lib. de problem. *In timentibus inquam* calor I deserit cor, à superioribus ad inferiora tendens: ideò timentibus maximè tremit cor, & membra, quæ habent aliquam connexionem ad pectus, vbi est cor. Vnde timentes maximè tremunt in voce propter vicinitatem vocalis arteriæ ad cor. Tremit etiam labium inferius, & tota inferior mandibula propter continuationem ad cor, vnde & strepitus dentium sequitur: & eadem ratione brachia & manus tremunt. Vel etiam, quia hujusmodi membra sunt magis mobilia, propter quod & genua tremunt timentibus, *secundùm illud Is.* 35. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. *Vlteriùs*, qui timent L mortem, sunt pallidi: sed non qui timet opprobrium. Et ratio est, quia natura retrahit se ad locum, vbi est defectus: vnde quando timet de vita, sanguis & spiritus retrahunt se ad principium vitæ, scilicet ad cor: quando verò timet aliquid exterius, spiritus & sanguis retrahunt se ad exteriora. Hinc signum verecundiæ est rubor in facie. Verecundia autem est timor confusionis. Et sic inuerecundi sunt pallidi, & verecundi sunt rubei. *Vide tamen Cajetanum* M.

F 1. 2. 45. 4. & q. 45. 1.
Audacia non moderata ratione promptiores facit homines in principio, quàm in fine, in periculis. Non ita, ratione regulata, scilicet fortibus.

G 1. 2. 45. 4. ad 1.
Etiam in audacibus tremor accidit, sicut in timentibus: sed diuersimodè.

H 1. 2. 44. 3. ad 1.
Timoris effectus in corpore.

I Ibid. ad 3.
Timentium cor calor deserit: ex quo tremor.

L Ps. 43. lit. h. & 1. 2. 44. 1. ad 3.
In timentibus mortem est pallor in facie.

M Caiet. 1. 2. loco cit.
Qui audaciam ratione non moderatam jactat, temerarius est, non fortis.

b *Ex quibus deducitur, quòd fortis verè non est qui ratione non regulatam jactat audaciam, sed potiùs temerarius dicendus: cujusmodi esse videtur, qui contra plures armatos solus & inermis ad certamen procedit* (nec *enim* Hercules contra duos:) *qui feras immitissimas impetere non refugit: qui contra elementa vel ignis vel aquæ (nisi ex diuinitus dato fortitudinis dono) manifestis sese exponit periculis: & ejusmodi. Quid & vitia pariter spectant præcipitationis, inconsiderationis, & inconstantiæ, quæ sub imprudentia continentur. Hinc docemur, quòd* illa N dicuntur fieri temerè, quæ ratione non reguntur. Quod quidem potest contingere dupliciter. Vno modo ex impetu voluntatis, vel passionis: alio modo ex contemptu regulæ dirigentis. Et hoc propriè importat temeritas; vnde videtur ex radice superbiæ prouenire, quæ refugit subesse regulæ alienæ. Præcipitatio autem se habet ad vtrumque. Vnde temeritas sub præcipitatione continetur, quamuis præcipitatio magis respiciat primum. *Ex quo concludit ibi Cajetanus*: Memento O quòd temeritas species est præcipitationis, contemptum addens. *Hæc autem* præcipitatio P, in actibus animæ metaphoricè dicitur secundùm similitudinem à corporali motu acceptam. Dicitur autem præcipitari secundùm corporalem motum quod à superiori in ima peruenit secundùm impetum quendam proprij motus; vel alicujus impellentis, non ordinatè descendendo per gradus. Summum autem animæ est ipsa ratio: imum verò est ipsa operatio per corpus exercita. Gradus autem medij, per quos oportet ordinatè descendere, sunt memoria præteritorum, intelligentia præsentium, solertia in considerandis futuris, ratiocinatio conferens vnum alteri, docilitas per quam aliquis acquiescit sententijs majorum: per quos quidem gradus aliquis ordinatè descendit, rectè consiliando. Si quis autem feratur ad agendum per impetum voluntatis, vel passionis, pertransitis hujusmodi gradibus, erit præcipitatio. *Sic pariter* & defectus Q recti judicij ad vitium inconsiderationis pertinet, prout scilicet aliquis in rectè judicando deficit, ex hoc quòd contemnit, vel negligit attendere ea, ex quibus rectum judicium procedit. *Verùm*, sicut præcipitatio R est ex defectu circa actum consilij, & inconsideratio circa actum judicij: ita inconstantia circa actum præcepti. Ex hoc enim dicitur aliquis esse inconstans, quòd ratio deficit in præcipiendo ea, quæ sunt consiliata & judicata. *At heu! quàm debilis est in spirituali pugna fidelis! Exclamat propterea Apostolus Petrus in sua prima c.* 5. *vt fortiter contra diabolum dimicemus, adhortans*: Cui resistite fortes in fide: *scilicet* tanquam S scuto. *Verumtamen facilè vincimur, quòd ad bonum imbecilli sumus, & eneruati: ex opposito ad malum patrandum validi, fortes, & potentes.* Quidam *inquit Author* sunt T prompti & fortes ad mala: & ad bona debiles, Psal. 51. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* Et Ier. 3. *Fecisti mala, & potuisti*; quasi V diceret: potentiam tuam in peccato jactasti. *De quo dicitur Ierem.* 9. Non glorietur fortis in fortitudine sua. *Vnde &* Is. 5. *minatur Dominus*: Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. *Et Ier.* 50. Dissipate vniuersos fortes eius, descendant in occisionem: væ eis, quia venit dies eorum. *Et cap.* 51. Inebriabo fortes ejus: & dormient somnum sempiternum. *Ex his omnibus, cum fortitudinis virtus in bellicis præsertim periculis comprobetur,* DISCE *contra triplicem hostem* esse fortis in bello. *Vide*, Donum, Homo, Patientia, Virtus.

N 2. 2. 53. 3. ad 2.

Temeritas quid importet.

O Caiet. ibid.

Præcipitatio quid.
P 2. 2. 53. 3. & 127. 1. ad 2.

Inconsideratio quid.
Q Ibid. q. 53. a. 4. & c. & a. 2. & 5. c.

R Ibid. a. 5. & c.
Quid inconstantia.

S 1. Pet. 5. ibi.

T Ps. 51. lit. a.

V Ier. 3. ibi.

FORTVNA. Vide DEI PROVIDENTIA.

FRVCTVS. Vide CÆLIBATVS, SPIRITVS SANCTVS.

FRVI, FRVITIO. Vide BEATITVDO, VOLVNTAS.

FVCATIO. Vide CVLTVS EXTERIOR.

FVROR. Vide IRA.

FVRTVM.

VII. Omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur. *Omnis frater*, qui conjungitur naturali fœdere, *supplantabit &c.* alienam rem injustè surripiens, in modo faciendi, & in verbo. *Ier. 9. ibi.*

X 1. 2. 94. 4. c. & a. 6. fi. c. & Rom. 1. l. 8.

c QVamuis lex naturæ X quantùm ad prima principia communia sit eadem apud omnes & secundùm rectitudinem & secundùm notitiam: tamen quantùm ad quædam propria, quæ sunt quasi conditiones principiorum communium, est eadem apud omnes etiam, vt in pluribus, & secundùm rectitudinem & secundùm notitiam: sed vt in paucioribus potest deficere & quantùm ad rectitudinem propter aliqua particularia impedimenta (sicut etiam naturæ generabiles & corruptibiles deficiunt, vt in paucioribus, propter impedimenta) & etiam quantùm ad notitiam: & hoc propter hoc, quòd aliqui habent deprauatam rationem ex passione, seu ex mala habitudine naturæ: sicut apud Germanos olim latrocinium non reputabatur iniquum, cum tamen sit expresse contra legem naturæ, vt refert *Iulius Cæsar* in lib. de bello Gallico. *Vnde & in Decalogo explicitè probibetur furtum Deut. 5.* Furtum non facies. *Verùm* ad rationem Y furti tria concurrunt: quorum primum conuenit sibi, secundùm quod contrariatur justitiæ, quæ vnicuique tribuit quod suum est: & ex hoc competit ei, quòd vsurpat alienum. Secundum verò pertinet ad rationem furti, prout distinguitur à peccatis, quæ sunt contra personam, sicut ab homicidio, & adulterio: & ex hoc competit furto, quòd sit circa rem possessam. Si quis enim accipiat id, quod est alterius, non quasi possessio, sed quasi pars, sicut si amputet membrum; vel sicut persona conjuncta, vt si auferat filiam, vel vxorem, non habet rationem furti. Tertia differentia est, quæ complet rationem furti, vt scilicet occultè vsurpetur alienum: & secundùm hoc propria ratio furti est, vt sit occulta acceptio rei alienæ. *Id quod nomen furis ostendit*: dicitur enim Z fur, quia occultè venit, & graditur in tenebris: vnde fur à *furuo* dicitur, quod est *obscurus*, Abdiæ *cap. vnico*: Si fures introissent ad te, si latrones per noctem &c. *Fures inquam & latrones: fur enim & latro in hoc conueniunt, quòd vterque alienum sibi vsurpat, & absconditè (licèt ille per fraudem, hic per violentiam, vt infrà:) vnde & latro à latendo dicitur: quia scilicet* latrones A in speluncis latitant, vt spolient transeuntes, & sibi acquirant quod non est suum. *Et alibi.* Latro B latet, vt non capiatur: & latrones, si nocere volunt, non nocent in publico. *Ex quo aliquis* fur est C rapiendo quod non est suum: latro occidendo quod rapit. *Vtrumque autem exprimitur* Ioan. 10. *cum dicitur*: Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. *Vnde & in parabola* Luc. 10. *de homine illo, qui incidit in latrones, legimus*: Qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto. *Et hinc inter furtum & rapinam emicat differentia*: *nam* furtum D & rapina sunt vitia justitiæ opposita, in quantùm aliquis alteri facit injustum. Nullus autem patitur injustum volens, vt probatur *in 5. Ethic.* Et ideò furtum & rapina in hoc habent rationem peccati, quòd acceptio est inuoluntaria ex parte ejus, cui aliquid subtrahitur. Inuoluntarium autem dupliciter dicitur, scilicet per ignorantiam, & per violentiam, vt habetur *in 3. Ethic.* Et ideò aliam rationem peccati habet rapina, & aliam furtum, & propter hoc differunt specie. *Et licèt finis remotus rapinæ & furti idem sit: finis tamen proximus, ex quo speciem sortiuntur, est diuersus*: raptor enim E vult per propriam potestatem obtinere: fur verò per astutiam. *Et quidem*, sicut verbo F aliquis dupliciter aliquem lædit, vno modo in manifesto per contumeliam, alio modo occultè per detractionem: ita etiam facto aliquis nocet alicui dupliciter; manifestè quidem, sicut in rapina, vel quacunque violentia illata: occultè autem, sicut in furto, & dolosa percussione. *Nec valet, quòd idem raptus dicitur, siue occultè, siue publicè mulier rapiatur: ergo idem de furto dicendum, siue publicè, siue occultè res possessa rapiatur. Non valet inquam, quia* raptus G mulieris non potest esse occultus ex parte mulieris, quæ rapitur. Et ideò, etiamsi sit occultus ex parte aliorum, quibus rapitur, adhuc remanet ratio rapinæ ex parte mulieris, cui violentia infertur. *Est ergo furtum quædam fraudis species, rapina verò violentiæ: & vtraque filia est auaritiæ.* Furtum H est quædam specificatio fraudis, vnde sub fraude continetur: rapacitas autem continetur sub violentia, cum sit species ejus.

Latrocinium olim licitum reputabatur.

Y a. 2. 66. 3. c. Ad rationem furti tria concurrunt.

Quid propriè furtum.

Z Prol. ad Tit. & 2. 2. l. c. in Sed contra.

Fur vnde dicatur.

A Matth. 21. lit. a. ibi, Speluncam latronum.

Furis & latronis differentia.

B Matth. 26. lit. f. ibi, ad latronem.

C Ioan. 10 l. 1. ibi, & latro.

D 2. 2. 66. 4. c. Furtum & rapina vnde peccata.

Inuoluntarium dupliciter; ex quo furti & rapinæ differentia.

E Ibid. ad 2. & a. 5. 8. & 9.

F 2. 2. 73. 1. c. & ad 1.

G 2. 2. 66. 4. ad 3.

Furtus species fraudis, rapina violentiæ.

H 2. a. 118. 8. ad 1. & 4.

d *Sanè*, si aliquis I consideret furti rationem, duas rationes peccati in eo inueniet. Primò quidem propter contrarietatem ad justitiam, quæ reddit vnicuique quod suum est: & sic furtum justitiæ opponitur, in quantùm est acceptio rei alienæ. Secundò ratione doli, seu fraudis, quam fur committit, occultè & quasi ex insidijs rem alienam vsurpando. Vnde manifestum est, quòd omne furtum est peccatum. *Et quidem per se mortale*: peccatum enim L mortale est, quod contrariatur charitati, secundùm quod est spiritualis animæ vita. Charitas autem consistit quidem principaliter in dilectione Dei, secundariò verò in dilectione proximi, ad quam pertinet, vt proximo bonum velimus & operemur. Per furtum autem homo infert nocumentum proximo in suis rebus: &, si passim homines sibi inuicem furarentur, periret humana societas. Vnde furtum, tanquam contrarium charitati, est peccatum mortale. *Et cum legitur Prou. 6.* Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit: *hoc dicitur duplici ratione*. Primò quidem M propter necessitatem inducentem ad furandum, quæ diminuit, vel totaliter tollit culpam; vnde subditur: *furatur enim, vt esurientem impleat animam*. Alio modo dicitur furtum non grandis esse culpa per comparationem ad reatum adulterij, quod punitur morte; vnde subditur de fure, quòd *deprebensus reddet septuplum: qui autem adulter est, perdet animam suam*. (*Vide* Adulterium.) *Vel intelligitur de paruitate materiæ furti*: Illud N quod modicum est, ratio apprehendit quasi nihil: & ideò in his, quæ minima sunt, homo non reputat sibi nocumentum inferri. Et ille, qui accipit, potest præsumere, hoc non esse contra voluntatem ejus, cujus est res. Et pro tanto, si quis furtiuè hujusmodi res minimas accipiat, potest excusari à peccato mortali. Si tamen (*nota*) habet animum furandi, & inferendi nocumentum proximo, etiam in talibus minimis potest esse peccatum mortale, sicut & in solo cogitatu per consensum: *quemadmodum & si quis intendat talium minimarum rerum furtum continuare; ex pluribus enim minimis fit aliquid magnum. Nihilominus pro qualitate furti interdum quis & pœna mortis punitur. Vnde ad illud Matth. 18.* Expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris; *docemur, quòd* hæc O erat pœna, quæ inferebatur ei, qui furtum fecerat: quia mola hujusmodi suspendebatur in collo ejus, & projiciebatur in mare. *Nunc verò suspendio necantur. Nec tamen pro furto quocunque*: *nam* pœnæ P præsentis

Duplex in furto peccati ratio.

I 2. 2. 66. 5. c.

L 2. 2. 66. 6. c. & 118. 4 Ma. 11. 2.

Et quidem mortalis.

Quo sensu dicatur Prou. 6. non grandis esse culpa.

M 2. 2. 66. 6 ad 1.

N Ibid. 3.

Paruitas materiæ excusat à mortali, nisi intentio perseueret damnificandi.

Pro qualitate furti aliquando & pœna mortis punitur.

O Matth. 18. lit. a. ibi.

Quo genere mortis olim.

P 2. 2. 66. 6. ad 2.

Digitized by Google

sentis vitæ magis sunt medicinales, quàm retributiuæ: retributio enim reseruatur diuino judicio, quod est secundùm veritatem, in peccantes. Et ideò secundùm judicium præsentis vitæ non pro quolibet peccato mortali infligitur pœna mortis, sed solùm pro illis, quæ inferunt irreparabile nocumentum; vel etiam pro illis, quæ habent aliquam horribilem deformitatem. Et ideò pro furto, quod irreparabile damnum non infert, non infligitur secundùm præsens judicium pœna mortis, nisi vt furtum aggrauatur per aliquam grauem circumstantiam, sicut patet de sacrilegio, quod est furtum rei sacræ; & de peculatu, quod est furtum rei communis: & de plagio, quod est furtum hominis, pro quo quis morte punitur, vt patet *Exodi* 21. Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum: conuictus noxæ, morte moriatur. *An verò qui sibi rem inuentam attribuit, furti sit reus judicandus: Respondet Author, quòd* circa res Q inuentas est distinguendum. Quædam enim sunt, quæ nunquam fuerunt in bonis alicujus, sicut lapilli & gemmæ, quæ inueniuntur in littore maris: & talia occupanti conceduntur. Et eadem ratio est de thesauris antiquo tempore sub terra occultatis, quorum non est aliquis possessor: nisi quòd secundùm leges ciuiles tenetur inuentor dare medietatem domino agri, si in alieno agro inuenerit. Propter quod in parabola Euangelij dicitur *Matth.* 13. de inuentore thesauri absconditi in agro, quòd *emit agrum illum*, quasi vt haberet jus possidendi totum thesaurum. Quædam verò res inuentæ fuerunt de propinquo in alicujus bonis: & tunc, si quis eas accipiat, non animo retinendi, sed animo restituendi domino, qui eas pro derelictis non habet, non committit furtum. Et similiter, si pro derelictis habeantur, & hoc credat inuentor, licèt sibi eas retineat, non committit furtum: aliàs autem committitur peccatum furti.

Peccatis, horribiliter deformibus, vel quæ irreparabile inferunt nocumentum, pœna mortis debetur.

Pro quibus furtis mors infligatur.

Q Ib. a. 5 ad 2.

Quid de rebus inuentis sentiendum.

c *Cæterùm propter necessitatem, vt prætactum est, rem accipere alienam licet*: Si tamen R adeò sit euidens, & vrgens necessitas, vt manifestum sit instanti necessitati de rebus occurrentibus esse subueniendum, putà cum immineat personæ periculum, & aliter subueniri non potest: tunc enim licitè potest aliquis ex rebus alienis suæ necessitati subuenire, siue manifestè siue occultè sublatis: nec hoc propriè habet rationem furti, vel rapinæ. *Quin & in casu* S similis necessitatis etiam potest aliquis occultè rem alienam accipere, vt subueniat proximo sic indigenti. *Et hoc: quia* quando T aliquis est in statu extremæ necessitatis, efficiuntur sibi omnia communia; vnde etsi per violentiam vel furtum acciperet, non peccaret. *Illud verò pro certo affirmandum, quòd* detinere V id, quod alteri debetur, eandem rationem nocumenti habet cum acceptione injusta: & ideò sub injusta acceptione intelligitur & injusta detentio. *An verò liceat rem suam ab alio detentam surripere: dicendum, quòd* ille X qui furtim accepit rem suam apud alium depositam, grauat depositarium: quia tenetur ad restituendum eam, vel ad ostendendum se esse innoxium. Vnde manifestum est, quòd peccat, & tenetur ad releuandum grauamen depositarij. Qui verò furtim accipit rem suam apud alium injustè detentam, peccat quidem, non quia grauet eum, qui detinet (& ideò non tenetur ad restituendum aliquid, vel ad recompensandum:) sed peccat contra communem justitiam, dum ipse sibi vsurpat suæ rei judicium, juris ordine prætermisso. Et ideò tenetur Deo satisfacere, & dare operam, vt scandalum proximorum, si inde exortum fuerit, sedetur. *At verò in hoc præcepto*, Furtum non facies, *Deut.* 5. omnia Y nocumenta, quæ pertinent ad damna in rebus proximi illata, intelliguntur prohiberi simùl cum furto. *Vnde* & per furtum Z

Licet, ob euidentem necessitatem, rem alienam accipere sine tenta furti, vel rapinæ.

R Ibid a. 7. fi. 6. & ad 2.

S Ibid. ad 3.

T 5. d. 15. 2. 1. q. 4. ad 3. fi. & a. 4. q. 2. ad 2.

Sub ratione injustæ acceptionis intelligitur & injusta detentio rei alienæ.

V 2. 2. 66. 5. ad 2. & q. 62. 8. c. & ad 1.

An liceat rem suam ab alio detentam surripere.

X 2. 2. 66. 5. ad 3.

In præcepto de furto omnia intelligũtur nocumenta in rebus proximi illata.

Y 2. 2. 122. 6. ad 2. & Op. 4. de 7 præc. q. 1.

prohibuit legislator omnem turpem quæstum. *Ex quo* committitur A furtum multis modis. *Primò* occultè accipiendo, Matth. 24. *Si sciret Paterfamilias, qua hora fur venturus esset &c.* Et hoc vituperabile est, quia est proditio quædam. *Secundò* violenter auferendo: & hæc est major injuria. *Vim fecerunt deprædantes pupillos &c.* Iob 24. *Tertiò* mercedem non soluendo, Leuit. 19. *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane.* Et in hoc intelligitur, quòd homo cuilibet dare debet quod suum est, siue Principi, siue Prælato, siue clerico, siue mercenario &c. *Rom.* 13. Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal &c. (*Sanè* tria B peccata dicuntur clamare ad Deum, sicut homicidium, de quo Gen. 4. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Scilicet Oppressio innocentum, Exod. 2. *Ascendit clamor filiorum Israel ad Deum.* Peccatum contra naturam, Genes. 18. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est.* Et detentio mercedis mercenariorum, Iac. 5. *Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.* Dicuntur autem clamare, sicut homicidium: quia homicidio assimilantur. In peccato enim contra naturam effunditur quod corporis humani potuit esse materia: in oppressione verò innocentum, & detentione mercedis aufertur pauperibus vita illorum; & ideò à Deo quasi homicidium reputatur, *Eccli.* 34. Panis egentium, vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. *Hinc illud Iac. 5. cit.* Ecce merces operariorum &c. quæ fraudata est à vobis, *exponitur*, scilicet C non reddendo, vel diminuendo, vel differendo reddere: *clamat*, idest facit clamare pauperes, & conqueri. Et dicit, *merces clamat*, non pauper: quia aliquando contingit, quod pauper non audet præ timore diuitis. Nec talis clamor caret effectu. Vnde sequitur: *& clamor eorum*, scilicet operariorum defraudatorum, *in aures Domini Sabaoth*, idest exercituum, hominum & Angelorum, qui potest vindicare, & vult, *introiuit*: & hoc dicit ad terrorem diuitum, vt sciant, Deum esse tutorem, & defensorem pauperum, Psalm. 9. *Tibi derelictus est pauper*; & Psalm. 21. *Non spreuit Dominus neque despexit deprecationem pauperis.*) *Quartò*, fraudem in mercationibus committendo, vnde dicitur Deuter. 25. *Non habebis in sacculo diuersa pondera.* Et Leuit. 19. *Nolite facere iniquum aliquid in judicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera justa, & æqua sint pondera, justus modius, æquusque sextarius.* Et Prou. 20. *Abominatio est apud Dominum pondus & pondus: statera dolosa non est bona.* Hoc est etiam contra caupones, qui miscent aquam vino. Hoc est etiam contra campsores, qui multas falsitates committunt: & contra venditores pannorum, & aliarum rerum. In hoc etiam prohibetur vsura, Psal. 14. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo?* Et post: *Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.* Sed dices forsitan: Quare non possum dare pecuniam, sicut equum, vel domum? Et dicendum, quòd in illis est peccatum, quæ bis venduntur. In domo autem sunt duo, scilicet substantia, & vsus. Aliud autem est habere domum, & aliud vti domo: vnde separatim possum vsum vendere sine domus venditione; & ita in omnibus hujusmodi. Si ergo aliqua sunt, quæ consistant in ipso vsu tantùm, & vsus eorum est distractio: non potest fieri id, quod de domo. Denarijs enim vtimur distrahendo, & frumento, consumendo: & ideò, si vsum vendis, bis vendis. *Quintò*, dignitates emendo siue temporales, siue spirituales. De primo Iob 20. *Diuitias, quas deuorauit, euomet: & de ventre illius extrahet*

Z 3 d. 37. 1. 2. q. 1. ad 2 fi.

Furtum multipliciter cõmittitur.

A Op. 4. de 7. præc. lat.

B Op. de 11. Pr. l. 7. c. vlt. & Iac. 5 § 3.

Inter peccata, quæ dicuntur clamare ad Deum clamare, fraudatio mercedis recẽsetur propter ejus grauitatem.

C Iac. 5. ibi.

Mercatores.

Caupones.

Campsores.

Venditores. Cur vsura illicita.

Digitized by Google

Tyranni. *trahet eas Deus*. Omnes enim tyranni, qui vi tenent regna, vel prouinciam, vel feudum, fures sunt, & omnes tenentur ad restitutionem. (*Quo sensu dicebat Augustinus*: Quid regna, nisi latrocinia?) De secundo Ioan.10. *Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro*. Et ideò simoniaci fures sunt. *Ex his omnibus deducitur, quàm veraciter prompserit initio Author ex illo Ier.9.* Omnis frater supplantans supplantabit: & omnis amicus fraudulenter incedet &c. *Omnis frater*, qui scilicet D conjungitur naturali fœdere, *supplantabit &c.* alienam rem injustè surripiens, in modo faciendi, & in verbo: *Omnes enim cujusque status, & conditionis, proximis jam damna inferunt, siue in re, siue in modo, siue in verbo*. *Nam* auaritia E ex eo quòd superabundat in accipiendo, secundùm quod est in corde auari, ex ea oritur *inquietudo*, quia ingerit homini solicitudines & curas superfluas: (*nullam tamen habet de diuitijs spiritualibus*.) Prout verò est in executione operis, sic in acquirendo aliena, vtitur quandoque quidem vi; & sic sunt *violentiæ*: quandoque autem dolo; qui quidem si fiat verbo, erit *fallacia* in simplici verbo, quo quis decipit alium ad lucrandum: in verbo verò juramento confirmato erit *perjurium*. Si autem dolus committatur in opere, sic in rebus quidem erit *fraus*: quantùm ad personas autem *proditio*, sicut patet de Iuda, qui propter auaritiam factus est proditor Christi. *An hæc omnia frequentiùs eueniant, ipsa sit experientia magistra, vt consideranti patebit*.

Et simoniaci fures sunt.

D Ier.9.ibi.

Omnes jam proximum fraudant vel verbo, vel opere.

E Ma 13.3.f. c. & 2.2.118. 8.c.

f *Porrò grauior est citra dubium rapinæ culpa, quàm furti*. *Nam* rapina F & furtum habent rationem peccati propter inuoluntarium, quod est ex parte ejus, cui aliquid aufertur: ita tamen, quod in furto est inuoluntarium per ignorantiam, in rapina autem est inuoluntarium per violentiam. Magis est autem aliquid inuoluntarium per violentiam, quàm per ignorantiam: quia violentia directiùs opponitur voluntati, quàm ignorantia: & ideò rapina est grauius peccatum, quàm furtum. Est & alia ratio: quia per rapinam non solùm infertur alicui damnum in rebus, sed etiam vergit in quandam personæ ignominiam, siue injuriam: & hoc præponderat fraudi vel dolo, quæ pertinent ad furtum. *Neque ex eo, quòd magis de furto verecundamur, grauius dicendum est, quàm rapina*: *siquidem* contingit G aliqua grauiora peccata minùs esse verecundabilia, vel quia minus habent de ratione turpitudinis, sicut peccata spiritualia, quàm carnalia: vel quia in quodam excessu temporalis boni se habent: sicut magis verecundatur homo de timiditate, quàm de audacia, & de furto, quàm de rapina, propter quandam speciem potestatis. *Vel, vt alibi, quia* homines H sensibilibus inhærentes, magis gloriantur de virtute exteriori, quæ manifestatur in rapina, quàm de virtute interiori, quæ tollitur per peccatum: & ideò minùs verecundamur de rapina, quàm de furto. *Hinc valdè exosa* I est Deo rapina, Is.61. *Ego Dominus diligens judicium, & odio habens rapinam in holocausto*. Exosa *inquam* est Deo rapina, etiam cum inde ei obsequium exhibetur, Eccli.34. *Qui offert Sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu Patris sui*. Cùm substantia pauperum, vita sit eorum, qui offert eam Domino, quasi vitam vel sanguinem pauperum, qui sunt filij Dei, ei offert: vnde substantia pauperum, sanguis vocatur, Ier.2. *In alis suis inuentus est sanguis animarum pauperum*. Alæ sunt pretiosorum palliorum extremitates, in quibus sanguis animarum inuenitur, cum de rapinis pauperum fiunt. Cum his alis non de facili volant in Cœlum raptores: (*sunt enim alæ struthionum, quæ à terra, hoc est à terrenis, non eleuant*.) Multùm ab opposito placet rapina diabolo, multùm assimilans ei hominem: ipse enim fuit primus raptor, volens Dei altitudinem rapere, cum ait: *Similis ero Altissimo*, Is.14. Et adhuc incessanter laborat, vt bona nostra rapiat. *Raptorum, & præpotentum hujusmodi* magnitudinem L malitiæ ostendit Spiritus Sanctus in Scriptura sacra, dicens, eos excoriare pauperes, atterere, commolere, comedere, deuorare. Mich.3. habetur de primo: *Odio habetis bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnes eorum desuper ossibus eorum*. De secundo & tertio Is.3. *Rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis?* De quarto Eccli.13. *Venatio leonis onager in eremo: sic & pascua diuitum sunt pauperes*. De quinto Ezech. 19. *Factus est leo: & didicit prædam capere, & homines deuorare*. Raptores hoc pauperibus dicuntur facere, quando ea faciunt rebus, quæ vitæ eorum sunt necessariæ. Cùm raptor excoriat vnum bouem, quem habet pauper homo, tale est pauperi, ac si eum excoriaret. Vnde Dauid 2. *Reg.*12. cum proposuisset ei Nathan parabolam de diuite habente oues & boues plurimos valdè, qui abstulerat pauperi homini vnicam ouem, quam nutrierat vt filiam, & valdè charam habebat, parcens suis, & parans ex ea conuiuium cuidam peregrino, qui ad illum diuitem venerat: respondit, raptorem illum esse morte dignum, quasi homicidium commisisset: *Viuit* inquit *Dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc*. Secundùm hunc modum raptor molit pauperem, cum frumentum pauperi necessarium molit. Carnem & sanguinem auferunt raptores pauperibus, cum auferunt eis illa, quæ ipsi acquisierunt labore & sudore, & proprij corporis consumptione: quæ etiam proprio corpori subtraxerunt, vt in carnem conuerterentur & sanguinem. Plus raptor facit pauperi, quàm si eum excoriaret; tunc enim suam pellem ei auferret: sed nunc pauperi aufert quod non suum est, sed quod ei accommodatum est ab vsurarijs, & quod jam comedit & bibit. Expendit enim pauper multoties frumentum & vinum, antequam illa colligat. Pauper à raptore commolitur: quia inter spem euasionis, & metum deprædationis, quasi inter duas molas, affligitur. Item *facies pauperum commolitur*: ad tantam enim maciem faciunt eos deuenire præ nimia paupertate, quòd videntur genæ eorum depressæ fuisse inter duas molas. Ideò Spiritus Sanctus diuersis bestijs crudelibus raptores comparat, vt leoni, & vrso, Prou.28. *Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem*. Lupo etiam comparatur; vnde *Boetius* in lib. de Consol. *Alienarum* inquit *opum violentum ereptorem, lupi similem dixeris*. Malitiæ magnitudinem, quæ in talibus est, ostendit Salomon Prou.30. dicens: *Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus*. Dentes sunt, quia pauperes comedunt & deuorant: gladij vero sunt, quia eos occidunt, dum vitam eorum eis auferunt, *juxta illud Eccli.34.* Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. *His adsonat illud Psal.9.* Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua: insidiatur, vt rapiat pauperem: *idest*, bona M pauperis per violentiam, vel fraudulentiam. Et subdit modum rapinæ: *rapere pauperem, dum attrahit eum*, alliciendo scilicet promissis, vel violentiâ, vel fraudulentiâ, Prou.7. *Blanditijs labiorum protraxit illum*.

Rapina furto grauior.

F 2. 2. 66.9 c. & 73.3. ad 2. & 1 16. 2 ad 1. Op. de err. Pr. l.4. c.8.f.

Cur de grauioribus aliquando peccatis minùs verecundemur, quàm de minus grauibus; sicut magis de furto, quàm de rapina.

G 2 2. 144.2. ad 4.

H 2. 2. 66. 9. ad 2.

I Op. de erud. Pr. l.4. c.5.

Rapina Deo exosa.

L Op. eod l. 6. c.1. & lib 4 c. 6. & Ps. 9. per totum. Iob 24. l.1. & 2.2. 65. 4. ad 2.

Raptorum & præpotentum malitia, pauperibus damnosa, describitur.

M Ps 9. lit.n. ibi.

g *Profectò imminet his à majori* N *& fortiori oppressio*: vult enim Deus eos opprimi ab aliquo potentiori, sicut ipsi minùs potentes opprimunt (*Per quæ enim peccat quis* Sap. 11. *per hæc & torquetur*:) juxta illud Psalm.57. *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus*.

Iusta manet & hic raptores pœna.

N Op. cit. lib. 6. c 6. & lib.4. c.5.

Digitized by Google

nus. Per dentes & molas leonum intelligitur potestas deuorandi pauperes & conterendi, quam interdum Dominus eis aufert. Et justo Dei judicio fit: vt qui plus volebant habere, quàm deberent, non habeant etiam quod deberent habere. Sicut lupus (*post pauca*) odio habetur ab hominibus, & à cæteris animalibus, quia non viuit nisi ex eis, quæ rapit: sic tales odio habentur. In hoc tamen est differentia: quia lupi non exercent rapinam contra lupos, sed contra animalia alterius speciei. Sed raptores homines exercent rapinam contra homines, qui sunt ejusdem speciei cum eis. *Sed & multiplex eos pœna manet. Nam &* in Mundo O isto punit Deus raptores multipliciter: scilicet paupertate, sterilitate, mortis acceleratione, & quòd gladio moriuntur: filij etiam eorum mendici fiunt, & gladio pereunt. De paupertate habetur Prou.11. *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt*. Hujus paupertatis potest causa triplex assignari. Prima est, quòd ipsi, Deo relicto, qui est fons, & causa, & origo bonorum, de indigentijs pauperum repleri volunt: de quo conqueritur Dominus Ier.2. *Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ*. Deberent Deo seruire, & ab eo necessaria sperare; non laboribus pauperum inhiare: de paupertate enim non colligitur abundantia. Secunda causa est: quia alij deprædantur eos, sicut ipsi spoliant pauperes (*vt præmissum est*) Is.33. *Væ qui prædaris: nonne & ipse prædaberis?* & Habac.2. *Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes, qui reliqui fuerint de populis, propter sanguinem hominis &c.* Tertia causa est: quia creaturæ in locis sibi deputatis conseruantur & quiescunt; in locis verò, vbi violenter ponuntur, non quiescunt: sicut ponderosa quiescunt in infimis locis, leuia in supernis. Si verò in alijs locis ponantur violenter, ad sua loca reuertuntur. Sic accidit de diuitijs, quæ à raptoribus violenter occupantur. Multoties sterilitas pœna raptorum est: cum enim contra Deum acquirere velint quæ possideant, Dominus negat eis, vel eorum successoribus, qui ea possideant, non dando eis heredem, Eccli.40. *Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos*. De mortis acceleratione dicitur in Psal.54. *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos*. Quòd raptores gladio moriantur, habetur Ier.22. *Væ qui ædificat domum suam in injustitia &c.* Et quibusdam interpositis, subditur: *Propterea hæc dicit Dominus: Væ frater, & væ soror: non concrepabunt ei: væ dominæ, & væ inclytæ. Sepultura asini sepelietur, putrefactus, & projectus extra portas Ierusalem*. De hoc, quòd filij eorum mendici fiant, & gladio pereant, habetur Nah.2. *Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leænis suis, & impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina*. Et subditur. *Ecce ego ad te, dicit Dominus: leunculos tuos comedet gladius, & exterminabo de terra prædam tuam*. Et Iob 27. *Hæc est pars hominis impij apud Deum, & hereditas violentorum, quam ab Omnipotente suscipient: Si multiplicati fuerint filij ejus, in gladio erunt, & nepotes ejus non saturabuntur pane*. Rapinæ sunt quasi molæ asinariæ fune amoris collo raptorum suspensæ, in profundum Inferni eos submersuræ, *juxta illud* Prou.21. Rapinæ impiorum detrahent eos. *Quòd si fures, mola ad collum alligata, vt vidimus, necabantur: quantò magis raptores violenti, & pauperum oppressores?* His cohæret quod dicitur Apoc.18. Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon (*hoc est, vniuersitas impiorum, vt alibi expositum est*) & vltrà jam non inuenietur. *Temporaneæ siquidem pœnæ, raptoribus justè inflictæ, initia sunt dolorum respectu æterni supplicij, quod eos manet in futura vita*.

Odio habentur tanquam lupi, immò & his pejores.

O Op. cit. l. 4. c. 8 & Psal. 9. Iob 27. l. 1. Apoc. 18. com. 1. & 2 alibi, molarem.

Multipliciter eos Deus hic punit.

h *Et quidem* multa sunt P quibus perpenditur, quòd Dominus multùm sit puniturus raptores, qui sua auferunt pauperibus. *Primò* per hoc, quòd ita districtè judicat eos, qui sua non largiuntur pauperibus. Si enim damnantur qui sua pauperibus non distribuunt: quid fiet illis, qui bona eorum auferunt? Vnde ex glossa super *Luc.16.* habetur: *Non reprehenditur diues, quòd aliena rapuerit, sed quòd sua non erogauerit*. Ad idem facit illud Matth.25. *Tunc dicet Rex his, qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum*. Et subditur causa: *Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare*. Raptoribus verò poterit dicere: *Esuriui, & abstulistis mihi quod debebam manducare*. Ori meo subtraxistis quod porcis & canibus dedistis. Porci sunt homines voluptuosi: canes verò detractores, qui auferunt de ore Dei quod ponunt in ore diaboli. Os pauperis os Dei est: os diaboli os impij est. Ad literam etiam, de rapinis pauperum pascunt canes & aues. *Secundò* per lacrymas viduarum & pupillorum, quibus injuriantur, quæ contra eos multùm prouocant Dominum: de quibus legitur Eccli.35. *Non despiciet preces pupilli; nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio ejus super deducentem eas? A' maxilla enim ascendunt vsque ad Cœlum: & Dominus exauditor non delectabitur in illis*. Minus dicit, & plus significat: immò multùm offendetur. Multùm est timendum raptoribus de salute sua: preces enim eorum non exaudiuntur propter peccatum rapinæ, Is.1. *Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt*. Orationes etiam bonorum pro eis factæ non exaudiuntur, quia aduersantur eis lacrymæ pupillorum & viduarum, quæ violentæ sunt in precibus, vt dicit *Augustinus* super illud, *Auribus percipe lacrymas meas*, Psal.38. *Tertiò* per magnum amorem, quem Deus habet ad pauperes: qui tantus est, quòd sibi reputat fieri quod eis fit, Matth.25. *Quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*. Propter eos venit in Mundum istum, Psal.11. *Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus*. In primo etiam verbo nouæ legis communicauit eis regnum suum, Luc.6. *Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei*. Vnde verisimile est, quòd districtè judicaturus sit pauperum oppressores, *juxta illud Psalm.* 71. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. *Prou.23.* Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas: propinquus enim illorum (*scilicet Deus, Psal.144.* Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum:) fortis est, & ipse judicabit contra te causam illorum. *Et cap.22.* Non facias violentiam pauperi, quia pauper est: neque conteras egenum in porta: quia judicabit Dominus causam ejus, & configet eos, qui confixerunt animam ejus. *Quartò* per hoc, quòd pauperes, quos spoliauerunt, erunt judices, *juxta illud Iob 36.* Iudicium pauperibus tribuit. *Et Sap.5.* Tunc stabunt justi in magna constantia aduersùs eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum: *hoc est, aduersùs raptores suos & oppressores*.

P Op. cit. l. 4. c. 3.

Districtiùs eos judicat, vt & in futura vita seuerè mulctet.

Lacrymæ viduarum & pupillorum prouocant Dominum contra raptores.

Quorum Orationes non exaudiuntur à Deo, nec preces pro eis factæ.

Minæ contra pauperum oppressores.

i *Præfata cuncta, & similia*, debent Q nos inducere ad furtum cauendum. Et primò ex grauitate ipsius: assimilatur enim hoc peccatum homicidio (*vt visum est*.) Secundò ex periculi qualitate: nullum enim peccatum est ita periculosum, eo quòd nullum peccatum remittitur sine satisfactione & pœnitentia. De omnibus citò pœnitet quis: sicut patet de homicidio, cessante ira: ita & de fornicatione, cessante passione concupiscentiæ, & sic de alijs. De hoc autem peccato licet aliquando pœniteat quis, non tamen de facili satisfacit: & maximè, cum non solùm teneatur de eo, quod accepit, sed etiam de damno, quod fecit patrono ex hoc:

Q Op. 4. de 7. præc. § 2. Furtum graue peccatum, & periculosum animæ.

Et hoc propter difficultatem satisfactionis.

Digitized by Google

ex hoc: & cum hoc etiam tenetur facere pœnitentiam de peccato. Ideò dicitur Habac. 2. *Væ ei, qui multiplicat non sua. Vsquequò & aggrauat contra se densum lutum?* Densum lutum dicit, quòd non de facili homo egreditur (*vt experimento docemur.*) Scias insuper, quòd talis non solùm suam amittit animam, sed etiam filiorum, quia illi tenentur reddere. *At de restitutione* Num. seqq. *Interim ab Authore instruimur, quòd* debemus R nos custodire à quadruplici fure. Fur est diabolus, animas deuorando, Ioan. 10. *Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat.* Fur est detractor, famam rapiendo, Eccli. 20. *Potior fur, quàm assiduitas viri mendacis.* Fur est inanis gloria, mercedem tollendo, Ose. 7. *Fur ingressus est spolians, latrunculus foris.* Fur est dies Domini, improuisus veniendo, 1. Thess. 5. *Dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.* A' diabolo debemus nos custodire, ei resistendo, Iac. 4. *Resistite diabolo, & fugiet à vobis*; & 1. Pet. 5. *Cui resistite fortes in fide.* A' detractore, benè conuersando, 1. Petr. 2. *Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam.* Ab inani gloria, sic faciendo ex Gregorio opus S nostrum in publico, vt intentio maneat in occulto, Matth. 6. *Attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis &c.* A die Domini, semper eam in sanctitate expectando, 1. Thess. 5. *Vos autem, fratres, non estis in tenebris, vt vos dies illa, tanquam fur, comprehendat.* *DISCE pauperibus erogare, non rapere. Vide* Auaritia, Auarus, Diues, Eleemosyna, Lingua, Simonia, Vsura.

R *Serm. ex Euang. in fest. S. Greg.*

A' quatuor cauendum furibus.

S *Matth. 5. lit. e. ibi: sic luceat. & cap. 6. lit. a.*

VIII. Nisi redintegretur æqualitas, non potest aliquis esse justus. *Quol.* 12. *a.* 25. *c.*

1 RESTITUERE T nihil aliud esse videtur, quàm iteratò aliquem statuere in possessionem, vel dominium rei suæ. Et ita in restitutione attenditur æqualitas justitiæ secundùm recompensationem rei ad rem: quod pertinet ad justitiam commutatiuam. Et ideo restitutio est actus commutatiuæ justitiæ, quando scilicet res vnius ab alio habetur vel per voluntatem ejus, sicut in mutuo, vel deposito: vel contra voluntatem ejus, sicut in rapina, vel furto. *Verùm restitutio dicitur aliquando & satisfactio. Pro quo sciendum, quòd* inæqualitas V justitiæ apposita duobus modis contingit. Vno modo in rebus exterioribus, vt quando vnus rem alienam detinet. Alio modo in actionibus & passionibus, sicut cum quis alium per violentiam verberat. Et hæc duo aliquando separata sunt, vt per se patet: aliquando autem conjunguntur, vt cum quis per violentiam accepit, in quo ei, à quo accepit, injuriam & contumeliam infert. Et secundùm hoc reparatio inæqualitatis justitiæ dupliciter significatur. Reparatio enim inæqualitatis existentis in rebus, restitutio dicitur: reparatio autem inæqualitatis in actionibus & passionibus, satisfactio nominatur. Et ideò quandoque est satisfactio sine restitutione aliqua, vt cum quis se proximo humiliat de aliquibus contumeliis ei dictis: aliquando autem est restitutio sine satisfactione, vt cum quis mutuum reddit: aliquando autem vtrumque exigitur, vt cum quis alicui per violentiam rem suam subtraxit. *Est autem ablati restitutio de necessitate salutis.* Nam restituere X importat redditionem illius rei, quæ injustè ablata est: sic enim per iteratam ejus exhibitionem æqualis reparatur. Si verò justè ablatum sit, inæqualitas erit, vt ei restituatur: quia justitia in æqualitate consistit. Cum ergo conseruare justitiam sit de necessitate salutis, consequens est, quod restituere id, quod injustè ablatum est alicui, sit de necessitate salutis. *Et hoc est, quod ajebat initio Author:* Nisi reintegretur Y æqualitas, non potest aliquis esse justus; *& consequenter, ablatum restituere est ad hominis salutem necessarium. Quantum verò debeat restitui: dicendum, quòd* cum aliquis Z injustè accepit rem alienam, duo sunt ibi consideranda: quorum vnum est inæqualitas ex parte rei, quæ quandoque est sine injustitia, vt patet in mutuis: aliud autem est injustitiæ culpa, quæ potest esse etiam cum æqualitate rei, puta cum aliquis intendit inferre violentiam, sed non præualet. Quantùm ergo ad primum, adhibetur remedium per restitutionem, in quantùm per eam æqualitas reparatur: ad quod sufficit, quòd restituat tantum, quantum habuerit de alieno. Sed quantùm ad culpam, adhibetur remedium per pœnam, cujus inflictio pertinet ad judicem. Et ideo, antequam sit condemnatus per judicem, non tenetur restituere plus quàm accepit: sed postquam condemnatus est, tenetur pœnam soluere. *Et hoc pacto fures in veteri testamento damnabantur per judicem ad plus soluendum, quàm surripuerant, juxta legem positam Exod. 22.* Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit vel vendiderit: quinque boues pro vno boue restituet, & quatuor oues pro vna oue. *Item:* Si inuentum fuerit apud eum quod furatus est, viuens, siue bos, siue asinus, siue ouis: duplum restituet. *Item:* Si quis commendauerit amico pecuniam, aut vas in custodiam, & ab eo, qui susceperat, furto ablata fuerint: si inuenitur fur, duplum reddet &c. *Quocirca docemur, quòd* in pœna A furti considerabatur secundùm legem id, quod frequenter accidere poterat: & ideo pro furto aliarum rerum, quæ de facili custodiri possunt à furibus, non reddebat fur, nisi duplum. Oues autem non de facili possunt custodiri a furto, quia pascuntur in agris: & ideò frequentiùs contingebat, quòd oues furto subtraherentur. Vnde lex majorem pœnam apposuit, vt scilicet quatuor oues pro vna oue redderentur. Adhuc autem boues difficiliùs custodiuntur, quia habentur in agris, & non ita pascuntur gregatim, sicut oues: & ideò adhuc hic majorem pœnam apposuit, vt scilicet quinque boues pro vno boue redderentur. Et hoc dico, nisi fortè idem animal inuentum fuerit viuens apud eum: quia tunc solùm duplum restituebat, sicut & in cæteris furtis: poterat enim haberi præsumptio, quòd cogitaret restituere, ex quo viuum seruasset. Vel potest dici *secundùm glossam*, quòd bos habet quinque vtilitates: quia immolatur, arat, pascit carnibus, lac dat, & corium etiam diuersis vsibus ministrat; & ideò pro vno boue quinque boues reddebantur. Ouis etiam habet quatuor vtilitates: quia immolatur, pascit, lac dat, & lanam ministrat. *Et hoc sensu legitur* Prou. 6. *de fure:* Furatur enim vt esurientem impleat animam: deprehensus quoque reddet septuplum, & omnem substantiam domus suæ reddet. *Nunc autem eadem pœna non infligitur, quia illud erat præceptum judiciale:* ad obseruantiam autem judicialis B præcepti nullus tenetur post Christi aduentum. Potest tamen idem, vel simile statui in lege humana, de qua erit eadem ratio. *Et tunc quidem* pœna C seruitutis infligebatur furi, quando non habebat quod posset restituere, *Exod.* 22. Si non habuerit quod pro furto reddat, ipse venundabitur: *vt scilicet solueret in persona qui non habebat in bonis: sicut & modò in carcerem detruditur. Igitur, quantùm ad ablationem rei, sufficit restituere quod ablatum est.* In quibus *autem* non potest D recompensari æquiualens, sufficit quod recompensetur quod possibile est: sicut patet de honoribus, qui sunt ad Deum, & ad parentes, vt dicitur in 8. *Ethic.* Et ideò E si aliqua sunt ablata, quæ omnino restitui non possunt, sufficit voluntas restituendi cum tanta

T 2. 2. 62. 1. c. *In 4. d.* 15. 1. 5. q. 4. c.

Quid restitutio, & vnde dicatur.

Actus est justitiæ commutatiuæ.

V 4. d. 15. 1. 5. q. 1. c. & 2. 2. 1. c. ad 2.

Iustitiæ inæqualitas contingit vel in rebus exterioribus, vel in actionibus & passionibus.

Reparatio inæqualitatis in rebus dicitur restitutio: inæqualitatis verò in actionibus dicitur satisfactio.

X 2. 2. 62. 2. c. *In 4. l. c. a. 5. q. 2.*

Restitutio ablati de necessitate salutis.

Y *Quol.* 12. *a.* 25. *c.*

Z 2. 2. 62. 3. c.

Quantum restitui debeat.

Aliud inæqualitas rei, aliud injustitiæ culpa.

Plus, quàm abstulit, reddit fur in judicio, propter injustitiæ culpam.

A 1. 2. 105. 2. *ad* 9. & 108. 3. *ad* 2.

Quinque bouis vtilitates, & ouis quatuor.

B 2. 2. 62. 3. *ad* 1. *In* 4. *d.* 15. 1. 5. q. 2. *ad* 5.

C 1. 2. 105. 2. *ad* 10.

Soluit in persona qui non habet in bonis, in judicio.

D 2. 2. 62. 3. *ad* 1. *In* 4. *d.* 15. 1. 5. q. 2. c.

E *In* 4 *loc. cit.* & *ad* 2. & 2. 2. *l. c.*

Extra quod reddat quod & quomodo potest, & compenset.

Digitized by Google

tanta restitutione, quanta possibilis est, secundùm conditionem vtriusque ad arbitrium bonorum.

Ad restitutionem tenentur & damnificantes: quod dupliciter contingit.

m. *Neque verò qui aufert tantùm, ad restitutionem tenetur, sed & qui quocunque modo proximum damnificat.* Porrò aliquis F damnificatur dupliciter.

F 2. 2. 62. 4. c.

Vno modo, quia aufertur ei quod actu habebat: & tale damnum est semper restituendum secundùm recompensationem æqualis: putà, si aliquis damnificet aliquem, diruens domum ejus, tenetur ad tantum, quantum valet domus. Alio modo, si damnificet aliquem, impediendo ne adipiscatur quod erat in via habendi. Et tale damnum non oportet recompensare ex æquo: quia minus est habere aliquid virtute, quàm habere actu. Qui autem est in via adipiscendi aliquid, habet illud solùm secundùm virtutem, vel potentiam: & ideò, si redderetur ei, vt haberet hoc in actu, restitueretur ei quod est ablatum, non simplum, sed multiplicatum: quod non est de necessitate restitutionis. Tenetur tamen aliquam recompensationem facere secundùm conditionem personarum & negociorum.

Vtrumque damnum non æqualiter cõpensandum.

G 4. d. 15. 2. 5. q. 2. ad 4. & 2.

Ex quo deducitur, quòd ille G qui subfodit semina, non tenetur ad tantum, quantum agri fructus valituri erant, sed quantum ager sic seminatus valere consueuit: quia multis de causis potest impediri agrorum fructus. Et similiter dicendum de eo, cui debitum non restituitur suo tempore: quia non tenetur restituere tantum, quantum lucrari potuisset, sed secundùm æstimationem lucri, quod accidere consueuit pensato labore, & infortunijs etiam, quæ in lucro accidere aliàs possent: quia lucrum non causatur tantùm ex pecunia, sed ex industria & labore.

H 2. 2. 62. 4. ad 1. & 2.

Et ratio horum est: quia ille H qui semen sparsit in agro, nondum habet messem in actu, sed solùm in virtute. Et similiter ille, qui habet pecuniam, nondum habet lucrum in actu, sed solùm in virtute: & vtrunque potest multipliciter impediri.

I 2. 2. 62. 5. c. In 4. d. 15. 1. 5. q. 4.
Restitutio ei facienda, cui ablatum est.

Et ei quidem, cujus res est, restitutio facienda: quia per restitutionem I fit reductio ad æqualitatem commutatiuæ justitiæ, quæ consistit in rerum adæquatione. Hujusmodi autem rerum adæquatio fieri non potest, nisi ei, qui minus habet, quàm quod suum est, suppleretur quod deest. Et ad hanc suppletionem faciendam necesse est vt ei fiat restitutio, à quo acceptum est.

L In 4. loco cit. ad 1.
Cum rei ablatæ incertus est dominus, pauperes sunt heredes.

Verumtamen sciendum, quòd quando L incertus est dominus rerum ablatarum, pauperes sunt heredes. *Et ideò,* si fit M omnino ignotus, debet homo restituere secundùm quod potest, dando scilicet in eleemosynas pro salute ipsius, siue sit mortuus, siue sit viuus, præmissa tamen diligenti inquisitione de persona ejus, cui est restitutio facienda.

M 2. 2. 62. 5. ad 3. In 4. loco cit. ad 2.
Si mortuus est, heredi restituendum.
Quid, si sit multùm distans.

Si verò sit mortuus ille, cui est facienda restitutio, debet restitui heredi ejus, qui computatur quasi vna persona cum ipso. Si verò sit multùm distans, debet sibi transmitti quod ei debetur, & præcipuè si sit res magni valoris, & possit commodè transmitti: alioquin debet in aliquo loco tuto deponi, vt pro eo conseruetur, & domino significari. *Hinc deducitur, quòd qui in deprædatione cujuspiam loci, vel villæ, vel ciuitatis, plures damnificauit, & ignorat cui debeat sublatum restituere,* debet N pauperibus illius villæ restituere: vel in alios vsus communitatis illius ciuitatis expendere, secundùm arbitrium Episcopi, vel illorum, ad quos pertinet cura illius ciuitatis.

N In 4. loc. cit. ad 3.

O 2. 2. 62. 5. ad 1.
An restituendum, quando res restituta cedit in graue damnum illius, cui redditur, vel alterius.

Vnum aduerte, quòd quando O res restituenda apparet esse grauiter nociua ei, cui restitutio facienda est, vel alteri, non ei debet tunc restitui: quia restitutio ordinatur ad vtilitatem ejus, cui restituitur. Omnia enim, quæ possidentur, sub ratione vtilis cadunt. Nec tamen debet ille, qui detinet rem alienam, sibi eam appropriare: sed vel reseruare, vt congruo tempore restituat: vel etiam alibi tradere, tutiùs conseruandam.

P 2. 2. 62. 6. c.
Duo consideranda in furto: scilicet res accepta, & acceptio.

n *Cæterùm* circa illum P qui rem alienam accepit, duo sunt consideranda: scilicet ipsa res accepta, & ipsa acceptio. Ratione autem rei, tenetur eam restituere, quandiu eam apud se habet: quia quod habet vltra id, quod suum est, debet ei subtrahi, & dari ei, cui deest, secundùm formam commutatiuæ justitiæ. Sed ipsa acceptio rei alienæ potest tripliciter se habere.

Rei acceptio tripliciter se habet.

Quandoque enim est injuriosa, scilicet contra voluntatem existens ejus, qui est rei dominus, vt patet in furto & rapina: & tunc tenetur ad restitutionem non solum ratione rei, sed etiam ratione injuriosæ actionis, etiamsi res apud ipsum non remaneat. Sicut enim qui percutit aliquem, tenetur recompensare injuriam passo, quamuis apud ipsum nihil maneat: ita etiam qui furatur vel rapit, tenetur ad recompensationem damni illati, etiamsi nihil inde habeat: & vlteriùs pro injuria illata debet puniri. Alio modo aliquis accipit rem alterius in vtilitatem suam absque injuria, cum voluntate scilicet illius, cujus res est; sicut patet in mutuis. Et tunc ille, qui accipit, tenetur ad restitutionem ejus, quod accepit, non solùm ratione rei, sed etiam ratione acceptionis, etiam si rem amiserit: tenetur enim recompensare ei, qui gratiam fecit, quod non fieret, si per hoc, damnum incurrat. Tertio modo aliquis accipit rem alterius absque injuria, non pro sua vtilitate, sicut patet in depositis. Et ideò ille, qui sic accipit, in nullo tenetur ratione acceptionis; quinimmò accipiendo, impendit obsequium: tenetur autem ex ratione rei. Et propter hoc, si ei subtrahatur res absque sua culpa, non tenetur ad restitutionem: secus autem esset, si cum magna sua culpa rem depositam amitteret.

Q 2. 2. 62. 7. c. In 4. d. 15. 1. 5. q. 1.
Quicunque est causa injustæ acceptionis, licèt non ipse acceperit, ad restitutionem tenetur.

Sed & quamuis aliqui reipsa alienum non acceperint: attamen quicunque Q est causa injustæ acceptionis, tenetur ad restitutionem: quod quidem contingit dupliciter, scilicet directè, & indirectè. Directè quidem, quando inducit aliquis alium ad accipiendum: & hoc quidem tripliciter. Primo modo mouendo ad ipsam acceptionem: quod quidem fit præcipiendo, consulendo, consentiendo expressè, & laudando aliquem quasi strenuum (*vel ingeniosum, vt non rarò experimur*) de hoc, quod aliena accipit.

Tripliciter quis potest esse directè causa malæ acceptionis.

Alio modo ex parte ipsius accipientis, quia scilicet eum receptat, vel qualitercunque ei auxilium fert. Tertio modo ex parte rei acceptæ, quia scilicet particeps est furti, vel rapinæ, vel quasi socius maleficij. Indirectè verò, quando aliquis non impedit, cum possit, & debeat impedire: vel quia subtrahit præceptum siue consilium impediens furtum vel rapinam: vel quia subtrahit suum auxilium, quo posset obsistere, vel quia occultat post factum. Quæ his versibus comprehenduntur:

Qualiter indirectè.

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

Quinam, vt causæ furti, obligentur ad restitutionem.

Sciendum tamen, quòd quinque præmissorum semper obligant ad restitutionem. Primò *jussio*: quia ille, qui jubet, est principaliter mouens: vnde ipse principaliter tenetur ad restitutionem. Secundò *consensus* in eo, sine quo rapina fieri non potest. Tertiò *recursus*, quia scilicet aliquis est receptator latronum, & eis patrocinium præstat. Quartò *participatio*, quando scilicet aliquis participat in crimine latrocinij, & in præda. Quintò tenetur ille, qui *non obstat*, cum obstare teneatur. Sicut principes, qui tenentur custodire justitiam in terra, si per eorum defectum latrones increscunt, ad restitutionem tenentur: quia reditus, quos habent, sunt quasi stipendia ad hoc instituta, vt justitiam conseruent in terra. In alijs autem casibus enumeratis non semper obligatur aliquis ad restituendum: non enim semper consilium, vel adulatio, vel aliquid hujusmodi, est efficax causa rapinæ. Vnde tunc solùm tenetur *consiliator*, aut *palpo*,

Digitized by Google

palpo, idest *adulator*, ad restitutionem, quando probabiliter æstimari potest, quòd ex hujusmodi causis fuerit injusta acceptio subsecuta. *Verùm principaliter* R tenetur restituere ille, qui est principalis in facto; principaliter quidem præcipiens, secundariò verò exequens, & consequenter alij per ordinem. Vno tamen restituente illi, qui passus est damnum, alius eidem restituere non tenetur: sed illi, qui sunt principales in facto, & ad quos res peruenit, tenentur alijs restituere, qui restituerunt: *Vel* magis S refusionem facere ei, qui restituit: quod tamen potest condonare.

R 2. 2. loc. cit. ad 2. In 4. loco cit. f. c.

Vno restituente, an alij debeant obligentur.

S 2. 2. l. c. a. 6. ad 3.

o *Quòd si fur, antequam restituat, moriatur, tenentur filij ad restituendum quod à Patre sublatum est. Nam, licèt* pœna T spirituali, quæ pertinet ad animam, filius nunquam puniatur pro Patre, secundùm illud Ezech. 18. *Filius non portabit iniquitatem Patris*: tamen quantùm ad pœnam corporalem, filij pro parentibus puniuntur, præsertim quando conformantur parentibus in culpa. Quantùm enim ad corpus, quod à parente traducitur, filius est aliquid Patris. *Et sic* heredes V alicujus furis obligantur pro furto patris secundùm jura canonica, etiamsi nihil ad eos de furto peruenerit, lite etiam non contestata cum patre. *Sanè redditio rei cui sublata est & debetur, ipsorum parentum subuentioni præfertur*. *Vnde* si aliquis X habet pecuniam, aut rem aliquam alterius vel furto sublatam, vel mutuo acceptam, siue depositam, vel aliquo alio simili modo, quantùm adhoc debet homo priùs reddere debitum, quàm ex eo benefacere conjunctis: nisi fortè esset tantæ necessitatis articulus, in quo etiam liceret ipsi rem alienam accipere ad subueniendum necessitatem patienti: nisi fortè & ille, cui res debetur, in simili necessitate esset. In quo tamen casu pensanda esset vtriusque conditio secundùm alias conditiones requisitas prudentis judicio: quia in talibus non potest vniuersalis regula dari, propter varietatem singulorum casuum, vt Philosophus dicit in 9. Ethic. *Postremò*, sicut Y accipere rem alienam, est peccatum contra justitiam; ita etiam detinere eam: quia per hoc, quòd aliquis detinet rem alienam inuito domino, impedit eum ab vsu rei suæ; & sic ei facit injuriam. Manifestum est autem, quòd nec per modicum tempus licet in peccato morari: sed quilibet tenetur peccatum statim deserere, secundùm illud Eccli. 21. *Quasi à facie colubri fuge peccatum*. Et ideò quilibet tenetur statim restituere. *Et quidem* retentio Z rei alienæ inuito domino, contrariatur præcepto negatiuo, quod obligat semper & ad semper: & ideò tenetur statim ad reddendum: secus autem est de impletione præcepti affirmatiui, quod obligat semper, sed non ad semper; vnde non tenetur aliquis ad statim implendum. *Quia verò nemo ad impossibile tenetur*: quando A aliquis non potest statim restituere, ipsa impotentia absoluit eum ab instanti restitutione facienda: sicut etiam totaliter à restitutione absoluitur, si omnino sit impotens. Debet tamen remissionem, vel dilationem petere ab eo, cui debet, aut per se aut per alium. *At contra eos, qui injustè surripuerunt, & ad reddendum vel negligentes sunt, vel renitentes, concludat monendo Author*: Peccatum B rapinæ homini multùm nocet; macula est valde adhærens, quæ vix deletur: vix enim aliquis perfectè restituit quæ rapuit. Videmus eos, qui habent vestes pretiosas nouas, diligenter cauere eis ab oleo & alijs liquoribus, quorum maculæ remoueri non possunt; dicunt enim: Perdita esset vestis, si tale quid caderet super eam. Sic juuenis, qui nondum rapuit, debet sibi cauere à rapina, & dicere: Perditus sum, si rapere incepero. Nunquam enim de cætero restituetur. *Quod vtinam vt in pluribus verum non esset*. *DISCE aliena non rapere, ne animam tuam repetant à te dæmones raptores*, Luc. 12. *Vide* Lingua,

Pro peccato patris filius corporali pœna punitur, licèt non spirituali.

T Ma. 4. 8. ad 8. & 1. 2. 87. 8 c. & ad 1. & 2. 2. 108. 4. c. & ad 1. & 3. In 4. d. 46. 1. 2. q. 3. c. & q. 2. 2. q. 1. ad 3. & alibi pluries.

Filius furis, mortuo Patre, tenetur pro illius furto ad restitutionem.

V Ma. loco cit. ad 15. & Op. de 7. prec. 9. 2. fi.

Restitutio subuentioni parentú præfertur, nisi in casu extremæ necessitatis, &c.

X 2. 2. 31. 3. ad 3. & 9. 32. 7. ad 3. & 9. 62. 5. ad 4.

Y 2. 2. 62. 8. c. & ad 1. & 66. 3. ad 2.

Restitutio statim facienda, nec detinendum alienum.

Z 4. d. 17. 3. 1. 9. 4. ad 3.

A 2. 2. 62. 8. ad 2. & f. c.

Qui non potest, tenetur remissionem vel dilationem petere per se vel per alium.

B Op. de erud. Princ. c. 6 fi. Raro, qui rapuit, perfectè restituit.

Satisfactio, & Verbis Num. præced. notatis: atque fusè Summistas.

FVTVRVM. Vide DIABOLVS, DIVINATIO, PROPHETIA.

G

GABRIEL. Vide ANGELVS, CHRISTI CONCEPTIO.

GALILÆA. Vide CHRISTI PASSIO.

GAVDIVM. Vide BEATITVDO, CHARITAS, SPIRITVS SANCTVS.

G L O R I A.

I. Inanis gloria non tendit in id, quod est magnum simpliciter, & quod magnanimitas per se quærit, sed in magnum exterius, vt in laudem, vel honorem, vel aliquid hujusmodi. *In 2. d. 42. 2. 4. c.*

a GLoria *ex Augustino super Ioann.* claritatem C quandam importat; vnde glorificari, & clarificari pro eodem in Euangelio sumuntur: (gloria enim D dicitur quasi *claria*; vnde secundùm Ambrosium: *Gloria est clara cum laude notitia*. Et sic quod dicitur Ioan. 13. *Nunc clarificatus est Filius hominis*, idem est quod *glorificatus*.) Claritas autem importat euidentiam quandam, secundùm quam aliquid fit conspicuum, & manifestum in suo splendore: & ideò gloria importat quandam manifestationem alicujus in bono. Si autem manifestatur malum alicujus, jam non dicitur gloria, sed magis ignominia. Secundùm autem maximum sui statum gloria consistit in hoc, quòd bonum alicujus multitudini manifestetur: hoc enim clarum esse dicimus, quod ab omnibus, vel à multis perspicuè videri potest. Vnde *Tullius* dicit, quòd gloria est frequens fama cum laude. *Et Titus Liuius* introducit Fabium *dicentem*: Neque tempus gloriandi mihi apud vnum est. *Et hinc differentia enascitur inter laudem, honorem, & gloriam*. Laus enim E distinguitur ab honore dupliciter. Vno modo, quia laus consistit in solis signis verborum: honor autem in quibuscunque exterioribus signis; & secundùm hoc laus in honore includitur. Alio modo, quia per exhibitionem honoris, testimonium reddimus de excellentia bonitatis alicujus absolutè: sed per laudem testificamur de bonitate alicujus in ordine ad finem, sicut laudamus bene operantem propter finem. Honor autem est etiam optimorum, quæ non ordinantur ad finem, sed jam sunt in fine, vt patet per Philosophum *in 1. Ethic*. Gloria autem est effectus honoris & laudis: quia ex hoc, quòd testificamur de bonitate alicujus, clarescit bonitas ejus in notitia plurimorum: & hoc importat nomen gloriæ. *Gloria inquam est effectus honoris & laudis*: ex hoc enim F quòd aliquis honoratur vel laudatur, redditur clarus in oculis aliorum. *Est autem* honor G signum & testimonium quoddam illius excellentiæ, quæ est in honorato. *Magis verò propriè*: Honor H est quoddam testimonium de virtute ejus, qui honoratur: & ideò sola virtus est debita causa honoris. *De quo fusiùs suo loco*.

b *Laus autem cohærenter describitur, quòd sit* sermo I elucidans magnitudinem virtutis. *Vnde & omnes* actus L qui sunt ad virtutem, vel sicut causantes acquisitam, vel sicut disponentes ad infusam, sunt laudabiles: *& multò magis ipsa virtute informati. Deus autem super omnem laudem est*: *& ideò* quantumcunque M laudemus secundùm posse nostrum, minus est ipso. *Vnde & Psalm. 47. dici-*

Gloria quid.

C Ma. 9. 1. c. & 2. 1. 131. 1. c. & 142. 4. c. & 3. con. G c. 29 Hebr. 1 l. 2. de gloria.

D Ioan 13. l. 6. initio & 2. 1. 103 1. ad 3. Ma. loco cit.

Quid ignominia.

Quid gloria ex Tullio.

Differentia inter laudem, honorem, & gloriam.

B 2. 2 loco cit. & 9. 132. a. initio & a. 4. ad 2. In 3. d. 9. 2. 2. 9. 1. c. & d. 34. 1. 3. 9. 2. c. In 4. d. 45. 2. 1. 9. 1 ad 3. Hebr. 2. l. 2. ibi, & honore.

Gloria est effectus honoris & laudis.

F 2. 2. 103. 1. ad 3.

Honor quid.

G 1. 2. 2. 4. c. & locis mox citandis.

H 2. 2. 63. 3. initio. & 2. 1. 131. 1 ad 2. & 9. 103 a. 1. & 2. & 131. 1. c. & 142. 4 c. & 144. 3. c. & 145. 1. c. & 3. p. 25. 1. c.

Sola virtus, debita honoris causa.

I Ps. 17. lit. a fi.

Quid laus.

L 1. 2. d 24. 1. 4. ad 4. In 3. d. 23. 1. 3. 9. 2. ad 2. & 9. 1. 1. 9. 2. ad 2. & d. 36. 1. 2. ad 6.

Omnes actus ad virtutem laudabiles.

M Ps. 9. lit. a.

M Pſ. 47. lit. n. Deus ſuper omnem laudem.

O 1. 2. 91. 1. ad 1.

dicitur: Magnus Dominus & laudabilis nimis: *nimirùm quia* quantumcunque N laudes eum, deficis à laude ejus, *Eccl.43.* Glorificantes Dominum quantumcunque poteritis: ſuperualebit enim adhuc. *Verùm* de Deo O dupliciter poſſumus loqui. Vno modo, quantùm ad ejus eſſentiam: & ſic, cum ſit incomprehenſibilis, & ineffabilis, major eſt omni laude. Debetur autem ei ſecundùm hanc comparationem reuerentia & latriæ honor. Vnde & in *Pſal.64.* ſecundùm translationem Hieronymi dicitur: *Tibi ſilet laus, Deus*, quantùm ad primum: &, *Tibi reddetur votum*, quantùm ad ſecundum. Alio modo, ſecundùm effectus ipſius, qui in noſtram vtilitatem ordinantur: & ſecundùm hoc debetur laus Deo. Vnde dicitur *Iſ.63.* Miſerationum Domini recordabor, laudem Domini ſuper omnibus, quæ reddidit nobis Dominus. *Et quidem* laus P propriè reſpicit opera: *Vnde & ſecundùm* Q Philoſophum *in 1. Ethic.* laus debetur homini propter actus virtutum, qui ordinantur ad felicitatem. *Igitur* laus R non datur alicui, niſi ſecundùm ordinem ejus ad actum: vnde laus eſt ad aliquid, vt dicitur *in 1. Ethic.* Et quia ex opere alterius nullus efficitur vel oſtenditur bene diſpoſitus vel malè ad aliquid, inde eſt, quòd nullus laudatur ex operibus alterius: niſi per accidens, ſecundùm quod ipſe eſt aliquo modo illorum operum cauſa, auxilium vel conſilium præbendo, vel inducendo, vel quocunque alio modo.

Quo ſenſu laudetur.

P Pſ. 47. lit. a. Laus reſpicit opera.

Q 1. d. 9. 2. 2. q. 1. c.

Debetur homini propter actus virtutis.

R 4. d. 45. 3. 1. q. 1. ad 3. Ver. 29. 7 ad 2.

Nemo laudatur ex alterius opere, niſi per accidens.

Quid fama.

c *Et in hoc bona cujuſpiam fama conſiſtit, quòd ſcilicet laudetur ab omnibus, vel ſaltem à plurimis commendetur. Vnde centum ora fingitur habere fama: quia videlicet bonum alicujus nomen per ora volitat hominum, ejus actus virtutum commendantium. Hinc de Mardochæo legimus Eſth.9.* Fama quoque nominis ejus creſcebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat. *Idcircò* diſpendium S famæ alicujus vitandum eſt & propter ſeipſum, & propter alios, propter quos eſt ſibi neceſſaria fama. Propter ipſum quidem duplici ratione. Primò, quia bona fama eſt præcipuum inter exteriora bona, ſecundùm illud Prou. 22. *Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ.* Et hoc ideò, quia bonitas famæ reddit hominem idoneum ad humana officia exequenda in conuerſatione humana. Et ideò dicitur Eccli.41. *Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri pretioſi, & magni.* Secundò, quia propter conſeruationem famæ homo multoties abſtinet à peccatis: & ideò, quando aliquis videt, ſe jam famam amiſiſſe, pro nihilo ducit peccare, ſecundùm illud Ier.3. *Frons mulieris meretricis facta eſt tibi: noluiſti erubeſcere.* Similiter etiam ex parte aliorum, eſt periculoſum dupliciter. Primò quidem, quia homines peccatum alicujus audientes ſcandalizantur, & contemnunt quandoque non ſolùm peccantem, ſed & multos alios innocentes. Vnde Auguſtinus dicit: *Cum de aliquibus, qui ſanctum nomen profitentur, aliquid criminis vel falſi ſonuerit, vel veri patuerit, inſtanter ſatagunt, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur.* Secundò quia ex peccato nimis publico multi prouocantur ad peccandum, ſecundùm illud 1. *Cor.5.* Neſcitis, quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? *Num verò laudabile ſit, an vitioſum, famam appetere: docemur, quòd* vtrumque T ſcilicet & contemptus famæ & appetitus, poteſt eſſe laudabile & vitioſum: fama enim non eſt neceſſaria homini propter ſeipſum, ſed propter proximum ædificandum. Appetere ergo famam propter proximum, charitatis eſt: appetere verò propter ſeipſum, ad inanem gloriam pertinet. E conuerſo contemptus famæ ratione ſui ipſius, humilitatis eſt: ratione verò proximi, ignauia & crudelitas. *Ex quo dicebat Apoſtolus 1. Cor.4.* Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis judicer. *Quocirca*

Diſpendium famæ alicujus vitandum: & quorſum.

S Ver. 3. 1. c. & 3. 1. 72. a. 2. & 3.

Fama inter exteriora bona præcipuum.

T Quodl. 10. a. 18.

An famam appetere liceat.

V 1. Cor. 4. l. 1. Num de hominum judicio curandum.

ſciendum V quòd de judicio hominum dupliciter debet curari. Vno modo quantùm ad alios, qui ex eorum bono vel ædificantur vel ſcandalizantur: & ſic Sancti non *pro minimo*, ſed pro magno habent ab hominibus judicari, cum Dominus dicat Matth.5. *Videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Cœlis eſt.* Alio modo quantùm ad ſeipſos; & ſic non curant multùm: quia nec gloriam humanam concupiſcunt, ſecundùm illud 1. Theſſ. 2. *Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab alijs*: neque opprobrium hominis timent, ſecundùm illud Iſ.51. *Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis.* Vnde Apoſtolus ſignanter dicit: *Mihi autem &c.* ideſt, quantùm ad me pertinet. Non autem id pro nullo eſt, ſed *pro minimo*: quia bona temporalia, inter quæ bona fama computatur, non ſunt nulla bona, ſed minima, vt *Auguſtinus* dicit in Libro de lib. arbit. *Hinc ad illud Pauli* 2. *Cor.6.* per infamiam & bonam famam, *erudimur, quòd* homo X non debet ex ſe dare cauſam infamiæ ſuæ, ſed potiùs debet procurare bonam famam: & hoc propter alios, quia *oportet nos teſtimonium habere bonum ab ijs, qui foris ſunt*, vt dicitur 1. Tim. 3. Et ad Philipp. 4. *Quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica &c. quæcunque bonæ famæ, hæc cogitate*: Multa enim Y poſſent fieri cum bona conſcientia, quæ tamen propter famam ſunt dimittenda.

X 2. Cor. 6. l. 2. ibi.

Y Philipp. 4. l. 1. ibi.

An ſemper liceat hominem laudare.

Z 2. 2. 115. 1. ad 1. & a. 2. 1. Ma. 7. 1. ad 11.

d *Verùm an ſemper liceat hominem laudare: Reſpondet Author, quòd* laudare Z aliquem contingit & bene & malè, prout ſcilicet debitæ circumſtantiæ vel ſeruantur vel prætermittuntur. Si enim aliquis aliquem velit delectare laudando, vt ex hoc eum conſoletur, ne in tribulationibus deficiat; vel etiam, vt in bono proficere ſtudeat, alijs debitis circumſtantijs obſeruatis, pertinebit hoc ad virtutem amicitiæ: (*vnde & conſueuit dici, quòd aliquem commendatione dignum laudamus*, vt virtus laudata creſcat *in aliorum profectum.*) Pertinet autem ad adulationem, ſi quis velit aliquem laudare in quibus non eſt laudandus: quia fortè mala ſunt, ſecundùm illud Pſal.9. *Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ*: vel quia non ſunt certa, ſecundùm illud Eccli.27. *Ante ſermonem non laudes virum*; & iterum Eccli.11. *Non laudes virum in ſpecie ſua*: vel etiam, ſi timere poſſit, ne humana laude ad inanem gloriam prouocetur; *vnde dicitur Eccli.11. cit.* Ante mortem ne laudes hominem quenquam. *Et quidem ejuſmodi* laudatio, *ſiue* adulatio (*idem enim anagrammaticè reddit*) erit A peccatum mortale, quando contrariatur charitati: putà cum aliquis laudat alicujus peccatum. Hoc enim contrariatur charitati Dei, contra cujus juſtitiam homo loquitur: & contra dilectionem proximi, quem in peccato fouet, ſecundùm illud Iſ.5. *Væ qui dicitis malum, bonum.* Item ratione intentionis, putà cum quis alicui adulatur ad hoc, quòd fraudulenter ei noceat vel corporaliter vel ſpiritualiter. Item per occaſionem, quando ſcilicet eſt alteri occaſio peccandi, etiam præter adulatoris intentionem. Sed conſiderare oportet, vtrùm ſit occaſio data vel accepta, & qualis ruina ſubſequatur. (*Vide*, Adulatio, Exemplum.) *Sic pariter neque ſeipſum quis laudare debet, neque de ſeipſo gloriari, niſi in Domino, juxta illud 2. Corinth. 2.* Qui gloriatur, in Domino glorietur: non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. *Pro cujus clariori expoſitione ſciendum, quòd quamuis* ſecundùm maximum ſui ſtatum gloria conſiſtat in hoc, quòd bonum alicujus multitudini manifeſtetur, *vt præmiſſum eſt*: Largiùs tamen B accepto gloriæ nomine, non ſolùm conſiſtit in multitudinis cognitione, ſed etiam paucorum, vel vnius, aut ſui ſolius: dum ſcilicet aliquis proprium bonum conſiderat vt dignum

Adulatio cauenda.

A 2. 2. 1. c. 4. 2. c. Ma. loco cit.

Quandonam mortale peccatum.

Laudare an liceat ſeipſum.

B 2. 2. 132. 1. c. Ma. 9. 1. c.

Gloriæ nomen largè acceptum.

gnum

Cognoſcere & approbare bonum ſuum, non eſt peccatum.

gnum laude. Quòd autem aliquis bonum ſuum cognoſcat, & approbet, non eſt peccatum; dicitur enim 1. Corinth. 2. *Nos autem non ſpiritum hujus Mundi accepimus, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt: vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis*. Similiter etiam non eſt peccatum, quòd aliquis velit, bona opera ſua ab alijs approbari: dicitur enim Matth. 5. *Luceat lux veſtra coram hominibus*. Et ideò appetitus gloriæ de ſe non nominat aliquid vitioſum. Sed appetitus inanis, vel vanæ gloriæ, vitium importat: nam quodlibet vanum appetere, vitioſum eſt, ſecundùm illud Pſal. 4. *Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Poteſt autem gloria dici vana tripliciter. Vno modo ex parte rei, de qua quis gloriam quærit: putà, cum quis quærit gloriam de eo, quod non eſt; vel de eo, quod non eſt gloriâ dignum, ſicut de aliqua re fragili & caduca. Alio modo ex parte ejus, à quo quis gloriam quærit, putà hominis, cujus judicium non eſt certum. Tertiò ex parte ipſius, qui gloriam appetit: qui videlicet appetitum gloriæ ſuæ non refert in debitum finem, putà ad honorem Dei, vel proximi ſalutem. *Et quidem* ad perfectionem C hominis pertinet, quòd ipſe cognoſcat: ſed quòd ipſe ab alijs cognoſcatur, non pertinet ad ejus perfectionem; & ideò non eſt per ſe appetendum. Poteſt tamen appeti, in quantùm eſt vtile ad aliquid: vel ad hoc quòd Deus ab hominibus glorificetur; vel ad hoc quòd homines proficiant ex bono, quod in alio cognoſcunt: vel ex hoc quòd ipſe homo ex bonis, quæ in ſe cognoſcit per teſtimonium laudis alienæ, ſtudeat in eis perſeuerare, & ad meliora proficere. Et ſecundùm hoc laudabile eſt, quòd *curam habeat* aliquis *de bono nomine*, Eccli. 41. & quòd *prouideat bona coram Deo & hominibus*, Rom. 12. Non tamen, quòd in hominum laude inaniter delectetur. *Ex quibus, quod ait Apoſtolus* 2. *Cor.* 10. Qui gloriatur, in Domino glorietur &c. *ſecundùm Authorem* poteſt D tripliciter exponi. Vno modo, *in Domino glorietur*, vbi ly *Domino* denotet objectum glorificandi, quaſi dicat: Ex hoc glorietur, quòd habet Dominum, amando & cognoſcendo, Ier. 9. *In hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me*. Alio modo *glorietur in Domino*; ideſt, ſecundùm Deum: & hoc modo gloriatur qui gloriatur de his, quæ Dei ſunt, & non de malis, ſicut ille, de quo dicitur in Pſal. 51. *Quid gloriaris in malitia?* Alio modo *in Domino glorietur*; ideſt, vt gloriam ſuam reputet, ſe habere à Deo, totum quod cedit ad gloriam ſuam, referens in Deum, 1. Cor. 4. *Quid autem habes, quod non accepiſti?* Et ſic accipitur hic, cum dicitur: *Qui gloriatur, in Domino glorietur*. Q. d. Glorior de prædictis, ſed non quaſi hoc à me habeam, ſed à Deo. Et verè in Domino debemus gloriari, non nobis ſcilicet imputare gloriam noſtram, ſed Deo. Nam *non eſt probatus*, ideſt comprobatus à Deo vel hominibus *ille qui ſe ipſum commendat*, *Prou.* 27. Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua: *ſed quem Deus commendat*; ideſt, commendabilem facit bonis operibus, & miraculis. Nam Deus eſt cauſa totius boni operis per homines facti.

Sed nec velle, ab alijs approbari.

Non appetitus gloriæ, ſed vanæ gloriæ, vitium eſt.

Tripliciter dicitur gloria vana.

C 2. 2. loc. cit. ad 3. Ma. l. c. Ad perfectionem hominis pertinet, quod ipſe cognoſcat; non quod ab alijs cognoſcatur.

Poteſt tamen hoc appeti ex pluribus motiuis.

Tripliciter exponitur illud Apoſtoli: *Qui gloriatur, in Domino glorietur*.

D 2. *Cor.* 10. *fi. & cap.* 3. *l.* 1. *& cap.* 4. *l.* 1. *& cap.* 12. *l.* 3 *&* 1. *Cor.* 1. *fi. cap.*

Inanis gloria, vitium capitale.

E 2. 2. 132. 5. Ma. 9. 3. In 2. d. 42. 2. 8.

Quænam illius filiæ.

Quandonam peccatū mortale.

F Ma. 9. 2. fi. c. & 2. 2. l. c. & 3. c.

e *Quamuis autem inanis gloriæ vitium dicatur* ſecundùm Gregorium *vitium capitale*; *hoc eſt, plurium vitiorum caput, ſiue mater*: (*vnde &* inanis gloriæ E filiæ dicuntur inobedientia, jactantia, hypocriſis, contentio, pertinacia, diſcordia, & nouitatum præſumptio:) *nihilominus non ſemper eſt peccatum mortale*. *Quocirca* dicendum F quòd ſi gloria dicatur vana ex hoc, quòd non refertur in Deum, ſicut in finem, propter hoc quòd mens hominis de aliquo gloriantis non ſit conuerſa in Deum actu vel habitu: tunc ſemper inanis gloria eſt peccatum mortale. Sequitur enim, quòd homo glorietur de aliquo bono creato, non relato actu vel habitu in Deum, ſicut in finem. Si verò gloria dicatur vana ex hoc, quòd non refertur in Deum, ſicut in finem, ex parte ipſius actus, quia ſcilicet non eſt referibilis in finem, propter hoc quòd eſt inordinatus: ſic non ſemper vana gloria eſt peccatum mortale, quia quælibet inordinatio gloriæ facit gloriam non ordinabilem in Deum: putà, cum aliquis gloriatur de eo, de quo non debet gloriari, vel vltra quàm debet, vel prætermiſſâ alia circumſtantia debita; cum tamen non ſequatur peccatum mortale ex hoc, quòd quælibet debita circumſtantia prætermittitur: ſed ſolùm quando actus inordinatus eſt contra legem Dei. *Quoniam verò* magnanimitas G eſt circa honorem, conſequens eſt etiam, vt ſit circa gloriam: vt ſcilicet ſicut moderatè vtitur honore, ita etiam moderatè vtatur gloriâ. Et ideò inordinatus appetitus gloriæ directè magnanimitati opponitur. *Et ſanè* hoc ipſum H magnitudini animi repugnat, quòd aliquis res modicas tantum appretietur, quòd de eis glorietur. Vnde *in* 4. *Ethic.* dicitur de magnanimo, quòd ſibi ſit honor paruus. Similiter etiam & alia, quæ propter honorem quæruntur, putà potentatus & diuitiæ, parua reputantur ab eo. Similiter etiam magnitudini animi repugnat, quòd aliquis de his, quæ non ſunt, glorietur. Vnde de magnanimo dicitur *in* 4. *Ethic.* quòd magis curat veritatem, quàm opinionem. Similiter etiam magnitudini animi repugnat, quòd aliquis glorietur in teſtimonio laudis humanæ, quaſi hoc magnum aliquid æſtimetur. Vnde de magnanimo dicitur *in* 4. *Ethic.* quòd non eſt ei cura, vt laudetur. *Ex quo verum habet quod ajebat initio Author:* Inanis gloria I non tendit in id, quod eſt magnum ſimpliciter, & quod magnanimitas per ſe quærit: ſed in magnum exterius, vt in laudem vel honorem &c. Nihil *autem* videtur L in rebus humanis fragilius gloria & honore fauoris humani, cum dependeat ex opinionibus hominum, quibus nihil mutabilius in vita hominum. Et inde eſt, quòd *Iſaias* propheta *cap.* 40. hujuſmodi gloriam nominat florem fœni: *Omnis gloria ejus quaſi flos agri*. Deinde humanæ gloriæ cupido animi magnitudinem aufert: qui enim fauorem hominum quærit, neceſſe eſt, vt in omni eo, quod dicit aut facit, eorum voluntati deſeruiat: & ſic dum placere hominibus ſtudet, fit ſeruus ſingulorum. Propter quod & *Tullius de offic.* cauendam dicit eſſe gloriæ cupidinem: Eripit enim animi libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet eſſe contentio. Pertinet etiam ad boni viri officium, vt contemnat gloriam, ſicut alia temporalia bona. Virtuoſi enim & fortis animi eſt, pro juſtitia contemnere gloriam, ſicut & vitam: vnde fit quoddam mirabile, vt quia virtuoſos actus ſequitur gloria, ipſa gloria virtuosè contemnatur, & ex contemptu gloriæ homo glorioſus reddatur, ſecundùm ſententiam Fabij dicentis: *Gloriam qui ſpreuerit, veram habebit*. Et de Catone dixit Salluſtius: *Quò minus petebat gloriam, tantò magis aſſequebatur illam*. Ipſique Chriſti diſcipuli ſe, ſicut Dei miniſtros, exhibebant *per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam*, vt dicitur 2. Cor. 6.

Quando veniale.

G 2. 2. loc. cit. a. 2. & 3. In 2. d. 42. 2. 4. c.

Inordinatus gloriæ appetitus opponitur magnanimitati.

H 2. 2. l. c. ad 1. In 2. loco cit.

I In 2. loco cit. corp.

Humanus honor, laus, & gloria quid fragile, & non magnum, ſed modicum.

L Op. 20. l. 1. c. 7. Op. de erud. Pr. l. 7. c. 4. In 3. l. 7 lit. A. loc. 3. ibi, flos fœni.

Mundana gloria contemnenda.

Gloriam qui ſpernit, veram habet.

f *Enimverò qui de hujuſmodi humano fauore, gloriam in Deum non referendo, gloriantur, receperunt mercedem ſuam*, *Matth.* 6. Attendite, ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in Cœlis eſt. Cum ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in Synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. *Vt honorificentur*, ideſt M eo fine, vt honorent eos homines: *receperunt mercedem ſuam*; ideſt, merces ſua laus humana eſt, *& gloria vana, quæ tranſit, & euaneſcit* (*Pſal.* 48. Cum interierit, non ſumet omnia: neque de-

Propter mundanam vanæ laudis mercedem amittimus mercedem æternam.

M Matth. 6. lit. a, ibi.

Hh ſcendet

Digitized by Google

ſcendet cum eo gloria ejus:) *cœleſti, quæ ſemper manet, mercede excluſa. Itaque non vetamur bona opera facere* coram hominibus, *imò hortatur Dominus ad hoc, cum ait Matth.5.* Luceat lux veſtra coram hominibus; *ſed quod inhibetur, eſt: ne eo fine faciamus, vt videamur ab eis, vt exinde inaniter delectemur. Nec mirum: quia* opus N virtuoſum amittit vim merendi vitam æternam, ſi propter inanem gloriam fiat, etiamſi illa inanis gloria non ſit peccatum mortale. *Præſertim verò exemplum de eleemoſyna apponitur* Matth. 6. *cit. quia nimirùm* inanis gloria O vituperatur circa eleemoſynam propter defectum charitatis, qui videtur eſſe in eo, qui præfert inanem gloriam vtilitati proximi, dum propter hoc illud facit. *Et hinc gloria hæc inanis periculum ſalutis faciliter ingerit. Nam* illud P dicitur eſſe periculoſum, quod de facili inducit aliquem ad pereundum. Inanis autem gloria de facili ad pereundum inducit, in quantùm facit ipſum de ſeipſo confidere; vnde dicitur periculoſiſſimum peccatum, non tam propter grauitatem ſui, quàm propter hoc, quòd eſt diſpoſitio ad grauiùs peccandum. *Ex quo* multùm Q damnoſum eſt peccatum vanæ gloriæ amatoribus ſuis: bona enim temporalia eis aufert, quæ pro gloria humana prodigè expendunt. Aufert etiam ſpiritualia bona, quæ inutilia ſunt eis, quia corrupta intentione fiunt.

N 22. 131. 3. ad 1. Ma. 9. 2. ad 1. & 2.
Inanis gloria tollit actui virtuoſo vim merendi vitam æternam.
O 2. 2. l. c. a. 5. ad 3.
Peccatum periculoſum.
P Ma. 9. 2. ad 4. & 2. 2. 132. 3 ad 3. Op. de er. Vulne. l. 7. c. 4. loc. 5 l. 7. ſit. d.
Q Op. de erud. Pr. loco cit.
Damnoſum temporaliter & ſpiritualiter.

g *Verùm duplici ex capite redditur homo glorioſus: & vtramque peccando gloriam amittit. Docemur enim ſuper illud:* Perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat: & conculcet in terra vitam meam: & gloriam meam in puluerem deducat, *Pſalm.7. quòd* gloria hominis R duplex eſt: naturalis ſcilicet, & ſpiritualis. De prima 1. Cor.11. *Vir* (id eſt mens) *non debet velare caput ſuum, quoniam imago & gloria Dei eſt.* De ſecunda 2. Cor.1. *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Gloriam ergo hominis reducit diabolus in puluerem: quia imago Dei deturpatur, quia conſcientia maculatur; *Pſal.72.* Domine, in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges; & 1. *Tim.4.* Cauteriatam habentes ſuam conſcientiam. *Igitur* Gloria noſtra hæc eſt, *dicebat loco cit. Apoſtolus*, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. *Gloria noſtra &c.* id eſt S glorior ex teſtimonio & puritate conſcientiæ noſtræ. Notandum autem, quòd conſcientiæ teſtimonium verum eſt: quia non decipit; multi enim exteriùs videntur boni, qui in conſcientia ſua non ſunt boni: & ſemper durat. Et non dicit *conſcientiæ* aliorum, ſed *noſtræ:* quia ſemper homo plus debet ſtare teſtimonio conſcientiæ ſuæ de ſe, quàm teſtimonio aliorum. Quod non faciunt illi, qui reputant ſe bonos ex hoc quòd alij ſunt mali, non ex hoc quòd ipſi in veritate boni ſint: & illi, qui gloriantur de bonitate alicujus boni viri, qui eis aliqua affinitate conjungitur. Cauſam autem hujus gloriæ aſſignat, dicens: *quòd in ſimplicitate cordis, & in ſinceritate Dei &c.* In duobus enim conſiſtit *puritas conſcientiæ*, vt ſcilicet ea quæ facit, ſint bona, & quòd intentio facientis ſit recta. Et ideò dicit, *in ſimplicitate*, id eſt in rectitudine intentionis, *Sap.1.* In ſimplicitate cordis quærite Dominum: *& in ſinceritate*, ſcilicet operationis, *Philip.1.* Vt ſitis ſinceri & ſine offenſa. *Hinc, maculatâ per culpam conſcientiâ, omnis hominis gloria euacuatur. Nam* per gulam T euacuatur gloria ſobrietatis: per luxuriam maculatur gloria caſtitatis: per ſuperbiam captiuatur gloria humilitatis: per iracundiam intermittitur gloria manſuetudinis: per inuidiam excluditur gloria charitatis: per auaritiam annihilatur gloria liberalitatis: per acediam culpatur gloria ſtrenuitatis. De illis dicitur Oſe.4. *Gloriam eorum in ignominiam commutabo.* De primo exemplum habemus in Eſau *Geneſ.25.* & in Holoferne *Judith* 13. De ſecundo in Salomone 3. *Reg.* 11. De tertio in Lucifero *Iſ.* 14. De quarto in Achitophel 2. *Reg.*16. De quinto in Cain *Geneſ.*4. De ſexto in Giezi 4. *Reg.*5. De ſeptimo in exploratoribus *Num.* 13. & 14. *Ex quo Apoſtolus Iacobus cap.1.* Glorietur *inquit* humilis in exaltatione ſua: diues autem in humilitate ſua. *Glorietur humilis;* id eſt V non tantùm gaudeat in ſe interiùs, ſed etiam glorietur exteriùs apud alios, *in exaltatione ſua*, ſcilicet ventura poſt humiliationem, quia *qui ſe humiliat, exaltabitur*, Luc.18. *Diues autem*, id eſt diuitiarum amator, non ſolùm poſſeſſor, *in humilitate ſua*, ventura ſcilicet poſt diuitias. Et hoc modo *ſecundùm gloſſam* eſt ironia: quaſi, non eſt in hujuſmodi gloriandum. Et nota (*poſt pauca*) quòd quadruplex eſt gloria. Vna eſt interior, alia exterior; alia inferior, alia ſuperior. De gloria interiori dicitur in Pſal.44. *Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus.* Iſta autem gloria conſiſtit in multis. Primò in conſcientiæ puritate, 2. Cor. 1. *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ* (*vt jam ſuperiùs dictum eſt.*) Secundò conſiſtit in Dei cognitione, Ier.9. *In hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me.* Tertiò conſiſtit in bona operatione, Matth.5. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona.* Quartò in exteriori conuerſatione, 1. Pet.2. *Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam &c.* Quintò in opinione bonæ famæ, Eccli.33. *In omnibus operibus tuis præcellens eſto: ne dederis maculam in gloria tua.* Sextò in ſuſtinentia præſentis moleſtiæ, 2. Cor. 12. *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.* Septimò in Chriſti conformitate, Galat.6. *Mihi abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Octauò in perfectione communis familiæ, Prou.10. (ſecundùm literam Ambroſij) *Gloria Patris eſt Filius ſapiens.* Nonò in ſpe remunerationis æternæ, Rom.5. *Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.* Secunda gloria eſt exterior: & iſta eſt in tribus. Primò in diuitijs, Pſal.48. *Ne timueris, cum diues factus fuerit homo &c.* & Philipp.3. *Gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.* Secundò conſiſtit in delicijs, 1. Mach.2. *A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria ejus, ſtercus & vermis eſt:* vermis ſcilicet conſcientiæ, Iſ.vlt. *Vermis eorum non morietur:* & ſtercus infamiæ, Eccli.9. *Omnis mulier, quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via conculcabitur.* Tertiò conſiſtit in honoribus ambiendis, Oſe.4. *Gloriam eorum in ignominiam commutabo.* Et de Nabuchodonoſor dicitur Iudith 1. *Gloriabatur quaſi potens in potentia exercitus ſui, & in gloria quadrigarum ſuarum.* Tertia gloria eſt inferior, ſcilicet gloria peccati: quæ dicitur inferior, quia hominem facit inferiorem & viliorem, quàm ſit aliqua creatura, Pſal.51. *Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate?* (*Sunt enim quidam inueterati peccatores, qui jam ipſam jactant admiſſam culpam, deque patrato ſcelere impudenter gloriantur: quam tamen falſam gloriam perpetua ſequitur ignominia*, *Prou.*18. Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium. *Ad quem Dominus improperans:* Quid gloriaris *inquit* in malitia? *id eſt:* quare X in malitia gloriaris, vnde deberes verecundari & confundi & triſtari? *Prou.* 2. Lætantur, cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis. *Atque hoc aſſertur diſcrimen inter incontinentem, & intemperatum:* quod incontinens Y ſtatim pœnitet, tranſeunte paſſione: quod non accidit de intemperato; quin imò gaudet ſe peccaſſe, eo quòd operatio peccati eſt ſibi facta connaturalis ſecundùm habitum. *Vnde & in prædicto Pſalmo ſubjicitur:* Tota die injuſtitiam cogitauit lingua tua. *Etenim* non ſolùm Z impij gloriantur in malitijs, ſed cogitant, quomodo malefaciant tota die, *ex habitu videlicet prauo.* improprie autem dicitur, quòd lingua cogitet: quia cogitare pertinet ad cor. Et

Duplex hominis gloria, quæ per peccatum deperditur.
R [illegible]
Teſtimonium conſcientiæ vera hominis gloria.
S 2. Cor. 1. l. 4. ibi.
Tale teſtimonium verum.
Puritas conſcientiæ in duobus conſiſtit.
T 1. Cor. 9. l. 3. ibi, euacuet.
Per peccatum omnis hominis gloria euacuatur.
V Iac. 1. ibi.
Gloria quadruplex.
Gloria interior in multis conſiſtit.
Gloria exterior in tribus.
Gloria inferior, gloria de peccato.
X Pſ. 51. l. 1. 4.
Differentia inter incontinentem, & intemperatum.
Y 2. 2. 156. 1. [illegible] 2. 2. 78. 4. [illegible]
Z Pſ. 51. loc. cit.

ideò

ideò poteſt dupliciter intelligi. *Cogitauit lingua tua*, ideſt cor tuum, quod in lingua manifeſtatur. Vel, *cogitauit lingua tua*, in quantùm excogitata loquitur.) Quarta tandem gloria eſt ſuperior, ſcilicet gloria Dei: quæ conſiſtit in interiori gloria animæ, & exteriori ſtola corporis, Pſal. 146. *Exultabunt Sancti in gloria*; ecce ſtola corporis: *lætabuntur in cubilibus ſuis*; ecce ſtola animæ.

Gloria ſuperior, gloria Dei, quæ in ... conſiſtit.

Ii *Et propter dicebat Apoſtolus* 1. *Tim.* 1. Soli Deo honor & gloria: *à quo ſolo* [illegible] *& gloriam participamus*. Quaſi A diceret: Exhibendus eſt ei *honor* ex ſubjectione totius creaturæ, & in manifeſtationem excellentiſſimæ ipſius bonitatis, *claritas & gloria*, Apoc. 7. *Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro*. Vbi Angeli B agunt gratias Deo de bonis collatis hominibus concinibus ſuis: quæ ſunt fortunæ bona, naturæ, gratiæ, & gloriæ. Nam hæc quatuor dat Deus electis, Iac. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum*. Datum bonum dicitur bonum fortunæ: datum melius, bonum naturæ: datum optimum, bonum gratiæ: donum perfectum, bonum gloriæ. *Vno verbo: cum omnis gloria noſtra à Deo ſit & hic & in Patria, ideircò qui gloriatur, non de ſe, non in ſe, ſed in Domino glorietur duntaxat*. *Profectò qui Dei gloria neglecta vanam Mundi gloriam quærit, injuſtus eſt*, *Ioann.* 7. Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit. Qui autem quærit gloriam eius, qui miſit eum, hic verax eſt, & injuſtitia in illo non eſt. *Injuſtitia in illo non eſt*: injuſtitia enim C eſt, quòd homo vſurpet ſibi alienum. Gloria autem eſt propria ſolius Dei: qui ergo ſibi quærit gloriam, injuſtus eſt. *Et quidem* Deus D bona ſua, quæ totaliter erant ipſius, tali conditione dedit, vt Deus haberet gloriam, homo verò vtilitatem. Amator autem vanæ gloriæ Deo partem ſuam, ſcilicet gloriam, ſurripit (*ecce injuſtitiam*) & ideo partem ſuam, ſcilicet vtilitatem, perdit. *Hanc quoque tangit injuſtitiam Apoſtolus* 1. Cor. 4. *cum ait*: Quid autem habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? *Quid habes, quod non accepiſti*? Quaſi E dicat: nihil. Omnia enim bona ſunt à Deo, *ſecundùm illud* Pſal. 103. Aperiente Te manum tuam, omnia implebuntur bonitate; *&* 2. *Paral.* 29. Tua ſunt omnia: & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. *Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis*? Ille gloriatur, quaſi non accipiens, qui de ſeipſo gloriatur, & non de Deo, ſicut de quibuſdam dicitur Pſal. 48. *Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur*. Et ad hoc pertinet *prima* ſpecies ſuperbiæ, qua ſcilicet aliquis ſuperbiendo, quod habet dicit à ſe ipſo habere, juxta illud Pſal. 11. *Labia noſtra à nobis ſunt*: (1. *Reg.* 2. Nolite F multiplicare loqui ſublimia gloriantes. *Secunda* ſpecies ſuperbię eſt, quando aliquis vult in aliquo gloriari præ cæteris; vnde ſubditur: *Quis noſter Dominus eſt*? Iob 21. *Quis eſt Omnipotens, vt ſeruiamus ei*?) Ille autem gloriatur quaſi accipiens, qui omnia Deo adſcribens, gloriatur de ipſo, ſicut dicitur 2. Corint. 10. *Qui gloriatur, in Domino glorietur*. Sic autem gloriari, non eſt ſuperbire, ſed humiliari ſoli Deo, cui homo dat gloriam, *ſecundùm illud Eccli.* 51. Danti mihi ſapientiam, dabo gloriam. *Denique vt mundanæ vanitas gloriæ magis innoteſcat, notat Author noſter, quòd ſit* G gloria falſa in diuitijs temporalibus, Pſalm. 11. *In multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur*. Vana in honoribus ſecularibus, Pſal. 96. *Glorientur in ſimulacris ſuis*, ideſt in ſecularibus dignitatibus, Ier. 9. *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua &c.* Stulta in voluptatibus: ſtultum eſt enim gloriari in eſcis mortalibus, 1. Timot. 5. *Quæ in delicijs eſt, viuens mortua eſt*. Mala in iniquitatibus, Pſal. 51. *Quid gloriaris in malitia*? Prima conuertetur in inopiam, Iob 27. *Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet: aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet*. Secunda in ignominiam, Oſe. 4. *Gloriam eorum in ignominiam commutabo*. Tertia in luctus angustiam, Apoc. 18. *Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum*. Quarta in æterna tormenta, Pſal. 10. *Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum*; & Iſ. 66. *Vermis eorum non morietur*. Vera gloria in Domino eſt, gloriari in eius cognitione, Ier. 9. *In hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me*. Item in mirabilium eius conſideratione, Eccli. 13. *Gloriari in mirabilibus illius*. Item in Dei dilectione, Pſal. 5. *Gloriabuntur in te qui diligunt nomen tuum*. Item in Dei laudatione, Pſal. 105. *Gloriemur in laude tua*. Item in Dei perfruitione: *Satiabor, cum apparuerit gloria tua*, Pſalm. 16. *Quam quidem, poſt præſentem vitam, dabit nobis* [illegible] *Deus, ſi hic degentes inceſſanter cum Pſalte* [illegible] *promiſerimus*: Non nobis, Domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam. Pſalm. 113. DISCE *cum Apoſtolo vnicam hic eſſe gloriam noſtram, teſtimonium conſcientiæ noſtræ*.

Donum bonum, bonum fortunæ: datum melius, bonum naturæ: optimum, bonum gratiæ: donum perfectum, bonum gloriæ.

Qui non Dei, ſed Mundi gloriam quærit, injuſtus eſt.

A 1. Timot. 1. 1c.

B Apoc. 7. ... & 1. alt.

C Ioann. 7. ...

D Opt. de erud. Princ. l. 7. c. 4.

Amator vanæ gloriæ partem Dei, ſcilicet gloriam, ſurripit.

E 1. Cor. 4. ...

Duæ ſuperbiæ ſpecies.

F Pſ. 11. ...

G ...

Gloria Mundi falſa, vana, ſtulta, mala.

Et damnoſa.

Vera gloria eſt, in Domino gloriari.

In quibus gloriamur in Domino.

GLORIA ÆTERNA.

II. Illud bonum, quod homo primò & principaliter deſiderat, tale debet eſſe, quod non quæratur propter aliud, & ſufficiat homini. Hoc autem bonum communiter felicitas nominatur, in quantùm eſt bonum hominis principale. Vocatur etiam beatitudo, in quantùm excellentiam quandam deſignat. Poteſt & pax vocari, in quantùm appetitum quietat: nam quies appetitus pax interior eſſe videtur. Vnde in Pſal. 147. dicitur: *Qui poſuit fines tuos pacem*. Op. 3. p. 2. c. 9.

1 P*Lura à nobis de hac materia præmiſſa ſunt & prælibata* Tom. 1. *Verbo* Beatitudo. *Verùm, quia de beatorum gloria quò plura denarrantur, eò magis dicenda ſuperſunt: idcircò nonnulla & hic adjicienda reſeruauimus. Illud verò in primis curioſitatem ingerit, cur æterna beatitudo* Gloria *nuncupetur. Quocirca conſiderandum, quòd ſecundùm* Ambroſium (*vt præced. Num. viſum eſt*) Gloria H eſt clara cum laude notitia, quaſi quædam notitia manifeſta, quæ de bonitate alicujus habetur. Sed, ſicut dicitur Luc. 18. *Nemo bonus, niſi ſolus Deus*; vnde ipſe eſt bonitas antonomaſicè & per eſſentiam: alia verò bona ſunt per participationem. Et ita ſoli Deo conuenit gloria antonomaſicè, Iſ. 42. *Gloriam meam alteri non dabo*; & 1. Tim. 1. *Soli Deo honor & gloria*. Cognitio ergo diuinæ bonitatis excellenter & antonomaſicè dicitur *gloria*, ideſt clara cum laude notitia bonitatis diuinæ. Iſta autem aliqualiter habetur ab homine: quia, vt dicebat Apoſtolus 1. Cor. 13. *Nunc cognoſco ex parte*; habetur verò excellentiùs ab Angelis: ſed à Deo perfectè. *Deum enim nemo vidit vnquam*: verum eſt; ſed nec Angeli comprehenſiuè: ſed ipſe ſolus ſeipſum comprehendit. Ergo ſola cognitio Dei de ſeipſo perfectè dicitur gloria, quia perfectam notitiam habet & clariſſimam de ſeipſo. *Ex quo, ad illud* 1. *Cor.* 11. Vir eſt imago, & gloria Dei, *docemur, quòd* gloria Dei I dupliciter dicitur. Vno modo quia Deus glorioſus eſt: & ſic homo non eſt gloria Dei, ſed potiùs Deus eſt gloria hominis, ſecundùm illud Pſal. 3. *Tu Domine ſuſceptor meus es, gloria mea*. Alio modo dicitur gloria Dei, claritas

Cur beatitudo gloria dicatur.

H Ambr. ... gloria ...

I 1. Cor. 11. ...

Vir gloria Dei quo ſenſu.

Gloria Dei dupliciter dicitur.

Digitized by Google

ejus ab eo deriuata, ſecundùm illud Exod. 40. *Gloria Domini impleuit illud*. Et hoc modo hîc dicitur, quòd *vir eſt gloria Dei*, in quantùm claritas Dei immediatè ſuper virum refulget, *ſecundùm illud Pſ. 4.* Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine. *Quod in ordine quidem naturæ & gratiæ & hîc & in*

Æterna hominum gloria in Dei viſione conſiſtit.

Patria verum habet: vtrebique enim ſolius gloriam Dei participamus. Hæc autem æterna hominis gloria in Dei clara viſione conſiſtit, Ioann. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. *Pro quo ſciendum, quòd quadruplex eſt intellectualis hominis viſio*. Eſt

Quadruplex intellectualis hominis viſio. L *Aug. ibi, & ibi.*

enim L quædam viſio, ad quam ſufficit lumen naturale intellectus, ſicut eſt contemplatio ſenſibilium per principia rationis. Et in hac contemplatione ponebant Philoſophi ſummam felicitatem hominis. Eſt iterum quædam contemplatio, ad quam eleuatur homo per lumen fidei ſufficientis, ſicut Sanctorum in via. Eſt etiam viſio prophetalis, ad quam eleuatur intellectus prophetæ per lumen gratiæ gratis datæ, quod eſt donum prophetiæ; nec tamen attingit ad videndum Deum, prout eſt objectum beatitudinis, ſed prout eſt ratio eorum, quæ pertinent ad diſpoſitionem hominum in Mundo. Eſt etiam quædam viſio beatorum in Patria, ad quam eleuatur intellectus per lumen gloriæ, videns Deum per eſſentiam, in quantùm eſt objectum beatitudinis. Et hoc plenè & perfectè non eſt, niſi in Patria. Sed quandoque ad ipſam raptim eleuatur aliquis, etiam exiſtens in hac mortali vita: ſicut fuit in raptu

Ratio, cur in viſione conſiſtat beatitudo, & dicatur vita æterna. M *Ioan. 17. lit. ...* *Matth. 5. ...* *Epheſ. ...* N *Apoc. ...*

Pauli 2. Cor. 12. *Dicitur autem perfecta hominis beatitudo vita æterna, & in viſione ſive cognitione conſiſtere: quia inter M* opera vitæ altius eſt opus intelligentiæ, quod eſt intelligere: & ideò operatio intellectus maximè eſt vita. Sicut autem idem eſt ſenſus actu & ſenſibile in actu: ita intelligens in actu & res intellecta in actu. Cum ergo intelligentia ſit vita, & intelligere ſit viuere, ſequitur, quòd intelligere rem æternam ſit viuere vitam æternam. Deus autem eſt res æterna: intelligere ergo & videre Deum eſt vita æterna. (*Vnde & de beatis dicitur Apoc. 7.* Non eſurient neque ſitient amplius: *nimirùm*, quia N pane vitæ fruentur, quia fonte vitæ inebriabuntur, Pſal. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ &c.*) Et ideò Dominus dicit, quòd in viſione conſiſtit vita æterna: ſcilicet principaliter ſecundùm totam ſuam ſubſtantiam. Amor autem eſt motiuum ad hanc, & quoddam ejus complementum: nam ex delectatione, quæ eſt in fruitione diuina, quam facit charitas, eſt complementum & decor beatitudinis: ſed ejus ſubſtantia in viſione conſiſtit, 1. Ioann. 3. Videbimus eum, ſicuti eſt. *Hoc facit & quod Ioannes*

Expenditur illud: Vita erat lux hominum. O *Io. 1. lit. ...*

prompſit cap. 1. Vita erat lux hominum. *Vbi Author obſeruat, quòd attendatur O* in præmiſſis verbis congruus ordo. Nam in naturali rerum ordine primo inuenitur eſſe; & hoc primò Euangeliſta intonauit, dicens: *In principio erat Verbum*. Secundò viuere; & hoc eſt, quod ſequitur: *In ipſo vita erat*. Tertiò intelligere; & hoc conſequenter adjunxit: *Vita erat lux hominum*. Vnde *ſecundùm Origenem* conuenienter vitæ attribuit lucem: quia lux nonniſi viuenti attribui poteſt. Eſt tamen notandum, quòd lux ad viuentem dupliciter comparari poteſt, vel vt objectum, vel vt participata; vt patet in viſu exteriori. Oculus enim lucem exteriorem cognoſcit tanquam objectum: ſed oportet, ad hoc quòd eam videat, quòd participet aliquam lucem interiorem, per quam aptetur & diſponatur oculus ad lucem exteriorem videndam. Sic ergo quod hîc dicit, *Vita erat lux hominum*, dupliciter poteſt intelligi. Primò vt dicatur *lux hominum* per modum objecti, quaſi à ſolis hominibus conſpicabilis: quia ipſam ſola rationalis creatura conſpicere poteſt, cum ipſa ſola diuinæ viſionis ſit capax, Iob 35. *Docet nos ſuper jumenta terræ, & ſuper volucres Cœli erudit nos*: quia licèt alia animalia cognoſcant aliqua, quæ vera ſunt; ſolus tamen homo ipſam rationem veritatis cognoſcit. Poteſt etiam dici *lux hominum* participata: nunquam enim ipſum Verbum, & ipſam lucem conſpicere poſſemus, niſi per participationem ejus, quæ in ipſo homine eſt, quæ eſt ſuperior pars animæ noſtræ, ſcilicet lux intellectiua, de qua dicitur in Pſal. 4. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui*, ideſt Filij tui, qui eſt facies tua, qua manifeſtaris, *& hîc nimirùm per lumen fidei, & in Patria per lumen gloriæ*. Hæc eſt igitur (*ait Chriſtus*) vita æterna, vt cognoſcant Te ſolum Deum verum. *Vbi Dominus omni procul dubio ad Patrem loquitur. Ergo, inſurgunt Ariani, Filius non eſt ejuſdem naturæ & eſſentiæ cum Patre: quia hîc ſolum excludere videtur perſonam Filij. At reſpondet cum Hilario Author, quòd*

Argumentum Arianorum & ejus ſolutio.

cum volumus P ſcire de re aliqua, vtrùm ſit vera, ex duobus ſcire poſſumus: ſcilicet ex natura ejus, & ex virtute. Verum enim aurum eſt, quod habet veram auri ſpeciem: quod quidem ſciemus, ſi facit veri auri operationem. Si ergo habemus de Filio, quòd habeat veram Dei naturam, & hoc per veram operationem diuinitatis, quam exercet, manifeſtum eſt, quòd eſt verus Deus. Quòd autem exerceat Filius vera opera diuinitatis, patet Ioann. 5. *Quæcunque Pater fecerit, hæc & Filius ſimiliter facit*. Et iterum: *Sicut Pater habet vitam in ſemetipſo*, non quidem participatam, *ſic dedit & Filio habere vitam in ſemetipſo*. Et 1. Ioann. 5. *Vt ſimus in vero Filio ejus: hic eſt verus Deus, & vita æterna*. Dicit autem, *Te ſolum Deum*, ſecundùm Hilarium, non excludens aliquid: vnde non dicit abſolutè, *Te ſolum &c.* ſed addit, *& quem miſiſti Ieſum Chriſtum*; quaſi diceret: *Vt cognoſcant Te, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, eſſe vnum ſolum verum Deum*, ſecundùm illum modum loquendi: *Tu ſolus Altiſſimus, Ieſu Chriſte, cum Sancto Spiritu*. Nec facit ibi mentionem de Spiritu Sancto: quia vbicunque ponuntur Pater & Filius, præcipuè in his, quæ ad majeſtatem diuinitatis pertinent, cointelligitur Spiritus Sanctus, qui eſt nexus amborum. *Sed & videtur per hoc* Q *quod dicit, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum*, datur intelligi, quòd in vita æterna gaudebimus etiam de humanitate Chriſti, Iſ. 33. *Regem*, ideſt Chriſtum, *in decore ſuo videbunt*. Et Ioan. 10. *Ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet*: nam in futuro R gaudebimus & de cognitione Dei & de cognitione aſſumptæ humanitatis. *Ingredietur*, ſcilicet in contemplatione diuinitatis, *& egredietur* in contemplatione humanitatis. *Et iterum. Ingredientur*, ſcilicet S Sancti, ad contemplandam diuinitatem Chriſti, *& egredientur* ad ejus humanitatem conſiderandam: *& in vtroque paſcua inuenient*, quia in vtroque gaudia contemplationis guſtabunt.

Q *Ioan. 17. ...*

Gaudebunt beati & de diuinitate Chriſti, & de humanitate.

R *Eph. ...*

S *Ioan. 10. ...*

1 *Guſtabunt inquam & gaudebunt: nam ex perfecta* T Dei viſione ſequitur perfectus amor. Tantò autem majus eſt gaudium de aliquo præſentialiter habito, quantò magis amatur: vnde ſequitur, quòd illud gaudium ſit plenum, non tantùm ex parte rei, de qua gaudetur, ſed etiam ex parte gaudentis. Et hoc gaudium eſt humanæ beatitudinis conſummatiuum. Vnde & *Auguſtinus* dicit 10. *Confeſſ.* quòd beatitudo eſt gaudium de veritate. *Verùm, quia de beatis legitur Pſ. 149.* Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis: *ſciendum in primis, quòd* nomen V gaudij non habet locum, niſi in delectatione, quæ conſequitur rationem: vnde gaudium non attribuimus brutis animalibus, ſed ſolummodò nomen delectationis. Lætitia verò X & exultatio, & jucunditas exprimunt quoſdam gaudij effectus. Lætitia quidem effectum interiorem, ſecundùm quod ipſe affectus dilatatur quaſi roboratus & perfectus ex appetibi-

T *Cyr. ...* *Matth. ...* Ibi gaudium.

Gaudium beatorum plenum ex parte rei, de qua gaudetur, tum ex parte gaudentis.

V *1. 2. ...*

Differentia inter gaudium, lætitiam, exultationem, & jucunditatem. X *Ioa. ...*

lis

lis conjunctione; vnde & passio gaudij cum dilatatione cordis perficitur: dicitur enim lætitia, quasi *latitia*. Sed exultatio exprimit vlteriùs effectum gaudij exteriùs prorumpentem in signum interioris gaudij; vnde dicitur exultatio ex hoc, quòd interius gaudium ad exteriora prodit: quod ex magnitudine gaudij interioris contingit. Iucunditas verò vlteriùs importat effectum gaudij exteriùs prorumpentem, qui non solùm demonstrat interius gaudium, sed etiam excitat alios ad gaudendum. *Et hi omnes quidem gaudij effectus ex Dei visione proueniunt*, *If.*35. Gaudium, & lætitiam obtinebunt; *& Psal.*131. Sancti ejus exultatione exultabunt; *& Eccli.*15. Stola gloriæ vestiet illum: jucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum &c. *Sanè, quia beatitudinis gaudium est interiùs exteriùsque superexcedens*, *Ioan.*16. Vt gaudium vestrum plenum sit: *idcircò, cum illius incapax veluti reddatur humanum cor, non mirum, si dicatur Matth.*25. Intra in gaudium Domini tui. *Vbi Author*: Qui Y gaudet *inquit* de bonis exterioribus, non intrat in gaudium, sed intrat gaudium in ipsum: qui autem gaudet de bonis spiritualibus, intrat in gaudium, Cant.1. *Introduxit me Rex in cellaria sua*. Vel aliter (*ad rem nostram magis:*) Quod est in aliquo, continetur ab illo, & continens majus est. Quando ergo gaudium est de aliquo, quod minus est, quàm cor tuum: tunc gaudium intrat in cor tuum. Sed *Deus major est corde nostro*, vt dicitur 1. Ioan.3. ideò qui gaudet de Deo, intrat in gaudium (*non gaudium in ipsum. Quod & Apostolus* 1. *Cor.* 2. *de æterna loquens felicitate innuere voluit, cum illud protulit:* Nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum.) Vel sic: *Intra in gaudium Domini tui*; idest, gaude eo, quo gaudet, & de quo gaudet Dominus tuus, scilicet de fruitione sui ipsius. Tunc ergo gaudet homo, vt Dominus, cum fruitur vt Dominus; vnde dixit Christus Apostolis: *Ego dispono vobis, vt edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo*; idest, vt sitis beati in quo sum beatus. Non enim Z de corporali cibo & potu potest intelligi, sed de eo, qui in mensa Sapientiæ sumitur, de quo dicitur Prou.9. *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis*. Super mensam ergo Dei manducant & bibunt beati, qui eadem felicitate fruuntur, qua Deus felix est, videntes eum illo modo, quo ipse videt seipsum. *En gaudij plenitudo: quæ pariter innuitur* Psalm.15. *cum dicitur*: Adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem. *Quibus in verbis* tria A dicit. Primò plenam Dei visionem, *adimplebis cum vultu tuo*; idest, videbo vultum tuum, 1. Cor.13. *Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem*. Secundò plenam lætitiam, *adimplebis me lætitia*, quia de summo bono, Ioan.16. *Vt gaudium vestrum sit plenum*. Tertiò delectationes indeficientes, *delectationes in dextera tua vsque in finem*, Prou 3. *Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria*; & If.35. *Lætitia sempiterna super caput eorum*. Super caput, *inquit, vt gaudij superabundantiam innuat: sicut oleum redundare dicitur, cum extra vas egreditur præ abundantia; nam & oleum lætitiæ dicitur*, *Psalm* 44. Oleo lætitiæ præ consortibus tuis. *Quo sensu legitur pariter & Psalm.*29. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum *per mortem corporalem, post quam in Patria* circundedisti me lætitia. *Quod quidem &* de Christo B & de quolibet justo potest intelligi. *Dicit autem*, circundedisti, *ad gaudij plenitudinem & superabundantiam signandam: quia quod circundatur ab aliquo, ab eo includitur & continetur, ita vt verum habeat quod* Matth.25. *dictum est*: Intra in gaudium Domini tui, *dum intra gaudium beatus veluti includitur, non gaudium in ipsum ingreditur. Sanè* nunc C non est gaudium plenum, quia *risus dolore miscetur*, Prou. 14. sed tunc erit plenum non solùm plenitudine sufficientiæ, vel indeficientiæ, sed & supereffluentiæ: ita enim gaudium replebit animam, quòd vndique superfluet & sub & supra, & intus & extra, à dextris & à sinistris, vt sit beatus totaliter in gaudio, sicut piscis in aqua, & homo in domo propria. *Vnde dicitur*: Intra in gaudium Domini tui. *Ejusmodi non est Mundi gaudium, de quo dicitur Ioan.*16. Mundus autem gaudebit. *Siquidem* stultum est D gaudium mundanorum, cum gaudeant in tempore tristitiæ, in loco miseriæ, in perpetratione malitiæ. *Dicitur ergo gaudium hocce plenum: quia* gaudium E proportionatur bono habito: & de bono creato non potest haberi gaudium plenum, quia non quietat plenè desiderium & appetitum hominis. Tunc ergo gaudium nostrum erit plenum, quando habebimus bonum illud, in quo superabundanter sunt omnia bona, quæ desiderare possumus. Et hoc bonum est solùm Deus, qui *replet in bonis desiderium nostrum*, vt dicitur in Psal.102. *Igitur*, quia Deus F est ipsa essentia bonitatis, per consequens ipse bonum est omnis boni; vnde eo viso, omne bonum videtur, secundùm quod Dominus dixit Moysi Exod.33. *Ego ostendam tibi omne bonum*. Per consequens igitur, eo habito, omne bonum habetur, secundùm illud Sap.7. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*. Et sic in illo finali bono, videndo Deum, habebimus omnium bonorum plenam sufficientiam. Vnde & fideli seruo repromittit Dominus Matth.24. quòd *super omnia bona sua constituet eum*. *Ex quo* Boetius *in* 3. *de Consol.* Beatitudo *inquit* est status G omnium bonorum aggregatione perfectus. *Et hac de causa dicebat Philippus ad Dominum*: Domine, ostende nobis Patrem: & sufficit nobis, *Ioann.*14. Nec mirum H quia visio Patris est finis omnium desideriorum & actionum nostrarum, ita vt nihil amplius requiratur, Psal.15. cit. *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo*; idest, in visione vultus tui.

m Quia verò I malum bono opponitur, necesse est, vt ad præsentiam omnis boni malum vniuersaliter excludatur. Non est *participatio justitiæ cum iniquitate, nec societas lucis ad tenebras*, vt dicitur 2. Cor.7. Sic igitur in illo finali bono non solùm aderit perfecta sufficientia habentibus omne bonum, sed etiam aderit plena quies & securitas per immunitatem omnis mali, secundùm illud Prou.1. *Qui me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato*. Ex quo sequitur, quòd sit ibi futura omnimoda pax. Non enim impeditur pax hominis, nisi vel per interiorum desideriorum inquietudinem, dum desiderat habere quæ nondum habet: vel per aliquorum malorum molestiam, quæ vel patitur vel pati timet. Ibi autem nihil timetur: cessabit enim inquietudo desiderij propter plenitudinem omnis boni. Cessabit etiam omnis molestia exterior per absentiam omnis mali: vnde relinquitur, quòd ibi sit perfecta pacis tranquillitas. Hinc est, quòd dicitur If.32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis*, per quod pacis perfectio designatur. Et ad ostendendum causam pacis, subditur: *& in tabernaculis fiduciæ*; quæ scilicet erit subtracto timore malorum: *& in requie opulenta*, quæ pertinet ad affluentiam omnis boni. *Et hic est fructus ille pacatissimus, de quo Hebr.*12. *dicitur*: Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ. *Siquidem* fructus L importat dulcedinem: vnde frui est delectari in fine adepto. Et *pacatissimum* dicit: in gloria enim nihil erit interiùs remordens conscientiam, nec impellens ad culpam, nec exteriùs contristans: Ergo ille fructus est *pacatissimus*:

Quo sensu intelligatur illud: *Intra in gaudium Domini tui*: non gaudium in te.

Y *Matth.* 25. *lit.b ibi. Hebr.* 4. *l.* 1. *ibi*, ingrediemur. *&* *l.* 2. *ibi*, ingredi. *Io.* 15. *l.* 2. *lit. c. In* 2. *d.* 26. 1. 1. *ad* 2. *Opusc.*3 *p.*2.*c.*9. *&* 1. 2. 28. *q.* 5. 4.

Z 3 *cont.G.cap.* 51.*fi.*

Beati eadem felicitate fruuntur, qua Deus felix est, & beatus.

A *Ps.*15.*fi.*

Gaudij beatorum plenitudo explicatur.

B *Ps.*29.*lit.b.*

C 1. *lo.* 1. *ibi*, plenum.

D *Serm. ex Epi Dom.* 2. *post Oct. Pasch. & serm.* 3. *ex Ep. Dom.* 4. *Adu.*

Cor dicatur gaudium plenum.

E *Ioan.*16.*l.*6. *lit.d & cap.*15. *l.*2. *lit. c.*

F *Op.* 3. *p.* 1. *c.* 9. *&* 3. *cont. G. cap.*63.

Beatitudo quid.

G 1. *p.*26. 1. *ad* 1. *&* 1. 2. 3. *ad* 2. *&* 9. 4. 7. *ad* 2. *&* 3. *cont. G. loco cit.*

H *Ioa.* 14. *l.* 3. *lit. a.*

I *Opusc.*3. *p.*2. *cap.*9 *Io.* 11. *l.* 1. *fi. & l.* 2. *lit. c fi. Matth.* 27. *lit. a. Apoc.*21. *com.* 1. *&* 2. *ibi*, absterget.

In ea immunitas ab omni malo, & securitas.

Et omnimoda pax.

L *Hebr.* 12. *l.* 2 *ibi.*

Digitized by Google

pacatus quidem in tranquillitate conſcientiæ, pacatior in ſuſceptione primæ ſtolæ, ſed *pacatiſſimus* in ſuſceptione ſecundæ. *Vnde & Deus animas beans*, Deus pacis *nuncupatur, pax enim in Deo, noſtra beatitudo eſt: quam Apoſtolus idcircò* 2. ad Theſſ. 3. *eis adprecabatur*; Ipſe autem Dominus pacis det vobis pacem ſempiternam. *Hinc Apoc.* 21. Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quia prima abierunt: *quæ ſcilicet* in hac lacrymarum valle *quotidie experimur: ab his enim erimus in Patria omnino immunes. Hanc beatam quietem & pacem figuraliter innuit Dominus* Matth. 15. *de quo dicitur, quòd* aſcendens in montem, ſedebat ibi: *Etenim* per montem M ſignatur altitudo gloriæ, vt habetur Geneſ. 19. *In monte ſaluum te fac*. Dicitur autem, *ſedebat ibi*: quia ibi eſt vera quies, non hic, Hebr. 13. *Non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus*; ideſt, futuram expectamus. *Et hæc eſt requies, de qua Apoſtolus ad Hebr.* 4. Ingrediemur enim in requiem qui credidimus: quemadmodum dixit: Sicut juraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. *Et iterum*. Itaque relinquitur Sabbatiſmus populo Dei. Qui enim ingreſſus eſt in requiem ejus, etiam ipſe requieuit ab operibus ſuis, ſicut à ſuis Deus. *Itaque relinquitur*, ideſt N remanet *Sabbatiſmus populo Dei*, qui in veteri lege per Sabbatum repræſentabatur, ſcilicet requies æterna (*quam ideò defunctis adprecamur*) Iſ. 58. *Vocaberis Sabbatum delicatum, & ſanctum Domini glorioſum*. Et cap. 66. *Erit menſis ex menſe, & Sabbatum ex Sabbato*, ideſt requies perpetua. Et dicit, *Sabbatiſmus*: quia ſicut in veteri lege Sabbatum repræſentabat requiem Dei ab operibus ſuis (de qua *Geneſ.* 2.) ita illa requies erit Sanctorum ab operibus ſuis, Apoc. 14. *Amodo jam dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis*. Vnde ſubdit: *Qui enim ingreſſus eſt in requiem ejus &c.* Quia ſicut Deus ſex diebus operatus eſt, & ſeptima requieuit: ita per ſex dies præſens tempus propter perfectum numerum ſignificatur: (*nam & ſexta Mundi ætas eſt.*) Qui ergo perfectè operatur, in ſeptima *requieſcet ab operibus ſuis, ſicut à ſuis Deus*: non autem à quibuſcunque operibus, quia ſunt ibi quædam opera perpetua, videre ſcilicet, amare, & laudare, Apoc. 4. *Et requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus &c.* ſed ab operibus laborioſis, *Iſ.* 40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem: aſſument pennas ſicut aquilæ: current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient. *En pacatiſſima gloriæ requies, en optatiſſima beatorum pax; vnde & militans Eccleſia de triumphante canit*: Vrbs Ieruſalem beata, dicta pacis viſio. *Cujus quidem figura extitit auguſtiſſimum Salomonis Templum*. Et propter hoc O in ædificatione Templi dicitur, quòd *non eſt auditus ſonitus mallei, vel ſecuris*: ad ſignificandum, quòd omnis perturbationis tumultus longè erit à ſtatu futuro *beatitudinis. At potior triumphantis Eccleſiæ figura fuit interior pars veteris Tabernaculi, quæ dicebatur* Sancta Sanctorum. *Vnde ad* Hebr. 9. *dicitur*: Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum &c. introiuit ſemel in Sancta. *Vbi Apoſtolus* oſtendit P dignitatem interioris tabernaculi, quia dicit, *per amplius*: & conditionem, quia *& perfectius*, vtpote quia eſt immobile, Iſ. 33. *Oculi tui videbunt Ieruſalem, habitationem opulentam*, tabernaculum *quod nequaquam transferri poterit*. Hoc autem eſt tabernaculum cœleſtis gloriæ, Pſal. 14. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo?* Dicitur autem tabernaculum, quia eſt locus peregrinorum: non enim debetur nobis ex conditione naturæ, ſed tantùm per gratiam. *Per amplius* ergo propter multitudinem bonorum immenſam: *& perfectius*, quia ibi ceſſabit omnis imperfectio, *omnis moleſtia exteriùs, omnis inquietudo interiùs, Iſ.* 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, *in tabernaculis* fiduciæ. *Vnde & Pſaltes Pſal.* 83. Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum!

M Matth. 15. lit. c. ibi.

N Hebr. 4. l. 2. ibi.

Templum Salomonis figura Eccleſiæ triumphantis. O 1. 2. 102. 4. ad 2.

Et potior figura, Sancta Sanctorum.

P Hebr. 9. l. 3. ibi, & cap. 9. l. 2. ibi, per velamen.

Cur cœleſtis gloria tabernaculum dicatur.

n *Plena verò hæc requies, plenum hocce gaudium, plena Dei fruitio, in æternum erit. Et hac de cauſa gloria cœleſtis vocatur* Cœna, *Apoc.* 19. Beati qui ad Cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt. *Vbi* non Q dicit *prandium*, ſed *cœnam*: quia prandium fit ante cœnam, & cœna poſt prandium: poſt cœnam verò non reſtat alia refectio. Et ideò æterna refectio, quæ non finietur, nec alia ei ſuccedet, rectè cœna vocatur. Prandium ergo gratiæ eſt in via, ſed cœna gloriæ datur in Patria. *Idcircò & beatitudo dicitur vita æterna, Ioan.* 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te &c. *Et pluriès in alijs capitibus, Matth.* 25. Ibunt hi in ſupplicium æternum: juſti autem in vitam æternam. *Marc.* 10. *& Luc.* 18. In ſeculo futuro vitam æternam. *Et Pſal.* 5. In æternum exultabunt, & habitabis in eis. *In æternum exultabunt*: lætitia namque R Sanctorum in Patria eſt ſempiterna: & ſecura; vnde addit: *& habitabis in eis*. Sempiterna quidem eſt, non temporalis, Iſ. 51. *Lætitia ſempiterna ſuper caput eorum*. Secura abſque perturbatione, Iſ. 32. *Sedebit populus meus in tabernaculis fiduciæ*. Et ideò dicit: *& habitabis in eis*, ſicut protector, *Apoc.* 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. *Sed & de hac æterna in cœleſti Patria fruitione certos reddidit Apoſtolos ipſe Dominus Ioann.* 16. *cum ait*: Gaudebit cor veſtrum: & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. *Gaudium veſtrum*, ſcilicet S de gloriæ fruitione, *nemo tollet à vobis*, cum ſit inamiſſibile & perpetuum. Nemo enim ſibimetipſi hoc gaudium tollet per peccatum, cum vniuſcujuſque voluntas ſit ibi in bono confirmata. Nemo etiam alteri hoc gaudium tollet, cum ibi nulla ſit violentia, nulla illatio nocumenti &c. *Quòd reſpexit & Pſaltes Pſalm.* 15. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vſque in finem: *ideſt*, delectationes T indeficientes. *De quo vide fuſiùs* V. *Et hinc exploditur illud*, in quo errauit X Origenes: voluit enim, quòd liberum arbitrium creaturæ nullatenus confirmaretur in bono nec in beatis, niſi in Chriſto propter vnionem ad Verbum. Ex hoc autem errore ponere cogebatur, quòd beatitudo Sanctorum & Angelorum non eſſet perpetua, ſed aliquando eſſet finienda: ex quo ſequitur, eam non eſſe veram, cum immutabilitas & ſecuritas ſit de ratione beatitudinis. Et ideò propter hoc inconueniens, quod ſequitur, ejus poſitio eſt penitus reprobanda.

Gaudium Beatorum & requies ſempiterna.

Q Apocal. 19. com. 1. ibi.

R Pſ. 5. lit. h.

S Io. 16. l. 5. ſi. & 3 nunc G c. 61. Op. 3. p. 2. c. 9. & 1. p. 64. 2. c. & 1. Pet. 1. ibi, hereditatem. & Apoc. 10. com. 11 ibi, tempus & Matth. 17. lit. a. ibi, bonum eſt.

T Pſ. 15. ſi.

V 1. 2. 5. 4. c. Ver. 24. 8. c. Op 3. p. 2 c 9. & 3. com. G. c. 61 & 62. & 1. p 64. 2. c.

Origenis error exploditur.

X De Ver. & 1. p. & 1. 2. loc. cit. & Matth. 25. ſi.

o *Ex præfatis omnibus æterna Sanctorum gloria humano redditur captui imperceptibilis, 2. Theſſ.* 1. Cum venerit (*Chriſtus*) glorificari in Sanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus &c. *Admirabilis dicit*: quia hoc Y excedet omnem admirationem: ſiquidem admiratio eſt ſtupor procedens ex magna phantaſia. Tanta verò Sanctorum gloria non poteſt cadere in opinionem hominum. Et ideò dicit, *admirabilis, Sap.* 5. Mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis. *Hinc Pſalm.* 92. *dicitur*: Mirabilis in altis Dominus: *quia licèt in operibus naturæ, & gratiæ*, mirabilis *ſemper in ſeruis ſit*: in altis *tamen, hoc eſt, in Cœlis, homines glorificans, antonomaſicè* mirabilis *ſuper omnem modum oſtenditur. Imperceptibilis inquam redditur hominibus gloria æterna. Vnde in Chriſti transfiguratione, quæ illius quædam fuit prælibatio, legitur Matth.* 17. *quòd* audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam &c. *Siquidem* conueniens fuit Z diſcipulos voce paterna terreri & proſterni: vt oſtenderetur, quòd excellentia illius gloriæ, quæ tunc demonſtrabatur, excedit omnem ſenſum & facultatem mortalium, *ſecundùm illud Exod.* 33. Non videbit me homo,

Gloria æterna humanæ menti admirabilis & imperceptibilis.

Y 2. Theſſ. 1. l. 2. ibi.

Z 3. p. 45. 4. ad 3. & Matt. 17. lit. a. ibi.

Digitized by Google

homo, & viuet. *Idcircò præmiserat cohærenter Euangelista*: Duxit eos in montem excelsum, Is.2. *Venite, & ascendamus ad montem Domini*: quia A super omnem altitudinem scientiæ & virtutis erit illa altitudo gloriæ. *Quod vno verbo expressit ex* Is. cap.64. *Apostolus* 1. *Cor.* 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum. *Videlicet*, quia illa gloria B non solùm sensu non percipitur, sed nec corde hominis carnalis, Io.14. *Quem Mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum*. Vel quia illius gloriæ notitia non accipitur à sensibilibus, sed ex reuelatione diuina. Et ideò signanter dicit; *nec in cor hominis ascendit*, sed descendit: *nimirum* à Patre luminum *ex superna reuelatione. Et ad Ephes.*2. Vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu. *In seculis superuenientibus*, scilicet C in alia vita, de quibus dicitur Eccli.24. *Et vsque ad futurum seculum non desinam*. Et licèt ibi sit vnum seculum, quia ibi est æternitas: dicit tamen *in seculis superuenientibus* propter multitudinem Sanctorum participantium æternitatem, vt dicantur ibi tot secula, quot sunt æternitates participatæ. De his seculis dicitur in Psal.144. *Regnum tuum, Regnum omnium seculorum*. Et dicit: *abundantes diuitias gratiæ suæ*; idest, abundantem gratiam, & in hoc Mundo, dum multa dimittit peccata, & maxima dona concedit: quæ quidem superabundat in alia vita, quia ibi indeficienter habetur; vnde Ioan.10. *Ego veni, vt vitam*, scilicet gratiæ, *habeant* in hoc Mundo, *& abundantiùs habeant*, scilicet gloriæ in Patria. Et hoc *in bonitate sua super nos*; idest, supra nostrum desiderium, supra nostrum intellectum, supra capacitatem nostram, *Is.*64. Oculus non vidit, Deus, absque te quæ præparasti expectantibus te. *Ex eo autem, quòd hujuscemodi gloria imperceptibilis est, multò magis redditur ineffabilis. Hinc Paulus Apostolus in raptu* 2. *Cor.* 12. Audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui: *quia nimirùm* (ex Augustino) raptus est D ad videndum diuinam essentiam. Manifestum est autem, quòd illud, quod Paulus vidit de essentia diuina, nullâ linguâ humanâ potest dici: aliàs Deus non esset incomprehensibilis. Dicit autem, *audiuit*, pro *vidit*: quia illa consideratio fuit secundùm interiorem actum animæ, in quo idem est auditus, & visus, *secundùm quod dicitur* Num. 12. Ore ad os loquor ei: & palam, & non per ænigmata & figuras, Dominum videt. *Idcircò* Apoc.2. *legitur*: Vincenti dabo manna absconditum. *Inexplicabilis siquidem humanæ redditur loquelæ beatorum gloria; proinde dicit*, manna absconditum: *Manna*, idest E dulcedinem gloriæ in fruitione æterna, quia manna dulcissimum erat: *absconditum* peregrinantibus, vt magis desiderent: sicut & filij Israel quærebant Exod.16. Manhu? *quod interpretatur*, quid est hoc? ignorabant enim quid esset. *Vnde & cohærenter subditur*: quod nemo scit, nisi qui accipit: *nimirum*, quia F quid sit immortalitas gloriæ, nullus plenè scit, nisi qui eam scit in se per experientiam. *Vnde dicit*, nisi qui accipit; *idest*, donec G acceperit. *Huc respexit & Dominus, cum* Ioann.1. *à duobus ijs discipulis interrogatus*: Rabbi, vbi habitas? *respondit*: Venite, & videte. *Nimirùm*, quia H habitatio Dei siue gratiæ, siue gloriæ, agnosci non potest, nisi per experientiam: nam verbis non potest explicari. Et ideò dicit: *Venite, & videte. Venite* credendo & operando: *& videte* experiendo. *Eapropter Isaias cap.*24. A' finibus terræ laudes audiuimus, gloriam justi. Et dixi: secretum meum mihi, secretum meum mihi. Væ mihi. *Secretum*, scilicet I de præmijs justorum. *Væ mihi*: quia non possum alijs enarrare. *Ex quo Psaltes magnum quid æternam gloriam admirando vocat; nil speciale de ipsa subijciens, cum ait Psal.*30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te! *Et Petrus in sua secunda cap.*1. Per quem *inquit* maxima & pretiosa nobis promissa donauit: *idest*, vitam L æternam, in Scriptura Sacra frequenter nobis promissam. Et hanc vocat *promissa* pluraliter, ob pluralitatem gaudiorum & donorum: quia illic *est status omnium bonorum aggregatione perfectus*. Quæ sunt etiam *maxima*: magna enim sunt dona naturæ, majora gratiæ, *maxima* gloriæ. Dicuntur etiam *pretiosa*: quia pretio meritorum redduntur seu dantur. *Pretio inquam sanguinis Christi hominis Dei, cujus profusio cum infiniti fuerit valoris, æquiualens ei merces debetur, scilicet maxima, pretiosa, & optima, quæ à Deo solo redditur Optimo Maximo*.

A Matth.17. lit.A. ibi.
B 1. Cor.2. l.B. ibi.
C Ephes.2. l.C. ibi.
Res cõsequens & ineffabilis.
D 2. Cor.12. l.D. ibi.
E Apoc.2. com. 1. & 3. ibi.
F Apoc.2. com. 2. ibi.
G Ibid. com.1. ibi.
H Ioann.1. l.13. ibi.
I Is. 24. ibi.
L 2. Pet.1 ibi.
Dona naturæ magna, gratiæ majora, gloriæ maxima.

P *Quadruplex tandem illius gloriæ excellentia tangitur ab Apostolo* Roman.8. *cum inquit*: Existimo, quòd non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. *Quibus in verbis* quatuor M ponit ad ostendendum excellentiam illius gloriæ. Primò quidem designat ejus æternitatem, cum dicit, *ad futuram*, scilicet post hoc tempus: nihil autem est post hoc tempus, nisi æternitas. Vnde illa gloria excedit *passiones hujus temporis*, sicut æternum temporale; 2. Cor.4. *Id enim, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis*. Secundò designat ejus dignitatem, cum dicit, *gloriam*: quæ claritatem quandam dignitatis insinuat, Psal. 149. *Exultabunt Sancti in gloria*. Tertiò designat manifestationem, cum dicit: *quæ reuelabitur*. Nunc enim gloriam quidem habent Sancti, sed occultatam in conscientia, 2. Cor.1. *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ*. Tunc autem gloria illa in conspectu omnium reuelabitur & bonorum & malorum, de quibus dicitur Sap. 5. *Mirabuntur in subitatione insperatæ salutis*. Quartò designat ejus veritatem, cum dicit, *in nobis*. Gloria enim hujus Mundi vana est: quia est in his, quæ sunt extra hominem, putà in apparatu diuitiarum, & in opinione hominum, Psal.48. *In multitudine diuitiarum suarum gloriantur*. Sed illa gloria erit de eo, quod est intra hominem, secundùm illud Luc. 17. *Regnum Dei intra vos est*. Sic igitur *passiones hujus temporis*, si secundùm se considerentur, multùm deficiunt à quantitate hujus gloriæ. Sed si considerentur, in quantùm eas aliquis voluntariè sustinet propter Deum ex charitate, quam in nobis Spiritus facit: sic ex condigno per hujusmodi passiones homo meretur vitam æternam. Nam Spiritus Sanctus est *fons*, cujus *aquæ*, idest effectus, *salient in vitam æternam*, vt dicitur Ioan.4. *Et quidem in visione illa beatifica tria consequitur homo. Ad ea enim Dauidis verba Psal.*26. Vt videam voluptatem Domini, *docemur, quòd* tria sunt N in illa visione desideranda, quę naturaliter homo desiderat videre. Primò pulchra. Summa autem pulchritudo est in ipso Deo: quia pulchritudo in formositate consistit: Deus autem est ipsa forma informans omnia; ideò dicit secundùm aliam literam: *vt videam decorem Domini* (*Is.*33. Regem in decore suo videbunt:) Sap.13. *Si specie delectati, Deos putauerunt: sciant quantò his Dominator eorum speciosior: speciei enim generator hæc omnia constituit*. Secundò delectabilia, & fugere tristitiam; ideò secunda litera habet: *vt contempler delectationem Domini* (*vnde & nostra habet*: voluptatem Domini) idest bonitatem Dei, in qua est summa delectatio, Psal.15. *Delectationes in dextera tua vsque in finem*. Tertiò dispositio rerum: multùm enim est delectabile scire scientiam omnium rerum, quę in Mundo sunt. Et ideò videre dispositionem diuinę prouidentię est maximè delectabile; & ideò dicit:

Quadruplex gloriæ cœlestis excellentia.
M Rom.8. l.a. ibi.
Excitatio ad tribulatos.
N Ps.26. lit.c. ibi.
Tria consequuntur homo in visione beata.

Digitized by Google

dicit: *vt videam voluntatem Domini:* (*sic enim ex bibebant tempore Authoris codices sacri: nunc autem habetur*, voluptatem Domini:) idest rationem à Deo volitam & dispositam, Rom.12. *Vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta*. Hæc autem habemus in vita ista imperfectè, & per fidem: in futura autem domo habebimus perfectè: vbi sunt Sancti contemplantes Deum *facie ad faciem*, vt dicitur 1. Cor.13. *Sanè in ea felicissima Patria plures beatorum statuuntur mansiones*, Ioan.14. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. *Vbi notandum, quòd cum vniuscujusque* O *domus sit, in qua habitat*: illa dicitur domus Dei, in qua habitat Deus. Deus autem habitat in Sanctis, Ierem.14. *Tu in nobis es Domine*: sed in quibusdam quidem per fidem, Ephes.3. *Christum habitare per fidem in cordibus vestris*: in quibusdam verò per fruitionem perfectam, 1. Cor.15. *Vt sit Deus omnia in omnibus*, & Psal.5. *In æternum exultabunt, & habitabis in eis*. Duplex est ergo domus Dei. Vna est militans Ecclesia, scilicet congregatio fidelium; & hanc inhabitat Deus per fidem, Apoc.21. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis*. Alia est Ecclesia triumphans, scilicet Sanctorum collectio in gloria Patris, Psalm.64. *Replebimur in bonis domus tuæ*. Sed domus Patris dicitur non solùm illa, quam ipse inhabitat, sed etiam ipsemet: quia ipse in seipso est. Et in hac domo nos colligit. Quòd autem ipse Deus sit domus, habetur 2. Cor.5. *Ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam æternam in Cælis*. Et hæc, domus est gloriæ, quæ est ipse Deus, Ier.17. *Solium gloriæ altitudinis à principio*. Manet autem homo in hoc loco, scilicet in Deo, quantùm ad voluntatem & affectum per fruitionem charitatis, 1. Ioann.4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*: & quantùm ad intellectum per notitiam veritatis, Ioan.17. *Sanctifica eos in veritate*. In hac ergo domo, idest in gloria, quæ Deus est, *mansiones multæ sunt*: idest, diuersæ participationes beatitudinis ipsius: quia qui plus cognoscit, majorem locum habebit. Diuersæ igitur participationes diuinæ cognitionis, & fruitionis, sunt diuersæ mansiones, *in illius videlicet mensa beatitudinis, de qua Luc.22.* Vt edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo. *Cæterùm* consistit P beatitudo in duobus. Primò in diuina visione: & ad hanc disponitur per munditiam. Et ideò quantò quis habet cor magis eleuatum à terrenis, tantò magis & perfectiùs Deum videbit. Secundò in fruitionis delectatione: & ad hanc disponitur per amorem. Et ideò qui habet cor magis feruens amore Dei, magis delectabitur in diuina fruitione. *Vnde & docemur, quòd major vel minor gradus beatitudinis, siue distinctio* Q *gradus* in gloria accipitur penes gradus charitatis. *Quod valde notandum. Ex his omnibus liquet satis, quale & quantum sit illud bonum, quod non quæritur propter aliud, quod est hominum summa felicitas, perfecta pax, & completa beatitudo, vt ajebat initio* Author. *Beatæ descriptionem Patriæ vide fusiùs* R. DISCE, *in solo Deo summo bono hominis desiderium plenè quiescere. Vide* Beatitudo.

O Ioan.14. l.1. lit. c, & 1. 2. S 2. In 4 d.49. 1.4 q.2.

Duplex domus Dei.

Deus ipse, domus Dei, & nostra in Cælis.

Quid mansiones multæ in Cœlo.

P Ioan 14. l. 1. ibi, mansiones.

Q 4.d.49.1.4. q.4. ad 1.2. & 3. & 1.2.2.

R Apoc.7.21. & 22. vtroque Comm.

III. *Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet &c.* Hic tangit Apostolus agonizantium pugnam, pugnandi formam firmam, & pugnantium mercedem debitam. Primum est necessitatis, scilicet pugnare: secundum virtutis, scilicet abstinere: tertium felicitatis, scilicet coronam accipere. 1. Cor.9. l.5.

q HVcusque *de beato fine metaque felicissima hominis dictum est: jam superest, vt de via medijsque ad eam conferentibus aliquid afferamus*. *Sanè ex Iob, cap.9.* Tendentibus S ad aliquem finem tria sunt necessaria. Primum est, vt in nullo alio cor suum figant, per quod retardari possint à fine, sed festinent ad finem consequendum. Et ideò ponit Iob exemplum de cursore, qui sic tendit ad finem sui cursus, quòd in via moram non trahit. Vnde dicit: *Dies mei velociores fuerunt cursore &c.* Secundò requiritur, quòd tendens in aliquem finem, acquirat sibi illa, per quæ possit ad finem peruenire. Sicuti qui vult sanari, oportet quòd acquirat medicinas, quibus sanetur. Sic qui vult ad verum bonum peruenire, oportet quòd acquirat virtutes, quibus illud consequi possit. Vnde subdit: *Pertransierunt quasi naues, poma portantes &c.* Tertium restat consecutio finis; vnde dicit: *Sicut aquila volans ad escam*. In quo etiam duo prædicta designantur: nam aquila velociùs volat, præcipuè cum à fame impellitur: & escam habet pro fine, qua reficitur. *Enimverò, ad hæc cohærenter*, non consequitur T aliquid finem suum, nisi quod sibi proprium est bene operando. Neque enim planta fructum faceret, si naturalis operationis modus non seruaretur in ipsa: neque cursor perueniret ad brauium, aut miles ad palmam, nisi vterque secundùm proprium officium operaretur. Rectè autem operari hominem propriam operationem, est operari ipsum secundùm virtutem: nam virtus vniuscujusque rei est quæ bonum facit habentem, & opus ejus bonum reddit, vt dicitur *in 2. Ethic.* Cum igitur vltimus finis hominis sit vita æterna, non omnes ad eam perueniunt, sed soli qui secundùm virtutem operantur. *Virtutes autem præcipuæ ad finem præfatum sunt fides, spes, charitas, 1. Cor.13.* Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc. *Vbi Author: Causa inquit quare* V non facit mentionem de omnibus donis, sed de istis tribus tantùm, est quia tria hæc conjungunt Deo: alia autem non conjungunt Deo, nisi mediantibus istis. Alia etiam dona sunt quædam disponentia ad gignendum ista tria in cordibus hominum. Vnde & solùm ista tria, scilicet fides, spes, charitas, dicuntur virtutes theologicæ, quia habent immediatè Deum pro objecto. *Hinc docemur, quòd per fidem* X *habemus notitiam Dei*: per spem eleuamur in ipsum: sed charitate vnimur ei. *Vnde & loco citato addit, nec immeritò, Apostolus*: Major autem horum est charitas: *ceu quæ omnium est forma virtutum, & nulla sine ipsa proficit virtus ad vitam æternam*. Impossibile Y est enim, Deum videri ab aliquo, quin diligatur. *Et alibi*: Diuinam essentiam Z nullus nisi eam diligens videre potest: *sola etenim charitas, vt prætactum est, vnit Deo, vltimo nostro fini*.

r *Tribus autem his potissimis virtutibus, charitati præsertim, quartum adijcitur necessarium, scilicet opera bona, vnde non abs re dicitur ad Galat.5.* Fides, quæ per charitatem operatur. *Amor autem ex Gregorio* operatur magna, si est. *Hinc* Apoc.21. *legitur, quòd* Ciuitas in quadro posita est. *Videlicet*, quoniam A quatuor sunt ejus latera, scilicet fides, spes, charitas, & operatio. Vnde dicit Hugo: *Quantum quisque credit, tantum sperat: quantum sperat, tantum diligit: quantum diligit, tantum operatur*. In quadro igitur Ciuitas posita est: quia robusta fide, longanimis spe, ampla charitate, efficax opere. *Ex quo eodem Apoc. cap. dicitur*: Beatus qui custodit verba prophetiæ libri hujus (*scilicet Apocalypsis*:) Valdè benè B dicit, *qui custodit*: quia nihil prodest ad cognitionem veritatis legendo vel audiendo pertingere, nisi addatur bene viuere. Ille quidem solus ad beatitudinem peruenit, qui non solùm per memoriam, sed per vitam præcepta custodit. *Luc.10.* Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. *Vnde & ejusdem Apoc. cap.14. dicitur*: Vt requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos. *Vt requie-*

S Iob 9. l.4.

Tria ad finem tendentibus necessaria.

T Op.3. c 172. & 2. Cor 5.l.1.

Non consequitur aliquid finem suum, nisi quod sibi proprium est, bene operando.

Ad gloriam æternam non perueniunt, nisi qui secundùm virtutem operantur.

V 1. Cor.13. l. 4. ibi.

Præcipua ad eum finem virtutes, fides, spes, charitas.

X Coloss.1. l.2. sub init.

Y Ioan.13. l.5. lit. c.

Z Io.16 l.6. & cap.20. l.4. lit a.

Præter virtutes præfatas exiguntur & bona opera.

A Apoc.21. com. a. & 2. ibi

B Ibid. com. 1. ibi. Et Luc. 1. ibi, beatus.

Digitized by Google

C *Apoc. 14. com. 2. ibi.*

quiescant, idest C æternaliter post mortem, *à laboribus suis*, idest post labores, & pro laboribus suis, *Sap.* 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. *Opera enim illorum sequuntur illos*, sicut famuli dominum suum sequuntur. Et bene dicit: *sequuntur*; non, *præcedunt*: quia Sancti non vident opera sua, vt Deus videt. Vnde Iob 31. *Si vidi Solem, cum fulgeret, & Lunam incedentem clarè.* Et Matth. 6. *Cum facis eleemosynam, noli tuba canere &c.* (*& postea sequitur*: Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.) Item *opera illorum sequuntur illos*: idest, reddetur in futuro, non in præsenti, sicut hypocritis, quibus statim redditur merces, Matth. 6. cit. *Receperunt mercedem suam.* De Sanctis autem dicitur Psalm. 127. *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Vnde dicitur *Eccle.* 11. Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post tempora multa inuenies illum. *En quomodo æterna merces pro bonis confertur operibus. Profectò* habere D perfectum bonum sine motu, conuenit ei, quod naturaliter habet illud: habere autem beatitudinem naturaliter, est solius Dei: vnde solius Dei proprium est, quòd ad beatitudinem non moueatur per aliquam operationem præcedentem. Cum autem beatitudo excedat omnem naturam creatam, nulla pura creatura conuenienter beatitudinem consequitur absque motu operationis, per quam tendit in ipsam. Sed Angelus, qui est superior ordine naturæ, quam homo, consecutus est eam ex ordine diuinæ Sapientiæ vno motu operationis meritoriæ: homines autem consequuntur ipsam multis motibus operationum, qui merita dicuntur. Vnde etiam secundùm Philosophum, beatitudo est præmium virtuosarum operationum. *Nec tamen dicimus, opera bona præexigi ad prælectionem diuinam, siue prædestinationem ad beatitudinem*: (Voluntas enim diuina E non habet causam, nisi finem voluntatis suæ, qui est sua bonitas:) *sed ad prædestinationis effectum tantummodo consequendum.* Est autem prædestinationis F effectus salus humana, quæ à Deo procedit sicut à causa prima: sed ejus possunt esse multæ aliæ causæ proximæ, quasi instrumentales, quæ sunt ordinatæ à diuina prædestinatione ad salutem humanam. Vnde sicut prædestinationis diuinæ est effectus, quòd iste saluetur: ita & quòd per talia merita saluetur. *Et sic, dicimus, opera bona ad gloriam æternam consequendam requiri. Quapropter canebat Dauid Psalm.* 118. Anima mea in manibus meis semper: *hoc est, vt gloriam adipiscatur æternam, anima mea in exercitio bonorum operum incessanter versatur: per manus enim opera signantur. Vnde & illud Psal.* 25. Lauabo inter innocentes manus meas, *exponitur*: manus meas, *idest* opera G mea. *Et ideò eodem* Psal. 118. *repetebat Psaltes*: Leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, & exercebar in justificationibus tuis: *per exercitium videlicet bonorum operum secundùm præcepta legis, juxta illud Apostoli ad Hebr.* 12. Remissas manus erigite: *siquidem* manus H cum sit organum organorum, remissa dicitur, quando vacat à bonis operibus, *sine quibus æternæ vitæ gaudia minimè comparantur.*

D 1. 2. 5. 7. c. & 1. p. 62. 5. ad 1. Cp 3. c. 172. Solius Dei est, habere beatitudinem sine præcedenti operatione.

Beatitudo est præmium virtuosarum operationum.

E 1. d. 41. 1. 3. c. & [illegible] citandis. Diuina voluntas nullam habet causam, nisi finem suæ voluntatis, qui est sua bonitas.

F Ver. 6. 6. & 2. c. & 1. p. 23. a. 5. & 8. In 1. d. 41. 1. 4. 3. & 4. lo. 15. l. 3. tis d.

Opera bona præexiguntur ad effectum prædestinationis cōsequendum.

G *Psal. 25. lit. d.*

H *Hebr. 12. l. 3. ibi.*

§ *Cæterùm* opera I humana possunt considerari dupliciter. Vno modo secundùm substantiam operum: & sic non habent aliquid condignum, vt eis merces æternæ gloriæ reddatur. Alio modo possunt considerari secundùm suum principium, prout scilicet ex impulsu Dei aguntur secundùm propositum Dei prædestinantis: & secundùm hoc eis debetur merces prædicta secundùm debitum, *Rom.* 8. Quicunque spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Si autem filij, & heredes. *Vnde Apostolus ibid. cap. 4. inquit*: Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundùm gratiam, sed secundùm debitum. *Operantis autem* hominis L meritum consistit in duobus, scilicet in operatione boni, & in euitatione mali, Psal. 33. *Declina à malo, & fac bonum.* Et ideò, quantùm ad primum, dicit Psaltes, Psalm. 17. *Retribuet mihi Dominus secundùm justitiam meam*, quam ipse in me operatus est, Prou. 11. *Seminanti justitiam merces fidelis.* Quantùm ad secundum dicit: *& secundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi*; idest innocentiam, Iob 22. *Saluabitur innocens: saluabitur autem in munditia manuum suarum*: idest M innocentia operum suorum. *Et hinc est, quòd æternæ gloriæ præmium vocatur corona; quæ nulli conceditur*, nisi legitimè certauerit, *vt dicitur* 2. *Tim.* 2. Exemplum N assumite in pugnis secularibus: vbi non omnes, sed legitimè certantes accipiunt coronam. Sic ergo erit & in spiritualibus, quòd nullus coronabitur, nisi seruet debitas leges pugnæ. *Vnde & Psal.* 8. *& Hebr.* 2. *dicitur*: Gloria & honore coronasti eum: *scilicet* in signum O victoriæ, quia corona datur vincenti. *Et cap.* 12. Fructum pacatissimum reddet justitię, *at nonnisi* exercitatis per eam; *idest*, per P disciplinam, Hebr. 5. *Perfectorum autem est solidus cibus: eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali.* Causa Q hujus exercitationis est consuetudo, non ocium scilicet, sed frequentia actus; & ideò dicit, *pro consuetudine*, scilicet rectè agendi. Finis verò hujus exercitij est *ad discretionem boni & mali*: tunc enim quis perfectus est, quando discernit inter bonum & malum, If. 6. *Vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Hęc autem sunt tria: scilicet discretio inter bonum & malum, inter bonum & melius, inter malum & pejus. Multa enim sunt, quę videntur bona, & tamen mala sunt. *Idcircò de necessaria ad coronam hanc assequendam victoria frequenter legimus in Apocalypsi. Nam cap.* 2. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitę. Qui vicerit, non lędetur à morte secunda. Vincenti dabo manna absconditum. *Et cap.* 3. Qui vicerit, faciam illum columnam in Templo Dei mei, & foras non egredietur amplius. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. *Et addit*: Sicut & ego vici, *scilicet ego Christus, verus Deus & homo, vt vobis exemplum darem. De quibus autem victoriam reportarit, exponitur. Vici*, scilicet Mundum R per charitatem, carnem per virginitatem, diabolum per humilitatem. *Ex quo bene sequitur*: Et sedi cum Patre meo in throno ejus: *nam Luc.* 24. Oportuit pati Christum, & ita (*quasi non aliter*) intrare in gloriam suam. *Et alibi.* Vincenti dabo edere de ligno vitę, quod est in Paradiso Dei mei. Vincenti, *scilicet exemplo Christi* Mundum, S carnem, diabolum: quia *Mundus, caro, dæmonia, diuersa mouent prælia.* Mundus vincitur fide, 1. Ioann. 5. *Hæc est victoria, quę vincit Mundum, fides nostra.* Caro vincitur vigiliâ, jejunio, & cęteris operibus disciplinę, Eccli. 31. *Vigilia honestatis tabefaciet carnes.* Diabolus vincitur sola humilitate, Psalm. 135. *In humilitate nostra memor fuit nostri: & redemit nos ab inimicis nostris.* Inter hostes sumus continuè: & ideò semper nos oportet esse armatos, & paratos ad bellum. *Et adhęc quidem cohęrenter, dicebat Paulus* 2. *Tim.* 4. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona justitię, quam reddet mihi Dominus justus judex. *Bonum* inquit *certamen*: quia T certamen dicitur bonum: Primò si sit pro bonis, putà si sit pro fide & justitia, Eccli. 4. *Pro justitia agonizare &c.* Secundò propter modum certaminis, si scilicet solicitè & legitimè certetur, 2. Tim. 2. *Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit.* Tertiò propter difficultatem certaminis, Sap. 10. *Certamen forte dedit illi, vt vinceret.* Secundùm quod est profectus in bonis, dicitur *cursus*; vnde sequitur: *cursum consummaui*, 1. Cor. 9. *Sic currite, vt comprehendatis.* Et

dicitur

Opera humana dupliciter considerantur in ordine ad vitam æternam.

I *Rom. 4. l. 1. ibi*, ei autem. *& cap. 6. fi. & cap. 8. l. 3. 2. Tim. 4. l. 2. ibi*, corona. & 1. 2. 114. a. 1. & 3. & 3. p. 48. 1. c. *In* 2. *d.* 27. 3. 3.

L *Ps. 17. lit. n. fi. & ad Tim. l. c.* Meritum hominis in duobus consistit.

M *Iob 22. fi.*

N 2. *Tim. 2. l. 1. ibi.* Non coronatur corona gloriæ, nisi qui legitimè certauerit.

O *Hebr. 2. l. 2. ibi.*

P *Hebr. 12. l. 2. fi.*

Q *Hebr. 5. fi.*

Christus in hoc exemplar nostrum.

R *Apoc. 3. com. 2. ibi. Io. 16. fi.*

Qualis exigatur victoria ad gloriæ coronam adipiscendam.

S *Apoc. 2. com. 2. ibi. & cap. 21. com. 1. ibi*, qui vicerit.

Certamen bonum quale.

T 2. *Tim. 4. l. 2. ibi.*

Digitized by Google

dicitur *curſus* profectus Sanctorum, quia cum feſtinatione currunt, vt meliorantes conſumment, agitati ſtimulis charitatis, Hebr. 4. *Feſtinemus ingredi in illam requiem*; & Pſal. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri*. Sequitur: *Fidem ſeruaui*. Quod facit qui vtitur donis Dei ad Dei gloriam, & ſalutem proximorum, Matth. 24. *Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens &c.* Deinde, cum dicit: *In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitię &c.* ponitur ſpes de pręmio. Q. d. Ex quo pugnaui, & curſum conſummaui, nihil reſtat, niſi quòd coroner.

Quomodo æterna gloria dicatur *corona juſtitiæ*, cum ſit ex gratia.

Corona juſtitię dicitur, quam Deus ex ſua juſtitia reddet. *Sed contra*: quia vita ęterna ex gratia datur, Rom. 6. *Gratia Dei, vita ęterna*. Dicendum, quòd eſt ibi *gratia* quantùm ad radicem merendi: *juſtitia* quantùm ad actum, qui procedit ex voluntate. Vel *corona juſtitię* eſt, quę datur ex iuſtitia, quia datur juſtis ſecundùm opera juſta.

Gloriæ corona duplex.

Hęc autem corona duplex eſt: quędam principalis, quædam ſecundaria. Prima eſt præmium eſſentiale, quæ nihil eſt aliud, quàm gaudium de veritate, Iſ. 28. *In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populi ſui*. Deus ergo eſt corona noſtra.

Corona ſecundaria, ſiue aureola, triplex.

Secunda eſt corona, quæ debetur ſpecialibus operibus: & hæc eſt aureola (*ſiue præmium accidentale*) & vna debetur martyribus, 2. Tim. 2. *Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit*; & ad hoc eſt quod dicit: *Bonum certamen certaui*. Alia debetur virginibus, Sap. 4. *In perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens*; & ad hoc eſt: *Curſum conſummaui*, Apoc. 14. *Hi ſequuntur Agnum quocunque ierit*. Tertia eſt Doctorum, Prou. 4. *Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te*; & ad hoc dicit: *Fidem ſeruaui*. Et dicit: *repoſita eſt mihi*; ideſt, ſecundùm æternam prædeſtinationem reſeruata. *Vnde & ſuprà cap. 1. dicebat*: Scio cui credidi, & certus ſum: quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem. *Hæc eſt igitur corona, quæ cuilibet Sanctorum hìc promittitur, & in Patria confertur. Vnde dicitur Eccli. 45.* Corona aurea ſuper caput ejus; *atque additur*, expreſſa ſigno ſanctitatis: *non enim æternæ datur felicitatis corona, niſi pugnantibus, & abſtinentibus, hoc eſt, ſecundùm virtutem operantibus: quod ajebat initio*

V 1. Cor. 9. l. 5.

Author. Primum V eſt neceſſitatis, ſcilicet pugnare: ſecundum virtutis, ſcilicet abſtinere: tertium felicitatis, ſcilicet coronam accipere.

Per viam tribulationis itur ad Patriam æternæ conſolationis.

t *Ex his deducitur, per ſolam tribulationum viam ad Patriam perueniri æternæ felicitatis. Et ratio adducitur: quia, vt habetur Apoc. 21.* Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium. *Cui conſonat illud Iſ. 35.* Non tranſibit per eam pollutus. *Hic autem, impoſſibile eſt, quòd vel mortaliter, vel ſaltem venialiter, quis non inquinetur*. Modò enim X in Eccleſia

X Apoc. 21. com. 1. ibi.

immundus cum mundo, malus cum bono, mendax cum veridico conuerſatur. *Vt verò habetur Eccli. 13.* Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam. *Et Pſal. 17. generaliter*: Cum peruerſo peruerteris.

Per tribulationes purgatur anima, vt digna ſit beatitudine, in quam non intrat aliquod coinquinatum.

Igitur ad beatam Patriam acceſſuris neceſſaria eſt præuia purgatio. Vt enim ait ex Auguſtino Magiſter Sentent. in 1. diſt. 2. Diuina Trinitas eſt ſummum bonum, quod purgatiſſimis mentibus cernitur. *Vbi Author*: Ad hoc Y quòd videatur Deus naturali cognitione, oportet mentem purgari à ſenſibilibus & phantaſmatibus. Ad hoc autem, quòd per fidem cernatur, oportet mentem purgari ab erroribus, & naturalibus rationibus. Ad hoc autem, quòd videatur per eſſentiam (*quod eſt noſtra beatitudo*) oportet mentem purgari ab omni culpa & miſeria. *Ex quo* ad illam Z Dei viſionem creatura rationalis eleuari non poteſt, niſi totaliter fuerit depurata. *Hæc verò depuratio ſiue purgatio nonniſi per tribulationes, æquanimiter tolleratas propter Deum, perfectè fit, Eccli. 27.* Vaſa figuli probat fornax: & homines juſtos tentatio tribulationis.

Y 1. d. 2. exp. tex. & Apoc. com. 1. Proem.

Z 4. com. G. c. 91. n. 4.

Et Pſal. 16. Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, *ideſt* A tribulatione. *Vnde & Pſalm. 65.* Tranſiuimus per ignem & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium.

A Pſ. 16. lit. a. ibi.

Et huc apprimè facit quod habetur Cant. 3. *de ferculo Salomonis: cujus fecit* reclinatorium *quidem* aureum *ad perpetuò conniuandum & quieſcendum: ſed* aſcenſum purpureum. *Siquidem* purpureus B aſcenſus eſt paſſio Chriſti, quia purpura colorem ſanguinis imitatur. Aſcenſu ergo purpureo ad reclinatorium aureum peruenitur: quia illi ad æternarum epularum menſam diſcumbunt, & ad ſupernæ quietis requiem veniunt, qui in præſenti paſſionem Redemptoris ſui dignè venerari, & imitari ſatagunt: *quod eſt, tribulationes cum Chriſto pati*.

B Cant. 3. com. 1. ibi, & cap. 2. ibi, ſicut lilium. Et hoc, exemplo Chriſti.

Vnde Apoc. 21. Non intrabunt in eam, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni: *ideſt*, in imitatione C vitæ Chriſti, qui ſe nobis propoſuit in exemplum viuendi, 1. *Pet.* 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia ejus. *Et ad illud*, Abſterget Deus omnem lacrymam &c. *ſcribit Author*: Ex his D patet, quòd miſeria præcedit ad gloriam, ſicut via ad terminum.

C Apoc. 21. com. 1. ſ. Apoc. 21. com. 1. & 2. ibi, mercedem.

D Apoc. 21. com. 2. ibi.

Quod apertè & cap. 7. de Sanctis habetur: Hi, qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt? & vnde venerunt? Et dixit mihi: Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna. *Qui venerunt*, ad tantam ſcilicet E dignitatem ſtatus, & meritorum nobilitatem, *de tribulatione magna*: non dicit ſimpliciter, *de tribulatione*, ſed *de magna*: quia per patientem ſuſtinentiam magnarum & multarum tribulationum ad meriti ſublimitatem peruenitur.

E Apoc. 7. com. 1. & 2. ibi. Et Op. 6. § 8.

Bene autem dicit, *venerunt*; non, remanſerunt, ſcilicet per impatientiam, quæ impedit profectum virtutis: non retrò abierunt per inobedientiam: non declinauerunt à dextris vel à ſiniſtris per inconſtantiam: *ſed venerunt, Chriſtum Ducem ſequentes. Itaque concludit Spiritus Sanctus*: Sic oportuit pati Chriſtum *Luc. 24.* & ita intrare in gloriam ſuam. *Sic & illius exemplo* per multas tribulationes *Act. 14.* oportet nos intrare in Regnum Dei. Oportet, *inquit: quaſi ad hoc neceſſarium ſimpliciter ſit, tribulationes pati. Quas tamen, & quidem grauiores, libenter pro Mundo ſuſtinemus; vnde dicitur Sap. 5.* Laſſati ſumus in via iniquitatis: ambulauimus vias difficiles &c. *quod edocet ſatis quotidianum experimentum. Quantò ergo libentiùs pro æternæ gloriæ conſecutione ſuſtinendæ?*

Conſideratio æternæ mercedis, temporales tribulationes leniores facit.

u *Atqui ærumnas has, leues profectò facit ſempiternæ conſideratio mercedis*: quando enim F juſti tribulantur, eleuant mentem ad conſiderationem præmij, vt leuiùs ferant. Conſideratio præmij, *inquit Gregorius*, minuit vim flagelli. *Hinc Apoſtolus 2. Cor. 4.* Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

F Apoc. 12. com. 2. ibi, delectum.

Quaſi dicat: Nihil ſunt G tribulationes, quas hìc patimur, ſi reſpiciatur ad gloriam, quam ex eis conſequimur. Vnde dicit, *momentaneum, ſecundùm illud Iſ. 54.* In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te (*en tribulatio temporalis*) & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui: (*en æterna retributio*.) Nam totum tempus hujus vitæ comparatum ad æternitatem, non eſt niſi momentaneum. Item eſt & *leue*: nam licèt 2. Cor. 1. dicatur: *Supra modum grauati ſumus &c.* quia ſcilicet graue eſt corpori: tamen ſpiritui charitate feruenti leuiſſimum eſt. Omnia grauia & immania (*Auguſtinus*) facilia & propè nulla facit amor, *& conſideratio æternæ felicitatis. Idcircò petebat Dauid Pſal. 38.* Notum fac mihi, Domine, finem meum: & numerum dierum meorum, quis eſt vt ſciam quid deſit mihi. *Ideſt*, volo H conſiderare, qualis ſit vita præſens, vt poſſim

G 2. Cor. 4. l. 1. ibi.

H Pſ. 38. lit. b. ibi.

eam

Digitized by Google

eam comparare ad finem illum. Quia isti dies sunt mali, pauci, & imperfecti; illi autem sunt perfectissimi; & tunc scitur, quòd *non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*, vt dicitur Rom.8. Et hoc, *vt sciam quid desit mihi*, scilicet à perfectione: vel quantum viuam, vt præparem me ad pœnitentiam, *vt dignè videlicet gloriam consequar sempiternam. Et quidem ad Regnum Cœlorum adipiscendum conatus quidam à nobis exigitur: sicut & qui vrbem oppugnant, toto armorum omnium conatu id peragunt. Vnde & Deus* exercituum *& Ecclesia* militans *dicitur: in Cantico pariter promimus*: Te Martyrum candidatus laudat exercitus. *Ex quo Dominus Matth.11. dicebat*: A' diebus Ioannis Baptistæ Regnum Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. *Eapropter dedit Deus vnicuique talenta sua, Matth.25.* Vni dedit quinque talenta, alij autem duo &c. *Quod secundùm Gregorium & Hieronymum exponitur*: Per quinque I talenta intelliguntur quinque sensus; vnde ille recipit quinque talenta, qui gratiam à Deo recipit circa temporalia, circa quæ operatio sensuum versatur. Per duo autem talenta intelliguntur sensus & intellectus. Per vnum verò assignatur intellectus solùm: vnde ille vnum recipit, qui gratiam intellectus recipit, non gratiam operandi. *Et sic per talenta possunt intelligi virtutes tam intellectuales, quàm morales, per quarum actus proficimus; per quas, tanquam per arma spiritualia, cœleste regnum aggredimur, & violenter quodammodo rapimus. Quo sensu dicebat Apostolus ad Rom.6.* Neque exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis peccato: sed arma justitiæ Deo. *Arma iniquitatis*, idest L instrumenta ad iniquitatem exequendam, *peccato*, idest fomiti peccati: *sed arma justitiæ Deo*; idest, instrumenta ad justitiam exequendam in obsequium Dei, quibus scilicet pugnetis contra inimicos Dei, Ephes.6. *Induite vos armaturam Dei*, scilicet M dona & virtutes: quia per virtutes homo protegitur contra vitia. *Et hæc sunt arma spiritualia, quibus induti, violenter veluti rapimus Cœlum: de quibus Apostolus 2. Cor. 10.* Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo &c. *idest* secundùm Deum N vel ad honorem Dei, *& victoriam nostram, adque Ætherei consecutionem Regni. Et quamuis hæc nobis Deus arma præstiterit; ad nostrum tamen meritum præbuit: voluit enim*, esse merita nostra, quæ sunt ipsius dona, *vt ait Tridentinum sess.6. cap.16.*

Conandum ad æternæ gloriæ consecutionem.

I Matth. 25. lit. b. ibi.

Per talenta quid intelligatur.

L Rom. 6. l. 3. ibi.

Ad Cœlum rapiendum arma nostra spiritualia virtutes, & dona.

M Eph. 6. l. 3. ibi.

N 2. Cor. 10. l. 2. ibi.

Quæ à Deo sunt; & tamen vult esse merita nostra.

x *At vide, quid Dominus dicat de nostro in talentis & per talenta profectu, tam de quinque nimirùm, quàm de duobus.* Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, *Matth.25.* Ista pauca O sunt omnia, quæ sunt in vita ista: quia quasi nihil sunt in comparatione ad cœlestia. *Super multa te constituam*; idest, dabo tibi spiritualia, quæ sunt super omnia bona ista. *Verum quid dicimus*, super multa? *Immò, quia premiat Deus vltra condignum*, super omnia bona sua constituet eum, *vt dicitur* Matth.24. *vbi videlicet omnium fontem bonorum* se regnans dat in præmium. *Vt nimirum hinc noueris, pro quàm modico ęternam nobis comparemus felicitatem, ita vt verum habeat quod dicitur Psal.* 105. Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, *juxta illud Psalm.26.* Credo videre bona Domini in terra viuentium, *quę terra promissionis est hereditatis ęternę. Vnde & ad fidelem seruum subjicitur*: Intra in gaudium Domini tui. *Profectò & hic semper in Domino ex Apostolo gaudendum*: quia P est potens ad saluandum, quia est misericors ad justificandum, quia largissimus ad remunerandum. Pro modico enim seruitio dat vitam æternam, & regnum cœleste. Gaudendum est sine dubio in tali Domino, qui saluat seruos suos, redimendo; dimittit omnia debita, justificando; coronabit, æternum regnum conferendo: *si tamen pugnando vicerimus. Obserua tamen, quòd in talibus* Q qui majori conatu vtitur, quantùm ad præmium magis meretur. Vnde dicitur *Luc.21.* quòd paupercula mulier plus misit in gazophylacium, quàm illi qui plus posuerunt: quia vsa est secundùm totum posse suum. *Ergo hac via, hoc pacto, his armis, ad ęternam conquirendam beatitatem procedendum est: immò festinanter consummandus est hujus vitę cursus, vt brauium hoc cœleste comprehendamus, 1. Cor.9.* Sic currite, vt comprehendatis. *Et Hebr.4.* Festinemus ingredi in illam requiem. *Sanè multiplex* R *est ratio, quare festinandum est intrare.* Vna est, quia longinqua est via, Luc.19. *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam.* Dicitur autem longinqua propter distantiam status; quia ibi est plenitudo omnis boni, & immunitas ab omni malo: est etiam desideranti perfecta visio & tentio. Hic autem sunt omnia contraria illis. Item festinandum est, quia tempus est valde breue, Iob 14. *Breues dies hominis sunt.* Item quia istud tempus, cum hoc quod est breue & modicum, est etiam incertum, Eccle.9. *Nescit homo finem suum.* Item propter vrgentem vocationem: interior enim vocatio vrget nos per stimulum charitatis, Is. 59. *Cum venerit quasi fluuius violentus, quem Spiritus Domini cogit &c.* & 2. Cor. 5. *Charitas Christi vrget nos.* Et Psalm. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri.* Item propter periculum tardantis, sicut patet de fatuis virginibus *Matth. 25.* quæ tardè venientes, intrare non potuerunt. Et ideò subdit Apostolus: *Vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.* Q. d. Antiqui non potuerunt ingredi propter incredulitatem; vnde caueamus, alienæ culpæ exemplo, ne simus increduli: & exemplo pœnæ, vt scilicet non excludamur, sicut illi. Ad hoc enim ostenduntur nobis præteritæ pœnæ aliorum, vt caueamus, *Prou.19.* Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. *Festinanter inquam ad Patriam currendum: ad quod & Sapiens hortatur Eccle 9.* Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare: *siquidem ad eò perueniendum, potissimè opera bona exiguntur, vt visum est.*

Pro paucis multa acquirimus à Deo.

O Matth. 25. lit. b. ibi.

P Serm. 1. ex Epist. Dom. 4. Adu.

Q Matth. 12. loco cit. vers. vide.

Majus meretur præmium qui majori conatu vtitur.

Festinanter ad Patriam currendum ex multiplici causa.

R Hebr. 4. l. 2. ibi. & Iob 9. l. 3. ibi, cursore.

y *Sed heu! quàm pauci modò sunt, qui ad introitum hunc pro viribus conantur! Quàm rari sunt, qui de cœlesti curant hereditate! Plurimi enim, magis Mundi amatores quàm Dei, ejusque fruitionis ęternę, jam* receperunt mercedem suam; *justè proinde excluduntur à Regno Cœlorum. Ejusmodi sunt peccatores ij impœnitentes, quos in figura describit Ioannes* Apoc. cap 22. *cum ait*: Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium. *Foris canes &c.* Quasi dicat S: Pœnitentes intrabunt: sed *foris* manebunt, exclusi in perpetuum, *canes*: idest, illi qui post baptismum & pœnitentiam, ad vomitum sunt reuersi: de quibus dicitur 2. Pet. 2. *Contigit eis illud veri prouerbij: Canis reuersus ad suum vomitum.* (Illud prouerbium T sumptum est ex Prou. cap 26. *Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum suum: sic imprudens, qui iterat stultitiam suam.* Hoc autem dicit: quia sicut canis comedit iterum quod euomuit; & immundior & abominabilior est postquam comedit quod euomuit, quàm ante: sic isti, priùs loti à peccatis in baptismo vel pœnitentia, cum postea recidiuant, immundiores sunt, & magis abominabiles, quàm priùs, *quæ euomuere peccata, iterum resumendo.*) Item *canes* dicuntur inuidi, & detractores, Philip.3. *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.* Item *venefici*: qui verbo scilicet, vel exemplo alios corrumpunt, Apoc.18. *Veneficijs tuis errauerunt omnes gentes.* Item *impudici*, Rom.13. *Non in cubilibus & impudicitijs &c.* & Ephes. 5. *Omnis fornicator aut immundus non habet hereditatem in regno Christi & Dei.* Item *homicidę*: qui scilicet manu, vel corde, vel

Pauci curant de Regno Cœlorum.

Quinam ab eo excludantur.

S Apoc. 22. com. 1. & 2. ibi.

Impœnitentes.

T 2. Pet. 2. fi.

Inuidi & detractores.

Scandalosi.

Impudici.

Homicidæ qualitercunque.

Digitized by Google

vel verbo, subtractione beneficij necessarij, alios occidunt, 1. Ioann.3. *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.* Pasce morientem fame (*ait Augustinus*) si non pauisti, occidisti. Item *idolis seruientes:* qui sunt vel Pagani, vel auari, Ephes.5. cit. *Omnis auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in Regno Dei.* Item *omnis qui amat, & facit mendacium.* Ille amat mendacium, qui libenter audit mendacium: vt sunt illi, qui libenter audiunt adulatores & detractores & ioculatores, Prou.29. *Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios.* Ille autem facit mendacium, qui inuenit, vel inuentum ab alijs libenter dicit, vt histriones, adulatores, & detractores, *Bar.3.* Fabulatores & exquisitores prudentiæ, & intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierunt. *His adde vt in pluribus mulieres, quæ vanæ laudis audiunt libenter mendacium; sed & dicunt verbo, & faciunt opere, figmentis nimirum, & pigmentis, apparere facientes quod non est: quibus appositè aptari potest illud Psalm.4.* Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? *Nec sufficit, à Dei regno hos excludi: detrudentur enim, ex eo, quòd hujusmodi sunt, in Infernum. Hinc cohærenter legimus Apoc.21.* Timidis autem (*videlicet*, qui V timore mundano ducti, veritatis opera dimittunt, vel fidem acceptam relinquunt:) & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure. *Quoniam verò plurimi hominum aliquo ex præfatis vitijs impœnitentes laborant: eapropter jam solitudo effecta est* Vrbs Ierusalem beata *ob ingredientium paucitatem. Id quod innuitur* Apoc.12. *vbi dicitur, quòd ea mystica* mulier fugit in solitudinem: *Mulier*, idest X Ecclesia, filijs spiritualibus fecunda, *fugit*, volens cauere insidias & nocumenta draconis, *in solitudinem*, idest in secreta mentis, vbi sola est per exclusionem tumultus mundanorum desideriorum. Sed (*ad rem nostram*) est etiam solitudo, siue desertum, status gloriæ: qui dicitur *desertum*, quia à multis deseritur. *Et inferiùs:* vt volaret in desertum, *idest* in Cœlum, quod desertum est ab Angelis apostatis, & ab hominibus injustis. *Vnde & Luc.15.* Nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat &c.

Pagani & auari.

Adulatores & detractores, & eis credentes.

Item mulieres vanitati deditæ.

V Apoc. 21. ... & ... ibi.

X Apoc. 12. cum ... in solitudinem, ... ibi, in desertum.

Cur status gloriæ dicatur desertum.

2 *Deserimus inquam voluntarij Cœlum, mundanis inuoluti ac transitorijs, beatamque Patriam stultè negligimus sempiternam. Quò tamen nos inuitat SS. Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum gloriosus chorus: parentum, conjunctorum, amicorum dulce consortium. Quod sanè facit ad beatitudinem, non quidem ex necessitate:* quia homo Y habet totam plenitudinem suæ perfectionis in Deo: sed ad bene esse beatitudinis facit societas amicorum. Vnde *Augustinus* dicit 8. *super Genes. ad lit.* quod creatura spiritualis, ad hoc quod sit beata, nonnisi intrinsecùs adjuuatur æternitate, veritate, charitate Creatoris: extrinsecùs verò, si adjuuari dicenda est, fortasse hoc solo adjuuatur, quòd se inuicem vident, & de sua societate gaudent. *Idcircò & in Collecta pro defunctis parentibus, Deum precamur:* Eorum Domine peccata dimitte, nosque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre; *idest, cognoscere, & ipsorum inibi dulci perfrui consortio & societate. Et hoc est, quod ait Apostolus ad Hebr.12.* Non enim accessistis ad tractabilem montem, & accensibilem ignem, & turbinem &c. sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cœlestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in Cœlis. *Quandoquidem in cœlesti* Z *gloria duo sunt, quæ potissimè bonos lætificabunt, scilicet fruitio Deitatis, & communis Sanctorum societas. Nullius enim boni possessio jucunda est sine socio,* vt dicit *Boetius.* Et Psal.132. *Ecce quàm bonum, & quàm jucundum, habitare fratres in vnum.* Fruitio autem in duobus consistit, scilicet in visione intellectus, & in delectatione affectus. Vt enim dicit Augustinus: *Fruimur cognitis, in quibus voluntas delectata conquiescit.* Propter visionem enim dicit: *Accessistis ad Sion montem:* Sion enim significat altitudinem diuinæ contemplationis, Is.33. *Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ.* Iucunditas & delectatio affectus significatur per *Ierusalem, ciuitatem Dei viuentis:* ibi enim erit visio experimentalis pacis, quia nihil erit perturbans siue interiùs siue exteriùs. Vnde dicitur *Ciuitas Dei*, idest ciuium vnitas. Complementum autem Sanctorum est communis societas, de qua dicit: *Multorum millium Angelorum frequentiam*, idest assiduitatem, quia semper ibi sunt: *Angeli eorum in Cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in Cœlis est*, Matth.18. *Et Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in Cœlis.* Hæc de participatione Ecclesiæ: *hoc est, de perpetua in Cœlis Sanctorum societate. Vnde & ad illud Psal.5.* Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, *docemur, quòd in Patria* Sanctorum lætitia A plena est ex quatuor. Primò ex gloria inde concepta; vnde dicit, *gloriabuntur*: quia non gloriatur quis de re, nisi habeat eam excellenter. Sancti verò excellentissimè Deum habent. Secundò ex materia, quia gloriantur de re plenissima, & de omni bono, Ioan.16. *Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum*; & cap.15. *Vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur*; & ideò dicit, *in te.* Tertiò ex societate: quia solus homo non potest bene gaudere de aliquo, sed quando amicos habet secum, participes illius boni; ideò dicit, *omnes*; Psalm.86. *Sicut lætantium omnium habitatio est in te.* Quartò ex perfectione, cum dicit: *qui diligunt*; hoc enim proprium est amicorum, gaudere de bono amici. *Alibi quoque Author super illud Ier.3.* Terram desiderabilem, hereditatem præclaram &c. (*cui consonat Psal.15.* Hereditas mea præclara est mihi:) *æternæ qualitates beatitudinis perstringens ait:* Hereditas B Patriæ cœlestis est præclara *Primò* splendore diuinæ visionis, Sap.6. *Clara est, & quæ nunquam marcescit Sapientia, & facilè videtur ab his, qui diligunt eam. Secundò* dulcedine diuini amoris, Psalm.22. *Calix meus inebrians, quàm præclarus est! Tertiò* familiaritate diuinæ allocutionis, Sap.8. *Præclaritas in communicatione sermonum ipsius. Quartò* magnificentiâ operationis, Eccli.43. *Illic præclara opera, & mirabilia. Quintò* magnitudine exultationis, Zach.8. *Eritis domus Iuda, & domus Israel, benedictio. Sextò* solatio societatis, *Ezech.31.* Omnia ligna voluptatis, quæ erant in Paradiso Dei &c. *Hinc ad optatissimum Sanctorum in Patria consortium aureis nos excitat verbis Cyprianus, cum ait:* Quis non ad suos nauigare festinans, ventum prosperum cupidiùs optaret, vt velociter charos liceret amplecti? Patriam nostram Paradisum computamus, parentes Patriarchas habere jam cœpimus: quid non properamus & currimus, vt Patriam nostram videre, vt parentes salutare possimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat: parentum ac fratrum frequens nos & copiosa turba desiderat: jam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra salute solicita. *DISCE cum Apostolo sic pugnare, non quasi aerem verberans: sic currere, non quasi in incertum, sed vt comprehendas*, 1. Cor.9. *Vide quæ plura desiderantur, Verbo* Beatitudo, Beatus, Tribulatio: *& compendiosè totam hanc materiam C. fusè verò D.*

Amicorum consortium an conferat ad beatitudinem.

Y 1. 2. q. 4. a. 8. f. c

Z Hebr. 12. l. 4. ibi.

Fruitio beatitudinis in duobus consistit.

Ierusalem cælestis, Dei viuentis ciuitas idest ciuium vnitas.

A Ps. 5. lit. b. Sanctorum lætitia in Cœlis plena ex quatuor.

B Ier. 3. ... & Ps. 15. lit. c. Conditiones Beatitudinis.

Cypriani adhortatio.

C Op. 3. p. 2. cap. 9.

D 1. 2. q. 12. & 3. a. 4 q. 2. & 3. cum Gent. à cap. 26.

GRATIA DEI.

IV. Omnium ſpiritualium donorum principium eſt gratia. *Tit.* 1. *l.* 1. *ibi*, gratia.

E 1. 2. 110. 1. *c. Ver.* 27. 1. *In* 2. *d.* 26. 1. 1. *c.* & *ad* 2. & 3. *con. G. cap.* 150. *Op.* 3. *c.* 214. *ſub initio.*

Gratia tripliciter ſumitur.

a SEcundùm communem E modum loquendi, tripliciter gratia accipi conſueuit. Vno modo pro dilectione alicujus: ſicut conſueuimus dicere, quòd iſte miles habet gratiam Regis; ideſt, Rex habet eum gratum. Secundò ſumitur pro aliquo dono gratis dato. Sicut conſueuimus dicere: Hanc gratiam facio tibi. Tertio modo ſumitur pro recompenſatione beneficij gratis dati, ſecundùm quod dicimur agere gratias beneficiorum. Quorum trium ſecundum dependet ex primo: ex amore enim, quo aliquis habet alium gratum, procedit, quòd aliquid ei gratis impendat. Ex ſecundo autem procedit tertium: quia ex beneficijs gratis exhibitis gratiarum actio conſurgit.

An gratia ponat aliquid in anima.

Quantùm igitur ad duo vltima, manifeſtum eſt, quòd gratia aliquid ponit in eo, qui gratiam accipit. Primò quidem ipſum donum gratis datum. Secundò huius doni recognitionem.

Differentia inter gratiam ac dilectionem Dei, & hominis.

Sed quantùm ad primum, eſt differentia attendenda circa gratiam Dei, & gratiam hominis. Quia enim bonum creaturæ prouenit ex voluntate diuina: ideò ex dilectione Dei, qua vult creaturæ bonum, profluit aliquod bonum in creatura. Voluntas autem hominis mouetur ex bono præexiſtente in rebus: & inde eſt, quòd dilectio hominis non cauſat totaliter rei bonitatem, ſed præſupponit ipſam vel in parte, vel in toto. Patet igitur, quòd quamlibet Dei dilectionem ſequitur aliquod bonum in creatura cauſatum, quandoque tamen dilectioni æternæ coæternum. Et ſecundùm hujuſmodi differentiam differens conſideratur dilectio Dei ad creaturam.

Duplex Dei dilectio ad creaturam.

Vna quidem communis, ſecundùm quam *diligit omnia, quæ ſunt*, vt dicitur *Sap.* 11. ſecundùm quam eſſe naturale rebus creatis largitur. Alia autem dilectio eſt ſpecialis, ſecundùm quam trahit creaturam rationalem ſupra conditionem naturæ ad participationem diuini boni: & ſecundùm hanc dilectionem vult Deus ſimpliciter creaturæ bonum æternum, quod eſt ipſe.

Quid ſit, hominem Dei gratiam habere.

Sic igitur per hoc, quòd dicitur homo gratiam Dei habere, ſignificatur quiddam ſupernaturale in homine à Deo proueniens.

Quid gratia prædeſtinationis.

Quandoque tamen gratia Dei dicitur ipſa æterni Dei dilectio, ſecundùm quod dicitur etiam gratia prædeſtinationis, in quantùm Deus gratuitò, & non ex meritis, aliquos prædeſtinauit, ſiue elegit. Dicitur enim ad Epheſ. 1. *Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum in laudem gloriæ gratiæ ſuæ.* Non ſolùm F dicit *gloriæ*, ſed addit *gratiæ*, quaſi glorioſæ gratiæ, quæ eſt gratia, in qua oſtenditur magnitudo gratiæ, quæ conſiſtit etiam in magnitudine gloriæ, & modo dandi, quia nullis meritis præcedentibus &c.

F *Epheſ.* 1. *l.* 1. *ſi.*

G *Ver.* 27. 1. *c.*

Hinc & alibi docemur, quòd homo G dicitur Dei gratiam habere non ſolum ex hoc, quòd à Deo diligitur in vitam æternam: ſed ex hoc, quòd datur ei aliquod donum, per quod eſt dignus vita æterna.

Gratia gratum faciens.

Et hoc donum dicitur gratia gratum faciens: aliter enim in peccato mortali exiſtens poſſet dici in gratia eſſe, ſi gratia ſolam acceptationem diuinam diceret, cum contingat, aliquem peccatorem eſſe prædeſtinatum ad vitam æternam habendam. Et ſic gratia gratum faciens poteſt dici gratis data, ſed non è conuerſo: quia nòn omne donum gratis datum nos dignos vita æterna facit. *Ex quo ſequitur, quòd ſolus Deus poteſt gratiam cauſare*, *Pſal.* 85. Gratiam & gloriam dabit Dominus. *Siquidem* gratia H eſt quædam perfectio eleuans animam ad quoddam eſſe ſupernaturale: nullus autem effectus ſupernaturalis poteſt eſſe ab aliqua creatura, quia (*inter cætera*) ejus ſolius eſt rem vltra ſtatum naturæ ponere, cujus eſt gradus naturæ ſtatuere & limitare: quod ſolius Dei conſtat eſſe.

H *Ver.* 1. *c. a.* 3. *init. c.* & 1. 2. 109. 7. *c.* & 112. 1. & 3. *p.* 62. 1. *c. In* 1. *d.* 14. 2. 1. & *q.* 3 & *d.* 16. 1. 4 *In* 2. *d.* 26. 1. 2. *c. Epheſ.* 2. *l.* 3.

Solus Deus cauſa gratiæ.

Creatura nonniſi aliquod miniſterium adhibere poteſt ad gratiæ ſuſceptionem.

Aliqua tamen creatura aliquod poteſt miniſterium adhibere in ordine ad gratiæ ſuſceptionem. Vnde Apoſtolus ad Rom. 1. Deſidero videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratiæ ſpiritualis. *Hoc eſt*, non I tanquam actor gratiæ, ſed ſicut miniſter, 1. *Cor.* 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti.

I *Rom.* 1. *l.* 5. *ibi.*

An Chriſtus ſecundum humanitatem ſit cauſa gratiæ.

Sed neque Chriſtus ſecundùm humanitatem fuit effectiua cauſa gratiæ. Quamuis enim dicatur Ioann. 1. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: *ſciendum nihilominus, quòd* humanitas L Chriſti eſt ſicut quoddam organum diuinitatis ejus, vt *Damaſcenus dicit in lib.* 3. Inſtrumentum autem non agit actionem agentis principalis propria virtute, ſed virtute principalis agentis. Et ideò humanitas Chriſti non cauſat gratiam propria virtute, ſed virtute diuinitatis adjunctæ, ex qua actiones humanitatis Chriſti ſunt ſalutares.

L 1. 2. 112. 1. *ad* 1. & 3 *p.* 7. 1. *ad* 3. & *a.* 8. 1. *ad* 1. & *q.* 13. *a.* 2. 1 *a. c. Ver.* 27. 3. *ad* 7. & *alibi.*

Humanitas Chriſti, organum diuinitatis.

Et hinc eſt, quòd humanitas M Chriſti eſt inſtrumentalis cauſa juſtificationis; quæ quidem cauſa nobis applicatur ſpiritualiter per fidem, & corporaliter per Sacramenta: quæ participant aliquid de virtute illa, qua humanitas Chriſti inſtrumentaliter ad juſtificationem operatur, ratione cujus ſanctificatus baptiſmo, ſanctificatus ſanguine Chriſti dicitur ab Apoſtolo *ad Hebr.* 10. Vnde paſſio Chriſti in Sacramentis nouæ legis dicitur operari: & ſic Sacramenta nouæ legis ſunt cauſa gratiæ, quaſi inſtrumentaliter operantia ad gratiam.

M *Ver.* 27. 4. *ſi. c.* & *q.* 29. *a.* 1 & 3 & 3. *p.* 62. 1. & *q.* 64. 3. *c. In* 4. *d.* 1. 1. 4. *q.* 1. & 3.

Sacramenta quo ſenſu cauſent gratiam.

Sanè, ſicut eſſe N naturale per creationem Deus facit in nobis, nulla cauſa agente mediante: ſed tamen mediante aliqua cauſa formali; forma enim naturalis principium eſt eſſe naturalis: ſimiliter eſſe ſpirituale gratuitum Deus facit in nobis nullo agente mediante; ſed tamen mediante aliqua forma creata, quæ eſt gratia.

N *Ver.* 1. *c. a.* 1. *ad* 3. *In* 2. *d.* 26. 1. 2. *ad* 4.

Neque diſſona ſimilitudo putetur: quemadmodum namque formam dare eſt creare, ita gratiam infundere eſt recreare. Oportet enim O quod ſicut anima immediatè à Deo creatur effectiuè, ita etiam ab ipſo recreetur.

O 2. *d.* 26. 1. 2. *ſi. c.*

Gratia forma accidentalis animæ.

Si autem intelligatur formaliter: tunc oportet, quòd gratia ſit forma animæ: & cum adueniat poſt eſſe completum, de neceſſitate erit accidens: non enim inuenitur aliqua forma in genere ſubſtantiæ, quæ alteri accidentaliter adueniat. *Anima igitur à Deo per gratiam recreatur; vnde & noua dicitur creatura*, 2. *Cor.* 5. Si qua in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt.

Quid noua creatura per gratiam.

Quibus in verbis notandum P quòd innouatio per gratiam dicitur creatura. Creatio enim eſt motus ex nihilo ad eſſe. Eſt autem duplex eſſe, eſſe naturæ, & eſſe gratiæ. Prima creatio facta fuit, qua creaturæ ex nihilo productæ ſunt à Deo in eſſe naturæ: & tunc creatura erat noua; ſed tamen per peccatum inueterata eſt, Thren. 3. *Vetuſtam fecit pellem meam &c.* Oportuit ergo eſſe nouam creationem, per quam producerentur in eſſe gratiæ; quæ quidem creatio eſt ex nihilo, quia qui gratiâ carent, nihil ſunt. Et ſecundùm hoc Q etiam gratia dicitur creari ex eo quòd homines ſecundùm ipſam creantur; ideſt, in nouo eſſe conſtituuntur, ex nihilo, ideſt non ex meritis, *ſecundùm illud ad Epheſ.* 2. Creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis.

P 2. *Cor.* 5. *l.* 4. *ibi. Gal.* 6. *l.* 4. *ibi* creatura. *Epheſ.* 2. *l.* 3. *ibi.* creati.

Q 1. 2. 110. 2. *ad* 3. *In* 2. *d.* 26. 1. 2.

R *Matt.* 11 *c.*

Gratia à Deo infunditur animæ, ſicut lumen à ſole in aerem diffunditur.

Et quidem ſicut lumen R à Sole diffunditur in aerem, ita gratia à Deo infunditur animæ. *Sic namque* gratia S cauſatur in homine ex præſentia diuinitatis, ſicut lumen in aere ex præſentia Solis.

S 3. *p.* 7. 13 *c.*

Tempus gratiæ dicitur dies.

Ex quo tempus gratiæ Rom. 13. *dicitur ab Apoſtolo dies:* Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. *Siquidem* tempus T ab incarnatione Chriſti (*per quem* gratia & veritas *Ioann.* 1. facta eſt) comparatur diei propter præſentiam ſpiritualis Solis in Mundo, de quo dicitur Malach. vlt. *Vobis timentibus nomen meum orietur Sol juſtitiæ.* Vnde & ipſe Dominus dicit Ioan. 9. *Me oportet operari opera ejus, qui miſit*

T *Rom.* 13 *l.* 3. *ibi* & 2. *Cor.* 6. *l.* 1. *ibi*, in die.

Digitized by Google

me, donec dies est. Et postea subdit: *Quandiu sum in Mundo, lux sum Mundi*. Præcesserat autem nox culpæ: præcesserat etiam tempus legis, quod fuit ante Christum. *Et ad illud Ierem.23*. Ecce dies veniunt &c. *docemur, quòd* tempus V gratiæ dicitur dies primò propter luminis apparitionem, Rom. 13. cit. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis*. Secundò propter Solis calorem, 2. Reg. 11. *Cras erit vobis salus*. Tertiò propter itineris securitatem, Ioann. 11. *Si quis ambulauerit in die, non offendit*. Quartò propter vigilantiam & sobrietatem, 1. Thess. 5. *Qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt*.

V *Ierem. 23. & ibi.*

X *3 p. 7. 2. ad 2.*

b *Cæterùm* gratia X sufficit *quidem* homini quantum ad omnia, quibus ordinatur ad beatitudinem: horum tamen quædam perficit gratia immediatè per seipsam, sicut gratum facere Deo, & alia hujusmodi: quædam autem mediantibus virtutibus, quæ ex gratia procedunt. *Ex gratia inquam procedunt virtutes: quandoquidem* gratia Y essentialiter à virtute differt: oportet enim perfectiones perfectibilibus proportionatas esse. Vnde sicut ab essentia animæ fluunt potentiæ ab ipsa essentialiter differentes, sicut accidens à subjecto; & tamen omnes vniuntur in essentia animæ, vt in radice: Ita etiam gratia est perfectio essentiæ, & ab ea fluunt virtutes, quæ sunt perfectiones potentiarum, ab ipsa gratia essentialiter differentes; in gratia tamen conjunctæ sicut in sua origine, per modum quo diuersi radij ab eodem corpore lucente procedunt. *Eapropter gratia, virtutum omnium forma est*. *Verùm* gratia Z non dicitur forma virtutum, quasi pars essentialis virtutum; sic enim oporteret, quòd multiplicatis virtutibus multiplicaretur gratia: sed dicitur forma virtutis, in quantùm formaliter actum virtutis complet. *Et licèt charitas pariter, virtutum dicatur forma*: gratia *tamen* est A sicut perfectio prima virtutum, sed charitas sicut perfectio proxima. *Quocirca erudimur, quòd* ad perfectionem virtutis B in aliqua potentia tot formæ exiguntur, quot superiora sunt respectu illius potentiæ. Sicut ratio superior est, quàm concupiscibilis, quasi ordinans ipsam: & ideo prudentia, quæ est perfectio rationis, est forma temperantiæ, quæ est virtus concupiscibilis. Similiter voluntas est superior ratione, secundùm quod actus rationis consideratur vt voluntarius, & meritorius: & ideò charitas est forma prudentiæ & temperantiæ. Similiter essentia animæ superior est voluntate, in quantùm ab essentia & voluntas & omnes vires animæ fluunt: & ideò gratia, quæ est perfectio essentiæ animæ, constituens ipsam in esse spirituali, est forma & charitatis, & prudentię, & temperantię: nec charitas esset virtus sine gratia; sicut nec prudentia, si est sine charitate (loquendo de virtutibus infusis, ordinatis ad merendum) neque temperantia sine charitate & prudentia. *Et hoc, quia* gratia C est principium meritorij operis, mediantibus virtutibus: sicut essentia animę est principium operum vitę mediantibus potentijs.

Gratia differt à virtutibus.

Y 2. d. 26. 1. 4. p. c. & 1. 2. 110. 3. & 4. ad 4. & 2. & 3. p. 62. 2. c. Verit. 27. 6 c.

Sicut ab essentia animæ fluunt potentiæ: ita à gratia procedunt virtutes, quæ sunt perfectiones potentiarum, sicut gratia est perfectio essentiæ.

Z Ver. 27. 5. ad 5. Virt. 1. 9. ad 18. In 2. d. 26. 1. 6. ad 3.

Quomodo dicatur gratia forma virtutum.

A Ver. 14. 5. ad 5.

Doctrina de his notabilis.

B 3. d. 27. 2. 4. q. 3. ad 2.

Neque charitas esset virtus sine gratia.

C 1. 2. 110. 4. ad 2.

c *Porrò* dupliciter D ex gratuita Dei voluntate homo adjuuatur. Vno modo, in quantùm anima hominis mouetur à Deo ad aliquid cognoscendum vel volendum vel agendum: & hoc modo ipse gratuitus effectus in homine non est qualitas, sed motus quidam animę: actus enim mouentis, in moto est motus, vt dicitur *in 3. Phys*. Alio modo adjuuatur homo ex gratuita Dei voluntate, secundùm quod aliquod habituale donum à Deo animę infunditur. Et hoc ideò, quia non est conueniens, quòd Deus minùs prouideat his, quos diligit ad supernaturale bonum habendum, quàm creaturis, quas diligit ad bonum naturale habendum. Creaturis autem naturalibus sic prouidet, vt non solùm moueat eas ad actus naturales, sed etiam largitur eis formas & virtutes quasdam, quę sunt principia actuum, vt secundùm seipsas inclinentur ad hujusmodi motus. Et sic motus, quibus à Deo mouentur, fiunt creaturis connaturales & faciles, secundùm illud Sap. 8. *Et disponit omnia suauiter*. Multò igitur magis illis, quos mouet ad consequendum bonum supernaturale ęternum, infundit aliquas formas, seu qualitates supernaturalites, secundùm quas suauiter & promptè ab ipso mouentur ad bonum ęternum consequendum. Et sic donum gratię qualitas quędam est. *Siue, vt alibi*: Gratia E ad genus qualitatis reducitur: nec propriè tamen naturam habitus habet, cum non immediatè ad actum ordinet; sed est velut habitudo quędam, sicut sanitas se habet ad corpus. Et ideò dicit *Chrysostomus*, quod gratia est sanitas mentis. (Homo *enim* incurrit F infirmitatem propter destitutionem gratię, quę est hominis sanitas, quę petitur Ier. 17. *Sana me Domine, & sanabor*. Et ideò in *Psal. 6. dicitur*: Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. *Immò, quia per peccatum incurris & mortem*, *Rom. 5.* Per peccatum mors &c. *per gratiam autem spiritualiter viuificatur: hinc est, quòd gratia jure meritò nedum sanitas dicitur, sed & vita animæ, sicut anima est vita corporis*. Sicut enim G corpus viuit per animam naturali vita: ita anima viuit per Deum vita gratię. *Vnde & illud Ephes. 4.* Alienati à vita Dei &c. *exponitur*: idest H à gratia spirituali, qua anima viuit formaliter. *Siquidem* gratia I est spiritualis vitę principium.) *Supposito autem, quòd gratia differat, vt vidimus, à virtute*: non potest L dici, quòd potentia animę sit gratię subjectum, quia omnis perfectio potentię animę habet rationem virtutis. Vnde relinquitur, quòd gratia, sicut est prius virtute, ita habeat subjectum prius potentijs animę, ita scilicet quòd sit in essentia animę. Sicut enim per potentiam intellectiuam homo participat cognitionem diuinam per virtutem fidei, & secundùm potentiam voluntatis amorem diuinum per virtutem charitatis: ita etiam per naturam animę participat secundùm quandam similitudinem naturam diuinam per quandam regenerationem, siue recreationem. *Quoniam verò* gratia M est in anima sicut quędam forma habens esse completum in ea: forma autem completa est in subjecto secundùm conditionem subjecti: ideò, quia anima est mutabilis secundùm liberum arbitrium, quandiu est in statu vię, consequens est, quod gratia insit animę mutabiliter. *Et ratio adducitur*: Habitus enim N qui nobis infunduntur diuinitus secundùm statum pręsentis vitę, non auferunt à libero arbitrio totaliter mobilitatem ad malum: licèt per eos liberum arbitrium aliqualiter stabiliatur in bono. *Nihilominus*, quamuis O per vnum actum peccati mortalis gratia amittatur; non tamen facilè gratia amittitur: quia habenti gratiam non est facile illum actum exercere propter inclinationem in contrarium, sicut Philosophus dicit *in 5. Ethic.* quòd justo difficile est operari injusta. *Quod autem dicitur 1. Ioan. 3.* Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est: *non potest peccare* intelligitur P de potentia disposita & propinqua, non remota: potest enim potentià naturę, sed non potest potentià habitus gratię. Sicut, si diceretur, quòd bonus Scriptor non potest malè scribere: *quoniam ex Deo natus est*, idest filius Dei per adoptionem gratię, non per nomen naturę; *vnde & pręmittitur*: quoniam semen ipsius in eo manet, *scilicet* gratię justificantis, quod per cooperationem liberi arbitrij infunditur, Is. 1. *Nisi Dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus*. Semen *inquam* ipsius manet in eo: *quia nimi-*

rùm

Dupliciter adjuuatur homo ex gratuita Dei voluntate.

D 1. 2. 110. 2. c. In 2. d. 26. 1. 2. c. Hebr. 12. 3. & ibi, gratiam.

Donum gratiæ qualitas est supernaturalis, non propriè habitus.

E 2 d. 26. 1. 4. ad 1 Ver. 27. 2. ad 7 & 1. 2. 110. 3. ad 3.

F Prolog. in 4. Sent. init.

Gratia, sanitas animæ.

G Rom. 1 l. 4. ibi. viuit, immo & animæ vita.

H Ephes 4. l. 6. ibi.

I 4 d. 4. 1. 3. q. 1 c. Ad Gal. 2. l. 1. ibi, gratia ad Tit. 3 l. 1 fi.

Gratiæ subjectum, essentia animæ.

L 1. 2. 110. 4. c. & 3. p. 62. 2. Ver 27. 6 In 2. d. 26. 1. 3. In 4. loco cit.

M 3. p. 63. 5. ad 1.

Cui tamen inest in via mutabiliter.

N 3. cont. G. c. 155. fi & lib 4. c. 69. & 1. 2. 106. 2. ad 2. In 2. d. 4. 1 & ad 5 & d. 20. 2. 1. ad 5.

O Ver. 27. 1. ad 9. & 24. 9. fi c.

Non facilè gratia amittitur.

Exponitur illud: Omnis qui natus est ex Deo, non potest peccare.

P 1. Ioa. 3. sin. & 2. 2. 24. 11. In 3 d. 31. 1 1. Virt. 2. 12.

Digitized by Google

Gratia eleuat ſupra conditionem omnis naturæ creatæ.

Q 4. d.5. 1. 3. q. 1. ſi. c. & 1. 2. 112. 1. c. & 114. 2. c. In 2. d. 27. 1. 4. c. & ad 5. & d. 28. 1 1 ſi. c.

R 1. p. 1. 8. ad 2. & 1. p. 62. 2. ſed c.

Nec tamen tollit naturam, ſed perficit.

S 1. p. 2. 2. ad 1.

Gratia, participatio diuinæ naturæ.

T 3 p. 62. 1. & 2. c. & q. 2. 10. ad 1. & 1. 2. 112. 1 c. & 114. 3 ſi. c. & 2 2. 19. 7. c. Ver. 2. 2. ad 15.

Per quam homo conſtituitur in eſſe diuino.

rùm gratia Q eleuat hominem ad vitam quandam, quæ eſt ſupra conditionem omnis naturæ creatæ: eſt enim eſſe gratiæ ſupra eſſe naturale & hominis & Angeli. *Ex hoc tamen* gratia R non tollit naturam, ſed perficit: *ſiquidem* præſupponit S gratia naturam, vt perfectio perfectibile: *& eo quidem perfectionis augmento, vt in diuinam transferat hominem naturam.* Gratia *enim* nihil T eſt aliud, quàm quædam participata ſimilitudo diuinæ naturæ, ſecundùm illud 2. Pet. 1. *Maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ*: non conſortio V æqualitatis, quod eſt trium perſonarum ſolùm; ſed conſortio participationis, quod eſt omnium fidelium per gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. *Vnde & homo* per gratiam X infuſam conſtituitur in eſſe diuino. *Et hoc eſt, quod altè protulit, Patrem alloquendo, Dominus Ioan. 17.* Ego in eis, & tu in me. *Ego in eis*, ſcilicet Y ſum per gratiam, quæ eſt quaſi quædam ſimilitudo ejus eſſentiæ, qua *tu es in me* per vnitatem naturæ. *Sicque homo* per gratiam Z conſors factus diuinæ naturæ, adoptatur in filium Dei, 1. Ioan. 3. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur.* Et quia A non ſufficit nomen ſine re, ideò ſubditur: *& ſimus*, ſcilicet filij Dei, Ioann. 1. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.*

E. filius efficitur Dei.

V 2. Pet. 1. ibi.

X 2. d. 27. 1. 5. ad 3.

Y Ioan. 17. l. 5. lit. c.

Z 1. 2. 114. 3. ſi. c.

A 1. Io. 3. ibi. Io. 1. l. 6 lit. c.

Per gratiam filij Dei, per peccatum filij hominum ſumus.

B Pet. 6 8. ad 3. in contrar.

d *Et hinc eſt, quòd ſicut per gratiam dicimur filij Dei, ita per peccatum filij hominum nominamur. Vnde & Dominus, quia* Deus Filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati, *vt habetur Rom. 8.* filius hominis *dictus eſt. Ex quo ad illud*, Videntes filij Dei filias hominum &c. *Geneſ. 6.* per filios B Dei (*inquit Author*) intelligit filios Seth, qui erant Dei filij per gratiam, & Angelorum per imitationem. Filij autem hominum dicebantur filij Cain, qui à Deo receſſerant, carnaliter viuentes. *Cum autem per gratiam verè filij Dei nominemur & ſimus, conſequenter* quicunque C gratiam habet, ex hoc ipſo eſt dignus vita æterna, Rom. 8. *Si filij, & heredes*: quia D non ſolùm filio naturali, ſed etiam adoptiuo debetur hereditas, 1. Pet. 1. *Regenerauit nos in ſpem viuam, in hereditatem incorruptibilem &c.* ſcilicet E in vitam æternam, quæ nobis eſt hereditas, non tranſitoria (hereditas enim eſt poſſeſſio immobilis à Patre in prolem deſcendens:) non diuiſa, ſed integra. *Idcircò Rom. 6. dicitur*: Gratia Dei, vita æterna: *nimirùm, quia* gratia F Spiritus Sancti, quam in præſenti habemus, etſi non ſit æqualis gloriæ in actu, eſt tamen æqualis in virtute: ſicut ſemen arborum, in quo eſt virtus ad totam arborem. Et ſimiliter per gratiam inhabitat hominem Spiritus Sanctus, qui eſt ſufficiens cauſa vitæ æternæ: vnde & dicitur eſſe *pignus hereditatis noſtræ*, ad Epheſ. 1. & 2. Cor 1. *Ex quo* gratia G nihil eſt aliud, quàm quædam inchoatio gloriæ in nobis. *Cui conſonat illud Apoſtoli ad Hebr. 12.* Itaque regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam. *Quibus in verbis*, per gratiam H intelligimus donum gratiæ, quod in præſenti recipimus, tanquam pignus æternæ gloriæ. Et ideò dicit: *Suſcipientes regnum immobile*; ideſt, futuræ gloriæ, quod nobis promittitur. Quod enim ſperamus, *habemus*, ſcilicet *gratiam*, quam tanquam quoddam gloriæ inchoatiuum accipimus. *Et quidem* gratia I cum nullum in ſui ratione importet defectum, per ſui augmentum fit gloria. *Vnde & gloria ipſa dicitur gratia conſummata*: gratia enim L conſummata in anima eſt idem, quod gloriæ lumen. *Hinc de dono gratiæ verum habet quod ait Dominus Ioan. 4.* Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam ęternam. *Vbi notat Author, quòd* alius M eſt curſus aquę materialis, ſcilicet deorſum: alius iſtius aquę ſpiritualis, quia ducit ſurſum. Et ideò aqua, quam ego do, non ſolùm ſitim aufert (non ſitiet in ęternum, *vt præmiſerat*) ſed eſt viua, quia conjuncta fonti; vnde dicit: *fiet in eo fons*; fons inquam perducens per bona opera ad vita ęternam. Et ideò dicit, *aquæ ſalientis*, ideſt ſalire facientis, *in vitam æternam*.

Quicunque gratiam habet, hoc ipſo dignus eſt vita æterna.

C 1. p. 24. 3 c. & 1. 2. 113. 9. c & 114. 3. & 3. p. 48. 1. c. In 3. d. 27. 1. 3. Rom 4. & 6 ſi.

Hereditas quid.

D Rom 8. l. 3. ibi.

E 1. Pet. 1. ibi

Gratia, ſemen gloriæ.

F 1. 2. 114. 3. ad 3. In 4. d. 1. 1 4. q. 1. ad 1.

Et quædam gloriæ inchoatio.

G 2. 2. 24. 3. ad 2. & 1. 2. 111. 3. ad 2. Ver. 27. 5. ad 6.

H Ad Hebr. 12. l. ibi.

I Ver. 27. 5. ad 6.

Gratia conſummata eſt lumen gloriæ.

L 3. d 13. 1 1. ad 5 & 1. 2. 110. 3 ad 2.

M Io 4. l. 2 lit. d ibi & cap 7. l. 5 lit. b.

Gratia, omnium ſpiritualium donorũ principium.

N Ad Tit 1 l. 1. ibi, gratia. Gal. 1 l. 1. ibid.

O Rom. 1 l 4. ibi Col. 1 l. 1. Phil 1. l. 1 & 1 Theſſ. 1 l 1. & 2. Theſſ. 1. l. 1.

e *Ex quibus omnibus deducitur, quàm verè ab Authore promptam initio ſit, quòd* omnium N ſpiritualium donorum principium eſt gratia. *Qua de cauſa Apoſtolus, ſingularum exordio epiſtolarum, hanc præ cæteris diſcipulis ſuis adprecatur*: Gratia & pax, *ad Rom. 1.* Quorum O vnum, ſcilicet gratia; eſt primum inter Dei bona (*ſiue* dona) quia per eam juſtificatur impius, Rom. 3. *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius.* Aliud autem, ſcilicet pax, eſt vltimum, quod in beatitudine perficitur, Pſ. 147. *Qui poſuit fines tuos pacem.* Et ſic, per hęc duo bona, (*ſiue* dona) alia media intelliguntur. *Vt nimirùm hoc pacto gratiæ & gloriæ connexionem innueret. Sanè, per gratiam animæ infuſam, veram conſequimur libertatem: proinde*, cum aliquis P tranſit de peccato in gratiam, tranſit de ſeruitute ad libertatem, Ioan. 8. *Si Filius vos liberauerit, verè liberi eritis.* Et nota Q quòd eſt multiplex libertas: ſcilicet peruerſitatis, quando quis abutitur eâ ad peccandum; & hęc eſt libertas à juſtitia, quam nullus cogitur ſeruare, 1. Pet. 2. *Quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem.* Vana, quę eſt temporalis, ſeu carnalis, Iob 3. *Seruus & liber à domino ſuo.* Vera, & ſpiritualis, quę eſt libertas gratię, quę eſt ſcilicet carere criminibus: quę eſt imperfecta, quia *caro concupiſcit aduersùs ſpiritum*, vt non ea, quę volumus, faciamus, *Rom. 7.* Glorię perfecta atque plena, quę erit in Patria, Rom. 8. *Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Et hoc erit, quia nihil erit ibi inclinans ad malum, nihil opprimens: quia ibi erit libertas à culpa & à pœna. *Et hæc conſequitur gratiæ libertatem. Cum verò adeò excellens donum gratiæ ſit, & Mundi gratia fallax: nihilominus quantum facimus pro hac acquirenda, quantùm negligimus gratiam Dei! Profectò* magnam R gratiam apud Deum homines haberent, ſi medietatem eorum, quę pro gratia Mundi expendunt, pro gratia Dei expenderent. Gratia Mundi amatoribus ſuis multùm nocet, quia gratiam Dei pretioſiſſimam eis aufert, Pſalm. 52. *Confuſi ſunt qui hominibus placent, quoniam Deus ſpreuit eos.* Ad Gal. 1. *Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem*; (cujus S ratio eſt, quia hęc ſunt contraria:) Iac. 4. *Neſcitis, quia amicitia hujus Mundi inimica eſt Dei? Quicunque ergo voluerit amicus eſſe ſeculi hujus, inimicus Dei conſtituitur.* Aliquando gratia Mundi creditur haberi, cum non habetur: *abſcondunt enim odium labia mendacia*, Prou. 10. Et, ſi aliquando habetur, citò amittitur: ſicut patet in Chriſto, qui ante paſſionem venit Ieruſalem, magnam gratiam apud populum habuit: ſed citò gratia illa fuit amiſſa. *Ab eodem populo* (inquit Bernardus) *in eodem loco, & ipſo tempore, pauciſſimis diebus interpoſitis, primò cum tanto triumpho ſuſceptus, poſtea crucifixus eſt. O quàm diſſimile eſt*: Tolle, tolle, crucifige eum: *&* Benedictus qui venit in nomine Domini, Oſanna in excelſis! *Quàm diſſimile eſt*, Rex Iſrael, *&* Non habemus Regem, niſi Cęſarem! *Enimuerò maxima hominum cæcitas eſt, adeò pretioſum Dei donum abijcere. Quin, vt diuinæ in hominem largitas bonitatis innoteſceret, voluit majorem quodammodo gratiam homini tribuere, quàm Angelo.* Quamuis *enim* gratia T in Angelis ſit major ſecundùm ſtatum, quia propinquior fini, cum ſit minor via Angelo data, quàm homini: tamen gratia hominis poteſt eſſe major in virtute merendi. Angelis enim data eſt gratia ad determinatum gradum ſecundùm determinatum ordinem promerendum; & ideò vlterius pręmium per gratiam illam mereri non poſſunt. Homo autem, cum ex conditione naturę ad nullum ordinem

Libertas gratiæ.

P 2. 2. 183. 4. ad 1.

Multiplex libertas.

Q Io 8. l 4 lit. d. Rom 6 l 4. & Rom. 8. l. 4. & 1. Pet. 2 ibi, libertatem.

Mundi gratiam quærimus, diuinam negligimus.

R Opuſ. de er. Pr. l. 1. cap. 15. Iac. 4. ibi, Mundi

Gratia Mundi noxia, fallax, & citò amittitur.

S Gal. 1 l. 2. ſi. Iac. 4. ibi, quicunque.

Major quodammodo data eſt gratia homini, quàm Angelo.

T 2. d. 29. 1. 4. ad 4.

Digitized by Google

ncta determinetur, sed indifferenter ad omnes se habeat, accipit gratiam etiam indifferenter ordinatam ad promerendum gradum cujuslibet ordinis secundùm genus suum. *Sed & hominibus vel indignis ex sua impartit gratiam largitate. Pro quo sciendum, quòd* indignum V potest sumi dupliciter: Vel negatiuè tantùm; & sic Deus dat gratiam indignis, quia dat his, qui non sunt sufficienter ad hoc digni, sed tamen habent aliquam dispositionem ad recipiendum, ex quo dicuntur quodammodo ex congruo gratiam mereri: nec ex hoc sequitur, quòd sit injustus, sed liberalis. Vel sumitur contrariè, vt dicantur indigni qui habent voluntatem resistentem gratię: & talibus gratiam non infundit, quia ad virtutem non cogit, vt *Damascenus* dicit. *A se inquam etiam auersis suam Deus gratiam donat, vt felicissimè contigit Paulo, quem de Cœlo prostrauit, de quo Author:* Alij X Apostoli spontaneè conuersi sunt ad Christum, sed Paulus coactus. Et hoc multùm valet contra hęreticos, qui dicunt, quòd nullus debet cogi ad fidem, quia Paulus coactus fuit. Et, sicut dicit *Augustinus*, plùs profecit in fide Paulus, cum coactè conuersus est, quàm multi, qui spontaneè venerunt. *Quod sanè intelligendum est, non exclusa scilicet per gratiam cooperantem libero, eo in instanti, suæ voluntatis assensu. Id quod satis apparet ex ejus verbis, cum illud prostratus expressit Act. 9.* Domine, quid me vis facere? *eodem tempore Deum per fidem agnoscens,* Domine: *& ejus plenè dispositus ad parendum mandatis*: quid me vis facere? *Quo sensu & Ecclesia in Secreta*: Ad te, Domine, nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. *Ex quo maior procul dubio elucescit hominis in Deum ingratitudo. Verùm*, quare Y non omnes auersos trahit, sed aliquos, licèt sint omnes equaliter auersi: Ratio quidem in generali potest assignari, vt scilicet in illis, qui non trahuntur, appareat & refulgeat ordo diuinę justitię: in illis autem, qui trahuntur, immensitas diuinę misericordię. Quare autem in speciali trahat hunc, & illum non trahat, non est ratio aliqua, nisi beneplacitùm voluntatis diuinę. Vnde dicit Augustinus: *Quem trahat, & quem non trahat: quare illum trahat, & illum non trahat, noli velle judicare, si non vis errare.* Hoc etiam ostendi potest per exemplum. Nam assignari potest ratio, quare artifex ponit aliquos lapides inferiùs, & aliquos superiùs, & aliquos ex lateribus, ex dispositione domus, cujus complementum hoc exigit. Sed quare hos lapides hic ponat, & hos ibi, dependet à sua simplici voluntate. Et inde est, quòd prima ratio dispositionis refertur ad voluntatem artificis. Sic ergo Deus ad complementum Vniuersi quosdam quidem trahit, vt in eis appareat sua misericordia: quosdam verò non trahit, vt ostendatur in eis sua justitia. Sed hos trahit, illos non trahit secundùm suę beneplacitum voluntatis. Similiter etiam, quia in Ecclesia aliquos fecit Apostolos, alios Confessores, alios Martyres: ratio est propter Ecclesiæ decorem & complementum. Sed quare Petrum fecit Apostolum, Stephanum Martyrem, & Nicolaum Confessorem, non est alia ratio, nisi voluntas sua. *DISCE, hominem per donum gratiæ sanctificari.*

Etiam indignis suam Deus gratiam largitur.

V 1. d. 17. 1. 4. ad 4.

Indignum dupliciter sumitur.

Paulus Apostolus ad fidem coactus.

X 1 Cor. 15. l. 1. ibi, abortiuo.

Cur Deus non omnes auersos ad se per gratiam trahat.

Y Io 6. l. 5. lit. c. ib. . . . exercit. 3. cont. G. c. 161. n. 3.

V. Homo ex se non sufficit ad satisfaciendum pro culpa, quia ex se gratiam habere non potest. Nec tamen Deus crudelis est, hanc satisfactionem exigens: quia, quamuis gratiam habere non possit ex se, & ita nec satisfacere: potest tamen satisfacere per id, quod Deus paratus est dare, scilicet per gratiam. *3. d.* 1. 1. 2. *ad* 5.

f EX *præmissis liquet satis, cur homini detur gratia à Deo: nimirùm vt per eam ad æternam valeat pertingere beatitatem. Quo sensu dicebat Paulus 2. Cor.* 13. Hoc & oramus vestram consummationem; *idest* perfectionem Z: in rebus enim naturalibus videmus, quòd quælibet res naturalis naturaliter tendit ad suam perfectionem, ad quam habet naturale desiderium. Et ideò cuilibet rei datur virtus naturalis, vt ad suam perfectionem naturalem possit peruenire. Gratia autem datur homini à Deo, per quam homo perueniat ad suam vltimam & perfectam consummationem, idest beatitudinem, ad quam habet naturale desiderium. Vnde quando aliquis non tendit ad suam perfectionem, signum est, quòd non habet satis de gratia Dei. Et ideò Apostolus, vt isti possint in gratia crescere, orat, vt perficiantur. Et *ad Philip.* 1. Oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet &c. *Ad hanc igitur perfectionem habendam necessaria gratia est. Nec, quia eam ex nobis habere non possumus, impossibilis nobis redditur eum ad finem, salua arbitrij libertate, progressus. Docemur enim, quòd* ea A quę per alios possumus *ex 3. Ethic.* aliqualiter per nos possumus: & ideò, quia cogitare & facere bonum possumus cum auxilio diuino, non totaliter hoc excedit nostram facultatem. *Quo sensu dicitur 2. Cor. 3.* Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. *Ac si dicat*: Quicquid B ego facio, etiam ipsum principium operis, Deo attribuo, Phil. 1. *Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet &c.* Et hoc est contra Pelagianos, dicentes quòd inchoatio boni operis est ex nobis, sed perfectio est à Deo. Sed ne videatur tollere libertatem arbitrij, dicit: *à nobis, quasi ex nobis*. Q. d. Possum quidem aliquid facere, quod est liberi arbitrij: sed hoc, quod facio, non est ex me, sed à Deo, qui hoc ipsum posse confert: vt sic & libertatem hominis defendat, cum dicit, *à nobis*, idest à parte nostra, & diuinam gratiam commendet, cum dicit, *quasi ex nobis*, scilicet procedat, sed à Deo. Hoc etiam Philosophus vult, quòd nunquam homo per liberum arbitrium potest quoddam bonum facere sine adjutorio Dei. Et ratio sua est, quia in his, quæ facimus, quærendum est illud, propter quod facimus. Non est autem procedere in infinitum, sed deuenire ad aliquid, putà ad consilium. Sic ergo bonum facio, quia consilium mihi inest ad hoc: & hoc est à Deo. Vnde dicit, quòd consilium boni est ab aliquo, quod est supra hominem, mouens eum ad bene operandum. Et hoc est Deus, qui & homines mouet, & omnia, quæ agunt, ad actiones suas: sed aliter, & aliter. Cum enim hujusmodi motus sit quoddam receptum in moto, oportet, quòd hoc fiat secundùm modum suæ naturæ, idest rei motæ. Et ideò omnia mouet secundùm suas naturas. Ea ergo, quorum natura est, vt sint liberæ voluntatis, dominium suarum actionum habentia, mouet liberè ad operationes suas, sicut creaturas rationales, & intellectuales. Alia autem non liberè, sed secundùm modum suæ naturæ. Licèt autem *non simus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis*: tamen habemus aliquam sufficientiam,

Cur detur homini gratia à Deo.

Z 2. Cor. 13. l. 2. ibi, & 1. Cor. 6. l. 1 ibi, in vacuum.

Omnia naturaliter in suam tendunt perfectionem.

Qui non tendit ad perfectionem, signum est non satis habere de gratia.

A 2. 2. 130. 1. ad 3. & 1. 2. 109. 4. ad 2.

Sine Dei auxilio benè operari non possumus: nec tamen arbitrij libertas excluditur.

Neque initium boni operis ex nobis, contra Pelagianos.

B 2. Cor. 3 l. 1. & Rom 9. l. 3. ibi, volentis &c. ibi, miserebor. Phil. 2 l. 3 & Io. 15. l. 1. lit. e & 1. p. 83. 1 ad 2. & 3. & 1. 2. 98. 1. ad 3. & 109. 2. ad 1. De Ma. 6. ad 1. Quol. 11. 3. ad 2.

Digitized by Google

tiam, qua ſcilicet bonum poſſumus velle, & credere incipiamus: & hoc à Deo eſt, 1. *Cor.* 4. Quid habes, quod non accepiſti? *Vel dicendum, quòd*

Gratia dupliciter dicitur. C 1. d. 18. 1. 1. ad 1. & 3. p. 2. 10. c.

gratia C dupliciter dicitur. Vno modo donum gratuitum: alio modo ipſe Deus gratis dans. Dona autem gratuita propriè dicuntur, quæ naturalibus ſuperaddita ſunt, ſine quibus homo multa bona facere poteſt, quamuis non meritoria: nihil tamen boni poteſt facere ſine gratia Dei, ſecundùm quod intelligitur gratia ipſe Deus gratis dans, eo quòd ipſe eſt principium omnis boni, non tantùm in hominibus, ſed etiam in alijs creaturis. Et ſic intelligendum eſt quod dicitur Ioan. 15. *Sine me nihil poteſtis facere*.

D Ioan. 15. l. 1. lect. & 3. cont. Gen. c. 161. & Io. 6. l. 5. lit. c. Nihil ſine Dei auxilio poſſumus.

Nec mirum D quia nec Deus ſine ipſo aliquid facit, Ioan. 1. *Sine ipſo factum eſt nihil*. Opera enim noſtra aut ſunt virtute naturæ, aut ex gratia diuina. Si virtute naturæ, cum omnes motus naturæ ſint ab ipſo Verbo Dei, nulla natura ad aliquid faciendum moueri poteſt ſine ipſo. Si verò virtute gratiæ, cum ipſe ſit actor gratiæ (quia *gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*, Ioann. 1. cit.) manifeſtum eſt, quòd nullum opus meritorium ſine ipſo fieri poteſt. Ideò dicitur 2. Cor. 3. *Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*. Si ergo nec etiam cogitare poſſumus, niſi ex Deo, multò minùs nec alia.

Mens hominis ex ſuperadditione gratiæ perficitur magis. E 2. 2. q. 81. a. 7. c.

g *Neque ex gratiæ ſuperadditione, & neceſſitate, voluntas hominis imperficitur, ſed imò, vt prætactum eſt, perficitur magis. Nam* per hoc E quòd mens noſtra Deo ſubijcitur, in hoc ejus perfectio conſiſtit. Quælibet enim res perficitur per hoc, quòd ſubditur ſuo ſuperiori: ſicut corpus per hoc, quòd viuificatur ab anima; & aer per hoc, quòd illuminatur à Sole. *Vnde & gratiam, vitam eſſe animæ diximus, & Soli illuminanti ad ſpiritualem animæ illuſtrationem comparari, videbimus infrà. Neque illud prætereundum, quòd* ſi in poteſtate F hominis eſſe dicatur aliquid excluſo auxilio gratiæ, ſic ad multa tenetur homo, ad quæ non poteſt ſine gratia præparante, ſicut ad diligendum Deum & proximum, & ſimiliter ad credendum articulos fidei.

F 2. 2. 2. 5. ad 1.

Auxilium gratiæ quibus datur, miſericorditer datur: quibus non datur, ex juſtitia denegatur. G 3. d. 1. 1. 2. ad 3.

Sed tamen hoc poteſt cum auxilio gratiæ: quod quidem auxilium quibuſcunque diuinitus datur, miſericorditer datur: quibus autem non datur, ex juſtitia non datur, in pœnam præcedentis peccati, ſaltem originalis, vt *Auguſtinus* dicit *in lib. de cor. & gratia*. Nec tamen G Deus crudelis eſt, hanc ſatisfactionem exigens (*vt ajebat initio Author*:) quia, quamuis homo gratiam habere non poſſit ex ſe, & ita nec ſatisfacere: poteſt tamen ſatisfacere per id, quod Deus paratus eſt dare, ſcilicet per gratiam.

H 1. 2. 112. 4. & 1. & 66. 2. ad 1. & 2. 2. 5. 4. ad 3. Nec tamen crudelis Deus, noſtram ex gratia ſatisfactionem exigens, cum ſit ex ſe paratus gratiam dare. Vnde major in vno gratia, quàm in alio. Quibuſdam & gratiæ plenitudinem confert: quæ dupliciter attenditur. I 3. p. 7. 10. c. In 3. d. 13. 1. 2. q. 3. c.

Quòd verò major in vno gratia ſit, quàm in alio: cauſa H hujus diuerſitatis accipienda eſt ex parte ipſius Dei, qui diuerſimodè ſuæ gratiæ dona diſpenſat ad hoc, quòd ex diuerſis gradibus pulchritudo, & perfectio Eccleſiæ conſurgat: ſicut etiam diuerſos gradus rerum inſtituit, vt eſſet Vniuerſum perfectum. Vnde Apoſtolus, poſtquam dixerat: *Vnicuique data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti*, ſubjungit: *ad conſummationem Sanctorum in ædificationem corporis Chriſti*, ad Epheſ. 4. *Nec majorem tantummodò gratiam vni præ alio impertit Deus, ſed & gratiæ plenitudinem. Hæc autem* plenitudo I gratiæ poteſt attendi dupliciter: vno modo ex parte ipſius gratiæ, alio modo ex parte habentis gratiam. Ex parte quidem ipſius gratiæ dicitur eſſe plenitudo ex eo, quòd aliquis pertingit ad ſummum gratiæ & quantum ad eſſentiam & quantum ad virtutem: quia ſcilicet habet gratiam & in maxima excellentia, qua poteſt haberi, & in maxima extenſione ad omnes gratiæ effectus. Et talis gratiæ plenitudo eſt propria Chriſto. Ex parte verò ſubjecti dicitur gratiæ plenitudo, quando quis habet plenè gratiam ſecundùm ſuam conditionem, ſiue ſecundùm intenſionem, prout in eo eſt intenſa gratia vſque ad terminum præfixum ei à Deo, ſecundùm illud Epheſ. 4. *Vnicuique data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti*: ſiue etiam ſecundùm virtutem, in quantum ſcilicet habet facultatem gratiæ ad omnia, quæ pertinent ad ſuum officium, ſiue ſtatum, ſicut Apoſtolus dicebat Epheſ. 3. *Mihi omnium Sanctorum minimo data eſt gratia hæc, illuminare omnes &c.* Et talis gratiæ plenitudo non eſt propria Chriſto, ſed communicatur alijs per Chriſtum.

Plenitudo gratiæ in B. V. L 3. p. loco cit. ad 1. & q. 27. 5. c.

Et ita B. Virgo L dicta eſt *gratia plena*, non ex ſpecie ipſius gratiæ: quia non habuit gratiam in ſumma excellentia, qua poteſt haberi, nec ad omnes effectus gratiæ: ſed dicitur fuiſſe plena gratia per comparationem ad ipſam: quia ſcilicet habebat gratiam ſufficientem ad ſtatum illum, ad quem erat electa à Deo, vt eſſet ſcilicet Mater Vnigeniti ejus. (*Quanta pro ea dignitate, gratiæ profuſio credenda eſt!*)

In Stephano.

Et ſimiliter Stephanus dicitur *plenus gratia*, quia habebat gratiam ſufficientem ad hoc, quòd eſſet idoneus miniſter & teſtis Dei, ad quod erat electus. Et idem dicendum de alijs.

Plenitudinum gratiæ alia altera major.

Harum tamen plenitudinum vna eſt plenior altera, ſecundùm quod aliquis eſt diuinitus præordinatus ad altiorem, vel inferiorem ſtatum.

Triplex plenitudo. M Ioa. 1. l. 10. lit. a. Sufficientiæ, vt in Stephano. Redundantiæ, vt in Virgine Deipara, qua omnes Sanctos excellit. Efficientiæ, & effluentiæ, vt in Chriſto.

Alibi quoque, ad illud: De plenitudine ejus nos omnes accepimus, *Ioann. 1. docemur, quòd triplex eſt plenitudo*. Eſt enim M plenitudo ſufficientiæ, qua aliquis eſt ſufficiens ad actus meritorios, & excellentes faciendos, ſicut in Stephano. Item eſt plenitudo redundantiæ, qua B. Virgo excellit omnibus Sanctis, propter eminentiam & abundantiam meritorum. Eſt etiam plenitudo efficientiæ, & effluentiæ, quæ ſoli homini Chriſto competit, quaſi Authori gratiæ. Sic enim B. Virgo redundauit gratiam in nos, vt tamen auctrix gratiæ nequaquam eſſet, ſed ab anima ejus gratia redundauit in carnem. Nam per Spiritus Sancti gratiam non ſolùm mens Virginis fuit Deo per amorem perfectè vnita, ſed & ejus vterus Spiritu Sancto eſt ſupernaturaliter imprægnatus. Et ideò ſtatim, cum dixiſſet Gabriel: *Aue gratia plena*, ſubjunxit de plenitudine ventris, dicens: *Dominus tecum*.

B. V. & Apoſtoli confirmati in bono per gratiam. N Ver. 24. 9. ad 2. & 6. 1. ad 16. & 3. p. 27. 5. ad 2. In 3. d. 3. 1. 2. q. 3. & 1. cont. G. c. 155. & 162. n. 4.

Vlteriùs & aliquos Deus per gratiam confirmat in bono, ſicut B. Virgini feliciſſimè contigit in conceptione Chriſti, & Apoſtolis in die Pentecoſtes. Confirmatio autem N in bono B. Virgini competebat: quia mater erat diuinæ Sapientiæ, in quam *nihil inquinatum incurrit*; vt dicitur *Sap.* 7. Similiter Apoſtolos decuit: quia erant quaſi fundamentum & baſis totius Eccleſiaſtici ædificij; vnde eos firmos eſſe oportuit: *de quibus verum habet illud Pſal. 74.* Ego confirmaui columnas ejus.

Dupliciter quis poteſt in bono confirmari. O Ver. 24. 9. c. & a. 8. c. & 1. p. 63. 2. & 64. 1. & 2. 2. 106. 2. ad 2. 109. 8. c. & 3. cont. G. l. c. In 2. d. 23. 181.

Veruntamen id ſanè intelligendum: nam aliquis O poteſt confirmari in bono dupliciter. Vno modo ſimpliciter, ita ſcilicet quòd habeat in ſe ſufficiens ſuæ firmitatis principium, quòd omnino peccare non poſſit. Et ſic beati ſunt confirmati in bono. Alio modo dicuntur aliqui confirmati in bono per hoc, quòd eis datur aliquod munus gratiæ, quo ita inclinantur in bonum, quòd non de facili poſſunt à bono deflecti: non tamen per hoc ita retrahuntur à malo, quin omnino peccare non poſſint, niſi diuina prouidentia cuſtodiente.

Confirmatus, adhuc indiget diuinæ cuſtodia prouidentiæ.

Sicut dicitur de immortalitate Adæ, qui ponitur immortalis, non quòd omnino aliquo ſibi intrinſeco protegi poſſet ab omni exteriori mortifero, vtpote ab inciſione gladij, & alijs hujuſmodi: à quibus tamen diuina prouidentia conſeruabatur. Et hoc (*poſt pauca*) propter duo. Primò, & principaliter: quia, rationem eſſe ſemper in actu rectæ contemplationis in ſtatu viæ, ita quòd omnium operum ratio ſit Deus, eſt impoſſibile. Secundò, quia in ſtatu viæ non contingit, inferiores vires ita eſſe rationi ſubditas, vt actus rationis nullatenus propter eas impediatur, niſi in Domino Ieſu Chriſto, qui ſimul

Gratiæ vis & efficacia.

viator & comprehenſor fuit. Sed tamen per gratiam viæ ita poteſt homo bono aſtringi, quòd nonniſi valdè de difficili peccare poſſit, per hoc quòd ex virtutibus infuſis inferiores vires refrænantur, & voluntas in Deum fortiùs inclinatur, & ratio perficitur in contemplatione veritatis diuinæ: cujus continuatio, ex feruore amoris proueniens, hominem retrahit à peccato. Sed totum, quod deficit ad confirmationem, completur per cuſtodiam diuinæ prouidentiæ in illis, qui confirmati dicuntur, vt ſcilicet quandocunque occaſio peccati ſe ingerit, eorum mens diuinitus excitetur ad reſiſtendum.

Gratia dupliciter dicitur, ſcilicet diuinum auxiliũ, quo nos mouet, & habituale donum nobis infuſũ.

P 1. 2. q. 111. a. 2. in c. & q. 109. a. 1. 2. 3. 6. 8. 9. 10 ſ & q. 110. a. 2.

Homo indiget auxilio diuino ſuperaddito ad cognoſcenda quæ excedunt naturalem cognitionem.

Q 1. 2. q. 109. 1. in c. & a. 2. ad 3. In 2. d. 28. q. 5. c.

Qualiter gratia indigeat ad volendum & operandum in vtroque naturæ ſtatu.

R 1. 2. 109. a. 2. & 9. c. In 2. ſup. cit. a. 1. & 2. & 24. 14.

S ad Deum ſuper omnia diligendum.

S 1. 2. 109. 3. in c. In 2. d. 3. q. 3. In 3. d. 29. a. 3. Virt. 4. 1. ad 8. & Quodl. 1. a. 8.

Quæ dilectio dupliciter intelligitur.

T Virt. 4. 1. ad 9.

h *Cæterùm, vt hac in re circa diuinæ neceſſitatem gratiæ clariùs procedamus: notandum, quòd* gratia P dupliciter poteſt intelligi. *Vno modo diuinum* auxilium quo nos mouet ad bene volendum, & agendum. Alio modo habituale donum, nobis diuinitus infuſum. *Quo præmiſſo, dicendum Primò, quòd* ad cognitionem Q cujuſcunque veri homo indiget auxilio diuino, vt intellectus à Deo moueatur ad ſuum actum: non autem indiget ad cognoſcendam veritatem in omnibus, noua illuſtratione ſuperaddita naturali illuſtrationi, ſed in quibuſdam, quæ excedunt naturalem cognitionem. Et tamen quandoque Deus miraculosè per ſuam gratiam aliquos inſtruit de his, quæ per naturalem rationem cognoſci poſſunt: ſicut & quandoque miraculosè facit quædam, quæ natura facere poteſt. *Secundò, quòd* virtute R gratuita ſuperaddita virtuti naturæ indiget homo in ſtatu naturæ integræ quantùm ad vnum, ideſt ad operandum & volendum bonum ſupernaturale: ſed in ſtatu naturæ corruptæ quantùm ad duo: ſcilicet vt ſanetur, & vlteriùs vt bonum ſupernaturalis virtutis operetur, quod eſt meritorium. Vlteriùs autem in vtroque ſtatu indiget homo auxilio diuino, vt ab ipſo moueatur ad bene agendum. *Tertiò, quòd* homo S in ſtatu naturæ integræ non indigebat dono gratiæ ſuperadditæ naturalibus donis ad diligendum Deum ſuper omnia, licèt indigeret auxilio Dei ad hoc cum mouentis: ſed in ſtatu naturæ corruptæ indiget homo etiam ad hoc, auxilio gratiæ naturam ſanantis. Diligere *autem* Deum T ſuper omnia poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, ſecundùm quod bonum diuinum eſt principium & finis totius eſſe naturalis: & ſic amant Deum ſuper omnia non ſolùm rationalia, ſed & bruta animalia, & inanimata, in quantùm amare poſſunt: quia vnicuique parti amabilius eſt bonum totius, quàm proprium bonum; vnde naturaliter manus ſe exponit ictui pro ſalute totius corporis. Sed iſte naturalis amor Dei peruertitur ab hominibus per peccatum. Alio modo poteſt aliquis diligere Deum ſuper omnia, ſecundùm quod Deus eſt objectum beatitudinis, & ſecundùm quod fit quædam ſocietas rationalis mentis ad Deum quadam ſpirituali vnitate; & talis dilectio eſt actus charitatis, in quem nulla creatura poteſt ſine gratia. *Quartò, quòd* quantùm ad ſubſtantiam V operum, prout ſcilicet homo operatur juſta & fortia, & alia virtutis opera, homo in ſtatu naturæ integræ potuit omnia mandata legis implere: alioquin homo non potuiſſet in ſtatu illo non peccare, cum nihil aliud ſit peccare, quàm tranſgredi diuina mandata. Sed in ſtatu naturæ corruptæ non poteſt homo implere omnia mandata diuina ſine gratia ſanante. Alio modo poſſunt impleri mandata legis non ſolùm quantùm ad ſubſtantiam operis, ſed etiam quantùm ad modum agendi; vt ſcilicet ex charitate fiant: & ſic neque in ſtatu naturæ integræ, neque in ſtatu naturæ corruptæ poteſt homo implere abſque gratia legis mandata. Indiget inſuper in vtroque ſtatu auxilio Dei mouentis ad mandata implenda. *Et quidem*, non habens X charitatem, etſi poſſit aliquod vnum

V 1. 2. 109. 4. c. Ver. 24. 14. ad 2. Cor. 13. l. 2.

Quid circa impletionem mandatorum.

X Ver. 24. 14. ad 7.

implere quantùm ad ſubſtantiam, & cum difficultate: non tamen poteſt implere omnia, ſicut nec omnia peccata vitare. *Ex quo dicendum Quintò, quòd* ſecundùm ſtatum Y naturæ integræ, etiam ſine gratia habituali poterat homo non peccare nec mortaliter nec venialiter, quia peccare nihil aliud eſt, quàm recedere ab eo, quod eſt ſecundùm naturam, quod vitare homo poterat in ſtatu naturæ integræ: non tamen hoc poterat ſine auxilio Dei in bono conſeruantis, quo ſubtracto, etiam ipſa natura in nihilum decideret. In ſtatu autem naturæ corruptæ indiget homo gratia habituali ſanante naturam ad hoc, quòd omnino à peccato abſtineat. Quæ quidem ſanatio primò fit in præſenti vita ſecundùm mentem, appetitu carnali nondum totaliter reparato. Vnde Apoſtolus *ad Rom. 7.* in perſona hominis reparati, dicit: *Ego ipſe mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati.* In quo quidem ſtatu poteſt homo abſtinere ab omni peccato mortali, quod in ratione conſiſtit: non autem poteſt homo abſtinere ab omni peccato veniali propter corruptionem inferioris appetitus ſenſualitatis: cujus motus ſingulos quidem ratio reprimere poteſt (& ex hoc habent rationem peccati, & voluntarij:) non autem omnes, quia dum vni reſiſtere nititur, fortaſſis alius inſurgit: & etiam quia ratio non ſemper poteſt eſſe peruigil ad hujuſmodi motus vitandos. Similiter etiam, antequam hominis ratio, in qua eſt peccatum mortale, reparetur per gratiam juſtificantem, poteſt ſingula peccata mortalia vitare, & ſecundùm aliquod tempus, quia non eſt neceſſe, quod continuò peccet in actu: ſed quòd diu maneat abſque peccato mortali, eſſe non poteſt. Vnde & *Gregorius* dicit, quòd *peccatum, quod mox per pœnitentiam non deletur, ſuo pondere ad aliud trahit.* Et hujus ratio eſt: quia ſicut rationi ſubdi debet inferior appetitus, ita etiam ratio ſubdi debet Deo, & in ipſo conſtituere finem ſuæ voluntatis. Per finem autem oportet quòd regulentur omnes actus humani, ſicut per rationis judicium regulari debent motus inferioris appetitus. Sicut ergo, inferiori appetitu non totaliter ſubjecto rationi, non poteſt eſſe, quin contingant inordinati motus in appetitu ſenſitiuo: ita etiam, ratione hominis non totaliter exiſtente ſubjecta Deo, conſequens eſt, vt contingant multæ inordinationes in ipſis actibus rationis. Cum enim homo non habeat cor ſuum ita firmatum in Deo, vt pro nullo bono conſequendo, vel malo vitando, ab eo ſeparari vellet, occurrunt multa, propter quæ conſequenda, vel vitanda, homo recedit à Deo, contemnendo præcepta ipſius; & ita peccat mortaliter, præcipuè quia in repentinis homo operatur ſecundùm finem præconceptum, & ſecundùm habitum præexiſtentem, vt dicitur *in 3. Ethic.* quamuis ex præmeditatione rationis homo poſſit aliquid agere præter ordinationem finis præconcepti, & præter inclinationem habitus. Sed quia homo non poteſt ſemper eſſe in tali præmeditatione, non poteſt contingere, vt diu permaneat, quin operetur ſecundùm conſequentiam voluntatis deordinatæ à Deo, niſi citò per gratiam ad debitum ordinem reparetur. *Sextò dicendum, quòd* Z *habens gratiam non poteſt in bono vſque ad finem vitæ perſiſtere ſine ſpeciali perſeuerantiæ dono.* Perſeuerantia *autem* tripliciter Z dicitur. Quandoque enim ſignificat habitum mentis, per quem homo firmiter ſtat, ne remoueatur ab eo, quod eſt ſecundùm virtutem, per triſtitias irruentes, vt ſic ſe habeat perſeuerantia ad triſtitias, ſicut continentia ad concupiſcentias & delectationes, vt Philoſophus dicit *in 7. Ethic.* Alio modo poteſt dici perſeuerantia habitus quidam, ſecundùm quem homo habet propoſitum perſeuerandi in bono vſque in finem. Et vtroque iſtorum modorum perſeuerantia ſimul

Et abſtinentiam à peccatis.

Y 1. 2. 109. 8. c. & q. 74. 4. Hebr. 10. l. 3. & 1. Cor. 11. l. 1. ibi, ducebamini, & ibi, nemo poteſt.

Habens gratiam non poteſt perſiſtere in bono vſque ad finem vitæ ſine dono perſeuerantiæ.

Perſeuerantia tripliciter dicitur.

Z 1. 2. 109. 10. c. Ver. 24. 13. ad 3. In 2. d. 29. exp. text. & 3. con. G. c. 155.

cum

cùm gratia infunditur, ſicut & continentia, & cęterę virtutes. Alio modo dicitur perſeuerantia continuatio quędam boni vſque ad finem vitę. Et ad talem perſeuerantiam habendam, homo in gratia conſtitutus, non quidem indiget aliqua alia habituali gratia, ſed diuino auxilio ipſum dirigente & protegente contra tentationum impulſus. Et ideò, poſtquam aliquis eſt juſtificatus per gratiam, neceſſe habet à Deo petere prędictum perſeuerantię donum, vt ſcilicet cuſtodiatur à malo vſque ad finem vitę: multis enim datur gratia, quibus non datur perſeuerare in gratia. *Septimò, quòd* requiritur A auxilium gratię ad hoc, quod homo à peccato reſurgat, & quantùm ad habituale donum, & quantùm ad interiorem Dei motionem. *Exemplum habemus* Matth. 9. *de puella defuncta, quæ typum gerit peccatoris ex peccato mortui: legitur enim, quòd Dominus* tenuit manum ejus, & dixit: Puella ſurge. *Siquidem per gratiam ſuam* tenet B Deus manum peccatoris, quando adjutorium ei prębet. *Et ſurrexit puella*, ſcilicet ad vitam: ſic nos per Dei adjutorium à peccato *ad vitam gratiæ*. *Hinc Apoſtolus* Rom. 3. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. *Et in hoc ſenſu exponi poteſt illud ad* Hebr. 6. Impoſſibile eſt illos, qui ſemel illuminati &c. & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam: *ſpectatis nimirùm proprijs viribus, non ita viribus gratiæ*. Sciendum *quippe* eſt C quòd ex hoc loco ſumpſit *Nouatus* quidam (qui fuit Presbyter Eccleſię Romanę) occaſionem errandi; voluit enim, quòd nullus poſt baptiſmum poſſet ad pœnitentiam reſurgere. Sed iſta poſitio falſa eſt, ſicut dicit *Athanaſius* in Epiſtola ad Serapionem: quia ipſe Paulus recepit inceſtuoſum Corinthium, ſicut patet 2. *Cor.* 2. Et ſimiliter quia dicit: *Filioli mei, quos iterum parturio &c.* ad Galat. 4. *Quod tamen ſine gratia factum non eſt, ſine qua peccatum non remittitur. Et ratio adducitur.* Nam cum in peccato D ſint duo, ſcilicet auerſio & conuerſio, remiſſio & retentio peccati non reſpiciunt conuerſionem, ſed magis auerſionem, & id, quod ad auerſionem ſequitur. Sunt autem tria ex parte auerſionis ſe concomitantia, ratione quorum ſine gratia remiſſio peccatorum fieri non poteſt: ſcilicet auerſio, offenſa, & reatus. *Auerſio* namque intelligitur à bono incommutabili, quod quis poterat habere, reſpectu cujus ſe impotentem fecit: aliàs auerſio non eſſet culpabilis. Non ergo poteſt prędicta auerſio remoueri, niſi fiat conjunctio ad bonum incommutabile, à quo homo per peccatum diſceſſit. Hęc autem conjunctio non eſt niſi per gratiam, per quam Deus mentem inhabitat, & mens ipſi Deo per amorem charitatis inhęret. Vnde ad ſanandam prædictam auerſionem requiritur gratię & charitatis infuſio, ſicut ad ſanitatem cęcitatis requiritur reſtitutio potentię viſiuę. *Offenſa* etiam, quę ex peccato ſequitur, ſine gratia aboleri non poteſt, ſiue accipiatur offenſa ex parte hominis, in quantùm peccando Deum offendit; ſiue ex parte Dei, ſecundùm quod peccatori eſt offenſus, ſecundùm illud Pſal. 5. *Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem.* Quicunque enim rem aliquam digniorem indigniori poſtponit, injuriam ei facit, & tantò ampliùs, quantò res eſt dignior: quicunque autem in re temporali ſibi finem conſtituit (quod facit omnis mortaliter peccans) ex hoc ipſo quantùm ad affectum ſuum pręponit creaturam Creatori, diligens plùs creaturam, quàm Creatorem: finis enim eſt quod maximè diligitur. Cum ergo Deus in infinitum creaturam excedat, erit peccantis mortaliter contra Deum infinita offenſa ex parte dignitatis ejus, cui per peccatum quodammodo injuria fit, dum ipſe Deus contemnitur, & ejus pręceptum. Vnde ad hanc offenſam abolendam non ſufficiunt vires humanę, ſed requiritur munus diuinę gratię. Ipſe etiam Deus dicitur peccatori offenſus vel eum odire, non odio, quod opponitur amori, quo diligit omnia: (ſic enim *nihil odit eorum, quæ fecit*, vt dicitur Sap. 11.) ſed quod opponitur amori, quo Sanctos diligit, bona ęterna eis pręparando. Hujus autem amoris effectus eſt donum gratię gratum facientis: vnde offenſa, qua Deus homini offenditur, non remouetur niſi per hoc, quod gratiam dat. *Reatus* etiam peccati non ſolùm eſt obligatio ad pœnam ſenſibilem, ſed pręcipuè ad pœnam damni, quę eſt carentia glorię. Vnde reatus non tollitur quandiu homini non datur, vnde poſſit ad gloriam peruenire: hoc autem eſt gratia; & ideò ſine gratia peccatorum remiſſio fieri non poteſt. *Alibi quoque docemur, quòd* incurrit homo E triplex detrimentum peccando: ſcilicet maculam, corruptionem naturalis boni, & reatum pœnę. *Maculam* quidem incurrit, in quantùm priuatur decore gratię ex deformitate peccati. *Bonum* autem *naturæ* corrumpitur, in quantùm natura hominis deordinatur, voluntate hominis Deo non ſubjecta: hoc enim ordine ſublato, conſequens eſt, vt tota natura hominis peccantis inordinata remaneat. *Reatus* verò pœnę eſt, per quem homo peccando mortaliter meretur damnationem æternam. Manifeſtum eſt autem de ſingulis horum trium, quòd non poſſunt reparari, niſi per Deum. Cùm enim decor gratiæ proueniat ex illuſtratione diuini luminis, non poteſt talis decor in anima reparari, niſi Deo denuò illuſtrante: vnde requiritur habituale donum, quod eſt gratiæ lumen. Similiter ordo naturæ reparari non poteſt, vt ſcilicet voluntas hominis Deo ſubijciatur, niſi Deo voluntatem hominis ad ſe trahente. Similiter etiam reatus pœnæ æternæ remitti non poteſt, niſi à Deo, in quem eſt offenſa commiſſa, & qui eſt hominum judex. *Octauò hinc à fortiori dicendum, æternam vitam minimè poſſe hominem abſque gratia promereri.* Vita enim F æterna eſt finis excedens proportionem naturæ humanæ: & ideò homo per ſua naturalia non poteſt producere opera meritoria proportionata vitæ æternæ; ſed ad hoc exigitur altior virtus, quæ eſt virtus gratiæ. *Profectò*, quòd opus G ſit meritorium, non poteſt liberum arbitrium ex ſe ipſo, niſi ſubleuetur per habitum, qui etiam naturæ facultatem excedat, qui gratia dicitur. Et ideò dicendum, hominem per liberum arbitrium & bona & mala facere poſſe, non tamen in actum meritorium exire ſine habitu gratiæ. *Sicut etiam* non poteſt homo ſine habitu virtutis acquiſitæ talem actum facere, qualem facit virtuoſus quoad modum agendi, licet poſſit talem facere quantùm ad genus operis. *Igitur* opus H meritorium à non meritorio non diſtat in quid agere, ſed in qualiter agere. Nihil enim eſt, quod vnus homo meritoriè agat & ex charitate, quod alius non poſſit abſque merito agere vel velle. Et ideò hoc, quòd homo non poteſt ſine gratia agere opera meritoria, nihil derogat perfectæ libertati: quia homo dicitur eſſe liberi arbitrij, ſecundùm quod poteſt agere hoc vel illud (*nota*) non ſecundùm quod poteſt ſic vel ſic agere. Potentia *autem* naturalis I hoc modo ſe habet ad gratiam, quòd ipſa ſubminiſtrat ſubſtantiam actus, & gratia præbet efficaciam merendi informando actum.

i *Ex quibus omnibus liquet ſatis, quàm neceſſaria ſit homini diuina gratia, ſine qua in ordine ad æternam felicitatem nihil ex nobis poſſumus*, Ioann. 15. Sine me nihil poteſtis facere. *Hinc Sponſa ad cœleſtem Sponſum Cant.* 1. Trahe me poſt te, curremus &c. *Quaſi dicat*: Quia L meam infirmitatem cognoſco, & video, nihil me meis viribus boni poſſe agere: tuâ gratia *trahe me* ad tui imitationem. *Exultabimus, & lætabimur in te*: de donis ſcilicet tuis: ſed quia ſcimus, hoc non noſtri eſſe meriti, *in te*, non in nobis,

Exigitur vtroque modo gratia ad reſurgendum à peccato.

A 1. 2. 109. 7. ſ. c. & 2. Cor. 12. l. 1. ibi, nemo poteſt. & locis cit. lit. D.

B Matth. 9. lit. d. ibi.

C Hebr. 6. l. 1. circ. ſ.

Nouatianorum error exploditur.

Sine gratia peccatum non remittitur.

D Ver. 28. 2. ſ. c. & a. 8. & 1. 2. 109. 7. & 113. 2. & 2. 2. 137. 4. & 3. con. G. c. 157. In 4. d. 17. 1. 3. q. 1.

Tria remouenda.

Auerſio.

Offenſa.

Reatus.

Triplex ex peccato detrimentum.

E 1. 2. 109. 7. c. & à q. 85. & locis citatis.

Et hoc non tollitur niſi per gratiam.

Non poteſt homo ſine gratia vitam æternam mereri.

F 1. 2. 109. 5. c. & 114. a 2. & 3. & 1 p. 62. 4. In 2. d. 27. 1. 3.

Opus meritorium quale.

G 2. d. 28. 1. 1. ſ. c. Ver. 24. 1. ad 1.

H Ver. loc. cit.

Gratiæ neceſſitas ad merendum non officit humanæ libertati.

I 2. d. 29. 1. 2. ad 2.

Quomodo in ordine ad meritum ſe habeat potentia naturalis ad gratiam.

Sine Dei gratia nihil poſſumus in ordine ad vitam æternam.

L Cant. 1. com. 1. & 2. ibi.

Digitized by Google

nobis, *exultabimus*. *Et cap.*8. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? *Delicijs affluens*, hoc eſt M virtutibus abundans Eccleſia: *innixa*; ideſt, fiducialiter in Chriſto agens, & omnes virtutes ſuas & cuncta bona ad ejus gratiam referens: ſciebat enim, ſe nihil ſuis viribus implere poſſe. *Quaſi cum Apoſtolo diceret* 1. *Cor.*15. Gratia Dei ſum id, quod ſum. *Cui conſonat illud Pſal.*44. Adducentur Regi virgines poſt eam. *Adducentur Regi*, ſcilicet N Chriſto, qui eſt Rex regum: *adducentur*, dico, quia non per ſe venient: *etenim* (*vt ait Dominus Ioann.*6.) Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum, *per donum vtique gratiæ ſuæ, vt viſum eſt*. *DISCE, ſine Dei gratia nihil ad ſalutem æternam prodeſſe*.

M *Cant.* 8. *com.* 1. *ibi.* & 1. *Cor.* 15 *l.* 1. *cur. ſi.*

N *Pſ.*44. *lit. k.* & *Ioan.* 6. *l.* 5. *lit. e.*

VI. Deus nulli, volenti accipere gratiam, eam denegat. *Ver.*6. 2. *ad* 11.

Diſpoſitio ad gratiam, ſiue præparatio, neceſſaria.

1 N*Eceſſaria eſt homini, vt hucuſque vidimus, diuina gratia in via ſalutis ambulanti. Et quamuis eam ex ſe habere non valeat, cum ſit ordinis ſupernaturalis: ad eam tamen diſpoſitio neceſſaria eſt, ſiue præparatio. Diſtinguendum nihilominus eſt ex præmiſſis inter gratiam, quæ eſt habituale donum, & gratiam quæ eſt auxilium Dei, ad bonum animam mouentis*. *Igitur* primo modo O accipiendo gratiam, præexigitur ad gratiam aliqua gratiæ præparatio, quia nulla forma poteſt eſſe, niſi in materia diſpoſita. Sed ſi loquamur de gratia, ſecundùm quod ſignificat auxilium Dei mouentis ad bonum, ſic nulla præparatio requiritur ex parte hominis, quaſi præueniens diuinum auxilium; ſed potiùs, quæcunque præparatio in homine eſſe poteſt, eſt ex auxilio Dei mouentis animam ad bonum. Et ſecundùm hoc ipſe bonus motus liberi arbitrij, quo quis præparatur ad donum gratiæ ſuſcipiendum, eſt actus liberi arbitrij moti à Deo. Et quantùm ad hoc dicitur homo ſe præparare, ſecundùm illud Prou.16. *Hominis eſt animam præparare*; & eſt principaliter à Deo mouente liberum arbitrium. Et ſecundùm hoc dicitur à Deo voluntas hominis præparari, & *à Domino greſſus hominis dirigi*. Ad hoc *ergo*, quòd Deus P gratiam infundat animæ, nulla præparatio exigitur, quam ipſe non faciat. *Et hoc eſt, quod ait Apoſtolus ad Hebr.*12. Contemplantes, ne quis deſit gratiæ Dei. *Vbi Author*: Figuratiuè *inquit* loquitur Q Apoſtolus. Gratia enim, etſi non habeatur ex meritis (alioquin gratia non eſſet gratia:) tamen oportet, quod homo faciat quod in ſe eſt. Deus autem voluntate ſua liberaliſſima dat eam omni præparanti ſe, Apoc.3. *Ecce ſto ad oſtium, & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum*; & 1. ad Tim.2. *Qui omnes homines vult ſaluos fieri*. Et ideò gratia Dei nulli deeſt, ſed omnibus, quantùm in ſe eſt, ſe communicat: ſicut nec Sol deeſt oculis cæcis. Vnde dicit: *contemplantes, ne quis deſit gratiæ Dei*. Sed contra. Quia, ſi gratia non datur ex operibus, ſed tantùm ex hoc, quòd aliquis non ponit obſtaculum, ergo habere gratiam dependet ex ſolo libero arbitrio, & non ex electione Dei: quod eſt error Pelagij. *Et dicendum*, quòd hoc ipſum, quòd aliquis non ponit obſtaculum, ex gratia procedit. Vnde, ſi aliquis ponat, & tamen moueatur cor ejus ad remouendum illud, hoc eſt ex dono gratiæ Dei vocantis per miſericordiam ſuam, ad Gal. 1. *Cum autem placuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, &c.* Hoc autem donum gratiæ non eſt gratum faciens. Quòd ergo à quibuſdam remoueatur iſtud obſtaculum, hoc eſt ex miſericordia Dei: quod autem non remoueatur, hoc eſt ex juſtitia ejus, *vt & ſuperiùs prætactum eſt*.

O 1. 2. 112. 2. & q. 3. init. c. Quo ſenſu.

P 1. 2. 112. 2. ad 2. Nulla exigitur ad gratiam præparatio, quam Deus non faciat. Q *Hebr.* 12. *l.* g. 151.

Etiam non ponere obſtaculum, ex gratia procedit.

m *Cæterùm duplex eſt ad gratiam præparatio, perfecta nimirùm, & imperfecta: quarum* Prima R eſt ſimul cum infuſione gratiæ: (*vltima enim diſpoſitio eſt cum forma.*) Et talis operatio eſt quidem meritoria, ſed non gratiæ, quæ jam habetur, ſed gloriæ, quæ nondum habetur. Eſt autem alia præparatio gratiæ imperfecta, quæ aliquando præcedit donum gratiæ gratum facientis, quæ tamen eſt à Deo mouente. Sed iſta non ſufficit ad meritum, nondum homine per gratiam juſtificato, quia nullum meritum poteſt eſſe, niſi ex gratia. Cum autem homo ad gratiam ſe præparare non poſſit, niſi Deo eum præueniente, & mouente ad bonum: non refert, vtrùm ſubitò vel paulatim aliquis ad perfectam præparationem perueniat. Dicitur enim Eccli.11. *Facile eſt in oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem*. Contingit autem quandoque, quòd Deus mouet hominem ad aliquod bonum, non tamen perfectum; & talis præparatio præcedit gratiam. Sed quandoque ſtatim perfectè mouet ipſum ad bonum; & ſubitò gratiam homo accipit, ſecundùm illud Ioann.6. *Omnis, qui audit à Patre, & didicit, venit ad me*. Et ita contigit Paulo: quia ſubitò, cum eſſet in progreſſu peccati, perfectè motum eſt cor ejus à Deo, audiendo, & addiſcendo, & veniendo; & ideò ſubitò eſt gratiam conſecutus. *Et quamuis dicat Author, quòd* Paulus S conuerſus eſt ad Chriſtum coactus: *hoc dicitur, quia dum eſſet ipſius voluntas in actuali contraria diſpoſitione & auerſione, immutata ſibi fuit in inſtanti à Deo: nec tamen* (*vt* Num.IV. *præmiſſum eſt*) *excluſo ſuæ libero conſenſu voluntatis*: quę T immutari non poteſt per violentiam, ſed proprio motu immutatur. *Nam* Deus V mouet omnia ſecundùm modum eorum: & ideò diuina motio à quibuſdam participatur cum neceſſitate: à natura autem rationali cum libertate, propter hoc quòd virtus rationalis ſe habet ad oppoſita. Et ideò ſic Deus mouet mentem humanam ad bonum, quòd tamen poteſt huic motioni reſiſtere. *Et ita* Paulus X licèt antequam juſtificatus eſſet, immediatè gratiam fidei impugnaret: tamen in ipſo inſtanti juſtificationis ſuę conſenſit per liberum arbitrium diuina gratia commotum. Motum enim gratuitę voluntatis in inſtanti poteſt Deus alicui mittere, ſine quo non eſt juſtificatio: ſed ſine præparatione præcedenti juſtificatio eſſe poteſt. *Et hinc eſt, quòd* Deus Y qui dat omnibus abundanter, nulli gratiam denegat, qui quod in ſe eſt facit, vt ſe ad gratiam præparet. *Quod quidem intelligitur, non quòd hoc ſit in ſola hominis poteſtate, ſed* cum dicitur Z homo facere quod in ſe eſt, dicitur, hoc eſt in poteſtate hominis, ſecundùm quod eſt motus à Deo: *neque enim, vt vidimus, motio hæc liberum excludit arbitrium. Et in hoc ſenſu dicebat initio Author*: Deus A nulli, volenti accipere gratiam, eam denegat; *vt nimirum in præparatione ad gratiam humanæ includat voluntatis arbitrium. Tanti autem faciebat impius Pelagius arbitrium humanum, vt illi ſoli tribueret præparationem ad gratiam, diuino excluſo adjutorio: quod eſt contra Apoſtolum ad Phil.*1. Qui cœpit in vobis opus bonum, ipſe perficiet.

n *Verùm illi* B Deus proponit gratiam infundere, quem præſcit ſe ad gratiam præparaturum; non tamen propter præparationem, quę non eſt ſufficiens cauſa gratiæ, nec finis voluntatis ejus, ſed propter bonitatem ſuam. Vult tamen, quòd iſte habeat gratiam, quia præparauit ſe, ſecundùm modum loquendi, quo dicitur, quòd dat ſibi gratiam, quia præparauit ſe, vt conjunctio denotet diſpoſitionem, & non cauſam. Sed reſpectu actus volendi non poteſt deſignare neque diſpoſitionem, neque cauſam: non enim ideò voluit, quia iſte præparauit ſe, ſed ſolùm quia bonus eſt. *Vno verbo*: defectus C gratiæ prima cauſa eſt ex nobis: ſed collationis gratiæ prima cauſa eſt à Deo, ſecundùm

Duplex ad gratiam præparatio. R 1. 2. 112. 2. ... ad 1. & 3. ... 3. p. 89. 2. c. ... 4. d. 17. 1. 2 ... 1. & 2. c. Ver. 28. 3. ad 10.

D. Paulus in inſtanti gratiæ conſenſit. S 1. Cor. 15. l. 1. ibi. abortiuo. T Ver. 28. 3. ad 20. Imq. d. 17. 1. ... V Quodl. 1. a. 7. ad 2. & 1. p. 83. 1. & 1. 2. 9. 10. 4. Ma. 3. 2. ad 4. Ver. 20. 1. ad 8. & in com. G. c. 83.

X Ver. 28. 3. ad 19.

Y 4. d. 20. 1. 2. q. 1. 4.

Nulli Deus gratiam denegat, qui facit quod in ſe eſt, vt ſe ad eam præparet.

Z 1. 2. 109. 6. ad 2. & in 107. & 112. 2. Ver. 24. 15. In 2. d. 28. 1. 3. ad 1. & 4. ... c. & ad 2. Ver. 24. 1. ad 2. & 4. 15. c. & ad 1. & 2. A Ver. 6. 2. ad 11.

B 4. d. 4. 1. 1. ad. ...

Quo ſenſu dicimus quis habere gratiam, quia præparauit ſe.

C 1. 2. 112. 3. ad 2.

Defectus gratiæ prima cauſa ex nobis: collationis verò à Deo.

ſecundùm illud *Oſe* 13. Perditio tua Iſrael: tantummodo in me auxilium tuum. *Et quidem* plùs D indigenti Deus plus tribuit, dummodo ſit magis ad recipiendum diſpoſitus. Qui enim E magis ſe ad gratiam præparat (*Deo vtique auxiliante*) pleniorem gratiam recipit. *Nec tamen diſpoſito ad gratiam, vel facienti quod in ſe eſt, de neceſſitate gratia debetur:* Sicut etiam F in rebus naturalibus diſpoſitionem materiæ non ex neceſſitate conſequitur forma, niſi per virtutem agentis, qui diſpoſitionem cauſat. *Quod & in artificialibus liquet.* Homo *enim* comparatur G ad Deum, ſicut lutum ad figulum, ſecundùm illud Ierem. 18. *Sicut lutum in manu figuli: ſic vos in manu mea.* Lutum autem non ex neceſſitate accipit formam à figulo, quantumcunque ſit præparatum: ergo neque homo recipit ex neceſſitate gratiam à Deo, quantumcunque ſe præparet. *Vnde Apoſtolus Rom.* 9. An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? *Siquidem* Deus H liberam poteſtatem habet facere ex eadem corrupta materia humani generis, ſicut ex quodam luto, nulli faciendo injuriam, quoſdam homines præparatos in gloriam, quoſdam autem in miſeria derelictos, *ſuam vtique ſubtrahendo gratiam. Verumtamen* (*vt clariùs procedamus*) *quia* præparatio I hominis ad gratiam eſt à Deo, ſicut à mouente; à libero autem arbitrio, ſicut à moto: poteſt dupliciter præparatio conſiderari. Vno quidem modo, ſecundùm quod eſt à libero arbitrio: & ſecundùm hoc nullam neceſſitatem habet ad gratiæ conſecutionem, quia donum gratiæ excedit omnem præparationem virtutis humanæ. Alio modo poteſt conſiderari, ſecundùm quod eſt à Deo mouente: & tunc habet neceſſitatem ad id, ad quod ordinatur à Deo; non quidem coactionis, ſed infallibilitatis: quia intentio Dei deficere non poteſt, ſecundùm quod *Auguſtinus* dicit in lib. de prædeſt. Sanctorum, quòd *per beneficia Dei certiſſimè liberantur quicunque liberantur.* Vnde ſi ex intentione Dei mouentis eſt, quòd homo, cujus cor mouet, gratiam conſequatur, infallibiliter ipſam conſequitur, ſecundùm illud *Ioan.* 6. Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. *Et cum opponitur ex gloſſa ad Rom.* 5. Deus recipit eum, qui ad ſe confugit: aliter eſſet in eo iniquitas: *dicendum, quòd* illa L gloſſa loquitur de illo, qui confugit ad Deum per actum meritorium liberi arbitrij jam per gratiam informati: quem ſi non reciperet, eſſet contra juſtitiam, quam ipſe ſtatuit. Vel, ſi referatur ad motum liberi arbitrij ante gratiam, loquitur, ſecundùm quod ipſum confugium hominis ad Deum eſt per motionem diuinam, quam juſtum eſt non deficere. *Profectò* Deus M ſeipſum negaret, ſi creaturæ non conferret quod ei debetur ſecundùm ſuam diſpoſitionem.

D 1.2.q.112.a.3. ad 3.
Plus indigenti Deus plus tribuit, ſi magis ſit diſpoſitus.
E 1.2.q.112.a.4.c.
F *Ibid. a.* 3. *ad* 3.
Diſpoſito ad gratiam non debetur de neceſſitate gratia.
G *Ibid. in ſed contra.*
H *Rom.* 9. *l.* 4. *ibi.*
I 1.2.q.112.a.3. & 4. c. *In* 4. *d.* 17 *q.* 1. *a.* 2. *q.* 3. *c.*
Dupliciter conſideratur ad gratiam præparatio: vel ex parte Dei mouentis, vel ex parte liberi arbitrij moti.
L 1.2.q.112.a.3. ad 1. *Ver.* 28. *a.* 3. *ad* 10.
M 1.*d.*46.*q.*1.*a.*2 *q.*2. *ad* 1.

O *Igitur præſtò eſt Deus gratiam per præparationem quærentibus liberaliter dare: promptus eſt ad omnes illuminandum, ſi tamen oculos ad illuſtrantem Solem non claudant. Idcircò Ioann.* 1. *dicitur*: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem: *ſcilicet*, quantùm N de ſe eſt: quia ex parte ſua nulli deeſt (*Qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos*, Matth. 5.) immò *omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, vt dicitur 1. *Timot.* 2. Quòd ſi aliquis non illuminatur, ex parte hominis eſt, auertentis ſe à lumine illuminante. Et ne credas (*poſt pauca*) defectum ipſum eſſe ex remotione, ſeu abſentia veræ lucis: hoc excludens Euangeliſta ſubdit: *In Mundo erat.* Simile huic habetur Act. 17. *Non longè eſt ab vnoquoque noſtrum,* ſcilicet Deus: *in ipſo enim viuimus, mouemur & ſumus.* Q. d. Euangeliſta: Verbum diuinum efficax eſt: & præſens eſt ad illuminandum. *Siquidem* Deus O quantùm eſt in ſe, nulli eſt abſens: ſed homo à Deo præſente ſe abſentat, ſicut à præſente lumine qui claudit oculos, *vel feneſtram occludit. Sanè* Deus P hoc modo ſe habet ad nos, ſicut lux ad homines. Lux autem vbique diffunditur, Sole exiſtente ſuper terram. Et licet lux ſit cum hominibus, non tamen omnes ſunt in luce Solis, ſed tantùm eam videntes. Sic ergo, cùm Deus ſit vbique, eſt cum omnibus, qui ſunt vbicunque: ſed tamen non omnes ſunt cum Deo, niſi qui ei conjunguntur per fidem & dilectionem: *quod quidem fit per inhabitantem gratiam. Et quamuis in poteſtate noſtra non ſit eam habere: ſciendum tamen, quòd* ad aliquid Q tenemur directè, quod ſcilicet per ſe eſt in poteſtate noſtrâ: & ſic tenemur ad conformitatem diuinæ voluntatis, qua volumus id, quod congruit nos velle, & ſecundùm rectum finem: quia in vtrunque iſtorum per naturalia noſtra poſſumus. Ad aliquid verò tenemur indirectè, ſicut ad habendam gratiam, quod ſecundùm ſe non eſt in poteſtate noſtrâ: ſed in poteſtate noſtra eſt facere aliquid, quo facto habebimus gratiam. *Denique* licèt ille R qui peccat, impedimentum gratiæ præſtet; & in quantùm ordo rerum exigit, gratiam non deberet recipere: tamen, quia Deus præter ordinem rebus inditum operari poteſt, ſicut cum cæcum illuminat, vel mortuum reſuſcitat: interdum ex abundantia bonitatis ſuæ, etiam eos qui impedimentum gratiæ præſtant, auxilio ſuo præuenit, auertens eos à malo, & conuertens ad bonum. Et ſicut non omnes cæcos illuminat, nec omnes languidos ſanat, vt & in illis, quos curat, opus virtutis ejus appareat, & in alijs ordo naturæ ſeruetur: ita non omnes, qui gratiam impediunt, auxilio ſuo præuenit, vt auertantur à malo, & conuertantur ad bonum: ſed aliquos, in quibus vult ſuam miſericordiam apparere, ità quòd in alijs juſtitiæ ordo manifeſtetur. *Hinc Apoſtolus ad Rom.* 9. Quòd ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. *DISCE neque gratiam ſine Dei auxilio, neque gloriam ſine gratia comparari.*

Deus præſtò eſt gratiam dare his, qui eam ſe præparant.
N *Io.* 1. *l.* 5. *lit. a.* & *cap.* 12. *l.* 7. *lit.* 2.
Omnes illuminat; ſi qui non illuminatur, ex parte ſua eſt, auertens ſe à lumine, & oculos claudens.
O 1. *d.* 40. *q.* 2. *ad* 4.
P *Ioan.* 17. *l.* 6. *lit a ibi,* claritatem
Deus eſt cum omnibus hominibus: non omnes homines cum Deo.
Q 1. *d.* 18. 1. ... 23. ...
Ad gratiam habendam indirectè tenemur, & quo ſenſu.
R 3. *con G cap* 161. *Rom* 5 *l.* 4 *ibi,* quod ſi Deus.

VII. Quicunque gratiâ perceptâ non vtitur ad vitandum peccata, & conſequendum vitam æternam, hic gratiam Dei in vanum recipit, 2. *Cor.* 6. *l.* 1.

P PRæparanti ſe ad gratiam, faciendo ex diuina motione quod in ſe eſt, ex ſua Deum bonitate gratiam largiri, hactenus viſum fuit. Sed non minùs habitâ gratiâ bene vtendum: quod ad gratiam ſpectat cooperantem. Quocirca ſciendum, quòd communiter triplex eſt gratia.* *Nam* ſupra naturam S rationalis creaturæ eſt Deus ſolus, cui vnitur rationalis creatura per gratiam. Vno modo quantùm ad actum ipſius Dei, putà cum per gratiam prophetiæ communicatur homini præcognitio futurorum, quæ eſt propria Deo: & hujuſmodi dicitur gratia gratis data. Alio modo quantùm ad ipſum Deum, cui vnitur rationalis creatura, communiter quidem ſecundùm effectum dilectionis, ſecundùm illud 1. Ioann. 4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo:* quod quidem fit per gratiam gratum facientem; quæ eſt gratia adoptionis. Alio modo, quæ eſt ſingularis Chriſto, per vnionem in eſſe perſonali: & hæc dicitur gratia vnionis. *Quia verò* gratia T dupliciter poteſt intelligi: vno modo diuinum auxilium, quo nos mouet ad bene volendum & agendum; alio modo habituale donum, nobis diuinitus inditum: *ideò* vtroque modo gratia dicta conuenienter diuiditur per operantem & cooperantem. Operatio enim alicujus effectus non attribuitur mobili, ſed mouenti. In

Triplex gratia communiter.
S *Rom.* 1. *l.* 3. *ibi,* prædeſtinatus.
T 1.2.q.111.a.2. c & ad arg. & 3 p. 66. q. ad 2. *Ham.* . d 26. 1. q. & in alio a. 5. c. & ad 3. & 4 & a 6. ad 2. *Ver.* 27. 5. ad 1. ... 17. & 18.
Gratia dupliciter intelligitur.

vel verbo, subtractione beneficij necessarij, alios occidunt, 1. Ioann.3. *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est*. Pasce morientem fame (*ait Augustinus*) si non pauisti, occidisti. Item *idolis seruientes*: qui sunt vel Pagani, vel auari, Ephes.5. cit. *Omnis auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in Regno Dei*. Item *omnis qui amat, & facit mendacium*. Ille amat mendacium, qui libenter audit mendacium: vt sunt illi, qui libenter audiunt adulatores & detractores & joculatores, Prou.29. *Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios*. Ille autem facit mendacium, qui inuenit, vel inuentum ab alijs libenter dicit, vt histriones, adulatores, & detractores, *Bar.3*. Fabulatores & exquisitores prudentiæ, & intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierunt. *His adde vt in pluribus mulieres, quæ vanæ laudis audiunt libenter mendacium; sed & dicunt verbo, & faciunt opere, figmentis nimirum, & pigmentis, apparere facientes quod non est: quibus appositè aptari potest illud Psalm.4*. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? *Nec sufficit, à Dei regno hos excludi: detrudentur enim, ex eo, quòd hujusmodi sunt, in Infernum. Hinc cohærenter legimus Apoc.21*. Timidis autem (*videlicet*, qui V timore mundano ducti, veritatis opera dimittunt, vel fidem acceptam relinquunt:) & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure. *Quoniam verò plurimi hominum aliquo ex præfatis vitiis impœnitentes laborant: eapropter jam solitudo effecta est* Vrbs Ierusalem beata *ob ingredientium paucitatem. Id quod innuitur* Apoc.12. *vbi dicitur, quòd ea mystica* mulier fugit in solitudinem: *Mulier*, idest X Ecclesia, filiis spiritualibus fecunda, *fugit*, volens cauere insidias & nocumenta draconis, *in solitudinem*, idest in secreta mentis, vbi sola est per exclusionem tumultus mundanorum desideriorum. Sed (*ad rem nostram*) est etiam solitudo, siue desertum, status gloriæ: qui dicitur *desertum*, quia à multis deseritur. *Et inferiùs*: vt volaret in desertum, *idest* in Cœlum, quod desertum est ab Angelis apostatis, & ab hominibus injustis. *Vnde & Luc.15*. Nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat &c.

Pagani & auari.

Adulatores & detractores, & eis conscientes.

Item mulieres vanitati deditæ.

V Apoc. 21. ...

X Apoc. 12. cum 1. ... in solitudinem ... in desertum.

Cur status gloriæ dicatur desertum.

2 *Deserimus inquam voluntarij Cœlum, mundanis inuoluti ac transitorijs, beatamque Patriam stultè negligimus sempiternam. Quò tamen nos inuitat SS. Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum gloriosus chorus: parentum, conjunctorum, amicorum dulce consortium. Quod sanè facit ad beatitudinem, non quidem ex necessitate*: quia homo Y habet totam plenitudinem suæ perfectionis in Deo: sed ad bene esse beatitudinis facit societas amicorum. Vnde *Augustinus* dicit 8. *super Genes. ad lit.* quòd creatura spiritualis, ad hoc quod sit beata, nonnisi intrinsecùs adjuuatur æternitate, veritate, charitate Creatoris: extrinsecùs verò, si adjuuari dicenda est, fortasse hoc solo adjuuatur, quòd se inuicem vident, & de sua societate gaudent. *Idcircò & in Collecta pro defunctis parentibus, Deum precamur*: Eorum Domine peccata dimitte, nosque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre; *idest, cognoscere, & ipsorum ibi dulci perfrui consortio & societate. Et hoc est, quod ait Apostolus ad Hebr.12*. Non enim accessistis ad tractabilem montem, & accensibilem ignem, & turbinem &c. Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cœlestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in Cœlis. *Quandoquidem* in cœlesti Z gloria duo sunt, quæ potissime bonos lætificabunt, scilicet fruitio Deitatis, & communis Sanctorum societas. *Nullius enim boni possessio jucunda est sine socio*, vt dicit *Boetius*. Et Psal.132. *Ecce quàm bonum, & quàm jucundum, habitare fratres in vnum*. Fruitio autem in duobus consistit, scilicet in visione intellectus, & in delectatione affectus. Vt enim dicit Augustinus: *Fruimur cognitis, in quibus voluntas delectata conquiescit*. Propter visionem enim dicit: *Accessistis ad Sion montem*: Sion enim significat altitudinem diuinæ contemplationis, Is.33. *Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ*. Iucunditas & delectatio affectus significatur per *Ierusalem, ciuitatem Dei viuentis*: ibi enim erit visio experimentalis pacis, quia nihil erit perturbans siue interiùs siue exteriùs. Vnde dicitur *Ciuitas Dei*, idest ciuium vnitas. Complementum autem Sanctorum est communis societas, de qua dicit: *Multorum millium Angelorum frequentiam*, idest assiduitatem, quia semper ibi sunt: *Angeli eorum in Cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in Cœlis est*, Matth.18. *Et Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in Cœlis*. Hæc de participatione Ecclesiæ: *hoc est, de perpetua in Cœlis Sanctorum societate. Vnde & ad illud Psal.5*. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, *docemur, quòd in Patria Sanctorum* lætitia A plena est ex quatuor. Primò ex gloria inde concepta; vnde dicit, *gloriabuntur*: quia non gloriatur quis de re, nisi habeat eam excellenter. Sancti verò excellentissimè Deum habent. Secundò ex materia, quia gloriantur de re plenissima, & de omni bono, Ioan.16. *Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum*; & cap.15. *Vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur*; & ideò dicit, *in te*. Tertiò ex societate: quia solus homo non potest bene gaudere de aliquo, sed quando amicos habet secum, participes illius boni; ideò dicit, *omnes*; Psalm.86. *Sicut lætantium omnium habitatio est in te*. Quartò ex perfectione, cum dicit: *qui diligunt*; hoc enim proprium est amicorum, gaudere de bono amici. *Alibi quoque Author super illud Ier.3*. Terram desiderabilem, hereditatem præclaram &c. (*cui consonat Psal.15*. Hereditas mea præclara est mihi:) *æternæ qualitates beatitudinis perstringens ait*: Hereditas B Patriæ cœlestis est præclara *Primò* splendore diuinæ visionis, Sap.6. *Clara est, & quæ nunquam marcescit Sapientia, & facilè videtur ab his, qui diligunt eam. Secundò* dulcedine diuini amoris, Psalm.22. *Calix meus inebrians, quàm præclarus est! Tertiò* familiaritate diuinæ allocutionis, Sap.8. *Præclaritas in communicatione sermonum ipsius. Quartò* magnificentiâ operationis, Eccli.43. *Illic præclara opera, & mirabilia. Quintò* magnitudine exultationis, Zach.8. *Eritis domus Iuda, & domus Israel, benedictio. Sextò* solatio societatis, *Ezech.31*. Omnia ligna voluptatis, quæ erant in Paradiso Dei &c. *Hinc ad optatissimum Sanctorum in Patria consortium aureis nos excitat verbis Cyprianus, cum ait*: Quis non ad suos nauigare festinans, ventum prosperum cupidiùs optaret, vt velociter charos liceret amplecti? Patriam nostram Paradisum computamus, parentes Patriarchas habere jam cœpimus: quid non properamus & currimus, vt Patriam nostram videre, vt parentes salutare possimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat: parentum ac fratrum frequens nos & copiosa turba desiderat: jam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra salute solicita. *DISCE cum Apostolo sic pugnare, non quasi aerem verberans: sic currere, non quasi in incertum, sed vt comprehendas*, 1. Cor.9. *Vide quæ plura desiderantur, Verbo* Beatitudo, Beatus, Tribulatio: *& compendiosè totam hanc materiam C. fusè verò D.*

Amicorum consortium an conferat ad beatitudinem. Y 1.2.q.4. ...

Z Hebr. 12. ...

Fruitio beatitudinis in duobus consistit.

Ierusalem cœlestis, Dei viuentis ciuitas, idest ciuium vnitas.

A Ps.5 lit. b. Sanctorum lætitia in Cœlis plena ex quatuor.

B Ier.3 ... Ps.15. lit. c. Conditiones Beatitudinis.

Cypriani adhortatio.

C Op. 3. p. 2. cap. 9.
D 1.p.q.12. & 1.2. à q.2. & 3. cum Gent. à cap. 26.

GRA-

GRATIA DEI.

IV. Omnium ſpiritualium donorum principium eſt gratia. *Tit.1. l.1. ibi*, gratia.

E 1. 2. 110. 1. c. Ver. 27. 1. In 2. d. 26. 1. 1. c. & ad 2. & 3. con. G. cap. 150. Op. 3. c. 214. ſub initio.

Gratia tripliciter ſumitur.

a SEcundùm communem E modum loquendi, tripliciter gratia accipi conſueuit. Vno modo pro dilectione alicujus: ſicut conſueuimus dicere, quòd iſte miles habet gratiam Regis; ideſt, Rex habet eum gratum. Secundò ſumitur pro aliquo dono gratis dato. Sicut conſueuimus dicere: Hanc gratiam facio tibi. Tertio modo ſumitur pro recompenſatione beneficij gratis dati, ſecundùm quod dicimur agere gratias beneficiorum. Quorum trium ſecundum dependet ex primo: ex amore enim, quo aliquis habet alium gratum, procedit, quòd aliquid ei gratis impendat. Ex ſecundo autem procedit tertium: quia ex beneficijs gratis exhibitis gratiarum actio conſurgit.

An gratia ponat aliquid in anima.

Quantùm igitur ad duo vltima, manifeſtum eſt, quòd gratia aliquid ponit in eo, qui gratiam accipit. Primò quidem ipſum donum gratis datum. Secundò huius doni recognitionem.

Differentia inter gratiam ac dilectionem Dei, & hominis.

Sed quantùm ad primum, eſt differentia attendenda circa gratiam Dei, & gratiam hominis. Quia enim bonum creaturæ prouenit ex voluntate diuina; ideò ex dilectione Dei, qua vult creaturæ bonum, profluit aliquod bonum in creatura. Voluntas autem hominis mouetur ex bono præexiſtente in rebus: & inde eſt, quòd dilectio hominis non cauſat totaliter rei bonitatem, ſed præſupponit ipſam vel in parte, vel in toto. Patet igitur, quòd quamlibet Dei dilectionem ſequitur aliquod bonum in creatura cauſatum, quandoque tamen dilectioni æternæ coæternum. Et ſecundùm hujuſmodi differentiam differens conſideratur dilectio Dei ad creaturam.

Duplex Dei dilectio ad creaturam.

Vna quidem communis, ſecundùm quam *diligit omnia, quæ ſunt*, vt dicitur *Sap.* 11. ſecundùm quam eſſe naturale rebus creatis largitur. Alia autem dilectio eſt ſpecialis, ſecundùm quam trahit creaturam rationalem ſupra conditionem naturæ ad participationem diuini boni: & ſecundùm hanc dilectionem vult Deus ſimpliciter creaturæ bonum æternum, quod eſt ipſe.

Quid ſit, hominem Dei gratiam habere.

Sic igitur per hoc, quòd dicitur homo gratiam Dei habere, ſignificatur quiddam ſupernaturale in homine à Deo proueniens.

Quid gratia prædeſtinationis.

Quandoque tamen gratia Dei dicitur ipſa æterni Dei dilectio, ſecundùm quod dicitur etiam gratia prædeſtinationis, in quantùm Deus gratuitò, & non ex meritis, aliquos prædeſtinauit, ſiue elegit. Dicitur enim ad Epheſ. 1. *Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum in laudem gloriæ gratiæ ſuæ.*

F Epheſ. 1. l. 1. ſ.

Non ſolùm F dicit *gloriæ*, ſed addit *gratiæ*, quaſi glorioſæ gratiæ, quæ eſt gratia, in qua oſtenditur magnitudo gratiæ, quæ conſiſtit etiam in magnitudine gloriæ, & modo dandi, quia nullis meritis præcedentibus &c.

G Ver. 27. 1. c.

Hinc & alibi docemur, quòd homo G dicitur Dei gratiam habere non ſolum ex hoc, quòd à Deo diligitur in vitam æternam: ſed ex hoc, quòd datur ei aliquod donum, per quod eſt dignus vita æterna.

Gratia gratum faciens.

Et hoc donum dicitur gratia gratum faciens: aliter enim in peccato mortali exiſtens poſſet dici in gratia eſſe, ſi gratia ſolam acceptationem diuinam diceret, cum contingat, aliquem peccatorem eſſe prædeſtinatum ad vitam æternam habendam. Et ſic gratia gratum faciens poteſt dici gratis data, ſed non è conuerſo: quia nòn omne donum gratis datum nos dignos vita æterna facit.

H Ver. l. c. a. 3. init. c. & 1. 2. 1. 9. 7. c. & 112. 1. & 3. p. 62. 1. c. In 1. d. 14. 2. 1. & q. 3 & d. 16. 1. 4 In 2. d. 26. 1. 2. c. Epheſ. 2. l. 3.

Ex quo ſequitur, quòd ſolus Deus poteſt gratiam cauſare, Pſal. 85. Gratiam & gloriam dabit Dominus. *Siquidem* gratia H eſt quædam perfectio eleuans animam ad quoddam eſſe ſupernaturale: nullus autem effectus ſupernaturalis poteſt eſſe ab aliqua creatura, quia (*inter cætera*) ejus ſolius eſt rem vltra ſtatum naturæ ponere, cujus eſt gradus naturæ ſtatuere & limitare: quod ſolius Dei conſtat eſſe.

Solus Deus cauſa gratiæ.

Creatura nonniſi aliquod miniſterium adhibere poteſt ad gratiæ ſuſceptionem.

I Rom. 1. l. 5. ibi.

Aliqua tamen creatura aliquod poteſt miniſterium adhibere in ordine ad gratiæ ſuſceptionem. Vnde Apoſtolus ad Rom. 1. Deſidero videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratiæ ſpiritualis. *Hoc eſt*, non I tanquam actor gratiæ, ſed ſicut miniſter, 1. *Cor.* 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti.

An Chriſtus ſecundum humanitatem ſit cauſa gratiæ.

L 1 2 112 1. ad 1. & 3 p. 7. 2. ad 3. & a. 8. 1. ad 1. & q. 13. a 2. 3 a. c. Ver. 27. 3. ad 7. & alibi.

Sed neque Chriſtus ſecundùm humanitatem fuit effectiua cauſa gratiæ. Quamuis enim dicatur Ioann. 1. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: *ſciendum nihilominus, quòd* humanitas L Chriſti eſt ſicut quoddam organum diuinitatis ejus, vt *Damaſcenus dicit in lib.* 3. Inſtrumentum autem non agit actionem agentis principalis propria virtute, ſed virtute principalis agentis.

Humanitas Chriſti, organum diuinitatis.

M Ver. 27 4. ſ. c. & q 29. c. ad 1 & 2 & 3 p. 62. 1. & q. 64. 3. c. In 4. d. 1. 1. 4. q. 1. & 3.

Et ideò humanitas Chriſti non cauſat gratiam propria virtute, ſed virtute diuinitatis adjunctæ, ex qua actiones humanitatis Chriſti ſunt ſalutares. *Et hinc eſt, quòd* humanitas M Chriſti eſt inſtrumentalis cauſa juſtificationis; quæ quidem cauſa nobis applicatur ſpiritualiter per fidem, & corporaliter per Sacramenta: quæ participant aliquid de virtute illa, qua humanitas Chriſti inſtrumentaliter ad juſtificationem operatur, ratione cujus ſanctificatus baptiſmo, ſanctificatus ſanguine Chriſti dicitur ab Apoſtolo *ad Hebr.* 10.

Sacramenta quo ſenſu cauſent gratiam.

N Ver. l. c. a. 1. ad 3. In 2. d. 26. 1. 1. ad 4.

Vnde paſſio Chriſti in Sacramentis nouæ legis dicitur operari: & ſic Sacramenta nouæ legis ſunt cauſa gratiæ, quaſi inſtrumentaliter operantia ad gratiam. *Sanè*, ſicut eſſe N naturale per creationem Deus facit in nobis, nulla cauſa agente mediante: ſed tamen mediante aliqua cauſa formali; forma enim naturalis principium eſt eſſe naturalis: ſimiliter eſſe ſpirituale gratuitum Deus facit in nobis nullo agente mediante; ſed tamen mediante aliqua forma creata, quæ eſt gratia.

O 2. d. 26. 1. 2. ſ. c.

Neque diſſona ſimilitudo putetur: quemadmodum namque formam dare eſt creare, ita gratiam infundere eſt recreare. Oportet enim O quod ſicut anima immediatè à Deo creatur effectiuè, ita etiam ab ipſo recreetur.

Gratia forma accidentalis animæ.

Si autem intelligatur formaliter: tunc oportet, quòd gratia ſit forma animæ: & cum adueniat poſt eſſe completum, de neceſſitate erit accidens: non enim inuenitur aliqua forma in genere ſubſtantiæ, quæ alteri accidentaliter adueniat. *Anima igitur à Deo per gratiam recreatur; vnde & noua dicitur creatura*, 2. *Cor.* 5. Si qua in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt.

P 2. Cor. 5. l. 4. ibi. Gal. 6. l. 4. ibi creatura. Epheſ. 2. l. 3. ibi. creati.

Quid noua creatura per gratiam.

Quibus in verbis notandum P quòd innouatio per gratiam dicitur creatura. Creatio enim eſt motus ex nihilo ad eſſe. Eſt autem duplex eſſe, eſſe naturæ, & eſſe gratiæ. Prima creatio facta fuit, qua creaturæ ex nihilo productæ ſunt à Deo in eſſe naturæ: & tunc creatura erat noua; ſed tamen per peccatum inueterata eſt, Thren. 3. *Vetuſtam fecit pellem meam &c.* Oportuit ergo eſſe nouam creationem, per quam producerentur in eſſe gratiæ; quæ quidem creatio eſt ex nihilo, quia qui gratiâ carent, nihil ſunt.

Q 1. 2. 110. 2. ad 3. In 2. d. 26. 1. 2.

Et ſecundùm hoc Q etiam gratia dicitur creari ex eo quòd homines ſecundùm ipſam creantur; ideſt, in nouo eſſe conſtituuntur, ex nihilo, ideſt non ex meritis, *ſecundùm illud ad Epheſ.* 2. Creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis.

R Matt. 11 c.

Gratia à Deo infunditur animæ, ſicut lumen à ſole in aerem diffunditur.

S 3. p. 7. 13 c.

Et quidem ſicut lumen R à Sole diffunditur in aerem, ita gratia à Deo infunditur animæ. *Sic namque* gratia S cauſatur in homine ex præſentia diuinitatis, ſicut lumen in aere ex præſentia Solis.

Tempus gratiæ dicitur dies.

T Rom. 13 l. 3. ibi & 2. Cor. 6. l. 1. ibi, in die.

Ex quo tempus gratiæ Rom. 13. *dicitur ab Apoſtolo dies*: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. *Siquidem* tempus T ab incarnatione Chriſti (*per quem* gratia & veritas *Ioann.* 1. facta eſt) comparatur diei propter præſentiam ſpiritualis Solis in Mundo, de quo dicitur Malach. vlt. *Vobis timentibus nomen meum orietur Sol juſtitiæ.* Vnde & ipſe Dominus dicit Ioan. 9. *Me oportet operari opera ejus, qui miſit*

Digitized by Google

me, donec dies eſt. Et poſtea ſubdit: *Quandiu ſum in Mundo, lux ſum Mundi*. Præceſſerat autem nox culpæ: præceſſerat etiam tempus legis, quod fuit ante Chriſtum, *Et ad illud Ierem.23.* Ecce dies veniunt &c. *docemur, quòd* tempus V gratiæ dicitur dies primò propter luminis apparitionem, Rom, 13. cit. *Nox præceſſit, dies autem appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis*. Secundò propter Solis calorem, 2. Reg.11. *Cras erit vobis ſalus*. Tertiò propter itineris ſecuritatem, Ioann.11. *Si quis ambulauerit in die, non offendit*. Quartò propter vigilantiam & ſobrietatem, 1. Theſſ. 5. *Qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt*.

V Ierem.23.ſ. ibi.

b *Cæterùm* gratia X ſufficit *quidem* homini quantum ad omnia, quibus ordinatur ad beatitudinem: horum tamen quædam perficit gratia immediatè per ſeipſam, ſicut gratum facere Deo, & alia hujuſmodi: quædam autem mediantibus virtutibus, quæ ex gratia procedunt. *Ex gratia inquam procedunt virtutes: quandoquidem* gratia Y eſſentialiter à virtute differt: oportet enim perfectiones perfectibilibus proportionatas eſſe. Vnde ſicut ab eſſentia animæ fluunt potentiæ ab ipſa eſſentialiter differentes, ſicut accidens à ſubjecto; & tamen omnes vniuntur in eſſentia animæ, vt in radice: Ita etiam gratia eſt perfectio eſſentiæ, & ab ea fluunt virtutes, quæ ſunt perfectiones potentiarum, ab ipſa gratia eſſentialiter differentes; in gratia tamen conjunctæ ſicut in ſua origine, per modum quo diuerſi radij ab eodem corpore lucente procedunt. *Eapropter gratia, virtutum omnium forma eſt*. *Verùm* gratia Z non dicitur forma virtutum, quaſi pars eſſentialis virtutum; ſic enim oporteret, quòd multiplicatis virtutibus multiplicaretur gratia: ſed dicitur forma virtutis, in quantùm formaliter actum virtutis complet. *Et licèt charitas pariter, virtutum dicatur forma*: gratia *tamen* eſt A ſicut perfectio prima virtutum, ſed charitas ſicut perfectio proxima. *Quocirca erudimur, quòd* ad perfectionem virtutis B in aliqua potentia tot formæ exiguntur, quot ſuperiora ſunt reſpectu illius potentiæ. Sicut ratio ſuperior eſt, quàm concupiſcibilis, quaſi ordinans ipſam: & ideò prudentia, quæ eſt perfectio rationis, eſt forma temperantiæ, quæ eſt virtus concupiſcibilis. Similiter voluntas eſt ſuperior ratione, ſecundùm quod actus rationis conſideratur vt voluntarius, & meritorius: & ideò charitas eſt forma prudentiæ & temperantiæ. Similiter eſſentia animæ ſuperior eſt voluntate, in quantùm ab eſſentia & voluntas & omnes vires animæ fluunt: & ideò gratia, quæ eſt perfectio eſſentiæ animæ, conſtituens ipſam in eſſe ſpirituali, eſt forma & charitatis, & prudentiæ, & temperantiæ: nec charitas eſſet virtus ſine gratia; ſicut nec prudentia, ſi eſt ſine charitate (loquendo de virtutibus infuſis, ordinatis ad merendum) neque temperantia ſine charitate & prudentia. *Et hoc, quia* gratia C eſt principium meritorij operis, mediantibus virtutibus: ſicut eſſentia animæ eſt principium operum vitæ mediantibus potentijs.

X 3 p. 7. 2. ad 7.

Gratia differt à virtutibus.

Y 1.d.26.1.4. ſ. c. & 1.2. 110.3. & 4. ad 9. & 2. & 3. p. 62.2. c. Verit. 27. a. c.

Sicut ab eſſentia animæ fluunt potentiæ: ita à gratia procedunt virtutes, quæ sūt perfectiones potentiarum, ſicut gratia eſt perfectio eſſentiæ.

Z Ver. 27 5. ad 5 [illegible] ad 5 In 2. d. 26 [illegible] ad 5. [illegible] gratia forma virtutum.

A Ver. 14. 5. ad 5

Doctrina de hoc notabilis.

B 1.2. 17 a.4. q.3 ad 2.

Neque charitas eſſet virtus ſine gratia.

C 1.2.110.4. ad 1.

c *Porrò* dupliciter D ex gratuita Dei voluntate homo adjuuatur. Vno modo, in quantùm anima hominis mouetur à Deo ad aliquid cognoſcendum vel volendum vel agendum: & hoc modo ipſe gratuitus effectus in homine non eſt qualitas, ſed motus quidam animæ: actus enim mouentis, in moto eſt motus, vt dicitur *in 3. Phyſ.* Alio modo adjuuatur homo ex gratuita Dei voluntate, ſecundùm quod aliquod habituale donum à Deo animæ infunditur. Et hoc ideò, quia non eſt conueniens, quòd Deus minùs prouideat his, quos diligit ad ſupernaturale bonum habendum, quàm creaturis, quas diligit ad bonum naturale habendum. Creaturis autem naturalibus ſic prouidet, vt non ſolùm moueat eas ad actus naturales, ſed etiam largitur eis formas & virtutes quaſdam, quæ ſunt principia actuum, vt ſecundùm ſeipſas inclinentur ad hujuſmodi motus, Et ſic motus, quibus à Deo mouentur, fiunt creaturis connaturales & faciles, ſecundùm illud Sap.8. *Et diſponit omnia ſuauiter*. Multò igitur magis illis, quos mouet ad conſequendum bonum ſupernaturale æternum, infundit aliquas formas, ſeu qualitates ſupernaturalites, ſecundùm quas ſuauiter & promptè ab ipſo mouentur ad bonum æternum conſequendum. Et ſic donum gratiæ qualitas quædam eſt, *Siue, vt alibi*; Gratia E ad genus qualitatis reducitur: nec propriè tamen naturam habitus habet, cum non immediatè ad actum ordinet; ſed eſt velut habitudo quædam, ſicut ſanitas ſe habet ad corpus. Et ideò dicit *Chryſoſtomus*, quod gratia eſt ſanitas mentis. (Homo *enim* incurrit F infirmitatem propter deſtitutionem gratiæ, quæ eſt hominis ſanitas, quæ petitur Ier.17. *Sana me Domine, & ſanabor*. Et ideò in *Pſal.6. dicitur*: Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum. *Immò, quia per peccatum incurrit & mortem*, *Rom.5.* Per peccatum mors &c. *per gratiam autem ſpiritualiter viuificatur: hinc eſt, quòd gratia jure meritò nedum ſanitas dicitur, ſed & vita animæ, ſicut anima eſt vita corporis*. Sicut enim G corpus viuit per animam naturali vita: ita anima viuit per Deum vita gratiæ. *Vnde & illud Epheſ.4.* Alienati à vita Dei &c. *exponitur*: ideſt H à gratia ſpirituali, qua anima viuit formaliter. *Siquidem* gratia I eſt ſpiritualis vitæ principium.) *Suppoſito autem, quòd gratia differat, vt vidimus, à virtute*: non poteſt L dici, quòd potentia animæ ſit gratiæ ſubjectum, quia omnis perfectio potentiæ animæ habet rationem virtutis. Vnde relinquitur, quòd gratia, ſicut eſt prius virtute, ita habeat ſubjectum prius potentijs animæ, ita ſcilicet quòd ſit in eſſentia animæ. Sicut enim per potentiam intellectiuam homo participat cognitionem diuinam per virtutem fidei, & ſecundùm potentiam voluntatis amorem diuinum per virtutem charitatis: ita etiam per naturam animæ participat ſecundùm quandam ſimilitudinem naturam diuinam per quandam regenerationem, ſiue recreationem. *Quoniam verò* gratia M eſt in anima ſicut quædam forma habens eſſe completum in ea: forma autem completa eſt in ſubjecto ſecundùm conditionem ſubjecti: ideò, quia anima eſt mutabilis ſecundùm liberum arbitrium, quandiu eſt in ſtatu viæ, conſequens eſt, quod gratia inſit animæ mutabiliter. *Et ratio adducitur*: Habitus enim N qui nobis infunduntur diuinitus ſecundùm ſtatum præſentis vitæ, non auferunt à libero arbitrio totaliter mobilitatem ad malum: licet per eos liberum arbitrium aliqualiter ſtabiliatur in bono. *Nihilominus*, quamuis O per vnum actum peccati mortalis gratia amittatur; non tamen facilè gratia amittitur: quia habenti gratiam non eſt facile illum actum exercere propter inclinationem in contrarium, ſicut Philoſophus dicit *in 5. Ethic.* quòd juſto difficile eſt operari injuſta. *Quod autem dicitur 1. Ioan.3.* Omnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit: quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt: *non poteſt peccare* intelligitur P de potentia diſpoſita & propinqua, non remota: poteſt enim potentiâ naturæ, ſed non poteſt potentiâ habitus gratiæ. Sicut, ſi diceretur, quòd bonus Scriptor non poteſt malè ſcribere: *quoniam ex Deo natus eſt*, ideſt filius Dei per adoptionem gratiæ, non per nomen naturæ; *vnde & præmittitur*: quoniam ſemen ipſius in eo manet, *ſcilicet* gratiæ juſtificantis, quod per cooperationem liberi arbitrij infunditur, Iſ.1. *Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus*. Semen *inquam* ipſius manet in eo: *quia nimi-*

D 1.2.110.2. c. In 1. d.26 1. 2. c. Hebr.12.l. 3. ibi, gratiam.

Dupliciter adjuuatur homo ex gratuita Dei voluntate.

Donum gratiæ qualitas eſt ſupernaturalis, non propriè habitus.

E 2 d.26.1.4. ad 1 Ver. 27. 2. ad 7 & 3.4. 110.3. ad 3.

F Prolog. in 4. Sent. init.

Gratia, ſanitas animæ.

G Rom.5 l.5. ibi. viuit.

Immo & animæ vita.

H Epheſ 4.l.6. ibi.

I 4 d.4.1.3. q.1 c. Ad Gal. 2.l.1.ibi, gratia ad Tit.2.l. 3 ſ.

Gratiæ ſubjectum, eſſentia animæ.

L 1.2 110.4. c. & 3.p.62.2. Ver 27.6 In 2. d.26.1.3. In 4. loco cit.

M 1.p.63.5. ad 1.

Cui tamen ineſt in via mutabiliter.

N 3.cont.G.c. 155.ſ & lib 4. c.69. & 1.2. 106.2. ad 2. In 2.d.40.1 5. ad 5 & d.20. 2.1.ad 5.

O Ver. 27.1. ad 9. & 24.9. ſ. c.

Non facilè gratia amittitur.

Exponitur illud 1. Ioan. qui natus eſt ex Deo, non poteſt peccare.

P 1. Ioa.3. ibi & 2.2.24.11. In 3 d.31.1 1. Virt.2.12.

rùm

rùm gratia Q eleuat hominem ad vitam quandam, quæ eſt ſupra conditionem omnis naturæ creatæ: eſt enim eſſe gratiæ ſupra eſſe naturale & hominis & Angeli. *Ex hac tamen* gratia R non tollit naturam, ſed perficit: *ſiquidem* præſupponit S gratia naturam, vt perfectio perfectibile: *& eo quidem perfectionis augmento, vt in diuinam transferat hominem naturam.* Gratia *enim* nihil T eſt aliud, quàm quædam participata ſimilitudo diuinæ naturæ, ſecundùm illud 2. Pet. 1. *Maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ*: non conſortio V æqualitatis, quod eſt trium perſonarum ſolùm; ſed conſortio participationis, quod eſt omnium fidelium per gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. *Vnde & homo* per gratiam X infuſam conſtituitur in eſſe diuino. *Et hoc eſt, quod altè protulit, Patrem alloquendo, Dominus Ioan.17.* Ego in eis, & tu in me. *Ego in eis*, ſcilicet Y ſum per gratiam, quæ eſt quaſi quædam ſimilitudo ejus eſſentiæ, qua *tu es in me* per vnitatem naturæ. *Sicque homo* per gratiam Z conſors factus diuinæ naturæ, adoptatur in filium Dei, 1. Ioan.3. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur.* Et quia A non ſufficit nomen ſine re, ideò ſubditur: *& ſimus*, ſcilicet filij Dei, Ioann.1. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.*

d *Et hinc eſt, quòd ſicut per gratiam dicimur filij Dei, ita per peccatum filij hominum nominamur. Vnde & Dominus, quia* Deus Filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati, *vt habetur Rom.8.* filius hominis *dictus eſt. Ex quo ad illud*, Videntes filij Dei filias hominum &c. *Geneſ.6.* per filios B Dei (*inquit Author*) intelligit filios Seth, qui erant Dei filij per gratiam, & Angelorum per imitationem. Filij autem hominum dicebantur filij Cain, qui à Deo receſſerant, carnaliter viuentes. *Cum autem per gratiam verè filij Dei nominemur & ſimus, conſequenter* quicumque C gratiam habet, ex hoc ipſo eſt dignus vita æterna, Rom.8. *Si filij, & heredes*: quia D non ſolùm filio naturali, ſed etiam adoptiuo debetur hereditas, 1. Pet. 1. *Regenerauit nos in ſpem viuam, in hereditatem incorruptibilem &c.* ſcilicet E in vitam æternam, quæ nobis eſt hereditas, non tranſitoria (hereditas enim eſt poſſeſſio immobilis à Patre in prolem deſcendens:) non diuiſa, ſed integra. *Idcircò Rom.6. dicitur*: Gratia Dei, vita æterna: *nimirùm, quia* gratia F Spiritus Sancti, quam in præſenti habemus, etſi non ſit æqualis gloriæ in actu, eſt tamen æqualis in virtute: ſicut ſemen arborum, in quo eſt virtus ad totam arborem. Et ſimiliter per gratiam inhabitat hominem Spiritus Sanctus, qui eſt ſufficiens cauſa vitæ æternæ: vnde & dicitur eſſe *pignus hereditatis noſtræ*, ad Epheſ.1. & 2.Cor.1. *Ex quo* gratia G nihil eſt aliud, quàm quædam inchoatio gloriæ in nobis. *Cui conſonat illud Apoſtoli ad Hebr. 12.* Itaque regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam. *Quibus in verbis*, per gratiam H intelligimus donum gratiæ, quod in præſenti recipimus, tanquam pignus æternæ gloriæ. Et ideò dicit: *Suſcipientes regnum immobile*; ideſt, futuræ gloriæ, quod nobis promittitur. Quod enim ſperamus, *habemus*, ſcilicet *gratiam*, quam tanquam quoddam gloriæ inchoatiuum accipimus. *Et quidem* gratia I cum nullum in ſui ratione importet defectum, per ſui augmentum fit gloria. *Vnde & gloria ipſa dicitur gratia conſummata*: gratia enim L conſummata in anima eſt idem, quod gloriæ lumen. *Hinc de dono gratiæ verum habet quod ait Dominus Ioan.4.* Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam ęternam. *Vbi notat Author, quòd* alius M eſt curſus aquę materialis, ſcilicet deorſum: alius iſtius aquę ſpiritualis, quia ducit ſurſum. Et ideò aqua, quam ego do, non ſolùm ſitim aufert (non ſitiet in ęternum, vt

Gratia eleuat ſupra conditionem omnis naturæ creatæ.
Q 4. d.5. 1. 3. q. 1. ſi. c. & 1. 2. 112. 1. c. & 114. 2. c. In 2. d.27. 1. 4. c. & ad 5. & d. 28. 1 1 ſi. c.
R 1. p. 1. 8. ad 2. & 3. p. 62. 2. ſed c.
Nec tamen tollit naturam, ſed perficit.
S 1 p. 2. 2. ad 1.
Gratia, participatio diuinæ naturæ.
T 3 p. 62. 1. & 2. c. & q. 1. 10. ad 1. & 1. 2. 112. 1 c. & 114. 3 ſi. c. & 2 2. 19. 7. c. Ver. 2. 2. ad 15.
Per quam homo conſtituitur in eſſe diuino.
Et filius efficitur Dei.
V 2. Pet. 1. ibi.
X 2. d. 27. 1. 5. ad 3.
Y Ioan. 17. l. 5. lit. c.
Z 1. 2. 114. 3. ſi. c.
A 1. Io. 3. ibi. Io. 1. l. 6 lit. c.
Per gratiam filij Dei, per peccatum filij hominum ſumus.
B Pet. 6. 8. ad 2. in contrar.
Quicunque gratiam habet, hoc ipſo dignus eſt vita æterna.
C 1. p. 24. 3 c. & 1. 2. 113. 9. c & 114. 3. & 3. p. 48. 1. c. In 2. d. 27. 1. 3. Rom 4. & 6 ſi.
Hereditas quid.
D Rom 8. l. 3. ibi.
E 1. Pet. 1. ibi
Gratia, ſemen gloriæ.
F 1. 2. 114. 3. ad 3. In 2. d. 1 1 4. q. 2. ad 1.
Et quædam gloriæ inchoatio.
G 2. 2. 24. 3. ad 2. & 1. 2. 111. 3. ad 2. Ver. 27. 5. ad 6.
H Ad Hebr. 12. l. 5 ibi.
I Ver. 27. 5. ad 6.
Gratia conſummata eſt lumen gloriæ.
L 3. d 13. 2 1. ad 5 & 1. 2. 111. 3 ad 2.
M Io 4. l. 2 lit. d ibi & cap 7. l. 5 lit. 6.

præmiſerat) ſed eſt viua, quia conjuncta fonti; vnde dicit: *fiet in eo fons*; fons inquam perducens per bona opera ad vita eternam. Et ideò dicit, *aquæ ſalientis*, ideſt ſalire facientis, *in vitam æternam*.

e *Ex quibus omnibus deducitur, quàm verè ab Authore promptum initio ſit, quòd* omnium N ſpiritualium donorum principium eſt gratia. *Qua de cauſa Apoſtolus, ſingularum exordio epiſtolarum, hanc præ cæteris diſcipulis ſuis adprecatur*: Gratia & pax, *ad Rom.1.* Quorum O vnum, ſcilicet gratia; eſt primum inter Dei bona (*ſiue* dona) quia per eam juſtificatur impius, Rom.3. *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius.* Aliud autem, ſcilicet pax, eſt vltimum, quod in beatitudine perficitur, Pſ.147. *Qui poſuit fines tuos pacem.* Et ſic, per hęc duo bona, (*ſiue* dona) alia media intelliguntur. *Vt nimirùm hoc pacto gratiæ & gloriæ connexionem innueret. Sanè, per gratiam animæ infuſam, veram conſequimur libertatem: proinde*, cum aliquis P tranſit de peccato in gratiam, tranſit de ſeruitute ad libertatem, Ioan.8. *Si Filius vos liberauerit, verè liberi eritis.* Et nota Q quòd eſt multiplex libertas: ſcilicet peruerſitatis, quando quis abutitur eâ ad peccandum; & hęc eſt libertas à juſtitia, quam nullus cogitur ſeruare, 1. Pet.2. *Quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem.* Vana, quę eſt temporalis, ſeu carnalis, Iob 3. *Seruus & liber à domino ſuo.* Vera, & ſpiritualis, quę eſt libertas gratię, quę eſt ſcilicet carere criminibus: quę eſt imperfecta, quia *caro concupiſcit aduerſùs ſpiritum*, vt non ea, quę volumus, faciamus, *Rom.7.* Glorię perfecta atque plena, quę erit in Patria, Rom.8. *Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Et hoc erit, quia nihil erit ibi inclinans ad malum, nihil opprimens: quia ibi erit libertas à culpa & à pœna. *Et hæc conſequitur gratiæ libertatem. Cum verò adeò excellens donum gratiæ ſit, & Mundi gratia fallax: nihilominus quantum facimus pro hac acquirenda, quantùm negligimus gratiam Dei! Profectò* magnam R gratiam apud Deum homines haberent, ſi medietatem eorum, quę pro gratia Mundi expendunt, pro gratia Dei expenderent. Gratia Mundi amatoribus ſuis multùm nocet, quia gratiam Dei pretioſiſſimam eis aufert, Pſalm.52. *Confuſi ſunt qui hominibus placent, quoniam Deus ſpreuit eos.* Ad Gal.1. *Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem*: (cujus S ratio eſt, quia hęc ſunt contraria:) Iac.4. *Neſcitis, quia amicitia hujus Mundi inimica eſt Dei? Quicumque ergo voluerit amicus eſſe ſeculi hujus, inimicus Dei conſtituitur.* Aliquando gratia Mundi creditur haberi, cum non habetur: *abſcondunt enim odium labia mendacia*, Prou.10. Et, ſi aliquando habetur, citò amittitur: ſicut patet in Chriſto, qui ante paſſionem venit Ieruſalem, magnam gratiam apud populum habuit: ſed citò gratia illa fuit amiſſa. *Ab eodem populo* (inquit Bernardus) *in eodem loco, & ipſo tempore, pauciſſimis diebus interpoſitis, primò cum tanto triumpho ſuſceptus, poſtea crucifixus eſt. O quàm diſſimile eſt*: Tolle, tolle, crucifige eum: & Benedictus qui venit in nomine Domini, Oſannà in excelſis! *Quàm diſſimile eſt*, Rex Iſrael, & Non habemus Regem, niſi Cęſarem! *Enimverò maxima hominum cæcitas eſt, adeò pretioſum Dei donum abjicere. Quin, vt diuinæ in hominem largitas bonitatis innoteſceret, voluit majorem quodammodo gratiam homini tribuere, quàm Angelo.* Quamuis *enim* gratia T in Angelis ſit major ſecundùm ſtatum, quia propinquior fini, cum ſit minor via Angelo data, quàm homini: tamen gratia hominis poteſt eſſe major in virtute merendi. Angelis enim data eſt gratia ad determinatum gradum ſecundùm determinatum ordinem promerendum; & ideò vlterius premium per gratiam illam mereri non poſſunt. Homo autem, cum ex conditione naturę ad nullum ordi-

Gratia, omnium ſpiritualium donorum principium.
N Ad Tit. 1 l. 1. ibi, gratia. Gal. 1 l. 1. ibid.
O Rom. 1 l 4. ibi Col. 1 l. 1. Phil 1. l. 1 & 1 Theſſ. 1 l 1. & 2. Theſſ. 1. l. 1.
Libertas gratiæ.
P 2. 2. 184. 4. ad 2.
Multiplex libertas.
Q Io 8. l 4 lit. d. Rom 6 l 4. & Rom. 8. l. 4. & 1. Pet. 2 ibi, libertatem.
Mundi gratiam quærimus, diuinam negligimus.
R Opuſ. de er. Pr. l. 1. cap. 1. Iac. 4. ibi, Mundi
Gratia Mundi noxia fallax, & citò amittitur.
S Gal. 1 l. 2. ſi. Iac. 4 ibi, quicunque.
Major quodammodo data eſt gratia homini, quàm Angelo.
T 2. d. 29. 1. 4. ad 4.

nem determinetur, sed indifferenter ad omnes se habeat, accipit gratiam etiam indifferenter ordinatam ad promerendum gradum cujuslibet ordinis secundùm genus suum. *Sed & hominibus vel indignis ex sua impartit gratiam largitate.* *Pro quo sciendum, quòd* indignum V. potest sumi dupliciter: Vel negatiuè tantùm; & sic Deus dat gratiam indignis, quia dat his, qui non sunt sufficienter ad hoc digni, sed tamen habent aliquam dispositionem ad recipiendum, ex quo dicuntur quodammodo ex congruo gratiam mereri: nec ex hoc sequitur, quòd sit injustus, sed liberalis. Vel sumitur contrariè, vt dicantur indigni qui habent voluntatem resistentem gratię: & talibus gratiam non infundit, quia ad virtutem non cogit, vt *Damascenus* dicit. *A se inquam etiam auersis suam Deus gratiam donat, vt felicissimè contigit Paulo, quem de Cœlo prostrauit, de quo Author:* Alij X Apostoli spontaneè conuersi sunt ad Christum, sed Paulus coactus. Et hoc multùm valet contra hereticos, qui dicunt, quòd nullus debet cogi ad fidem, quia Paulus coactus fuit. Et, sicut dicit *Augustinus*, plùs profecit in fide Paulus, cum coactè conuersus est, quàm multi, qui spontaneè venerunt. *Quod sanè intelligendum est, non excluso scilicet per gratiam cooperantem libero, eo in instanti, suæ voluntatis assensu. Id quod satis apparet ex ejus verbis, cum illud prostratus expressit Act. 9.* Domine, quid me vis facere? *eodem tempore Deum per fidem agnoscens,* Domine: *& ejus plenè dispositus ad parendum mandatis*: quid me vis facere? *Quo sensu & Ecclesia in Secreta*: Ad te, Domine, nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. *Ex quo maior procul dubio elucescit hominis in Deum ingratitudo.* Verùm, quare Y non omnes auersos trahit, sed aliquos, licèt sint omnes equaliter auersi: Ratio quidem in generali potest assignari, vt scilicet in illis, qui non trahuntur, appareat & refulgeat ordo diuinę justitię: in illis autem, qui trahuntur, immensitas diuinę misericordię. Quare autem in speciali trahat hunc, & illum non trahat, non est ratio aliqua, nisi beneplacitum voluntatis diuinę. Vnde dicit Augustinus: *Quem trahat, & quem non trahat: quare illum trahat, & illum non trahat, noli velle judicare, si non vis errare.* Hoc etiam ostendi potest per exemplum. Nam assignari potest ratio, quare artifex ponit aliquos lapides inferiùs, & aliquos superiùs, & aliquos ex lateribus, ex dispositione domus, cujus complementum hoc exigit. Sed quare hos lapides hic ponat, & hos ibi, dependet à sua simplici voluntate. Et inde est, quòd prima ratio dispositionis refertur ad voluntatem artificis. Sic ergo Deus ad complementum Vniuersi quosdam quidem trahit, vt in eis appareat sua misericordia; quosdam verò non trahit, vt ostendatur in eis sua justitia. Sed hos trahit, illos non trahit secundùm suę beneplacitum voluntatis. Similiter etiam, quia in Ecclesia aliquos fecit Apostolos, alios Confessores, alios Martyres: ratio est propter Ecclesiæ decorem & complementum. Sed quare Petrum fecit Apostolum, Stephanum Martyrem, & Nicolaum Confessorem, non est alia ratio, nisi voluntas sua. *DISCE, hominem per donum gratiæ sanctificari.*

Etiam indignis suam Deus gratiam largitur. V. 1. d. 27. 1. 4. ad 4. Indignum dupliciter sumitur.

Paulus Apostolus ad fidem coactus. X 1 Cor. 15. l. 1. di. abortiuo.

Cur Deus non omnes auersos ad se per gratiam trahat. Y Io. 6. l. 5. lit. c. ib. trahit. & 3. cont. G. c. 161. n. 2.

V. Homo ex se non sufficit ad satisfaciendum pro culpa, quia ex se gratiam habere non potest. Nec tamen Deus crudelis est, hanc satisfactionem exigens: quia, quamuis gratiam habere non possit ex se, & ita nec satisfacere: potest tamen satisfacere per id, quod Deus paratus est dare, scilicet per gratiam. *3. d. 1. 1. 2. ad 5.*

f EX *præmissis liquet satis, cur homini detur gratia à Deo: nimirùm vt per eam ad æternam valeat pertingere beatitatem. Quo sensu dicebat Paulus 2. Cor. 13.* Hoc & oramus vestram consummationem; *idest* perfectionem Z: in rebus enim naturalibus videmus, quòd quælibet res naturalis naturaliter tendit ad suam perfectionem, ad quam habet naturale desiderium. Et ideò cuilibet rei datur virtus naturalis, vt ad suam perfectionem naturalem possit peruenire. Gratia autem datur homini à Deo, per quam homo perueniat ad suam vltimam & perfectam consummationem, idest beatitudinem, ad quam habet naturale desiderium. Vnde quando aliquis non tendit ad suam perfectionem, signum est, quòd non habet satis de gratia Dei. Et ideò Apostolus, vt isti possint in gratia crescere, orat, vt perficiantur. Et *ad Philip. 1.* Oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet &c. *Ad hanc igitur perfectionem habendam necessaria gratia est. Nec, quia eam ex nobis habere non possumus, impossibilis nobis redditur eum ad finem, salua arbitrij libertate, progressus. Docemur enim, quòd ea* A quę per alios possumus *ex 3. Ethic.* aliqualiter per nos possumus: & ideò, quia cogitare & facere bonum possumus cum auxilio diuino, non totaliter hoc excedit nostram facultatem. *Quo sensu dicitur 2. Cor. 3.* Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. *Ac si dicas*: Quicquid B ego facio, etiam ipsum principium operis, Deo attribuo, Phil. 1. *Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet &c.* Et hoc est contra Pelagianos, dicentes quòd inchoatio boni operis est ex nobis, sed perfectio est à Deo. Sed ne videatur tollere libertatem arbitrij, dicit: *à nobis, quasi ex nobis.* Q. d. Possum quidem aliquid facere, quod est liberi arbitrij: sed hoc, quod facio, non est ex me, sed à Deo, qui hoc ipsum posse confert: vt sic & libertatem hominis defendat, cum dicit, *à nobis*, idest à parte nostra, & diuinam gratiam commendet, cum dicit, *quasi ex nobis*, scilicet procedat, sed à Deo. Hoc etiam Philosophus vult, quòd nunquam homo per liberum arbitrium potest quoddam bonum facere sine adjutorio Dei. Et ratio sua est, quia in his, quæ facimus, quærendum est illud, propter quod facimus. Non est autem procedere in infinitum, sed deuenire ad aliquid, putà ad consilium. Sic ergo bonum facio, quia consilium mihi inest ad hoc: & hoc est à Deo. Vnde dicit, quòd consilium boni est ab aliquo, quod est supra hominem, mouens eum ad bene operandum. Et hoc est Deus, qui & homines mouet, & omnia, quæ agunt, ad actiones suas: sed aliter, & aliter. Cum enim hujusmodi motus sit quoddam receptum in moto, oportet, quòd hoc fiat secundùm modum suæ naturæ, idest rei motæ. Et ideò omnia mouet secundùm suas naturas. Ea ergo, quorum natura est, vt sint liberæ voluntatis, dominium suarum actionum habentia, mouet liberè ad operationes suas, sicut creaturas rationales, & intellectuales. Alia autem non liberè, sed secundùm modum suæ naturæ. Licèt autem *non simus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis*: tamen habemus aliquam sufficientiam,

Cur detur homini gratia à Deo.

Z 2. Cor. 13. l. 2. ibi, & 1. Cor. 6. l. 1 ibi, in vacuum.

Omnis naturaliter in suam tendunt perfectionem.

Qui non tendit ad perfectionem, signum est non satis habere de gratia. A 2. 2. 130. 1. ad 3. & 1. 2. 109. 4. ad 2. Sine Dei auxilio benè operari non possumus: nec tamen arbitrij libertas excluditur.

Neque initium boni operis ex nobis, contra Pelagianos. B 2. Cor. 3. l. 1. ß & Rom 9. l. 3. ibi, volentis & ibi, miserebor. Phil. 1. l. 1. ß. In. 15. l. 1. lit. e. & 1. p. 8. 1. ad 2. & 3. & 1. 2. 98. 1. ad 3. & 109. 2. ad 1. De Ma. 6. ad 1. Quod. 11. 3. ad 2.

tiam, qua ſcilicet bonum poſſumus velle, & credere incipiamus: & hoc à Deo eſt, 1. *Cor.* 4. Quid habes, quod non accepiſti? *Vel dicendum, quòd* gratia C dupliciter dicitur. Vno modo donum gratuitum: alio modo ipſe Deus gratis dans. Dona autem gratuita propriè dicuntur, quæ naturalibus ſuperaddita ſunt, ſine quibus homo multa bona facere poteſt, quamuis non meritoria: nihil tamen boni poteſt facere ſine gratia Dei, ſecundùm quod intelligitur gratia ipſe Deus gratis dans, eo quòd ipſe eſt principium omnis boni, non tantùm in hominibus, ſed etiam in alijs creaturis. Et ſic intelligendum eſt quod dicitur Ioan. 15. *Sine me nihil poteſtis facere*. Nec mirum D quia nec Deus ſine ipſo aliquid facit, Ioan. 1. *Sine ipſo factum eſt nihil*. Opera enim noſtra aut ſunt virtute naturæ, aut ex gratia diuina. Si virtute naturæ, cum omnes motus naturæ ſint ab ipſo Verbo Dei, nulla natura ad aliquid faciendum moueri poteſt ſine ipſo. Si verò virtute gratiæ, cum ipſe ſit actor gratiæ (quia *gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*, Ioann. 1. cit.) manifeſtum eſt, quòd nullum opus meritorium ſine ipſo fieri poteſt. Ideò dicitur 2. Cor. 3. *Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*. Si ergo nec etiam cogitare poſſumus, niſi ex Deo, multò minùs nec alia.

Gratia dupliciter dicitur. C 2. d. 28. 1. 1. ad 1. & 3. p. 2. 10. c.

D Ioan. 15. l. 1. lit. c. & 3. cont. Gen. c. 161. & Io. 6. l. 5. lit. c. Nihil ſine Dei auxilio poſſumus.

g *Neque ex gratiæ ſuperadditione, & neceſſitate, voluntas hominis imperficitur, ſed immò, vt prætactum eſt, perficitur magis*. Nam per hoc E quòd mens noſtra Deo ſubijcitur, in hoc ejus perfectio conſiſtit. Quælibet enim res perficitur per hoc, quòd ſubditur ſuo ſuperiori: ſicut corpus per hoc, quòd viuificatur ab anima; & aer per hoc, quòd illuminatur à Sole. *Vnde & gratiam, vitam eſſe animæ diximus, & Soli illuminanti ad ſpiritualem animæ illuſtrationem comparari, videbimus infrà*. *Neque illud prætereundum, quòd* ſi in poteſtate F hominis eſſe dicatur aliquid excluſo auxilio gratiæ, ſic ad multa tenetur homo, ad quæ non poteſt ſine gratia præparante, ſicut ad diligendum Deum & proximum, & ſimiliter ad credendum articulos fidei. Sed tamen hoc poteſt cum auxilio gratiæ: quod quidem auxilium quibuſcunque diuinitus datur, miſericorditer datur: quibus autem non datur, ex juſtitia non datur, in pœnam præcedentis peccati, ſaltem originalis, vt *Auguſtinus* dicit *in lib. de cor. & gratia*. Nec tamen G Deus crudelis eſt, hanc ſatisfactionem exigens (*vt ajebat initio Author:*) quia, quamuis homo gratiam habere non poſſit ex ſe, & ita nec ſatisfacere: poteſt tamen ſatisfacere per id, quod Deus paratus eſt dare, ſcilicet per gratiam. *Quòd verò major in vno gratia ſit, quàm in alio*: cauſa H hujus diuerſitatis accipienda eſt ex parte ipſius Dei, qui diuerſimodè ſuæ gratiæ dona diſpenſat ad hoc, quòd ex diuerſis gradibus pulchritudo, & perfectio Eccleſiæ conſurgat: ſicut etiam diuerſos gradus rerum inſtituit, vt eſſet Vniuerſum perfectum. Vnde Apoſtolus, poſtquam dixerat: *Vnicuique data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti*, ſubjungit: *ad conſummationem Sanctorum in ædificationem corporis Chriſti*, ad Epheſ. 4. *Nec majorem tantummodò gratiam vni præ alio impertit Deus, ſed & gratiæ plenitudinem. Hæc autem* plenitudo I gratiæ poteſt attendi dupliciter: vno modo ex parte ipſius gratiæ, alio modo ex parte habentis gratiam. Ex parte quidem ipſius gratiæ dicitur eſſe plenitudo ex eo, quòd aliquis pertingit ad ſummum gratiæ & quantum ad eſſentiam & quantum ad virtutem: quia ſcilicet habet gratiam & in maxima excellentia, qua poteſt haberi, & in maxima extenſione ad omnes gratiæ effectus. Et talis gratiæ plenitudo eſt propria Chriſto. Ex parte verò ſubjecti dicitur gratiæ plenitudo, quando quis habet plenè gratiam ſecundùm ſuam conditionem, ſiue ſecundùm intenſionem, prout in eo eſt intenſa gratia vſque ad terminum præfixum ei à Deo, ſecundùm illud Epheſ. 4. *Vnicuique data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti*: ſiue etiam ſecundùm virtutem, in quantum ſcilicet habet facultatem gratiæ ad omnia, quæ pertinent ad ſuum officium, ſiue ſtatum, ſicut Apoſtolus dicebat Epheſ. 3. *Mihi omnium Sanctorum minimo data eſt gratia hæc, illuminare omnes &c.* Et talis gratiæ plenitudo non eſt propria Chriſto, ſed communicatur alijs per Chriſtum. *Et ita B.* Virgo L dicta eſt *gratia plena*, non ex ſpecie ipſius gratiæ: quia non habuit gratiam in ſumma excellentia, qua poteſt haberi, nec ad omnes effectus gratiæ: ſed dicitur fuiſſe plena gratia per comparationem ad ipſam: quia ſcilicet habebat gratiam ſufficientem ad ſtatum illum, ad quem erat electa à Deo, vt eſſet ſcilicet Mater Vnigeniti ejus. (*Quanta pro ea dignitate, gratiæ profuſio credenda eſt!*) Et ſimiliter Stephanus dicitur *plenus gratia*, quia habebat gratiam ſufficientem ad hoc, quòd eſſet idoneus miniſter & teſtis Dei, ad quod erat electus. Et idem dicendum de alijs. Harum tamen plenitudinum vna eſt plenior altera, ſecundùm quod aliquis eſt diuinitus præordinatus ad altiorem, vel inferiorem ſtatum. *Alibi quoque, ad illud*: De plenitudine ejus nos omnes accepimus, *Ioann. 1. docemur, quòd triplex eſt plenitudo*. Eſt enim M plenitudo ſufficientiæ, qua aliquis eſt ſufficiens ad actus meritorios, & excellentes faciendos, ſicut in Stephano. Item eſt plenitudo redundantiæ, qua B. Virgo excellit omnibus Sanctis, propter eminentiam & abundantiam meritorum. Eſt etiam plenitudo efficientiæ, & effluentiæ, quæ ſoli homini Chriſto competit, quaſi Authori gratiæ. Sic enim B. Virgo redundauit gratiam in nos, vt tamen auctrix gratiæ nequaquam eſſet, ſed ab anima ejus gratia redundauit in carnem. Nam per Spiritus Sancti gratiam non ſolùm mens Virginis fuit Deo per amorem perfectè vnita, ſed & ejus vterus Spiritu Sancto eſt ſupernaturaliter impprægnatus. Et ideò ſtatim, cum dixiſſet Gabriel: *Aue gratia plena*, ſubjunxit de plenitudine ventris, dicens: *Dominus tecum*. *Vlteriùs & aliquos Deus per gratiam confirmat in bono, ſicut B. Virgini feliciſſimè contigit in conceptione Chriſti, & Apoſtolis in die Pentecoſtes*. Confirmatio autem N in bono B. Virgini competebat: quia mater erat diuinæ Sapientiæ, in quam *nihil inquinatum incurrit*; vt dicitur *Sap.* 7. Similiter Apoſtolos decuit; quia erant quaſi fundamentum & baſis totius Eccleſiaſtici ædificij; vnde eos firmos eſſe oportuit: *de quibus verum habet illud Pſal. 74.* Ego confirmaui columnas ejus. *Veruntamen id ſanè intelligendum: nam* aliquis O poteſt confirmari in bono dupliciter. Vno modo ſimpliciter, ita ſcilicet quòd habeat in ſe ſufficiens ſuæ firmitatis principium, quòd omnino peccare non poſſit. Et ſic beati ſunt confirmati in bono. Alio modo dicuntur aliqui confirmati in bono per hoc, quòd eis datur aliquod munus gratiæ, quo ita inclinantur in bonum, quòd non de facili poſſunt à bono deflecti; non tamen per hoc ita retrahuntur à malo, quin omnino peccare non poſſint, niſi diuina prouidentia cuſtodiente. Sicut dicitur de immortalitate Adæ, qui ponitur immortalis, non quòd omnino aliquo ſibi intrinſeco protegi poſſet ab omni exteriori mortifero, vtpote ab inciſione gladij, & alijs hujuſmodi: à quibus tamen diuina prouidentia conſeruabatur. Et hoc (*poſt pauca*) propter duo. Primò, & principaliter: quia, rationem eſſe ſemper in actu rectæ contemplationis in ſtatu viæ, ita quòd omnium operum ratio ſit Deus, eſt impoſſibile. Secundò, quia in ſtatu viæ non contingit, inferiores vires ita eſſe rationi ſubditas, vt actus rationis nullatenus propter eas impediatur, niſi in Domino Ieſu Chriſto, qui ſimul

Mens hominis ex ſuperadditione gratiæ perficitur magis.

E 2. 2. 81. 7. c.

F 3. 2. 1. 5. ad 1.

Auxilium gratiæ quibus datur, miſericorditer datur: quibus non datur, ex juſtitia denegatur.

G 3 d. 1. 1. 2. ad 5.

H 1. 2. 112. 4. ſ. 1. & 65. 1. ad 1 & 2. 2. 5. 4. ad 3.

Nec tamen crudelis Deus, poſtulans ex gratia ſatisfactionem exigens, cùm ſit ex ſe paratus gratiam dare.

Vnde major in vno gratia, quàm in alio. Quibuſdam & gratiæ plenitudinem confert; quæ dupliciter attenditur.

I 3. p. 7. 10. c. In 3. d. 13. 1. 2. q. 2. c.

Plenitudo gratiæ in B. V.

L 3. p. loco cit. ad 1. & q. 27. 5. c.

In Stephano.

Plenitudinum gratiæ alia altera major.

Triplex plenitudo.

M Ioa. 1. l. 10. lit. 4.

Sufficientiæ, vt in Stephano.

Redundantiæ, vt in Virgine Deipara, quæ omnes Sanctos excellit.

Efficientiæ, & effluentiæ, vt in Chriſto.

B. V. & Apoſtoli confirmati in bono per gratiam.

N Ver. 24. 9. ad 2. & a. 1. ad 16. & 3. p. 27. 5. ad 2. In 3. d. 3. 1. 2. q. 1. & 1. con. G. c. 155. & 162. n. 4.

Dupliciter quis poteſt in bono confirmari.

O Ver. 24. 9. c. & a. 8. c. & 1. p. 63. 1. & 64. 1. & 1. 2. 109. 2. ad 2. 109. 8. c. & 3. con. G. l. c. In 2. d. 23. 181.

Confirmatus, adhuc indiget diuinæ cuſtodia prouidentiæ.

Digitized by Google

Gratiæ vis & efficacia.

viator & comprehenſor fuit. Sed tamen per gratiam viæ ita poteſt homo bono aſtringi, quòd nonniſi valdè de difficili peccare poſſit, per hoc quòd ex virtutibus infuſis inferiores vires refrænantur, & voluntas in Deum fortiùs inclinatur, & ratio perficitur in contemplatione veritatis diuinæ: cujus continuatio, ex feruore amoris proueniens, hominem retrahit à peccato. Sed totum, quod deficit ad confirmationem, completur per cuſtodiam diuinæ prouidentiæ in illis, qui confirmati dicuntur, vt ſcilicet quandocunque occaſio peccati ſe ingerit, eorum mens diuinitus excitetur ad reſiſtendum.

Gratia dupliciter dicitur, ſcilicet diuinum auxiliũ, quo nos mouet, & habituale donum nobis infuſũ.

P 1. 2. q. 111. 2. initio c. & q. 109. a. 1. 2. 3. 6. 8. 9. 10. c. & q. 110. a. c.

Homo indiget auxilio diuino ſuperaddito ad cognoſcenda quæ excedunt naturalem cognitionem.

Q 1. 2. q. 9. 1. & c. & a. 2. ad 3. In 2. d. 28. q. 3. c.

h *Cæterùm, vt hac in re circa diuinæ neceſſitatem gratiæ clariùs procedamus: notandum*, quòd gratia P dupliciter poteſt intelligi. *Vno modo diuinum* auxilium quo nos mouet ad bene volendum, & agendum. Alio modo habituale donum, nobis diuinitus infuſum. *Quo præmiſſo, dicendum Primò, quòd* ad cognitionem Q cujuſcunque veri homo indiget auxilio diuino, vt intellectus à Deo moueatur ad ſuum actum: non autem indiget ad cognoſcendam veritatem in omnibus, noua illuſtratione ſuperaddita naturali illuſtrationi, ſed in quibuſdam, quæ excedunt naturalem cognitionem. Et tamen quandoque Deus miraculosè per ſuam gratiam aliquos inſtruit de his, quæ per naturalem rationem cognoſci poſſunt: ſicut & quandoque miraculosè facit quædam, quæ natura facere poteſt. *Secundò, quòd* virtute R gratuita ſuperaddita virtuti naturæ indiget homo in ſtatu naturæ integræ quantùm ad vnum, id eſt ad operandum & volendum bonum ſupernaturale: ſed in ſtatu naturæ corruptæ quantùm ad duo: ſcilicet vt ſanetur, & vlteriùs vt bonum ſupernaturalis virtutis operetur, quod eſt meritorium. Vlteriùs autem in vtroque ſtatu indiget homo auxilio diuino, vt ab ipſo moueatur ad bene agendum. *Tertiò, quòd* homo S in ſtatu naturæ integræ non indigebat dono gratiæ ſuperadditæ naturalibus donis ad diligendum Deum ſuper omnia, licèt indigeret auxilio Dei ad hoc eum mouentis: ſed in ſtatu naturæ corruptæ indiget homo etiam ad hoc, auxilio gratiæ naturam ſanantis. Diligere *autem* Deum T ſuper omnia poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, ſecundùm quod bonum diuinum eſt principium & finis totius eſſe naturalis: & ſic amant Deum ſuper omnia non ſolùm rationalia, ſed & bruta animalia, & inanimata, in quantùm amare poſſunt: quia vnicuique parti amabilius eſt bonum totius, quàm proprium bonum; vnde naturaliter manus ſe exponit ictui pro ſalute totius corporis. Sed ille naturalis amor Dei peruertitur ab hominibus per peccatum. Alio modo poteſt aliquis diligere Deum ſuper omnia, ſecundùm quod Deus eſt objectum beatitudinis, & ſecundùm quod ſit quædam ſocietas rationalis mentis ad Deum quadam ſpirituali vnitate; & talis dilectio eſt actus charitatis, in quem nulla creatura poteſt ſine gratia. *Quartò, quòd* quantùm ad ſubſtantiam V operum, prout ſcilicet homo operatur juſta & fortia, & alia virtutis opera, homo in ſtatu naturæ integræ potuit omnia mandata legis implere: alioquin homo non potuiſſet in ſtatu illo non peccare, cum nihil aliud ſit peccare, quàm tranſgredi diuina mandata. Sed in ſtatu naturæ corruptæ non poteſt homo implere omnia mandata diuina ſine gratia ſanante. Alio modo poſſunt impleri mandata legis non ſolùm quantùm ad ſubſtantiam operis, ſed etiam quantùm ad modum agendi, vt ſcilicet ex charitate fiant: & ſic neque in ſtatu naturæ integræ, neque in ſtatu naturæ corruptæ poteſt homo implere abſque gratia legis mandata. Indiget inſuper in vtroque ſtatu auxilio Dei mouentis ad mandata implenda. *Et quidem*, non habens X charitatem, etſi poſſit aliquod vnum

Qualiter gratia indigeat ad volendum & operandum in vtroque naturæ ſtatu.

R 1. 2. 109. a. 2. c. In 2. (illegible) 4. 1. (illegible)

In ad Deum ſuper omnia diligendum.

S 1. 2. 109. 3. & c. In 3. d. 30. q. 3. In 3. d. 29. a. 1. Virt. q. 1. ad 9. & Quodl. 1. a. 8.

Quæ dilectio dupliciter intelligitur.

T Virt. q. 1. ad 9.

V 1. 2. 109. 4. Ver. 24. 14. ad 1. Cor. 13. l. 1.

Quid circa impletionem mandatorum.

X Ver. 24. 14. ad 7.

implere quantùm ad ſubſtantiam, & cum difficultate: non tamen poteſt implere omnia, ſicut nec omnia peccata vitare. *Ex quo dicendum Quintò, quòd* ſecundùm ſtatum Y naturæ integræ, etiam ſine gratia habituali poterat homo non peccare nec mortaliter nec venialiter, quia peccare nihil aliud eſt, quàm recedere ab eo, quod eſt ſecundùm naturam, quod vitare homo poterat in ſtatu naturæ integræ: non tamen hoc poterat ſine auxilio Dei in bono conſeruantis, quo ſubtracto, etiam ipſa natura in nihilum decideret. In ſtatu autem naturæ corruptæ indiget homo gratia habituali ſanante naturam ad hoc, quòd omnino à peccato abſtineat. Quæ quidem ſanatio primò fit in præſenti vita ſecundùm mentem, appetitu carnali nondum totaliter reparato. Vnde Apoſtolus *ad Rom. 7.* in perſona hominis reparati, dicit: *Ego ipſe mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati.* In quo quidem ſtatu poteſt homo abſtinere ab omni peccato mortali, quod in ratione conſiſtit: non autem poteſt homo abſtinere ab omni peccato veniali propter corruptionem inferioris appetitus ſenſualitatis: cujus motus ſingulos quidem ratio reprimere poteſt (& ex hoc habent rationem peccati, & voluntarij:) non autem omnes, quia dum vni reſiſtere nititur, fortaſſis alius inſurgit: & etiam quia ratio non ſemper poteſt eſſe peruigil ad hujuſmodi motus vitandos. Similiter etiam, antequam hominis ratio, in qua eſt peccatum mortale, reparetur per gratiam juſtificantem, poteſt ſingula peccata mortalia vitare, & ſecundùm aliquod tempus, quia non eſt neceſſe, quòd continuò peccet in actu: ſed quòd diu maneat abſque peccato mortali, eſſe non poteſt. Vnde & *Gregorius* dicit, quòd *peccatum, quod mox per pœnitentiam non deletur, ſuo pondere ad aliud trahit.* Et hujus ratio eſt: quia ſicut rationi ſubdi debet inferior appetitus, ita etiam ratio ſubdi debet Deo, & in ipſo conſtituere finem ſuæ voluntatis. Per finem autem oportet quòd regulentur omnes actus humani, ſicut per rationis judicium regulari debent motus inferioris appetitus. Sicut ergo, inferiori appetitu non totaliter ſubjecto rationi, non poteſt eſſe, quin contingant inordinati motus in appetitu ſenſitiuo: ita etiam, ratione hominis non totaliter exiſtente ſubjecta Deo, conſequens eſt, vt contingant multæ inordinationes in ipſis actibus rationis. Cum enim homo non habeat cor ſuum ita firmatum in Deo, vt pro nullo bono conſequendo, vel malo vitando, ab eo ſeparari vellet, occurrunt multa, propter quæ conſequenda, vel vitanda, homo recedit à Deo, contemnendo præcepta ipſius; & ita peccat mortaliter, præcipuè quia in repentinis homo operatur ſecundùm finem præconceptum, & ſecundùm habitum præexiſtentem, vt dicitur *in 3. Ethic.* quamuis ex præmeditatione rationis homo poſſit aliquid agere præter ordinationem finis præconcepti, & preter inclinationem habitus. Sed quia homo non poteſt ſemper eſſe in tali premeditatione, non poteſt contingere, vt diu permaneat, quin operetur ſecundùm conſequentiam voluntatis deordinatæ à Deo, niſi cito per gratiam ad debitum ordinem reparetur. *Sextò dicendum, quòd* Z *habens gratiam non poteſt in bono vſque ad finem vitæ perſiſtere ſine ſpeciali perſeuerantiæ dono.* Perſeuerantia *autem* tripliciter Z dicitur. Quandoque enim ſignificat habitum mentis, per quem homo firmiter ſtat, ne remoueatur ab eo, quod eſt ſecundùm virtutem, per triſtitias irruentes, vt ſic ſe habeat perſeuerantia ad triſtitias, ſicut continentia ad concupiſcentias & delectationes, vt Philoſophus dicit *in 7. Ethic.* Alio modo poteſt dici perſeuerantia habitus quidam, ſecundùm quem homo habet propoſitum perſeuerandi in bono vſque in finem. Et vtroque iſtorum modorum perſeuerantia ſimul

cum

Et abſtinentiam à peccatis.

Y 1. 2. 109. 8. c. & q. 74. 4. Hebr. 10. l. 3. & 1. Cor. 12. l. 1. ibi, ducebamini. & ibi, nemo poteſt.

Habens gratiam non poteſt perſiſtere in bono vſque ad finem vitæ ſine dono perſeuerantiæ.

Perſeuerantia tripliciter dicitur.

Z 1. 2. 109. 10. c. Ver. 24. 13. ad 3. In 2. d. 29. exp. text. & 3. cont. G. c. 155.

Digitized by Google

cùm gratia infunditur, ſicut & continentia, & ceterę virtutes. Alio modo dicitur perſeuerantia continuatio quędam boni vſque ad finem vitę. Et ad talem perſeuerantiam habendam, homo in gratia conſtitutus, non quidem indiget aliqua alia habituali gratia, ſed diuino auxilio ipſum dirigente & protegente contra tentationum impulſus. Et ideò, poſtquam aliquis eſt juſtificatus per gratiam, neceſſe habet à Deo petere prędictum perſeuerantię donum, vt ſcilicet cuſtodiatur à malo vſque ad finem vitę: multis enim datur gratia, quibus non datur perſeuerare in gratia. *Septimò, quòd* requiritur A auxilium gratię ad hoc, quod homo à peccato reſurgat, & quantùm ad habituale donum, & quantùm ad interiorem Dei motionem. *Exemplum habemus* Matth. 9. *de puella defuncta, quæ typum gerit peccatoris ex peccato mortui: legitur enim, quòd Dominus* tenuit manum ejus, & dixit: Puella ſurge. *Siquidem per gratiam ſuam* tenet B Deus manum peccatoris, quando adjutorium ei prębet. *Et ſurrexit puella*, ſcilicet ad vitam: ſic nos per Dei adjutorium à peccato *ad vitam gratiæ. Hinc Apoſtolus* Rom. 3. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. *Et in hoc ſenſu exponi poteſt illud ad Hebr. 6.* Impoſſibile eſt illos, qui ſemel illuminati &c. & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam: *ſpectatis nimirùm proprijs viribus, non ita viribus gratiæ*. Sciendum *quippe* eſt C quòd ex hoc loco ſumpſit *Nouatus* quidam (qui fuit Presbyter Eccleſię Romanę) occaſionem errandi: voluit enim, quòd nullus poſt baptiſmum poſſet ad pœnitentiam reſurgere. Sed iſta poſitio falſa eſt, ſicut dicit *Athanaſius* in Epiſtola ad Serapionem: quia ipſe Paulus recepit inceſtuoſum Corinthium, ſicut patet 2. *Cor.* 2. Et ſimiliter quia dicit: *Filioli mei, quos iterùm parturio &c.* ad Galat. 4. *Quod tamen ſine gratia factum non eſt, ſine qua peccatum non remittitur. Et ratio adducitur.* Nam cum in peccato D ſint duo, ſcilicet auerſio & conuerſio, remiſſio & retentio peccati non reſpiciunt conuerſionem, ſed magis auerſionem, & id, quod ad auerſionem ſequitur. Sunt autem tria ex parte auerſionis ſe concomitantia, ratione quorum ſine gratia remiſſio peccatorum fieri non poteſt: ſcilicet auerſio, offenſa, & reatus. *Auerſio* namque intelligitur à bono incommutabili, quod quis poterat habere, reſpectu cujus ſe impotentem fecit: aliàs auerſio non eſſet culpabilis. Non ergo poteſt prędicta auerſio remoueri, niſi fiat conjunctio ad bonum incommutabile, à quo homo per peccatum diſceſſit. Hęc autem conjunctio non eſt niſi per gratiam, per quam Deus mentem inhabitat, & mens ipſi Deo per amorem charitatis inhęret. Vnde ad ſanandam prædictam auerſionem requiritur gratię & charitatis infuſio, ſicut ad ſanitatem cecitatis requiritur reſtitutio potentię viſiuę. *Offenſa* etiam, quę ex peccato ſequitur, ſine gratia aboleri non poteſt, ſiue accipiatur offenſa ex parte hominis, in quantùm peccando Deum offendit; ſiue ex parte Dei, ſecundùm quod peccatori eſt offenſus, ſecundùm illud Pſal. 5. *Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem.* Quicunque enim rem aliquam digniorem indigniori poſtponit, injuriam ei facit, & tantò ampliùs, quantò res eſt dignior: quicunque autem in re temporali ſibi finem conſtituit (quod facit omnis mortaliter peccans) ex hoc ipſo quantùm ad affectum ſuum prępontit creaturam Creatori, diligens plùs creaturam, quàm Creatorem: finis enim eſt quod maximè diligitur. Cum ergo Deus in infinitum creaturam excedat, erit peccantis mortaliter contra Deum infinita offenſa ex parte dignitatis ejus, cui per peccatum quodammodo injuria fit, dum ipſe Deus contemnitur, & ejus pręceptum. Vnde ad hanc offenſam abolendam non ſufficiunt vires humanę, ſed requiritur munus diuinę gratię. Ipſe etiam Deus dicitur peccatori offenſus vel eum odire, non odio, quod opponitur amori, quo diligit omnia: (ſic enim *nihil odit eorum, quæ fecit*, vt dicitur Sap. 11.) ſed quod opponitur amori, quo Sanctos diligit, bona ęterna eis pręparando. Hujus autem amoris effectus eſt donum gratię gratum facientis: vnde offenſa, qua Deus homini offenditur, non remouetur niſi per hoc, quod gratiam dat. *Reatus* etiam peccati non ſolùm eſt obligatio ad pœnam ſenſibilem, ſed pręcipuè ad pœnam damni, quę eſt carentia glorię. Vnde reatus non tollitur quandiu homini non datur, vnde poſſit ad gloriam peruenire: hoc autem eſt gratia; & ideò ſine gratia peccatorum remiſſio fieri non poteſt. *Alibi quoque docemur, quòd* incurrit homo E triplex detrimentum peccando: ſcilicet maculam, corruptionem naturalis boni, & reatum pœnę. *Maculam* quidem incurrit, in quantùm priuatur decore gratię ex deformitate peccati. *Bonum* autem *naturæ* corrumpitur, in quantùm natura hominis deordinatur, voluntate hominis Deo non ſubjecta: hoc enim ordine ſublato, conſequens eſt, vt tota natura hominis peccantis inordinata remaneat. *Reatus* verò pœnę eſt, per quem homo peccando mortaliter meretur damnationem æternam. Manifeſtum eſt autem de ſingulis horum trium, quòd non poſſunt reparari, niſi per Deum. Cum enim decor gratiæ proueniat ex illuſtratione diuini luminis, non poteſt talis decor in anima reparari, niſi Deo denuò illuſtrante: vnde requiritur habituale donum, quod eſt gratiæ lumen. Similiter ordo naturæ reparari non poteſt, vt ſcilicet voluntas hominis Deo ſubjiciatur, niſi Deo voluntatem hominis ad ſe trahente. Similiter etiam reatus pœnæ æternæ remitti non poteſt, niſi à Deo, in quem eſt offenſa commiſſa, & qui eſt hominum judex. *Octauò hinc à fortiori dicendum, æternam vitam minimè poſſe hominem abſque gratia promereri.* Vita enim F æterna eſt finis excedens proportionem naturæ humanæ: & ideò homo per ſua naturalia non poteſt producere opera meritoria proportionata vitæ æternæ; ſed ad hoc exigitur altior virtus, quæ eſt virtus gratiæ. *Profectò*, quòd opus G ſit meritorium, non poteſt liberum arbitrium ex ſe ipſo, niſi ſubleuetur per habitum, qui etiam naturæ facultatem excedat, qui gratia dicitur. Et ideò dicendum, hominem per liberum arbitrium & bona & mala facere poſſe, non tamen in actum meritorium exire ſine habitu gratiæ. Sicut etiam non poteſt homo ſine habitu virtutis acquiſitæ talem actum facere, qualem facit virtuoſus quoad modum agendi, licet poſſit talem facere quantum ad genus operis. *Igitur* opus H meritorium à non meritorio non diſtat in quid agere, ſed in qualiter agere. Nihil enim eſt, quod vnus homo meritoriè agat & ex charitate, quod alius non poſſit abſque merito agere vel velle. Et ideò hoc, quòd homo non poteſt ſine gratia agere opera meritoria, nihil derogat perfectæ libertati: quia homo dicitur eſſe liberi arbitrij, ſecundùm quod poteſt agere hoc vel illud (*nota*) non ſecundùm quod poteſt ſic vel ſic agere. Potentia *autem* naturalis I hoc modo ſe habet ad gratiam, quòd ipſa ſubminiſtrat ſubſtantiam actus, & gratia præbet efficaciam merendi informando actum.

I *Ex quibus omnibus liquet ſatis, quàm neceſſaria ſit homini diuina gratia, ſine qua in ordine ad æternam felicitatem nihil ex nobis poſſumus*, Ioann. 15. Sine me nihil poteſtis facere. *Hinc Sponſa ad cæleſtem Sponſum Cant.* 1. Trahe me poſt te, curremus &c. *Quaſi dicat:* Quia L meam infirmitatem cognoſco, & video, nihil me meis viribus boni poſſe agere: tuâ gratia *trahe me* ad tui imitationem. *Exultabimus, & lætabimur in te*: de donis ſcilicet tuis: ſed quia ſcimus, hoc non noſtri eſſe meriti, *inte*, non in nobis,

Exigitur vtroque modo gratia ad reſurgendum à peccato.

A 1. 2. 109. 7. ſ. c. & 1. Cor. 12. l. 1. ibi, nemo poteſt. & locis cit. lit. D.

B Matth. 9. lit. d. ibi.

C Hebr. 6. l. 1. circ. ſi.

Nouatianorum error exploditur.

Sine gratia peccatum non remittitur.

D Ver. 28. 2. ſi. c. & a. 8. & 1. 2. 109. 7. & 113. 2. & 2. 2. 137. 4. & 3. con. G. c. 157. In 4. d. 17. 1. 3. q. 1.

Tria remouenda.

Auerſio.

Offenſa.

Reatus.

Triplex ex peccato detrimentum.

E 1. 2. 109. 7. c. & à q. 85. & locis citatis.

Et hoc non tollitur niſi per gratiam.

Non poteſt homo ſine gratia vitam æternam mereri.

F 1. 2. 109. 5. c. & 114. a. 2. & 3. & 1. p. 62. 4. In 2. d. 27. 1. 3.

Opus meritorium quale.

G 2. d. 28. 1. 1. ſi. c. Ver. 24. 1. ad 2.

H Ver. loc. cit.

Gratiæ neceſſitas ad merendum non officit humanæ libertati.

I 2. d. 29. 1. 1. ad 2.

Quomodo in ordine ad meritum ſe habeat potentia naturalis ad gratiam.

Sine Dei gratia nihil poſſumus in ordine ad vitam æternam.

L Cant. 1. com. 1. & 2. ibi.

Digitized by Google

nobis, *exultabimus. Et cap.8* Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum? *Delicijs affluens*, hoc est M virtutibus abundans Ecclesia: *innixa*; idest, fiducialiter in Christo agens, & omnes virtutes suas & cuncta bona ad ejus gratiam referens: sciebat enim, se nihil suis viribus implere posse. *Quasi cum Apostolo diceret* 1. *Cor.*15. Gratia Dei sum id, quod sum. *Cui consonat illud Psal.*44. Adducentur Regi virgines post eam. *Adducentur Regi*, scilicet N Christo, qui est Rex regum: *adducentur*, dico, quia non per se venient: *etenim* (*vt ait Dominus Ioann.*6.) Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum, *per donum vtique gratiæ suæ, vt visum est. DISCE, sine Dei gratia nihil ad salutem æternam prodesse.*

M Cant 8. tom. 1. ibi. & 1. Cor. 15 l. 1. cur. 5.

N Psal. 44. lit. k. & Ioan. 6. l. 5. lit. e.

VI. Deus nulli, volenti accipere gratiam, eam denegat. *Ver.6. 2. ad 11.*

Dispositio ad gratiam, siue preparatio, necessaria.

I NEcessaria est homini, vt hucusque vidimus, diuina gratia in via salutis ambulanti. *Et quamuis eam ex se habere non valeat, cum sit ordinis supernaturalis: ad eam tamen dispositio necessaria est, siue præparatio. Distinguendum nihilominus est ex præmissis inter gratiam, quæ est habituale donum, & gratiam quæ est auxilium Dei, ad bonum animam mouentis. Igitur* primo modo O accipiendo gratiam, præexigitur ad gratiam aliqua gratiæ præparatio, quia nulla forma potest esse, nisi in materia disposita. Sed si loquamur de gratia, secundùm quod significat auxilium Dei mouentis ad bonum, sic nulla præparatio requiritur ex parte hominis, quasi præueniens diuinum auxilium; sed potiùs, quæcunque præparatio in homine esse potest, est ex auxilio Dei mouentis animam ad bonum. Et secundùm hoc ipse bonus motus liberi arbitrij, quo quis præparatur ad donum gratiæ suscipiendum, est actus liberi arbitrij moti à Deo. Et quantùm ad hoc dicitur homo se præparare, secundùm illud Prou.16. *Hominis est animam præparare*; & est principaliter à Deo mouente liberum arbitrium. Et secundùm hoc dicitur à Deo voluntas hominis præparari, & *à Domino gressus hominis dirigi*. Ad hoc ergo, quòd Deus P gratiam infundat animæ, nulla præparatio exigitur, quam ipse non faciat. *Et hoc est, quod ait Apostolus ad Hebr.*12. Contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei. *Vbi Author: Figuratiuè inquit loquitur* Q Apostolus. Gratia enim, etsi non habeatur ex meritis (alioquin gratia non esset gratia:) tamen oportet, quod homo faciat quod in se est. Deus autem voluntate sua liberalissima dat eam omni præparanti se, Apoc.3. *Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum*; & 1. ad Tim.2. *Qui omnes homines vult saluos fieri.* Et ideò gratia Dei nulli deest, sed omnibus, quantùm in se est, se communicat: sicut nec Sol deest oculis cæcis. Vnde dicit: *contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei.* Sed contra. Quia, si gratia non datur ex operibus, sed tantùm ex hoc, quòd aliquis non ponit obstaculum, ergo habere gratiam dependet ex solo libero arbitrio, & non ex electione Dei: quod est error Pelagij. *Et dicendum*, quòd hoc ipsum, quòd aliquis non ponit obstaculum, ex gratia procedit. Vnde, si aliquis ponat, & tamen moueatur cor ejus ad remouendum illud, hoc est ex dono gratiæ Dei vocantis per misericordiam suam, ad Gal. 1. *Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam &c.* Hoc autem donum gratiæ non est gratum faciens. Quòd ergo à quibusdam remoueatur illud obstaculum, hoc est ex misericordia Dei: quòd autem non remoueatur, hoc est ex justitia ejus, *vt & superiùs prætactum est.*

O 1. 2. q. 112. a. 2. ex a. 3. initio. Quo sensu.

P 1. 2. 112. a. 3. ad 1. Nulla exigitur ad gratiam præparatio, quam Deus non faciat.

Q Hebr. 12. l. 8. illi.

Etiam non ponere obstaculum, ex gratia procedit.

m *Cæterùm duplex est ad gratiam præparatio, perfecta nimirùm, & imperfecta: quarum Prima* R est simul cum infusione gratiæ: (*vltima enim dispositio est cum forma.*) Et talis operatio est quidem meritoria, sed non gratiæ, quæ jam habetur, sed gloriæ, quæ nondum habetur. Est autem alia præparatio gratiæ imperfecta, quæ aliquando præcedit donum gratiæ gratum facientis, quæ tamen est à Deo mouente. Sed ista non sufficit ad meritum, nondum homine per gratiam justificato, quia nullum meritum potest esse, nisi ex gratia. Cum autem homo ad gratiam se preparare non possit, nisi Deo eum preueniente, & mouente ad bonum: non refert, vtrùm subitò vel paulatim aliquis ad perfectam preparationem perueniat. Dicitur enim Eccli.11. *Facile est in oculis Dei subitò honestare pauperem.* Contingit autem quandoque, quòd Deus mouet hominem ad aliquod bonum, non tamen perfectum: & talis preparatio precedit gratiam. Sed quandoque statim perfectè mouet ipsum ad bonum; & subitò gratiam homo accipit, secundùm illud Ioann.6. *Omnis, qui audit à Patre, & didicit, venit ad me.* Et ita contigit Paulo: quia subitò, cum esset in progressu peccati, perfectè motum est cor ejus à Deo, audiendo, & addiscendo, & veniendo; & ideò subitò est gratiam consecutus. *Et quamuis dicat Author, quòd* Paulus S conuersus est ad Christum coactus: *hoc dicitur, quia dum esset ipsius voluntas in actuali contraria dispositione & auersione, immutata sibi fuit in instanti à Deo: nec tamen* (*vt Num.IV. præmissum est*) *excluso suæ libero consensu voluntatis*: quę T immutari non potest per violentiam, sed proprio motu immutatur. *Nam* Deus V mouet omnia secundùm modum eorum: & ideò diuina motio à quibusdam participatur cum necessitate: à natura autem rationali cum libertate, propter hoc quòd virtus rationalis se habet ad opposita. Et ideò sic Deus mouet mentem humanam ad bonum, quòd tamen potest huic motioni resistere. *Et ita* Paulus X licèt antequam justificatus esset, immediatè gratiam fidei impugnaret: tamen in ipso instanti justificationis suę consensit per liberum arbitrium diuina gratia commotum. Motum enim gratuitę voluntatis in instanti potest Deus alicui mittere, sine quo non est justificatio: sed sine preparatione precedenti justificatio esse potest. *Et hinc est, quòd* Deus Y qui dat omnibus abundanter, nulli gratiam denegat, qui quod in se est facit, vt se ad gratiam preparet. *Quod quidem intelligitur, non quòd hoc sit in sola hominis potestate, sed cum dicitur* Z homo facere quod in se est, dicitur, hoc est in potestate hominis, secundum quod est motus à Deo: *neque enim, vt vidimus, motio hæc liberum excludit arbitrium. Et in hoc sensu dicebat initio Author:* Deus A nulli, volenti accipere gratiam, eam denegat; *vt nimirum in præparatione ad gratiam humanæ includat voluntatis arbitrium. Tanti autem faciebat impius Pelagius arbitrium humanum, vt illi soli tribueret præparationem ad gratiam, diuino excluso adjutorio: quod est contra Apostolum ad Phil.*1. Qui cœpit in vobis opus bonum, ipse perficiet.

n *Verùm illi* B Deus proponit gratiam infundere, quem præscit se ad gratiam preparaturum: non tamen propter preparationem, quę non est sufficiens causa gratiæ, nec finis voluntatis ejus, sed propter bonitatem suam. Vult tamen, quòd iste habeat gratiam; quia præparauit se, secundùm modum loquendi, quo dicitur, quòd dat sibi gratiam, quia præparauit se, vt conjunctio denotet dispositionem, & non causam. Sed respectu actus volendi non potest designare neque dispositionem, neque causam: non enim ideò vult, quia iste præparauit se, sed solùm quia bonus est. *Vno verbo*: defectus C gratiæ prima causa est ex nobis: sed collationis gratiæ prima causa est à Deo, secundùm

Duplex ad gratiam præparatio.

R 1. 2. loc. cit. ad 1. & 2. & 3. p. 89. a. 2. c. In 4. d. 17. q. 1. a. 3. q. 1. & 2. c. Ver. 28. 3. ad 10.

D. Paulus in instanti gratiæ consensit.

S 1. Cor. 15. l. 1. ibi. abortiuo.

T Ver. 28. 3. ad 20. In 4. d. 17. q. 1. a. 3. q. 2 c.

V Quol. 1. a. 7. ad. 1. & 1. 2. q. 83. 1. & 1. 2. q. 10. 4. Ma. 3. 2. ad 4. Ver. 24. 1. ad 3. & 1. con. G. c. 85.

X Ver. 28. 3. ad 19.

Y 4. d. 20. 1. 1. q. 1. 1.

Nulli Deus gratiam denegat, qui facit quod in se est, vt se ad eam præparet.

Z 1. 2. 109. 6. ad 2. & in corp. & 112. 2. Ver. 14. 15. In 2. d. 28. 1. 4. ad 4. & a. 4. f. c. & ad 2. Ver. 24. 1. ad 2. & 4. 15. c. & ad 1. & 2.

A Ver. 6. 2. ad 11.

B 4. d. 41. 1. 3. ad 1.

Quo sensu dicatur quis habere gratiam, quia præparauit se.

C 1. 2. 112. 3. ad 2.

Defectus gratiæ prima causa est ex nobis: collationis verò à Deo.

D 2. d. 29. 1. 3. ad 3.
Plus indigenti Deus plus tribuit, si magis sit dispositus.
E 1. 2. 112. 4. c.
F Ibid. a 3. ad 3.
Disposito ad gratiam non debetur de necessitate gratia.
G Ibid. in sed contra.

cundùm illud *Ose* 13. Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum. *Et quidem* plùs D indigenti Deus plus tribuit, dummodo sit magis ad recipiendum dispositus. Qui enim E magis se ad gratiam præparat (*Deo vtique auxiliante*) pleniorem gratiam recipit. *Nec tamen disposito ad gratiam, vel facienti quod in se est, de necessitate gratia debetur:* Sicut etiam F in rebus naturalibus dispositionem materiæ non ex necessitate consequitur forma, nisi per virtutem agentis, qui dispositionem causat. *Quod & in artificialibus liquet*. Homo *enim* comparatur G ad Deum, sicut lutum ad figulum, secundùm illud Ierem. 18. *Sicut lutum in manu figuli: sic vos in manu mea*. Lutum autem non ex necessitate accipit formam à figulo, quantumcunque sit præparatum: ergo neque homo recipit ex necessitate gratiam à Deo, quantumcunque se præparet. *Vnde Apostolus Rom.* 9. An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? *Siquidem* Deus H liberam potestatem habet facere ex eadem corrupta materia humani generis, sicut ex quodam luto, nulli faciendo injuriam, quosdam homines præparatos in gloriam, quosdam autem in miseria derelictos, *suam vtique subtrahendo gratiam. Verumtamen (vt clariùs procedamus) quia* præparatio I hominis ad gratiam est à Deo, sicut à mouente; à libero autem arbitrio, sicut à moto: potest dupliciter præparatio considerari. Vno quidem modo, secundùm quod est à libero arbitrio: & secundùm hoc nullam necessitatem habet ad gratiæ consecutionem, quia donum gratiæ excedit omnem præparationem virtutis humanæ. Alio modo potest considerari, secundùm quod est à Deo mouente: & tunc habet necessitatem ad id, ad quod ordinatur à Deo; non quidem coactionis, sed infallibilitatis: quia intentio Dei deficere non potest, secundùm quod *Augustinus* dicit in lib. de prædest. Sanctorum, quòd *per beneficia Dei certissimè liberantur quicunque liberantur*. Vnde si ex intentione Dei mouentis est, quòd homo, cujus cor mouet, gratiam consequatur, infallibiliter ipsam consequitur, secundùm illud *Ioan.* 6. Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. *Et cum opponitur ex glossa ad Rom.* 5. Deus recipit eum, qui ad se confugit: aliter esset in eo iniquitas: *dicendum, quòd* illa L glossa loquitur de illo, qui confugit ad Deum per actum meritorium liberi arbitrij jam per gratiam informati: quem si non reciperet, esset contra justitiam, quam ipse statuit. Vel, si referatur ad motum liberi arbitrij ante gratiam, loquitur, secundùm quod ipsum confugium hominis ad Deum est per motionem diuinam, quam justum est non deficere. *Profectò* Deus M seipsum negaret, si creaturæ non conferret quod ei debetur secundùm suam dispositionem.

H Rom. 9. l. 4. ibi.
I 1. 2. 112. 3. & 4. c. In 4. d. 17. 1. 2. q. 3. c.
Dupliciter consideratur ad gratiam præparatio: vel ex parte Dei mouentis, vel ex parte liberi arbitrij moti.
L 1. 2. l. c. a. 3. ad 1. Ver. 28. 3. ad 10.
M 4. d. 46. 1. 31 q. 2. ad 1.

Deus præstò est gratiam dare his, qui ad eam se præparant.
N Io. 1. l. 5. lit. a. & cap. 12. l. 7. lit. [illegible]
Omnes illuminat; si quis non illuminatus, ex parte sua est, auertens se à lumine, & oculos claudens.
O 1. d. 40. 4. a. ad 4.

O *Igitur præstò est Deus gratiam per præparationem quærentibus liberaliter dare: promptus est ad omnes illuminandum, si tamen oculos ad illustrantem Solem non claudant. Idcircò Ioann.* 1. *dicitur*: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem: *scilicet*, quantùm N de se est: quia ex parte sua nulli deest (*Qui Solem suum oriri facit super bonos & malos*, Matth. 5.) immò *omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, vt dicitur 1. *Timot.* 2. Quòd si aliquis non illuminatur, ex parte hominis est, auertentis se à lumine illuminante. Et ne credas (*post pauca*) defectum ipsum esse ex remotione, seu absentia veræ lucis: hoc excludens Euangelista subdit: *In Mundo erat*. Simile huic habetur Act. 17. *Non longè est ab vnoquoque nostrum*, scilicet Deus: *in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus*. Q. d. Euangelista: Verbum diuinum efficax est: & præsens est ad illuminandum. *Siquidem* Deus O quantùm est in se, nulli est absens: sed homo à Deo præsente se absentat, sicut à præsente lumine qui claudit oculos, *vel fenestram occludit*. *Sanè* Deus P hoc modo se habet ad nos, sicut lux ad homines. Lux autem vbique diffunditur, Sole existente super terram. Et licet lux sit cum hominibus, non tamen omnes sunt in luce Solis, sed tantùm eam videntes. Sic ergo, cum Deus sit vbique, est cum omnibus, qui sunt vbicunque: sed tamen non omnes sunt cum Deo, nisi qui ei conjunguntur per fidem & dilectionem: *quod quidem fit per inhabitantem gratiam. Et quamuis in potestate nostra non sit eam habere: sciendum tamen, quòd* ad aliquid Q tenemur directè, quod scilicet per se est in potestate nostra: & sic tenemur ad conformitatem diuinæ voluntatis, qua volumus id, quod congruit nos velle, & secundùm rectum finem: quia in vtrunque istorum per naturalia nostra possumus. Ad aliquid verò tenemur indirectè, sicut ad habendam gratiam, quod secundùm se non est in potestate nostra: sed in potestate nostra est facere aliquid, quo facto habebimus gratiam. *Denique* licèt ille R qui peccat, impedimentum gratiæ præstet; & in quantùm ordo rerum exigit, gratiam non deberet recipere: tamen, quia Deus præter ordinem rebus inditum operari potest, sicut cum cæcum illuminat, vel mortuum resuscitat: interdum ex abundantia bonitatis suæ, etiam eos qui impedimentum gratiæ præstant, auxilio suo præuenit, auertens eos à malo, & conuertens ad bonum. Et sicut non omnes cæcos illuminat, nec omnes languidos sanat, vt & in illis, quos curat, opus virtutis ejus appareat, & in alijs ordo naturæ seruetur: ita non omnes, qui gratiam impediunt, auxilio suo præuenit, vt auertantur à malo, & conuertantur ad bonum: sed aliquos, in quibus vult suam misericordiam apparere, ita quòd in alijs justitiæ ordo manifestetur. *Hinc Apostolus ad Rom.* 9. Quòd si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. *DISCE neque gratiam sine Dei auxilio, neque gloriam sine gratia comparari.*

P Ioan. 17. l. 6. lit. a. ibi, claritatem
Deus est cum omnibus hominibus: non omnes homines cum Deo.
Q 1. d. 48. 1. [illegible] d. 33. 1. 4 sl. c.
Ad gratiam habendam indirectè tenemur, & quo sensu.
R [illegible] cap. 161. Rom. 9. l. 4. ibi, quod si Deus.

VII. Quicunque gratiâ perceptâ non vtitur ad vitandum peccata, & consequendum vitam æternam, hic gratiam Dei in vanum recipit. 2. Cor. 6. l. 1.

P PRæparanti se ad gratiam, faciendo ex diuina motione quod in se est, ex sua Deum bonitate gratiam largiri, hactenus visum fuit. Sed nonminùs habitâ gratiâ bene vtendum: quod ad gratiam spectat cooperantem. Quocirca sciendum, quòd communiter triplex est gratia. Nam supra naturam S rationalis creaturæ est Deus solus, cui vnitur rationalis creatura per gratiam. Vno modo quantùm ad actum ipsius Dei, putà cum per gratiam prophetiæ communicatur homini præcognitio futurorum, quæ est propria Deo: & hujusmodi dicitur gratia gratis data. Alio modo quantùm ad ipsum Deum, cui vnitur rationalis creatura, communiter quidem secundùm effectum dilectionis, secundùm illud 1. Ioann. 4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*; quod quidem fit per gratiam gratum facientem; quæ est gratia adoptionis. Alio modo, quæ est singularis Christo, per vnionem in esse personali: & hæc dicitur gratia vnionis. *Quia verò* gratia T dupliciter potest intelligi: vno modo diuinum auxilium, quo nos mouet ad bene volendum & agendum; alio modo habituale donum, nobis diuinitus inditum: *ideò* vtroque modo gratia dicta conuenienter diuiditur per operantem & cooperantem. Operatio enim alicujus effectus non attribuitur mobili, sed mouenti. In

Triplex gratia communiter.
S Rom. 1. l. 3. ibi, prædestinatus.
T 1. 2. 111. 2. c. & ad arg. & 3 p. 86. 4. ad 2. Hom. 1. d. 26. 1. 4. & in alio a. 3. c. & ad 3. & 4. & a. 6. ad 2. Ver. 27. 5. ad 1. 2. 17. & 18.
Gratia dupliciter intelligitur.

Gratia operans, & cooperans per modum auxilij.

ti. In illo ergo effectu, in quo mens nostra est mota & non mouens, solus autem Deus mouens, operatio Deo attribuitur: & secundùm hoc dicitur gratia operans. In illo autem effectu, in quo mens nostra & mouet & mouetur, operatio non solùm attribuitur Deo, sed etiam animæ: & secundùm hoc dicitur gratia cooperans. Est autem in nobis duplex actus. Primus quidem interior voluntatis: & quantùm ad istum actum voluntas se habet vt mota, Deus autem vt mouens; & præsertim, cum voluntas incipit bonum velle, quæ priùs malum volebat. Et ideò secundùm quod Deus mouet humanam mentem ad hunc actum, dicitur gratia operans. Alius autem actus est exterior, qui cum à voluntate imperetur, consequens est, quòd ad hunc actum operatio attribuatur voluntati. Et quia etiam ad hunc actum Deus nos adjuuat, & interiùs confirmando voluntatem, vt ad actum perueniat, & exteriùs facultatem operandi præbendo, respectu hujusmodi actus dicitur gratia cooperans. Vnde Augustinus: *Vt velimus, operatur: cum autem volumus, vt perficiamus nobis cooperatur*. Si igitur gratia accipiatur pro gratuita Dei motione, qua mouet nos ad bonum meritorium, conuenienter diuiditur gratia per operantem, & cooperantem. Si verò accipiatur gratia pro habituali dono, sic est duplex gratiæ effectus, sicut & cujuslibet alterius formæ: quorum primus est esse, secundus est operatio: sicut caloris operatio est facere calidum, & exterior calefactio. Sic igitur habitualis gratia, in quantùm animam sanat, vel justificat, siue gratum Deo facit, dicitur gratia operans: in quantùm verò est principium operis meritorij, quod ex libero arbitrio procedit, dicitur cooperans. *Vtraque autem gratia innuitur* Apoc. 3. *ijs verbis*: Si quis aperuerit mihi januam, intrabo ad illum &c. *Si quis aperuerit mihi januam*, scilicet V cordis sui, idest voluntatem, per quam intrat Christus ad animam, quæ dicitur aperiri Christo per consensum bonum, & diabolo per consensum malum: *intrabo ad illum*, infundendo ei gratiam, sicut Sol intrat in domum per fenestram apertam, radios intromittendo: nec aliter intrat Sol, nisi fenestra aperiatur, & ea aperta statim intrat Sol. *Et cœnabo cum illo*; idest, in fide ejus & operibus delectabor: *& ipse mecum*, quia lætabitur de auxilio meo. Vel, *cœnabo cum ipso, & ipse mecum*; idest, reconciliabor illi, & ipse mihi: nam mutua cœnatio signum est mutuæ reconciliationis, & mutuæ dilectionis. Item cœnat Deus cum homine gratiam infundendo, qua confortatur homo, & homo cum Deo gratiæ cooperando; & ita vterque cum vtroque cœnat, partem suam ponendo. Sed Deus primò cœnat cum homine, quia primò operatur gratiam infundendo, vel liberum arbitrium excitando: & homo posteà cœnat cum Deo gratiæ cooperando, vel inspirationi consentiendo. *Id quod etiam mysticè tangitur* Matth. 1. *cum dicitur*: Eleazar autem genuit Mathan: *siquidem* Eleazar X interpretatur *Deus meus adjutor*: sed quia Deus multis modis potest juuare ad salutem, vt remouendo prohibentia, & dando occasiones, potissimum adjutorium est per donum gratiæ suæ, 1. Cor. 15. *Gratia Dei sum id, quod sum*. Et ideò *Eleazar*, idest adjutorium Dei, sequitur *Mathan*, qui interpretatur *donum*, scilicet gratiæ diuinæ. Quia tamen posset homo tantùm confidere de dono gratiæ, quod ipse incideret in negligentiam non cooperando per liberum arbitrium gratiæ: ideò sequitur *Iacob*, qui interpretatur luctator: propter hoc Apostolus, postquam loco citato dixit, *Gratia Dei sum id quod sum*, prosequitur: *& gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantiùs illis omnibus laboraui (en Iacob luctator) quod quidem fit per gratiam cooperantem; vnde & Apostolus subjicit*: non ego autem, sed gratia Dei mecum. *Non ego autem*, scilicet Y solus operor: *sed gratia Dei mecum*, quæ mouet voluntatem ad hoc, Philip. 2. *Qui operatur in nobis velle & perficere*. Deus enim non solùm infundit gratiam, qua nostra opera grata fiunt & meritoria, sed etiam mouet ad bene vtendum gratiâ infusâ: & hæc vocatur gratia cooperans. *Ex quo vtramque gratiam à Deo esse, fatendum est. Idcircò* Apoc. 4. *legimus, quòd illi viginti quatuor Seniores* procidebant ante sedentem in throno, & mittebant coronas suas ante thronum. *Etenim* victorias Z vitiorum prorsus debemus Deo attribuere in conspectu suæ bonitatis: per coronas enim illas victoria tentationum designatur, 1. Cor. 4. *Quid habes, quod non accepisti?* Bona enim quæ agimus, à Deo sunt; aliquo tamen modo & à nobis: à Deo sicut dante & principaliter operante; à nobis, sicut cooperantibus gratiæ ejus, *per gratiam vtique cooperantem*.

Item per modum habitualis doni.

V Apoc 3. com. 3. ibi.

X Matth. 1. lit. d. ibi.

Y 1. Cor. 15. & Ephes. ... ibi. secundum donum.

Z Apoc. 4. com. 1. ibi.

q *Porrò*, sicut gratia A diuiditur in operantem & cooperantem secundùm diuersos effectus: ita etiam & in præuenientem & subsequentem, qualitercunque gratia accipiatur. Sunt autem quinque effectus gratiæ in nobis: quorum primus est, vt anima sanetur: secundus vt bonum velit: tertius est, vt bonum quod vult, efficaciter operetur: quartus est, vt in bono perseueret: quintus est, vt ad gloriam perueniat. Et ideò gratia, secundùm quod causat in nobis primum effectum, vocatur præueniens respectu secundi effectus: & prout causat in nobis secundum, vocatur subsequens respectu primi effectus. Et sicut vnus effectus est posterior vno effectu, & prior alio: ita gratia potest dici præueniens, & subsequens secundùm eundem effectum respectu diuersorum. Et hoc est, quod Augustinus dicit *in lib. de natura & gratia*: Præuenit, vt sanemur; subsequitur, vt sanati vegetemur: præuenit, vt vocemur; subsequitur, vt glorificemur. *Hinc ad illud Ephes.* 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus; *docemur*, quòd ad justificationem B impij duo requiruntur, scilicet liberum arbitrium cooperans ad resurgendum, & ipsa gratia. Et certè hoc ipsum habet liberum arbitrium à gratia præueniente, & posteà meritoriè operari à gratia subsequente. *Potest hæc vtraque gratia & per stellam Magorum exponi* (per istam C stellam intelligere possumus gratiam Dei) *de qua dicitur Matth.* 2. quòd antecedebat eos, *vt præuenientem gratiam innueret*: *& quod* staret supra vbi erat puer, *quem* procidentes adorauerunt, *vt subsequentem signaret*. *Quadrupliciter autem possumus præuenientem gratiam & subsequentem distinguere*, Vno modo D vt gratia præueniens dicatur, qua justificatur impius: subsequens verò, secundùm quam justificatus operatur. Secundo, vt præueniens dicatur, secundùm quam aliquis rectè vult: subsequens verò, secundùm quam, rectam voluntatem in exteriori opere consequitur. Tertio, vt gratia præueniens ad omnia hæc referatur: subsequens verò ad perseuerantiam in prædictis. Quarto, vt gratia præueniens ad totum statum meriti referatur: gratia verò subsequens ad præmium: *nam & gloria gratia dicitur consummata, vt visum est*. *Præfatam verò de vtraque præmissa gratiæ diuisione doctrinam elucidat Author, & exponit ad ea Apostoli verba* 2. Cor. 6. *cum ait*: Exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis &c. *Quo loci*: Sciendum *inquit* quòd Dominus E dicitur facere nobis gratiam vel exaudiendo nos in petitionibus nostris, vel juuando in operationibus: sed exaudit, vt percipiamus quod petimus: adjuuat, vt perficiamus quod operamur. Et hæc duplex est gratia, præueniens scilicet, & cooperans; vel subsequens, quæ quidem necessaria est nobis ad obtinendum. Et primò gratiam præuenientem optare debemus, vt simus accepti à Deo,

A 1. p. q. 111. a. 3. c. Hom. 2. d. 26. q. 1. a. 4. & in alio a. 5. c. & ad 5. Ver. 27. 5. ad 6. Serm. de S. Franc.

Gratia præueniens & subsequens.

Quinque gratiæ effectus.

B Ephes. 5. l. 5. ibi.

Signatur in stella Magorum.

C Matth. 2. lit. ... stella.

Quadruplex præuenientis, & subsequentis gratiæ distinctio.

D Ver. 27. S. ad 6.

De vtraque gratiæ diuisione Apostolus 2. Cor. 6.

E 2. Cor. 6. lit.

Digitized by Google

Deo, Psal. 31. *Pro hac orabit ad te omnis sanctus.* Et quantùm ad hoc dicit, *tempore accepto*, idest acceptionis & gratificationis; hoc enim tempore accepto fit, quod gratis fit, Rom. 4. *Beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert justitiam &c.* Igitur *tempore accepto exaudiui te*; idest, acceptaui te. Vel *tempore accepto*, idest in tempore gratiæ. Et hoc modo gratia præueniens dicitur illa, per quam liberamur à peccatis: gratia verò subsequens dicitur, per quam virtutes nobis ex perseuerantia in bono conferuntur. Secundò necessaria est nobis gratia cooperans: & hanc petebat Dauid Psal. 22. *Et misericordia tua subsequetur me:* (aliàs F petiuit, vt præueniat, Psalm. 58. *Misericordia ejus præueniet me*: hìc, quòd subsequatur. Et vtraque est necessaria: præueniens, quæ inspirat animum; subsequens, quæ juuat, vt efficiatur:) Et quantùm ad hoc dicit; *In die salutis adjuui te.* Tempus enim ante Christum non fuit dies, sed nox, Rom. 13. *Nox præcessit &c.* Sed tempus Christi dicitur dies; & non solùm dies, sed *dies salutis*. Ante enim non erat salus, quia nullus ad finem salutis perueniebat, scilicet ad visionem Dei: sed modò, quando jam nata est salus in Mundo, homines salutem consequuntur, Philip. 2. *Vestram salutem operamini.* Et hoc fit auxilio gratiæ cooperantis, qua per nostra opera peruenimus ad vitam æternam. Vnde & subdit Apostolus: *Ecce nunc tempus acceptabile*, idest gratificationis, per quam exaudimur à Deo: *ecce nunc dies salutis*, in quo scilicet adjuti gratia cooperante possumus operari ad consequendum salutem æternam, ad Galat. 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum.*

F Ps. 23. fi.

¶ *Et hanc quidem æternam* salutem G ex nobis ipsis consequi non possumus, nisi præuenti à gratia præueniente, secundùm illud Thren. vlt. *Converte nos Domine ad te, & conuertemur.* Ipse ergo priùs petit, Ioan. 4. *Mulier, da mihi bibere*: quia per præuenientem gratiam nos petere facit. *Siquidem petenda gratia est, per quam consequamur & gloriam: & hoc per motum liberi arbitrij, exemplo prodigi filij Luc. 15.* Surgam & ibo ad Patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in Cœlum, & coram te: jam non sum dignus vocari filius tuus: *nisi talem per gratiam tuam me reddideris. Quò facit illud Domini* Ioan. 4. cit. *ad eandem mulierem Samaritanam*: Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, *da mihi bibere*, tu forsitan petijsses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. *Vbi considerat Author, quòd* duplex H est aqua, scilicet viua, & non viua. Non viua quidem est, quæ non continuatur suo principio, vnde scaturit: sed collecta de pluuia seu aliunde, in lacunas & cisternas à suo principio separata seruatur. Viua autem aqua est, quæ suo principio continuatur, & effluit. Secundùm hoc ergo gratia Spiritus Sancti rectè dicitur aqua viua, quia ita datur homini, quòd tamen ipse fons gratiæ datur, scilicet Spiritus Sanctus; nam ipse Spiritus Sanctus est fons indeficiens, à quo omnia dona gratiarum effluunt, 1. Cor. 13. *Hæc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus.* Et inde est, quòd si aliquis donum Spiritus Sancti habeat, & non Spiritum, aqua non continuatur suo principio, & ideò est mortua, & non viua, Iac. 2. *Fides sine operibus mortua est.* Sic ergo patet, quid per aquam intelligatur. Sed consequenter ostenditur, quòd ad habendum aquam viuam, idest gratiam, in adultis per desiderium peruenitur, idest per petitionem, Psal. 9. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus*: quia absque petitione & desiderio non datur alicui gratia. Vnde dicimus, quòd in justificatione impij requiritur liberum arbitrium ad detestandum peccata, & ad desiderandum gratiam, secundùm illud Matth. 7. *Petite, & dabitur vobis.* In tantum enim requiritur desiderium, quòd etiam ipse Filius ad petendam inducitur

G Ioan. 4. l. 4. lit. h. sub init.

Gratia à Deo petenda.

H Ibid. l. 2. lit. f.

Aqua viua dicitur.

Differentia inter aquam viuam, & non viuam.

Sine desiderio & petitione gratiæ nō datur gratia.

Psal. 2. *Postula à me, & dabo tibi.* Vnde nec aliquis contradicens gratiæ eam recipit, nisi priùs reducatur ad desiderium gratiæ: sicut patet in Paulo, qui antequam gratiam reciperet, reductus est ad desiderium gratiæ, dicens: *Domine, quid me vis facere?* Act. 9. Et inde est, quòd signanter dicitur: *Tu forsitan petijsses ab eo.* Et dicit, *forsitan*, propter liberum arbitrium, quo homo aliquando desiderat & petit gratiam, aliquando non. *Vnde & post pauca subijcitur mulieris petitio:* Domine, da mihi hanc aquam, *videlicet gratiam.* (*Vbi per transennam* notandum I quòd mulier ista in exordio collationis mutuæ Christum non vocauit Dominum, sed simpliciter Iudæum, dicens: *Quomodo tu, Iudæus cum sis &c.* hìc verò statim cum audit, eum fore sibi vtilem, & aquam dare posse, Dominum eum vocat. Quia enim hoc carnaliter intelligebat, & duplici corporali necessitate tenebatur, sitis, scilicet & laboris, veniendo ad puteum & portando; ideò aquam petens, hæc duo allegat, quoad primum dicens: *vt non sitiam*; quoad secundum: *neque veniam huc haurire.* Non omnis verò qui dicit mihi, *Domine Domine*, intrabit in regnum Cœlorum: *siquidem deuotio hæc, & obsequium aliquorum, non est propter salutem æternam, sed ob temporalia duntaxat, sibique vtilia: pro quibus indigent quispiam, aut temporalium cupidus, vel plebejum homunculum, dominum vocare non refugit.*) *Desideranda inquam est diuina gratia atque petenda. Idcircò duos cæcos illos* Matth. 20. *Dominus sanaturus, priùs de voluntate eorum & desiderio mysticè quærit:* Quid vultis vt faciam nob s? *Quandoquidem* non petit L vt ipse sciret: sed vt daret intelligere, quòd piè petentibus satisfacit, Psalm. 144. *Voluntatem timentium se faciet.* Sequitur: *Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi nostri*: hoc enim, justum est, vt quilibet peccator petat, *ad recipiendum videlicet gratiæ lumen. His cohæret quod habetur* Ioann. 5. *de languido: quem pariter Dominus rogat:* Vis sanus fieri? *Nimirùm*, vt excitet M desiderium infirmi. Excitat autem desiderium, quia stabiliùs tenetur quod cum desiderio percipitur, & faciliùs acquiritur nobis, Matth. 7. *Pulsate* per desiderium, *& aperietur vobis.*

Mysticè innuitur ad gratiam motus liberi arbitrij.

I Ibid. lit. a.

Honoramus libenter, etiam viles homines, quos viles nobis fore putamus.

L Matth. 20. fi. illi.

M Ioan. 5. l. 1. lit. e.

¶ *Profectò hic ad cooperandum liberi arbitrij motus satis innuitur & Ioann. 1. cum dicitur:* Dedit eis potestatem filios Dei fieri &c. *Etenim* in datione N gratiæ requiritur in homine adulto ad justificationem suam consensus per motum liberi arbitrij: vnde quia in potestate hominis est, vt consentiat, & non consentiat, *dedit eis potestatem.* Dedit autem hanc potestatem suscipiendi gratiam dupliciter, præparando, & hominibus proponendo. Sicut enim qui facit librum, & proponit homini ad legendum, dicitur dare potestatem legendi; ita Christus, per quem gratia facta est, dedit nobis *potestatem filios Dei fieri* per gratiæ susceptionem. Sed quia hoc non sufficit, cum etiam liberum arbitrium indigeat ad hoc, quòd moueatur ad susceptionem gratiæ, auxilio gratiæ diuinæ, non quidem habitualis, sed mouentis: ideò dat *potestatem* mouendo liberum arbitrium hominis, vt consentiat ad susceptionem gratiæ, juxta illud Thren. vlt. *Conuerte nos Domine ad te*, mouendo voluntatem nostram ad amorem tuum, *& conuertemur.* Et hoc modo vocatur interior vocatio, de qua dicitur Rom. 8. *Quos vocauit*, interiùs voluntatem instigando ad consentiendum gratiæ, *hos & justificauit*, gratiam infundendo. *Hac de causa in Oratione Dominica dicimus:* Fiat voluntas tua. *Vbi notat Author, quòd* non O dicit, *fac*; nec etiam, *faciamus*, sed *fiat*: quia videlicet ad vitam æternam duo sunt necessaria, scilicet gratia Dei, & voluntas hominis. Et licèt Deus fecerit hominem sine homine: non tamen justificat eum sine illo: *Qui creauit te sine te* (ait Augustinus) *non justifica-*

Motus liberi arbitrij simul cum gratia concurrit.

N Ioan. 1. l. 6. lit. e.

O Op. 7. Petat: Nos sine nobis Deus non justificat.

Digitized by Google

dificabit te finete: quia vult, quòd homo cooperetur. Et ideò non dicit, *faciamus*, ne videretur, quòd nihil faceret gratia Dei: nec dicit, *fac*, ne videretur, quòd nihil faceret voluntas & conatus noster. Sed dicit, *fiat*, scilicet per gratiam Dei, adhibito studio, & conatu nostro. *Ex quo gratia primò & principaliter operatur, liberum arbitrium secundariò. Quò respectum habuit Apostolus Petrus in sua secunda cap. 1. cum ait*: Curam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem &c. *Subinferentes*, idest P Deo principaliter operante (*quasi* sub *illo*) inferentes, & ei cooperantes: in omnibus enim bonis operibus principalis authoritas est gratiæ, secundaria liberi arbitrij, 1. *Cor.* 15. Non ego autem, sed gratia Dei mecum. *Hinc* voluntas nostra Q est omnino pedissequa respectu diuinæ gratiæ, & nullo modo præuia: quia ipsa voluntas bona, quæ gratiam gratum facientem præcedit, ex Deo nobis prouenit, qui gratuita sua voluntate nos ad hoc prouocat vel flagellis, vel aliquo auxilio interiori, aut exteriori. *Neque vllum exinde sequitur humanæ detrimentum libertatis. Nam* velle R nihil aliud est, quàm inclinatio quædam in objectum voluntatis, quod est bonum vniuersale. Inclinare autem in bonum vniuersale, est primi mouentis, cui proportionatur vltimus finis: sicut in rebus humanis, dirigere ad bonum commune, est ejus, qui præest multitudini. *Sed nec vlla hinc deducitur voluntatis coactio: quia* illud S quod mouetur ab altero, dicitur cogi, si moueatur contra inclinationem propriam: sed si moueatur ab alio, quod sibi dat propriam inclinationem, non dicitur cogi: sicut graue, cum mouetur deorsum a generante, non cogitur. Sic igitur Deus mouendo voluntatem non cogit ipsam: quia dat ei propriam inclinationem. Quòd si voluntas ita moueretur ab alio, quòd ex se nullatenus moueretur, opera voluntatis non imputarentur ad meritum, vel demeritum. Sed quia per hoc, quòd mouetur ab alio, non excluditur quin moueatur ex se: ideò per consequens non tollitur ratio meriti, vel demeriti.

Gratia Dei primò & principaliter, liberum arbitrium secundariò operantur.

P 1. Pet. 1. ibi.

Voluntas nostra gratiæ pedissequa.

Q 4. d. 17. 1. 4. q. 3. ad 3.

Neque id cedit in nostræ detrimentum libertatis.

R 1. p. 105. 4. f. c. & 1. 2. 9. 6 & 9 & 0. 1 & 3 cont G à cap 88. Ma 3. 3. Ver 22. 9. In 2. d 15. 2. 3 & alibi.

Non tamen voluntas dicitur cogi.

S 1. p. loc. cit. ad 1 & 3. Ver. 22. 8.

I *Verumtamen, & post habitam gratiam, nobis ad proficiendum in ea, & ad ejus augmentum, cooperandum est. Vnde Matth. 1. postquam dictum est, quòd* Mathan, *qui interpretatur* adiutorium Dei, *genuit* Iacob, *qui interpretatur* luctator *per quem notatur, vt vidimus, ad gratiam cooperatio*: hunc (*scilicet* Iacob, *inquit Author*) sequitur T *Ioseph*, idest *augmentum*, quia per gratiam, & liberi arbitrij conatum venit homo ad augmentum, *susceptæ videlicet gratiæ*, Prou. 4. Iustorum semita, quasi lux splendens, procedit & crescit vsque ad perfectam diem. *Vnde Apostolus* 2. *Cor.* 6. Exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. *Quasi dicat*: ne V receptio gratiæ sit vobis inutilis & vacua. Quod tunc contingit, quando ex perceptione gratiæ quis non sentit fructum. Qui quidem, duplex est, scilicet remissio peccatorum, Is. 27. *Iste omnis fructus, vt auferatur peccatum*: & vt homo justè viuendo perueniat ad gloriam cœlestem, Rom. 6. *Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.* Ideò *exhortamur*, quòd paretis vos ad fructuose percipiendam gratiam, quæ vobis collata est, vel parata. *Et quidem, si collata est, ad eam augendam in virtutum profectu, & operibus meritorijs vitæ æternæ. Quo sensu dicebat Dominus ad Apostolos Ioan.* 14. Si diligitis me, mandata mea seruate; & ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis. *Quandoquidem* hoc est X in donis Dei, vt qui bene vtitur dono sibi concesso, amplioris gratiæ & doni acceptionem mereatur: & qui male vtitur, hoc ipsum, quod accepit, auferatur ab eo. Nam, vt legitur *Matth.* 25. seruo pigro ablatum est talentum, quod acceperat à domino suo: quia non bene vsus eo fuit, & datum est ei, qui acceperat quinque, cum quibus lucratus fuerat alia quinque. Sic ergo est & de dono Spiritus Sancti. Nullus enim potest Deum diligere, nisi habeat Spiritum Sanctum: non enim nos præuenimus gratiam Dei, sed ipsa præuenit nos, vt dicitur 1. Ioann. 3. *Ipse prior dilexit nos.* Et ideò Apostoli primò quidem receperunt Spiritum Sanctum, vt diligerent Deum, & obedirent mandatis ejus: sed necesse erat, ad hoc vt ampliori plenitudine Spiritum Sanctum reciperent, quòd bene vterentur, diligendo & obediendo, dono Spiritus Sancti priùs accepto. Et secundùm hoc est sensus: *Si diligitis me* per Spiritum Sanctum, quem habetis, & obeditis mandatis meis: recipietis Spiritum Sanctum, quem habetis, in ampliori plenitudine. *De bono hoc diuinæ gratiæ vsu monebat Dominus Ioann.* 12. Ambulate, dum lucem habetis: *idest*, dum Y vobiscum sum (*per lumen gratiæ*) proficite, Psal. 83. *Ibunt de virtute in virtutem*; & satagite sic me habere, vt nunquam perdatis *propter ingruentes tenebras culpæ*, vt non vos tenebræ comprehendant: *comprehenduntur enim non rarò tenebris culpæ qui data gratia non bene vtuntur. Et ad illud Ioan.* 9. Me oportet operari &c. donec dies est: *Oportet* Z *operari* (subjicit Author) *donec dies est*. Dies quidem materialis ex præsentia Solis super terram causatur. Sol autem justitiæ est Christus, Malach. 3. *Vobis timentibus nomen meum orietur Sol justitiæ.* Quandiu ergo Sol iste nobis præsens est, opera Dei fieri possunt in nobis, erga nos, & à nobis. Præsens autem fuit nobis aliquando quidem corporali præsentia: & tunc dies erat, Psal. 108. *Hæc dies quam fecit Dominus &c.* Et ideo oportet operari opera Dei. Est etiam nobis præsens per gratiam: & tunc est dies gratiæ, in *quo scilicet* oportet operari opera Dei, donec dies est, Rom. 13. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit*: *abjiciamus ergo opera tenebrarum &c.* Operari *autem* opera Dei *nihil aliud est, quàm habita gratia bene vti, & in ea proficere. Huc facit & quod legitur* Ioann. 21. *vbi de discipulis dicitur, quòd* vt descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Et dixit eis Iesus: Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. *Quo loci Author*: Si hoc A conuiuium, *inquit*, sumatur pro conuiuio morali, sic Christus ad conuiuium animæ præparat primùm prunas charitatis, Roman. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris &c.* & Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram.* Item piscem, idest fidem absconditam, cum sit de non apparentibus, *Hebr.* 11. (piscis enim B proprietas est, latere sub aquis.) Item panem, idest solidam doctrinam, Hebr. 6. *Perfectorum autem est solidus cibus.* Ad quod conuiuium ex parte nostra requiritur, vt bene vtamur gratiâ nobis concessâ, 1. Corinth. 15. *Gratia ejus in me vacua non fuit*; vnde præcipit: *afferte de piscibus*; idest, portetis vestra bona opera: *bene nimirùm vtendo gratia à me vobis data*, *Hebr.* 12. Contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei; & 1. *Tim.* 4. Noli negligere gratiam, quæ in te est. *Hinc* Ioan. 4. *de regulo illo, cui Dominus dixerat*: Vade, filius tuus viuit; *legimus*: Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus; & ibat: *Siquidem* oportet C nos proficiendo ire: quia qui stat, exponit se periculo, vt vitam gratiæ conseruare non possit. In via enim Dei non proficere, deficere est. *Ita & Apostolus gratia sibi data bene vsus est, qui idcircò dicebat*: Gratia ejus in me vacua non fuit, 1. *Corinth.* 15. Vbi D ostendit, quomodo vsus sit gratiâ istâ, quia ad bonum; & ideò dicit: *in me vacua non fuit*, idest otiosa, quia eâ vsus est ad id, ad quod data est sibi. *Siquidem* Deus E non dat gratiam homini, nisi vt vtatur illâ. Et ideò, quando quis per negligentiam gratia sibi data non vtitur, Deus aufert ei: vt patet de talento *Luc.* 19. Auferte ab illo mnam, & date

Habita gratia, bene vtendum est ad profectum.

T Matth. 1. lit. d. ibi.

V 2. Cor. 6 l. 1. Ps. 8 lit. a fi. & Ioan 5 l. 1. lit. a. ibi, tollit.

X Ioan 14. l. 4. lit a.

Qui bene vtitur dono Dei, amplioris acceptionem meretur.

Y Ioa. 12. l. 6. lit. c.

Z Ioan. 9. l. 1. lit. d.

A Ioan. 21 l. 2. lit c. subinit.

Fides per piscem significatur.

B Ibid. lit. & ibi, piscem.

C Ioann. 4. l 7. lit. e.

In via Dei non proficere, deficere est.

D 1 Cor 15. l. 1. circ fi.

Gratia non bene vtenti Deus aufert.

E Ps. 32. lit a. fi.

In vanum gratiam recipit qui ea ad peccata vitanda, & gloriam adipiſcendam non vtitur.

date illi, qui decem mnas habet. *Hic autem bonus vſus nonniſi ad cauenda peccata eſt, & ad gloriam adipiſcendam. Ex quo bene ajebat initio Author:* Quicunque F gratia percepta non vtitur ad vitandum peccata, & conſequendum vitam æternam, hic gratiam Dei in vanum recipit. *De gratiæ habitæ augmento vide plura* G. *Verùm bonus* ipſe H vſus gratiæ eſt à Deo. Nec propter hoc ſuperfluit habitus gratiæ: ſicut nec ſuperfluunt formæ naturales, quamuis Deus in omnibus operetur; vt enim dicitur Sap. 8. *Ipſe diſponit omnia ſuauiter:* quia ſcilicet per ſuas formas omnia inclinantur quaſi ſponte in id, ad quod ordinantur à Deo.

F 2. Cor. 6. l. 1.
G In 1. d. 17. q. 2. & 4. & in 2. d. 27. 1. 5. ad 2. & 2. 2. 24. 6. & 7.

Bonus gratiæ vſus à Deo: nec ſuperfluit idcircò habitus gratiæ.

H Ad Rom. 9. l. 2. ibi, miſerebor.

Gratia Dei ingratè non abijcienda.

I Galat. 2. l. 6. ibi.

11 *Non abijciamus ergo Dei gratiam, liberaliſſimè largienti Deo ingrati: quod ajebat Paulus ad Galat. 2.* Non abijcio gratiam Dei: *Quaſi diceret:* Ex quo I tantam gratiam recepi à Deo, *& ego viuo in fide Filij Dei, non abijcio gratiam* Filij *Dei*; ideſt, non repudio, nec ingratum me exhibeo. Vnde & alia litera habet: Non ſum ingratus gratiæ Dei. *Concludit idcircò* 1. *Cor.* 10. Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. *Quibus verbis*, notat L multitudinem cadentium, cum dicit, *itaque qui:* incertitudinem ſtantium, cum ſubdit, *ſe exiſtimat ſtare:* neceſſitatem cautelæ, cum dicit, *videat:* facilitatem ruinæ, cum dicit, *ne cadat.* Quaſi dicat: Ex horum conſideratione, *qui exiſtimat* aliqua conjecturatione *ſe ſtare*, ideſt quòd ſit in gratia & charitate, *videat* diligenti attentione, *ne cadat* peccando, vel alios faciendo peccare; Epheſ. 5. *Videte, quomodo cautè ambuletis.* Et notandum (*poſt pauca*) quòd ad caſum impellunt nos *Primò* debilitas virium, ſicut cadunt pueri, decrepiti, infirmi, Iſ. 40. *Deficient pueri, & iuuenes in infirmitate cadent:* quod contingit per tepiditatem benè operandi, & inſtabilitatem. *Secundò* onus peccatorum, ſicut cadunt aſini ſub onere nimio, Pſal. 35. *Ceciderunt qui operantur iniquitatem:* quod contingit per negligentiam pœnitendi. *Tertiò* multitudo trahentium, ſicut arbor vel domus, multis trahentibus, deorſum cadit, 1. Cor. 10. *Neque fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt: & ceciderunt vna die viginti tria millia:* quod contingit per impulſum hoſtium. *Quartò* lubricitas viarum, ſicut incauti cadunt in lubrico, Eccli. 28. *Attende, ne fortè labaris in lingua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem:* quod contingit per incautam cuſtodiam ſenſuum. *Quintò* varietas offendiculorum, ſicut auis capta in medio laqueorum, Pſalm. 19. *Hi in curribus, & hi in equis*; Prou. 24. *Septies cadet iuſtus:* quod contingit per corruptionem creaturarum. *Sextò* ignorantia agendorum, ſicut cæci cadunt de facili, Matth. 15. *Cæcus ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt:* quod contingit per negligentiam addiſcendi neceſſaria. *Septimò* exempla cadentium, ſicut Angeli ad exemplum Luciferi, Pſal. 90. *Cadent à latere tuo mille &c.* Prou. 15. *Fons turbatus pede, & vena corrupta, iuſtus cadens coram impio:* quod contingit per imitationem malorum. *Octauò* ponderoſitas corporum: *Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam*, Sap. 9. ſicut lapis in collo natantis, Iob 14. *Mons cadens defluit:* quod contingit per carnis fomentum ſuperfluum. *Quocirca docemur, quòd quamuis aliqui*, impugnationem M minùs ſentientes, jam quaſi ſecuriùs intendant ad profectum: ex vna tamen parte faciant opus, & ex alia parte habeant manum ad gladium oportet, vt dicitur de ædificatoribus Ieruſalem 2. *Eſdr.* 4. Ædificantium in muro, & portantium onera, & imponentium, vna manu ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium: ædificantium enim vnuſquiſque gladio erat accinctus renes: *ad triplicem videlicet arcendum hoſtem impugnantem, Mundum, Carnem, & Diabolum præſertim: à quo recedentes, gratiam inuenimus; ad quem accedentes, amittimus. Dei enim gratia idcircò ſtellæ Magorum comparatur:* Per iſtam N ſtellam intelligere poſſumus gratiam Dei: quam amittimus, cum ad Herodem, ideſt diabolum, accedimus, Epheſ. 5. *Eratis aliquando tenebræ &c.* Cum verò ab Herode, ideſt diabolo, recedimus, Chriſti gratiam inuenimus. *Propterea orandus eſt Deus, vt qui gratiam non habet, illam ejus auxilio recipiat: neque enim ſcire poſſumus, an pœnitentiam noſtram recipiet, vt habetur* Ion. 3. *de pœnitentia Niniuitarum:* Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus? *Et Ioel.* 3. Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionem? *nam de hoc valdè timendum. Qui verò gratiam habet, oret, vt augeatur, & ea proficiat.* Hoc oro (*dicebat Apoſtolus Philipp.* 1.) vt charitas veſtra magis ac magis abundet &c. *Siquidem* affectus O interior perficitur per charitatem: & ideò non habenti charitatem optandum eſt, vt habeat: habenti verò, vt perficiatur. (*Sine gratia autem charitas non habetur.*) Pro augmento verò charitatis *& gratiæ* orandus eſt Deus; quia ſolus Deus hoc in nobis operatur, 2. Cor. 9. *Potens eſt autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum &c.* Et hoc neceſſarium eſt vt petamus & nos: quia, vt dicitur Matth. 5. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in Regnum Cœlorum. DISCE habitam gratiam non negligere, ſed ad profectum tuum bene vti.*

Qui ſtat in gratia, videat ne cadat per peccatum.

L 1. Cor. 10. l. 3. ibi & ſi. lect. & Serm. 2. ex Ep. Domin. 11. poſt Pent.

Hunc ad caſum multa impellunt.

M 2. 2. 24. 9. ad 2.

Vigilandum, ne expugnemur ab hoſtibus.

N Matth. 2. lit. c. ibi, ecce ſtella.

Gratia Dei ſtellæ Magorum cur comparata.

Qui gratiam non habet, Deum oret, vt habeat; qui habet, vt in ea proficiat.

O Philip. 1. l. 2. ibi.

VIII. Gratia habet in nobis diuerſos effectus ordinatos. Primum enim, quod facit, eſt hoc, quòd dat eſſe quoddam diuinum. Secundus autem effectus eſt opus meritorium, quod ſine gratia eſſe non poteſt. Tertius effectus eſt præmium meriti, ſcilicet ipſa vita beata, ad quam per gratiam peruenitur. *In 2. d. 26. 1. 5. initio c.*

2 D*iuina gratia, vt vidimus, præcipuus eſt diuinæ effectus dilectionis; non cujuſcunque: nam &* diligere P omnes creaturas dicitur, ſecundùm quod bonum naturæ omnibus tradit: ſed illa eſt ſimpliciter & perfecta dilectio, quaſi amicitiæ ſimilis, qua non tantum diligit creaturam, ſicut artifex opus, ſed etiam quadam amicabili ſocietate, ſicut amicus amicum, in quantùm trahit eas in ſocietatem ſuæ fruitionis, vt in hoc earum ſit gloria & beatitudo, quo Deus beatus eſt. Et hæc eſt dilectio, qua Sanctos diligit, quæ antonomaſicè dilectio dicitur: & ideò etiam effectus hujuſmodi dilectionis antonomaſicè gratia vocatur: quamuis & omnes naturales bonitates gratiæ dici poſſunt, quia gratis à Deo dantur. *Ex quo* gratia Q confert animæ perfectionem in quodam diuino eſſe (& non ſolùm reſpectu operis) ſecundùm quod quodammodo gratiam habentes, Deiformes conſtituuntur, propter quod ſicut filij, Deo grati dicuntur. *Hinc fidei, ſpei, & charitatis, per quas vnimur Deo, radix eſt gratia. Quin & has in nobis virtutes ſola gratia cauſat (de quo vide* R.) *præſertim charitatem, quæ nos hic & in Patria Deo conjungit: vnde &* effectus S diuinæ gratiæ multiplicantur ſecundùm multiplicationem deſiderij & dilectionis, ſecundùm illud Luc. 7. *Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multùm.* Sunt autem (*vt & ſuperiùs tactum eſt*) quinque T effectus gratiæ in nobis. Quorum primus eſt, vt anima ſanetur: ſecundus vt bonum velit: tertius eſt, vt bonum, quod vult, efficaciter operetur: quartus eſt, vt in bono perſeueret: quintus eſt, vt ad gloriam perueniat: *quos quidem ad tres ſolummodo in princi-*

Gratia, præcipuus diuinæ dilectionis effectus.

P 1. d. 26. 1. 1. ad 2.

Q Ibid. a. 4. ad 3. & 2. & d. 17. 1. 5. ad 3. Ver. 8. 2. ad 15.

Gratiã habentes, deiformes.

Gratia cauſat in nobis fidẽ, ſpem, & charitatem.

R 3. con. Gen. cap. 151. 152. 153.

S De diu. Nom. c. 4. l. 4. ibi, ſuperfulget.

Effectus diuinæ gratiæ multiplicantur ſecundùm multiplicitatem dilectionis.

T 1. 2. 111. 3. c. Serm. de S. Franc.

Quinque gratiæ effectus in nobis.

Digitized by Google

pali sententia Author redacit. Duo immò, tanquam omnium radices, à lumine gratiæ deriuantur: qui sunt V illuminatio intellectus, & inflammatio affectus: *vnde* gratiæ X lumen & intellectum dirigit, & affectum mouet. *Et hinc est, quòd habens gratiam, non modicum fructum facit, Ioan.15.* Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. *Qui manet in me* credendo Y obediendo, perseuerando; *& ego in eo* illuminando, subueniendo, perseuerantiam dando: *hic*, & non alius, *fert fructum multum.* Fert inquam triplicem fructum in vita ista. Primus est, abstinere à peccatis, Is.26. *Iste omnis fructus, vt auferatur peccatum.* Secundus est, vacare operibus sanctitatis, Rom.6. *Habetis fructum vestrum in sanctificationem.* Tertius fructus est, vacare ædificationi aliorum, Psal.103. *De fructu operum tuorum satiabitur terra.* Fert etiam quartum fructum in vita æterna, Ioan.4. *Congregat fructum in vitam æternam.* Hic est vltimus & perfectus fructus laborum nostrorum, *Sap.3.* Bonorum laborum gloriosus est fructus. *Præcipuus verò & proprius diuinæ gratiæ effectus, quo potissimùm indigent peccatores, est tollere auersionem à Deo.* Nam in peccato Z est duo considerare, scilicet conuersionem, & auersionem. Secundùm conuersionem quidem peccata ab inuicem distinguuntur: sed in auersione sunt connexa, in quantùm homo per quodlibet peccatum mortale à bono incommutabili auertitur. Peccatis igitur ex parte conuersionis opponuntur virtutes: & sic diuersa peccata diuersis virtutibus expelluntur, sicut diuersæ ignorantiæ diuersis scientijs. Ex parte verò auersionis omnia remittuntur per vnum, quod est gratia. *Ex quo gratia, manus dicitur Dei, sustinens iustum, ne cadat; vel, si cadit, ne collidatur, Psalm.117.* Impulsus euersus sum, vt caderem: & Dominus suscepit me. *Et clariùs Psal.36.* Cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam. *Quod tripliciter potest exponi.* Primò A de casu temporalis aduersitatis, 2. Reg.1. *Quomodo ceciderunt fortes? nolite annunciare in Geth &c.* Et, si sic iustus cadit, non colliditur, quia patienter sustinet, Iac.1. *Patientia opus perfectum habet.* Sed peccator sic cadens, colliditur: quia impatiens est. Secundò de casu venialis peccati: quia nullus est, qui tale peccatum aliquando non committat, Iac.3. *In multis offendimus omnes.* Et sic sensus est: *Si ceciderit,* hoc casu *non collidetur,* vt mortaliter peccet; vnde dicitur Prou.24. *Septies cadet iustus, & resurget.* Tertiò si referatur ad casum peccati mortalis, quo aliquando iustus cadit, vt Dauid per adulterium & homicidium, & sicut Petrus negando Christum: sic peccatores ex casu colliduntur, dum desperati nolunt ad pœnitentiam redire; vnde Ephes.4. dicitur: *Desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ &c.* & 2. Cor.12. *Lugeam multos ex ijs, qui ante peccauerunt; & non egerunt pœnitentiam.* Sed iustus non colliditur per desperationem, sed ad pœnitentiam redit, vnde & Dauid dixit: *Peccaui Domino*; & dictum est ei 2. Reg.12. *Dominus transtulit peccatum tuum.* Item Petrus *fleuit amarè: (ex quo Bernardus:* Sopita *inquit* fuit in eo charitas, non extincta: *hoc videlicet sensu,* quia B citò resurrexit: ea enim, quæ parùm distant, quasi nihil distare videntur, *Mich.7.* Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi: consurgam; cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est.) Ratio autem, quòd non colliditur, est: *quia Dominus supponit manum suam,* manum scilicet gratiæ confortantis eum, Ezech.3. *Manus Domini erat mecum confortans me;* Psal.138. *Et tenebit me dextera tua:* item Psal.17. *Et dextera sua suscepit me,* idest C fauor gratiæ tuæ. *Nec perperàm gratia manus dicitur Dei, & dextera: nam* per manus D Dei intelligitur potentia Dei operatiua; & hæc est quædam dextera, quæ exaltat bonos in spiritualibus bonis (*quod fit per gratiam*) Prouerb.3. *Longitudo dierum in dextera ejus:* sinistra est, quæ punit malos, & largitur temporalia, *in sinistra illius diuitiæ,* Ibidem. *Sicut enim Dei sinistra ejus justitiam significat: ita dextera misericordiam, ex qua sola suam nobis gratiam confert, ad Tit.3.* Secundùm suam misericordiam saluos nos fecit, *vnde & à dextris electi, à sinistris Christi judicis, reprobi statuentur, vt dicitur* Matth.25.

Illuminat intellectum, & inflammat affectum: illum dirigens, illum mouens.

V 1. p.43. 5 ad 3.

X 4 d.18. 1.2. q.3. ad 2.

Multipliciter fructificat.

Y Ioan.15.l.1. lit. c. Serm. 2. ex Ep. Dom.17. post Pent.

Z Ver. 27. 5. ad 6.

Tollit auersionem à Deo.

Peccata ex parte conuersionis per virtutes expelluntur: ex parte auersionis tolluntur per solam gratiam.

A Ps.36.lit.a.

Gratia, manus Dei, sustinens justum, ne cadat: vel, si cadit, ne collidatur.

B Vit.2.6. ad 2. & 3. 2. 24. 12. ad 2.

C Psal.17.lit. x.

Duplex manus Dei.

D Ps.20.lit.f. & Ps.47.lit.e.

y. *Denique per gratiam, deposita peccati vetustate, renouatur homo, Psal.102.* Renouabitur vt aquilæ juuentus tua. *Et quidem* vita E peccati vetustatem habet, quia in corruptionem nos ducit, Hebr.8. *Quod antiquatur & senescit, prope interitum est;* & Bar.3. *Inueterasti in terra aliena, deputatus es cum descendentibus in Infernum.* Vnde & nouitas vitæ dicitur, per quam aliquis redit ad integritatem, vt scilicet sit sine peccato (*quod quidem per solam gratiam fit*) Ephes.4. *Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est:* à Deo F scilicet in originali justitia, idest in sui nouitate. Vel recreatus noua creatione, vt esset justus, Ephes.2. *Creati in Christo Iesu in operibus bonis.* Vbi aduertendum (*paulò ante*) quòd sicut vniuscujusque rei primum vetustatis principium fuit Adam, per quem peccatum in omnes intrauit: ita principium primum nouitatis & renouationis Christus est: quia *sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes viuificabuntur,* 1. Cor.15. Vnde ad Galat. vlt. *In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura.* Creati namque G & producti sumus in esse naturæ per Adam; sed illa quidem creatura, vetusta jam erat, & inueterata; & ideò Dominus producens nos & constituens in esse gratiæ, fecit quandam nouam creaturam. Et dicitur *noua,* quia per eam renouamur in vitam nouam, & per Spiritum Sanctum, Ps.103. *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur; & renouabis faciem terræ.* Creatura *autem dicitur, quia* creare H est aliquid ex nihilo facere: vnde quando aliquis justificatur sine meritis præcedentibus, potest dici creatus, quasi ex nihilo factus. Hæc autem actio, scilicet creatio justitiæ, fit virtute Christi Spiritum Sanctum dantis. *Qui quidem ob talem, quam facit, creationem siue renouationem,* Ezech. 11. & 36. *dicitur idcircò Spiritus nouus:* Dabo eis cor vnum, & *Spiritum nouum* tribuam in visceribus eorum. *Siquidem* Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, *ad Rom.5.* Spiritum Sanctum *autem,* qui I est amor Patris & Filij, dari nobis, est nos adduci ad participationem amoris, qui est Spiritus Sanctus: à qua quidem participatione efficimur Dei amatores; & hoc, quòd ipsum amamus, signum est, quòd ipse nos amat, *Prou.8.* Ego diligentes me diligo. *Vnde &* per gratiam L inhabitat hominem Spiritus Sanctus: *quinimmò* per gratiam M gratum facientem tota Trinitas inhabitat mentem, secundùm illud Ioan.14. *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Mitti autem personam diuinam ad aliquem per inuisibilem gratiam, significat nouum modum inhabitandi illius personæ, & originem ejus ab alia. Vnde cum tam Filio, quàm Spiritui Sancto conueniat & inhabitare per gratiam, & ab alio esse: vtrique conuenit inuisibiliter mitti. Patri autem licèt conueniat inhabitare per gratiam, non tamen sibi conuenit ab alio esse, & per consequens nec mitti. Et licèt omnia dona, in quantùm dona sunt, attribuantur Spiritui Sancto (quia habet rationem primi doni, secundùm quòd est Amor:) aliqua tamen dona secundùm proprias rationes attribuuntur per quandam appropriationem Filio, scilicet illa, quæ pertinent ad intellectum. Et secundùm illa dona attenditur missio Filij. *Quoniam verò* Spiritui

Per gratiam, deposita vetustate peccati, renouatur homo.

E Rom.6.l.1. ibi, in nouitate. & 2. Cor.4. l.5 ibi, renouatur.

F Ephes.4.l.7. ibi.

G Ad Galat.6. l.4.f.

H Ephes.2.l.3.

Spiritus Sanctus cur dicatur Spiritus nouus.

I Rom.5. l.1. ibi.

L 1.2. 114. 5. ad 3.

Qui per gratiã hominem inhabitat: immo & tota Trinitas.

M 1 p.43 3.c. & ad 1. In 1. d.15 4. a. 1. & 2.

Missio inuisibilis Filij & Spiritus Sancti quid.

Digitized by Google

N 1.p.1.c.a.7. t.& m 1.1.6.

mi Sancto N in quantùm procedit vt Amor, competit esse sanctificationis donum; Filio autem, in quantùm est Spiritus Sancti principium, competit esse sanctificationis authorem: ideò Filius etiam visibiliter missus est tanquam sanctificationis Author, sed Spiritus Sanctus tanquam sanctificationis indicium. *Ex quo ritè* omnis creatura O habens gratiam, sanctificatur: quia missio inuisibilis *ex Augustino* fit ad sanctificandam creaturam. *Præfatos autem omnes diuinæ gratiæ effectus complectitur alibi Author, vbi multiplicem gratiæ vtilitatem assignans*: Prima *inquit* vtilitas P est, quia gratia mundat ab omni peccati macula, Rom.3. *Iustificati gratis per gratiam ipsius &c.* Secundò, quia ab omni miseria liberat, Rom.7. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Iesum Christum.* Tertiò, quia in bono corroborat, Heb.10. *Optimum est gratia stabilire cor.* Quartò, quia mentem illuminat, Iob 25. *Super quem non surget lumen illius?* Quintò, quia mentem delectat; vnde sic describitur: *Gratia est delectatio cordis.* Sextò possessorem suum lætificat, Ps. 103. *Vt exhilaret faciem in oleo (per oleum misericordia significatur: ex Dei autem misericordia gratia confertur:)* vnde glossa ibi: *Gratia est quidam nitor animæ ad conciliandum sanctum amorem.* Septimò, quia ducit hominem ad æternæ vitæ gloriam, Rom.6. *Gratia Dei, vita æterna.*

O 1.p.1.c.a.6. in Sed contra. Habens gratiam, sanctificatur.

P Dom.11. post Pent. Serm.2. ex Epist. Multiplex gratiæ vtilitas.

2 *Cæterùm* me Q habere actuale donum, in quo persona diuina detur, non possum scire certitudinaliter in actu, propter similitudinem actuum moralium ad actus meritorios (etsi possim ex aliquibus signis conijcere) nisi per reuelationem fiat certitudo. Et ideò dicit Iob cap.9. *Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit, non intelligam*: quia certitudinaliter gratia gratum faciens, in qua est aduentus diuinæ personæ (*vt dicebamus*) cognosci non potest, quamuis ipsum donum perceptum, fit in se sufficienter ductiuum in cognitionem aduenientis personæ. *Vnde & Eccle.9. dicitur*: Nescit homo, vtrùm amore, an odio dignus sit. *Igitur* per reuelationem quidem R potest aliquis scire, se habere gratiam: reuelat enim Deus hoc aliquando aliquibus ex speciali priuilegio, vt securitatis gaudium etiam in hac vita in eis incipiat, & confidentiùs & fortiùs magnifica opera prosequantur, & mala præsentis vitæ sustineant, sicut Paulo dictum est 2. Cor.12. *Sufficit tibi gratia mea.* Sed per seipsum, & certitudinaliter, nullus potest scire se habere gratiam. Certitudo enim non potest haberi de aliquo, nisi possit dijudicari per proprium principium: sic enim certitudo habetur de conclusionibus demonstratiuis per indemonstratiua vniuersalia principia. Nullus autem posset scire, se habere scientiam alicujus conclusionis, si principium ignoraret. Principium autem gratiæ, & objectum ejus, est ipse Deus, qui propter sui excellentiam est nobis ignotus, secundùm illud Iob 36. *Ecce Deus magnus, vincens scientiam nostram.* Et ideò ejus præsentia in nobis, & absentia, per certitudinem cognosci non potest; & consequenter non potest homo per certitudinem dijudicare, vtrùm ipse habeat gratiam, secundùm illud 1. Cor.4. *Sed neque me ipsum judico: qui autem judicat me, Dominus est.* Conjecturaliter verò per aliqua signa aliquis cognoscere potest, se habere gratiam, in quantùm scilicet percipit, se delectari in Deo, & contemnere res mundanas, & in quantùm homo non est conscius sibi alicujus peccati mortalis. Secundùm quem modum potest intelligi quod habetur Apoc.2. *Vincenti dabo manna absconditum, quod nemo scit, nisi qui accipit*: quia scilicet ille, qui accipit, per quandam experientiam dulcedinis nouit, quam non expertur ille, qui non accipit. (*Quæ dulcedo exprimitur magis per gaudium; quod quidem quia Dauid per amissionem gratiæ peccando perdiderat, petebat sibi per gratiam restitui Psal.50.* Redde mihi lætitiam salutaris tui. *Nam* gratia S dat jucunditatem: quia qui habet gratiam, habet charitatem: & qui habet charitatem, amat Deum, & habet ipsum: & qui habet quod amat, gaudet: ergo vbi charitas, ibi gaudium, Rom.14. *Non est regnum Dei esca & potus, sed gaudium in Spiritu Sancto*; & ad Galat.5. *Fructus autem Spiritus est Charitas, gaudium &c.* Vltimus enim T finis, quo homo perficitur interiùs, est gaudium, quod procedit ex præsentia rei amatæ: qui habet autem charitatem, jam habet quod amat 1. Ioan.4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*: & ex hoc consurgit gaudium. *Et hinc est, quòd justi in Domino jugiter lætantur: sicut inter cæteros de Sancto Patriarcha* Dominico *legitur, quòd non obstantibus vigilijs, flagellis, alijsque macerationibus spontè propter Deum assumptis*, Vultu erat semper hilari. *Et de S.* Romualdo *pariter habemus, quòd* vultu adeò læto semper erat, vt intuentes exhilararet. *Propter quod respondit & Aaron ad Moysen Leuit.10.* Quomodo potui placere Domino in cæremonijs mente lugubri? *Et hoc est gaudium, quod exprimit anima ob recuperatam gratiam, drachmæ pretiosæ nomine signatam, cum ait Luc.15.* Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram. *Hoc est gaudium, quod & Magi senserunt in visione stellæ, per quam, vt vidimus, gratia Dei mysticè innuebatur*: Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valdè, *Matth.2.*) Ista tamen conjecturalis cognitio, *concludit vbi suprà Author*, imperfecta est. Vnde Apostolus dicit 1. Cor. 4. *Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc justificatus sum*; idest V non sufficit ad hoc, quòd me justum pronunciem: quia possunt aliqua peccata in me latere, quæ ignoro, *secundùm illud Psal.18.* Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me. *Et Iob 9. dicitur*: Si justificare me voluero, os meum condemnabit me; si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea; *quamuis cap.27. illud protulerit*: Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea; *cui consonat illud Pauli*: Nihil mihi conscius sum. *Quòd si Rom.8. illud expressit*: Neque mors neque vita &c. poterit nos separare à charitate Christi: *dici potest, quòd* loquitur X in persona omnium prædestinatorum, de quibus propter certitudinem prædestinationis annunciat, quòd nihil eos à charitate possit separare. Si autem Paulus hoc dicit de se ipso, de hoc certus esse non poterat, nisi per reuelationem, quia dictum est ei: *Sufficit tibi gratia mea*, 2. Cor.12. Nam, quantùm ad possibilitatem arbitrij, ipse alibi dicit 1. *Cor. 9.* Ne fortè, cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. *Neque vrget, quòd 2.* Cor.12. *illud exprimat*: Scio hominem in Christo &c. *Sciendum quippe est, quòd* esse in Christo Y potest intelligi dupliciter. Vno modo per fidem & fidei sacramentum, secundùm illud Apostoli ad Galat. 3. *Quotquot baptizati estis, Christum induistis*, scilicet per fidem & fidei sacramentum. Et hoc modo sciuit se Apostolus in Christo esse. Alio modo dicitur aliquis esse in Christo per charitatem: & hoc modo nullus scit, se esse in Christo certitudinaliter, nisi per quædam experimenta & signa, in quantùm sentit se dispositum & conjunctum in Christo, ita quòd nullo modo, etiam propter mortem, permitteret se separari ab eo. Et hoc de se expertus erat Apostolus, cum dicebat Rom.8. cit. *Quis nos separabit à charitate Christi?* Vnde potuit habere hujusmodi signa, quòd esset in charitate Christi, *& consequenter, quòd gratiam haberet. Distinctiùs verò hæc inhabitantis gratiæ signa alibi* ex Bernardo *ab Authore assignantur.* Primò Z cum quis deuotè verba Dei audit: quia *qui ex Deo est, verba Dei*

Nemo potest certò scire, se habere gratiam.

Q 1.d.15.q.4.1. ad 1. & d.16. q.1.a.1. ad 5. & 6. & d.17.1.4. In 3.d.27.a.1. ad 10. & a.4. q.3. ad 2. In 4. d.9.1.2.q.3. ad 4. & d.21. q.2. ad 2. Ver. q.5. ad 3. & q.10. a.10.

Nisi per reuelationem.

R 1.2.q.112.a.5. c. & 2.Cor.12. l.2. ibi annot. Rom 8. fi. & locis notatis.

Ratio adducitur clara.

Conjecturaliter tamen cognoscere quis potest, se gratiam habere, per aliqua signa.

Gaudium spirituale, signum gratiæ inhabitantis.

S Ps.50. lit.f.

T Galat.5.l.6. ibi.

Iusti semper hilares.

V 1.Cor.4.l.1. ibi. & Iob 9. l.3.ft.

X Rom.8.ft.

Y 2.Cor.12.l. 1. ibi. Esse in Christo, dupliciter potest intelligi.

Z 4.d.31 1.3. q.2.c. Quatuor inhabitatis gratiæ signa.

Digitized by Google

Dei audit, Ioan.8. Secundò, cum quis se promptum ad bene operandum inuenit: quia *probatio dilectionis exhibitio est operis*, vt dicit Gregorius. *Tertiò*, cum quis à peccatis abstinendi in futurum propositum habet. *Quartò*, cum de præteritis dolet: quia in his vera pœnitentia *secundùm Gregorium* consistit. *Igitur* nullus A per se potest scire, *Vtrùm amore an odio dignus sit*: sed potest sibi diuinitus propter aliquam vtilitatem manifestari; & non solùm sibi, sed alijs etiam: quia quod est vni vtile, non est vtile omnibus; vnde non oportet, quòd si vni reueletur, omnibus reueletur. *Et quidem*, quamuis B habere charitatem (*& per consequens gratiam*) sit necessarium ad salutem, non tamen scire se habere charitatem; immò magis expedit nescire communiter: quia per hoc magis solicitudo & habitualitas conseruatur. Quod autem dicitur 1. Io. 2. *Vnctio docet vos de omnibus* necessarijs ad salutem: intelligitur *de omnibus*, quorum cognitio necessaria est ad salutem. *Et hoc quidem, vt in maximo salutis negocio inter metum procedamus & spem*, *Psal.* 2. Seruite Domino in timore; *videlicet*, qui C sanctus permanet, nec sinit peccare: *& exultate ei*, quia timor Domini non est miseriæ, sed gaudij. Sed ne ista lætitia præsumptionem haberet, vel negligentiam, ideò subdit, *cum tremore*, qui est metus subitaneus, Philip.2. *Cum metu & tremore vestram salutem operamini*.

Vera pœnitentia in quo cõsistat.
A 1. d.16.1.1. ad 5.
B Ver. 10. 10. ad 7.
An magis expediat per reuelationem scire se esse in gratia, quam nescire.
C Psal. 2. lit. ibi, & Phil. 2. l.3. ibi.

a *Et ò quam felix, cui datum desuper est, drachmam hanc pretiosissimam reperire!* Luc.15. *cui datum est, thesaurum hunc in agro cordis sui possidere, & hanc inæstimabilem margaritam in sui ærario pectoris custodire!* Matth. 13. *Pro hac quippe comparanda expedit omnia vendere, temporalia cuncta dimittere: pro qua* si dederit homo omnem substantiam domus suæ, quasi nihil despiciet eam, *Cant.*8. *Nam* bonum gratiæ D vnius majus est, quàm bonum naturæ totius Vniuersi. *Vnde & gratiæ dona*, maxima & pretiosa *vocat Apostolus Petrus in sua secunda cap.*1. Per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit. *Tantique in homine valet*, quòd per donum E gratiæ homines mereri possunt tantam gloriam, vt Angelis æquentur secundùm singulos Angelorum gradus: quod est, homines ad ordines Angelorum assumi: *videlicet*, quidam F ad superiores, quidam ad inferiores, quidam ad medios, pro diuersitate suorum meritorum: sed Beata Virgo Maria super omnes. *Nec mirum*, *quòd tanti ad meritum valeat gratia diuina: quia*, si natura G non deficit in necessarijs, multò minùs gratia; *quæ immò ad omnia valet*. *Vnde & Apostolo à Domino dictum est 2. Cor.*12. Sufficit tibi (*ad cuncta nimirum*) gratia mea. *Et quidem* verè H sufficit gratia Dei ad mala vitanda, ad bona facienda, & ad vitam consequendam æternam. *Sufficit inquam ad vitanda mala: quia* gratia I efficacissimum remedium est ad peccatum vitandum: *& omni procul dubio* majus L remedium præbetur contra peccata vitanda ex gratia, quàm ex assuetudine nostrorum operum. *Nam &* minima M gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, & vitare omne peccatum mortale, quod committitur in transgressione mandatorum. *Vnde & docemur, quòd* hoc habet N charitas (*quæ inseparabilis à gratia, immò & ex gratia est*) in quolibet statu, quòd cuilibet tentationi resistere possit, ita scilicet quòd in peccatum mortale per eam homo non inducatur: non autem, quòd nullo modo tentatione afficiatur; hoc enim pertinet ad perfectionem Patriæ: *cum & ipse Christus hic diaboli se tentationi subjecerit. Quòd si quis de nouo eam per pœnitentiam recipiat*, minima O gratia sufficit ad delendum omnia peccata. *Quoad bona verò facienda*, semper P est confugiendum ad adjutricem gratiam, per quam omnia possumus; *vnde Apostolus Philip.*4. Omnia possum in eo, qui me confortat, *per gratiam videlicet suam*. *Et vt omnia vno verbo complectamur*: quicquid Q Christus secundùm quòd homo fecit, & nos facere possumus ex dono Dei, scilicet per donum gratiæ. *Quid plura? Sufficit inquit* gratia Dei ad vitam consequendam æternam. *Etenim*, si loquamur R de opere meritorio, non secundùm quod procedit ex libero arbitrio, sed secundùm quod procedit ex gratia Spiritus Sancti: sic est meritorium vitæ æternæ ex condigno. Sic enim valor meriti attenditur secundùm virtutem Spiritus Sancti mouentis nos in vitam æternam, secundùm illud Ioan.4. *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*. Attenditur etiam pretium operis secundùm dignitatem gratiæ, per quam homo consors factus diuinæ naturæ, adoptatur in filium Dei, cui debetur hereditas ex ipso jure adoptionis, secundùm illud Rom.8. *Si filij, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi*. Vnde & Rom 6. *Gratia Dei, vita æterna*. Quam S certum est non posse haberi, nisi per gratiam: & ideò hoc ipsum, quòd bona operamur, & quòd opus nostrum est dignum vitâ æternâ, est à gratia Dei. *Nota verò quoad opus meritorium (vt & superiùs præmissum est) quòd* potentia naturalis T subministrat substantiam actus, & gratia præbet efficaciam merendi, informando actum: majoris autem perfectionis est forma actus, quàm ipsa substantia ejus. *At de merito fusiùs suo loco*. *Ex quibus omnibus manifestè liquent præcipui tres gratiæ effectus, quos Author initio adduxit: nimirùm* quòd gratia V dat esse quoddam diuinum, opus meritorium, & præmium meriti, quod est ipsa vita beata, ad quam per gratiam peruenitur. *Illud porrò è memoria non excidat*: Quod gratia X semel fecit, perpetuò manet: *quòd si non maneat, ex culpa nostra est*. *Nam* illud Y quod per gratiam Dei conceditur, nunquam absque culpa reuocatur. Vnde dicitur *Rom.*11. *quòd* sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei. *Quod quidem licèt ibi accipiatur ex Authore pro promissione & electione, quæ fit secundùm æternam Dei præscientiam vel prædestinationem*: tamen Z ipsum temporale Dei donum, & temporalis vocatio, non irritatur per mutationem Dei quasi pœnitentis, sed per mutationem hominis, qui gratiam Dei abjicit, secundùm illud Hebr.12. *Contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei*. Gratia *igitur* adoptionis A nunquam perditur sine culpa. *At vide, quid Dominus dicat Luc.*12. Omni autem, cui multum datum est, multum quæretur ab eo. *Caue tandem, ne gratiam, quam habes, per peccatum amittas: veniet enim tempus, quo voles habere, nec poteris*. Siquidem per diuinam B justitiam justè ordinatum est, vt qui noluit stare in gratia dum posset, non possit, etiamsi velit. *DISCE, quantæ Dei sit gratia virtutis, vt vitam nobis conferat sempiternam*. *Vide* Adoptio diuina, Amor Dei, *Tomo I. De gratia Sacramentali fusè V.* Sacramentum.

D 1.2. 113. 9. ad 2.
Gratia, maximum & pretiosum donũ.
E 1. p. 108. 8. c. In 2. d. 9. 1. 8. c.
Per quam homines in gloria etiam ad ordines Angelorum assumuntur: immò B.V. super omnes.
F In 2. loc. cit. fi. c. An. 20. ad 11.
G 2.2. 45. 5. c.
Valet gratia ad omnia.
Sufficit enim ad mala vitanda, ad bona facienda, ad gloriam consequendam.
H 2. Cor. 12. l. 3. ibi.
I 4. d. 20. 1. 2. q. 1. c.
Minima etiam gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ & omne peccatum vitare.
L Ibid. a. 3. q. 1. ad 4.
M 3. p. 70. 4. c. & q. 62. 6. ad 3.
Sicut charitas cuilibet tentationi reluctari.
N Vir. a. 10. ad 4. Io 3. d. 31. 1. 3. c. Op. 7. Per 6. fi.
Sufficit minima gratia ad omnia peccata delenda.
Valet & ad omnia bona facienda.
Per eam possumus quidquid Christus vt homo.
Vitam etiam consequi æternam.
O 2. d. 19. 1. 3. ad 5.
P Serm 2. ex Ep. Domin. 12. post Pent.
Q Ioan. 17 l. 1. lit. d. ibi, dedisti mihi.
R 1. 2. 114. 3. c. & 3. p. 48. 1. c. In 2. d. 27. 1. 3. Rom. 6. fi.
S Ad Rom. loc. cit.
T 2. d. 29. 1. 2. ad 2.
Potentia naturalis ad meritum subministrat substantiam actus: gratia verò efficaciam merendi.
V 2. d. 26. 1. 5. initio c.
X 3. p. 88. 1. ad 4.
Quod gratia semel fecit, perpetuò manet.
Y 3. p. 80. 2. in fi. c.
Z Rom. 11. l. 4. ibi.
Habita gratia sine culpa nõ quam amittitur.
A 3. p. 50. 2. c. In 4. d. 6. exp. text. initio.
B Ver. 28. 2. ad 7.

GRATIA GRATIS DATA.

IX. Gratia gratis data, illa sub se continet, quibus homo indiget ad hoc, quòd alterum instruat in rebus diuinis, quæ sunt supra naturam, 1.2. 111. 4. c.

b GRatia (*vt superiùs prætactum est*) *in prima sui partitione per gratiam diuiditur gratum facientem & gratis datam*. Sicut enim Apostolus C dicit ad Rom.13. *Quæ à Deo sunt, ordinata sunt*. In hoc autem ordo rerum consistit, quòd quædam per alia in Deum reducuntur, vt *Dionysius* dicit in lib. Cœl. Hier. Cum igitur gratia ad hoc ordinetur, vt homo reducatur in Deum, ordine quodam hoc agitur: vt scilicet quidam per alios in Deum redu-

C 1. a. 111. 1. c. & 3. p. 7. 7. c. & q. 8. 1. c. & 3. con. G. c. 154. Ver 27. a. 5. & 5 init. c. Op. 3. c. 214. sub init. Roman. 1. l. 3. Eph 1. l 2.
Gratia ad quid ordinetur.

Digitized by Google

Differentia inter gratiam gratum facientem, & gratis datam.

reducantur. Secundùm hoc igitur duplex est gratia: vna quidem, per quam ipse homo Deo conjungitur, quæ vocatur gratia gratum faciens: alia verò, per quam vnus homo cooperatur alteri ad hoc, quòd ad Deum reducatur. Hujusmodi autem donum vocatur gratia gratis data: quia supra facultatem naturæ, & supra meritum personæ, homini conceditur. Sed quia non datur ad hoc, vt homo ipse per eam justificetur; sed potiùs, vt ad justificationem alterius cooperetur: ideò non vocatur gratum faciens. Et de hac dicit Apostolus 1. ad Cor. 12. *Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem*, scilicet aliorum. *Et quamuis vtraque gratia sine meritis à Deo gratis detur*, Rom. 11. Si autem gratia, jam non ex operibus: alioquin gratia jam non esset gratia: *quæ scilicet* dicitur D ex eo, quòd gratis datur: *verumtamen* gratia E gratum faciens addit aliquid supra rationem gratiæ gratis datæ, quod etiam ad rationem gratiæ pertinet, quia scilicet hominem gratum facit Deo: & ideò gratia gratis data, quæ hoc non facit, retinet sibi nomen commune, sicut in pluribus alijs contingit. Et sic opponuntur duæ partes diuisionis, sicut gratum faciens, & non faciens gratum. *Quia verò* gratis F dari dicitur quod nequaquam est debitum: dupliciter aliquid debitum existit. Vno quidem modo secundùm naturam: alio modo secundùm operationem. Secundùm naturam quidem, debitum est rei quod ordo naturalis illius rei exposcit: sicut debitum est homini, quòd habeat rationem & manus & pedes. Secundùm operationem autem, sicut merces operanti debetur. Illa ergo dona sunt hominibus diuinitus gratis data, quæ & ordinem naturæ excedunt, & meritis non acquiruntur: quamuis & ea, quæ pro meritis diuinitus dantur, interdum gratiæ nomen vel rationem non amittant, tum quia principium merendi fuit à gratia: tum etiam, quia superabundantiùs dantur, quàm merita humana requirant, sicut dicitur Rom. 6. Gratia Dei vita æterna: *præmiat enim Deus vltra condignum.*

Cum vtraque gratis detur, quomodo distinguantur.
D Rom. 11. l. 1. ibi.
E 1. 2. 111. 1. ad 3. Ephes. 1. l. 2. & 3. cont. G. l. 154. fi.
F Op. 3. c. 214. sub init. & 1. 2. l. c. ad 2. & a. 4. ad 1.
Duplex debitum, secundùm naturam, & secundùm operationem.

c *Igitur*, sicut gratia G gratum faciens ordinatur ad actus meritorios tam interiores, quàm exteriores: ita gratia gratis data ordinatur ad quosdam actus exteriores, fidei manifestatiuos, sicut est operatio miraculorum, & alia hujusmodi. *Et quidem* gratia H gratis data ordinatur ad bonum commune Ecclesiæ, quod est ordo Ecclesiasticus: sed gratia gratum faciens ordinatur ad bonum commune separatum, quod est ipse Deus. Et ideò gratia gratum faciens est nobilior gratis datâ. Sicut enim Philosophus dicit *in 12. Metaph.* Bonum multitudinis, sicut exercitus, est duplex. Vnum quidem, quod est in ipsa multitudine, putà ordo exercitus: aliud autem, quod est separatum à multitudine, sicut bonum ducis. Et hoc melius est, quia ad hoc etiam illud aliud ordinatur. *Sanè excellentia hæc vel ex eo emicat, quòd* vnaquæque I virtus tantò excellentior est, quantò ad altius bonum ordinatur. Semper autem finis potior est his, quæ sunt ad finem. Gratia autem gratum faciens ordinat hominem immediatè ad conjunctionem vltimi finis; gratiæ verò gratis datæ ordinant hominem ad quædam præparatoria finis vltimi: sicut per prophetiam, & miracula, & alia hujusmodi, homines inducuntur ad hoc, quòd vltimo fini conjungantur. Et ideò gratia gratum faciens est multò excellentior, quàm gratia gratis data. Vnde & Apostolus 1. Cor. 12. enumeratis gratijs gratis datis, subdit: *Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.* Et sicut per subsequentia patet, loquitur de charitate, quæ pertinet ad gratiam gratum facientem; Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Pertinet autem L ad gratiam gratum facientem, quòd per eam Spiritus

G 3. p. 7. 7. ad 2.
Alia inter vtramque gratiam differentia.
H 1. 2. 111. 5. ad 1.
Gratum faciens nobilior, & excellentior, quàm gratis data.
I Ibid. in corp. & in Sed contra. & 3. p. 7. 9. ad 1.
L 1. Cor. 12. l. 2. sub initio.

Sanctus inhabitet (*vti superiùs visum est:*) quod quidem non pertinet ad gratiam gratis datam; sed solùm, vt per eam Spiritus Sanctus manifestetur, sicut interior motus cordis per vocem, vnde dicitur *Ioann. 3.* Vocem ejus audis: *hic est enim præcipuus gratis datæ gratiæ finis, vt ait Apostolus 1. Cor. 12.* manifestatio spiritus ad vtilitatem, *Ecclesiæ nimirùm. Et 1. Pet. 4.* Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes: *in alterutrum*, scilicet M ad vtilitatem aliorum, *illam administrantes*; idest, quilibet in alterutrum, sicut membra in vno corpore sibi inuicem seruiunt: oculus enim videt toti corpori, & pes totum corpus portat. *Nam, vt prætactum est*, gratia N gratis data ordinatur ad hoc, quòd homo alteri cooperetur, vt reducatur ad Deum. Homo autem ad hoc operari non potest interiùs mouendo; hoc enim solius Dei est: sed solùm exteriùs docendo, vel persuadendo. Et ideò gratia gratis data, illa sub se continet, quibus homo indiget ad hoc, quòd alterum instruat in rebus diuinis, quæ sunt supra rationem, *vt ajebat initio Author.*

Præcipuus gratiæ gratis datæ finis, vtilitas Ecclesiæ.
M 1 Pet. 4. ibi.
N 1. 2. 111. 4. init. c. & a. 2. 171. 4. 176. 1. ad 1. 177. 1. & 178. 1. c. In 1. d. 18. exp. text. init. Rom. 12. l. 2. & loc. cit.

d *Cæterùm gratia hæc gratis data subtrahitur quandoque à Deo sine hominis culpa. Idcircò circa exultationem Ioannis in vtero matris, in aduentu B. Virginis, docemur, quòd* ad illud O momentum datus est ei vsus rationis: & non est inconueniens, si postea sit subtractus, sicut & gratia raptus ad momentum datur. Secus autem est de gratia gratum faciente, quæ non subtrahitur sine culpa, *vt Num. præced. visum est. Sed & cum gratiæ gratis datæ potissimùm in aliorum vtilitatem à Deo impertiantur, possunt & in peccatoribus reperiri, vt de Balaam & Caipha prophetantibus notum est. Quocirca sciendum, quòd* donum P prophetiæ aliquando datur homini & propter vtilitatem aliorum, & propter propriæ mentis illustrationem. Et hi sunt, *in quorum animas Sapientia diuina* per gratiam gratum facientem *se transferens, amicos Dei & prophetas eos constituit*, vt dicitur Sap. 7. Quidam verò consequuntur donum prophetiæ solùm ad vtilitatem aliorum, qui sunt quasi instrumenta diuinæ operationis. *Quo sensu dicit Apostolus 1. Cor.* 13. Si habuero prophetiam &c. charitatem autem non habuero, nihil sum. *Sed & gratia miraculorum gratiam gratum facientem non habenti conceditur quandoque in confirmationem prædicatæ doctrinæ fidei. Verumtamen* operatur Q miracula Deus ad hominum vtilitatem dupliciter. Vno quidem modo, ad veritatis prædicatæ confirmationem: alio modo, ad demonstrationem sanctitatis alicujus, quam Deus hominibus vult proponere in exemplum virtutis. Primo autem modo miracula possunt fieri per quemcunque, qui veram fidem prædicat, & nomen Christi inuocat: quod etiam interdum per malos fit. Et secundùm hunc modum etiam mali possunt miracula facere. Vnde super illud Matth. 7. *Nonne in nomine tuo prophetauimus &c.* dicit Hieronymus: *Prophetare, vel virtutes facere, & dæmonia eijcere, interdum non est ejus meriti, qui operatur: sed inuocatio nominis Christi hoc agit*, vt homines Deum honorent, ad cujus inuocationem fiunt tanta miracula. Secundo autem modo non fiunt miracula, nisi à Sanctis, ad quorum sanctitatem denunciandam miracula fiunt vel in vita eorum, vel etiam post mortem, siue per eos, siue per alios. Et sic etiam nihil prohiberet, per aliquem peccatorem miracula fieri ad inuocationem alicujus Sancti: quæ tamen miracula non dicitur facere ille; sed ille, ad cujus sanctitatem denunciandam hæc fierent. *Porrò in peccatoribus sola ad hoc fides sufficit, quamuis in eis mortua dicatur.* Nam fides R sine operibus dicitur esse mortua quantùm ad ipsum credentem, qui per eam non viuit vita gratiæ. Nihil autem pro-

Ioannes exultans in vtero vsum rationis habuit per gratiam gratis datam: quæ sine culpa fuit illi subtracta.
O 4. d. 6. exp. text. init. & 3. p. 30. 2. c.
P 2. 2. 172. 4. ad 1. Ver. 12. 5.
Gratiæ gratis datæ, etiam peccatoribus impertiuntur, vt patet de prophetia.
Q 2. 2. 178. 2. c. & 172. 1. 6. & 1. Cor. 12. l. 2. & 3. p. 7. 7. c. & ad 1.
Et de gratia miraculorum: quod contingit dupliciter.
R 2. 2. 178. 2. ad 2.

Digitized

hibet, quòd res viua operetur per instrumentum mortuum, sicut homo operatur per baculum. Et hoc modo Deus operatur per fidem hominis peccatoris instrumentaliter. *Et quidem* semper S miracula sunt vera testimonia ejus, ad quod inducuntur. Vnde à malis, qui falsam doctrinam enunciant, nunquam fiunt vera miracula ad confirmationem suæ doctrinæ: quamuis quandoque fieri possint ad commendationem nominis Christi, quod inuocant, & virtute Sacramentorum, quæ exhibent. Ab his autem, qui veram doctrinam enunciant, fiunt quandoque vera miracula ad confirmationem doctrinæ, non autem ad testificationem sanctitatis. Vnde Augustinus *dicit in lib 83. Quæst.* Aliter magi faciunt miracula, aliter boni Christiani, aliter mali. Magi per priuatos contractus cum dæmonibus (*quæ tamen miranda sunt, non vera miracula:*) boni Christiani per publicam justitiam: mali Christiani per signa publicæ justitiæ. *Ex quo non mirum, si in actis Sanctorum effectus etiam gratiæ gratis datæ ad eorum innuendam sanctitatem ab Ecclesia enarrentur: quod ex alijs justis operibus elucet magis. Nam* manifestatur T per hujusmodi gratias Spiritus Sanctus dupliciter. Vno modo vt inhabitans Ecclesiam, & docens, & sanctificans eam, putà cum aliquis peccator, quem non inhabitat Spiritus Sanctus, facit miracula ad ostendendum, quòd fides Ecclesiæ, quam ipse prædicat, sit vera; vnde dicitur ad Hebr. 2. *Contestante Deo signis & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus Sancti distributionibus.* Alio modo manifestatur per hujusmodi gratias Spiritus Sanctus, vt inhabitans eum, cui tales gratiæ conceduntur. Vnde dicitur Act. 6. quòd *Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna:* quem Spiritu Sancto plenum elegerunt. Sic autem non conceduntur hujusmodi gratiæ, nisi Sanctis. *Et ideò bonorum justorum sanctitati attestantur etiam gratiæ gratis datæ.* Igitur non fiunt V miracula semper ad demonstrandum gratiam ejus, per quem miracula fiunt; & ideò potest contingere, quòd aliquis gratiam gratum facientem non habens, miracula faciat: sed hoc contingere non potest, quòd aliquis falsam doctrinam annuncians, vera miracula faciat, quæ nisi virtute diuina fieri non possunt. Sic enim Deus esset falsitatis testis: quod est impossibile. *Idem dic & de cæteris donis gratis datis, quod de prophetia & virtute miraculorum præmissum est.*

S *Ibid. ad 3.* Ad confirmationem falsæ doctrinæ nunquam vera miracula fiunt.

T *1. Cor. 12. l. 2. fi. bimitte. & 1. p. 43. 3. ad 4.* Gratia gratis data dupliciter dicitur manifestatio Spiritus.

V *Quol. 2. a. 6. ad 4. 1. Cor. 6. 5. ad 9. & 4. 9. ad 2. & 2. Thess. 2. l. 2. ad Cor. loco cit.*

c Est autem X differentia in effectibus gratiæ consideranda: nam quidam eorum sunt ad totam vitam hominis necessarij, vtpote sine quibus salus esse non potest: sicut credere, sperare, diligere, & præceptis Dei obedire. Et ad hos effectus, necesse est, habituales quasdam perfectiones hominibus inesse, vt secundùm eas agere possint, cum fuerit tempus: (*quod per gratiam gratum facientem habetur.*) Alij verò effectus sunt necessarij, non per totam vitam, sed certis temporibus & locis: sicut facere miracula, prænunciare futura, & hujusmodi. Et ad hos effectus non dantur habituales perfectiones: sed impressiones quædam fiunt à Deo, quæ cessant actu cessante; & eas oportet iterari, cum actus iterari fuerit opportunum: sicut prophetæ in qualibet reuelatione nouo lumine illustrantur; & in qualibet miraculorum operatione oportet adesse nouam efficaciam diuinæ virtutis. *Vnde & cohærenter docemur, quòd* gratiæ Y gratis datæ non sunt habitus, sed sunt quidam motus à Spiritu Sancto: alias, si essent habitus, propheta, quando vellet, per donum prophetiæ reuelationem haberet: quod falsum est. Et ideò de aliquibus occultis reuelandis aliquando tangitur mens à Spiritu Sancto, & aliquando non, sed aliqua eis occultantur; vnde dixit Eliseus 4. *Reg.* 4. Et Dominus celauit à me, & non indicauit mihi.

X *3. c. gen. G. c. 154. fi.* Alia differentia inter gratiam gratum facientem, & gratis datam.

Y *Quol. 12. a. 26. ad 1 In 4. d 17. 1. 2. q 2. ad 3.* Gratiæ gratis datæ non sunt habitus, sed motus quidam à Spiritu Sancto.

Dicitur autem de præfatis donis gratis datis 1. *Cor.* 12. *cit.* Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. *Vbi Apostolus* ostendit Z necessitatem gratiæ: quæ tamen non totaliter aduenit omnibus, nisi Christo, *cui datus est spiritus non ad mensuram*, vt dicitur Ioan. 3. sed quantùm ad alios *diuisiones gratiarum sunt*, quia quidam abundant in vna, quidam in alia. Sicut enim in corpore naturali caput habet omnes sensus; non autem alia membra; ita in Ecclesia solus Christus habet omnes gratias, quæ in alijs membris diuiduntur. Quod significatur *Gen* 2. vbi dicitur, quòd *fluuius*, scilicet gratiarum, *egrediebatur ad irrigandum Paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita.* Et Matth. 25. dicitur, quòd *vni dedit quinque talenta, alii autem duo, alij verò vnum.* Et quamuis dona gratiarum sint diuersa, quæ à diuersis habentur, non tamen procedunt à diuersis actoribus, sicut ponebant Gentiles, qui Sapientiam attribuebant Mineruæ, elocutionem Mercurio, & sic de alijs. Ad quod excludendum subdit: *Idem autem Spiritus*, scilicet Sanctus, qui est actor omnium gratiarum, Eph. 4. *Vnum corpus, & vnus Spiritus*; & Sap. 7. *Est in illa spiritus intelligentiæ sanctus, vnicus, & multiplex:* vnus in substantia, multiplex in gratijs. *Denique nouem enumerantur ab Apostolo ejusmodi gratiæ gratis datæ* 1. *Cor.* 12 *cum ait:* Alij datur per Spiritum sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ secundùm eundem Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu &c. *Cujus quidem numeri & ordinis conuenientiam, & singularum explicationem, vide fusè apud Authorem* A. *DISCE Dei donum gratum faciens tibi, gratis data in aliorum profectum postulare. Vide* Apostoli, Christi gratia, Fides infusa, Miraculum, Prophetia.

Diuisiones gratiarum dicuntur, quia non vni dantur simul, nisi Christo, sed diuersis.

Z *1. Cor. 12. l. 1. ibi. & 1. 2. 66. 2. c. & 3 p. 7. 7. c. & ad 1.*

Earum numerus & ordo.

A *1. 2. 111. 4. c. & 3. con. G. c. 154.*

GRATIA, siue GRATITVDO.

X. Qui beneficium gratis accepit, ad hoc obligatur ex debito honestatis, vt similiter aliquid gratis impendat. 2. 2. 106. 6. c.

f *INter cæteras morales virtutes specialis recensetur & gratia, siue gratitudo: quæ quandam sine dubio respicit debiti rationem reddendi. Quandoquidem* secundùm diuersas B causas, ex quibus aliquid debetur, necesse est diuersificari debiti reddendi rationem: ita tamen, quòd semper in majori illud, quod minus est, continetur. In Deo autem primo & principaliter inuenitur causa debiti, eo quòd ipse est primum principium omnium bonorum nostrorum. Secundò autem in Patre, quia est proximum nostræ generationis & disciplinæ principium. Tertiò autem in persona, quæ dignitate præcellit, ex qua communia beneficia procedunt. Quartò autem in aliquo benefactore, à quo aliqua particularia & priuata beneficia percepimus, pro quibus particulariter ei obligamur. Quia ergo non quicquid debemus Deo, vel patri, vel personæ dignitate præcellenti, debemus alicui benefactorum, à quo aliquod particulare beneficium recepimus: inde est, quòd post religionem, qua debitum cultum Deo impendimus; (*vnde* sicut C religio est quædam superexcellens pietas: ita est & quædam excellens gratia siue gratitudo; vnde & gratiarum actio ponitur inter ea, quæ ad religionem pertinent:) & pietatem, qua colimus parentes; & obseruantiam, qua colimus personas dignitate præcellentes, est gratia, siue gratitudo, quæ benefactoribus gratiam recompensat: & distinguitur à præmissis virtutibus, sicut quodlibet posteriorum distinguitur à priori, quasi ab eo deficiens. *Sicut autem & in cæteris contingit virtutibus*, potest D virtuti

Gratia, seu gratitudo, an virtus specialis.

B *1. 2. 106. 1. c & 101. 2. 1. c. & 1. 2. 60. 3 c.*

Causa debiti in pluribus.

Virtutes Religionis, pietatis, obseruantiæ, & gratitudinis, in quo consistant.

C *2. 2. l. c. ad 1. & q 83. a. 17. c & 1. Thess. 1. l. 1. ibi. gratias.*

Religio est quædam superexcellens pietas, & gratitudo.

D *a. 2. 107. c. c. In 4. d 22. 1. 1. q 1. c. & 3. p. 88. 4 c.*

Digitized by Google

Opponitur aliquid gratitudini vel per excessum vel per defectum.

Ingratitudo propriè nominatur ex defectu gratitudinis.

Tria ad gratitudinem requisita.

E 2. 2. 106. 3. ad 1. & q. 25. 4. In 3 d. 18. 1. 6. Ver. 2. 7. ad 11. & 12.

Gratitudo & ingratitudo propriè non sunt ad seipsum.

tuti gratitudinis aliquod vitium opponi per excessum, puta si recompensatio beneficij fiat vel pro quibus non debet, vel citiùs quàm debet: sed magis opponitur gratitudini vitium, quod est per defectum, quia virtus gratitudinis in aliquid amplius tendit; & ideò propriè ingratitudo nominatur ex gratitudinis defectu. In qua primum est, quòd homo acceptum beneficium recognoscat: secundum est, quòd laudet & gratias agat: tertium est, quòd retribuat pro loco & tempore secundùm suam facultatem. *Verùm* in his E quæ sunt ad seipsum, non habet locum gratitudo, & ingratitudo: non enim potest homo sibi aliquid denegare, nisi sibi retinendo. (Metaphoricè tamen illa, quæ ad alterum propriè dicuntur, accipiuntur in his, quæ sunt ad se ipsum, sicut de justitia dicit Philosophus *in 5. Ethicorum*, in quantùm scilicet accipiuntur diuersæ partes hominis, sicut diuersæ personæ.) Vt enim Seneca dicit *in lib. 5. de Benef.* Sicut non est liberalis, qui sibi donat; nec clemens, qui sibi ignoscit; nec misericors, qui malis suis tangitur, sed qui alijs: ita etiam nemo sibi ipsi beneficium dat, sed naturæ suæ paret, quæ monet ad refutanda nociua, & ad appetenda proficua. *Num verò quoad alios gratitudo hæc penes effectum pensanda sit, an penes affectum*: Dicendum F quòd recompensatio beneficij potest ad tres virtutes pertinere, scilicet ad justitiam, ad gratiam, & ad amicitiam. Ad justitiam quidem pertinet, quando recompensatio habet rationem debiti legalis, sicut in mutuo, & alijs hujusmodi: & in tali recompensatione debet attendi secundùm quantitatem dati. Ad amicitiam autem pertinet recompensatio beneficij, & similiter ad virtutem gratiæ, secundùm quod habet rationem debiti moralis: aliter tamen, & aliter. Nam in recompensatione amicitiæ oportet respectum haberi ad amicitiæ causam. Vnde in amicitia vtilis debet recompensatio fieri secundùm vtilitatem, quam quis ex beneficio consecutus est. In amicitia autem honesti debet in recompensatione haberi respectus ad electionem, siue ad affectum dantis, quia hoc præcipuè requiritur ad virtutem, vt dicitur *in 8 Ethicor.* Et similiter, quia gratia respicit beneficium, secundùm quod est gratis impensum (quod quidem pertinet ad affectum) ideò etiam gratiæ recompensatio attendit magis affectum dantis, quàm effectum. *Et hinc est, quòd* si consideremus G effectum beneficij, quod filius à parentibus accepit, scilicet esse & viuere, nihil æquale filius recompensare potest, vt Philosophus dicit *in 8. Ethicor.* Si autem attendamus ad ipsam voluntatem dantis, & retribuentis: sic potest filius aliquid majus patri retribuere, vt Seneca dicit *in lib. 3. de Benef.* Si tamen non posset, sufficeret ad gratitudinem recompensandi voluntas: *quod ad omnes pariter extendendum. Quòd si Patri filius non potest æquale vnquam reddere, quantò minùs Deo, cui cuncta debemus?* Homo *enim* efficitur H diuersimodè alijs debitor secundùm eorum diuersam excellentiam, & diuersa beneficia ab eis suscepta. In vtroque autem Deus summum obtinet locum, & qui excellentissimus est, & qui est nobis essendi & gubernationis primum principium, *vt prætactum fuit. Vnde* si filius I nunquam potest patri carnali reddere aliquid æquiualens ei, quod ab ipso accepit, scilicet esse, & doctrinam, & nutrimentum, multò minùs diuinis beneficijs & bonitati suæ possumus reddere amorem æquiualentem. *Cæterùm* quamuis L homo totum suum posse Deo debeat, non tamen ab eo exigitur de necessitate, vt totum quod possit faciat, quia hoc est ei impossibile secundùm statum præsentis vitæ. Sed est quædam mensura homini adhibita, quæ ab eo requiritur, scilicet impletio mandatorum Dei; & super ea potest aliquid erogare, vt satisfaciat.

Num gratitudo penes effectum pensanda, an penes affectum.

F 2. 2. 106. 5. c. & a. 3. ad 5. & 6. & q. 31. 1. ad 3. & q. 108. 2. ad 1.

Recompensatio beneficij ad tres potest spectare virtutes.

G 2. 2. 106. 4. 6. ad 1. & q. 31. 3. ad 3. & 101. 1 c.

Quoad effectum non potest filius æquale parentibus reddere: sed quoad affectum, majus.

H 2. 2. 101. 1. c.

Si filius non potest æquale reddere Patri, quanto minùs nos Deo?

I 1. d. 17. 1. 1. ad 7. In 4 d. 15. 1. 2. c. & a. 3. q. 4. ad 1 & 2. 2. 27. 5 c.

L 4. d. 15. 1. 2. ad 3.

Quid exigatur ab homine, vt Deo pro tot beneficijs retribuat.

Verumtamen, cum possumus & facultas adest, alijs gratiam benefactoribus recompensare debemus, & in majori quidem quantitate, quàm accepimus. Siquidem recompensatio M gratiæ respicit beneficium secundùm voluntatem benefacientis: in quo quidem præcipuè hoc commendabile videtur, quòd gratis beneficium contulit, ad quod non tenebatur; & ideò qui beneficium accepit, ad hoc obligatur ex debito honestatis, vt similiter aliquid gratis impendat; (*quod asserebat initio Author.*) Non autem videtur gratis aliquid impendere, nisi excedat quantitatem accepti beneficij: quia quandiu recompensat minus, vel æquale, non videtur facere gratis, sed reddere quod accepit: ideò gratiæ recompensatio semper tendit, vt pro suo posse aliquid majus retribuat. *Et in omnes quidem, ipsos etiam seruos, beneficium præstantes, virtus gratitudinis exercenda.* Ideò N etiam seruis vltra debitum facientibus gratiæ sunt habendæ. Sicut enim Seneca dicit *in lib. 3. de Benef.* Quandiu seruus præstat quod à seruo exigi solet, ministerium est: vbi plus quàm à seruo necesse est, beneficium est. Vbi enim in affectum amici transit, incipit vocari beneficium. *Verum, cùm Deo Optimo Maximo strictiori debiti vinculo teneamur (nam quicquid habemus tum de naturalibus tum de gratuitis, ab eo habemus :* Quid enim habes 1. *Cor.* 4. quod non accepisti?) *nostra idcircò in Deum singulariter habenda gratitudo est. Et sanè (præter specialiter debitam ob creationis beneficium, & specialissimè ob beneficium redemptionis) de duobus præsertim, Deo à nobis gratiæ reddendæ sunt. Et primò de dono gratiæ, & consequenter fidei, spei, & charitatis, Coloss.* 1. Gratias agimus Deo &c. audientes *fidem* vestram in Christo Iesu, & *dilectionem*, quam habetis in Sanctos omnes, propter *spem*, quæ reposita est vobis in Cœlis &c. ex ea die, qua cognouistis *gratiam* Dei. *Vbi Author*: Bonum O nostrum *inquit* principaliter est in fide, spe, & charitate: per fidem enim habemus notitiam Dei; per spem eleuamur in ipsum; sed charitate vnimur ei; & ideò de istis tribus gratias agit. Primò, quòd fidem habent; vnde dicit: *audientes fidem vestram.* Sed hæc fides sine dilectione operante est mortua, vt dicitur *Iac.* 2. & ideò oportet, quòd adsit dilectio operans; vnde dicit: *& dilectionem, quam habetis &c.* Est autem quædam dilectio charitatis, & quædam mundana. Dilectio Mundi habet fructum in hoc Mundo, sed charitas habet in vita æterna. Et ideò tertiò subdit de spe, dicens: *propter spem, quæ reposita est &c.* idest, propter gloriam æternam, quæ ideò dicitur spes, quia pro certo custoditur, *Iob* 19. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. *Deinde ponit gratiam, cum dicit:* ex ea die, qua cognouistis gratiam Dei: *à qua nimirùm præfatæ tres virtutes, sicut & cæteræ, profluunt, vt in superioribus visum est. Secundò gratiæ Deo specialiter habendæ sunt, quòd nos misericorditer à peccato præseruat: nisi enim sua nos misericordia contineret, in plura quàm facimus prolaberemur. Vnde super illud Apoc.* 2. Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, *docemur, quòd* per dexteram P intelligitur Dei misericordia. Et bene dicit, *tenet*: quia nisi teneret, ampliùs caderet homo in offensam, & etiam prorsus in Infernum, *Psal.* 93. Nisi quia Dominus adjuuit me, paulò minùs habitasset in Inferno anima mea. *Vnde Augustinus*: Misericordiæ tuæ deputo quæ mala non feci. *De hoc idcircò gratias Deo agebant pij Susannæ parentes, cum per spiritum Danielis filiæ innocentia detecta est, & à calumnijs vindicata; de quibus legitur Dan.* 13. Helcias autem, & vxor ejus laudauerunt Deum pro filia sua Susanna cum Ioakim marito ejus, & cognatis omnibus, quia non esset inuenta in ea res turpis. *Quo loci Author*: Non Q laudauerunt *inquit* Dominum, quia liberata est, sed quia in ea non est inuenta res turpis,

Plus recompensandum, quàm acceptum.

M 2. 2. 106. 6. c. & 107. 1. c.

In omnes gratitudo exercenda, etiam in seruos, benefactores.

N 2. 2. 106. 3. ad 4.

Deo præ cunctis gratiæ reddendæ, cui omnia debemus.

Et de duobus præsertim. Primò de gratia, fide, spe, & charitate.

O Coloss. 1. l. 1. ibi. Rom. 1. l. 5.

Secundò quòd nos Deus à peccato præseruat.

P Apoc. 2. cum 1. ibi.

Q Dan. 13. ibi.

Digitized by Google

pis, vel id peccatum, cujus illam seniores insimulauerant: de hoc enim valdè laudandus est Deus, quòd ab ejus offensa nos contineat & præseruet.

An ad gratias Deo agendas magis innocens teneatur, quàm pœnitens.

R 1. 2. 106. 2. c. In 4. d. 22. 1. 2. q. 2. c.

Gratia major dupliciter ex parte dantis.

Quòd si, Susannæ occasione, quæras: an ad gratias Deo reddendas magis innocens teneatur, quàm pœnitens? Dicendum R quòd actio gratiarum in accipiente respicit gratiam dantis. Vnde vbi est major gratia ex parte dantis, ibi requiritur major gratiarum actio ex parte recipientis. Gratia autem est, quia gratis datur: vnde dupliciter potest esse ex parte dantis major gratia. Vno modo ex quantitate dati: & hoc modo innocens tenetur ad majores gratiarum actiones, quia majus donum ei datur à Deo, & magis continuatum, cæteris paribus, absolutè loquendo. Alio modo potest dici major gratia, quia magis datur gratis: & secundùm hoc magis tenetur ad gratiarum actiones pœnitens, quàm innocens, quia magis gratis datur illud, quod ei datur à Deo. Cum enim esset dignus pœnâ, datur ei gratia. Et sic, licèt illud donum, quod datur innocenti, sit absolutè consideratum majus; tamen donum, quod datur pœnitenti, est majus in comparatione ad ipsum: sicut etiam paruum donum pauperi datum, est ei majus, quàm diuiti magnum. Et quia actus circa singularia sunt, in his, quæ agenda sunt, magis consideratur quod est hic vel nunc tale, quàm quod est simpliciter tale, sicut Philosophus dicit *in 3. Ethic.* de voluntario, & inuoluntario.

Quàm malè Deo & benefactoribus retribuimus.

A brutis idcircò exprobramur.

S Is. 1. ibi.

h *At heu! quàm malè, nedum benefactoribus hominibus, sed & ipsi liberalissimo Domino retribuimus! Id quod exprobrans improperat nobis Deus vel volatilium ad nostram confusionem exemplo, Ier. 8.* Miluus in cœlo cognouit tempus suum: turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit judicium Domini. *Quin & vilia ad hoc idem jumenta inducit Is. 1.* Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. *Quibus in verbis* ostendit S peccati deformitatem. Et tria facit. Primò ostendit contemptum in affectu, secundò ignorantiam in intellectu, tertiò auersionem in operis effectu. Et seruatur hic ordo, vt ex contemptu aggrauetur ignorantia, idest non ignorantia excuset contemptum: contemptum autem aggrauat per beneficium impensum. Vnde primò commemorat beneficium: *Filios enutriui, & exaltaui.* Secundò ingratitudinis vitium: *ipsi autem spreuerunt me.* Tertiò effectum operis aggrauat, & auersionem; *vnde subditur:* Dereliquerunt Dominum, & (*quod pejus est*) blasphemauerunt Sanctum Israel: abalienati sunt retrorsum; *à liberalissimo nimirum omnium Patre per ingratitudinem elongati. Quod quidem an & in nobis verum habeat, cogitet vnusquisque in corde suo: cum tamen vel ipsi animalium pulli ita in parentes agere suos naturaliter abhorreant. Quinimmò* narrat T Basilius *in Hexam. lib. 8.* de ciconijs, quòd parentes suos ætate confectos fouent plumis, alimenta ministrant, & in volatu supportant. *At de ingratitudine suo loco. DISCE, gratis tibi benefacientibus te quoque gratum exhibere. Quæ plura desiderantur, Vide fusiùs V.* Beneficium, Ecclesia, Ingratitudo, Oratio.

T 3. d. 29. 1. 7. fi. c.

Ciconiarum proprietas, & amor in parentes.

GRATIARVM ACTIO. Vide BENEFICIVM, ORATIO.

GVBERNATIO. Vide DEI PROVIDENTIA, EPISCOPVS, PRINCEPS.

G V L A.

XI. Naturalis cibus jumentorum est herba: naturalis cibus hominum sunt fructus vel poma. Vnde quòd alijs vtantur homines, non facit naturalis necessitas, sed humana curiositas: quæ ad suam voluptatem exquisiuit tantam potuum & ciborum varietatem. *Gen. 1. ibi*, Germinet terra.

V 2. 2. 163. 1. & 2. c. & 1. 3. 63. 1. In 2. d. 22. 1. 1. & 2.

Peccatum Adæ, superbia & gula.

X 2. 2. 148. art. 4. 1. ad 2.

i P*Eccatum gulæ vel ab ipso Mundi exordio originem habuit in Adam: qui quamuis potissimùm superbiæ deliquerit culpâ*, in hoc *scilicet* quòd V *appetijt* quoddam spirituale bonum supra suam mensuram, quod pertinet ad superbiam: *erudimur nihilominus, quòd* in peccato X primorum parentum etiam gula locum habuit: quod tamen deriuatum est ex peccato superbiæ. *Est autem gula propriè, interior illa colli fistula, ex carne constans & neruo, per quam cibus & potus in ventriculum defluit. Ex quo per translationem sumitur ad significandam immoderantiam appetitus in comedendo: & sic, prout vitium sonat*, gula Y est immoderatus appetitus edendi. *Sicut autem* luxuria Z est quoddam vitium temperantiæ oppositum, prout moderatur concupiscentias delectabilium tactus circa venerea: *ita* gula opponitur temperantiæ, in quantùm est moderatiua concupiscentiarum circa delectabilia tactus in cibis & potibus. *Igitur* luxuria A & gula respiciunt delectationem tactus. Gulosus enim non dicitur aliquis ex hoc, quòd delectetur in sapore cibi, sed in sumptione ejus, quasi tactu delectatus, vt Philosophus dicit *in 3. Ethic.* Delectationes autem aliorum sensuum non sunt fines principales: referuntur enim vel ad cognitionem veritatis, vt in hominibus; vel ad delectabilia tactus, sicut in alijs animalibus. Canis enim sentiens leporem, non delectatur in odore, sed in cibo, quem expectat. Et ideò secundùm delectationes aliorum sensuum non sumuntur vitia capitalia, nisi B gustus, secundùm quod est tactus quidam. *Cum verò gula, quidam appetitus sit, notandum, quòd* duplex C est appetitus. Vnus quidem naturalis, qui pertinet ad vires animæ vegetabilis, in quibus non potest esse virtus & vitium, eo quòd non possunt subijci rationi; vnde & vis appetitiua diuiditur contra retentiuam, digestiuam, & expulsiuam: & ad talem appetitum pertinet esuries & sitis. Est autem & alius appetitus sensitiuus, in cujus concupiscentia vitium gulæ consistit. Vnde primus motus gulæ importat inordinationem in appetitu sensitiuo, qui non est sine peccato. *Profectò* ipse D cibus ordinatur quidem ad aliquid sicut ad finem, sed quia iste finis, scilicet conseruatio vitæ, est maximè appetibilis, quæ sine cibo conseruari non potest: inde est, quòd ipse cibus est maximè appetibilis. (*Idcircò* quia E delectationes tactus sunt circa necessaria ad conseruationem indiuidui & speciei, sicut in cibis & potibus, & venereis: propter hoc apposita est in eis maxima delectatio, ne ab animalibus negligantur; *vnde & propter* coitum & escam *inter se animalia decertare conspicimus.*) Et ad hoc ferè totus labor humanæ vitæ ordinatur, secundùm illud Eccle. 6. *Omnis labor hominis in ore ejus.* Et tamen magis gula videtur esse circa delectationes cibi, quàm circa cibos. Propter quod, vt *Augustinus dicit in lib. de vera Religione*: Quibus vilis corporis salus est, malunt vesci, in quo scilicet delectatio est, quàm saturari: cum omnis finis illius voluptatis sit non sitire atque esurire. *Et quidem, quia* lex F naturalis non solùm prohibet injustitiam, sed etiam opposita omnium virtutum: contra

Gula dupliciter sumitur.

Gulæ vitium, immoderatus est appetitus edendi.

Y Ma. 14. 1. c. & 2. 2. 148. 1. c.

Temperantiæ opponitur.

Z Ma. 15. 1. init. c. & 9. 14. 1. c. Rom. 1. 1. 7.

Respicit delectationem tactus, sicut & luxuria.

A Ma. 8. 1. ad 9. & 9. 14. 3. ad 4. & 6. 4. ad 1.

B Ma. 14. 4. ad 1. fi.

Duplex appetitus, naturalis, & sensitiuus.

C 2. 2. 148. 1. ad 3. Ma. loco cit. a. 1. ad 6.

D 2. 2. 148. a. 5. ad 1.

Cur cibus maximè appetibilis.

E 4. d. 49. 3. 5. q. 2. c. In 2. d. 38. 1. 2. ad 6, & 1. 2. 31. a. 5. & 6.

F 4. d. 33. 1. [illegible] q. 1. ad 4.

tra

tra legem naturæ est, vt aliquis immoderatè comedat, quamuis talis rebus suis vtens, nulli injuriam faciat. Et iterum interest, qualiter quisque re sua vtatur. *Quam in edendo immoderantiam non rarò incurrunt homines etiam in vilioribus escis.* Plerunque, *inquit Author*, ità G excedunt & peccant aliqui in vilibus cibis, sicut alij in pretiosis; vnde & lenticula vilis cibus erat: *pro qua tamen* vendidit Esau primogenita sua, *vt habetur* Genes. 25. *&* Hebr. 12. *Hinc* Num. 11. *legimus, quòd filij Israel, super manna omnis saporis nauseantes, vilia concupiscebant edulia*: In mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porrique & cepe & allia.

Vitio gulæ peccant aliqui & in vilioribus escis.
G Gen 25. ibi, Edom.

Et faciliùs quidem peccat homo gulæ vitio, quàm cæteris. Nam inter omnes H passiones difficilius est delectationem secundùm rationem ordinare, & maximè delectationes naturales, quæ sunt contemporaneæ vitæ nostræ: & hujusmodi sunt delectationes in cibis & potibus, sine quibus humana vita transigi non potest. Et ideò circa hujusmodi delectationes plurimùm à regula rationis disceditur. Quando verò concupiscentia hujusmodi delectationum transcendit regulam rationis, est peccatum gulæ. *Et alibi docemur, quòd* ea I circa quæ plurimùm peccatur, sunt quædam concupiscentiæ incitamenta, quæ hominum curiositas adinuenit, sicut curiosè præparati cibi, & mulieres ornatæ. *Et iterum.* Communia L totius humani generis vitia, sunt vitia carnis, & præcipuè gula.

Faciliùs peccant hoc vitio homines.
H Ma. 14. 1. c. & 2. 2. 148. 1. c.
Incitamenta concupiscentiæ, cibi curiosè præparati, & mulieres ornatæ.
I 2. 2. 142. 2. ad 2.
L Matth. 4. sit. a. ibi, & accedens. Hebr. 12. l. 3. ibi, vt Esau.

I *Et hinc est, quòd diuersimodè possumus gulæ vitio peccare: modique immoderantiæ diuersi varias veluti constituunt species gulositatis.* Committitur *ergo* hoc M vitium quinque modis. *Primò* quando quis sine causa necessaria præuenit comedendo, sicut legitur de Ionatha 1. Reg. 14. (*mel contra præceptum Patris ante vesperam comedente.*) Horam debitam comedendi credimus esse tertiam, quando non jejunatur, propter illud Act. 2. *Non, sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia.* Quasi dicat Petrus: Non est credibile, quòd hi comederint & biberint, quia non transijt hora tertia. Quando autem jejunatur, credimus horam esse post sextam: quia tunc transijt medietas diei; & tunc fuit Dominus noster Iesus Christus crucifixus, & tunc legitur sitisse. Omnes illi, qui hoc modo peccant, incurrunt illam maledictionem, de qua dicitur Eccle. 10. *Væ tibi terra, cujus Rex puer est, & cujus Principes mane comedunt.* Terra caro est: *Rex* est ratio, quę debet eam regere: *Principes* sunt quinque sensus: *qui mane comedunt*, quando horam præueniunt. E contrario verò illi, qui expectant horam, benedici merentur. Vnde dicitur ibidem: *Beata terra, cujus Rex nobilis est, & cujus Principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam.* Quod dicit: quia multi licèt horam expectent, tamen nimis comedunt.

Variæ gulositatis species.
M Apoc. 16. com. 2. ibi, & septimus Angelus. Gen. 25. f. c. & 2. 2. 147. 7. c. & 148. 4. Ma. 14. 4. c. In 3. d. 33. 1. c. In 4. d. 15. 3. 4. 9. 1. c.
Prima, præuenire comestionem.
Cur protrahatur prandium in die jejunij.

Secundus modus est, quando nimis pretiosa, aut nimis deliciosa quis affectat comedere vel bibere, vt diues epulo, de quo dicitur *Luc.* 16. quòd *epulabatur quotidie splendidè*: & filij Israel in deserto æstuarunt desiderio carnium, vt legitur *Num.* 11. Palatum tuum (*ajebat Seneca*) fames excitet, non sapores.

Secunda, pretiosa edere & deliciosa.

Tertius modus est, quando quis in nimia quantitate comedit, aut bibit, sicut Sodomitę, de quibus dicitur Ezech. 15. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & ocium.* Pluuia, quę sensim descendit, optima est: subitus autem, & nimius præceps imber arua subuertit, sicut nimius cibus nocet. Vnde Dominus dicit: *Attendite vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate*; idest, nimia cibi vel potus repletione.

Tertia in nimia quantitate.

Quartus modus est studiositas præparandi lautè. Hoc modo peccauerunt filij Heli Sacerdotis 1. *Reg.* 2. qui carnes crudas à populo accipiebant, vt lautiùs sibi facerent præparari, contra legis consuetudinem. De hoc dicit *Isidorus*: Tota die epulas ruminant ad explendam gulam, vespere delicias præparant.

Quarta studiositas præparandi cibos lautè.

Quintus modus est, quando quis nimis ardenter & auidè comedit & bibit, vt Esau *Genes.* 25. contra quos dicitur Eccli. 37. *Noli auidus esse in omni epulatione.* Melius est piscibus vesci more Domini, quàm lenticula more jumenti: ajebat *Augustinus*. Hi quinque modi notantur his versibus:

Est certum, quòd quinque modis gula damnat edaces:
Præproperè, lautè, nimis, ardenter, studiosè.

Sanè, licèt N gula ex genere suo non videatur multùm notabile crimen: efficitur tamen tale, ex quo notabiliter reddit hominem brutalem, ac improbum, & porcinum: & se nudat statu & dignitate spirituali. *Hinc Apostolus Rom.* 1. *de quibusdam dicebat*: Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam: *quia videlicet* præcipuè O circa appetitum sensitiuum bestialis quædam inordinatio pertinet ad peccata carnalia: nam delectationes tactus, circa quas sunt gula & luxuria, manifestè sunt communes nobis & brutis. Et ideo sunt magis exprobrabiles, quasi magis brutales, vt dicit *Philosophus* in 3. Ethic. *Et ratio adducitur: quia* exprobratio P opponi videtur honori & gloriæ: honor autem excellentiæ debetur; gloria autem claritatem importat. Est ergo intemperantia maximè exprobrabilis propter duo. Primò quidem, quia maximè repugnat excellentiæ hominis: est enim circa delectationes communes nobis & brutis; vnde in *Psal.* 48. dicitur: *Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Secundò, quia maximè repugnat ejus claritati, vel pulchritudini: in quantùm scilicet in delectationibus, circa quas est intemperantia, minus apparet de lumine rationis, ex qua est tota claritas, & pulchritudo virtutis. Vnde & hujusmodi delectationes dicuntur seruiles.

N Gen 25. l. 6. & 2. 2. 148. 3. Gula, notabilis culpa.
O Rom. 1. l. 7. ibi. Per quam homo brutalis efficitur.
P 2. 2. 142. 4. c. & 151. 4. ad 3. & 1. 2. 73. 5. ad 3.

m *Ex quibus deducitur, in hujusmodi gulæ vitio tantam posse deordinationem intercedere, vt etiam mortalis culpa admittatur.* Ordo *enim* rationis Q concupiscentiam ordinantis dupliciter tolli potest. Vno modo quantùm ad ea, quę sunt ad finem, prout scilicet non sunt ita commensurata, vt sint proportionata fini. Alio modo quantùm ad ipsum finem, prout scilicet concupiscentia hominem auertit à fine debito. Si ergo inordinatio concupiscentiæ accipiatur in gula secundùm auersionem à fine vltimo, sic gula erit peccatum mortale. Quod quidem contingit, quando delectationi gulę inhæret homo tanquam fini, propter quem Deum contemnit, paratus scilicet contra præcepta Dei agere, vt delectationes hujusmodi assequatur. Si verò in vitio gulę intelligatur inordinatio concupiscentię tantùm secundùm ea, quę sunt ad finem, vtpote quia nimis concupiscit delectationes ciborum; non tamen ita, quòd propter hoc faceret aliquid contra legem Dei, est peccatum veniale. *Vnde & Apostolus comessationes prohibet*: Non in comessationibus, & ebrietatibus, *Roman.* 13. Dicuntur autem R comessationes, superfluę & nimis accuratę comestiones. Quod quidem potest esse peccatum mortale ex hoc, quòd secundùm legem pro hac culpa aliquis damnatur ad mortem. Dicitur enim de filio proteruo Deut. 21. *Comessationibus vacat & luxuriæ atque conuiuijs: lapidibus eum obruet populus &c.* Dicitur autem aliquis vacare comessationibus atque conuiuijs, non quidem, si comedat magnificè secundùm statum suę dignitatis (sicut dicitur *Esth.* 2. quòd Assuerus *jussit, conuiuium præparari permagnificum pro conjunctione & nuptijs Esther, juxta magnificentiam principalem*:) Sed quando aliquis hoc facit præter decentiam sui status, & præcipuè, si ad hoc principalis ejus cura existat, sicut illi, de quibus

Q 2. 2. 148. 2. c. & 154. 2. ad 6. Ma. 14. 2. Ad Gal. 5. l. 4.
Quandonam peccatũ mortale.
Quando veniale.
R Rom. 13. l. 3. ibi. Comessatio quid.

Google

quibus dicitur *Rom.16.* Hujuſcemodi Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri. *Et Philipp.3.* Quorum Deus venter eſt. *Nam ſi ſecundùm decentiam ſtatus, & ex honeſta cauſa conuiuia instituantur, ſicut in nuptijs ſolet, non improbantur; immò licitè diſcumbimus, cum & Chriſtus Dominus ad conuiuium vocatus nuptiarum, conuenire non recuſauerit, vt habetur* Ioann.2. *Etenim* vtraque S vita eſt laudabilis: vt ſcilicet aliquis, à conſortio hominum ſegregatus, abſtinentiam ſeruet: & vt in ſocietate aliorum poſitus, communi vita vtatur. *Peccant igitur mortaliter guloſi, quando ſe totos & totaliter, Deo neglecto, in ciborum delectationibus immergunt, & eduliorum; vnde &* mergulus T cujus natura eſt, vt ſub vndis diutiùs immoretur, ſignificat guloſos, qui in aquis deliciarum ſe immergunt. *Etenim* guloſus V ad ſatisfaciendum gulæ & ſuperflua comedit, & jejunia debita prætermittit. *Superflua inquam comedit: nam* naturalis X cibus hominum ſunt fructus vel poma *(juxta illud Eccli.29.* Initium vitæ hominis, aqua & panis:) vnde quòd alijs vtantur homines, non facit naturalis neceſſitas, ſed humana curioſitas, quæ ad ſuam voluptatem exquiſiuit tantam potuum, & ciborum varietatem. *Quod expreſſit ab initio Author. Neque enim cibi in ſeipſis, quicunque ſint, ad animæ candorem polluendum immundi ſunt: ſed immunditia ex nimia eorum in edendo immoderantia ſpiritualiter contrahitur. Et hoc eſt, quod dicebat Dominus Matth.15.* Non quod intrat in os, coinquinat hominem. *Siquidem* nulla Y genera ciborum immunda ſunt, vel hominem inquinare poſſunt, ſecundùm ſuam naturam: *ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.* Et exponitur hoc de peccatis. Poſſunt tamen aliqui cibi per accidens inquinare animam, in quantùm ſcilicet contra obedientiam, vel votum, vel ex nimia concupiſcentia comeduntur: vel in quantùm præbent fomentum luxuriæ, propter quod aliqui à vino & carnibus abſtinent. *De quo infrà. Cum ergo vel ex obedientia ad mandata Dei & Eccleſiæ, vel ex voto, ſine cauſa inhibitos cibos præ guloſitate comedis, mortaliter peccas: quin & ipſis veſcens quadrageſimalibus eſcis, quandoque potes jejunando vſque ad mortalem culpam delinquere; ſubditur enim:* vel cum ex nimia concupiſcentia comeduntur, *vt ab Eſau vilis lenticula: de quo ſupra.*

S 2.2. q. 40. a. ad 1.
T 2.2. 102. 6. ad 1.
Guloſus, mergulus.
V 2.2. 72. 6. c.
X *Geneſ.1. ibi*, Germinet terra,
Cibus nullus ex ſua natura immũdus, ſed ex alio capite.
Y 1.2. 102. 6. ad 1. *ad Tit.1. l. 3. ibi*, omnia mũda. *Matth. 15. lit. a. ibi.*

n *Igitur & nimia quantitas cibi cauenda eſt, & qualitas.* Multùm Z vtilis eſt (*monet Author*) moderata ſumptio & animæ & corpori, Eccli.37. *In multis eſcis erit infirmitas:* Et Seneca de antiquis loquens: *Simplex erat, & ex eſca ſimplici valetudo: multos morbos multa fercula fecerunt.* Circa frequentiam verò refectionis notandum, quòd homini, qui habet intendere ſtudio ſapientiæ, vel orationi, vel alij operi ſpirituali, expediret (ſi aliud neceſſitas non requireret) quòd ſemel in die reficeretur: & tunc ita temperatè, quòd illa refectione non impediretur à ſpirituali opere. *Siquidem* abſtinentia A confert ad ſapientiæ perceptionem, ſecundùm illud Eccle.2. *Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad Sapientiam &c.* Non congruunt B deliciæ homini, qui ſtudet ſapientiæ, Iob 28. *Non inuenitur in terra ſuauiter viuentium.* Pueri, qui cibos regios contempſerunt, intelligentiores cæteris facti ſunt, *Dan.1. Nec minùs vtrique ſaluti nocet qualitas eduliorum: nam* qui C delicatis vtitur, infirmitati corporis ſui medium adhibet, vnde infirmitas aggrauatur. Secundùm *Auguſtinum*, ſumenda ſunt alimenta, ſicut medicamenta. Sed, ſicut dicit *Gregorius*, ipſum medicamentum in vulnus vertitur: quia exquiſito remedio paulò diutiùs inhærentes, ex eo grauiùs deficimus, quod proindè ad refectionem paramus. *Poteſt* (*ajebat* Seneca) *noſtra prouidentia huic corpuſculo moram prorogare longiorem, ſi voluptates, quibus major pars corporum periit, poterimus regere, & coercere.* Et Chryſoſtomus: *Hi, qui delicijs vitam ducunt, reſoluta corpora & omni cera molliora circumferunt, atque infirmitatibus repleta: quibus ad cumulum malorum podagræ tumor, & immatura ſenectus accedit, & ſemper vita in medicis & medicamentis, ſenſus autem tardi, graues, & obtuſi, & quodammodo ſepulti.* Non videtur D quòd Deus voluerit, hominem quærere pretioſos cibos, qui eandem eſcam aſſignauit ei cum jumentis, Geneſ.1. *Ecce dedi vobis herbam, & vniuerſa ligna &c. vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ (vt prætactum eſt.)* Fatuum eſt ſumptus magnos facere pro breui delectatione, quæ tantum durat, quantum tranſitus cibi per guttur ſolùm durat. Non congruunt etiam deliciæ loco, in quo ſumus: locus enim exilij eſt, vallis lacrymarum, non locus deliciarum. Non ejecit hominem Deus de loco deliciarum, vt ſibi delicias procuraret. Item, non congruunt deliciæ ſtatui corruptionis, in quo nunc eſt humana natura. Quæ facilè corrumpuntur, meliùs ſeruantur in aqua ſalſa, quàm in dulci. Non congruunt etiam deliciæ ſeruili conditioni corporis, Eccli.33. *Seruo maleuolo tortura & compedes* congruunt, non deliciæ, Prou.29. *Qui delicatè à pueritia nutrit ſeruum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem.* Item, non congruunt deliciæ ſtultitiæ corporis, ad cujus correptionem virga neceſſaria eſt, Prou.10. *Virga in dorſo ejus, qui indiget corde;* & cap.19. *Non decent ſtultum deliciæ.* Non congruunt etiam deliciæ ſtatui Chriſtiano. *Chriſtus* (*ajebat* Bernardus) *qui non fallitur, elegit quod carni moleſtius eſt: id ergo melius, id vtilius, id magis eligendum.* Exemplo igitur ipſius Chriſti, non carni delectabilia, ſed moleſta debet Chriſtianus eligere, ad Galat.5. *Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs* (gulæ *præſertim.*) Chriſtianus debet potiùs eligere habere cum populo Dei carnis afflictionem, quàm inordinatam cum ſeruis diaboli conſolationem, ſicut de Moyſe legitur *ad Hebr.11.* Magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere jucunditatem. *Itaque, vt ad primum reuertamur, ſecundùm regulam rationis ſumendus eſt cibus.* Regula *autem* rationis E hæc eſt, vt homo ſumat cibum, ſecundùm quod conuenit ſuſtentationi naturæ, & bonæ habitudinis hominis, & conuerſationi eorum, cum quibus viuit, vt dicitur *in 3. Ethic.* Quando ergo ſecundùm hanc regulam rationis appetit aliquis & ſumit cibum, ſecundùm neceſſitatem ſumit: quando verò vltra hoc excedit, tranſcendit regulam rationis, à medio virtutis diſcedens, vt ſatisfaciat voluptati. *Cæterùm* non quicunque F ſumit cibum extra metas neceſſitatis, peccat vitio gulæ. Poteſt enim contingere, quòd id, quod credit ſibi eſſe neceſſarium, ſit ſuperfluum: & tunc concupiſcentia cibi non eſt immoderata, quia non recedit à regula rationis. Gula autem non importat per ſe immoderatam cibi ſumptionem, ſed immoderatam concupiſcentiam ſumptionis ipſius. Menſura autem ipſius ſumptionis cibi ſumitur ſecundùm regulam naturæ corporalis; vnde magis poteſt eſſe cognita ſecundùm artem medicinæ, quàm ſecundùm rationem prudentiæ: ſecundùm quam tamen poteſt dijudicari, vtrùm concupiſcentia ſit moderata, vel immoderata. Quamuis de facili nec hoc cognoſci poſſit, vbi non multùm à ratione diſceditur: ſed hoc homo præcipuè poteſt ex auxilio Dei. *DISCE ad neceſſitatem veſci, non ad luxuriam.*

Moderata cibi ſumptio vtilis animæ & corpori.
Z *Op. de m. Pr. l. 5. c. 23.*
Semel in die comedat ſtudioſus, & ſpiritualis.
A 2.2. 148. 6. c. & 149. 3. ad 2.
Abſtinentia ad ſapientiam confert.
B *Op. cit. l. 5. c. 21. ff.*
Nedum quantitas nimia, ſed & qualitas cibi vtrique ſaluti noxia.
C *Op. cit. ibid.*
D *Ibidem.*
Non congruũt homini deliciæ multiplici ex capite.
E *Ma. 14. 1. ad 1.*
Qualiter ſecundùm regulam rationis cibus ſumendus.
F *Ibid. ad 2.*

XII. Secundùm hoc, vitium gulæ habet quandam magnitudinem, in quantùm ex ea occasionantur diuersa peccata, 2. 2. 148. 3. fi. c.

G Ma. 14. 4. c. & 9. 8. 1. c. & 2. 2. 35. 3. & 148. a. 5. & 6. & 153. 4. ad 1.
Gula, vitium capitale, ex quo plura alia oriuntur, quæ ejus dicuntur filiæ.

o GVlæ, ceu fecundæ plurium peccatorum matri, plures idcircò assignantur à Doctoribus filiæ. Vnde & vitium G capitale dicitur, ex quo alia oriuntur secundùm rationem causæ finalis, in quantùm scilicet objectum alicujus vitij est multùm à pluribus appetibile: & præcipuè, in quantùm habet aliquam similitudinem cum felicitate, quam omnes naturaliter appetunt. Vna autem de conditionibus felicitatis est delectatio, sine qua felicitas esse non potest: & ideò peccatum gulæ, quod est circa vnam maximarum delectationum, in cibis & potibus consistentem, est vitium capitale. Oriuntur autem ex gula vitia quædam, quæ ejus filiæ dicuntur, secundùm ea quæ consequi possunt ad immoderatam delectationem in cibis & potibus. Quod quidem considerari potest vel ex parte corporis: & sic ponitur gulæ species *immunditia*, cujus pollutio de facili sequitur ex nimia cibi sumptione. Vel potest considerari ex parte animæ, cujus est regere corpus: & ejus regimen impeditur multipliciter propter immoderatam delectationem in cibis & potibus. Et primò quidem quantùm ad rationem, cujus acies hebetatur ex nimia sumptione cibi, vel sollicitudine circa sumptionem ipsius: quia, perturbatis inferioribus viribus corporalibus per inordinatam cibi sumptionem, ipsa ratio per consequens impeditur. Et sic ponitur filia gulæ *hebetudo sensus* circa intelligentiam. Secundò sequitur inordinatio in affectu, qui consopito gubernaculo rationis, inordinatè afficitur: & sic est *inepta lætitia*. Tertiò sequitur inordinatio locutionis, & sic est *multiloquium*: quia, dum ratio verba non ponderat, consequens est, vt homo ad verba superflua dilabatur: (*In multiloquio* autem *non deerit peccatum*, Prou. 10.) Quartò sequitur inordinatio operis; & sic est *scurrilitas*, idest jocularitas quædam in exterioribus gestibus, proueniens ex defectu rationis, cujus erat exteriora membra componere.

Immunditia.
Hebetudo sensus.
Inepta lætitia.
Multiloquiū.
Scurrilitas.

Sed & gulæ imputantur non pauca, & quidem grauiora, consecuta peccata. Vnde legimus Exod. 32. Sedit populus manducare & bibere: & surrexerunt ludere; *idest*, fornicari H vel idolis immolare. In conuiuijs enim homines (*immediatè ante*) interdum non solùm impuritatem contrahunt, sed etiam grauioribus peccatis immerguntur aliquando vsque ad Dei contemptum, & propter lasciuiam ratione absorpta, & à reuerentia diuina abstracta. *Hinc protoparenti Adæ datum à Deo* fuit I præceptum in materia gulæ magis, quàm alterius sensus: quia gustus alijs sensibus subseruit, & ex ejus ordinatione, vel deordinatione, aliorum sensuum ordinatio vel deordinatio multùm dependet.

H Iob 1. l. 5. & Gen. 21. & 1. Cor. 10. l. 2.
Ex gula & idololatria.
Cur Adæ datum præceptū in materia gulæ.
I Genes. 2. ibi, præcepitque.

p *Inducit ergo & in idololatriam gula, & in luxuriam; in hanc tamen frequentiùs*: (communia siquidem totius L generis humani vitia, sunt vitia carnis, & præcipuè gula:) *dicitur enim Ose. 4.* Comedent, & non saturabuntur; *& mox sequitur*: fornicati sunt, & non cessauerunt. *Vnde super illud Apoc. 2.* Habes tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel, edere & fornicari &c. *docemur, quòd* bene M conjunguntur hæc duo, scilicet *edere & fornicari*: quia vnum sequitur aliud. Vnde *Hieronymus*: Venter mero æstuans citò despumat in libidinem. *Item*: Vicina sunt venter & genitalia: & ex vicinitate membrorum sequitur confœderatio vitiorum, *Sap. 2.* Vino pretioso & vnguentis nos impleamus; *& statim sequitur*: Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. *Balaam* interpretatur *vorator*, vnde significat ventrem. Doctrinam igitur Balaam tenent multi, qui ad nil student, nisi comestioni & potationi. Hæc doctrina est contraria doctrinæ Apostoli *ad Rom* 13. Non in comessationibus & ebrietatibus; non in cubilibus & impudicitijs: *quæ videlicet ex prioribus consequuntur.* Non in cubilibus; *idest*, non N in superflua dormitione, quam conuenienter post comessationem & ebrietatem prohibet, quia sequitur ex illis. Et potest esse in hoc peccatum mortale, quando propter quietem corporalem & somnum, omittit quis quæ facere debet, & inclinatur ad aliqua mala facienda, Mich. 2. *Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris.* Potest etiam, *in cubilibus*, referri ad apparatum luxuriæ (*quæ ad comessationem consequitur*) vnde dicitur in persona meretricis *Prou. 7.* Aspersi cubile meum myrrha, & aloe, & cinnamomo; *& Genes. 49.* Ascendisti cubile patris tui. *Eapropter ad hoc innuendum subijcit*: & impudicitijs. *Profectò* diluuium O & pœna Sodomorum, sunt inducta propter peccata luxuriæ præcedentia: *quæ tamen fuerunt* ex gula occasionata. *Et incestum Loth cum filiabus* permisit P Deus (*inter cætera*) in signum, quòd gula & ebrietas sunt matres luxuriæ. *Et hoc, quia* gula Q ministrat luxuriæ materiam. *Vnde & Hieronymus dicit*: Sine R Cerere & Baccho friget Venus: *idest*, per abstinentiam cibi, & potus, tepescit luxuria. *Ex quo & vsus carnium jejunantibus conuenienter ab Ecclesia interdicitur*: quia enim S carnes animalium magis conformantur humano corpori, plùs delectant, & magis conferunt ad humani corporis nutrimentum: & sic ex earum comestione plus superfluit, vt vertatur in materiam seminis, cujus multiplicatio est maximum incitamentum luxuriæ. *Nam* quanto magis T caro fouetur per ciborum affluentiam, & deliciarum mollitiem, tanto concupiscentia magis crescit. *Quò facit illud Iac. 5.* Epulati estis super terram, & in luxurijs vestris enutristis corda vestra. *Epulati estis super terram*, idest V super exigentiam carnis, quæ est de terra; non scilicet ad necessitatem, sed ad voluptatem. Hoc dicit quoad gulam. *Et in luxurijs vestris enutristis*; idest, extra mensuram nutristis, *corda vestra*; idest, satiastis, implendo desideria cordium vestrorum. Hoc dicit quoad luxuriam: hæc enim duo vitia sibi inuicem sunt adnexa. *De his dicitur pariter in Epist. Iudæ*: Hi sunt in epulis suis maculæ, conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes &c. *Vbi, inquit Author*, describit X Apostolus peccata eorum, gulæ scilicet & luxuriæ: *Maculæ conuiuantes*: non solùm *ex glossa* in comessationibus & ebrietatibus & pereunt & maculantur; sed etiam sunt *maculæ* aliorum. Et dicuntur *maculæ* ad majorem expressionem, & causaliter, quia & alios maculant: *sine timore*, omnia mala cum multo contemptu facientes: *semetipsos pascentes*, scilicet *ex glossa* non pauperes Christi, Ezech. 34. *Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos.* Dicuntur ergo *maculæ* quoad impudicitiam, *conuiuantes* quoad crapulam, *sine timore* quoad ineptam lætitiam, *pascentes semetipsos*, non pauperes, quoad mensam.

Inducit gula ad luxuriam frequentius.
L Matth. 4. lit. a ibi, accedens.
M Apoc. 2. com. 2. ibi, Opusc. 18. cap. 3.
N Rom. 13. l. 3. ibi.
O 2. 2. 148. 3. ad 1.
Gula ministrat materiam luxuriæ.
P Gen. 19. ibi.
Q Ma. 8. 1. c.
R 2. 2. 147. 1. c.
Vsus carnium cur jejunantibus interdicatur.
S 2. 2. 147. 8. c. lec. 4. d. 15. 3. 4. q. 2.
T Opusc. 18. cap. 9. sub init.
V Iac. 5. ibi. Dan. 14. dub. 2. 5. Sententia moralis, lec. 5. ibi, saturati.
X Epist. Iudæ ibi.

q *Porrò, tanquam in duas species sub vno genere*, diuiditur Y gula in comessationem & ebrietatem, Rom. 13. cit. *Non in comessationibus, & ebrietatibus.* Dicuntur Z comessationes, superfluæ & nimis accuratæ comestiones, *vt visum est. Sicut autem ad cibi spectat superfluitatem comessatio: ita ad superfluitatem potus pertinet crapula, Psal. 77.* Excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino; *vnde & Apostolus distinguit*: in comessationibus & ebrietatibus. *Est autem*

Y 2. 2. 148. 1. & 6.
Vitium gulæ, tanquam in duas species diuiditur in comessationē, & ebrietatem.
Z Rom. 13. l. 3. ibi.

pro-

Digitized by Google

Crapula quid.

propriè crapula lucta capitis, & omnis noxa à vinositate proficiscens. *Et Aristoteles in problem. in eo distinguit crapulam ab ebrietate*, quòd ebrietas vnà cum mente adimit & sensum doloris: crapula verò constante mente caput affligit. *Quoad comessationes igitur illud notandum, quòd si nomen hoc strictim accipiatur, non quæcunque comestiones vel epulæ per illas significantur, sed propriè* conuiuia nocturna post cœnam, & alia intempestiua: sicut merenda, cibus qui ante cœnam sumitur, & jentaculum ante prandium. *Sumuntur nihilominus comessationes pro quibuscunque epulis & conuiuijs superfluè paratis, qualitercunque fiant. Quàm verò damnosa vt plurimùm conuiuia sint, docemur ex* Iob cap.1. *Vbi legimus, quòd* cum in orbem transissent dies conuiuij (faciebant enim filij ejus conuiuia per domos) mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos; consurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis. Dicebat enim: Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. *Et hoc*: quia A in conuiuijs vix aut nunquam homines ammunditiam vitare possunt, quin vel per ineptam lætitiam, vel per inordinatam loquacitatem, aut etiam per immoderatum vsum cibi offendant. *Et quidem grauiter; vnde subditur*: ne fortè peccauerint filij mei, *scilicet* opere vel verbo: *& benedixerint Deo in cordibus suis*, ita vt intelligatur à contrario sensu; & sic per hoc, quod dicitur *benedixerint*, intelligatur *maledixerint*: (crimen enim blasphemiæ tam horribile est, vt pia ora ipsum nominare proprio nomine reformident, sed ipsum per contrarium significant:) *Siquidem, vt vidimus, ex comessationibus plura & grauiora peccata consequuntur*: (vnde nihil vnquam probè factum est, *inquit Chrysostomus*) *nempe detractiones, contumeliæ, contentiones, rixæ, turpiloquia, blasphemiæ, & id generis multa, vt ipsâ experientiâ docemur, sanguine inter pocula incalescente. Profectò inter epulas ab Alexandro Macedone amicus Clytus perimitur. Impius Rex Baltbasar ad regiam mensam assidens, mortis sibi sententiam in opposito pariete ab incognita dextera scribi videt. In celebri Herodis conuiuio impudentis præmium est saltatricis caput Baptistæ. Hinc* 2. Petr. 2. *damnantur quidam* Delicijs affluentes, in conuiuijs suis luxuriantes: *idest*, ventres B incentiuis ad luxuriam in speciebus, saporibus, & fortibus vinis. *Sanè damnosam ad mortem satis est cœnam expertus Holofernes* Iudith 12. *in qua* jucundus factus est, bibitque vinum multum nimis quantùm nunquam biberat in vita sua; *vnde cap.13. dicitur, quòd* jacebat in lecto nimia ebrietate sopitus, *vbi & à Iuditha miserabiliter interfectus est. De quo verum habet quod ait Apostolus ad Philipp.3.* Quorum Deus venter est, quorum finis interitus, *spiritualis nimirùm & temporalis. Sic diues ille interijt, cujus meminit* Lucas cap.12. *qui postquam dixisse legitur*: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare; dixit illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te. *Et cap.16. de alio narratur diuite, quòd* epulabatur quotidie splendidè; *& mox subijcitur*: Mortuus est diues, & (*quod pejus est*) sepultus est in Inferno. *Eapropter minatur, monetque Dominus cap.21. supracit.* Attendite, ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & superueniat in vos repentina dies illa. *Vnde & Sapiens Eccle.7.* Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij, *Et Eccli.37.* Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam: in multis enim escis erit infirmitas. Propter crapulam multi obierunt. *Quòd si conuiuia licitè instituta sunt, ijs ad rationis mensuram vtendum: quod erit, si præter moderatam eduliorum sumptionem, boni conuiuæ adhibeantur, & iusti, juxta illud Eccli.9.* Viri justi sint tibi conuiuæ. *Nec perperam, ad mala præfata vitanda, prauos ex-*

In quo hæc ab ebrietate distinguatur.

Comessatio quid propriè.

Conuiuia damnosa.

A Iob 1. l. 1. ibi.

Blasphemia, horribile crimen.

B 2.Pet.2.ibi.

Boni admittantur conuiuæ.

cludebat conuiuas David, qui Psal. 100. *dicebat*: Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam. *Vnde &* Tob.9. *legimus, quòd* accesserunt ad conuiuium, & cum timore Domini, nuptiarum conuiuium exercebant: *ex opposito autem in* Ep. Iudæ *damnantur* conuiuantes sine timore, *quo amandato, omnia mala sequuntur.*

¶ *Verùm, non minus quàm comessatio, ebrietas cauenda est & crapula: nam omnium* ebrietas est C principium vitiorum; *at luxuriæ præsertim. Vnde &* Genes.19. *Loth ebrietatem horrendus secutus est cum filiabus incestus. Vbi Author notat*, quòd Deus D hunc incestum permisit induci etiam in Sanctum Loth, in signum quòd gula & ebrietas sint matres luxuriæ. *Hinc Apostolus ad Ephes.5.* Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: *videlicet*, quia E cibus & potus superfluus est causa luxuriæ, & præcipuè vinum, quod calefacit & mouet, Prou.20. *Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas*; Esth.1. *Cum Rex post nimiam potationem incaluisset mero &c.* Vnde *Hieronymus*: Quem Sodoma non vicit, vina vicerunt Loth. (*An autem Loth ea in re peccauerit, liquebit inferiùs.*) *Ex quo ad illud Apostoli 1. ad Tim.3.* Non violentum, *exponens Author inquit*: Minus F dicit, & plus significat: Q. d. non gulosum, non luxuriosum; *hoc enim ex illo. Et quidem* de concupiscentia G carnis Dominum tentauit diabolus, quando tentauit eum de gula, quæ est mater luxuriæ. *Quàm verò noxia crapula sit & ebrietas, docet præter experientiam Sapiens Eccli.31.* Diligentes in vino noli prouocare: multos enim exterminauit vinum. *Et paulò post*: Vinum multum potatum irritationem & iram & ruinas multas facit: *Vinum inquam multum: non ita moderatè sumptum, ad quod immò Paulus hortabatur Timotheum 1. cap.5.* Modico vino vtere propter stomachum tuum. *Quòd si & spirituale spectes detrimentum, audi minantem Dominum Is.5.* Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. *Et Prou.23.* Cui væ? cujus patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? *Nec tamen volunt aliqui (de plebe præsertim) à nimia vini potatione abstinere: quinimmò familiam suam in dies magis depauperant, & in miseriam deducunt extremam, quicquid lucri faciunt, in poculis consumendo, Prou.23.* Vacantes potibus, & dantes symbola consumentur. *Et cap.21.* Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum & pinguia, non ditabitur. *Sed & (horridum dictu) filios & filias impij quidam impudenter prostituunt, vt vinum ingurgitent, Ioel.3.* Posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino, vt biberent. *Quod quidem vitium redditur in fœminis detestabilius; vnde Apostolus* 1. ad Timot. 2. *significanter dicit*: cum verecundia & sobrietate ornantes se. *Nam*, quia H in mulieribus ratio est debilis, sobrietas autem conseruat virtutem rationis; ideo in mulieribus maximè reprehenditur ebrietas. Vnde antiquitus apud Romanos eis non dabatur vinum. *Quod apud nonnullas Nationes laudabiliter & modò seruatur.*

¶ *Cæterùm ebrietas non semper mortale peccatum inducit. Pro quo sciendum, quòd* culpa I ebrietatis consistit in inordinato vsu & concupiscentia vini. Hoc autem contingit esse tripliciter. Vno modo sic, quòd nesciat quis, potum esse immoderatum, & inebriare potentem; & ita ebrietas potest esse sine peccato: (Et sic L creditur Noe inebriatus fuisse, vt legitur Genes.9. *Cœpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam: bibensque vinum, inebriatus est*. An autem M tunc cœperit vsus vini, ita quòd ante diluuium non biberent homines, nisi aquam: non potest planè argui ex hoc loco. *Isidorus* tamen Etym. lib.17. dicit: *Vitis planta-*

Ebrietas, principium omnis vitiorum.

C Tit.2.d.1.f.

D Gen.19. longe ass.

Gula & ebrietas matres luxuriæ.

E Ephes.5.l.7. initio.

F 1.Tim.3.l.1. ibi. Hebr.12.f. 3 ibi. Etc.

G Hebr.4.l.3. ibi, tentatum.

Crapula & ebrietas quàm damnosa.

Ebrietas in fœminis detestabilior.

H 1. Tim. 2.l. 2.ibi. & 2.2. 149.4.c.

Romanæ mulieres non bibebant vinum.

Quandonam ebrietas veniale, vel mortale peccatum.

I 2.2.150.2. & 1 c. & 1.2. 88.5. ad 1. & 1. Cor. 5. l. 1. ibi, ebriosus.

L 2.2.150.1. c. Ma.15.a.ad 2.

M Gen.9. ibi.

Digitized by Google

plantationem primus Noe instituit rudi adhuc seculo. Et secundùm hoc videtur, quòd ante diluuium non biberent homines saltem ex vinea culta.) Alio modo sic, quòd aliquis concipiat, potum esse immoderatum, non tamen æstimat potum inebriare potentem: & sic ebrietas potest esse cum peccato veniali. Tertio modo potest esse, quòd aliquis bene aduertat, potum esse immoderatum & inebriantem; & tamen magis vult ebrietatem incurrere, quàm à potu abstinere: & talis propriè dicitur ebrius, quia moralia recipiunt speciem, non ab his, quæ per accidens eueniunt præter intentionem, sed ab eo, quod est per se intentum. Et sic ebrietas est peccatum mortale: quia secundùm hoc homo volens & sciens priuat se vsu rationis, quo secundùm virtutem operatur, & peccata declinat; & sic peccat mortaliter, periculo peccandi se committens. Vnde ebrietas per se loquendo est peccatum mortale: *quamuis alibi Author ex Augustino aliter sensisse videatur* N: *quod in Summa clariùs definit. Num verò ebrietas possit à peccato excusare*: Dicendum O quòd in ebrietate duo attenduntur, scilicet defectus consequens, & actus præcedens. Ex parte autem defectus consequentis, in quo ligatur vsus rationis, ebrietas habet excusare à peccato, in quantùm causat inuoluntarium per ignorantiam. Sed ex parte actus præcedentis videtur esse distinguendum: quia, si ex actu illo præcedente subsecuta est ebrietas sine peccato, tunc peccatum sequens totaliter excusatur à culpa, sicut fortè accidit de Loth. Si autem actus præcedens fuit culpabilis, sic non totaliter aliquis excusatur à peccato sequenti, quod scilicet redditur voluntarium ex voluntate præcedentis actus, in quantùm scilicet aliquis, dans operam rei illicitæ, incidit in sequens peccatum. Diminuitur tamen peccatum sequens, sicut & diminuitur ratio voluntarij. Vnde *Augustinus* dicit *contra Faustum*: Loth culpandus est, non quantum ille incestus, sed quantum ebrietas meruit. *Et alio in loco Author hanc ad rem:* Quamuis *inquit* Loth P credatur immunis à peccato mortali fuisse: filiæ tamen ejus non omnino excusantur à peccato mortali; sed ex pietate intentionis minùs peccauerunt: fuit enim leuis æstimatio, super quam se fundauerunt. Et præterea, si eis pro certo constitisset, totum genus humanum perijsse, debuissent diuinum consilium & Patris expetere in tam horribili facto, quod erat contra primam institutionem matrimonij, vbi pater & mater prohibentur, *Genes.* 2. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ. *Excusat igitur quandoque ebrietas ebrium à peccato*: contingit enim Q per accidens ebrietatem non esse peccatum mortale propter ignorantiam fortitudinis vini, vel debilitatis proprij capitis: quæ tamen excusatio tollitur per frequentem experientiam; & ideò Apostolus 1. *Cor.* 5. signanter non dicit: *Si quis est* ebrius, sed *ebriosus: qui scilicet frequenter fit ebrius; nam cognita virtute vini & propria debilitate, nulla suffragatur excusatio à culpa. Sicut autem* dicitur R aliquis sobrius, quasi *briam*, idest *mensuram* seruans: *ita ebrius dicitur quasi extra mensuram, per vini scilicet vsum immoderatum.*

Extra inquam rationis mensuram operatur ebrius, qua (vt præmissum est) immò voluntariè se priuat, vinum immoderatè sumens: cujus effectus sumptionis, de sobrietate præmonens, describit Spiritus Sanctus Prou. 23. Ne intuearis vinum, quando flauescit, cum splenduerit in vitro color ejus: ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extranea, & cor tuum loquetur peruersa. Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator, amisso clauo (*rationis*) & dices: Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi: quando euigilabo, & rursus vina reperiam? *Quod facit proculdubio crapula, vt visum est. Verùm, quò gulæ pessimos complectamur effectus, illud pro cunctis sufficiat, quòd gulosus animam suam regnumque cœleste pro vili venundat cibo vel potu*: Ne quis (*ait Apostolus ad Hebr.* 12.) fornicator, aut profanus, vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. *Vbi Author*: Profanus *inquit* dicitur S quasi procul à fano: & tales sunt gulosi, qui de ventre suo deum faciunt. *Sicut Esau.* Quod dixerat, ostendit in exemplo Esau, qui propter gulam vendidit primogenita. Sic etiam gulosus pro minima esca vendit hereditatem æternam, *Prou.* 6. Pretium scorti vix est vnius panis. *Quò facit id, quod habetur Is.* 5. Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. Cithara & lyra & tympanum & tibia & vinum in conuiuijs vestris: & opus Domini non respicitis (*cui immò gula præponitur*) nec opera manuum ejus consideratis. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles ejus interierunt fame, & multitudo ejus siti exaruit. Propterea (*quod deterius est*) dilatauit Infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino, *ad voratores videlicet hujusmodi deuorandos. Et hoc est* vulnus sæuum & pessimum in homines, qui habebant characterem bestiæ &c. *de quo Apoc.* 16. Qui viuunt T ad similitudinem bestiarum, omni hora sine discretione potationi & comessationi vacando, ventri suo seruiendo vt Deo, immò plusquam Deo: quia plùs laborant, vt faciant voluntatem ejus, quàm Dei. Vnde Roman. 16. dicitur: *Hujuscemodi Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri: Quorum* Philip. 3. *Deus venter est.* Et in hoc fit *vulnus sæuum & pessimum*, quando pro gulæ vitio, gehennæ supplicium pronunciatur. Est autem vulnus continui diuisio: & quantò partes continui magis sunt sibi consertæ, tantò diuisio earum facit grauius vulnus. *Sæuum* ergo *vulnus* est in separatione à delicijs, quibus per amorem nimium adhæserunt. Sed *pessimum* erit *vulnus*, quando non solùm delicijs carebunt, sed etiam cruciatus perpetuos sustinebunt. Vnde Is. 65. *Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibent, & vos sitietis.* Prima effusio phialæ (*ab Angelo*) est contra peccatum gulæ: & hoc est quasi fomes aliorum. Vnde super *Matth. cap.* 4. vbi agitur de tentationibus Christi, dicit *Glossa*: In pugna Christi primùm contra gulam agitur: quia nisi priùs refrænetur, frustrà contra alia vitia laboratur. Et alia *glossa* dicit, quòd diabolus victus de gula, non tentat de libidine: *neque victor in primo, tentare curat de secundo, etenim luxuria per se ad gulam consequitur. Ex his omnibus liquet,* vitium V gulæ ex parte effectus consequentis, habere quandam magnitudinem, in quantùm ex ea occasionantur diuersa peccata, *vt probatum est: quod ajebat initio Author. DISCE, non in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis epulari,* 1. Corint. 5. *Vide* Abstinentia, Jejunium, Sobrietas.

Marginal notes:

N Ma. 2. 8 ad 8. & q. 7. 4. ad 2. & 1. Cor. 5. l. 3. ibi, ebriosus.

O 2. 2. 150. 4. c. & 1. 2. 76. 4. ad 1. & 4. Ma 25. 2. ad 9. In 2. d. 22. 2. 2. ad 2.

An à peccato excuset ebrietas.

Num Loth à peccato incestus ex ebrietate excusetur: & an ejus filiæ.

P 4. d. 33. exp. text.

Q 1. Cor 5. l. 3. ibi, ebriosus.

Ebrius & ebriosus differunt.

R 2. 2. 149. 1. c.

Sobrius quid signet ex etymo.

Ebrietatis effectus.

S Hebr 12. l. 2. ibi. Gen. 25. ibi, Edom. Ma 14. 2. ad 1.

Gulosus animam & regnum cœleste pro vili vendit esca.

T Apoc. 16. com. 1. ibi, & septimus Angelus.

Golosi describuntur, & eorum pœna.

Peccatum gulæ, aliorum fomes.

Nisi hæc refrænetur, frustrà contra alia vitia pugnatur.

V 2. 2. 148. 3. & c.

Diabolus de gula victus, non tentat de libidine.

Digitized by Google

H.

HABITVS. Vide ABSTINENTIA, GRATIA DEI, VIRTVS.
HÆRESIS, HÆRETICVS. Vide FIDES INFVSA.
HEBETVDO. Vide GVLA, LVXVRIA.
HEBRÆI. Vide IVDÆI.
HENOCH. Vide ANTICHRISTVS.
HERODES. Vide CHRISTI NATIVITAS, PASSIO.
HEROICVM. Vide SPIRITVS SANCTVS, VIRTVS.
HIERARCHIA. Vide ANGELVS.
HISTRIONATVS. Vide CVRIOSITAS.
HOMICIDIVM. Vide HOMO, IRA.

HOMO.

I. Deus fecit hominem quasi regem inferiorum, & est gloria, scilicet claritas, diuinæ imaginis, 1. Cor. 11. *Vir imago, & gloria Dei est*, Psalm. 8. lit. c.

Misera status hominis conditio.

a *Vilem hominis originem, & miseram status illius conditionem describit Iob c. 14. cum ait*: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur, & conteritur &c. *Homo natus de muliere*, quasi X de re fragili, & quantùm ad durationem, cum dicit: *breui viuens tempore*; & quantùm ad conditionem, cum dicit: *repletur multis miserijs*. Vbi quasi exponere videtur quod suprà dixerat: *Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam*. Secundò excludit ea, de quibus homines gloriari possent. Quorum primum est corporis pulchritudo, qua pollet homo in iuuentute; sed ista gloria nulla est, quia citò transit ad modum floris; vnde dicit: *Qui quasi flos egreditur, & conteritur*, scilicet de facili. Secundum est fama, quæ diu non durat; vnde dicit: *Et fugit velut vmbra*; vmbræ enim transeuntis nullum vestigium, aut memoria manet. Tertium est potestas & virtus, qua aliquis se & sua conseruare conatur; & contra hoc dicit: *& nunquam in eodem statu permanet*. Et possunt hæc tria ad tria superiora referri: *homo* enim *natus de muliere, quasi flos egreditur, & citò conteritur*. Sic autem *breui viuit tempore*, vt velut *vmbra fugiat*, cujus non restat vestigium. Sic autem *multis repletur miserijs*, vt si interdum prosperitate & gaudio potiatur, nunquam tamen in eodem statu permaneat. *Verumtamen ea hominem ex parte animæ (quæ potior in eo est) nobilitate Dei largitas decorauit, vt suam in ipso imaginem imprimere voluerit*, Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, *proinde & ad perpetis consortium felicitatis idoneum fecerit*. *Neque* ad imaginem *tantum factus est homo, sed & imago Dei est*, 1. Cor. 11. Vir imago, & gloria Dei est. *Vbi Author*: Per hoc *inquit* quod Y dicit, *imago Dei est*, excluditur quorundam error dicentium, quod homo solùm est ad imaginem Dei, non autem est imago: cujus contrarium hic Apostolus dicit. Quia igitur homo similatur Deo secundùm memoriam, intelligentiam, & voluntatem mentis, quod pertinet ad speciem intellectualis naturæ, & hoc habet à Deo: dicitur esse Dei imago: quia tamen deest æqualitas, est Dei imago imperfecta; & ideò dicitur, *ad imaginem* Gen. 1. Sed Filius, qui est æqualis Patri, est imago perfecta, non autem ad imaginem. *Neque dicendo, vir, excludit Apostolus in muliere diuinæ rationem imaginis*: *etenim* tam Z in viro, quàm in muliere inuenitur Dei imago quantum ad id, in quo principaliter ratio imaginis consistit, scilicet quantùm ad intellectualem naturam. Vnde *Genes.* 1. cum dixisset: *ad imaginem Dei creauit illum*, scilicet hominem, subdidit: *Masculum & fœminam creauit eos*. Et dixit pluraliter, *eos*, vt dicit *Augustinus*, ne intelligatur in vno indiuiduo vterque sexus fuisse conjunctus. Sed quantùm ad aliquid secundarium, imago Dei inuenitur in viro, secundùm quod non inuenitur in muliere: nam vir est principium mulieris & finis, sicut Deus est principium & finis totius creaturæ. Vnde, cum Apostolus dixisset: *Vir imago & gloria Dei, mulier autem gloria viri*; ostendit, quare hoc dixerit, subdens: *Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum*, 1. ad Corinth. 11. *Et in hoc sensu locutus est* Augustinus, *cum illud non semel prompsit*: Mulier non est imago Dei. *Idcircò enim* Apostolus A signanter loquitur. Nam de viro dixit, quòd *imago & gloria Dei est*: de muliere autem non dixit, quod esset imago & gloria viri, sed solùm quod est *gloria viri*: vt detur intelligi, quod esse imaginem Dei, commune est viro & mulieri; esse autem gloriam Dei immediatè proprium est viri. *Quod dictum sit contra quosdam, impiè negantes in muliere esse imaginem Dei*. (Sanè imago B Dei vtrique sexui communis est, cum sit secundùm mentem, in qua non est distinctio sexuum.) *Et quidem* sicut C in prima rerum institutione mulier est de viro formata: ita & in subsequentibus generationibus vir per mulierem productus est. Nam prima productio hominis fuit sine viro & muliere, quando Deus formauit hominem de limo terræ, vt dicitur *Genes.* 2. Secunda autem fuit de viro sine muliere, quando formauit Euam de costa viri, vt ibidem legitur. Tertia autem est ex viro & muliere, sicut Abel natus est ex Adam, & Eua, vt legitur *Genes.* 4. Quarta autem ex muliere sine viro, vt Christus ex Virgine, secundùm illud ad Galat. 4. *Misit Deus filium suum factum ex muliere*.

b *Adeò autem effulget in homine Trinitatis imago, vt quodammodo magis in eo exprimi videatur similitudo Dei; quàm in Angelo*. *Nam*, si attendatur D quantùm ad distinctionem personarum, sic expressior est similitudo in homine, quàm in Angelo: quia in Angelo suæ potentiæ sunt minùs distinctæ. Vel, in quantùm ipse Deus est principium rerum: & sic imago inuenitur in homine, & non in Angelo, in quantùm vnus homo est principium omnium hominum, sicut Deus omnium rerum; & in quantùm anima est in toto corpore tota, sicut Deus in Mundo. *Quin & Angelis* E data est gratia ad determinatum gradum secundùm determinatum ordinem promerendum: homo autem, cum ex conditione naturæ ad nullum ordinem determinetur, sed indifferenter ad omnes se habeat, accipit gratiam etiam indifferenter ordinatam ad promerendum gradum cujuslibet ordinis secundùm genus suum. *Et quidem*, quantùm F ad reparationem diuinam, sic homo major est Angelo, in quantùm humana natura assumpta est in vnitatem personæ diuinæ. *In qua quidem reparatione & cœlestis capacem Regni hominem fecit, ab eo per peccatum exclusum, quando, vt dicitur Ioann.* 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, *non creationis tantum beneficio, sed recreationis & regenerationis*: *nam* si filij, & heredes, *Rom.* 8. Fiunt *autem* homines G filij Dei per assimilationem ad Deum: & ideò secundùm triplicem assimilationem hominum ad Deum homines sunt filij Dei. *Primò* enim per gratiæ infusionem; vnde quicunque habent gratiam gratum facientem, efficitur filius Dei: *Quoniam estis filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui &c.*

ad

X Iob 14. init.

Homo non tantum ad imaginem, sed & imago Dei.

Y 1. Cor. 11. l. 2. ibi. & 1. p. 93. In 2 d. 3. q. 1. & 9. 3. & cap. 2. p. text. Ver. 10. 3. In 3. l. 6.

Atqui imperfecta.

Sicut & mulier.

Z 1. p. 93. 4. ad 1. & a. 6. ad 2. Genes. 1. ibi. masculum. 1. Cor. 11. l. 2. ibi. In 2 d. 16. 1. 3. c. 6 in 1. d. 3. 4. 1. ad 4.

In quo deficiat in muliere ratio imaginis.

A 1. Cor. 11. loc. cit.

B 1. p. 93. 4. 4. ad 1.

Quadruplex hominis productio.

C 1. Cor. 11. l. 3. ibi. sine viro. 3. p. 31. 4. c. In 3 d. 12. 3. a. 9. 3. c.

Imago Trinitatis in homine expressior quodammodo, quàm in Angelo.

D 1 d. 3. 3. 1. ad 4. & 1. p. 93. 4. ad 2.

E 2. d. 29 1. 4. ad 4.

F 1. d. 3. exp. 3. p. tex. Homo aliquatiter major Angelo.

G Io. 1. l. 6. In 1. l. c. exp 1. p. tex. Homines filij Dei per triplicem assimilationem.

ad Galat. 4. *Secundò* assimilamur Deo per operum perfectionem: quia qui facit opera justitiæ, est filius Dei; *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri*, Matth. 5. *Tertiò* assimilamur Deo per gloriæ adeptionem: & quantùm ad animam per lumen gloriæ, 1. Ioann. 3. *Cum apparuerit, similes ei erimus*: & quantùm ad corpus, Philip. 3. *Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ*. Vnde de istis duobus dicitur *ad Roman.* 8. Adoptionem filiorum Dei expectantes. *Ex quo bene alibi docet Author*: Per hoc H quod dicit, *ad imaginem*, notat conformitatem in essentia: per hoc quod dicit, *ad similitudinem*, conformitatem in gratia. *Vnde & quia per peccatum hanc per gratiam similitudinem Adam amiserat, signanter subditur*: Vixit autem Adam centum & triginta annos, & genuit filium ad imaginem & similitudinem suam: vocauitque nomen ejus Seth. *Vbi Author*: Non I dicit, *ad imaginem* Dei, sed *suam*: nam imago Dei viui erat in homine deturpata, ita quòd non debebat dici diuina, cum careret suo formali, scilicet eleuato actu contemplationis Dei. Similitudo autem ex toto erat deleta: quia similitudo attenditur quantùm ad gratuita: & posteritas Adæ concipitur in carentia gratiæ, & originalis justitiæ. Et ideò dicitur genitus ad imaginem & similitudinem primorum parentum, quia similis in natura ab eis etiam culpabiliter infectus processit. *Hinc deducitur, per mortalem culpam deformari in homine imaginem Dei, ejusque deleri similitudinem, juxta illud Thren.* 4. Denigrata est super carbones facies eorum. *Ideircò monebat Sapiens Eccli.* 10. Fili, in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundùm meritum suum, *cum talis ac tanta sit. At de hominis nobilitate ex parte animæ, satis diximus Tom.* 1. *V.* Adam, *& V.* Anima rationalis: *quò Lectorem remittimus*.

H *Genes. 5. ibi.* ad imaginem & similitudinem.

Per peccatum, Dei amittimus similitudinem.

I *Ibid. ibi. Op. 91 §. 1. 5.*

c *Quod verò attinet ad humanum corpus, & generationem ipsius, illud ex Authore sciendum, quòd* in genitura L septem sunt mutationes necessariæ. Quarum Prima est seminis conuersio, & præcipuè ad formam cordis. *Secunda* est materiæ distinctio ad formam membrorum principalium, quæ & causatiuas habent virtutes, sicut hepar causat virtutes naturales, & vasa seminaria virtutes formatiuas conceptuum: & ideò in secunda mutatione seminis adhærent puncto cordis tres vesiculæ, quas facit spiritus ad locum cerebri, hepatis, & vasorum seminalium. (*Puncto* inquam *cordis*: cor *enim* necesse M est in animali priùs formari, quia virtus cordis operatur ad formationem aliorum membrorum: *eo quòd* cor N est primum instrumentum, per quod anima mouet cæteras partes corporis; & ideò eo mediante, anima vnitur reliquis partibus corporis, vt motor: licèt vt forma vniatur vnicuique parti corporis per se & immediatè. *Et quidem* cor O est principium virium vitalium in toto corpore, & est primum principium omnium membrorum quantùm ad esse: sed caput est principium virium animalium, quæ pertinent ad sensum & motum. *Idcircò &* cor P quod est principium vitæ in homine, est in medio positum, vt ab omni læsione conseruetur, & vitam proportionaliter in omnes partes corporis diffundat. *Porrò* motus Q cordis secundùm naturam est, & non secundùm voluntatem. Et propter hoc motus ipse vitalis dicitur; vnde sicut generatiuum & nutritiuum *ex Greg. Niss.* non obedit rationi: ita nec pulsatiuum, quod est vitale. Pulsatiuum autem appellat motum cordis, qui manifestatur per venas pulsatiles, *quas* arterias *vocant*. *At* de motu cordis *vide fusè Authorem* R. *Illud etiam ex Philosopho* in lib. de part. anim. *notandum, quòd* illi S qui habent paruum cor secundùm quantitatem, sunt magis audaces: & animalia habentia magnum cor secundùm quantitatem, sunt timida: quia calor naturalis non tantùm potest calefacere magnum cor, sicut paruum. Sicut ignis non tantùm potest calefacere magnam domum, sicut paruam.) *Tertia* mutatio est distinctio materiæ, quando vesicula cerebri ascendit sursum, & vesicula hepatis aliquanto ad dextrum, & ad vltimum descendit vesicula vasorum seminalium: & hunc ascensum & descensum facit spiritus exsufflatione, qui est in corde. *Quarta* mutatio est totius materiæ distinctio, vt distribuatur locis membrorum secundariorum, qui causatrices virtutes non habent: & hanc distinctionem iterum facit spiritus exsufflatione cordis, quæ exsufflatio perforat & distendit materiam; & perforando facit viam venarum pulsatilium, & quietarum, & neruorum: extendendo autem, distribuit materiam vniuscujusque membrorum in locum proprium. *Quinta* mutatio est transmutatio materię in figuram membrorum, quam figuram non reciperent, nisi humidum esset in ea: & hanc mutationem facit, cum vis formatiua cordis in locum membrorum per spiritum exsufflatur. Membra autem figurata non sunt apta recipere virtutem operatiuam & motiuam, nisi per confœderationem & colligationem. *Sexta* mutatio est, quæ completur per calorem cordis cum spiritu diffuso in membris: qui exsiccans superfluum humidum, consolidat & confortat juncturas & connexiones. *Septima* mutatio est motus, scilicet per virtutem motiuam, quæ omnibus membris à corde influit. Et cum omnis motus genituræ sit à Luna, oportet quòd septem conuersionibus Lunæ in homine quod est perfectissimum seminis compleatur. Et licèt istæ mutationes seminis non sint successiuæ secundùm numerum mensium: tamen perfectio earum non completur, nisi completo numero conuersionum secundùm septem menses. Et in animalibus alijs ab homine non hæc ita regulariter obseruantur propter ignobilitatem suarum complexionum: sed aliqua diutiùs, vt elephas; alia breuiori tempore impraegnantur. Perfectis etiam conuersionibus, habet embrio ea, quæ exiguntur ad necessitatem. Et, sicut dicit *Galenus*, virtus formatiua tripliciter se habet ad semen, seu ad materiam. Aliquando enim materia est diminuta, & virtus abundans. Aliquando virtus est deficiens, & materia superabundans. Aliquando sunt secundùm qualitatem proportionata. Et quando quidem virtus est abundans, & materia diminuta, terminata est complexio in septimo mense: & tunc virtus abundans fortem facit motum ad exitum, & nascitur puer, & conualescit, & efficitur paruus corpore, & agilis valdè in operationibus. Quando autem adæquata sunt virtus & materia, & quando est superabundans materia: tunc non est completa complexio septimo mense, sed quiescit per vnam Lunæ conuersionem in octauo mense, & facit motum ad exitum, & nascitur nono mense, & conualescit. Et hæc est vt in pluribus ferè omnium natiuitas. Sed quando virtus est deficiens, & inobediens materiæ ex angustia, facit motum in septimo mense, quando virtus motiua data est, & ex dispositione non comprobat ipsum nisi octauo mense: & tunc nascitur, & moritur vt in pluribus. Et hoc non conuenit ex periodo, sed ex dispositione & corruptione principiorum naturalium. Hæc autem, quæ dicta sunt, vt in pluribus sunt vera: Multum enim variationis faciunt complexiones fœminarum, & complexiones climatum: propter quod ego vidi vnam, quæ peperit in vndecimo mense puerum maximæ quantitatis. Et *Aristoteles* dicit, se vidisse vnam, quæ peperit in quarto decimo mense similiter. *Prætereà, cum fœmina generatur*, per respectum T ad naturam *quidem* particularem, fœmina est aliquid deficiens & occasionatum; quia virtus actiua,

Septem in humana genitura mutationes.

L *Op. 28. a. 4.*

M *Pot. 3. 18. ad 10. In 2. d. 22. 1. 2. ad 6. & 2. 3. 122. 2. c.*

Cor, primum omnium formatur in corpore humano, & cur.

Est primum instrumentum ad mouendas cæteras partes.

N *An. 9. ad 13. & 1. p. 90. 1. ad 1. & 1. 2. 17. 9. ad 2. An. 9. ad 6.*

Principium virium vitalium, sicut caput animalium. Cur in medio corporis.

O *In 3. d. 13. 2. 1. ad 5. In 3. d. 8. 5. 3. ad 3. In 4. d. 28. exp. tex.*

P *In 2. d. 14. 2. 1. ad 1. Quol. 4. a. 3. ad 8.*

Q *1. 2. 17. 9. ad 2.*

Motus cordis non obedit rationi.

R *Op. 35. per totum.*

Habentes paruum cor, audaces sunt, qui magnum, timidi.

S *1. 2. 45. 3. c. In 2. d. 19. 1. 4. ad 4. & d. 30. 2. 1. ad 3.*

Omnis genituræ motus à Luna.

Genituræ aliorum animalium diuersa ab humana.

Virtutis formatiuæ, & materiæ diuersitas;

Ex qua diuersitas fœtuum.

Faciunt ad genituram, fœminarum complexiones, & climatum.

T *1. p. 92. 1. ad 1. & 99. 2. ad 1. Ver. 5. 9. ad 9.*

Fœmina cur dicatur quid occasionatum.

Digitized by Google

quæ est in semine maris, intendit producere sibi simile perfectum, secundùm masculinum sexum. Sed per comparationem ad naturam vniuersalem, fœmina non est aliquid occasionatum: sed est de intentione naturæ ad opus generationis ordinata. *Cæterùm* generatio V fœminæ non solùm contingit ex defectu virtutis actiuæ, vel indispositione materiæ, sed quandoque quidem ex aliquo etiam accidenti extrinseco, sicut Philosophus dicit *in lib. de Animal.* quòd ventus Septemtrionalis coadiuuat ad generationem masculorum: australis verò ad generationem fœminarum. Quandoque etiam ex conceptione animæ, ad quam de facili immutatur corpus. *Porrò* maris X conceptio non perficitur, nisi vsque ad quadragesimum diem, vt Philosophus dicit *in 9. de Animal.* fœminæ autem vsque ad nonagesimum. Sed in completione corporis masculi videtur *Augustinus* superaddere sex (*vel quinque*) dies: qui sic distinguuntur secundùm eum in Epist. *ad Hieronymum*. Semen primis sex diebus quasi lactis habet similitudinem: nouem diebus vertitur in sanguinem: deinde duodecim diebus solidatur: decem & octo diebus formatur vsque ad perfecta membrorum lineamenta: & hinc jam reliquo tempore vsque ad tempus partus magnitudine augetur. *Vnde versus:*

V 1. p. 99. a. ad 2. & 92. loc. cit.
Vnde contingat, fœminam concipi.
Quid faciat ad conceptionem masculi.
X 3. d. 3. 5. 2. fi. c. & Ioan. 2. l. 3. lit. c.
Quot diebus perficiatur cõceptio maris & fœminæ.

Sex in lacte dies: ter sunt in sanguine terni:
Bis seni carnem, ter seni membra figurant.

d *Debuit autem humanum esse corpus temperatissimæ complexionis.* Corpus *enim*, cui Y anima rationalis vnitur, cum debeat esse conuenientissimum ad sensum tactus, oportet quòd sit maximè reductum ad medium per æqualitatem complexionis. In quo apparet, quòd tota operatio inferioris naturæ terminatur ad hominem, sicut ad perfectissimum. Videmus enim, operationem naturæ procedere gradatim à simplicibus elementis, commiscendo ea, quousque perueniatur ad perfectissimum commistionis modum, qui est in corpore humano. Hanc igitur oportet esse dispositionem corporis, cui anima rationalis vnitur, vt scilicet sit temperatissimæ complexionis. Si quis autem considerare velit etiam particulares humani corporis dispositiones, ad hoc inueniet ordinatas, vt homo sit optimi sensus. Vnde, quia ad bonam habitudinem potentiarum sensitiuarum interiorum, putà imaginationis, & memoriæ, & cogitatiuæ virtutis, necessaria est bona dispositio cerebri, ideò factus est homo habens majus cerebrum inter omnia animalia, secundùm proportionem suæ quantitatis: & vt liberior sit ejus operatio, habet caput sursum positum, quia solus homo est animal rectum; alia verò animalia, curua incedunt. Et ad hanc rectitudinem habendam & conseruandam, necessaria fuit abundantia caloris in corde, per quam multi spiritus generentur, vt per caloris abundantiam, & spirituum, corpus possit in directum sustineri. Cujus signum est, quòd in senio incuruatur homo, cum calor naturalis debilitatur. *Hoc autem interest discrimen, quoad dispositionem corporis*, ex Philosopho *de gener. anim.* inter masculum Z & fœminam, quia masculus habet superiora membra grossiora, brachia, manus, neruos, & venas, ex quibus vox grossior generatur: nates verò, & ventrem, & alia circumstantia subtiliora. Mulieres autem è conuerso: & hoc, vt in actu generationis sint aptiores. (*Sed &* ex dispositione animæ: sicut enim mulier deficit in complexione, ita & in ratione.) *Et alibi*: Mulieres A debiliora habent corpora, quàm viri, & sunt minoris caloris: & sola illa membra grossiora in eis videmus, quæ ad actum ordinantur generationis & gestum, vt venter & nates, ac ad nutrimentum mamillæ. Omnia autem alia habent subtiliora, & debiliora, quàm viri, & minùs neruosa, in quibus fortitudo consistit, vt sunt pedes & crura, manus & lacerti, & sic de singulis membris, vbi fortitudo fundatur. *Qua de causa & à bellis, vt ibidem docemur, arcentur.* *Cæterùm, quod spectat ad sensus*, tactus B qui est fundamentum aliorum sensuum, est perfectior in homine, quàm in aliquo alio animali. Et propter hoc oportuit quòd homo haberet temperatissimam complexionem inter omnia animalia: (*idcircò* inter C ipsos homines, qui sunt melioris tactus, sunt melioris intellectus: cujus signum est, quòd molles carne, bene aptos mente videmus, vt dicitur *in 2. de Anima*. *Et iterùm*: quia homo D mollis est complexionis *respectu cæterorum animalium*, ideò membra puerilia ex sui mollitie sunt impotentia ad suos actus exercendos: *quod in alijs animantibus perfectioribus non contingit.*) Præcedit etiam homo omnia alia animalia quantùm ad vires sensitiuas interiores. Ex quadam autem necessitate contingit, quòd quantùm ad aliquos exteriores sensus homo ab alijs animalibus deficiat: sicut homo inter omnia animalia habet pessimum olfactum. Necessarium enim fuit, quòd homo inter omnia animalia respectu sui corporis haberet maximum cerebrum, tum vt liberiùs in eo perficerentur operationes interiorum virium sensitiuarum, quæ sunt necessariæ ad intellectus operationem: tum etiam, vt frigiditas cerebri temperaret calorem cordis, quem necesse est in homine abundare, ad hoc quod homo sit rectæ staturæ. Magnitudo autem cerebri propter ejus humiditatem est impedimentum olfactus, qui requirit siccitatem: (*quod patet in canibus.*) Et similiter potest assignari ratio, quare quædam animalia sunt acutioris visus, & subtilioris auditus, quàm homo, propter impedimentum horum sensuum. Quod necesse est consequi in homine ex perfecta complexionis æqualitate. Et eadem etiam ratio est assignanda de hoc, quòd quædam animalia sunt homine velociora: cui excellentiæ velocitatis repugnat æqualitas humanæ complexionis. *Nec perperam homini quædam à natura negata sunt adjumenta, quæ cæteris animalibus donata. Quod tangit* Iob cap. 5. *cum ait*: Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum. *Quod ideò dicit*: quia E proprius motus, quem natura auis requirebat, est volatus; & ideò oportuit auem habere ex sua natura instrumenta congrua ad volandum, & alas, & pennas. Homo verò, qui rationem habebat, per quam proprio labore posset sibi omnia necessaria ad jumenta acquirere, naturaliter productus est absque omnibus adjumentis, quæ natura alijs animalibus dedit, scilicet absque tegumento, absque armis, & alijs hujusmodi, quæ sibi proprio labore parare poterat ex industria rationis. *Et alibi*: Cornua F & vngulæ, quæ sunt quorundam animalium arma, & spissitudo corij, & multitudo pilorum, aut plumarum, quæ sunt tegumenta animalium, attestantur abundantiæ terrestris elementi: quæ repugnat æqualitati & teneritudini complexionis humanæ; & ideò hæc homini non competebant: sed loco horum habet rationem & manus, quibus potest parare sibi arma, & tegumenta, & alia vitæ necessaria, infinitis modis: vnde & manus *in 3. de Anima* dicitur organum organorum. Et hoc etiam magis competebat rationali naturæ, quæ est infinitarum conceptionum, vt haberet facultatem infinita instrumenta sibi parandi. *Et hinc est, quòd* homo G quando secundùm rationem operatur, est optimum animalium: sed quando declinat ad malitiam, est pessimum.

Corpus humanum temperatissimæ complexionis.
Y An. a. 8. c. & 1. p. 91. 3. c.
Cur magnum in homine cerebrum.
Cur homo rectæ staturæ.
Quæ ex calore prouenit cordis.
Z Cp. 20. l. 4. c. 5
Differenter cur dispositũ corpus maris, & fœminæ.
A Ibid. cap 6.
B 1. p. 91. 3. ad 1. & 76. 5. c. An. a. 9.
Sensus tactus in homine perfectior.
C 1. p 76. 5. c. & 85 7. c. An a. 8. c. In 2. d. 1. 2. 5. c.
Molles carne, mente aptiores.
D 2. d. 20. 1 & ad 5.
Quantùm ad vires sensitiuas interiores, præcedit homo omnia animalia.
Homo ex necessitate habet pessimum olfactum.
Quædam animalia cur acutioris visus, & melioris auditus, quàm homo.
Et quædam velociora.
E Iob 5. l. 1. fi.
Cur homo sine adjumentis productus, quæ alijs animalibus data sunt ad defensionem &c.
F 1. p. 91. 3. ad 2. & 76. 5 ad 4. An. a. 8. ad 20.
G Ad Tit. 1. l. 3. ibi. bestiæ.

e *Hominis verò vita in sex partitur ætates.* Variantur enim H in homine ætates secundùm diuersas notabiles varietates in statu ipsius. Vnde Prima ætas dicitur *infantia* vsque ad septimum annum: Secunda *pueritia* vsque ad decimum-quar-

Sex hominis ætates.
H 4. d. 40. exp. tex. fi. In 3. d. 29. 1. 8. 9. 1. initio c. Ps. 6. lit. a. & Ps 36. lit. a. Heb. 5. l. 5. fi.

quartum. Tertia *adolescentia* vsque ad vigesimum-quintum, (quæ tres ætates computantur quandoque pro vna:) quarta est *iuuentus* vsque ad quinquaginta annos: quinta verò ætas est *senectus* vsque ad septuaginta: sexta *senium* vsque ad finem. (Vsque ad septuaginta *inquam: nam quicquid sit de mensura & multiplicitate annorum in primis Mundi seculis, de quo vide* I. *modò, & à tempore Dauid, ex Psal.*89. Dies annorum nostrorum septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor, *vt vltima innuatur tunc hominis ætas, quæ est decrepita.*) Et secundùm hoc distinguuntur ætates Mundi metaphoricè ad similitudinem ætatis vnius hominis. Et ita in Mundo dicitur *Prima ætas* ab Adam vsque ad Noe, in qua fuit humani generis institutio & lapsus. *Secunda* à Noe vsque ad Abraham, in qua fuit humani generis destructio per diluuium, & renouatio. *Tertia* ab Abraham vsque ad Dauid, in qua fuit Circumcisionis & legis institutio. *Quarta* à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, in qua lex floruit sub Regibus & Prophetis. *Quinta* à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, in qua fuit populi captiuatio, & liberatio. *Sexta* à Christo vsque ad finem, in qua est humani generis redemptio. *Quoniam verò quod componitur ex contrarijs, resoluatur tandem oportet: cum humanum corpus ex contrarijs coalescat, morti consequenter redditur homo obnoxius, sicut & cætera corruptibilia viuentia, Hebr.*9. Statutum est hominibus semel mori. *Verumtamen* in morte L tria sunt consideranda, scilicet causa naturalis: & quantùm ad hoc, ex conditione naturæ statutum est, hominem semel mori, in quantùm componitur ex contrarijs. *Secundò* donum inditum: & quantùm ad hoc, in conditionem datum est homini beneficium originalis justitiæ, per quam anima continebat corpus, vt posset non mori. *Tertiò* meritum mortis: & sic homo peccando meruit illud beneficium amittere; & ita mortem incurrit. Vnde dicitur, quòd *Deus mortem non fecit, sed impij manibus*, scilicet pomum vetitum contrectando, *accersierunt illam*, Sapient. 1. *Sequitur autem mors* ex hoc M quòd calor, qui est instrumentum animæ, humidum consumit, in quo est vita: & contra hunc defectum subueniebatur homini *in statu innocentiæ* duplici beneficio, quia per esum aliorum lignorum paradisi restaurabatur continuà deperditio facta in corpore, sicut etiam in nobis fit per cibos, quibus vtimur: sed quia illud, quod ex nutrimento conuertitur, non est adeò perfectè subseruiens virtuti speciei, sicut quod priùs erat, eo quòd virtutes naturales semper debilitantur in agendo: ideò in nobis oportet quòd in fine sequatur diminutio, quando virtus speciei adeò debilitatur propter mistionem extranei, quòd non potest fieri tanta restauratio, quanta fit consumptio; & sic in fine oportet consumptionem esse, vt Philosophus dicit *in* 1. *de Generat.* Et ponit exemplum de vino, cui semper admiscetur aqua, quod tandem aquosum fit. Sed ad hoc subueniebat ei lignum vitæ, cujus virtute diuinitus concessa alimentum assumptum in perfectam assimilationem adducebatur: propter quod etiam à quibusdam dicitur, quòd ad restaurationem humidi radicalis deperditi conferebat. *Sic igitur* in puero N tantum de alimento conuertitur, quod sufficit non solùm ad restaurationem deperditi, sed etiam ad augmentum: sed postea conuertitur solum hoc, quod ad restaurationem deperditi sufficit: tandem verò non tantum natura potest conuertere, quantum deperditur: vnde oportet, quòd sequatur diminutio, & tandem corruptio, & *mors*.

f *Ex hucusque præmissis vides, qualis & quantus sit homo, siue dispositionem corporis spectes, siue animæ, quæ potior est hominis pars. Vnde & homo* est O optimum animalium, & P perfectissimum. *Quod facit illud Genes.*1. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona. *Quibus in verbis* describitur Q conditio hominis quantùm ad suum optimum & finem. Et signanter post productionem naturæ rationalis humanæ additur, *valdè bona*: in alijs autem præcedentibus dicebatur: *Vidit Deus quòd esset bonum*. Nam ex conditione naturæ hominis dependet sub Deo quasi bonitas omnis natura corporalis, cum finis sit quodammodo omnium: & ex fine habent ea, quæ sunt ad finem, necessitatem bonitatem & ordinem. Vnde ex comparatione ad hominem, ad quem ordinantur, etsi res quælibet sit bona in se, tamen per respectum ad finem omnes sunt *valdè bonæ*. Angeli non R cognoscunt Deum (*alibi ex* Augustino) ex visibilibus creaturis: vnde creaturæ visibiles non sunt factæ, vt Deum ostenderent Angelis, sed rationali creaturæ, quæ est homo. Vnde ex hoc probatur homo esse finis creaturarum. Finis autem, licèt sit primus in intentione, est tamen vltimus in operatione; ideò & homo vltimò factus fuit. *Et alibi*: Vtitur S Scriptura in productione hominis speciali modo loquendi, ad ostendendum, quòd alia propter hominem facta sunt. Ea enim, quæ principaliter intendimus, cum majori deliberatione & studio consueuimus facere. *Qua de causa dicebat Psaltes Psalm.*8. Omnia subjecisti sub pedibus ejus: siquidem quodammodo T propter hominem, in quantùm est rationabile animal, tota natura corporalis esse videtur. *Et quidem* homo V non est simpliciter factus propter reparationem ruinæ Angelicæ, sed propter fruitionem Dei, & perfectionem Vniuersi, etiamsi nunquam fuisset Angelica ruina. *Propter perfectionem inquam Vniuersi, quod in se homo compendio veluti perstringit, vnde & microcosmus, idest* minor X Mundus dicitur homo: quia omnes creaturæ Mundi quodammodo inueniuntur in eo. Est enim ex rebus omnibus quodammodo compositus, dum de genere spiritualium substantiarum habet in se animam rationalem. De similitudine verò cœlestium corporum habet elongationem à contrarijs per maximam æqualitatem complexionis. Elementa verò secundùm substantiam: ita tamen, quòd superiora elementa prædominantur in eo secundùm virtutem, scilicet ignis & aer: quia vita præcipuè consistit in calido, quod est ignis, & humido, quod est aeris. Inferiora verò elementa abundant in eo secundùm substantiam: aliter enim non posset esse mistionis æqualitas, nisi inferiora elementa, quæ sunt minoris virtutis, secundùm quantitatem in homine abundarent. Et ideò dicitur corpus hominis de limo terræ formatum, quia limus dicitur terra aquæ permista. *Ex præfatis igitur liquet satis, quàm bene prompserit initio Author*: Deus Y fecit hominem quasi Regem inferiorum: & est gloria, scilicet claritas, diuinæ imaginis, *cum in admirabili sui formatione diuinæ præferat Sapientiæ immensitatem. Vnde & esse dicitur* homo Z quasi horizon & confinium spiritualis & corporalis naturæ: vt quasi medium inter vtrasque bonitates, participet & corporales & spirituales. *Propter præfata omnia, non sine causa, quatuor in lege veteri offerebantur sacrificia: inter quæ* Holocaustum A erat præcipuum: quia totum comburebatur in honorem Dei, & nihil ex eo comedebatur. Secundum verò locum in sanctitate tenebat *Hostia pro peccato*: quæ comedebatur solùm in atrio à Sacerdotibus in ipsa die Sacrificij. Tertium verò gradum tenebant *Hostiæ pacificæ* pro gratiarum actione: quæ comedebantur ipso die, sed vbique in Ierusalem. Quartum verò locum tenebant *Hostiæ pacificæ* ex voto: quarum carnes poterant etiam in crastino comedi. Et est ratio hujus ordinis: quia maximè obligatur homo Deo propter

[Margin notes, left column:]
I Genes. 5. ibi, centum triginta.
Ætates Mundi.
Mors vnde homini obueniat.
L Hebr. 9. l 5. ibi. & 2.2.164. 2. ad 1. & 3 p. 14. 3. ad 2.
Quo pacto naturaliter sequatur.
M 2. d. 19. 1. 4. 1. & ad 4. & 1. p. 97. 4. c. & 119. 1. ad 4.
Lignum vitæ ad quid conferret.
N In 2. dist. 20. ad 4.
Homo, animalium optimum, & perfectissimum.

[Margin notes, right column:]
O Ad Tit. 1. l. 3 ibi, bestiæ.
P 1. d. 15. 2. 2. ad 7.
Q Gen. 1. ibi.
Finis omnis corporalis naturæ.
R Pot. 4. 18. ad 5. & 2. 2. 64. 1. c. In 3. d. 1. 2. 3. ad Hanc in 1. d. 1. 2. 2. c. & ad 3. & d. 2. 2. 1. c. & 1. p. 96. 2. c.
S 1. p. 91. 4. ad 1.
T Opusc. 3. c. 148. fi.
V Ma. 16. a. ad 16. In 2. d. 11 3. c.
Homo non est creatus simpliciter propter reparationem ruinæ Angelicæ.
Homo, microcosmus.
X 1 p. 91. 1. c. & 96. 2. c. Quod. 4. a. 3. ad 1. In 2. d. 1. 2. 3. in 2. sed contra. An. 8. c. & ad 1. & a. 9. ad 19. Rom. 8. l. 4. ibi, omnis creatura.
Ex omnibus rebus quodammodo compositus.
Limus quid.
Y Ps. 8. lit. e. Iob 7. l 4
Z Prolog. in 3. Sent.
Homo horizon & confinium spiritualis & corporalis naturæ.
A 1. 2. 102. 3. ad 10.

Digitized by Google

ejus majestatem: secundò propter offensam commissam: tertiò propter beneficia jam suscepta: quartò propter beneficia sperata.

Homo per peccatum brutalis efficitur.

E *Verùm, cum tantus sit homo, & hominem tanti faciat Deus, vnde est, quòd ipse per peccatum in brutalem se naturam commutat, vel ipsis abjectior brutis effectus?* Psal.48. Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis; *immò & eis longè deterior:* nam cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit, *indolebat Dominus* Is.1. *Quod spectat ad humanam ingratitudinem in supremum conditorem & benefactorem Deum: de quo alibi pluries, & satis. At non minùs peior, quàm bestia, fit homo, ratione qua donatus est, vti detrectans vel in ipsum ejusdem cum illo conditionis hominem, quem tam faciliter, & vel ex leuissima causa adeòfrequenter interimit.* Homo B quando declinat ad malitiam, est animalium pessimum: quia, si declinat propter crudelitatem, nulla bestia ita est crudelis. Vnde dicit Philosophus *in Polit.* quòd decies millies est peior malus homo, quàm mala bestia. *Ex quo illud Genes.9.* Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, *exponitur:* idest C bestialium hominum, qui nulla ratione ducti, sed sola bestiali ferocitate homines occidunt. *Et, vt homicidij grauitas innuatur, subijcitur:* Ad imaginem quippe Dei factus est homo. *Quasi diceret:* Non debet homo tractari, sicut animalia bruta, sed potiùs piè & reuerenter, tanquam factus ad imaginem, ac per consequens ad æternam societatem Dei: *qua non solù hominem, præter temporalem vitam, inhumanus homicida priuat. Inhumanus inquam: qua enim potest humanitate abutens frequenter, & contra naturam operatus, & contra virtutem: cum tamen hanc & vt formam assumpserit, & vt virtutem exercuerit ipse Deus homo, ad Tit.3.* Cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei: *quod quidem, inquit Author,* potest D dupliciter intelligi: vel secundùm quod significat humanam naturam; q. d. Apparuit benignitas & humanitas Dei, quando Deus ex benignitate est homo factus, Philip.2. *Habitu inuentus vt homo:* vel secundùm quod designat virtutem, quæ consistit in exteriori subuentione in defectibus aliorum. Vnde humanum esse, est condolere, *&c. vlt.* Barbari autem præstabant non modicam humanitatem nobis: (*impiè contra homines homicidæ barbarien:*) Sic Deus condescendit nostris defectibus, Psal.102. Ipse cognouit figmentum nostrum. *Vt autem hoc innotescat, quanta Deo & hominibus per homicidium iniuria fiat: siquidem ille* E qui occidit hominem, injuriam facit non solùm homini occiso, sed etiam Deo, & Reipublicæ: item etiam & ille, qui occidit seipsum, vt Philosophus dicit *in 5. Ethic.* Vnde & Dauid damnauit illum ad mortem, qui *non timuerat mittere manum, vt occideret Christum Domini*, quamuis eo petente, vt legitur 2. *Reg.* 1. *Pro quo notandum, quòd* homicidium F semper est peccatum, quia inordinationem habet inseparabiliter adnexam: homicidium enim plùs importat, quàm occisio hominis. Composita enim nomina frequenter plus important, quàm componentia. Importat autem homicidium occisionem hominis indebitam. Et ideo homicidium nunquam est bonum, quamuis occidere hominem aliquando liceat: *de quo v. de Summistas. Sanè inter* cætera G peccata, quæ committuntur in proximum, homicidium grauius est, per quod tollitur vita proximi jam actu existens. *Et quidem hoc* H peccatum est diabolicum, & diabolo multùm assimilat, de quo habetur Ioann.8. *Ille homicida erat ab initio.* Ipse primò fuit homicida sui, præterea & primorum parentum. Et sicut primum homicidium fuit fratricidium, Genes.4. *Vox sanguinis fratris tui clamat &c.* sic & alia homicidia. Omnes enim eosdem parentes habuimus, quos Cain & Abel; vnde *Augustinus:* Adam & Euam intendamus, & omnes fratres sumus, *Matth.23.* Omnes autem vos, fratres estis. *Verùm pro tanti sceleris punitione condigna, ipse interempti hominis sanguis effusus, testis efficitur & accusator, Genes.4. cit.* Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. *Quasi diceret:* Licet I non confitearis: tamen factum euidens, & sanguis fratris tui, tenet locum & vicem accusatoris. Vel aliter: Sanguis fratris tui ita effusus, euidenter exigit à me fieri justitiam, sicut si alta voce clamaret. *Vnde & occulta homicidia, occulto etiam Dei judicio, ad justam sæpe sæpius animaduersionem publicantur, vt experientia notum fit. Neque enim, in præsenti etiam seculo, supremus vult omnium judex, homicidas (dolosos præsertim) delitescere: quales impij sunt mandatarij, qui pro vili etiam mercede, nulla injuria exasperati, vitam cum sanguine fundunt proximorum. Et hoc est, quod ait Psaltes Psal.5.* Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. *Vbi signanter addit, dolosum, vt ostendat, Deo inuisos quidem homicidas omnes: at abominabiles prorsus esse, qui dolosè & proditoriè occidunt. (Vnde & longæui non sunt, Psal.54.* Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. *Ex quo justè statuta est lex Exod.* 21. Si quis per industriam occiderit proximum suum & per insidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur: *neque enim vel Sacri Templi gaudere meretur immunitate, vti ex regio mandato Ioab, doloso Abner & Amasæ occisori, interfici contigit 2. Reg. 2. Ideircò & Dauid Rex, quia dolosus in bello Vriæ interfector, vetitus est Templum Domino, quod domus est pacis, ædificare, 1 Paralip.* 28. Non ædificabis domum nomini meo, eo quòd sis vir bellator, & sanguinem fuderis. Sed Salomon (*quod interpretatur* Pacificus) filius tuus ædificabit domum meam: *vir sanguinum dolosus non conceditur in asylum. Quo eodem Psalmo præfato loco, cum præmisisset Dauid:* Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium: *obseruat Author, quòd ordinatè* L procedit Psalmista: quia primò homo simpliciter operatur malum cogitando: & hos Deus odit. Sed quando addunt malitiam exequendo, prouocant Deum ad puniendum. Quando autem perdurant, tunc Deus abominatur. *Et hujusmodi sunt qui perseuerant in odio contra proximum vsque ad homicidium,* Prou.15. Abominatio est Deo via impij &c. *Enimuerò ex Gene.9.* Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: *idest,* morte M punietur, scilicet vel in hac vita, vel in altera. *Vnde & legimus* 2. Reg.3. *de Abner*, quòd seorsum adduxit eum Ioab ad medium portæ, vt loqueretur ei in dolo: & percussit illum ibi in inguine: & mortuus est (*nota*) in vltionem sanguinis Asael fratris ejus. *Cui consonat illud Matth.26.* Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt. *Quod quidem* potest N exponi tripliciter, secundùm quod triplex est gladius: gladius scilicet materialis, de quo Psal.36. *Gladium euaginauerunt peccatores:* gladius diuinæ sententiæ, de quo Ier.19. *Subuertam eos gladio.* Item diuini verbi, Ephes.6. *Et gladium spiritus, quod est verbum Dei.* Potest ergo intelligi de omnibus istis. *Et iterum Apoc.13.* Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. *Oportet*, scilicet O necessitate justitiæ, *cum gladio* diuini judicij, vel æterni supplicij, *occidi;* pœna enim æterna mors est. Vel *gladio* finalis P sententiæ *occidi* in anima & corpore, *Iob 19.* Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est. *Sed non minus homicidium existimandum, mercedis pauperum defraudatio: nam quia* in detentione Q mercedis aufertur pauperibus vita illorum, ideò à Deo quasi homicidium reputatur,

Eccli.

Homicidium quàm detestabile crimen.

B *Ad Tit.3.* [illegible], bestia.

Malus homo pejor bestijs.

C *Gen.9. ibi.*

Homicida inhumanus humanitate abutitur.

D *Ad Tit.3.* [illegible]

Humanitas & humanam naturam signat, & virtutem.

Homicida injurius Deo, homini occiso, & Reipublicæ.

E *3 P. q.47. a.6. ad 3. & 2. 2. 64. 5. c.*

Homicidium sèper est peccatum: non ita occisio hominis.

F *Quol. 8. a. 14. ad 1. Ma 13. 4. ad 11. & 1. 2. 100. 8. ad 3.*

Inter peccata in proximum, grauissimum omnium.

G *2. 2. 73. 3 c. & q. 13. 3. ad 2. & 154. 3. c. & 1. 2. 100. 6. & c Ma. 2. 1. c. Rom. 3. l. 2. ibi.* sanguinem.

Peccatum diabolicum.

H *Op. de er. Pr. § 7. c. 11.*

Homicidium, fratricidium est.

Sanguis effusus, testis est & accusator contra homicidam.

I *Gen.4. ibi.*

Homicida dolosus, abominabilis Deo.

Ideircò Templi immunitate priuatur.

L *Psal. lit. c.*

Quolnam Deus odiat, quos puniat, quos abominetur.

Qui gladio ferit, gladio perit.

M *Gen.9. ibi.*

N *Matth. 26. lit. f. ibi. Apoc. 13. com. 2 ibi.* gladio.

O *Apoc. 13. com 1 ibi.*

P *Apoc. 13. com 2 ibi.*

Homicidium est & mercedis pauperum defraudatio.

Q *Op. de er. Pr. l. 7. c. 11. Apoc. 10. com. 2 ibi.* vindicauit.

Eccli. 34. *Panis egentium vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.* In vulture *ideircò* qui R sequitur exercitum, expectans comedere cadauera mortuorum, significantur illi, qui mortes & seditiones hominum affectant, vt inde lucrentur. Accipiter verò, qui deseruit hominibus ad prædam, significat eos, qui ministrant potentibus ad deprædandum pauperes. *Ex quo eorum esus prohibitus erat* Leuit. 11. *At de impijs hujusmodi homicidis, virisque sanguinum, vlciscitur omni procul dubio Deus justus judex:* nam requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum, *vt dicitur Psal.* 9.

R 1. 2. 102. 6. ad 1.

Hominem occidere multipliciter contingit.

S Op. 4. de 5. prac. § 1. Apoc. 13. com. 24. ibi, occidi.

h *Notat autem pro coronide Author, quòd* hominem S occidere contingit multipliciter. Primò manu, Is. 1. *Manus vestræ sanguine plenæ sunt.* Vnde dicitur Exod. 21. *Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur* (*quamuis mors secuta non fuerit.*) Secundò ore: & hoc fit dando consilium alicui contra aliquem, prouocando, accusando, detrahendo, Psal. 56. *Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.* Tertiò adjutorio, Prou. 1. *Fili mi, ne ambules cum eis: pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem.* Quartò consensu, Roman. 1. *Digni sunt morte non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Consentis autem quodammodo, quando potes impedire, & non impedis, Prou. 24. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem.* Et iterum, si vires suppetunt, sed dimittis negligentiâ, vel auaritiâ. *Ambrosius.* Pasce fame morientem: si non paueris, occidisti. Et sciendum, quòd aliqui occidunt solùm corpus: alij animam, auferendo vitam gratiæ, trahendo scilicet ad peccatum mortale, Ioann. 8. *Ille* (diabolus) *homicida erat ab initio*, in quantùm scilicet traxit ad peccatum. Alij autem vtrunque; & hoc dupliciter. Primò in destructione prægnantium: occiduntur enim pueri in corpore & in anima (*præter necem matris:*) Secundò interficiendo seipsum. *Quocirca sciendum, quòd* homo T constituitur dominus sui ipsius per liberum arbitrium; & ideò licitè potest homo de seipso disponere quantùm ad ea, quæ pertinent ad hanc vitam, quæ hominis libero arbitrio regitur. Sed transitus de hac vita ad aliam feliciorem non subjacet libero arbitrio hominis, sed potestati diuinæ: & ideò non licet homini seipsum interficere, vt ad feliciorem transeat vitam. (*Hinc* qui seipsum V vita priuat, in Deum peccat: sicut qui alienum seruum interficit, peccat in Dominum, cujus est seruus; & sicut peccat ille, qui vsurpat sibi judicium de re sibi non commissa. Ad solum enim Deum pertinet judicium mortis & vitæ, secundùm illud Deuter. 32. *Ego occidam, & ego viuere faciam.*) Similiter etiam nec vt quaslibet miserias præsentis vitæ euadat: quia vltimum malorum hujus vitæ & maximè terribile, est mors, vt patet per Philosophum *in* 3. *Ethic.* Et ideò inferre sibi mortem ad alias hujus vitæ miserias euadendas, est majus malum assumere ad minoris mali vitationem. (*Sanè* quòd aliquis X sibi inferat mortem, vt vitet mala pœnalia, habet quidem quandam speciem fortitudinis, propter quod quidam se ipsos interfecerunt, æstimantes se fortiter agere. Non tamen est vera fortitudo, sed magis quædam mollities animi non valentis mala pœnalia sustinere, vt dicitur *in* 3. *Ethic.* & Augustinus 1. *de Ciu. Dei.*) Similiter etiam non licet seipsum interficere propter aliquod peccatum commissum: tum quia in hoc sibi maximè nocet, quòd sibi adimit necessarium pœnitentiæ tempus: tum etiam, quia malefactorem occidere non licet, nisi per judicium publicæ potestatis. Similiter etiam non licet mulieri seipsam occidere, ne ab alio corrumpatur: quia non debet in se committere crimen maximum, quod est sui ipsius occisio, vt vitet minus crimen alienum: non enim est crimen mulieris per violentiam violatæ, si consensus non adsit, quia non inquinatur corpus, nisi de consensu mentis, vt *Lucia* dixit. Constat autem, minus esse peccatum, fornicationem vel adulterium, quàm homicidium, & præcipuè sui ipsius, quod est grauissimum, quia sibi ipsi nocet, cui maximam dilectionem debet. Est etiam periculosissimum; quia non restat tempus, vt per pœnitentiam expietur. Similiter etiam nulli licet seipsum occidere ob timorem, ne consentiat in peccatum: quia *non sunt facienda mala, vt veniant bona:* vel vt vitentur mala, præsertim minora, & minùs certa. Incertum enim est, an aliquis in futurum consentiat in peccatum: potens est enim Deus hominem, quacunque tentatione superueniente, liberare à peccato. *Neque obstat, quòd Samson Iudic.* 16. *seipsum cum hostibus oppresserit. Excusatur enim ab* Augustino, *quia* creditur Y hoc fecisse mandato Dei: cujus signum est, quia non potuisset domum tantam propria virtute subuertere, sed virtute Dei, quæ non adjuuat ad malum. Ex quo Apostolus nominat eum in catalogo Sanctorum, *ad Hebr.* 11. *Et alibi:* Latenter Z Spiritus Sanctus hoc jusserat, qui per illum miracula faciebat. Et eandem rationem assignat de quibusdam sanctis fœminis, quæ tempore persecutionis seipsas occiderunt, quarum memoria in Ecclesia celebratur: *vti legitur de Sancta* Apollonia, *quæ sponte in sibi paratum ignem, Spiritu Sancto mouente, prosiliuit. Nam propter fidem, & virtutem, mortem pati, heroicum est & meritorium summè. Denique è memoria non excidat sanguinarijs quod Author noster circa homicidium considerat, dum mirabundus protulit:* Mirum A est, quomodo, postquam humana natura diuinæ associata fuit in vnitate personæ, ausus fuerit quis occidere hominem, cum Cruci tanta reuerentia exhibeatur, eo quòd corpori Dominico ad modicum tempus fuerit associata. *DISCE diligere hominem & revereri, quem Deus paulò minùs ab Angelis minorauit. Vide* Adam, Adoptio diuina, Amor Dei, Anima rationalis, Christi conceptio, Fortitudo, Martyrium.

An aliquando liceat occidere seipsum.

T 2. 2. 64. 5. ad 3. & in corp. & q. 59. 3. ad 2.

V 2. 2. 64. 5. fin.

X Ibid. ad 5.

Y Hebr. 11 l. 7. ibi, Samson.

Z 2. 2. 64. 5. ad 4. In 4. d. 49. 5. 1. 5. 2. ad 6 Opusc. 4. 5. 20.

A Op. de er. Pr. lib. 7. 6.

Homicidij grauitas.

HONESTUM. Vide AMICITIA, BONUM.

HONOR.

II. Honor dicitur esse præmium virtutis ex parte aliorum, qui non habent aliquid majus, quod virtuoso retribuant, quàm honorem: qui ex hoc ipso magnitudinem habet, quòd perhibet testimonium virtuti. 2. 2. 131. 1. *ad* 2.

i HOnor B est quoddam testimonium de virtute ejus, qui honoratur; & ideò sola virtus est debita causa honoris. *Sive, vt alibi:* Honor C importat quandam reuerentiam alicui exhibitam in testimonium excellentiæ ejus; *vnde sicut* objectum D amoris est bonum: *ita* objectum honoris, vel reuerentiæ; est aliquid excellens. *Et sic* diuersis E excellentijs personarum diuersus honor debetur: alius quidem Patri, alius Regi, & sic de alijs. *Ex quo pariter*, si in vno F homine sunt plures causæ honoris, putà prælatio, scientia, & virtus: erit quidem illius hominis vnus honor ex parte ejus, qui honoratur; plures tamen secundum causas honoris: homo enim est, qui honoratur & propter scientiam & propter virtutem. *Veruntamen* sciendum G quòd aliquis potest hono-

B 2. 2. 63. init. c. 103. 1. 2. c. 131. 1. c. & 3. & 25. 1. c. Matth. 15 lit. a. ibi, honora.

Honor quid.

Ejus debita causa, sola virtus.

C 2. 2. 131. 1. in c. & 81. 4. c.

Objectum autem, aliquid excellens.

D 2. 2. 81. 4. ad 3.

E 3. 2. 1. c. in corp. & q. 25.

1. ad 2.

Diuersis excellentijs diuersus debetur honor.

F 3. p. 25. 1. c.

G 2. 2. 63. 3. c. & 1. 3. 2. c. Quol. 8. a. 7. c.

Digitized by Google

Nedum ob virtutem propriam, sed & ob alienam, potest quis honorari.

honorari, non solùm propter virtutem propriam, sed & propter virtutem alterius: sicut & Principes & Prælati honorantur, etiamsi sint mali, in quantùm gerunt personam Dei, & Communitatis, cui præficiuntur, secundùm illud Prou. 26. *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit insipienti honorem.* Quia enim Gentiles rationem attribuebant Mercurio, aceruus Mercurij dicitur cumulus ratiocinij, in quo mercator quandoque mittit vnum lapillum loco centum marcarum: ita etiam honoratur insipiens (*nec rarò quidem*) qui ponitur loco Dei, & loco totius Communitatis. Et eadem ratione parentes & domini sunt honorandi propter participationem diuinæ dignitatis, qui est omnium Pater & Dominus. Senes autem sunt honorandi propter signum virtutis, quod est senectus: licet hoc signum quandoque deficiat. Vnde, vt dicitur Sap. 4. *Senectus venerabilis est, non diuturna neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.* Diuites autem honorandi sunt propter hoc, quòd majorem locum in Communitatibus obtinent. Si autem solùm intuitu diuitiarum honorentur, erit peccatum acceptionis personarum. *Et hinc est, quòd* quia H secundùm vulgarem opinionem excellentia diuitiarum facit hominem dignum honore, quandoque nomen honestatis ad exteriorem prosperitatem transfertur. *Nihilominus* quæ sunt I infra virtutem, honorantur, *non quidem in se nec propter se, sed* in quantùm coadiuuant ad opera virtutis, sicut nobilitas, potentia, & diuitiæ: vt enim Philosophus dicit *in 4. Ethic* hujusmodi honorantur à quibusdam (*vt ab adulatoribus, vel ratione propriæ vtilitatis:*) sed secundùm veritatem solus bonus est honorandus. Bonus autem est aliquis secundùm virtutem. *Vnde & quærunt* L homines maximè honorari à Sapientibus, quorum judicio credunt se esse excellentes. *Igitur, quamuis plures sint causæ honoris, sola tamen virtus (vt vidimus) debita est illius causa; & sic propter virtutem potissimùm, vel saltem propter signum virtutis, honor alicui exhibetur. Vnde &* Apoc. 7. *signanter honori adjungitur virtus, cum dicitur,* honor & virtus &c. *videlicet*, quia M non debet habere honorem qui non habet virtutem, Eccli. 7. *Noli quærere fieri judex, nisi valeas* virtute *irrumpere iniquitates.* Honor *siquidem* propriè N & secundùm veritatem non debetur nisi virtuti: sed quia exteriora bona instrumentaliter deseruiunt ad quosdam actus virtutum, ex consequenti etiam eorum excellentiæ honor aliquis exhibetur, & præcipuè à vulgo, quod solam excellentiam exteriorem recognoscit, *vt probatum est.* Sicut autem O honor debetur virtuti: ita & magnus honor debetur magno operi virtutis: & inde est, quòd magnanimus intendit magna operari in qualibet virtute, in quantùm scilicet tendit ad ea, quæ sunt digna magno honore. *Attende tamen, quòd* honor P debetur Deo, & excellentissimis, in signum vel testimonium excellentiæ præexistentis, non quòd ipse honor faciat eos excellentes, *vt falsò autumant stulti, & in vniuersum superbi. Cæterùm, tametsi soli virtuti debeatur*, honor Q non est præmium virtutis, propter quod virtuosi operantur: sed accipiunt honorem ab hominibus loco præmij, quasi à non habentibus ad dandum majus. Verum autem præmium virtutis est ipsa beatitudo, propter quam virtuosi operantur. Si autem propter honorem operarentur, jam non esset virtus, sed ambitio. *Id quod expressit initio Author.* Non habentibus *inquam* ad dandum majus: *siquidem* res R quæ in vsum hominis veniunt, sunt res exteriores, inter quas simpliciter maxima est honor: tum quia propinquissimus est virtuti, vtpote testificatio quædam existens de virtute alicujus: tum etiam, quia Deo & optimis exhibetur: tum etiam, quia homines propter honorem consequendum, & vituperium vitandum, alia omnia postponunt. *Igitur* honor *ex 4. Ethic.* non est S sufficiens virtutis præmium: sed nihil potest esse in humanis rebus & corporalibus majus honore, in quantùm scilicet ipsæ corporales res sunt signa demonstratiua excellentis virtutis. Est autem debitum bono & pulchro, vt manifestetur, Matth. 5. *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus*: & pro tanto præmium virtutis dicitur honor. *Quin & illi* T qui solùm propter honorem vel bona faciunt, vel mala vitant, non sunt virtuosi, vt patet per Philosophum *in 3. Ethic.* vbi dicit, quod *non sunt verè fortes qui propter honorem fortia faciunt.*

H 2. 2. 145. 1. ad 4. & a 3. ad 2.

Diuitiæ, & alia infra virtutem, honorantur vt coadiuuant ad opera virtutis.

I 2. 2. 145. 1. ad 1.

Solus bonus revera est honorandus.

L 2. 2. 2. 2. ad 3.

M Apoc. 7. tom 1. &c.

Honor propriè non debetur, nisi virtuti: alijs verò exterioribus, vt deseruiunt ad actus illius.

N 2. 2. 186. 7. ad 4. & 145. 4. ad 2. & 4. & a. 3. ad 2. & 2. 1. 1. 2. ad 3. In 3 d. 9. 2. 3 c.

Et magnus honor magno operi virtutis, sicut in magnanimo.

O 2. 2. 129. 4. ad 1.

P 1. 2. 2. 2. ad 2.

Honor non est simpliciter præmium virtutis, sed beatitudo.

Q Ibid. ad 1. & 2. 2. 131. 1. ad 2.

Inter res exteriores maxima est honor, & quare.

R 2. 2. 129. 1. c. 103. 1. ad 2. 131. l. c. & 1. 2. 2. 2. ad 1.

S 2. 2. 103. 1. ad 2. 131. 1. ad 2.

Quo sensu dicatur præmium virtutis.

T 2. 2. 131. 1. ad 3. & 1. 2. 2. 2. ad 1.

Qui propter solum honorem bona operantur, non sunt virtuosi.

Deo primò & primus debetur honor.

I *Porrò primò & primus honor debetur Deo, secundariò excellentibus hominibus. Deo inquam primus debetur honor, ceu qui est Optimus Maximus, & vniuersale bonum, omnemque præhabet in se totius creaturæ excellentiam, juxta illud Psal. 28. & 94.* Afferte Domino gloriam & honorem. *Et Apoc. 14.* Timete Dominum, & date illi honorem. *Vnde & Act. 12. de impio Herode legimus:* Percussit eum Angelus Domini, eo quòd non dedisset honorem Deo; & consumptus à vermibus, expirauit. *De quo & conqueritur Dominus Malach. 1.* Si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? *Deum autem potissimùm honorat qui pauperi subuenit: dehonorat autem qui spernit,* Prou. 14. Qui calumniatur egentem, exprobrat Factori ejus: honorat autem eum qui miseretur pauperis; *nimirum, quia, vt dicitur Matth. 25.* Quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. *Secundariò verò debetur honor viris, non quibuscunque, sed excellentibus, Leuit. 19.* Coram cano capite consurge, *cujus scilicet* cani sunt sensus, *vt dicitur* Sap. 4. *Secundariò inquam his honor debetur: nam* illud V secundùm quod homo excellit, non habet homo à se ipso, sed est quasi quiddam diuinum in eo; & ideo ex hoc non debetur sibi principaliter honor, sed Deo. Item illud, in quo homo excellit, datur homini à Deo, vt ex eo alijs prosit: vnde in tantum debet homini placere testimonium suæ excellentiæ, quod ab alijs exhibetur, in quantùm ex hoc paratur sibi via ad hoc, quòd alijs prosit: *non vt tumescat.* Non enim X honor, *vt ex Authore aduertimus*, excellentes facit: *quo discamus, non ex eo, quòd aliqui ob propriam vtilitatem vel ex adulatione honorantur à stultis, quibus reuera nullus debetur honor, ideò excellentes esse: hujusmodi namque sola virtute fiunt. Et his verè honor exhibendus. (Et hoc est, quod alibi docemus:* Honorari Y possunt etiam mali: melius est igitur fieri honore dignum, quàm honorari.) *Sed & secundùm debitum* Z legale debet homo honorem & cultum his, qui sunt in dignitate constituti, prælationem super ipsum habentes. Secundùm debitum verò morale, quod ex quadam honestate debetur, debemus cultum & honorem his, qui sunt in dignitate constituti, etiamsi non simus eis subjecti. *Et quidem,* si Prælati A sint mali, non honorantur propter excellentiam propriæ virtutis, sed propter excellentiam dignitatis, secundùm quam sunt Dei ministri; & etiam honoratur in eis tota Communitas, cui præsunt, *vt prætactum est. Sanè honor* Prælato B dum est in actu peccati, non debet exhiberi, quia apparet in eo aliquid honori contrarium: sed ante, vel post, sibi habet exhiberi, quia nescitur, in quo statu sit. *Et quamuis* subdito C bono debeatur secundùm se major reuerentia: ratione tamen prælationis debetur major malo Prælato. Et est triplex ratio. Primò quia Prælatus gerit vicem Dei; vnde Deus in ipso honoratur. Secundò quia ipse est persona publica, & honoratur in ipso bonitas Ecclesiæ vel Reipublicæ, quæ est major, quàm merita vnius singularis personæ. Tertiò quia prælatio se habet

ad

Secundariò viris excellentibus.

V 2. 2. 131. 1. c.

X 1. 2. 2. 2. ad 2.

Y 3. cent. Gen. cap. 16 n. 4.

Melius est fieri honore dignum, quàm honorari. eo quòd & mali quandoque honorantur.

Z 2. 2. 102. 2. ad 2 & 3.

A 2. 2. 103. 2. ad 2. & 63 3. c.

In dignitate constitutis secundùm duplex debitum honorem debemus.

B 3. d. 9. 2. 3. ad 2.

Prælati mali honorandi, nô propter excellentiam virtutis sed dignitatis.

Triplex ad hoc ratio.

C Ibid. ad 3. & 1. & 2. 2. 63. 3 c. Quol. 8. a. 7.

ad virtutem sicut causa, efficiens in alijs virtutem: & dignius est, alterius virtutis causam existere, in quantùm hujusmodi, quàm virtuosum esse, vt dicit Philosophus *in 9. Ethic. Vnde & Eccli. 7. monemur*: Honora Deum ex tota anima tua: & honorifica Sacerdotes, *quasi Deum in illis. Et alio in loco Author*: Malus D Prælatus *inquit* indignus est prælatione & honoribus, qui Prælato debentur: sed ille, cujus vicem gerit, dignus est, vt ejus Vicario talis honor exhibeatur. Sicut B. Virgo digna est, vt ejus imaginem depictam in pariete reueream ur, quamuis tali reuerentia ipsa imago digna non sit. *Et eo quidem sensu, quo dictum est, & dici consueuit*: Non tibi, sed Petro. *Id quod pariter ad secularem dignitatem & potestatem extende*, 1. *Pet*. 2. Subditi estote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modestis, sed etiam dyscolis: *scilicet*, indisciplinatis E & indoctis. *Et priùs præmiserat*: Regem honorificate; *nimirùm*, tanquam F Dei ministrum, quasi *ex glossa* præcellentem, ampliori honore venerandum, *Matth*. 22. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari &c. *Cui consonat illud Apostoli ad Rom*. 13. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. *Hinc* Eccli. 24. *legimus*: Posuit Dauid puero suo excitare Regem ex ipso fortissimum, & *in throno honoris* sedentem in sempiternum. *Quin & nos inuicem honorare debemus*, 1. *Pet*. 2. *cit*. Omnes honorate: *videlicet*, non solùm G Reges & Duces, sed vnumquemque pro modo suo, *ex glossa* honore reuerentiæ, Rom. 12. *Honore inuicem præuenientes*: quia in omnibus est Dei imago, quæ est ratio honorandi, *si qua alia abesset*: (*Vnde in ipsa beata Patria* erit etiam H mutua honoratio Sanctorum ad inuicem.) *Sed & debemus* I credere, quòd omnes excedunt in aliqua gratia, Philip. 2. *In humilitate superiores inuicem arbitrantes*. Et propter hoc honor exhibendus est omnibus: *Omnes honorate*. Nullus enim L est sic bonus, quin in eo sit aliquis defectus: & nullus est sic malus, quin habeat aliquid boni. Vnde non oportet, quòd alium quis sibi præponat simpliciter; sed quantùm ad hoc dicat in mente sua: Fortè in me est aliquis defectus, qui non est in illo. *Ex quo omnes honorandi motiuum adest. Quod & vnus Magister noster Christus edocuit: vbi enim legitur Ioan*. 1. *quòd* in crastinum voluit exire in Galilæam; *hujus exitus rationem* (*præter cæteras*) *Author assignans*: Vna M est, *inquit*, quia postquam baptizatus fuerat à Ioanne, volens honorem deferre Baptistæ, exiuit in Galilæam, à Iudæa recedens, ne sua præsentia offuscaret, & minueret Ioannis magisterium, dum adhuc statum habebat: docens nos honore inuicem præuenire. *Porrò* honor, *vt dici solet*, est honorantis, *non honorati*. Honor *enim* non est N in eo, qui honoratur, sed magis in honorante, *ex Philosopho* 1. *Ethic. Ex quibus omnibus deducitur, quòd opprobrium, siue vi*tuperium O honori opponatur: sicut enim honor importat testimonium quoddam de excellentia alicujus, & præcipuè quæ est circa virtutem: ita etiam opprobrium, cujus timor est verecundia, importat testimonium de defectu alicujus, & præcipuè secundùm aliquam culpam. *Et iterum*: Sicut proprium P præmium virtuosi (*siue virtutis*) est honor: ita pœna peccati est opprobrium, *Psal*. 38. Opprobrium insipienti dedisti me. *Quod sibi tolli rogabat Psaltes Ps*. 118. Aufer à me opprobrium & contemptum. *Ad quod euitandum, maxima de proprio honore habenda cura est, Eccli*. 41. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni. *Et iterum hortabatur Sapiens Prou*. 5. Ne des alienis honorem tuum: *de quo zelari videtur & ipse Dominus Is*. 42. & 48. Gloriam meam alteri non dabo.

D Quol. 8. a. 7. ad 1. & in corp.
Idem de seculari dignitate & potestate dicendum.
E 1. Pet. 2. ibi.
F Ibid. ibi. & Rom. 13. l. 1. fi.
Et nos inuicem honorare debemus.
G 1. Pet. 2. ibi. & Rom. 12 l. 2. ibi. honore. & Phil. 2. l. 1. fi.
H 2. 2. 121. 1. ad 3.
I Op. de er. Pr. l. 3. c. 5 & 2. 2. 103. 2. ad 3.
L Philip 2. l. 1. ibi, superiores.
M Ioan. 1. l. 26. lit. a. ibi.
Honor est honorantis.
N 1. 2. a. 2. in Sed contra.
Opprobrium, siue vituperium, opponitur honori.
O 2. a. 144. 3. c. & a. 4. c. & ad 2. & 142. 4. c.
Quid vtrunque importet.
P Ps. 38 lit. g.

m *Porrò, cum honor reuerentiam quandam importet, sciendum, quòd* reuerentia, *quam honorando exhibemus*, non Q est idem, quod honor; sed ex vna parte est primum motiuum ad honorandum, in quantùm scilicet aliquis ex reuerentia, quam habet ad aliquem, cum honorat: ex alia verò parte, est honoris finis, in quantùm scilicet aliquis ad hoc honoratur, vt in reuerentia habeatur ab alijs. *Sicut autem honor respicit excellentiam personæ: ita* reuerentia R directè respicit personam excellentem; & ideò secundùm diuersam rationem excellentiæ diuersas species habet. *Et quidem reuerentia, siue* reuereri S in quantùm hujusmodi, est actus timoris (*ceu quæ non tam personæ dignitatem respicit, quàm potestatem; vnde docemur, quòd* excellentiæ T eorum, qui sunt in dignitate constituti, debetur honor ratione sublimioris gradus: timor autem ratione potestatis, quam habent ad coercendum, Malach. 1. *Si Dominus ego sum, vbi est timor meus?*) sed in quantùm est Deo debitum, est proprium latriæ. *Pro quo sciendum, quòd* reuereri V multipliciter accipitur. Aliquando enim dicit motum, qui est fugiendo, seu resiliendo ab altitudine alicujus rei in propriam paruitatem: & vocatur motus iste motus reuerentiæ. Et huic motui interiori respondet exteriùs elongatio, vel fuga, qua humiles priùs elongant se ab his, qui sunt in potestate positi, non audentes eis appropinquare: quoniam reuereri dicit honorem, quem aliquis exhibet alteri gratiâ dignitatis, ad ostendendum, quòd ipse subjectus sit ei, & paratus voluntatem ejus sequi, vt est assurgere venienti, assistere sedenti, inclinare transeunti, incedentem sequi. Et genuflexio exhibetur & honor alicui propter prioritatem temporis, vel naturæ dignitatem, vel excellentiam in aliqua gratia. *Reliqua vide ibi. Sed nec obseruantia cum honore confundenda & reuerentia. Nam* obseruantia *ex Tullio* est X per quam homines aliqua dignitate antecedentes quodam cultu & honore dignantur. *Siquidem* oportet Y quòd in eo, qui est in potestate constitutus, primò consideretur excellentia status cum quadam potestate in subditos: secundò ipsum gubernationis officium. Ratione igitur excellentiæ debetur ei honor, qui est quædam recognitio excellentiæ alicujus. Ratione autem officij gubernationis debetur ei cultus, qui in quodam obsequio consistit, dum scilicet aliquis eorum obedit imperio, & vicem beneficijs eorum pro suo modo rependit. *Et hæc virtus, obseruantia dicitur. Nec tamen pietate major est, qua parentes colimus. Nam* personis Z in dignitate constitutis potest aliquid exhiberi dupliciter. Vno modo in ordine ad bonum commune, putà cum aliquis eis seruit in administratione Reipublicæ: & hoc jam non pertinet ad obseruantiam, sed ad pietatem, quæ cultum exhibet non solùm patri, sed etiam patriæ. Alio modo exhibetur aliquid personis in dignitate constitutis pertinens spiritualiter ad personalem eorum vtilitatem & gloriam: & hoc propriè pertinet ad obseruantiam, secundùm quod à pietate distinguitur. Et ideò comparatio obseruantiæ ad pietatem, necesse est, quòd attendatur secundùm diuersas habitudines diuersarum personarum ad nos, quas respicit vtraque virtus. Manifestum est autem, quòd personæ parentum, & eorum, qui sunt nobis sanguine conjuncti, substantialiùs nobis conjunguntur, quàm personæ, quæ sunt in dignitate constitutæ. Magis enim ad substantiam pertinet generatio & educatio, cujus principium est Pater, quàm exterior gubernatio, cujus principium sunt illi, qui in dignitate constituuntur. Et secundùm hoc pietas obseruantiæ præeminet, in quantùm cultum reddit personis magis conjunctis, quibus magis obligamur. *Sed de pietate fusiùs V. Parentes*.

Reuerentia non est idem, quod honor.
Q 2. 2. 103. 1. ad 1.
R 2. 2. 104. 2. ad 4. In 3. d. 9. a. 1. ad 3. & a 2. c.
S 3. d 9. 1. 1. q. 1. ad 3. & 103. 3 c.
Reuereri est actus timoris, in quantùm hujusmodi.
T 2. 2. 102. 2. ad 3
Timor debetur ratione potestatis, sicut honor ratione dignitatis.
Reuereri multipliciter accipitur.
V Op. de er. Pr. l. 1. cap. 5. circ. med.
Obseruantia quid.
X 2. 2. 80. 1. c. & 102. 1. in Sed contra. & 103. 3. c.
Y 2. 2. 102. 2. c. & ad 1. & a. 1. ad 2. & 103. 3. c.
Non est major Pietate.
Z 2. 2. 102 3. c.
Pietas & Patri exhibet cultum & Patriæ.
In quo distinguatur ab obseruantia.

n Præ-

Digitized by Google

Honor in quo à laude differat.
A 2.2.103.1. ad 3. & in corp. In 3 d.9.1.2. q.1.c. & d.24. 1.3.q.1.c.

n *Præterea honor differt & à laude*. Laus *enim* diſtinguitur A ab honore dupliciter. Vno modo, quia laus conſiſtit in ſolis ſignis verborum: honor autem in quibuſcunque exterioribus ſignis: (*tamen* honor B quoad Deum, poteſt conſiſtere in ſolo interiori motu cordis, dum ſcilicet aliquis recogitat vel Dei excellentiam, vel etiam alterius hominis, coram Deo. Sed quoad homines, non poteſt aliquis teſtimonium ferre, niſi per aliqua ſigna exteriora:) & ſecundùm hoc laus in honore includitur. Alio modo, quia per exhibitionem honoris, teſtimonium reddimus de excellentia bonitatis alicujus abſolutè: ſed per laudem teſtificamur de bonitate alicujus in ordine ad finem, ſicut laudamus benè operantem propter finem. Honor autem eſt etiam optimorum, quæ non ordinantur ad finem, ſed jam ſunt in fine, vt patet per Philoſophum *in* 1. *Ethic.* Illa enim C quæ ſunt optima, non laudantur, ſed honorantur. *Verùm & à gloria differt honor*. *Nam* gloria D eſt effectus honoris & laudis: quia ex hoc quòd teſtificamur de bonitate alicujus, clareſcit bonitas ejus in notitia plurimorum; & hoc importat nomen gloriæ: nam gloria dicitur quaſi claria; vnde gloria *ex Ambroſio* eſt clara cum laude notitia. *Hinc ad Hebr.* 2. *ex Pſal.* 8. *dicitur*: Gloria & honore coronaſti eum; *& Apoc.* 5 Dignus eſt Agnus accipere virtutem &c. honorem & gloriam: *de qua ſuo loco*.

Honor quoad Deum poteſt conſiſtere & in motu interiori: quoad homines, ſolùm in exterioribus ſignis conſiſtit.
B 2.2 103.1.c.
C In 3.d.24.1. 3.q 1.c.
Differt honor & à gloria.
D 2.2.103.1. ad 3. Hebr. 2. 6.2. ibi, honore.
Gloria quid.

An verò liceat honores appetere: Vide fuſiùs V. Ambitio *Tom.* 1. *Hoc vnum nihilominus hìc adjicimus, quòd* illi E qui contemnunt honores hoc modo, quòd pro eis adipiſcendis nil inconueniens faciunt, nec eos nimis appretiantur, laudabiles ſunt. Si quis autem hoc modo contemneret honores, quòd non curaret facere ea, quæ ſunt digna honore, hoc vituperabile eſſet. *Alibi quoque erudimur, quòd* & contemptus F famæ, & appetitus, poteſt eſſe laudabile & vitioſum: fama enim non eſt neceſſaria homini propter ſeipſum, ſed propter proximum ædificandum. Appetere ergo famam propter proximum, charitatis eſt: appetere verò propter ſeipſum, ad inanem gloriam pertinet. E'conuerſo, contemptus famæ ratione ſui ipſius, humilitatis eſt: ratione verò proximi, ignauia & crudelitas. *Ex quo, ſi quæras: an peccet quis, infamiam non repellendo? Dicimus cum Authore, quòd* illi G quibus incumbit ex officio, vel ex ſtatu perfectionis, aliorum ſaluti prouidere, peccant, niſi infamiam propriam juxta poſſe repellant. Alij verò, quibus magis cuſtodia ſuæ propriæ ſalutis imminet, poſſunt, ſuæ humilitati prouidentes, famam vel infamiam contemnere. Sed, cum infamia dupliciter repellatur, ſcilicet occaſionem ſubtrahendo, & linguas detrahentium compeſcendo: primo modo omnes tenentur infamiam vitare: (aliàs ſine ſcandalo actiuo tranſiri non poſſet, quod ſemper peccatum eſt.) Sed ſecundo modo non tenentur, niſi quatenus debet aliquis ſaluti proximorum prouidere. Et hoc eſt, quod ait *Gregorius*: Hi, quorum vita in exemplum imitationis eſt poſita, debent ſi poſſunt detrahentium ſibi verba compeſcere: ne eorum prædicationem non audiant qui audire poterant, & in prauis moribus remanentes, bene viuere contemnant. *Idcircò Dominus impio illi alapam ſibi infigenti reſpondit Ioann.* 18. Si bene locutus ſum, quid me cædis? *Ita & Paulus* Act. 23. *ex mandato Principis Sacerdotum percuſſus in ore, dixit ad illum*: Percutiet te Deus, paries dealbate: (*quamuis & mox ſeſe excuſaſſet*: Neſciebam, fratres, quia Princeps eſt Sacerdotum:) *quia nimirùm agebatur de ſalute populorum, qui erant doctrinæ veritate imbuendi. Cum aliàs de Saluatore legatur patiente Iſ.* 53. Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & non aperiet os ſuum, *&* 1. *Pet.* 2. Cum pateretur, non comminabatur. *Apoſtolus pariter dicebat* 2. *Cor.* 6. Nemini dantes vllam offenſionem, in omnibus exhibeamus noſmetipſos in multa patientia, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam &c. *Vide fuſiùs* H. *Non ſecus & judex, poteſt quidem remittere injuriam ſuo honori, vt homo priuatus eſt, irrogatam: non ita, ſi in Rempublicam & Communitatem redundet*. Deus I remittere liberè poteſt ſine vllius offenſa: non alius judex, qui punire debet culpam, in alium, vel in Rempublicam, vel in Deum commiſſam; vnde & pœnam licitè remittere non poteſt. *In Deum inquam commiſſam. Eapropter* Chriſtus L cum paſſus fuiſſet tentationis injuriam, dicente ſibi diabolo, *Mitte te deorſum*, non eſt turbatus, nec diabolum increpauit. Quando verò diabolus Dei ſibi vſurpauit honorem, dicens: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me*; exaſperatus eſt, & repulit eum, dicens: *Vade Satana*. Vt nos illius diſcamus exemplum, noſtras quidam injurias magnanimiter ferre: Dei autem injurias nec vſque ad auditum ſufferre. *DISCE, Deo & Majoribus honoris cultum impendere. Vide* Ambitio, Clericus, Dilectio inimicorum, Epiſcopus, Gloria, Pietas, Parentes.

An liceat honores appetere, vel contemnere.
E 2.2.129.1. ad 3.
F Quol. 10. a. 3 c.
Fama non eſt neceſſaria homini propter ſeipſum, ſed propter proximum.
An peccet quis, infamiã non repellendo.
G Ibid, in corp. & 2. Cor. 6. l 2, & 1. Pet. 2. ibi, cũ pateretur.
H 2.2.67.4. & 108.2. & 3. p. 46. 2. ad 3. lo 8. l. 7. lit f. & cap. 18. l. 4. lit b. & 1. Cor. 4. l. 1. & cap. 11. l. 7. ſ.
I 2. d. 45. 2. 2. ad 5. & d. 1. 1. 2. ad 4. In 4. d. 46. 1. 2. q. 2. & q. 2. 1. q 3. ad 1. Ma 12. 1. c. & ad 2. & 14. & a. 3. ad 5.
L 3 p 41. 4. ad 6. Matth. 4 lit: a. ibi, cadens.
Injurias noſtras laudabiliter toleramus, non ita Dei.

HORÆ CANONICÆ. Vide OFFICIVM.

HOSTIA. Vide CHRISTI MORS, EVCHARISTIA.

HVMANITAS. Vide CHRISTI MISERICORDIA, HOMO.

HVMILITAS.

III. Humilitas, ſecundùm quod eſt ſpecialis virtus, præcipuè reſpicit ſubjectionem hominis ad Deum, propter quem etiam alijs humiliando ſe ſubijcit. 2.2. 161. 1. *ad* 5.

o CVm *virtutem humilitatis ponimus, profectò ſpiritualis ædificij fundamentum ſtabilimus*. Humilis *autem* M *dicitur ex Iſidoro* quaſi humi accliuis, ideſt imis inhærens. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo ex principio extrinſeco, putà cum aliquis ab alio deijcitur: & ſic humilitas eſt pœna. Alio modo à principio intrinſeco. Et hoc poteſt fieri quandoque quidem bene, putà cum aliquis conſiderans ſuum defectum, tenet ſe in infimis ſecundùm ſuum modum, ſicut Abraham dixit ad Dominum Geneſ. 18. *Loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis & cinis*: & hoc modo humilitas ponitur virtus. Quandoque autem poteſt fieri malè, putà cum homo, honorem ſuum non intelligens, comparat ſe jumentis inſipientibus, & ſimilis fit illis. *Idcircò &* Scriptura N vocat hominem ab *humo*, vel limo, de quo fuit factus, vt ex ſuo nomine diſcat ſubijci, & *humiliari* Deo. *Eſt autem vera humilitas proculdubiò virtus*. *Nam* circa motus O appetitiuos, qui ſe habent per modum impulſionis, oportet eſſe virtutem moralem moderantem & refrænantem: circa illos autem, qui ſe habent per modum retractionis & reſilitionis ex parte appetitus, oportet eſſe virtutem moralem firmantem & impellentem; & ideò circa appetitum boni ardui neceſſaria eſt duplex virtus: Vna quidem, quæ temperet & refrænet animum, ne immoderatè tendat in excelſa: & hoc pertinet ad virtutem humilitatis. Alia verò, quæ firmet animum contra deſperationem, & impellat ipſum ad proſecutionem magnorum ſecundùm rationem rectam: & hæc eſt magnanimitas. Et ſic patet, quòd humilitas eſt quædam virtus. *Aduertas tamen oportet, quòd* humilitas P ſecundùm quod eſt virtus, in ſui ratione importat quandam laudabilem dejectionem in ima. Hoc autem quandoque fit ſolùm ſecundùm ſigna exteriora: vnde hæc eſt falſa humilitas, de qua *Auguſtinus*

Humilis vnde dicatur.
M 2.2.161.1. ad 1.
Humilitas pœna.
Humilitas virtus.
Humilitas vitium.
N Gen. 2. ibi, & creauit. & 2.2. 161. 1. c. ad 2.
O 2.2. ibi. a. 1. 2. & 4. c. & 161. 3. ad 1. & 4. cont. G. c. 55. ad 17.
Vera humilitas, virtus.
Magnanimitas in quo conſiſtat.
P 2.2.161.1. ad 2.
Quænam falſa humilitas.

stinus dicit, quod est magna superbia, quia scilicet videtur tendere ad excellentiam gloriæ: (*quod ad hypocrisim spectat, de qua Num. seq.*) quandoque autem fit secundùm interiorem motum animæ; & secundùm hoc humilitas propriè ponitur virtus: quia virtus non consistit in exterioribus, sed principaliter in interiori electione mentis, vt patet per Philosophum *in 2. Ethic.* *Et quidem non modica est virtus humilitas, sed quæ, paucis exceptis, cæteras ferè omnes præcellit.* *Nam* bonum Q humanæ virtutis in ordine rationis consistit, qui quidem principaliter attenditur respectu finis: vnde virtutes Theologicæ, quæ habent vltimum finem pro objecto, sunt potissimæ. Secundariò autem attenditur, prout secundùm rationem finis ordinantur ea, quæ sunt ad finem. Et hæc quidem ordinatio essentialiter consistit in ipsa ratione ordinante, participatiuè autem in ipso appetitu per rationem ordinato: quam quidem ordinationem vniuersaliter facit justitia, præsertim legalis. Ordinationi autem facit hominem bene subjectum humilitas in vniuersali quantùm ad omnia: quælibet autem alia virtus quantùm ad aliquam materiam specialem. Ideò, post virtutes Theologicas, & virtutes intellectuales, quæ respiciunt ipsam rationem, & post justitiam, præsertim legalem, potior cæteris est humilitas. *Ex quo* plus R placuit Deo *ex Bernardo* humilitas Mariæ, quàm ipsius virginitas. *Nec perperam: eo quòd* humilitas S videtur virtutibus (*Theologicis*) propinquissima esse: quia per eam homo se ex reuerentia Deo subjicit, & per consequens alijs propter Deum; & ideò simpliciter loquendo, virginitatem humilitas excedit. *Quoniam verò* omnes T virtutes refrænantes siue reprimentes impetus aliquarum affectionum, vel actiones moderantes, ponuntur partes temperantiæ: sicut autem mansuetudo reprimit motum iræ, ita humilitas reprimit motum spei, qui est motus spiritus in magna tendentis; Ideò, sicut mansuetudo ponitur pars temperantiæ, ita etiam & humilitas. *Atqui, licèt verum sit, quòd* tendere V in aliqua majora ex propriarum virium confidentia, humilitati contrariatur: tamen quod aliquis ex confidentia diuini auxilij in majora tendat, hoc non est contra humilitatem, præsertim cum ex hoc aliquis magis apud Deum exaltetur, quod ei se magis per humilitatem subjicit. Vnde *Augustinus* dicit *in lib. de Pœnit.* Aliud est leuare se ad Deum: aliud est leuare se contra Deum. Qui ante illum se projicit, ab illo erigitur: qui aduersùs illum se erigit, ab illo projicitur. *Eapropter dicitur humilitas omnium fundamentum virtutum: sicut enim in ædificio materiali nil profundius fundamento, ita in spirituali nil humilitate profundius.* Sicut *autem* ordinata X virtutum congregatio per quandam similitudinem ædificio comparatur: ita etiam id, quod est primum in acquisitione virtutum comparatur fundamento, quod primò in ædificio jacitur. Virtutes autem verè infunduntur à Deo: vnde primum in acquisitione virtutum potest accipi dupliciter. Vno modo per modum remouentis prohibens: & sic humilitas primum locum tenet, in quantùm scilicet expellit superbiam cui Deus resistit: (quæ secundùm *Augustinum* etiam bonis Y virtutum operibus insidiatur, vt pereant:) & præbet hominem subditum & patulum ad suscipiendum influxum diuinæ gratiæ, in quantùm euacuat inflationem superbiæ. Et secundùm hoc humilitas dicitur spiritualis ædificij fundamentum. Alio modo est aliquid primum in virtutibus directè, per quod scilicet jam ad Deum acceditur. Primus autem accessus ad Deum est per fidem, secundùm illud Hebr. 11. *Accedentem ad Deum oportet credere*: & secundùm hoc fides ponitur fundamentum nobiliori modo, quàm humilitas.

Q 2. 2, l. c. a. 3. c. In 4. d. 33. q. 3. 6.
Exceptis theologalibus virtutibus, & intellectualibus, & legali justitia, Humilitas cæteras excellit.
R 4. d. 33. l. c. in a. Sed contra, Præfertur virginitati.
S Ibid. ad 6.
T 2. 2. 161. 4. c.
Pars est temperantiæ.
V 2. 2. l. c. a. 2. ad 2.
Non contrariatur humilitati, quòd quis, diuino fisus auxilio, in magna tendat.
Humilitas cur fundamentũ, & quo sensu.
X 2. 2. l. c. a. 5. ad 2. Vit. 3. 1. ad 13.
Y Vit. loc. cit.

P *An verò per virtutem humilitatis homo se omnibus subjicere debeat: docemur, quòd* humilitas Z propriè respicit reuerentiam, qua homo Deo subjicitur. Et ideò quilibet homo secundùm id, quod suum est, debet se cuilibet proximo subjicere quantum ad id, quod est Dei in ipso. Non autem hoc requirit humilitas, vt aliquis id, quod est Dei in seipso, subjiciat ei, quod apparet esse Dei in altero. Nam illi, qui dona Dei participant, cognoscunt ea se habere, secundùm illud 1. Cor. 2. *Vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis*: & ideò, absque præjudicio humilitatis, possunt dona, quæ ipsi acceperunt, præferre donis Dei, quæ alijs apparent collata, sicut Apostolus *ad Ephes. 3.* dicit: *Alijs generationibus non est agnitum filijs hominum, sicut nunc reuelatum est Sanctis Apostolis ejus.* Similiter etiam non hoc requirit humilitas, vt aliquis id, quod est suum in se ipso, subjiciat ei quod est hominis in proximo: alioquin oporteret, vt quilibet reputaret se magis peccatorem quolibet alio; cum tamen Apostolus, absque præjudicio humilitatis, dicat ad Galat. 2. *Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores.* Potest tamen aliquis reputare, aliquid boni esse in proximo, quod ipse non habet: vel aliquid mali in se esse, quod in alio non est; ex quo se potest ei subjicere per humilitatem. *Et sic* aliquis A absque falsitate potest se credere & pronunciare omnibus viliorem secundùm defectus occultos, quos in se recognoscit, & dona Dei, quæ in alijs latent. Similiter etiam absque falsitate potest aliquis confiteri & credere, ad omnia se inutilem esse & indignum per proprias vires, vt sufficientiam suam totam in Deum referat, secundùm illud 2. Cor. 3. *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est.* Quantò *enim* quis B est perfectior, tantò imperfectum se magis cognoscit, Phil. 3. *Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus*, quod ego sentio, scilicet quod non sum perfectus, *Eccli. 3.* Quanto magnus es, humilia te in omnibus: & coram Deo inuenies gratiam. *Est siquidem verè humilis, re vera plenus, sed apparenter inanis, Coloss. 2.* Nemo vos seducat volens in humilitate &c. ambulans frustrà inflatus sensu carnis suæ. *Hæc autem* differentia est C inter inflatum & pinguem: quia pingues, veritatis sunt pleni; inflati verò vacui, sed vento pleni. Qui ergo verè sunt humiles, sunt pleni, sed qui apparent tantum inflati, sunt vacui, Sap. 4. *Disrumpet illos inflatos sine voce.* Verè humilis *inquam* plenus est: *at* sicut ramus D arboris tantò magis inclinatur, quanto magis fructu est oneratus: sic humilior esse debet qui plura bona opera habet, cum omnia sint Dei dona, 1. *Cor. 4.* Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? *Hinc & Christus Dominus* (*qui fuit* plenus gratiæ & veritatis, *Ioann. 1.*) *ad nostrum vtique exemplum, voluit à Ioanne* (*eo renuente*) *baptizari, præmissis humilitatis verbis Matth. 3.* Sine modò: sic enim decet nos implere omnem justitiã. *Sine modò*, quando *scilicet* gero E formam seruilem, implere me humilitatis officium: *sic enim decet nos implere omnem justitiam*; idest, decet me habere perfectam humilitatem. *Vel ex Bernardo*: Sic planè F sic decet, vt vincat & humilitate, quem sublimitate vincebat. *Porrò duodecim distinguit humilitatis gradus D.* Benedictus *in sua Regula.* Quorum *Primus* est G corde & corpore semper humilitatem ostendere, defixis in terram aspectibus. *Secundus*, vt pauca verba & rationabilia loquatur aliquis non clamosa voce. *Tertius*, vt non sit facilis aut promptus in risum. *Quartus*, taciturnitas vsque ad interrogationem. *Quintus*, tenere quod habet communis monasterij regula. *Sextus*, credere & pronunciare se omnibus viliorem. *Septimus*, ad omnia indignum & inutilem se con-

Num homo per humilitatem se debeat omnibus subjicere.
Z 2. 2. 161. 3. c & 103. 2. ad 3.
Quo sensu se alijs subjiciat.
A 2. 2. 161. 3. ad 1.
Quò quis perfectior, eò se imperfectiorem cognoscit.
B Phil. 3. l. 3. init.
C Coloss. 2. l. 4. ibi.
D Op. de or. Pr. l. 5. c. 10 circ. fi.
E Matth. 3 lit. b. ibi.
F Op. de or. Pr. l. 3. c. 6.
Duodecim humilitatis gradus.
G 2. 2. 161. art. 6. & in corp. & ad 3. & 161. 4. Matth. 3. loco cit.

Digitized by Google

se confiteri & credere. *Octauus*, confessio peccatorum. *Nonus*, per obedientiam in duris & asperis patientiam amplecti. *Decimus*, vt cum obedientia se subdat majori. *Vndecimus*, vt voluntatem propriam non delectetur implere. *Duodecimus*, vt Deum timeat, & memor sit omnium, quæ præcipit. *Quod vltimum, vt omnium bonorum compendium, adducit & Sapiens Eccle.*12. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata ejus obserua: hoc est enim omnis homo.

Humilitas, vera scientia.

q *Et hæc est vera hominis scientia, quæ ad altissimæ Sapientiæ cognitionem perducit.* Hæc est altissima lectio (*ajebat asceta ille*) sui ipsius vera cognitio. *Et Author noster*: Est H verè *inquit* moralis scientia, scire humiliari. *Et alibi*: Humilitas *ait* ad sapientiam I disponit: quia qui humilis est, subjicit se sapientibus ad discendum, *Prou.*11. Vbi est humilitas, ibi est sapientia. *Ex Beda*, Humilitas est clauis scientiæ. *Et ex Gregorio*, vera sapientia efficitur hominis, humilitas suæ æstimationis. *Et iterum*: Cognitio L veritatis se habet ad humilitatem antecedenter: quia dum aliquis veritatem considerat, se vltra suam mensuram non effert. *Quo sensu exponitur illud Ioann.* 3. Illum oportet crescere, me autem minui: *videlicet*, oportet M homines proficientes, minui in sua reputatione: quia quantò plus cognoscit quis de altitudine diuina, tantò minorem reputat paruitatem humanam. Vnde dicitur *Prouerb.*30. Visio, quam locutus est vir, cum quo est Deus &c. *Et sequitur*: Stultissimus sum virorum. *Et Iob* 42. Auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te. Idcircò ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. *Nam* quantò N homo magis accedit ad Deum, tantò se minorem aduertit. *Sanè hæ sunt* alæ duæ aquilæ magnæ (*Apoc.*12.) *videlicet* duæ O partes sapientiæ, scilicet cognitio Dei, & cognitio sui. *Augustinus* in lib. Confess. *Domine nouerim me, nouerim te: bona & breuis est oratio; nam cognitio Dei vitat desperationem: cognitio sui præsumptionem.* Sapientia verò dicitur *aquila* propter acumen visionis: & *magna* propter dignitatem, quia primum locum obtinet inter dona.

H *Serm. ex Eu. in Epiph.*
I *Op. de er. Pr. l. 3. c. 6.*
L *Ma. 8. 3. ad 9.*
M *Ioann. 3. l. 5. lit. f.*
N *Ps. 50. lit. e.*
O *Ap. 12. com. 2. § 3. ibi.*

Exempla veræ humilitatis in pluribus adducuntur.

Scientiam hanc profundissimam callebat proculdubio Ioannes Baptista, qui cum Christus reputaretur, altissimè de Saluatore, de se verò humillimè sentiens (animo *enim* humili P nihil est mirabilius, quàm auditus suæ excellentiæ) *dicebat*: Medius vestrum stetit, quem vos nescitis &c. Cujus ego non sum dignus, vt soluam ejus corrigiam calceamenti, *vt dicitur Ioann.*1. Ex quo Q patet, quod Ioannes multùm accesserat ad Dei cognitionem, in quantùm ex consideratione infinitæ magnitudinis Dei se totaliter vilipendebat, & nihil se esse dicebat: sicut, cum Deum cognouisset, dicebat Abraham Genes.18. *Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis.* Et cap.17. *cum sibi à Deo tanti ponderis promissiones fierent, legimus, quòd* cecidit pronus in terram. *Vbi notat Author, quòd* quantò altiora R sibi proponuntur & promittuntur, tantò plus se humiliat Deo. *Daniel quoque in exemplum magnæ humilitatis adducitur, qui de seipso scribit*: Cumque adhuc loquerer & orarem & confiterer peccata mea, & peccata populi mei &c., *vt habetur Dan.*9. Magna S humilitas! cum peccatum non fecerit, populo peccatori se adjungit, vt ex humilitate veniam consequatur. *Nihil quippe, ad hanc impetrandam à Deo, humilitate validius*, 2. *Par.*12. Quia humiliati sunt, non disperdam eos, daboque eis pauxillum auxilij, & non stillabit furor meus &c. *Et* 3. *Reg.* 21. Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa (*nota motiuum humilitatis*) non inducam malum in diebus ejus. *Quod & Dauid de peccato pœnitens, & humiliatus, satis expertus est, cum ait Psalm.*50. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies: *vti Niniuitis* Ion.3. *felicissimè contigit humiliatis. Idcircò, ad perfectionem innuendam per veram propriæ paruitatis æstimationem, signatur humilis à Domino per paruulum, Matth.* 18. Aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum &c. (in medio *siquidem* virtus consistit:) *Vbi ex Chrysostomo*: Exponit T verè paruulum, quia passionibus erat immunis, vt exemplum humilitatis præberet, Matth 19. *Sinite paruulos ad me venire: talium est enim* (*humilium videlicet*) *regnum cælorum.* Et dicitur, quod iste fuit B. Martialis. *Sed & in muliere Chananæa virtus maximè eluxit humilitatis, ejusque efficacia & meritum singulare. Legitur enim Matth.*15. At illa venit (*ad Christum*) & adorauit eum, dicens: Domine adjuua me. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam, Domine. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. *Quo loci Author*: Hic *inquit* tangitur V mira humilitas mulieris, & sapientia. Visus est enim Dominus contumeliam inferre genti suæ: sed humilitatis est, quod concedit contumeliam dictam; vnde dicit: *Etiam, Domine.* Item major ostenditur humilitas, quia ipse Dominus dixerat, *canibus*; sed ista dixit, *catellos*; vnde dicit: *nam & catelli.* Item Dominus vocauerat filios Iudæos, sed ista dominos; vnde dicit: *quæ cadunt de mensa dominorum.* Et ita humiliter sciuit (*nota*) compellere Dominum; *Q. d.* Non peto, Domine, quod tot beneficia conferas nobis, quot Iudæis, sed de micis des nobis, Eccli. 35. *Oratio humiliantis se nubes penetrabit*, & Psal.101. *Respexit in orationem humilium.* Et ideò Dominus exaudiuit: *ô mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.* Quando se humiliat, dicit: *magna est fides tua.* Ideò sequitur exauditio: *Fiat tibi, sicut vis. Hinc ad humillimum illud Mariæ* Fiat, *Luc.*1. Ecce ancilla Domini, fiat *mihi* secundùm verbum tuum, *mox* Verbum caro factum est. *Compellit sanè quodammodo, & vincit vel Omnipotentem humilitas. Non secus enim, ac leonis proprietas est*

P 3 *p. 30. 4. ad 1.*
Q *Ioa. 1. l. 13. lit. d. ibi.*
In Ioanne.
In Abraham.
R *Gen. 17. ibi.*
In Daniele.
S *Dan. 9. ibi.*
Nil, ad impetrandam à Deo veniam, humilitate validius.
Dauid.
Humilis per paruulum signatur.
T *Matth. 18. lit. a. ibi.*
Quis talis paruulus historicè fuerit.
Chananææ humilitas.
V *Matth. 15. lit. b. ibi.*
Humilitas Dominũ quodammodo cõpellit ad exaudiendum, & vincit.

Parcere subjectis, & debellare superbos,

Christus, qui vicit Leo de tribu Iuda, vincitur quodammodo ab homine sibi humiliato, vt quicquid humiliter petit, certo certiùs obtineat. Vnde super illud Iob 9. Quis restitit ei, & pacem habuit? *erudimur, quòd* aliter X homo obtinet pacem à potentiori, aliter à minùs potente, aliter ab æquè potente. Manifestum est enim, quod potentior à minùs potente pacem acquirit, contra eum pugnando: sicut, cum rex potens contra aliquem rebellem in suo regno bellum mouet, & victoriam obtinens, pacem regni reformat. Similiter etiam ab æquipollente, cum aliquis pacem obtinet pugnando: licèt enim eum superare non possit; tamen assiduitate pugnæ eum fatigat, vt ad pacem reducatur. Sed à magis potente nunquam aliquis pacem obtinet resistendo vel pugnando, sed se ei humiliter subdendo. Hoc est ergo euidens signum, quod fortitudo Dei omnem humanam fortitudinem excedit; quia nullus cum eo pacem habere potest resistendo, sed solùm humiliter ei obediendo; vnde dicitur *Is.*16. Seruabis pacem: pacem, quia in te sperauimus; *nimirum, quod humilitate nostra veluti victus, pacem dabis, & exaudies.*

X *Iob 9. l. 1. ibi.*

r *Cum tamen ejusmodi sit humilitatis virtus, renuit adhuc humiliari vilis homo cinis & puluis. Et nihilominus*, si attendatur Y vnde humanum corpus venit, inuenitur, quod ex putredine, Iob 17. *Putredini dixi: Pater meus es; mater mea, & soror mea, vermibus.* Si attendatur, ad quem finem deueniat, puluis & cinis fit, Genes.3. *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Et fin. cap. *admiratus exclamat Author*: O' mira Z vanitas! ô mira fatuitas cordis nostri! cujus elationem perfectè dimittere, cujus ceruicosos motus omnino domare, humili-

Renuit tamen homo humiliari coram Deo puluis & cinis.
Y *Op. de er. Pr. l. 8. c. 9. circa med.*
Z *Ibid. fi. cap.*

tatis

Digitized by Google

Quò aliquis vilior, eo magis detrectat humilia facere.
A Io. 13. l. 1 fi.
Christi humilitas.

tatis materia tanta non sufficit, quin adhuc superbiat terra & cinis. *Immò & quò vilior quispiam, eò magis humilia dedignatur.* Nam quando A aliquis parui momenti exaltatur, de facili superbit, nec aliquid humile facit, ne videatur derogare suæ dignitati; sed qui in magno statu existens exaltatur, non negligit humilia: *vti Christus fecit, humiliando se ad pedes discipulorum. De quo tamen præmittit Euangelista:* Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: surgit à cœna &c. & cœpit lauare pedes discipulorum. *Vt nimirùm eo major eluceret humilitas, quò altior erat Domini magnitudo:* In quo B humilitatis & charitatis exemplum præbuit, *qui tamen* Rex regum *erat*, & Dominus dominantium. *Vnde &* meritum C Christi non fuit infinitum secundùm intensionem actus, finitè enim diligebat & cognoscebat: sed habuit quandam infinitatem ex circumstantia personæ, quæ erat dignitatis infinitæ. Quantò enim major est qui se humiliat, tantò ejus humilitas laudabilior est. *Et alibi:* Christi D humilitas ex ejus diuinitate laudabilior redditur: dignitas enim personæ adijcit ad laudem humilitatis, putà quando pro aliqua necessitate expedit aliquem magnum aliqua infima pati. Nulla autem tanta dignitas esse potest hominis, quàm quòd sit Deus: vnde hominis Dei humilitas maximè laudabilis inuenitur, dum abjecta sustinuit, quæ pro salute hominum ipsum pati expediebat. *Et eò magis, ad aliorum exemplum.* Nam ad agendum E magis prouocant facta, quàm verba: & tantò efficaciùs facta mouent, quantò certior opinio bonitatis habetur de eo, qui hujusmodi operatur. Vnde licèt aliorum hominum multa humilitatis exempla inuenirentur: tamen expedientissimum fuit, vt adhuc hominis Dei prouocarentur exemplo, quem constat errare non potuisse; & cujus humilitas tantò est mirabilior, quantò majestas sublimior. *Quin nedum* humilitas F in majoribus est laudabilior, *sed &* Deo gratior, & ipsis vtilior. *Hinc desiderabilior redditur humilitatis status* (*animo saltem & corde*, quatenus intentio maneat in occulto) *quàm sublimitatis. Etenim* status G humilis, locus est quietus, tutus, & abundans bonis. Quietus est: quia non est ventis expositus, Is. 32. *Erit vir, sicut qui absconditur à vento, & celat se à tempestate.* Tutus est, cum sit in imo. *Augustinus.* Humilitas in imo est; & non habet quò cadat. Bonis spiritualibus abundat, velut vallis fertilis, Psal. 64. *Valles abundabunt frumento.*

B Ibid.
Meritum Christi ex ejus humilitate, quale, & quantum.
C Verit. 29. 3. ad 4.
D 4. cont. G. c. 55. ad 17.
E Ibid. ad 18.
Tantò Christi Domini humilitas mirabilior, quantò majestas sublimior.
F Op. de er. Pr. l. 3. c. 6. sub init.
Humilitas in majoribus laudabilior, Deo gratior, ipsis vtilior.
G Eod. Op. l. 1. c. 1. fi.
Status humilis exoptandus magis, quàm sublimis; & cur.

¶ *Ex his omnibus deducitur, quòd* superbia H humilitati opponitur. Humilitas autem propriè respicit subjectionem hominis ad Deum: (*quod ab initio expresserat Author* I.) vnde è contrario superbia propriè respicit defectum hujus subjectionis, secundùm scilicet quod aliquis se extollit supra id, quod est sibi præfixum secundùm diuinam regulam, vel mensuram, contra id, quod Apostolus dicit 2. ad Cor. 10. *Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundùm mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus.* Et ideò dicitur Eccli. 10. *Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo:* quia secundùm hoc radix superbiæ consideratur, quòd homo aliqualiter non subjicitur Deo, & regulæ ipsius: *cujus contrarium operatur humilitas. Nihilominus* superbia L potest secundùm superexcessum & magnanimitati & humilitati opponi secundùm rationes diuersas: humilitati quidem, secundùm quod subjectionem aspernatur; magnanimitati autem, secundùm quod inordinatè ad magna se extendit. Sed quia superbia superioritatem quandam importat, directiùs opponitur humilitati: sicut & pusillanimitas, quæ importat paruitatem animi in magna tendentis, directiùs opponitur magnanimitati. *Denique superbiæ & humilitatis plures oppositas recenset Author differentias.* Nam humilitas M accipit in terra: superbia extra; vnde super illud Ioann. 6. *Eum, qui venit ad me, non ejjciam foras*, sic habetur: *Superbiæ est foras ejjci, quæ nihil habet in bono interiori nec hîc nec in futuro.* Ad humiles pertinet illud 2. Cor. 1. *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Humilitas vult habere nucleum: superbia verò corticem. Humilitas accipit imum: superbia verò altum. Hæc montes vult habere: illa verò valles; ideò superbia habet ventum: perflant enim altissima venti. Habet etiam ariditatem, juxta illud Augustini: *Alta siccantur, ima replentur.* Habet & duritiam, & sterilitatem, & propinqua est præcipitio: opposita verò his habet humilitas. Superbia accipit florem, juxta illud Ier. 48. *Date florem Moab:* (Moab *enim* interpretatur *de Patre*; & significat superbos, qui de paterna nobilitate gloriantur:) humilitas verò accipit fructum. Superbia accipit pulchrum: humilitas bonum. Superbia accipit paleam: humilitas granum. Superbia accipit imaginem, siue picturam honestatis: humilitas verò honestatem. Superbia quod est contentionis: humilitas verò quod est pacis. Humilitas *recumbit in nouissimo loco*, juxta illud Saluatoris *Luc.* 14. Superbia verò gloriam quærit. Cum vnus laudat superbiam, duo eum vituperant. Humilitas laudem fugit: laus verò sequitur eam, tanquam laude dignam. Superbia in ore hominum se & sua ponit: ideò non est mirum, si morsum detractionis ibi sentit. Humilitas verò *altissimum ponit refugium suum*: ipsa enim dicit illud 1. Cor 4. *Qui judicat me, Dominus est*; ideò morsus detractionum eam non attingit. *DISCE*, melius esse humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis, *Prou.* 16.

Humilitati opponitur superbia.
H 2. 2. 162. 5. c. & a. 1. ad 1.
I 2. 2. 161. 1. ad 5. & a. 2. ad 3. & a. 3. c. & 162. 1. c. In 4. d. 33. 3. 3. ad 6.
L 2. 2. l. c. a. 1. ad 3.
Quo sensu & magnanimitati opponatur.
Variæ inter superbiam & humilitatem oppositæ differentiæ.
M Op. de er. Pr. l. 3. c. 7. & 1. Pet. 5. ibi, superbis.

IV. Deus dicitur in cor hominis ascendere, quando cor hominis se subijcit, & humiliat Deo. *3. p. 57. 2. ad 1.*

1 *VT in via salutis securiùs homo procedat, præ cæteris virtus humilitatis exigitur.* Qui ergo N voluerit saluari, discat primò humiliari. *Vnde & Iob 22. legitur:* Qui humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur. *Qui humiliatus fuerit*, Deo scilicet O se subijciendo per affectum, *erit in gloria*, quam scilicet consequetur à Deo. *Et qui inclinauerit oculos suos*, ne scilicet per intellectum aliquid superbum contra Deum sentiat, *ipse saluabitur*, à malis scilicet liberatus, & in bonis stabilitus. *Hunc ad finem generaliter à Deo mandatur nobis cum mansuetudine humilitas, Psalm. 7.* Exurge Domine Deus meus in præcepto, quod mandasti, *scilicet* mansuetudinis P & humilitatis. *Vnde &* tota Q lex noua consistit in duobus, in mansuetudine scilicet, & humilitate (*Matth.* 11. Mitis sum & humilis corde.) Per mansuetudinem homo ordinatur ad proximum, Psal. 31. *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis ejus:* per humilitatem ordinatur ad se & ad Deum, Is. 66. *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones meos?* Vnde humilitas facit hominem capacem Dei. *In mansuetudine inquam & humilitate: nam qui humilis est, mansuetudine quoque polleat oportet, eoquòd* contra iram R optimum remedium est recognitio fragilitatis propriæ. *Sanè nil faciliùs ad Christum manuducit, quàm virtus humilitatis.* Sicut *enim* cognitio S morbi, & impotentia infirmi, multùm inducunt ad quærendum medicum: ita cognitio peccati, & propriæ impotentiæ, inducunt ad quærendum Christum. *Qui & hinc dicitur Cant.* 2. Lilium conuallium; *idest* decor T & præmium humilium. *Ad cujus procul dubio gratiam recipiendam necessaria est humilitas. Ex quo*

Ad securitatem salutis, virtus exigitur humilitatis.
N Serm. ex Ep. Dom. in ramis.
O Iob 22. l. 4. ibi.
P Psal. 7. lit. s. ibi.
Tota noua lex in mansuetudine & humilitate consistit.
Q Matth. 11. lit. e. ibi, humilis.
Humilitas facit hominem capacem Dei.
R Tit 3. L. 1. ibi, eramus.
Et est remedium contra iram.
S Ad Gal 3. l. 8. circ. med.
T Cant. 2. lem. 2. & 3. ibi.
Ad gratiam recipiendam exigitur.

Digitized by Google

V 3. p. 39. 4. ad 2.

considerat Author, conuenienter ad exemplum nostrum, Christum Dominum voluisse in Iordane baptizari: quia nimirum Iordanis V interpretatur *descensus*: in baptismo autem est ascensus per profectum gratiæ, qui requirit descensum humilitatis. *Vnde & ad hujus mensuramgratia confertur*, 1. *Pet.* 5. Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam; *nimirùm* specialiter X propter majorem sui exinanitionem gratiâ replendo, vt patet in Beata Virgine. Notandum autem, quòd vas secundùm quod magis habet de vacuitate, magis habet de capacitate. Videat ergo quilibet in seipso; quantum habet de vacuitate humilitatis, quia tantum habebit de capacitate gratiæ, *Luc.* 1. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ &c. *Quò facit illud Cant.* 2. *cit.* Ego flos campi, & lilium conuallium. *Lilium conuallium*: quia Y illis mentibus meam præcipuè gratiam tribuo, quæ nullam spem in se habentes, mihi se humili deuotione committunt. Conualles enim significant humiles mentes, quarum lilium Christus est. *Sic* Publicanus Z quoniam *Luc.* 18. recognouit se peccatorem, descendit justificatus in domum suam, *Dei gratiam recipiendo. Hinc & in gratia faciliùs quis per humilitatem perseuerat.* Homo A tantò stabiliùs in gratia permanet, quantò est cautior & humilior: *nam Deus & promptiùs per gratiam suam ad humiles venit, & stabiliùs apud eos mansionem facit, Ioann.* 14. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. *Eapropter bene ajebat initio Author*: Deus B dicitur in cor hominis ascendere, quando cor hominis se subjicit & humiliat Deo.

Quæ & ad humilitatis mensuram confertur.
X 1. Pet. 5. ibi.
Y Cant. 2. com. 3. ibi.
Z Ps. 30. lit. n.
In qua per humilitatem faciliùs quis perseuerat.
A 3. p. 89. 2. ad 1.
B 3. p. 57. 1. ad 1

u *Et ecce manifestam humilitatis necessitatem simul & vtilitatem. Vtilitatem inquam, quam habet ex ea homo, & hic temporaliter in via, & æternùm in Patria.* Triplicem (*inquit Author*) vtilitatem C acquirit homo de humilitate. Prima est bonum gratiæ, Iac 4. *Humilibus dat gratiam.* Secunda bonum scientiæ, Matth. 11. *Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus: & reuelasti ea paruulis.* Tertia bonum gloriæ; *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria*, Iob 22. *De gratiæ acquisitione jam visum est, sicut & de adeptione sapientiæ: quod vel ex eo notum pariter fit, quia humilibus arcana cœlestia reuelantur. Ex quo ad ea Apostoli verba* 1. *Cor.* 1. Paulus vocatus Apostolus &c. *erudimur, quòd* hoc D nomen (*Paulus*) præmittit in signum humilitatis: nam Paulus idem est quod modicus, quod ad humilitatem pertinet, *Matth.* 11. *cit.* Reuelasti ea paruulis; *idest, humilibus*: dicitur *enim* paruulus E humilitate, quia parua de se sentit. *Et sic Apostolo Deus reuelauit*, 1. *Cor.* 2. Nobis autem reuelauit Deus &c. *Cohærenter ad hæc, Ieremiæ quoque à Domino dictum est*: Surge, & descende in domum figuli, *Ierem.* 18. In quo F significatur, quòd descendenti in considerationem suæ infirmitatis verba Domini reuelantur. *De gloriæ pariter consecutione verum habet: nam & in præsenti vita gloriosum reddit humilitas hominem, & in futura perenniter. Hic quidem, juxta monitum Saluatoris Luc.* 14. Cum vocatus fueris ad nuptias, vade, recumbe in nouissimo loco: vt, cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superiùs. Tunc erit tibi *gloria* coram simul discumbentibus: quia omnis, qui se humiliat, exaltabitur. *Sanè* virtuosi G & fortis animi est, pro justitia contemnere gloriam, sicut & vitam. Vnde fit quoddam mirabile, vt quia virtuosos actus sequitur gloria, ipsa gloria virtuosè contemnatur, & ex contemptu gloriæ homo gloriosus reddatur, secundùm sententiam Fabij dicentis: *Gloriam qui spreuerit, veram habebit.* Et de Catone dixit Sallustius: *Quò minùs petebat gloriam, tantò magis assequebatur illam.* Ipsique Christi discipuli se, sicut Dei ministros, exhibebant *per gloriam & ignobilitatem* (2. Cor. 6.) *per infamiam & bonam famam.* Et quòd Apostoli H gloriosi appareant, patet *Act.* 14. quia Paulus & Barnabas credebantur esse dij: *Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos: & vocabant Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium.* Quantò *enim* quis I humilior, tantò altior: *quemadmodum & arbor quò profundiùs radices figit, eò altiùs erigitur. Quò facit illud Eccli.* 11. Sapientia humiliati exaltauit caput illius, & in medio magnatorum consedere illum faciet. *Et Iob* 5. Qui ponit humiles in sublime. *Esth.* 11. Lux & Sol ortus est; & humiles exaltati sunt. *Et Luc.* 1. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles; *Deus nimirùm, qui & humilia respicit in* Cœlo & in terra, *Psalm.* 112. *Idcircò* Moyses L humilis, princeps constituitur à Domino, Ex. 3. *Quis sum ego* (*ecce humilitas*) *vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Ægypto?* Et dictum est Sauli 1. Reg 15. *Nonne, cum paruulus esses in oculis tuis* (*ecce humilitas*) *Caput in tribubus Israel factus es?* Saul enim abscondit se domi, cum quæreretur in Regem, 1. *Reg.* 10. *De Dauid quoque dicitur Psal.* 77 Elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, *vt esset ex humili Pastore Rex in Israel. Et hoc: quia* exaltatio M est proprium humilitatis præmium. *Id quod confirmant prophetica Mariæ verba Luc.* 1. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc (*en causalis, id est propter humilitatem meam*) beatam me dicent omnes generationes. *Nec mirum: nam profundum idem quod altum; & altitudinem ipsam ex profunditate mensuramus. Vnde & aqua eò subliimiùs ascendit, quò profundiùs descendit, Ioan.* 4. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam, *vbi perfecta gloria est, & indeficiens.*

Triplex ex humilitate vtilitas, gratiæ, scientiæ, & gloriæ.
C Serm ex Ep. Domin. 3. post Pent.
Humilibus cœlestia secreta reuelantur.
D 1 Cor. 1. l. 1. ibi col. 1. l. 1. ibid. Apoc. 1 com. 1. ibi, scr uis suis & cap. 12. non longè ab initio.
Paulus quid signet.
E Matth. 11. lit. c. ibi.
F Ier. 18. lit. a. ibi.
Humilitas & hic gloriosum hominem reddit.
G Op. 20. l. 1. c. 7.
Gloriæ contemptor gloriam acquirit majorem.
H 2. Cor. 6. l 2. ibi, per gloriam.
I Matth. 18. lit. a. ibi. vnum paruulum.
L Op. de ū Pr. l. 3. c. 6.
Exaltatio, humilitatis præmium.
M Ver. 26. 6. ad 4. in contr. In 4. d. 47. 1. 4. q 2 c. & ad 5.

x *Et hæc est potissima humilium exaltatio in æternæ videlicet beatitudinis consecutione, Matth.* 18. Quicunque humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic est major in Regno Cœlorum. *Siquidem* nullus N intrabit nisi humilis, *Prou.* 29. Humilem spiritu suscipiet gloria; & *Psal* 33. Humiles spiritu saluabit; *vnde & Psaltes, hanc edoctus veritatem, dicebat Psal.* 118. Bonum mihi, quia humiliasti me. *Id quod verbo Christus edocuit, & exemplo comprobauit, Philip.* 2. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum &c. *Vbi Author*: Hic (*inquit*) Apostolus O commendat præmium humilitatis Christi, quod est exaltatio & gloria. Et nota triplicem exaltationem Christi, scilicet quantùm ad gloriam resurgentis, quantùm ad notificationem suæ diuinitatis, & quantùm ad reuerentiam totius creaturæ. Dicit ergo: *Propter quod & Deus exaltauit illum*, scilicet vt de morte resurgeret, & de mortalitate ad immortalitatem, Roman 6. *Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur.* Item exaltauit eum, in dexteris suis constituendo, Ephes. 1. *Constituens eum ad dexteram suam in cœlestibus &c.* Sed verum est, quòd & alij exaltantur in gloria; sed ille plùs, quia *donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* Nomen autem imponitur ad significandam rem aliquam: & tantò nomen est altius, quantò res significata per illud est altior; & ideò nomen diuinitatis est altius, *quod est super omne nomen.* Donauit verò; idest, fecit manifestum Mundo, quòd hoc nomen haberet: hoc enim manifestatum est in resurrectione, quia antè non erat sic nota diuinitas Christi. Et huic concordat textus sequens: *Vt in nomine IESV omne genu flectatur &c.* Quasi non donauerit quod non haberet: sed vt hoc omnes venerentur. Et ponitur duplex veneratio, scilicet in subjectione operis, & in confessione oris. Est autem duplex subjectio: vna voluntaria, & alia inuoluntaria. Omnes Angeli Sancti Christo subjicientur voluntariè, Hebr. 1. ex Psalm. 96. *Adorent eum omnes Angeli Dei*: & homines beati & sancti ac justi hoc modo subjicientur, Psal. 85. *Omnes gentes,*

Humilium potissima exaltatio & gloria in æternæ vitæ consecutione.
N Matth. 18. lit. a. ibi.
Christi omnis gloria & exaltatio ex humilitate.
O Phil. 2 l. 3. ibi Op. 6. l. 9. & 10. Ver 26. 6. ad 4 in contr. Pot. 6. 9. 6. & 3. 1 46. 1. 6. & 53. 1. 1. & 54. 3. 6. & alibi.

tet, *quascunque fecisti, venient & adorabunt coram te, Domine, & glorificabunt nomen tuum.* Sed dæmones, & damnati non sic: (in quo errauit *Origenes*, qui credidit, futurum quandoque, quòd etiam dæmones subijcerentur Christo subjectione charitatis:) sed inuoluntariè subijciuntur, Iac.2. *Dæmones credunt, & contremiscunt.* Exhibitio autem reuerentiæ in confessione oris ponitur, cum dicit: *Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Omnis lingua, scilicet cœlestium, terrestrium, & infernorum. Respectu infernorum tamen dicitur hoc de confessione laudis coacta, quæ fit per recognitionem Dei. *Præfata autem subjectio intelligitur & extenditur ad judiciariam quoque Christi potestatem: quam sibi pariter humilitate comparauit, vt videre est* P. *Ex quo liquet, quanta Christo Domino ex humilitate gloria prouenerit. Quòd si Capiti nostro id competit, nobis quoque membris ejus exaltationem eandem tenendum est prouenturam, ad Rom.*8. Si tamen compatimur, vt & conglorificemur. *Idcircò Io.*6. *dicebat*: Eum, qui venit ad me, non ejiciam foras: quia descendi de Cœlo &c. *Non ejiciam foras*: & hoc Q ideò, quia ille venit ad me, qui meam humilitatem imitatur, *Matth.*11. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. *Hinc Apostolus ad Ephes.*4. Quòd autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primùm in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes Cœlos. *Vbi Author*: Acsi R diceret. Ideò postea dixi, quòd *ascendit*, quia ipse primò descenderat, vt ascenderet: aliter enim ascendere non potuisset. *Cui cohæret & illud Ioan.*3. Nemo ascendit in Cœlum, nisi qui descendit de Cœlo Filius hominis, qui est in Cœlo. *Q. d.* Nisi qui descendit de Cœlo *diuinæ contemplationis per propriæ considerationem fragilitatis & paruitatis, humiliando se Deo*, non ascendit in Cœlum. *Igitur* quòd ascendit, quid est, nisi quia descendit primùm? *Etenim* ascendit S in carne Christus in ascensione: sed has ascensiones præcessit descensus humilitatis. Alioquin, qui vult ascendere priùsquam descenderit, corruet in profundum: sicut Lucifer, qui voluit ascendere, & tamen non descenderat, *Is.*14. Quomodo cecidisti de Cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Qui dicebas in corde tuo: In Cœlum conscendam. Verumtamen ad Infernum detrahèris in profundum laci. *Denique verbum Domini est Matth.*18. Nisi efficiamini, sicut paruuli *per humilitatem*, non intrabitis in regnum Cœlorum. *Ostium Cœli Christus est, Ioan.*10. Ego sum ostium. *Hoc ex Augustino* ostium T humile est (*Matth.*11. Mitis sum & humilis corde.) Si sano capite volumus intrare, oportet caput demittere, *vtique per humilitatem*.

Error Origenis.

Y 3 p. q. 59. a. 3. In 4. d. 47. & 2. q. 3. ad 4. & 4. 3. q. 1. c. & 4 con. G. c. 96 Op. 3. c. 240 Op. 6 & 30, & alibi.

Q Ioa. 6. lit. i. ibi.

Vt ad Cœlos ascendamus, humilitate descendendũ cum Christo est.

R Eph 4. l. 3. ibi. Ioan. 3. l. 2. sit. d.

S Apoc. 7. com. 2. ibi, ascendentem.

T Op de er. Pr. 4. 3. c. 3. ß.

Y *Ergo* humiliamini (*monet Apostolus Iacobus cap.*4.) in conspectu Domini: & exaltabit vos. *Humiliamini in conspectu Domini*, humilitate V vera, non ficta; interiori, non tantùm exteriori: *Est enim qui nequiter humiliat se*, Eccli.19. Et nota, quòd dicit, *humiliamini*, & non, *alius humiliet vos*, vt sit humiliatio voluntaria, non necessaria: (*Vnde & Ioann.*3. *suprà cit. dicitur*: Nemo ascendit in Cœlum, nisi qui descendit de Cœlo; *quibus in verbis* notatur X quòd humiles, qui voluntariè descendunt, spiritualiter Deo sublimante ascendunt.) Nec dicit, *humiliate* caput, vel vestem, sed simpliciter, *humiliamini*; cor scilicet vestrum: quia tales exaltat Dominus. Vnde sequitur: *& exaltabit vos*, merito scilicet humilitatis. Vita enim præsens & futura sunt quasi quædam statera, in qua sunt duæ partes: & secundùm quod vna magis deprimitur, alia magis leuatur. Ita etiam, secundùm quod homo magis se deprimit & abijcit in præsenti, magis eleuabitur in futuro, *Luc.*18. Qui se humiliat, exaltabitur. *Q. d. vno verbo Apostolus*: Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos: *quia humilitate probatur homo, an exaltatione ad gloriam dignus sit, & illius capax.* *Eccli.*2. In humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum: homines verò receptibiles in camino humiliationis. *Nec mirum, tanti faciat Dominus humilitatem*: quia *ex Beda* Ecclesiam suam, quantalibet numerositate jam dilatatam, tamen vsque ad finem Mundi humilitate vult crescere, & ad promissum Regnum humilitate peruenire. *Porrò ad eam in nobis excitandam omnis ferè creatura concurrit.* Incitat nos Y ad humilitatem Terra, infimum elementum: quam cum inspicimus, quasi cæmeterium & sepulcrum nostrum videmus, Gen.3. *In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es.* Aer etiam ad humilitatem multùm nos incitat, si attendamus, quòd sine aere nec ad momentum possumus viuere: nisi enim ad cordis refrigerium aerem attrahamus, suffocamur; &, si pestilens fuerit, nos interficit. Aqua etiam materiam humilitatis magnam nobis ministrat: quæ si defuerit, immundi erimus; & terra existente arida & sterili, fame peribimus. Ignis etiam ad humilitatem nos incitat: qui si nobis defuerit, vnde cibaria nostra coquamus, & nos calefaciamus, non habebimus; & fame & frigore peribimus. Præterea ignis paratus est in tormentum impijs, Deut. 32. *Ignis succensus est in furore meo: & ardebit vsque ad Inferni nouissima.* Quomodo ergo superbit homo facinorosus, ad cujus combustionem fornax jam succensa est? In luminaribus etiam Cœli magnam materiam illuminandi nos habemus, quorum luce multùm indigemus: sine luce enim oculi nostri sunt inutiles. In nobis etiam multas causas humiliationis inuenimus & ex parte corporis & ex parte animæ. *Ex parte corporis*, siue respiciamus ejus originem, siue finem, siue statum ejus præsentem. Non est mirum, si miles erigat se contra dominum suum, qui habet castrum super rupem inexpugnabile: sed valdè fatuus est qui non habet domicilium, nisi de palea, quæ facillimè potest comburi, si contra dominum suum potentem se erigat. Sic homo fatuissimus est, cujus habitatio, scilicet corpus, ad calorem febrilem in ignem redigitur, nec ad ejus incinerationem ignis requiritur, si contra Deum se erigat. Multùm deberet hominem humiliare corpus spiritui ad sui humiliationem datum, quod est saccus stercorum & materia vermium, 1. Machab.2. *Gloria ejus, stercus & vermis est.* Ipse vnde confundi debuit, gloriatur, Mich.6. *Humiliatio tua in medio tui.* Et Hieronymus: *Quomodo superbiat inquit qui semper secum sentinam portat?* Sed & *ex parte animæ* multas causas humiliationis possumus inuenire. Aut enim scimus, nos esse in mortali, aut non. Si sic, in inferiori statu sumus, quàm canis, vel porcus, cum simus debitores duplicis mortis, scilicet temporalis & æternæ: illi verò vnicam mortem debeant. Item, miseriam habemus culpæ & pœnæ. Si verò nesciat homo, se esse in mortali: nescit tamen, se esse in statu salutis: scit autem, se aliquando fuisse in statu damnationis, & nescit vtrùm adhuc peccatum sit sibi dimissum, Eccle.9. *Nescit homo, vtrùm amore, an odio dignus sit.* Ad humilitatem nostram possent etiam ista valere, scilicet negligentia proficiendi, quam in nobis videmus, difficultas standi, facilitas cadendi (ad sibilum enim vnius verbi deijcitur aliquis) difficultas resurgendi, debilitas vitia minima vincendi. *Reliqua vide ibi. Vlteriùs* multùm Z valet ad humilitatem mortis memoria: quod docet Ecclesia in principio Quadragesimæ capitibus fidelium cineres imponens, & dicens: *Memento, quia cinis es, & in cinerem reuerteris.* Debet enim homo se cinerem reputare & ex parte animæ & ex parte corpo-

Monemur ad humilitatem sectandam.

V Iac. 4. ibi, & 1. Pet. 5. ibi humiliamini, Eph. 4. l. 3. ß.

X Eph. 4. loco cit.

Per humilitatem probatur homo, an exaltatione gloria dignus, & capax sit.

Y Op de er. Pr. l. 3. c. 8

Quæ ad humilitatem inducant.

Z Eod. Opusc. ibid. c. 9.

Valet plurimùm mortis memoria.

Digitized by Google

corporis. Ex parte corporis, propter propinquitatem & certitudinem, quam habet adhoc quòd in cinerem redigatur. Quantùm verò ad animam, debet homo se cinerem reputare quantùm ad tria. Primò quantùm ad vilitatem. Cinis valdè vilis est, licèt materia, ex qua factus est, fuerit pretiosa. Sic qui est in statu peccati, quasi nullius valoris est respectu valoris, in quo erat ante peccatum, Psal.14. *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus*. Secundò quantùm ad hoc, quòd cinis non potest resistere modico flatui, quin ab eo dispergatur. Sic peccator non potest resistere sibilo verbi modici, juxta illud Psal.1. *Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis, quem proijcit ventus*. Tertiò quantùm ad hoc, quòd sicut cinis non potest ex se redire ad statum materiæ, vnde factus est, sed sola Dei virtute: sic peccator non potest reduci ad statum bonum, nisi virtute Dei. Multùm est vtilis mortis memoria, Eccli.7. *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis*. Thren.3. dicitur: *Ponet in puluere os suum*. Eccli.21. *In corde sapientium os illorum*. Os ergo in puluere ponit qui cogitat, quòd puluis sit. In hac meditatione proijcienda est cupiditas & vanitas seculi. Vnde *Leuit.1* præcepit Dominus, vt faciens holocaustum de turturibus vel pullis columbæ, proijceret vesiculam gutturis & plumas in locum cinerum. *In locum cinerum vesiculam* proijcit qui consideratione mortis suæ cupiditatem à se abijcit, non curans acquirere, quæ breui perdat, & à quibus perdatur. *Plumas in locum cinerum* proijcit qui consideratione mortis vanitatem hujus Mundi refugit, intelligens, fatuum esse in via ad mortem gaudere. *Hieronymus*: Facilè contemnit omnia qui se semper cogitat moriturum.

2 *Nec tamen præfatorum omnium consideratio potest adhuc à nobis tollere superbiæ typhum, dum sæpe sæpius (quod spirituales in primis aduertant) vel de ipsa humilitate intumescimus. Superbiæ quippe & inanis gloriæ proprium est, quòd occasionem* A sumunt præcipuè à bonis etiam sibi contrarijs, putà cum de humilitate aliquis superbit. *Quo sensu* Augustinus *in Regula*: Anima misera *inquit* superbior efficitur diuitias contemnendo, quàm fuerat possidendo. *Et Chrysostomus, ad illud*: Cum facis eleemosynam, noli tuba canere, *Matth.6.* Tuba, *inquit*, est B omnis actus, vel sermo, per quem ipsa operis jactantia designatur. Et sic aliquando ipsa etiam absconsio tuba est. *Sic Diogenes, cum Platonis sumptuosum conculcaret cubile, his prolatis verbis*: Calco Platonis fastum; *majori fortè superbia hoc agens intumuit. Vnde & nos de Platone respondente lusimus quondam* C.

Vel de ipsa humilitate superbimus. A 2. 2. 38. 2. ad 3.

B Matth. 6. ibi.

C Cent. 8. dist. 22.

Tu fastum calcas, fastu at majore, Platonis:
Haud ego fortè toro, dolio vt ipse tumes.

Verum scito, quisquis es qui vanè turgescis, quòd nisi voluntariè te humiliaueris Deo, vt ab ipso exalteris, ipse vi te humiliabit, vt vel inuitus deprimaris atque opprimaris & hìc & in seculo futuro, Psalm.88. Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum. *Nam, vt dicitur Psal.146.* Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus: suscipiens mansuetos Dominus, humilians autem peccatores vsque ad terram. *Idcircò monebat Petrus in sua prima cap.5.* Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. *Humiliamini* humilitate D voluntaria, non coacta, *sub potenti manu Dei*; idest, sub Deo, qui manum, idest virtutem, habet potentem. Vnde vel nos humiliabimus nos ei, vel ipsa opprimet nos: *quia ipsam ejus manum effugere impossibile est*, Sapient. 16. (Horrendum est *autem, ait Apostolus ad Hebr.10.* incidere in manus Dei viuentis.) Loquitur autem modo humano, quo quis solet humiliari, quia videt manum potentem extentam & paratam ad ictum desuper venientem. Et hoc, *vt vos exaltet*, quia *qui se humiliat, exaltabitur*, Luc.18. *in tempore visitationis*; idest, in die judicij, quando Deus judicabit Mundum. *Quòd si humiliaberis illi, extendet manum suam ad te exaltandum, non opprimendum: non ad puniendum, sed coronandum, Eccli.13.* Humiliare Deo, & expecta manus ejus. *Illud tandem pro vera exercenda humilitate notandum, quòd* ad humilitatem D pertinet, vt homo defectus proprios considerans, se ipsum non extollat. Non pertinet autem ad humilitatem, sed potiùs ad ingratitudinem, quòd bona, quæ quis à Deo possidet, contemnat, Sic ergo, necesse est, vt aliquis aliorum bona extollat, quod tamen bona sibi diuinitus prouisa non contemnat. *DISCE* humiliari in conspectu Domini, & exaltabit te, *Iac.4. Vide* Christi humilitas, Gloria, Honor, Superbia.

Voluntariè humiliemus nos Deo, ne vi deprimamur.

D 1. Pet.5. ibi.

D 1 Pet. c. ibi. & Opusc. de er. Pr l.3.c.8. fi.

Dona Dei ex humilitate nõ contemnenda.

HYMNVS. Vide CANTVS ECCLESIASTICVS.

HYPERDVLIA. Vide ECCLESIA.

HYPOCRISIS.

V. Diabolus sedet in omnibus injustis generaliter: specialiter autem in hypocritis simulantibus sanctitatem. Apoc. 2. com. 1. ibi, *Satanæ*.

a HYpocrisis E dicitur ab hypos, quod est *sub*, vel *supra*, & chrysis *aurum*, quasi sit hypocrita suprà auratus, subtus luteus. *Auratus inquam, non aureus: vnde & illud Apoc.1.* Et conuersus vidi septem candelabra aurea, *exponitur:* Aurea F dicuntur propter puritatem intentionis; non deaurata per hypocrisim, quæ extrà habet aurum, intùs lutum. *Verùm, quia communiter non* hypochrysis, *sed* hypocrisis *scribitur: ideò ex* Isidoro *lib. 10. Etym.* Hypocrita G græco sermone, in latino simulator interpretatur: quòd cum intus malus sit, bonum se palam ostendit: hypo enim *falsum*, crisis *judicium* interpretatur. *Ex quo* hypocrita H propriè dicitur, qui personam alterius repræsentat, quasi submissus, vel suppositus loco alterius. Vnde in theatris illi, qui personam aliorum gerebant repræsentantes, dicebantur hypocritæ. Et sic accipit hypocritas Philosophus *in 3. Ethic.* Et ideò ille, qui cum non sit virtuosus, personam virtuosi ostentat, hypocrita dicitur: hypocrisis enim græcè, latinè dicitur simulatio. *Opponitur autem hypocrisis, siue simulatio, virtuti veritatis: nam, cum* hypocrisis I sit quædam simulatio, qua quis simulat se habere personam, quam non habet, consequens est, quòd directè opponatur veritati, per quam aliquis exhibet se talem vita & sermone, qualis est, vt dicitur *in 4. Ethic.* Indirectà autem oppositio, siue contrarietas hypocrisis, potest attendi secundùm quodcunque accidens, putà secundùm aliquem finem remotum, vel secundùm aliquod instrumentum actus, vel quodcunque aliud hujusmodi. *Verumtamen* in simulatione L sicut in mendacio, duo sunt. Vnum quidem sicut signum, & aliud sicut signatum. Mala intentio in hypocrisi consideratur sicut signatum, quod non respondet signo: exteriora autem vel verba, vel opera, vel quæcunque sensibilia, considerantur in omni simulatione & mendacio, sicut signa. *Et hinc est, quòd quia* hypocrisis M aufert conformitatem signi ostendentis conditionem personæ ad rem significatam; quæ quidem conformitas ad vnam virtutem specialiter pertinet, scilicet ad veritatem (*vt visum est:*) ideò est etiam speciale peccatum. *Vnde & Luc.14. dicitur*: Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis: *quod vitium reijciendum à nobis docet Apostolus, & veritatem, cui opponitur, sectandam, cum 1. Cor. 5. ait:*

E Matth. 6. lit. a. ibi. Sicut hypocritæ.

Hypocrisis vnde dicatur.

F Apoc. 1. com. 1. ibi.

G 2. 2. 111. 2. in Sed contra.

H 4. d. 16. 4. 1. q. 1. c. & 1. 2. loc. cit. in corp. Matth. 15. lit. a. ibi. hypocritæ.

Quinam hypocritæ.

I 2. 2. 111. 3. c. In 4. loc. a. 1. q. 2. c.

Directè opponitur hypocrisis virtuti veritatis.

Veritas virtus quid.

L 2. 2. l. c. a. 1. ad 3. & a. 4. in fin corp.

Duo in simulatione sunt.

M 4. d. 16. 4. 1. q. 2. c. & 2. 2. l. c. a. 1.

Hypocrisis, non generale, sed speciale peccatum.

Itaque

Digitized by Google

Itaque epulemur, non in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis. *Nec refert, quòd hypocrisis circa actus omnium virtutum apparenter versetur:* non *enim* est N inconueniens, quòd aliquod speciale peccatum, vel specialis virtus, vtatur actibus aliarum virtutum vel vitiorum materialiter: *sicut* magnanimitas vtitur omnibus alijs actibus virtutum, vt in eis magna operetur, vt dicitur *in* 4. *Ethic.* Similiter, cum hypocrisis sit quædam species jactantiæ, quia non jactat quodlibet, sed sanctitatem, vtitur omnibus actibus virtutum, quæ sanctitatem ostendere possunt, & præcipuè illis, in quibus magis sanctitas ostenditur, sicut est oratio, jejunium, & eleemosyna. Quarum *tamen* simulatio (*ait Beda*) cujus semel animum imbuerit, tota sinceritate & veritate fraudabit.

N In 4. l. c. ad 2. & 2. 2. q. 111. a. 3. ad 1.

Hypocrisis specialiter sanctitatem jactat.

b *Exterioris hujus fictæ hypocritarum sanctitatis figuram refert ficus illa, quam* (*vt dicitur* Matth. 21.) *Dominus videns*, venit ad eam, & nihil inuenit in ea, nisi folia tantùm: *hoc est, apparentem exteriorem sanctitatem, non interiorum fructus virtutum.* Sic O aliqui, *hypocritæ nimirùm*, quandam speciem honestatis habent, licèt interiùs mali & peruersi sint. *Hinc à Domino* Matth. 23. *sepulcris comparantur dealbatis.* Væ vobis hypocritæ, quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa: intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. *Vbi Author:* Corpus *inquit* peccatoris P est sepulcrum, quia mortuum continet: anima enim per peccatum moritur, Psal. 13. *Sepulcrum patens est guttur eorum.* In sepulcro est corpus mortuum: tamen aliquando exteriùs est aliqua imago, quæ videtur in facie viuere, Apoc. 3. *Nomen habes, quòd viuas: & mortuus es.* Et ideò dicit: *quæ à foris parent speciosa* propter decorem appositum: *intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia;* idest, omni putredine & immunditia. *Sic & vos à foris quidem paretis hominibus justi;* idest, homines vos judicant justos: *intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate*, sub quibus comprehendit peccata carnalia, auaritiam & gulam: item sub iniquitate omnia peccata spiritualia. *Et hac de causa vocantur ab Apostolo Ioanne in sua prima cap. 5. simulacra:* Filioli, custodite vos à simulacris; *idest*, à simulacris Q hypocrisis hæreticorum, qui speciem sanctitatis assumunt, cum non habeant. Et ideò vocantur *simulacra*, quia habent speciem viuentium, & tamen vitâ carent, *spirituali nimirùm. Et tales quidem describuntur* Psal. 11. *cum dicitur:* Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt. *Illa siquidem* geminatio R duplex cor significat. Ostendunt enim ore se habere vnum, corde autem habent aliud. Ostendunt, se dolere, & gaudent: diligere, & oderunt: compati, & lætantur. *Cui cohæret contextus Psal. 27.* Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum. *De his dicitur* 2. *ad Timoth.* 3. Habentes speciem quidem pietatis: virtutem autem ejus abnegantes; *virtutem*, scilicet S pietatis, quæ dicitur hic dupliciter. Vno modo ipsa vis pietatis, idest ejus virtus; vnde dicit, *abnegantes;* idest, veritatem non habentes, Tit. 1. *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Alio modo, quia virtus rei dicitur illud, ex quo dependet tota res. Tota autem virtus pietatis dependet ex charitate; ideò dicit, *virtutem ejus*, idest charitatem, *abnegantes. Sed & 2. Cor. 11. vocantur hi ab Apostolo* operarij subdoli; *idest*, callidi T & vulpini, sub specie religionis decipientes, *Cant.* 2. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. *Et ad Coloss. 2. dicebat:* Nemo vos seducat volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit &c. *Siquidem* seducunt V isti *in humilitate*, quia vtuntur simulata sanctitate: *& religione Angelorum*, quia per hoc intendunt, quòd

Hypocritæ figura, ficus infructuosa.

O Matth. 21. lit. a. ibi.

Et sepulchrum dealbatum.

P Matth. 23. lit. b. ibi Opusc. 58. c. 17. circ. fi.

Et simulacrã.

Q 1. Io. 5. fi.

R Ps. 11. lit. b. ibi. & Ps. 27. lit. c.

S 2. ad Tim. 3. l. 1. fi.

Hypocritæ, operarij subdoli.

T 2. Cor. 11. l. 3. ibi.

V Coloss. 2. l. 4. ibi.

Eorum ex simulata humilitate, superbia & dolus.

videantur esse Angeli, idest nuncij Dei. *At ex ijs immò sunt* (*& ò vtinam non plurimi!*) *qui ad decipiendum* transfigurant se in Angelos lucis *exteriùs; cum sint tenebrarum interiùs*, *Eccli.* 19. Est qui emittit verbum certum, enarrans veritatem: est qui nequiter humiliat se, & interiora ejus plena sunt dolo. *Quem quidem vt cooperiant hypocritæ, palliant exteriùs sanctitate:* nam per mendacium X simplex absque pallio apparentiæ non posset aliquis decipere quempiam. Et ita hi neminem possent fallere, nisi prætenderent aliquod pallium vel bonæ intentionis, vel simulationis, vel falsæ authoritatis.

X 1. Tim. 4. l. 1. ibi, mendacium.

c *Sanè sub apparenti hac sanctitate ad terrena vtplurimùm inhiant lucra eiusmodi homines:* hypocrita *enim* habet Y cor vanum: quod est negligens ad spiritualia, ad temporalia verò solicitum. *Hinc* 2. *Cor.* 11. Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit &c. si quis accipit; *idest*, blandè Z decipit, subtrahendo vestra, *Rom.* 16. Per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. *Per dulces sermones*, in quibus A sanctitatem prætendunt; *Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum*, Psalm. 27. *Et benedictiones*, quibus scilicet benedicunt & adulantur illis, qui eos sequuntur, Is. 3 *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt*, & Malach. 2. *Maledicam benedictionibus vestris. Vnde & Psalm.* 48. Hæc via illorum scandalum ipsis: & postea in ore suo complacebunt; *idest*, student B loqui sancta & blanda. Pejores *ex glossa* sunt simulantes, quàm apertè mali. Ex his sunt (*inquit Apostolus* 2. *ad Tim.* 3.) qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas &c. *Penetrant domos*, ad literam C quasi inordinatè ingerentes se, & circumeuntes propter lucrum: contra quod dicitur: *Pes fatui facilis in domum proximi*, Eccli. 21. *Et captiuas ducunt mulierculas*, quæ sunt minoris discretionis, & sexus fragilioris. Et dicit, *mulierculas*, quia magnæ dominæ habent aliquos consiliarios, vnde non possunt seduci. Sed hæ sunt tali auxilio destitutæ, Matth. 23. *Væ vobis Pharisæi, qui comeditis domos viduarum*, idest D facultates: (*& ò quam frequenter videmus & audimus!*) sed quare magis *viduarum*, quàm aliorum? Ratio est, quia viri sapientiores sunt & discretiores, nec ita citò decipiuntur. Item mulieres habent affectum magis procliuem ad largiendum. (*Adde, quòd cum sit eis veluti connaturalis deuotio, per apparentem sanctitatem faciliùs capiuntur.*) Item, *domos viduarum:* quia mulier, quæ habet virum, habet eum vt caput, & vt consiliarium: ideò non ita decipitur. Item conjugata non habet potestatem domus suæ: sed vidua habet; vnde magis potest dare, quàm conjugata. Et ideò magis faciebant quæstum circa eas, quàm circa alias. Et hoc in oratione, *orationes longas orantes*, propter simulationem sanctitatis. Et sic retorquebant orationem ad quæstum, & quæstum ad gloriam; vnde reprehendi poterant, quia gulosi, quia deprædatores, & quia simulabant sanctitatem. *Hinc de hypocritis Pharisæis signanter dicitur Luc.* 16. Pharisæi, qui erant auari: *proinde* in vestimentis ouium *Matth.* 7. lupi rapaces. *Et hac de causa in hypocritarum typum consueuit Cygnus adduci.* Cygnus *enim* est E coloris candidi, & longum collum habet: qui ex profunditate terræ vel aquæ cibum trahit. Et potest significare homines, qui per exteriorem justitiæ candorem lucra terrena quærunt. *Quod spectat ad* concupiscentiam oculorum.

Ad temporalia vtplurimũ inhiant lucra.

Y Iob 8. l. 2. ibi, hypocritæ.

Z 2. Cor. 11. l. 4. ibi.

A Rom. 16. l. 2. ibi.

B Ps. 48. lit. g. ibi.

Pejores simulantes, quàm apertè mali.

C 2. Tim. 3. l. 2. ibi.

Mulier minoris discretionis, quàm vir.

D Matth. 23. lit. a. ibi.

Et pronior ad largiendum.

Cygnus hypocritarum cupidorum typus.

E 1. 2. 102. 6. ad 6.

d *Sed & ad* concupiscentiam carnis *faciliùs explendam, sanctitatem simulant & puritatem: limacibus non absimiles, qui argentea apparenter vestigia, quacunque transeant, relinquunt: cum tamen in limo* (*vnde & nuncupantur*) *versari consueuerint. Sanè & ad hunc quoque sensum exponitur illud* 2. *Tim.* 3. *cit.*

Hypocritæ luxuriæ dediti.

Digitized by Google

Captiuas ducunt mulierculas, *ad sua ipsorum sensualia desideria implenda pelliciendo captiuantes; vnde & subditur*: oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs desiderijs; *idest*, aptæ F sunt, vt seducantur propter varia desideria, quæ habent, *libidinosis minimè exclusis. De quibus non casu præmiserat Apostolus*: Voluptatum amatores magis quàm Dei (*notum satis in impio* Quietistarum *corypbæo*) *Is.* 13. Sirenes in delubris voluptatis; *scilicet*, in quibus G luxuriabantur, *tanquam sirenes* per dulces sermones *ad turpia allicientes. Vnde & mox subdit Apostolus*: habentes speciem quidem pietatis &c. *vt palliatam ad decipiendum coram subinnuat sanctitatem. Tales profectò erant duo senes illi* Dan. 13. *Iudices populi in Babylone constituti, exteriùs quidem justitiam omnem præseferentes, interiùs autem omni dolo pleni & iniquitate: de quibus signanter dicitur, quòd* videbantur regere populum, *hoc est, in conspectu hominum videbantur; at coam Deo re vera non regebant, quia injustè judicabant; vnde &* exarserunt in concupiscentiam Susannæ, *& violenter ad actum adulterij prouocarunt. Et tamen* modus H hypocritarum est, vt quò sunt lasciuiores & luxuriæ magis addicti, eò magis castos se simulent. Quod non ex amore Dei faciunt, sed vt plebs credat, eos esse pudicos: *quales non sunt, sed immò* Equi amatores & emissarij facti, *vt dicitur* Ier. 5. *Ejusmodi proculdubio erit & Antichristus, de quo legitur Dan.* 11. Et erit in concupiscentijs fœminarum: *videlicet*, luxuriæ I & lasciuiæ deditus erit. Translatio verò alia habet: *Et concupiscentijs mulierum non subjacebit*: Quod de Antichristo, qui simulabit castitatem, vt plurimos decipiat, intelligitur. *Sic hypocritæ omnes, Antichristi præcursores, qui & ejus figuram exhibent. Vnde & illud* 2. *Thess.* 2. Mysterium jam operatur iniquitatis; *idest*, figuraliter L occultatum jam operatur in fictis, qui videntur boni, & tamen sunt mali. Et hi operantur officium Antichristi, 2. *ad Tim.* 3. *cit.* Habentes speciem quidem pietatis &c. *Porrò vtrunque vitium, concupiscentiæ scilicet oculorum & carnis, cupiditatem nimirum & luxuriam, exprimit in hypocritis Dominus* Matth. 23. *cum ait*: Væ vobis, Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis, & paropsidis: intus autem pleni estis rapina & immunditia. *Vbi Author*: Ponit M rapinam & immunditiam, quia duo sunt genera peccatorum: carnalia, quæ consummantur in delectatione carnis, vt gula & luxuria: alia, quæ in delectatione spiritus, vt superbia & auaritia: (quia auaritia quantùm ad objectum se tenet cum peccato carnali: quantùm ad completionem, quia completur in delectatione mentis, scilicet in cupiditate pecuniæ, se tenet cum spirituali:) vnde reprehendit auaritiam, cum dicit, *rapina*: item *pleni immunditia*, quantùm ad gulam & luxuriam.

F 2. Tim. 3. l. 3. ibi.

G Is. 13. ß.

Quales senes à Daniele damnati.

H Dan. 11. ibi, fœminarum. Simulant tamen castitatem.

Talis & Antichristus, cujus figuram exhibent.

I Ibidem.

L 2. Thess. 2. l. a. ibi.

M Matth. 23. lit. b. ibi.

c *Denique, vt omnium in se habeant complementum vitiorum*, ad superbiam vitæ *simulant sanctitatem hypocritæ & honestatem. Quod satis manifestat Dominus Matth.* 6. Attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. *Et quia* tria sunt N bona opera maximè, scilicet eleemosyna, oratio, & jejunium: eleemosyna contra oculorum concupiscentiam, oratio contra superbiam vitæ, jejunium contra concupiscentiam carnis: Prima ordinat ad proximum, secunda ad Deum, tertia ad seipsum; ideò excludit appetitum humani fauoris primò ab eleemosyna, secundo ab oratione, tertiò à jejunio. *Quo ad eleemosynam*: Cum facis *inquit* eleemosynam, noli tuba canere ante te &c. *secundùm Anselmum*, ad literam fortè canebant tubâ, vt omnes venirent, quasi ad spectaculum, cum eleemosynas dabant. Vel *tuba canere*, est pompam vanæ laudis appetere; vnde *Rabbanus*: Ante se tubâ canit qui ante alios vult laudari. Vel tuba *ex Chrysostomo* est omnis actus, vel sermo, per quem ipsa operis jactantia designatur. Et sic aliquando ipsa etiam absconsio tuba est. *Sicut hypocritæ faciunt in Synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. In synagogis*, vt videantur à sapientibus: *& in vicis*, vt videantur à turbis. Et per hoc notatur vana eorum intentio; idest, eo fine, vt honorent eos homines. Ecce vanæ pompæ appetitus. Non est ingrata Deo *secundùm Chrysostomum* quæ ab hominibus visa est eleemosyna: sed quæ ad hoc est facta, vt ab hominibus visa sit. *Quoad Orationem*: Cum oratis, *inquit*, non eritis, sicut hypocritæ, *idest* foris lucentes, intus fœtentes, *qui amant in synagogis*, vbi conueniunt sapientes, *stantes orare*: quod dicit, quia mos Iudæorum est, vt stando orent, quia stando legem acceperunt, Exod. 19. *Steterunt ad radices montis &c.* Vlteriùs *& in angulis platearum*, supple, *amant orare*: quærunt enim *ex Chrysostomo* se abscondere, vt dupliciter laudentur. Primò, quia orant: secundò, quia latenter orant: *vt videantur ab hominibus*. Ecce vana intentio. Non intendunt exaudiri, sed videri. O' insania vanitatis! (*idem Chrysostomus*) Esse nolunt quod desiderant apparere: mendaciter orant, cum non orent: & mendaciter laudantur, cum non sint laudabiles: speciem vacuam religionis vendunt, & verbum vacuum laudis emunt. Finito verbo, finitur & bonum, quod positum erat in verbo. *Quoad jejunium*: Cum jejunatis *inquit* nolite fieri, sicut hypocritæ, tristes. *Nolite*. Per hoc, quod dicit, *nolite*, prohibet non solum facere, sed velle: quia in voluntate radix merendi & demerendi est. *Tristes*. Signanter dicit, *fieri tristes*, & non esse: quia ista tristitia, siue simulatio, solùm in apparentia est. Dum fingunt jejunare, *ait Chrysostomus*, non sunt tristes, sed fiunt. *Exterminant enim*: Ecce peruersa intentio, quia *exterminant*; idest, extra terminos proprios humanæ conditionis ponunt, *facies suas*, in quibus magis apparent boni. Sicut de nitore vestium *ex Augustino* jactantia: sic de nimio squalore & macie. *Vt appareant hominibus*, qui vident solùm exteriora, *jejunantes*, idest abstinentes. *Quod Dominus vitandum monuit, dum ipse* jejunaturus O desertum petijt; vnde docuit, quòd cum jejunamus, à laudibus hominum nos abscondamus. Qui cibis abstinent, & mala agunt, *ajebat Isidorus*, dæmones imitantur, quibus culpa adest, & cibus abest. *Et hinc est, quòd* Luc. 18. *ex duobus ascendentibus in Templum, hypocrita videlicet Pharisæo, & Publicano*, descendit hic justificatus ab illo: *tametsi* bis in Sabbato *sed ad ostentationem* jejunaret. *Non ita David, qui* Psal. 54. *dicebat*: Humiliabam in jejunio animam meam: *siquidem* humilitas P est socia jejunij: quia quando jejunio non jungitur humilitas, illud jejunium non est Deo acceptum, Is. 58. *Quare jejunauimus, & non aspexisti &c.* Quando verò humilitas jejunio jungitur, est Deo gratum. *Idcircò* Ioann. 6. *dicebat Dominus*: Nolite secundùm faciem judicare, *hujusmodi videlicet homines, qui* exterminant facies suas, vt appareant hominibus jejunantes: *non enim judicandum est*, secundùm quod Q statim apparet: sed diligenter inquirite. *Hinc*, attendite *dicebat* à falsis prophetis; *idest*, diligenter R cauete. *Sed & hunc jactantiæ & inanis gloriæ in hypocritis appetitum describit idem Dominus* Matth. 23. *cum ait*: Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus &c. *Omnia, inquit*, non solùm S vnum, sed omnia: *vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias*. Et facit duo. Primò dicit quid faciunt. Secundò quid inquirunt. Quid faciunt? Onerosa non faciunt, sed aliqua, quæ exteriùs patent, bene faciunt. Dicitur enim Deuter. 6. *Ligabis ea (Dei mandata) quasi signum in*

manu

Humanus in primis fauor ab hypocritis inaniter affectatur.

N Matth. 6. lit. a b d ibi. Tria principaliter opera bona, Eleemosyna contra concupiscentiam oculorum in ordine ad proximum: oratio contra superbiam vitæ in ordine ad Deum: jejunium contra concupiscentiam carnis in ordine ad seipsum.

Fauor humanus in eleemosyna. Exponitur illud: Noli tuba canere.

Fauor humanus in oratione.

Iudæi stantes orant, & quare.

Vanus humanus fauor in jejunio.

O Serm. ex Eu. Dom. 1. Quadr.

Iejunantes, & malè viuentes, Dæmonibus assimilantur.

P Ps. 34. lit. 1. ibi.

Q Ioan. 6. l. 1. ibi.

R Matth. 7. lit. b. ibi.

S Matth. 23. lit. a. ibi.

Digitized by Google

Falsa Pharisæorum intelligentia de custodia mandatorum Dei.

manu tua: eruntque & mouebuntur inter oculos tuos. In manu; idest, in completione operis: inter oculos tuos; idest, in consideratione tua. Ideò isti, volentes gloriam, vt viderentur zelatores mandatorum Dei, scribebant mandata in schedula, & ponebant ante oculos; & illud, phylacteria vocabant: & dilatabant magis ista, vt magis viderentur ab hominibus. Vnde dicitur: dilatant enim phylacteria sua. Item de fimbrijs legitur Num. 15. quòd præcepit Dominus, vt facerent sibi fimbrias per angulos palliorum: quia voluit, vt discerneretur populus Iudaicus ab alijs populis. Et isti, vt magis ostenderent se religiosos, magnificabant fimbrias, & alligabant spinas (en hypocrisis aperta) vt viderentur se pungere, vt recordarentur, se esse Iudæos. Non ergo exhibent, nisi exteriora. Et quid requirunt? Vt videantur ab hominibus. Hæc autem gloria in tribus ostenditur. In primatu, in reuerentia exhibita, & in laude nominis; qui enim quærit gloriam, quærit vnum istorum, vel omnia. Isti autem quærebant primatum in loco sacro, & in loco communi. In loco communi; vnde dicit: Amant autem primos recubitus in cœnis, volebant enim sedere in capite mensarum, contra illud Luc. 14. Cum vocatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco. Et dicit, amant: quia non reprehenditur authoritas, sed inordinatus appetitus. Quidam enim sunt in primo loco corporaliter, qui tamen corde sedent in nouissimo: & è conuersò aliquis sedet in nouissimo loco corporaliter, vt dicatur: Vide, quàm humilis ille est &c. Sed in primo, corde: quia inde quærit gloriam. Item quærunt primatum in loco sacro, quia in Ecclesia; vnde dicit: & primas cathedras in Synagogis, contra illud Eccli. 7. Noli quærere ab homine Ducatum, neque à Rege cathedram honoris. Item appetunt reuerentiam; vnde dicit: & salutationes in foro; idest, vt salutentur & honorentur ab hominibus, & amoueatur caputium coram ipsis, & flectantur genua ante eos. Item appetunt laudem nominis, hoc est, vocari ab hominibus Rabbi; idest, quòd laudentur vt Magistri. Vno verbo: Hypocrita T totum bonum, quod agit, ad ostentationem ordinat. Ex quibus liquet, qualiter ad concupiscentiam carnis, & oculorum, addant perpetuò hypocritæ & superbiam vitæ.

Phylacteria quid.

Humana gloria in tribus.

Appetunt hypocritæ primatum in locis.

Item reuerentiam, & laudem nominis in publico.

T 4. d. 16. q. 2. q 3. ad 4. Totum quod agit hypocrita, ad ostentationem ordinat.

Hypocrisis graue peccatum.

§ Cum autem peccatum omne in tribus his compleatur, bene ex præfatis deducitur, quàm graue sit peccatum hypocrisis: (de quo & Num. seqq.) Ideirco non mirum, specialiter à diabolo hypocritas possideri, vt ajebat initio Author. Vnde & exponens illud 1. Timoth. 4. Attendentes doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam &c. ita scribit: Sicut boni V homines interdum dicuntur Angeli: sic isti propter excellentem malitiam dæmones dicuntur, Ioann. 6. Ex vobis vnus diabolus est. Ex parte autem decipientium est duplex causa. Vna eorum falsitas: alia peruersitas conscientiæ eorum. Quantùm ad primum dicit, dæmoniorum, idest, hominum à dæmone possessorum: & horum dico loquentium in hypocrisi mendacium, Ierem. 23. Vsquequò istud est in corde prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium seductiones cordis sui? 2. Tim. 3. Habentes speciem quidem pietatis; idest, fictam pietatem. Quantùm ad secundum dicit: & cauteriatam habentium suam conscientiam. Cauterium est corruptio in carne per ignem, ex qua egreditur continuè putredo. Ita ex igne peruersæ voluntatis vlceratur conscientia, & dæmoniorum egreditur falsa doctrina, quæ est animæ putredo, ad Tit. 1. Inquinatæ sunt eorum & mens, & conscientia. Et illud pariter Apoc. 6. Ecce equus pallidus &c. cohærenter exponitur; idest X hypocritarum cœtus, qui (vt appareant hominibus jejunantes) quasi moribundi pallescunt: & qui sedebat super eum, nomen illi mors; idest, diabolus, qui fuit primus author mortis, Sap. 2. Inuidiâ diaboli mors introiuit in Orbem terrarum: vt hinc nimirùm ab eo hypocritas plenè possessos designet. DISCE, à Deo per gratiam, non à diabolo per hypocrisim possideri.

Hypocritæ specialiter præ alijs peccatoribus possidentur à diabolo.

V 1. Tim. 4. l. 1. ibi Apoc. 2. com. 1. ibi, Satanæ.

X Apoc. 6 com. 2. ibi.

VI. Hypocritæ, tanquam falsarij virtutis, videntur maximè esse abominabiles apud Dominum. Iob 27. l. 1. ibi, hypocritæ.

§ Omnium procul dubio congeries vitiorum sub sanctitatis pallio in hypocrita est. Idcircò Author super illud Iob 27. citat. Quæ est enim spes hypocritæ &c. immediatè ante adducta modò verba præmiserat: Loquitur Y de hypocrita, scilicet simulatore, loco omnium peccatorum; quia simulata æquitas est duplex iniquitas. Et hoc quidem ex grauibus clarescit damnis, quæ hypocritæ inferunt, Deo & hominibus injurij. Væ vobis (dicebat Dominus, Matth. 23.) Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum Cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Vbi Author: Quid Z est inquit claudere regnum? nisi quòd isti claudebant per malam doctrinam & malam vitam (licèt apparenter bonam.) Non clauditur, nisi quod apertum est. Doctrina de Christo aperta erat: sed isti obscuram, eam faciebant: vel ad malum sensum extorquebant, vt & nostrum tempore aliqui, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes, inuenti sunt. Et iterum: Væ vobis, hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes &c. Comeditis domos, idest facultates, viduarum, & accipitis ab eis, quibus debebatis dare; & hoc in oratione, propter simulationem sanctitatis: qua hypocritæ & spiritualiter, & temporaliter, proximos decipiendo damnificant. Enim verò non parum damni affertur per hypocritas Ecclesiæ: quibus vtitur diabolus, quasi validioribus ad corrumpendum instrumentis. Et hi per equum pallidum Apoc. 6. significantur, vt visum est. Videns enim A diabolus, quòd neque per violentas tribulationes, neque per astutias & fraudulentas hæreses proficere potuit; immò per hæc Ecclesiam robustiorem & cautiorem fieri vidit: hypocritas introduxit, vulpes subdolas, quæ latenter vineam Domini demoliri nituntur, Cant. 2. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Per equum autem pallidum designantur, qui vt de religione laudentur, jejunijs & vigilijs, & alijs corporalibus exercitijs coram hominibus se affligunt. Hinc hypocrisis, hoc est, simulata sanctitas, potissimùm redditur Deo abominabilis. Vt enim vidimus, virtuti opponitur Veritatis: & quia B Deus Veritas est, ideò hypocrisim detestatur & damnat. Sanè, numismata Principum falsantes, læsæ efficiuntur majestatis rei. Aurea autem Regis regum numismata sunt virtutes, quas cunctas deformant ficta hypocritæ sanctitate. Et hoc est, quod asserebat initio Author: Hypocritæ C tanquam falsarij virtutis, videntur maximè esse abominabiles apud Dominum. Hinc & grauissimæ Sodomorum culpæ præfertur hypocrisis: de qua exponitur illud Thren. 4. Major effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum. Vbi Author: Major inquit fuit D culpa propter ingratitudinem, & propter Sanctorum profanationem. Moraliter ex glossa de peccato intelligitur simulationis, quod est majus peccatum peccato Sodomorum. Et quidem majus dicitur, non simpliciter, sed quantùm ad effectum deceptionis: vel quantùm ad materiam, quia circa spiritualia peccatur, in quibus qui falsitatem facit, plùs est accusandus, quàm qui violat numisma, vt Philosophus dicit. Propterea & Iob 36. dicitur: Simulatores & callidi prouo-

Omnium congeries vitiorum in hypocrita.

Y Iob 27. l. 1. ibi.

Simulata æquitas duplex iniquitas.

Z Matth. 23. lit. a ibi.

Hypocritis vtitur diabolus ad Ecclesiam damnificandam.

A Apoc. 6 com. 2. & 3. ibi.

Quia Deus Veritas est, specialiter hypocrisim detestatur.

B Apoc. 6. com. 3. ibi, sigillum quartum.

Hypocritæ falsarij virtutis, sicut qui regia numismata deformant.

C Iob 27. l. 1. ibi, hypocrisis Sodomiæ in grauitate præfertur hypocrisis, & quo sensu.

D Thren. 4. ibi. Math. 23. lit. a. ibi, indicium.

E *Iob 36. l. 1. ibi.*

Hypocrisis detestatur præ cæteris Deus & odit.

F *Ps. 35. lit. a. ibi.*

prouocant iram Dei: *nimirum*, quia E hos Deus magis detestatur. *Et Psal. 35.* Quoniam *dolosè* egit in conspectu ejus, vt inueniatur iniquitas ejus ad odium: *idest*, talis F sit iniquitas ejus, quòd Deus habeat eam odio. Et hoc est signum, quòd Deus tales simulatores odit: quia in Euangelijs multa inuehit Deus contra simulatores, Psal. 5. *Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus.*

Vana hypocritarum merces, & spes.

h *Igitur* quæ est spes hypocritæ (*ait idem Iob cap. 27.*) si auarè rapiat, *si humanum fauorem captet? Hi professò, si mercedem expectant, vel vanam & inanem recipient, vel nullam, Matth. 6.* Attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in Cœlis est. *Videlicet*, quia G humanus fauor *ex glossa* vobis deputatur, pro cujus mercedis amore fit, *Agg. 1.* Qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum: *vt nimirùm mercedis hujusmodi innuat vanitatem. Vnde & post pauca subditur*: Amen dico vobis (*idest*, certò sciatis:) receperunt mercedem suam: *suam, inquam*, non H Dei; idest laudem, quam intendebant. *Ergo* quæ est spes hypocritæ, *si vera fraudatur mercede, quæ à Deo datur? cujus immò vice ei punitio debetur, nec modica? Quod ipse propheta tangit, cum subijcit*: Et non liberet Deus animam ejus. Nunquid Deus audiet clamorem ejus, cum venerit super eum angustia? Aut poterit in Omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tempore? *En qualis est hypocritæ spes.* Ostendit autem I eos duplici spe priuari. Quarum vna est, quam habent justi de Deo, quòd in tempore necessitatis eorum orationem exaudiat. Sed hoc ab impijs excludit, dicens: *Nunquid Deus audiet clamorem ejus &c.* Quasi dicat: Non. Secunda verò spes justorum est, quòd non deficit eis spiritualis consolatio in tempore tribulationis: fruuntur enim delectatione diuina, & delectantur in laude ipsius. Sed hoc ab impijs excludit, subdens: *Aut poterit in Omnipotente delectari*; quem scilicet non diligere, in operibus comprobatur: *Et inuocare Deum omni tempore?* Ex magna enim delectatione Dei prouenit, quòd semper sit in aliquorum ore laus Dei. *Sed nec poterunt* Deum inuocare omni tempore *in ordine ad æternam obtinendam salutem, in extremo præsertim vitæ termino. Quia enim peccator* ex Augustino *quando potuit, noluit: ideò quando vult, non potest; & sic per malum velle perdit & bonum posse. Et hoc est, quod dicitur ejusdem Iob cap. 8.* Spes hypocritæ peribit: & sicut tela aranearum fiducia ejus; *maximè si ad vanum, quem affectat, humanum fauorem, referatur.* Spes *inquam* hypocritæ peribit: *nam de his cohærenter loquitur idem* Iob c. 36. *suprà cit. cum ait*: Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Neque clamabunt &c: *Neque clamabunt*, scilicet L ad Deum, misericordiam petentes, *cum vincti fuerint* catenis & funibus aduersitatum: *morietur in tempestate anima eorum*, quia scilicet vsque ad mortem diuersas angustias patientur: *& vita eorum* (supple, *deficiet*) *inter effœminatos*, quibus scilicet non est virtus, vt se de manu opprimentium liberent. Rectè autem simulatores *effœminatis* comparat: quia ex paruitate animi contingit, quòd homines sint simulatores: est enim proprium magnanimi, esse manifestum, vt dicitur *in 4. Ethic. De his mentionem facit & Dauid Psal. 27.* Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum. *Pacem*, scilicet M dulcia verba eorum in ore, Roman. 16. *Per dulces sermones seducunt corda innocentium*; & Prou. 29. *Homo, qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus ejus.* Aliud tamen habent in corde; vnde sequitur: *mala autem in cordibus eorum*, scilicet, sunt quæ parant, *Ier. 9.* In ore suo pacem cum amico suo loquitur: & occultè ponit ei insidias. *At vide, quid post pauca Psaltes subjiciat*: Destrues illos, & non ædificabis eos: *videlicet*, ita N destrues, quòd *non ædificabis eos.* Et refertur hoc ad duplicem destructionem, scilicet spiritualem, & corporalem. *Id quod satis innuunt sæpe repetita illa hypocritis væ Matth. 23. vbi & subditur*: propter hoc ampliùs accipietis judicium. *Videlicet, quia* ampliùs O peccatis. Et quare? quia, si aliquis rapit per arma diaboli, peccat; &, si per arma Dei, peccat dupliciter: quia peccat contra Deum, & contra proximum. (*Cui cohæret illud, quod suprà ex Authore protulimus*: Simulata P æquitas est duplex iniquitas.) Vel, *ampliùs*: quia, sicut habetur *Luc. 12.* Seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, & non fecit secundùm voluntatem ejus, vapulabit multis. *Neque enim ex ignorantia peccant, sed ex aperta malitia. Vnde & ibi contra eos concludit Dominus*: Serpentes genimina viperarum (*propter spiritualem proximorum infectionem*) quomodo fugietis à judicio gehennæ? *Etenim* secundùm judicium Q hominum (*coram quibus simulatis sanctitatem*) euadetis: sed secundùm judicium Dei quomodo euadetis, *qui & cor intuetur, & justitias vestras judicabit simulatas? De his tandem loquitur Ecclesiastes cap. 8.* Vidi impios sepultos: qui etiam, cum adhuc viuerent, in loco sancto erant (*nota*) & laudabantur in ciuitate quasi justorum operum. Sed & hoc vanitas est.

H *Ibid. lit. d. ibi*, mercedem suam.

Eorum punitio.

G *Matth. 6. lit. a. ibi.*

I *Iob 27. l. 1. ibi.*

Duplici priuantur spe.

L *Iob 36. l. 1. ibi.*

Cur hypocritæ effœminatis comparentur.

Vnde hypocrisis proueniat & simulatio.

M *Psal. 27. lit. c.*

N *Ibid. lit. c.*

Maius judicium in hypocritis fiet; & quare.

O *Matth. 23. lit. a. ibi. Thren. 4. ibi, Sodomorum.*

P *Iob 27. l. 1. ibi. hypocritæ.*

Simulatio peccatum duplex.

Q *Matth. loco cit. lit. b. ibi.*

i *Nihilominus, vt veritas hac in re patefiat, non omnis simulatio, & hypocrisis, mortali culpæ obnoxium hominem facit. Siquidem* in hypocrisi R duo sunt: scilicet defectus sanctitatis, & simulatio ipsius. Si ergo hypocrita dicatur ille, cujus intentio fertur ad vtrunque, vt scilicet aliquis non curet sanctitatem habere, sed solùm sanctus apparere, sicut consueuit accipi in sacra Scriptura: sic manifestum est, quòd est peccatum mortale. Nullus enim totaliter priuatur sanctitate, nisi per peccatum mortale. Si autem dicatur hypocrita ille, qui intendit simulare sanctitatem, à qua deficit per peccatum mortale: tunc, quamuis sit in peccato mortali, ex quo priuatur sanctitate; non tamen semper ipsa simulatio est ei peccatum mortale, sed quandoque veniale. Quod discernendum est ex fine: qui si repugnat charitati Dei vel proximi, erit peccatum mortale: putà, cum simulat quis sanctitatem, vt falsam doctrinam dissemimet; vel vt adipiscatur Ecclesiasticam dignitatem indignus, vel quæcunque alia temporalia bona, in quibus finem constituit. Si verò finis intentus non repugnet charitati, erit peccatum veniale: putà, cum aliquis in ipsa fictione delectatur, de quo dicitur *in 4. Ethic.* quòd magis videtur vanus, quàm malus: eadem enim ratio est de mendacio, & simulatione. *Ex quo deducitur, quòd* illi S soli sunt hypocritæ dicendi *ex Gregorio* qui ea intentione opera perfectionis assumunt, vt malitiam suam occultiùs exerceant, & magis nocere possint: non autem illi, quos contingit ex infirmitate peccare, etiam post habitum perfectionis assumptum, *quales sunt religiosi viri. Qui verò ex malitia hypocritæ sunt & ad seducendum, vitandos omnino & declinandos, monet Apostolus Rom. 16.* Rogo autem vos, fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula faciunt: & declinate ab illis: *idest*, eorum T doctrinam & consortia fugiatis, *Psal. 118.* Declinate à me maligni: *Et expressè Dominus Luc. 12.* Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. (*Et nota, quòd* Pharisæi V erant, qui speciem religionis habebant; *vnde scias, ex quorum genere sint hypocritæ.*) *Item Matth. 7.* Attendite à falsis prophetis. *Attendite*; idest X diligenter cauete, quia occulti sunt: & à laqueis occultis cauendum est. Vnde malignitas eorum intrinsecùs latet. *Qui veniunt ad vos in vestimentis ouium.* Vestimenta eorum sunt oratio, jejunium, eleemo-

Hypocrisis non semper mortale peccatum.

R *s. 2. 111. 4. c. In 4. d. 16. 4. 1. 9. 3. c.*

Duo in hypocrisi considerantur, vnde duplex hypocrisis.

S *Op. 19. c. 26. f.*

Quinam verè hypocritæ sint.

Et hi vitandi.

T *Rom. 16. l. 2. ibi.*

V *Ioan 11. l. 7. lit. b.*

Pharisæi, quinam essent.

X *Matth. 7. lit. b. ibi.*

Digitized by Google

eleemosynæ, quibus se tegunt: nam per vestes opera exteriora significantur. *Intrinsecùs autem sunt lupi rapaces*: quia malam habent intentionem occidendi, *spiritualiter vtique*; *Act.* 20. Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. *At cum extrinsecùs oues sint, sanctitatem præseferentes, quomodo cognosci poterunt? & Respondet ad hoc Dominus*: A' fructibus eorum cognoscetis eos. *Etenim* vix potest Y aliquis hypocrita esse ita compositus, quin appareat aliquid malitiæ vel verbo vel facto, Prou. 27. *Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium: sic corda hominum manifesta sunt prudentibus*. Et Seneca. *Nemo potest diu fictam ferre personam*. (*Adde & illud Luc.* 12. *cit.* Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocritis; *& statim subijcitur*: Nihil autem opertum est, quod non reueletur: neque absconditum, quod non sciatur. *Q. d. Bene* attendite, *& obseruate: quia tandem cognoscetis eos.*) In duobus autem maximè manifestantur. Primò in ijs, quæ subitò agenda occurrunt: (*in repentinis enim operamur secundùm habitum*:) quia in ijs, quæ cum deliberatione quis facit, cauet sibi. Item in tribulationibus, Eccli. 6. *Est amicus secundùm tempus suum: & non permanebit in die tribulationis*. Item manifestantur, quando non possunt consequi quod volunt, vel cum jam consecuti sunt: vnde Principatus virum ostendit. *Et alibi*. Dum in pace Z sunt hypocritæ, boni videntur: sed quando exasperantur, tunc apparet, quales sunt. *Postremò, ne in propriam alienamque spiritualem perniciem hypocrisim profiteamur, hortatur Sapiens Eccli.* 1. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum. *Et bene dicit*, in conspectu hominum: *quia nulla Deum latet mala cordis cogitatio, aut intentio peruersa, qualis hypocritarum est, cum sit* scrutans corda & renes Deus, *vt dicitur* Psalm. 7. *Debemus enim cordi respondentia opera propalam exhibere. Quò facit illud* Cant. 4. *ad Sponsam*: Sicut fragmen mali Punici, ita genæ tuæ. *Quibus in verbis* ostendit A quales debent esse operationes intellectus, vt adimpleantur per opera. Nam talia debent esse opera, quòd respondeant interioribus affectionibus & exterioribus: quia non debemus habere fictam sanctitatem. Ideò ait: *Genæ tuæ*; idest, opera tua, quæ sunt in aperto, sicut genæ, sunt *sicut fragmen mali Punici*; hoc est: sicut malum Punicum fractum, in fractura tale apparet, quale erat interiùs: sic opera nostra tales nos debent ostendere, quales sumus. Et quia simul cum pulchritudine exteriori debet esse pulchritudo interior; ideò additur: *absque eo, quod intrinsecus latet*. DISCE, *qualis interiùs es, talem te in opere profiteri. Vide* Ambitio, Cælibatus, Consortium malorum, Gloria, Humilitas, Superbia.

Y *Ibid. ibi*, à fructibus. & *Iob* 8. *l.* 1. *ibi*, non ei placebit.

Qualiter hypocritarum dignoscatur malitia.

In duobus maximè manifestantur.

Z *Apoc.* 16. *com.* 1. *ibi*, blasphemauerunt.

Monemur hypocrisim non profiteri.

A *Cant.* 4. *com.* 2. *ibi*.

Sed veritatem & sinceritatē, in operibus nostris manifestandam.

Talia sint exteriora opera nostra, quales interiùs sumus.

I.

S. IACOBVS. Vide CHRISTI MORS.

IACTANTIA. Vide GLORIA, SVPERBIA.

IDOLOLATRIA. Vide ECCLESIA, FIDES INFVSA.

JEJVNIVM.

I. Exhibet homo Deo corpus suum, vt hostiam, per hoc quòd corpus jejunijs & vigilijs macerat ad seruiendum Deo. *Rom.* 12. *l.* 1. *ibi*, hostiam.

a Præceptum de jejunio vetustissimum est: nam Dominus B præcepit jejunium quadrupliciter. *Primò* per seipsum Adæ & Euæ in Paradiso, cum præcepit, vt jejunarent; idest, abstinerent à ligno scientiæ boni & mali, ne comederent. *Secundò* præcepit jejunium per legem Moysi, *Leuit.* 16. Sabbatum requietionis est, & affligetis animas vestras religione perpetua. *Tertiò* per Prophetas, *Ioel.* 2. Sanctificate jejunium &c. *Quartò* per Apostolos, 2. *Cor.* 11. In fame & siti, in jejunijs multis. *Ex quo illud circa jejunium notandum est*, *quòd* duplex est C præceptum, scilicet juris naturalis, & juris positiui. Præcepto juris naturalis prohibentur ea, quæ sunt secundùm se mala: sed præceptis juris positiui prohibentur ea, quæ possunt esse occasiones malorum; vel præcipiuntur aliqua ordinantia ad virtutem, quam legis positor inducere intendit. Et propter hoc jus positiuum, (vt dicit *Tullius*) est à naturali deriuatum. Vnde ad legem positiuam pertinet, (vt Philosophus dicit *in* 10. *Ethic.*) ordinare nutritiones juuenum, & adinuentiones virorum; idest, opera & studia, vt arceantur à malis, & perducantur ad bona. In jejunio ergo est aliquid, quod ad præceptum juris naturalis pertinet, scilicet tantam abstinentiam carni adhibere, ne spiritui rebellet. Temperantia enim (vt dicit Philosophus *in* 3. *Ethic.*) mensuram accipit ex conseruatione salutis corporalis: vnde multò magis ex conseruatione salutis spiritualis. Medium autem temperantiæ non excedere, ad jus naturale pertinet: sed determinatio talis abstinentiæ secundùm determinatum tempus & determinata cibaria, ad jus positiuum pertinet, quod moderatur hominum actus. *Ex quo deducitur, quòd* jejunium in communi D cadit sub præcepto legis naturæ: sed determinatio temporis & modi jejunandi secundùm conuenientiam, & vtilitatem populi Christiani, cadit sub præcepto juris positiui, quod est à Prælatis Ecclesiæ institutum. *Diffinitur autem ex Isidoro jejunium, quòd sit* parsimonia E victus, abstinentiaque ciborum. *Pro cujus notitia sciendum, quòd*, jejunium F dupliciter dicitur, scilicet jejunium naturæ, & jejunium Ecclesiæ. A primo jejunio dicitur aliquis quolibet die *jejunus*, antequam cibum sumat: à secundo autem dicitur *jejunans*, quasi ordinatam ab Ecclesia propter peccatorum satisfactionem abstinentiam seruans. In satisfactionem autem peccatorum, non solùm oportet, quòd ab illis homo abstineat, quæ lex virtutis prohibet; sed etiam ab illis, quibus salua virtute vti possemus: quia qui illicita commisit, oportet etiam à licitis abstinere, vt *Augustinus* dicit. Vnde jejunium ab Ecclesia institutum præsupponit abstinentiam illam, quæ ad virtutem exigitur, & addit abstinentiam quandam ab illis, quæ medium virtutis non corrumpunt. Et ideò *Isidorus* hæc duo in prædicta diffinitione jejunij comprehendit, scilicet abstinentiam ab illis, quæ virtutem corrumpunt, in hoc quod dicit, *parsimonia victus*: & ab illis, quibus salua virtute aliàs vti liceret, in hoc quod dicit, *abstinentiaque ciborum*. *Et quidem, cum dicit*, parsimonia victus, *innuere videtur vnicam in jejunio comestionem: cum verò subdit*, abstinentiaque ciborum, *indicat qualitatem cibi in jejunando obseruandam*. *De quo infrà*. *Est autem jejunium absque dubio virtutis actus*. Ex hoc *enim* aliquis actus G est virtuosus, quòd per rationem ordinatur ad aliquod bonum honestum. Hoc autem conuenit jejunio, *vt ex dicendis patebit*. *Et quia* omnis H actus virtuosus, qui est circa aliquam materiam, ad illam virtutem pertinet, quæ medium in illa materia constituit; Jejunium autem attenditur in cibis, in quibus medium adinuenit abstinentia: manifestum est, quòd jejunium est abstinentiæ actus. *Neque ex eo, quòd quis, antequam comedat, sit jejunus, actum virtutis exercere dicendus est: hoc enim, vt vidimus, naturæ jejunium est*. Jejunium *autem* naturæ I quo quis dicitur jejunus antequam comedat,

Præceptum jejunii antiquum.

B *Serm. ex Ev. Dom.* 1. *Quadr.*

Quadruplicitet à Deo indictum.

C 4. *d.* 15. 3. 10. *q.* 4. *c.* & *q.* 5. *ad* 1. & *a.* 2. *q.* 1. *c.* & 2. 2. 147. 3. *c.*

Præceptis juris naturalis & juris positiui quænam prohibeantur, & qua differentia.

Num jejuniū juris naturalis sit, an positiui.

D 2. 2. *l. c. fi. corp.*

Jejunii diffinitio.

E 2. 2. 147. *a.* 2. *in sed contra.* & 4. *d.* 15. 3. 1. *q.* 1. *arg.* 1. & *in corp.*

Jejunium duplex, naturæ scilicet & Ecclesiæ.

F *In* 4. *l. c. in corp.* & *ad* 5. & *q.* 2. *ad* 2. & *d.* 8. 1. 4. *q.* 1. *ad* 2. & 2. 2. 147. 3. *fi. c.* & *a.* 6. *ad* 2. & 3. *p.* 80. 8. *ad* 4.

Explicatur diffinitio.

Jejunium, actus est virtutis.

G 2. 2. 147. 1. *c.*

H *Ibid. a.* 2. *c.* *In* 4. *d.* 15. 3. 4. *q.* 3. *c.* *Quol.* 5. *a.* 11. *ad* 3.

Scilicet abstinentiæ.

I 2. 2. 147. 1. *ad* 3. *In* 4. *d.* 8. 1. 4. *q.* 1. *ad* 2. & *d.* 15. 3. 1. *q.* 1. *c.* & *q.* 2. *ad* 2.

Digitized by Google

medat, consistit in pura negatione, vnde non potest poni actus virtutis: sed solum illud jejunium, quo quis ex rationabili proposito à cibis aliqualiter abstinet. Vnde primum dicitur *jejunium jejuni*: secundum verò *jejunium jejunantis*, quasi ex proposito aliquid agentis. *Redditur autem potissimè actus virtutis: quia* assumitur L jejunium principaliter ad tria. *Primò* quidem ad concupiscentias carnis reprimendas; vnde Apostolus dicit 2. Cor. 6. *In jejunijs, in castitate*: quia per jejunia castitas conseruatur. Vt enim *Hieronymus* dicit: *Sine Cerere & Baccho friget Venus*; idest, per abstinentiam cibi & potus tepescit luxuria. *Secundò* assumitur ad hoc, quòd mens liberiùs eleuetur ad sublimia contemplanda; vnde dicitur *Dan.*10. quòd post jejunium trium hebdomadarum Daniel reuelationem accepit à Deo. *Tertiò* ad satisfaciendum pro peccatis; vnde dicitur Ioel 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & in fletu, & in planctu*. Et ideò dicitur Matth. 6. *Tu autem, cum jejunas, vnge caput tuum*; idest M mentem oleo nitoris conscientiæ, ne diabolus per capillos, idest per cogitationes, teneat: *& faciem tuam laua*. Facies *secundùm Chrysostomum* est conscientia: Laua ergo faciem tuam quadruplici lotione. Primò per veram contritionem, secundò per confessionem, tertiò per tribulationum perpessionem, quartò per deuotam orationem. *Et sic per jejunium pro peccato satisfacies*.

Ieiunium ieiuni, & ieiunium ieiunantis.
Vnde reddatur actus virtutis.
L 2. 2. l. c. in corp.
Ad tria ieiunium assumitur: ad carnem reprimendam: ad mentis eleuationem: ad satisfaciendum pro peccatis.
M Matth. 6. lit. d. ibi.

b *Ad præfatorum autem clariorem notitiam recolendum est, quòd* tria N sunt bona opera maximè, scilicet eleemosyna, oratio & jejunium. Eleemosyna contra oculorum concupiscentiam: Oratio contra superbiam vitæ: Jejunium contra concupiscentiam carnis. Prima ordinat ad proximum, secunda ad Deum, tertium ad seipsum. *Ad se ipsum, inquam, intra rationis regulas & mensuram ex parte corporis continendum: specialiter enim jejunium assumitur ad carnis reprimendas concupiscentias, ex cujus repressione sequitur & ad diuina eleuatio. Quem ad finem Apostolus* 1. Cor. 9. *dicebat*: Castigo corpus meum; *scilicet*, motus O carnis illicitos reprimendo. *Et Timotheus ejus discipulus ad hoc abstinebat* (*nimio fortassis rigore*) *à vino*; *vnde hortabatur illum Paulus*: Modico vino vtere propter stomachum tuum. *Siquidem* iste P Timotheus erat nimiæ abstinentiæ, & ad vitandum carnis peccata corpus macerabat, *Eccle.* 2. Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam. *Et hac quidem de causa* (*præter alias, quas vide* Q.) *Ioannis discipuli jejunabant: non ita discipuli Christi*, *Matth.* 9. Discipuli tui non jejunant. *Et respondit Dominus*: Nunquid possunt filij Sponsi lugere quandiu cum illis est Sponsus? *Etenim* ratio R quare in præsentia Christi non tenerentur jejunare, est: quia jejunium eligendum est, in quantùm castigat carnem, ne contra spiritum inualescat: sed cum Christus erat præsens, custodiebat eos ab excessu; ideò non oportebat eos jejunare. Vnde Ioan. 17. dicebat: *Pater, cum eram cum eis, conseruabam eos*. Sed Ioannes Baptista non habebat hanc virtutem; ideò jejunare debebant ejus discipuli. Sed quando Christus ablatus fuit, eos oportuit jejunare. Vnde Paulus dicit 1. *Cor.* 9. *cit.* Castigo corpus meum &c. *Nec solùm à tentatione carnis, sed & à quocunque diaboli tentamento valet jejunium eripere. Idcircò* per hoc S quòd Dominus ante tentationem futuram jejunauit, docuit, quòd per jejunium nos oportet (*nec sine certa victoriæ spe*) contra tentationes armari. Vnde inter arma justitiæ Apostolus jejunia connumerat 2. *ad Cor.* 6. *Et iterum*: Competebat T vt is jejunaret, quem diabolus erat tentaturus: quia hoc genus (*dæmoniorum*) non ejicitur, nisi per orationem & jejunium, *Matth.* 17. Per orationem *inquam* & jejunium: *quia per istud disponimur ad illam, quæ est eleuatio mentis in Deum*. Eleuatio autem V mentis impeditur per grauitatem carnis, impeditur per crapulam & ebrietatem. Vnde non potest habere mentem ad Deum qui aggrauatus est crapula & ebrietate; ideò ad eleuationem mentis requiritur jejunium, *Dan.* 9. Ego Daniel posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare & deprecari in jejunijs, sacco, & cinere. *Hac de causa dicebat Dauid Psal.* 34. Humiliabam in jejunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur. *Humiliabam &c.* idest X superbiam carnalis vitæ humiliabam, macerando eam, Psalm. 108. *Genua mea infirmata sunt à jejunio &c.* Iudith 8. *Humiliemus illi animas nostras, & in spiritu constituti humiliato, seruientes illi &c.* Sed quia nihil valet humiliare carnem, nisi quis impinguet spiritum & confortet: hostis enim debilitandus est, & pugnator fortificandus; spiritus autem fortificatur per orationem: ideò addidit: *Et oratio mea in sinu meo conuertetur*; vnde dicitur *Tob.* 12. Bona est oratio cum jejunio.

N Ibid. lit. a. ibi, eleemosynam. In 4. d. 15. 2. 4. q. 2. 1. c.
Tria sunt opera bona: eleemosyna contra concupiscentiam oculorum: oratio contra superbiam vitæ: ieiunium contra concupiscentiam carnis. Prima ad proximum, secunda ad Deum, tertium ordinat ad se ipsũ.
O 1. Cor. 9. l. 5. ibi.
Ieiunium reprimit carnis concupiscentiam.
P 1. Tim. 5. l. 3. ibi.
Q Matth. 9. lit. c. ibi, venient dies.
R Ibid & 2. 2. 147. 4. ad 5. In 4. d. 15. 3. 2. q. 2. ad 2.
Et à quacunque diaboli tentatione eripit.
S 3. p. 41. 3. c.
T Matth. 4. lit. a. ibi, cum ieiunasset.
V Matth. 17. lit. b. ibi.
Ad ieiunium sequitur mentis eleuatio.
X Ps. 34 lit. 2. ibi. & Matth. loco cit.

c *Tertium, propter quod assumitur* (*vt ajebat Author*) *jejunium, est satisfactio pro peccatis*. Jejunium *enim* actus Y satisfactorius est: quia & pro libidine peccati præteriti subtractionem delectationis recompensat, afflictionem etiam addens: & futura peccata impedit, concupiscentiam debilitans. *Quòd si peccatis obnoxius es: nec tam facilè valet spiritus efferri ad superna, nec jejunans potes pro culpis satisfacere: parumque proderit abstinentia ciborum, si à vitijs non abstines, vel in eis perseueres*. Qui Z cibis abstinent (*ajebat Isidorus*) & mala agunt, dæmones imitantur, quibus culpa adest, & cibus abest. *Et hoc est, quod ait Apostolus* 1. *Tim.* 4. Corporalis exercitatio, ad modicum vtilis est: pietas autem ad omnia vtilis est. *Etenim* corporalis A exercitatio jejunij, & hujusmodi, in sua natura non sunt bona, sed pœnalia (&, si homo non peccasset, nihil horum fuisset:) sunt autem bona medicinalia. Sicut enim rhabarbarum est bonum, in quantùm releuat à cholera: sic & ista, in quantùm comprimunt concupiscentias. Ergo *ad istud modicum sunt vtilia*. Et ideò, si homo esset in statu, in quo non posset peccare, non indigeret jejunio & hujusmodi. Vnde *Chrysostomus* super illud Matth. 3. *Venit Iesus &c.* dicit: *Ioannes purus homo indigebat medicina jejunij: Christus Deus erat, & non purus homo; & ideò hujusmodi non indigebat*. Ergo *ad modicum vtilis est* exercitatio jejunij, quia tantùm ad morbum peccati carnalis, non spiritualis: aliquando enim propter abstinentiam homo iracundiam, inanem gloriam, & hujusmodi incurrit. *Pietas autem ad omnia vtilis est*. Vbi præfert abstinentiæ pietatem: & accipitur hìc vtroque modo, scilicet pro cultu Dei & misericordia: & hæc *ad omnia vtilis est*, quia ad omnia peccata delenda, & ad bona promouenda. *Itaque, ad jejunij valorem & fructum, pietas summoperè exigitur in ordine ad Deum, & in ordine ad proximum misericordia*: (*quæ duo & orationem & eleemosynam includunt*:) *Hinc Is.* 58. *ex ore Domini dicitur*: Nunquid tale est jejunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? nunquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere? nunquid istud vocabis jejunium, & diem acceptabilem Domino? Nonne hoc est magis jejunium, quod elegi? Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes: dimitte eos, qui confracti sunt, liberos: & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum &c. Si auerteris à Sabbato pedem tuum &c. *Vbi Author*: Hìc *inquit* adhibet B vtile consilium. Primò quantùm ad studium pietatis in proximum, *dissolue colligationes impietatis*. Secundò quantùm ad cultum religionis in Deum, *si auerteris à Sabbato pedem tuum &c. Vtrunque enim, præter jejunium, & ad* illius

Ieiunium, actus est satisfactorius pro peccatis.
Y 4. d. 15. 3. 1. q. 5. c. & a. 2. q. 2. ad 3. & q. 1. a. 4. q. 3. c. 2. 2. 147. 4. 1. 3. 5. 7. c. Matth. 6. lit. a. ibi, eleemosynam.
Ieiunantes, & malè viuentes, dæmonibus similes.
Z Matth. 6. lit. d. ibi, jejunantes.
Ieiunium ad modicum vtile sine pietate & aliis bonis operibus.
A 1. Tim. 4. l. 2. ibi.
Pietas dupliciter sumitur.
B Is. 58. ibi.

Digitized by Google

C Rom. 12. 1. 3. ibi. hostiam. Quomodo vaslemus ieiunium: & quo pacto fiat per illud hostia corpus nostrum Deo offerenda.

D 1. Cor. 9. l. 5. ibi.

illius valorem, exigitur. Et tunc jejunij finis, propter quem videlicet assumitur, reuera habetur: tunc enim homo C exhibet Deo corpus suum, vt hostiam, per hoc quòd jejunijs macerat ad seruiendum Deo: *quod ajebat initio Author. Vnde & cohærenter Apostolus* 1. Cor. 9. *nedum* castigo *inquit* corpus meum, *sed & vlteriùs* in seruitutem redigo: *videlicet*, castigo D per declinationem mali, motus carnis illicitos reprimendo: *& inseruitutem redigo* per operationem boni, corpus scilicet spiritui seruire cogendo, & sensualitatem rationi subjiciendo, sicut *legitur de B. Martino:* Carnem spiritui seruire cogebat. *Quo sensu exponitur illud Matth.* 17. Hoc genus non ejicitur nisi per orationem & jejunium: *siquidem* requiruntur E operationes bonæ, quæ significantur per orationem: & abstinentia mali, quæ significatur per jejunium. *Et hoc modo offerimus Deo corpus nostrum* hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium &c. *vt dicitur* Rom. 12. *Viuentem*, vt scilicet F hostia nostri corporis, quam Deo offerimus, sit *viuens* per fidem formatam charitate, ad Galat. 2. *Quòd nunc viuo in carne, in fide viuo Filij Dei.* Est autem attendendum, quòd naturalis (*siue legalis*) hostia, quæ prius viua erat, occidebatur, vt immolaretur: ad ostendendum, quòd adhuc mors regnabat in homine, regnante peccato: sed hostia spiritualis semper viuit, & in vita proficit, secundùm illud Ioan. 10. *Ego veni, vt vitam habeant, & abundantiùs habeant:* quia jam peccatum ablatum est per Christum. Nisi dicamus, quòd hostia corporis nostri viuit quidem Deo per justitiam fidei: sed mortificatur concupiscentijs carnis, Coloss. 3. *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram.* Secundò hostia Deo oblata, in ipsa immolatione sanctificabatur; vnde dicitur Leuit. 22. *Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israel Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino.* Et ideò subdit: *Sanctam*, scilicet per deuotionem, qua corpus nostrum Dei seruitio mancipatur, Leuit. 20. *Estote sancti, quia Ego sum Dominus Deus vester;* & iterum: *Eritis mihi sancti, quia sanctus sum Ego Dominus.* Tertiò quantùm ad ipsam sacrificij consumptionem, dicebatur sacrificium suaue & acceptum Domino, secundùm illud Leuit. 1. *Adolebit ea Sacerdos super altare in holocaustum, & suauem odorem Domino.* Vnde dicit: *Deo placentem*, scilicet per rectitudinem intentionis, Psal. 55. *Vt placeam coram Deo in lumine viuentium.* Quartò in ipsa sacrificij præparatione apponebatur sal; vnde Leuit. 2. dicitur: *quicquid obtuleris sacrificij, sale condies.* Et Marc. 9. *Omnis victima sale salietur.* Sal autem discretionem sapientiæ significat, Coloss. 4. *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus.* Vnde & hic sequitur: *rationabile obsequium vestrum;* scilicet, cum discretione corpora vestra Deo exhibeatis hostiam vel per abstinentiam, vel per quodcunque opus justitiæ, 1. Cor. 14. *Omnia honestè, & secundùm ordinem fiant.* Maceratio *enim* proprij G corporis, putà per vigilias & jejunia, non est Deo accepta, nisi in quantùm est opus virtutis: quod quidem est, in quantùm cum debita discretione fit, vt scilicet concupiscentia refrænetur, & natura non nimis grauetur. *Ex quo capite (vt præmissum est) scribebat ad Timoth.* 1. c. 5. *Apostolus:* Modico vino vtere, *à quo indiscretè abstinebat omnino. Alioqui hoc esset, de rapina sacrificium offerre: nam* medium H virtutis non accipitur secundùm quantitatem, sed secundùm rationem rectam, vt dicitur *in* 2. *Ethic.* Ratio autem judicat, quòd propter aliquam specialem causam aliquis homo minus sumat de cibo, quàm sibi competeret secundùm statum communem: sicut propter infirmitatem vitandam, aut ad aliqua opera corporalia expeditiùs agenda. Et multò

E Matth. 17. lit. b. ibi.

F Rom. 12. l. 1. ibi, hostiam. Quatuor, quæ circa legalem hostiam fiebant in sacrificio veteri, spiritualiter facienda sunt in sacrificio corporis nostri.

Sal quid mysticè.

G 2. 2. q. 88. 2. ad 3. & 3. p. q. 40. 2. ad 1. Ma. 14. 1. ad 6. Quol. 5. a. 18.

Cum discretione corpus maceratum, vt opus sit Deo acceptum. Alias esset, de rapina sacrificium offerre.

Medium virtutis, non secundum quantitatem, sed secundùm rationem rectam accipitur.

H 2. 2. q. 147. 1. ad 2. In 4. d. 15. 3. 1. q. 2. ad 3. & d. 17. 2. 3. q. 1. c.

magis ratio recta hoc ordinat ad spiritualia mala vitanda, & bona prosequenda. Non tamen ratio recta tantum de cibo subtrahit, vt natura conseruari non possit: quia, vt dicit *Hieronymus*: Non differt, vtrùm magno vel paruo tempore te interimas: quia de rapina holocaustum offert qui vel ciborum nimia egestate, vel manducandi vel somni penuria immoderatè corpus affligit. Similiter etiam ratio recta non tantum de cibo subtrahit, vt homo reddatur impotens ad debita opera peragenda. Vnde dicit idem *Hieronymus*, quòd rationalis homo dignitatem amittit, qui jejunium charitati, vel vigilias, sensus integritati præfert. *Ita gratum Deo, & acceptum, erit jejunium nostrum, dignumque et faciemus de corpore nostro holocaustum. Ab opposito, non jejunantes, sacrificium diabolo offerimus, Deut.* 32. Immolauerunt dæmonijs, & non Deo: *siquidem* peccata I intemperantiæ sunt maximè amica diabolo: non quia sint alijs grauiora, sed quia sunt apud homines frequentiora.

d *Cæterùm, quæ sint ad jejunium necessaria, suo Dominus exemplo satis edocuit.* Primò L vt ab omnibus peccatis mundemur: (*duplex enim statuitur jejunium: propriè videlicet, & metaphoricè dictum.* Jejunium M propriè dictum consistit in abstinendo à cibis: sed metaphoricè dictum consistit in abstinendo à quibuslibet nociuis, quæ maximè sunt peccata. Vel potest dici, quòd etiam jejunium propriè dictum, *vt diffinit Hieronymus*, est abstinentia ab omnibus illecebris: quia per qualibet vitia adjuncta desinit esse actus virtuosus.) *Secundò*, vt jejunantes à fauoribus hominum occultemur: (*idcircò, duobus his deficientibus, Deo gratum non erat illorum jejunium, qui Is.* 58. *dicebant:* Quare jejunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti? *Subditur enim causa:* Ecce in die jejunij vestri inuenitur voluntas vestra &c. *Vbi ostendit* N reprobationis causam, quæ est culpa voluntatis in his, quæ carni placent: & culpa vanitatis, *cum ait:* Nolite jejunare, vt audiatur in excelso clamor vester; *idest*, propter laudem hominum. *Eapropter dicebat Dominus Ier.* 14. Cum jejunauerint, non exaudiam preces eorum: &, si obtulerint holocaustomata & victimas, non suscipiam ea. *Non enim Deo jejunabant, sed sibi, Zach.* 7. Nunquid jejunium jejunastis mihi? *Quo loci Author:* Quasi O dicat: Non; sed vobis, *ad vanam suiipsorum videlicet laudem.*) *Tertiò*, vt longanimiter & perseueranter jejunemus: (*nam perseuerantia bonis dat operibus complementum.*) Primum docuit Dominus in hoc, quòd baptizatus jejunauit. Sic & qui vult bene jejunare, primùm debet per pœnitentiam & confessionem lauari, Matth. 6. *Tu autem, cum jejunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.* Secundum docuit in hoc, quòd jejunaturus desertum petijt; vnde docuit, quòd cum jejunamus, & bona operamur, à laudibus hominum nos abscondamus, Matth. 6. cit. *Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes &c.* & postea subdit: *Ne videaris hominibus jejunans.* Tertium docuit in hoc, quòd quadraginta diebus & quadraginta noctibus jejunauit: Vnde in Regula *Augustinus*: Carnem vestram domate jejunijs, & abstinentiâ escæ & potus, quantùm valetudo permittit. *Quòd si jejunium hoc pacto seruetur*, quadruplex P bonum (*vt prætactum pariter est*) prouenit ex jejunio. Primum est vitiorum mortificatio. Secundum, mentis in Deum eleuatio. Tertium, virtutum acquisitio. Quartum, æternæ beatitudinis præmium. De his quatuor Gregorius: *Qui corporali jejunio vitia comprimis*, ecce primum: *mentem eleuas*, ecce secundum: *virtutem largiris*, ecce tertium: *& præmia*, ecce quartum. *Si autem curiosè quæras: an animabus defunctorum jejunia prosint? Respondet Author*, quòd etiam jejunium Q potest prodesse defunctis ratione

I 2. 2. 150. 3. ad 1.

Peccata intemperantiæ amica diabolo.

Quæ sit exemplo Christi ad ieiunium necessaria.

L Serm. ex Eu. Dom. 1. Quadr.

M 2. 2. 147. 1. ad 1. In 4. d. 15. q. 3. 1. q. 1. ad 1.

Ieiuniú aliud propriè, aliud metaphoricè dictum.

N Is. 58. ibi.

Quidam sibi ieiunant, non Deo.

O Ioan. 2. l. 4. lit. 6.

P Serm. ex Eu. Dom. 1. Quadr.

Ex ieiunio quadruplex bonum.

Q 4. d. 45. 2. 3. q. 1. ad 2.

An prosit defunctis.

Digitized by Google

ſtione charitatis & intentionis in defunctos directæ. Sed tamen jejunium in ſui ratione non continet aliquid, quod ad charitatem, vel ad directionem intentionis pertineat: ſed hæc ſunt ei quaſi extrinſeca. Et ideò *Auguſtinus* inter ſuffragia jejunium non poſuit. Sed *Gregorius* poſuit etiam jejunium inter ſuffragia mortuorum. *Vnde refert alibi Author, quòd & Judæi (inter cætera ipſorum jejunia) in decimo* R *menſe jejunabant in memoriam mortuorum, quos Dominus in deſerto percuſſerat. De quo & Num. ſeqq. DISCE virtuosè jejunando ſacrificare.*

R. 4. d. 15. q. 3. a. 3. q. 1. ad 4.
Iudæi in memoriam ieiunabant defunctorum in deſerto.

II. Jejunantes, dum ſuam carnem affligunt, paſſioni Chriſti conformantur. 2. 2. 147. 7. *fi. corp.*

Ieiuniorum tempora rationabiliter ab Eccleſia decreta ſunt.

C HVcuſque *de jejunio generaliter dictum eſt: in præſenti ſpecialius de illo diſſerendum, nimirùm circa tempus, qualitatem ciborum, & perſonas jejunij præceptis obſtrictas. Et quidem quoad tempus, rationabiliter jejuniorum tempora ab Eccleſia decernuntur.* Sanè inter alia S jejunia ſolemnius eſt jejunium Quadrageſimale: tum quia obſeruatur ad imitationem Chriſti: tum etiam, quia per ipſum diſponimur ad redemptionis noſtræ myſteria deuotè celebranda. *Cujus jejunij tempus ritè ſtabilitum eſt:* nam jejunium T ad duo (*vt præmiſimus*) ordinatur: ſcilicet ad deletionem culpæ, & eleuationem mentis in ſuperna. Et ideò illis temporibus ſpecialiter fuerunt jejunia indicenda, in quibus oportebat, homines à peccato purgari, & mentes fidelium eleuari in Deum per deuotionem: quæ quidem præcipuè imminent ante Paſchalem ſolemnitatem, in qua culpæ per baptiſmum relaxantur, qui ſolemniter in vigilia Paſchę celebratur, quando recolitur Dominica ſepultura: quia per baptiſmum conſepelimur Chriſto in mortem, vt dicitur *ad Rom.* 6. In feſto etiam Paſchę oportet maximè mentem hominis per deuotionem eleuari ad æternitatis gloriam, quam Chriſtus reſurgendo inchoauit. Et ideò immediatè ante ſolemnitatem Paſchalem Eccleſia ſtatuit eſſe jejunandum. *Quo nempe jejunio* ſignificatur V quòd ad gloriam reſurrectionis per tribulationes præſentis vitæ peruenimus, ſicut & Chriſtus per paſſionem. Et etiam, quia tempus veris, quod tunc incipit, maximè eſt concupiſcentiæ aptum: *quam jejunium compeſcit. Et hoc, vt digniùs in Paſchate, majorique cum merito & fructu communicemus, Chriſtum verum Paſchalem Agnum ſacramentaliter comedentes. Vnde & inter cætera, quæ ad comeſtionem Agni legalis exigebantur, vnum erat quòd comederetur* cum lactucis agreſtibus, *vt dicitur* Exod. 12. *In quo figurabatur neceſſaria ad dignam communionem pœnitentia.* Lactucæ X agreſtes addebantur in ſignum pœnitentiæ peccatorum, quæ neceſſaria eſt ſumentibus corpus Chriſti. *Id quod pariter notatur* Ioann. 11. *cum dicitur:* Proximum autem erat Paſcha Judæorum: & aſcenderunt multi Ieroſolymam de regione, ante Paſcha, vt ſanctificarent ſeipſos. *Siquidem, ſcribit Author,* nullus Y audebat comedere agnum (*nota*) niſi mundus; & ideò præueniebant feſtum Paſchæ, vt interim purificantes ſeipſos, poſſent in Paſcha agnum ritè comedere. In quo datur nobis exemplum, vt tempore Quadrageſimali jejunijs & bonis operibus nos purificemus, vt in Paſcha ritè ſumamus corpus Domini noſtri, *qui verus eſt Agnus; figuratus, non in figura. Vnde & Sol hoc tempore* Piſcium *exhibet ſignum; Paſchalibus autem diebus ſignum* Arietis: *vt fideles nimirùm inſtruat, quali debeant pœnitendo cibo veſci, antequam ad cæleſtem* Agnum *dignè comedendum accedant. De quo luſinus* Z.

S 2. 2. 147. 8. ad 3.
Quadrageſimale ſolemnius ieiunium & ſtrictius.
T 2. 2. l. c. a. 5. initio c. In 4. d. 15. 3. 3. q. 1. ad 3.
Ritè inſtitutum, & quo fine.
V In 4. loc. cit.
X 2. 2. 102. 5. ad 2. Serm. ex Epiſt. Dom. 1. Quadr.
Y Ioa. 11. l. 8. lis. 6. fi. Op. 58. c. 16. poſt med.
Z Cruc. 9. diſt. 3.

Quadrageſima *Piſcibus*, *Ariete* Paſcha notatur:
Hæc tunc *Signa* pius Phœbus & ipſe colit.

Hinc deuotè canit Eccleſia:

Ergo nunc accepta noſtrum
Qui ſacraſti jejunium,
Quo myſticè Paſchalia
Capiamus Sacramenta.

At caue, ne indignè ſumas: Qui enim manducat & bibit indignè (*inquit Apoſtolus* 1. *Cor.* 11.) judicium ſibi manducat & bibit. *Subditque ſtatim:* Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi. *Etenim* propter peccatum A hujus ſacramenti indignè ſumpti aliqui in primitiua Eccleſia puniebantur à Deo infirmitate corporali, vel etiam morte. Vnde dicit: *inter vos multi* indignè ſumentes corpus Chriſti ſunt *infirmi* corporaliter, *& imbecilles*, id eſt longa inualetudine laborantes, *& dormiunt multi*, ſcilicet morte corporali, ſecundùm quod ſumitur dormitio 1. *ad Theſſ.* 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus. *Eapropter D. Anſelmus cum alijs Patribus apud Corn. à Lap. & Tirinum loco cit. ad Cor. cenſet, plures Chriſtianos ob indignam Paſchalem communionem ægrotare poſt Paſcha vel mori, vt non rarò videmus. Ad quod euitandum ſtrictiora inſtituta jejunia ſunt, vt quantùm fieri poteſt, labis omnis expers anima fiat ad condignè Paſchale celebrandum Sacramentum. Profectò, ſi quo tempore benefaciendum eſt, conuenientiùs Quadrageſimalibus diebus ad bene operandum excitamur, Pſal.* 118. Tempus faciendi, Domine; *id eſt, bene operandi. Et quidem* tempus B Quadrageſimæ eſt tempus benefaciendi ſpiritualiter: ad quod inuitat nos *Primò* Scriptura: modò enim leguntur Euangelia & Epiſtolæ, quæ inuitant nos ad orandum, ad jejunandum, ad faciendas eleemoſynas, ad juſtitiam faciendam & pœnitentiam, & cætera hujuſmodi. *Secundò* inuitat nos ad hoc Creator, qui creditur in iſto tempore feciſſe Mundum: vnde valdè incuriale eſt non facere aliquod bonum pro Deo, cum ipſe tot bona fecerit pro nobis. *Tertiò* inuitat nos ad hoc creatura, quæ tempore hyemali ab opere ceſſauit, & modò reincipit operari ſicut patet in herbis, plantis, & animalibus, Ierem. 8. *Miluus in Cœlo cognouit*, operando ſcilicet, *tempus ſuum*. *Quartò* inuitat ad bene operandum Chriſti exemplum, qui in iſto tempore tot bona fecit nobis. *Quintò* inuitat Eccleſiæ ordinatio, quæ inſtituit, vt omnes confiterentur, & jejunarent, & Eccleſiam frequentarent. *Sextò* multorum prouocatio, & conſuetudo. *Septimò* diuinæ gratiæ abundans effuſio. Credibile eſt enim, quòd Deus, qui tot bona largitus eſt nobis, iſtis diebus gratiam abundantiùs effundat (*Pſ.* 68. *Tempus beneplaciti, Deus:*) vnde in Epiſtola legitur: *Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* *Octauò* magni Paſchatis expectatio: qui enim expectat magnum feſtum, debet facere magnam vigiliam; ideò cantat Eccleſia: *Non ſit vobis vanum mane ſurgere ante lucem: quia promiſit Dominus coronam vigilantibus.* Tempus *igitur* faciendi, *id eſt, bene operandi, tempus Quadrageſimale eſt. At homines, delicijs dediti & voluptatibus ſeculi, vt plurimùm (dolebat Pſaltes ad Deum) quamuis opera bona ſit* tempus faciendi, Domine; diſſipauerunt legem tuam, *nil inter Quadrageſimale tempus diſcernentes & Bacchanalia. Nec quadragenarius hic dierum numerus myſterio vacare credendus eſt. Etenim, præter hoc, quòd hic* C *numerus præfiguratur* in veteri teſtamento in Moyſe & Elia *Exod.* 24. & 34. & 3. *Reg.* 19. (*Chriſtus quoque Dominus in noua lege ad noſtrum exemplum* jejunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus:) latet in hoc myſterium: quia numerus hujuſmodi conſurgit ex denario ducto per quaternarium. Denarius ſignificat legem: quia in decem præceptis tota lex continetur. Quaternarius ſignificat compoſitionem

A 1. Cor. 11. l. 7. ibi.
B Serm. ex Ep. Dom. 1. Quadr.
Plura inuitant ad bene operandum in Quadrageſima.
C Matth. 4. lit. a ibi quadraginta. 2. 2. 147. 5. c. & 3. p. 40. 2. ad 3. In 4. d. 15. 3. 3. q. 1. ad 3. Serm. ex Ep. Dom. 1. Quadr.
Quadraginta dierum numerus in ieiunio Quadrageſimali non vacat myſterio.

Digitized by Google

nem carnis: quia caro composita est ex quatuor elementis. Quia igitur nos per suggestionem carnis transgredimur legem diuinam, justum est, vt carnem nostram affligamus diebus quadraginta. Secundùm *Gregorium* autem, hic numerus est ad jejunandum ab Ecclesia institutus, quòd per hoc decimas soluimus totius anni. A prima enim Dominica vsque ad Pascha sunt trigintasex dies jejunabiles, qui sunt decima pars ipsius anni, sex (*circiter*) diebus exceptis. *Potissimè verò hoc jejunium institutum est ad Saluatoris ita jejunantis exemplum; qua de causa* Quadragesimale D jejunium arctiùs obseruatur, quàm alia jejunia: quia eo Christi jejunium secundùm modum nostrum imitamur. *Nec ideò in hac quadragesimali abstinentia à Christo legislatore nostro imitando desistere debent fideles, quòd Iudæi in eodem jejunio legislatorem Moysen non tenentur imitari.* Nam Moyses E fuit legislator, non tanquam dominus legis, sed tanquam famulus: Christus autem, tanquam Dominus. Et ideò non inducebat lex vetus ad conformitatem Moysi, sicut noua lex inducit ad conformitatem Christi: quia etiam Angelorum intentio, quia non sunt domini, sed serui, non est, vt alios in seipsos reducant, sed in Deum, vt *Dionysius* dicit. *Specialissimè verò hebdomada major, quæ & Sancta dicitur, longè strictiori jejunij obseruantia ob Christi passionem & mortem colenda est atque veneranda. De qua prophetice Daniel cap. 9.* Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna; & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium &c. *Vbi Author:* Quia F textus *inquit* eam (*hebdomadam*) attribuit maximè passioni Christi, notandum, quòd hebdomada hæc habuit septem dies. Prima die Sabbati, hoc est, Dominica præcedente suam passionem, scilicet Dominica in ramis palmarum, Christus fuit exploratus, Ioann. 11. *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit &c.* Secunda die Lunæ fuit interrogatus, Ioann. 10. *Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam.* Tertia die Martis fuit sententiatus, Ioan. 11. *Expedit, vt vnus homo moriatur pro populo.* Quarta die Mercurij fuit venditus, Matth. 26. *Quid vultis mihi dare &c. At illi constituerunt ei triginta argenteos.* Quinta die Iouis fuit traditus, ibid. *Quemcunque osculatus fuero, ipse est; tenete eum.* Sexta die Veneris fuit crucifixus, quia tunc Parasceue erat, quod est prope Sabbatum, vt dicitur *Ioann. 19.* Septima die Sabbati fuit sepultus. *Ibi ergo* (in horto) *propter Parasceuen Iudæorum posuerunt Iesum*, vt eodem Ioannis cap. habetur. *Ex quo major proculdubio exhibenda tunc est à fidelibus jejuniorum deuotio, vel ex eo, quòd potissimis ea in hebdomada beneficijs nos Christus affecerit, diuinæ nimirùm Synaxis, & redemptionis à diaboli captiuitate. Et tamen delicatiores tunc epulæ ad majorem parantur luxum, sumptuosiora ad luxuriandum instituuntur conuiuia, cum Dominus noster corpus suum in cibum nobis exhibuit: dulciora exquiruntur pocula qua die potatus est felle Redemptor; & vsque ad crapulam vomitumque mero repletur stomachus, quando pretioso sanguine venæ euacuantur Saluatoris.*

D 4. d. 15. 3. 4. q. 1. ad 4. & 3. 2. l. c. a. 8. ad 3.

E In 4. l. c. a. 3. q. 1. ad 2.

Hebdomada Sancta strictiori jejunii obseruantia colenda.

F Dan. 9. ibi. in fi.

Singulis eius diebus aliquid Christus est passus.

Ea in hebdomada sumptuosiora parantur conuiuia, non strictiora jejunia obseruantur.

f *Sed & propter eandem superiùs allatam rationem in vigilijs jejunamus præcipuarum solemnitatum, & primorum Sanctorum.* Nam in solemnitatibus G præcipuis vigilias jejunamus, vt paratiores ad deuotionem festi simus, & vt gaudium æternum, quod per temporales solemnitates significatur, ad tribulationes præsentis vitæ, quas Sancti passi sunt, subsequi demonstretur. (*Cur autem, & vnde jejunia*, vigiliæ *dicantur*: *Vide V.* Officium *Tomo* 3.) *Præterea* consuetudo H Ecclesiastica habet, vt in singulis quartis anni Sacri Ordines conferantur: in cujus signum Dominus quatuor millia hominum de septem panibus satiauit, per quos significantur anni noui Testamenti, vt *Hieronymus* dicit; ad quorum susceptionem oportet per jejunium præparari & eos qui ordinant, & illos qui ordinandi sunt, & etiam totum populum, pro cujus vtilitate ordinantur. Vnde & legitur *Luc. 6.* quòd Dominus ante discipulorum electionem exiuit in montem orare. Quod exponens *Ambrosius*, dicit: *Quid te facere conuenit, cum vis aliquod pietatis officium adoriri, quando Christus, missurus Apostolos, priùs orauit?* Singula verò jejunia quatuor temporum tribus diebus continentur propter numerum mensium, qui competit cuilibet tempori: vel propter numerum Sacrorum Ordinum, qui in his temporibus conferuntur, *qui tres numerantur. Neque ex eo, quòd Iudæi in quarto, quinto, septimo, & decimo mense sua instituebant jejunia* (*Zach.* 8. Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium septimi, & jejunium decimi erit domui Iuda in gaudium & lætitiam, & in solemnitates præclaras:) *nobis ideò in quatuor anni temporibus jejunandum non est, cum diuersa tunc & modò jejunandi causa subsit.* Ecclesia *quippe* non seruat I jejunia quatuor temporum, nec omnino eisdem temporibus, quibus Iudæi, nec etiam propter causas easdem. Illi enim jejunabant in Iulio, qui est quartus mensis ab Aprili, quem primum habent: quia tunc Moyses descendens de monte Sinai, tabulas legis confregit; & juxta Ieremiam (*cap. 39.*) muri primùm rupti sunt ciuitatis. In quinto autem mense, qui apud nos est Augustus: quia, cum propter exploratores seditio esset orta in populo, jussi sunt in montem non ascendere (*Num.* 14. & *Deuter.* 1.) Et in hoc mense à Nabuchodonosor, & post à Tito Templum Ierosolymis est incensum. In septimo verò, qui appellatur October, Godolias occisus est, & reliquiæ populi dissipatæ, (4. *Reg.* 25. & *Ierem.* 41.) In decimo verò mense, qui apud nos Ianuarius dicitur, populus cum Ezechiele in captiuitate positus, audiuit Templum esse subuersum, (4. *Reg.* 25. & *Ier.* 52.) Apud nos autem L (præter jejunium Quadragesimale, in quo omnium dierum quasi decimam soluimus) in singulis quadris anni, tres dies jejunij instituti sunt, qui quasi in primitias computantur, & ad expiandum peccata singularum quartarum.

Cur in quorundam solemnitatum vigiliis ieiunemus.

G 4. d. 15. 3. 1. q. 1. ad 6. & 2. 2. 147. 5. c.

H 2. 2. loc. cit. Conuenientia Ieiuniorum quatuor temporum.

Quibus in mensibus jejunarent Iudæi.

Iejunando in quatuor temporibus non ideò judaizamus.

I 2. 2. loco cit. ad 2. In 4. d. 15. 3. 3. q. 2. ad 4.

L In 4. loc. cit. fi.

g *At quæritur: cur infra Octauas Pentecostes jejunia instituta sint, cum hæc temporibus lætitiæ non competant*: propter quod M non est jejunium ab Ecclesia institutum in toto Paschali tempore; *vnde & in vigilia Apostolorum Philippi & Iacobi intermittitur, & tempore Natiuitatis in vigilia S. Ioannis Euangelistæ. Ad quod dicendum, quòd* sicut N dicit *Leo Papa*: post sanctæ lætitiæ dies, quos in honorem Domini resurgentis, & in Cœlum ascendentis, exegimus, & post acceptum Spiritus Sancti donum, salubriter & necessariò consuetudo ordinata est jejunij: vt si quis fortè inter ipsa festiuitatis gaudia negligens, libertate & licentiâ immoderatâ aliqua præsumpsit, hoc abstinentiæ censurâ castiget. Tum etiam, jejunium est exultationis (*nam* sicut O est *ex Augustino* jejunium afflictionis: ita est jejunium exultationis:) quod illis, qui Spiritum Sanctum acceperunt, competit: cum gaudio enim spirituali etiam afflictio corporalis se compatitur; vnde non fit genuflexio, & *Alleluja* cantatur: quod non obseruatur in alijs jejunijs. *Et quidem* jejunium P quantum est de se, nullo tempore est prohibitum: vnde SS. Patres in deserto secundùm *Isidorum* tempore Paschali jejunabant, excepto die Dominicæ resurrectionis, in quo non videtur conueniens jejunare, eoquòd tota Ecclesia lætitiæ festum agit. (*Ex quo*, quia Q in singulis Dominicis memoria resurrectionis agitur, in diebus Dominicis secundùm communem consuetudinem Ecclesiæ jejunia intermittuntur. *Sed &* si quis R jejunaret contra consuetudinem

Cur infra Octauas Pentecostes jejunia instituta: cum toto tempore Paschali Ecclesia jejuniū tollat, quia tempus lætitiæ.

M 2. 2. 147. 5. ad 3. & Matth. 9. lit. c. ibi, sponsi.

N In 4. d. 15. 3. 3. q. 1. ad 5. & 2. 2. l. c. a. 4. ad 5. & a. 5. ad 3

O 2. 2. loc. cit. Iejunium afflictionis, & exultationis.

P In 4. d. 15. 3. 3. q. 3. c & 2. 2. 147. 5 ad 3. Iejunium de se nullo tempore interdictum.

Q In 4. loc. cit. ad 1. & 2. 2. l. c.

In Dominica resurrectionis jejunium non conuenit, per cōsequens nec in aliis Dominicis.

R 2. 2. loc. cit. Rom 14. l. 1. ibi, omnem diem.

populi Christiani, quæ ex *Augustino* pro lege est habenda, vel etiã ex aliquo errore, sicut Manichæi jejunant, quasi necessarium tale jejunium arbitrantes, non esset à peccato immunis. *Quinimmò* in Decretis S dicitur *Dist.*30. Si quis propter publicam pœnitentiam à Sacerdote acceptam, absque alia necessitate die Dominica pro quadam religione jejunauerit: anathema sit.) Et ideò non est conueniens, quòd aliquis illo die operibus afflictionis intendat: quia *turpis est omnis pars, quæ suo toti non congruit*, vt dicit *Augustinus* in Lib. Confess. Sed per accidens potest esse jejunium alicujus in die festo illicitum, si adeò pertinaciter jejunium teneret, quòd non crederet, per deuotionem festi vtilitatem jejunij posse compensari: *satis enim deuoto spiritu compensatur. Ex quo de pia Iudith legimus cap.*8. *quòd* jejunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter Sabbata, & Neomenias, & festa domus Israel.

Contra consuetudinem Ecclesiæ jejunans, peccat. S Rom. 14. loco cit.

Vtilitas jejunij per deuotionem festi compensatur.

h *Porrò vnica in die jejunij statuitur comestio. Nam* jejunium T ab Ecclesia instituitur ad concupiscentiam refrænandam, ita tamen quòd natura saluetur. Ad hoc autem sufficere videtur vnica comestio, per quam homo potest & naturæ satisfacere, & tamen concupiscentiæ aliquid detrahit, diminuendo comestionum vices. *Qua verò sit horâ, hæc habenda, communiter docemur, quòd hora circiter nonâ. Et ratio adducitur: quia* jejunium V ordinatur ad deletionem & cohibitionem culpæ: vnde oportet, quòd aliquid addat supra communem consuetudinem, ita tamen quòd per hoc non multùm natura grauetur. Est autem debita & communis consuetudo comedendi hominibus circa horam sextam: tum quia jam videtur esse completa digestio nocturno tempore, naturali calore interiùs reuocato propter frigus noctis circumstans, & diffusio humoris per membra, cooperante ad hoc calore diei vsque ad summum Solis ascensum: tum etiam, quia tunc præcipuè natura corporis humani indiget juuari contra exteriorem aeris calorem, ne humores interiùs adurantur. Et ideò, vt jejunans aliquam afflictionem sentiat pro culpæ satisfactione, conueniens hora comedendi taxatur jejunantibus circa horam nonam. Conuenit etiam ista hora mysterio passionis Christi, quæ completa fuit horâ nona, quando inclinato capite tradidit spiritum. *Et alibi.* Horam X debitam comedendi credimus esse Tertiam, quando non jejunatur, propter illud Act.2. *Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei Tertia.* Q. d. Petrus, qui hoc dixit: Non est credibile, quòd hi comederint & biberint, quia non transijt hora Tertia. Quando autem jejunatur, credimus, horam comedendi esse post Sextam: quia tunc transijt medietas diei. Et tunc fuit Dominus noster Iesus Christus crucifixus; & tunc legitur sitisse. *Quò faciunt Authoris verba ab initio proposita:* Jejunantes Y dum suam carnem affligunt, passioni Christi conformantur, *secundùm illud ad Galat.*5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. *Veruntamen* Ecclesia Z arctare non intendit ad subtilem temporis inspectionem, nec oportet astrolabium accipere ad horam comestionis cognoscendam: vnde sufficit, si circa horam illam, quam Ecclesia instituit, jejunans sumat cibum, etiamsi aliquantulùm propter aliquam necessitatem anticipet. *Neque ex eo, quòd nouum Testamentum veteri perfectius est, debemus in jejunio vsque ad vesperam cibi sumptionem protrahere: (videtur enim, quòd si Iudæi vsque ad vesperam ab escis abstinebant, vt habetur* Leuit.23. *multò magis & nos idem præstare debeamus:) tum quia lex noua lex amoris est & suauis, vetus autem timoris & aspera: tum etiam, quia* status A veteris testamenti comparatur nocti: status verò noui testamenti diei, secundùm illud ad Roman.13. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit.* Et ideò in veteri Testamento jejunabant vsque ad noctem, non autem in nouo. *In quo nec est tempore nocturno comedendum: (quamuis modica permittantur in sero ad bibendum jentacula: de quo vide* Summistas:) *vnde & Christum* Matth.4. *jejunasse legimus* quadraginta diebus & quadraginta noctibus. *Nec perperam* addit B *& noctibus*: ne crederent aliqui, quòd comedere liceret in nocte, sicut Saraceni faciunt. *Et hæc quoad tempus jejunij.*

Vnicam exigit jejunium comestionem.
T 2. 2. 147. 6. c. In 4. d. 15. q. 3. a. 4. q. 1. ad 1. & d. 15. q. 3. a. 4. q. c. & 2.
Qua hora hæc habenda.
Conuenientia adducitur.
V 2. 2. l. c. a. 7. c. In 4. d. 15. q. 3. a. 4. q. 3. c. & ad 2.
Cur circa horam sextam prandeamus communiter.
Hora comestionis in jejunio cõgruit mysterio passionis Christi.
X Apoc. 16. cap. 1. ibi, septimus Angelus.
Y 2. 2. 147. 7. fi. c.
Z 4. d. 15. q. 3. a. 4. q. 3. c. & 2. 2. l. c. ad 2.
Non est hæc hora subtiliter mensuranda.
Neque cum Iudæis vsque ad vesperam protrahenda comestio: & quare.
A 2. 2. l. c. ad 2. In 4. l. c. ad 3.
Testamentum vetus nocti, nouum diei comparatur.
B Matth. 4. lit. a. ibi.

i *Circa verò ciborum qualitatem*, cum jejunium C Ecclesia instituerit ad satisfaciendum, & concupiscentiam reprimendum: sicut determinauit abstinentiam jejunij quantùm ad numerum, vt scilicet semel tantùm jejunans comederet ad afflictionem carnis propter satisfactionem; ita taxauit, vt à carnibus abstineretur: quia hoc genere cibi præcipuè concupiscentia fouetur, & roboratur. *Et hoc non sine causa*: quia enim D carnes animalium magis conformantur humano corpori, plùs delectant, & magis conferunt ad humani corporis nutrimentum: & sic ex earum comestione plus superfluit, vt vertatur in materiam seminis, cujus multiplicatio est maximum incitamentum luxuriæ. *Nec valet, quòd vinum magis ad concupiscentiam incitet, quàm esus carnium, ex illo Prouerb.*20. Luxuriosa res vinum; *& Ephes.*5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: *& tamen ab Ecclesia non interdicitur. Non valet, inquam. Pro quo sciendum, quòd* ad actum E generationis tria concurrunt: scilicet calor, spiritus, & humor. Ad calorem quidem maximè cooperatur vinum, & alia calefacientia corpus. Ad spiritus autem videntur cooperari inflatiua. Sed ad humorem maximè cooperatur vsus carnium, ex quibus multum de alimento generatur. Alteratio autem caloris, & multiplicatio spirituum citò transit: sed substantia humoris diu manet. Et ideò magis interdicitur jejunantibus vsus carnium, quàm vini, vel leguminum, quæ sunt inflatiua. *Adde, quòd* subtractio F vini nimis debilitaret naturam propter digestionis impedimentum; *vnde Apostolus* 1. *ad Tim.*5. Modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates. *Sed &, præter carnes*, oua G & lacticinia jejunantibus interdicuntur, in quantùm sunt ex animalibus exorta carnes habentibus: principaliùs tamen interdicuntur carnes, quàm oua, vel lacticinia. Et ideò in quolibet jejunio interdicitur esus carnium: in jejunio autem Quadragesimali interdicuntur vniuersaliter etiam oua & lacticinia. Circa quorum abstinentiam in alijs jejunijs diuersæ consuetudines existunt apud diuersos, quas quisque obseruare debet secundùm morem eorum, inter quos conuersatur. Vnde de jejunijs loquens, dicit *Hieronymus:* Vnaquæque Prouincia abundet in suo sensu; & præcepta majorum, leges Apostolicas arbitretur. *Conceduntur autem jejunantibus conuenienter pisces: nam* pisces H habent naturam humidiorem & rariorem & frigidiorem (*vnde* ex aqua I dicuntur esse pisces quantùm ad id, quod in ea grossius est, *etsi* in corporibus omnium animalium simpliciter dominatur terra secundùm quantitatem:) quod patet, quia citiùs propter suam raritatem corrumpuntur, & propter suam frigiditatem non ita nutriunt. Propter quod & Religiosi in Conuentibus magis vtuntur piscibus, quàm carnibus: quia scilicet homines ex vsu piscium propter suam frigiditatem ad voluptates non ita inardescunt, neque tantum humorem, neque tantum calorem in homine relinquunt. *Nec tamen vnicæ in die jejunij comestioni præfatæ quicunque extra illam officit etiam multiplex potus: sicut neque aliorum sumptio, quæ principaliter ad nutrimentum & refectionem non assumuntur. Vt enim*

Cibi qualitas in jejunio.
C 4. d. 15. q. 3. a. 4. q. 2. c. & 2. 2. 147. 8. c.
D 2. 2. l. c. In 4. l. c.
Quare in eo esus carnium prohibitus.
Cur esus carnium magis ad concupiscentiam incitet, quàm vinum.
E 2. 2. l. c. ad 1. In 4. l. c. ad 1. & 2.
Ad actum generationis tria concurrunt.
F In 4. l. c. ad 3.
G 2. 2. l. c. a. 8. ad 3. & in corp. In 4. l. c. ad 4.
Oua etiam, & lacticinia interdicuntur, quamuis consuetudo alicubi extra Quadragesimam illa admittit.
H Genes. 1. ibi, producant aquæ reptile.
Pisces cur in jejunio comedantur.
I 2. d. 15. 3. 1. ad 3.
Cur plures religiosi piscium cibos elegerint.
Nec potus vini, nec sumptio eorum, quæ principaliter non sumuntur ad nutrimentum & refectionem, jejunium soluunt.

Num.

Digitized by Google

L 4. d. 8. 2. 4. q. 2. ad 2. & d. 15. 3. 1. q. 1. 1. & ad 5. & q. 2. ad 1. & 2. & 4. q. 1. ad 1. & 3. & 2. 2. 147. 1. ad 3. & a. 6. ad 2. & 3. & 3 p. 80. 8. ad 4.

Num. præced. *prætactum est*: Duplex est L jejunium, scilicet naturæ, & Ecclesiæ. Jejunium naturæ est, quo quis jejunus dicitur ante cibum sumptum illa die, etiamsi pluries postea comesturus sit. Et quia hoc jejunium dicitur ex priuatione cibi præassumpti, ideò quælibet cibi sumptio hoc jejunium tollit. Jejunium autem Ecclesiæ est, quo dicitur quis jejunans secundùm modum ab Ecclesia institutum ad carnis afflictionem: & hoc jejunium manet etiam post vnicam comestionem; nec soluitur, nisi per secundam sumptionem illorum, quæ in cibum & refectionem de se consueuerunt assumi. Et ideò ea, quæ propter alios cibos accipi consueuerunt, vel digerendos, sicut electuaria; vel deducendos per membra, sicut potus vini aut aquæ, hujusmodi jejunium non soluunt: quamuis etiam aliquo modo nutriant. *Immò nec aliarum* M *medicinarum* assumptio soluit (*quia nec medicinæ nec electuaria per modum cibi nutrientis & reficientis sumuntur*:) nisi fortè aliquis in fraudem electuaria in magna quantitate assumat per modum cibi.

M 2. 2. 147. 6. ad 3.

Quidnam seruandum in dispensatione à ieiuniis.

N 2. 2. l. c. a. 4. c. In 4. d. 15. 3. 2. q. 1. & 4. c.

l *Quoad personas denique jejuniorum legibus obstrictas, docemur, quòd* statuta N communia proponuntur, secundùm quod multitudini conueniunt: & ideò legislator in eis statuendis attendit id, quod communiter habetur, & in pluribus accidit. Si quid autem ex speciali causa in aliquo inueniatur, quod obseruantiæ statuti repugnet, non intendit talem legislator ad statuti obseruantiam obligare: in quo tamen est discretio adhibenda. Nam, si causa sit euidens, per se ipsum licitè potest homo statuti obseruantiam præterire, præsertim consuetudine interueniente: vel si non posset de facili recursus ad Superiorem haberi. Si verò causa sit dubia, debet aliquis ad Superiorem recurrere, qui habet potestatem in talibus dispensandi. Et hoc est obseruandum in jejunijs ab Ecclesia institutis, ad quæ omnes communiter obligantur, nisi in eis fuerit aliquod speciale impedimentum. *Speciale inquam impedimentum, quale tum in senibus consideratur tum in paruulis; vnde docemur, quòd* si forte O propter infirmitatem, vel ætatem, aut aliquid hujusmodi, hoc eis in magnum grauamen cederet, esset cum eis in jejunio dispensandum. *Ætas verò (quoad senes) hujus capax dispensationis statuitur communiter annorum sexaginta. Vt enim tradit* Cajetanus *Authoris nostri Commentator:* Natura P est adeò debilis in sene, vt non possit multum simul cibum digerere, & propterea eget frequenti alimento modico, sicut infirmi: (Senectus *enim* ipsa morbus est.) Communiter autem videtur hoc accidere anno sexagesimo ætatis, cum scriptum sit Psal. 89. *Dies annorum nostrorum septuaginta anni: & Quod antiquatur & senescit, prope interitum est*, vt dicitur ad Hebr. 8. Est ergo sexagenarius communiter prope naturalem interitum, ac per hoc senex. Vnde nisi euidenter constet, quòd possint alimentum pro jejunio opportunum digerere, & tolerare, non debent hi conari ad jejunium. *Puerilem quoque ætatem à jejunio rationabiliter dispensat Ecclesia: quia* in pueris maximè est Q euidens causa non jejunandi, tum propter debilitatem naturæ, ex quo prouenit, quòd indigent frequenti cibo (*non secus ac senes*) & non multo simul assumpto: tum etiam, quia indigent multo nutrimento propter necessitatem augmenti, quod fit de residuo alimenti (*qua de causa & prægnantes & nutrices, quæ ad infantium alimoniam majori nutrimento egent, à jejunio dispensantur:*) Et ideò, quandiu sunt in statu augmenti, quod est vt in pluribus vsque ad finem tertij septennij, non tenentur ad Ecclesiastica jejunia obseruanda. *Sanè*, quamuis R pueri plus habeant de humido, quàm prouecti: quia tamen illud est minùs inspissatum, citiùs potest à calore consumi; & ideò frequentiori indigent refectione. *Verumtamen* conueniens S est (*nota*) vt etiam in hoc tempore se ad jejunandum exerceant, plùs vel minùs, secundùm modum suæ ætatis. Quandoque tamen, magna tribulatione imminente, in signum pœnitentiæ arctioris, etiam pueris jejunia indicuntur: sicut etiam de jumentis legitur *Ion.* 3. Homines & jumenta non gustent quidquam, & aquam non bibant. *Et hoc præsertim, si grauis instet tribulatio Communitati.*

Ad hæc omnes tenentur, qui legitimo carent impedimento.

O 2. 2. l. c. a. 4. ad 3.

Dispensantur communiter sexagenarii.

P 2 2. l. c. ad 4. 4. & in Summula V. Ieiunium.

Et pueri vsque ad annum vigesimum primum inclusiuè.

Q 2. 2. 147. 4. ad 2. In 4. d. 15. 3. 2. q. 3. c. & ad 1.

Item nutrices, & prægnantes.

R In 4. loc. cit. ad 3.

S 2. 2. loco cit. Pueri in ieiuniis exercendi.

m *Quod verò spectat ad hominum opera laboriosa, generaliter instruimur, quòd* intentio T legislatoris est conseruare homines, & inducere ad bonum statum virtutis: qui quidem consistit in conseruatione vitæ, & valetudine sufficiente ad opera, quæ quis facere debet. Nec tamen suo præcepto exigit ab homine totum quod potest, cum non intendat ordinare statum hominis quantùm ad vnum diem, vel ad paruum tempus, sed ad totam vitam: à quo deficeret, si semel homo totum quod posset, faceret. Et ideò, siue ægritudine imminente, siue labore viæ, siue quocunque alio, cum quo simul & jejunio prædictus status conseruari non potest, non tenetur quis ex præcepto jejunare. *Ex quo circa* V *peregrinos & operarios distinguendum videtur.* Quia, si peregrinatio & operis labor commodè differri possit aut diminui absque detrimento corporalis salutis, & exterioris status, qui requiritur ad conseruationem corporalis vel spiritualis vitæ, non sunt propter hoc Ecclesiæ jejunia prætermittenda. Si autem immineat necessitas statim peregrinandi & magnas diætas faciendi: vel etiam multùm laborandi vel propter conseruationem vitæ corporalis, vel propter aliquid necessarium ad vitam spiritualem; & simul cum hoc non possint Ecclesiæ jejunia obseruari: non obligatur homo ad jejunandum. Quia non videtur fuisse intentio Ecclesiæ statuentis jejunia, vt per hoc impediret alias pias, & magis necessarias causas. Videtur tamen in talibus recurrendum esse ad Superioris dispensationem, nisi fortè vbi est ita consuetum: quia ex hoc ipso, quòd Prælati dissimulant, videntur annuere. *Illud verò circa itinerantes bene nota, quod Author aduertit, cum ait:* Hoc tamen X intelligitur de ijs, qui labore itineris adeò affliguntur, quòd simul cum jejunio itinerari non possunt. *Ex quibus deducitur, sine aliqua ex causis præfatis jejunium soluentes, Ecclesiastici præcepti transgressores fieri, & peccato mortali consequenter obnoxios. Quæ plura desiderantur, Vide fusius apud* Summistas.

Quis legislatoris finis circa ieiunium.

T In 4. d. 15. 3. 2. q. 4. c. & q. 1. c.

V 2. 2. 147. 4. ad 3. In 4. l. c. a. 2. q. 4. ad 1. & 3.

Quid de operariis, itinerantibus, & huiusmodi.

X In 4. l. c. ad 1.

n *Cæterùm aliud est, jejunij præceptum violare: aliud, jejunij meritum amittere, simulque alio ex capite peccare. Nam ipsa jejunij die si quis* Y immoderatè potu vtatur, potest peccare, & meritum jejunij perdere: sicut etiam, si immoderatè cibum in vna comestione assumat. *Et ratio adducitur: quia* præceptum Z dupliciter obseruatur. Vno modo sic, quòd obseruatum, est meritum gloriæ. Alio modo sic, quòd obseruatum facit vitare pœnam. Primo modo obseruatur, quando substantia actus impletur cum modo conuenienti, quem charitas ponit. Secundo modo obseruatur, solâ substantia actus adimpletâ; quod contingit in eo, qui non habet habitum charitatis: potest enim & injustus justa agere, secundùm Philosophum *in* 2. *Ethic.* *Hoc profectò modo jejunij præceptum obseruat qui cum mortali culpa jejunium instituit, quia ad meritum gloriæ sibi non valet: caret enim charitate, sine qua nihil est homo, vt ajebat Apostolus* 1. Cor. 13. (*Non ita jejunauit Moyses, de quo immò legitur* Exod. 34. Fuit cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit. *Haud secus & nos jejunando esse cum Christo debemus, non cum diabolo, quo cum est qui in peccato jejunat.*) *Hoc etiam pacto jejunium sine merito obseruat*

Aliud ieiunii præceptū violare: aliud ieiunii meritum amittere.

Y 2. 2. 147. 6. ad 2. & In 4. d. 15. 3. 4. q. 3. 2. & q. 3. ad 2.

Contingit secundum, nec sine culpa, frequenter.

Z Ver. 24. 12. ad 16.

Dupliciter præceptū obseruatur.

Digitized by Google

Diebus jejunii à cibis delicatioribus ad majus meritum abstinendum.

qui ex nimia immoderantia & gulæ concupiscentia in die jejunij comedendo peccat. Idcircò ad magis affligendam carnem, propter quod jejunia instituta sunt, monemur delicatiores escas jejuniorum diebus prætermittere. Ita faciebat Daniel, *qui de se jejunante* cap. 10. *promebat:* Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus: panem desiderabilem non comedi; & caro, & vinum non introierunt in os meum &c. *Panem desiderabilem &c.* idest A à suauiori cibo abstinens: vbi docemur, quòd diebus jejunij à cibis delicatis debemus abstinere, *ad euitandum scilicet nimiæ concupiscentiæ periculum, & vt jejunij meritum augeatur. Quin & ita abstinentes, vegetiores per jejunium redduntur & corpulentiores, vt in præfato Daniele socijsque illius jejunantibus compertum est* Dan. 1. *Ad Principem siquidem eunuchorum dixisse traditur:* Tenta nos, obsecro, seruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum: & contemplare vultus nostros, & vultus puerorum, qui vescuntur cibo regio: & sicut videris, facies cum seruis tuis. Qui, audito sermone hujuscemodi, tentauit eos diebus decem. Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio. *Et quidem docemur, quòd* cibi B subtractio non multùm mortem accelerat, cum corpus humanum inueniatur frequentiùs ex superfluitate, quàm ex defectu mortales ægritudines incurrere (*vt experientia notum:*) vnde etiam *Galenus* dicit, quòd *summa medicina est abstinentia.* Inueniuntur etiam ad sensum abstinentes vt frequenter diutiùs viuere. *Ex quo eodem puero Daniele erudimur & adolescentulos in jejunijs vtiliùs exercendos, quàm in delicijs nutriendos: nec delicatioris temperamenti viros, aut debilioris complexionis mulieres à jejunij obseruantia eximendos, cum & hinc tener juuenculus Daniel, & hinc Iudith delicata fœmina adducatur:* quæ habens super lumbos suos cilicium (*& puella* Cæcilia cilicio membra domabat) jejunabat omnibus diebus vitæ suæ, *vt habetur* Iudith 8. *Fingimus quippe sæpe sæpiùs salutis periculum vbi non est. Verùm, quali & quanto merito jejunent modò & abstineant vt in pluribus fideles, satis compertum habemus. Vel enim ad satietatem vna pro trina comestione vorant: vel exquisitiora ad gulæ explendam libidinem cibaria quærunt; vel, sub prætextu faciliùs digerendi cibos aquosos, generosiora vina, nec citra quandoque ebrietatem, conferunt. Et ô vtinam, solo amisso jejunij merito, præceptæ ab Ecclesia abstinentiæ obseruarentur! Minùs tolerandum absurdum est, quòd jam pars major fidelium sacro-sanctam Quadragesimæ obseruantiam dissueuit amplecti: & qui vegeti & fortes in vigilijs, in tripudijs, in ludis, in luxurijs, in comessationibus tempore Bacchanaliorum reputantur & sunt: vel primis Quadragesimæ aduenientibus diebus, ijdem infirmi, languidi, debiles inueniuntur* (lassati *vt plurimùm* in via iniquitatis, *vt dicitur* Sap. 5.) *& quod longè deterius, tales nec sine jurejurando à Medicis physicis Ecclesiæ denunciantur, ad sui & illorum spiritualem perniciem. Vtque transgressio in duplum accrescat, ad gulositatem exsaturandam inter sumptuosas ex carnibus epulas pisces non rarò intterserunt & ostrea: quò nimirùm impiè suo inexplebili ventri duplicem hostiam sacrificent:* Quorum Deus venter est, *ajebat de hujusmodi Apostolus* Philipp. 3. *At priùs præmiserat:* Quorum finis interitus; *scilicet*, mortis C æternæ. *Quocirca* sciendum D quòd quatuor mala proueniunt eis, qui nolunt jejunare, cum debent. Primum est malum culpæ, Ezech. 16. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, satietas panis, & abundantia.* Secundum est malum damni. Qui enim non vult jejunare, hic à fructu æternæ vitæ perpetuò jejunabit. Hoc significatur *Genes.* 3. vbi dicitur, quòd Adam noluit abstinere à fructu ligni vetiti. Vnde dixit Dominus: *Ne fortè sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Et emisit eum Dominus Deus de Paradiso voluptatis.* Tertium est malum pœnæ præsentis, Eccli. 37. *Propter crapulam multi obierunt &c.* Quartum est pœna famis & sitis in Inferno perpetua. Qui enim non vult modò jejunare, famem & sitim perpetuò sustinebit, Is. 65. *Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce serui mei bibent, & vos sitietis.* Quod patet in diuite epulante, qui nolebat jejunare, sed quotidie splendidè comedebat; ideò non potuit habere guttam aquæ ad linguam refrigerandam, vt dicitur *Luc.* 16. *Ex opposito, cuncta jejunantibus ad votum succedunt,* 1. *Esdr.* 8. Jejunauimus, & rogauimus Deum nostrum: & euenit nobis prosperè. *Ita per jejunium liberauit populum suum de manu Holofernis piissima Iudith: quæ (vt præmissum est)* jejunabat omnibus diebus vitæ suæ. *Ita Esther Regina, nonnisi jejunio præmisso, à persecutore Aman excidium minitante gentem eripuit suam. Legitur enim* Esth. 4. *Mardochæo cum Iudæis hæc verba præmandasse:* Non comedatis, & non bibatis tribus diebus & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis similiter jejunabo; & tunc ingrediar ad Regem contra legem faciens, non vocata, tradensque me morti & periculo: *à quo per jejunium liberata est, & secum populus, vt habetur* cap. 7. & 8. *Sed & faciliter, per jejunium humiliati, ab æternæ quoque morte damnationis eripimur: nil etenim ad impetrandam à Deo peccatorum veniam validius, quàm sacrum jejunium, Deut.* 9. Procidi ante Dominum quadraginta diebus & noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata vestra: & exaudiuit me Dominus. *Quod & manifestè jejunantes experti sunt Niniuitæ, Ion.* 3. Homines & jumenta & boues & pecora non gustent quidquam: nec pascantur, & aquam non bibant &c. *moxque sequitur:* Et misertus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. *DISCE, quòd esurientes hìc & sitientes* non esurient neque sitient ampliùs *in Patria. Vide* Abstinentia, Abstinentia à licitis, Gula, Hypocrisis, Sobrietas, Temperantia.

A Dan. 10. ibi, & 3. Argumenta litteralia.

Jejunium vegetiores facit.

B 4. d. 15. 3. 1. q. 1. ad 3.

Ab eo se non eximant delicatiores viri & mulieres.

Moralitas.

C Phil. 3. l. 3. ib.

D Serm. ex Eu. Dom. 1. Quadr.

Quatuor non jejunantibus imminent mala.

Jejunii vis & vtilitas.

JERVSALEM. Vide CHRISTI MORS.
JESVS. Vide CHRISTI NOMEN.

IGNORANTIA.

III. Peccata, quæ per ignorantiam committuntur, minora sunt. *Ps. 24. lit. f.*

O IGnorantiam effectum esse peccati & pœnam, manifestum est. Nam per justitiam E originalem perfectè ratio continebat inferiores animæ vires, & ipsa ratio à Deo perficiebatur ei subjecta. Hæc autem originalis justitia subtracta est per peccatum primi parentis; & ideò omnes vires animæ remanent quodammodo destitutæ proprio ordine, quo naturaliter ordinantur ad virtutem: & ipsa destitutio, vulneratio dicitur naturæ. Sunt autem quatuor potentiæ animæ, quæ possunt esse subjecta virtutum: scilicet ratio, in qua est prudentia: voluntas, in qua est justitia: irascibilis, in qua est fortitudo: concupiscibilis, in qua est temperantia. In quantùm ergo ratio destituitur suo ordine ad verum, est vulnus ignorantiæ: in quantùm verò voluntas destituitur suo ordine ad bonum, est vulnus malitiæ: in quantùm verò irascibilis destituitur suo ordine ad arduum, est vulnus infirmitatis: in quantùm verò concupiscibilis destituitur suo ordine ad delectabile moderatum ratione, est vulnus concupiscentiæ. *Sicut pariter eadem humana natura* est F corruptibilis effecta per deordinationem ipsius corporis. Et quamuis hujusmodi defectus non sint intenti à peccante: sunt tamen

Ignorantia est effectus peccati & pœna.

E 1. 2. q. 85. 3. & 3. c. Ma. 2. 11. fi. c. & q. 3. 6. ad 8. Ad Gal. 3 l. 7.

Quatuor ex peccato, oriuntur vulnera.

F 1. 2. d. c. 4. fi. c.

tamen ordinati secundùm justitiam Dei punientis.

Cæcus à natiuitate humanæ ignorantiæ typus.
G Ioan. 9. l. 1. lit 4.

Et quidem mente obcæcatum ex peccato hominem significat cæcus ille à natiuitate, de quo Ioann. 9. Mysticè G genus humanum *secundùm Augustinum* est iste cæcus: nam spiritualiter cæcitas peccatum est. Qui *à natiuitate* cæcus est, quia ex sua origine trahit peccatum. Hæc enim cæcitas contigit per peccatum in primo homine, de quo omnes originem traduximus.

H Ma. 8. 1. ad 7. & 1. p. 101. 1. ad 2. & 1. 2. 94. 5. c. & 76. 2 c. Hann. 2. d. 22. 2. 2 c. In 4. d. 30. 1. 1. ad 1. & d. 49. 2. 5. ad 8. Hebr. 5. l. 1. ibi, ignorant.

Differentia inter nescientiam, ignorantiam, & errorem.
I Ma. 3. 7. c. Is. 5. ibi, scientiam, & lotis est.

Porrò videntur H ad defectum cognitionis pertinere nescientia, ignorantia, & error. Inter quæ nescientia est communis, quia importat carentiam scientiæ. Ignorantia verò est quædam nescientia eorum, quæ homo natus est scire. Error verò supra ignorantiam addit applicationem mentis ad contrarium veritatis: ad errorem enim pertinet approbare falsa pro veris. *Addit inquam error* actum I quendam super ignorantiam: potest enim esse ignorantia sine hoc, quòd aliquis de ignotis sententiam ferat; & tunc ignorans est, & non errans: sed quando jam falsam sententiam fert de his, quæ nescit, tunc propriè dicitur errare. Et quia peccatum in actu consistit, error manifestè habet rationem peccati.

An præfata habeant rationem culpæ.
In Angelis est nescientia, & in homine fuit secūdùm statum naturæ integræ.
L 2 d. 43 1. 6. c. & 1. p. 12. 4. ad 2.

Sed nescientia de se nec rationem culpæ nec pœnæ habet: quòd enim aliquis nesciat ea, quæ ad ipsum non pertinet scire, vel quæ non est natus scire, nec culpa nec pœna est. Vnde in Angelis beatis est nescientia, vt *Dionysius* dicit in lib. *de Eccles. hierarch.* (*sicut &* ignorantia L aliquo modo in natura humana integra inueniri potuit; non secundùm quod ignorantia dicitur priuatiuè, sed secundùm quod dicitur negatiuè: (*quod ibi idem redit ac nescientiæ*) sic enim est defectus consequens intellectum creatum, in quantùm creatus est: ex hoc namque deficit à perfecto lumine intellectus increati.) Sed ignorantia de se rationem pœnæ dicit. Non autem omnis ignorantia habet rationem culpæ.

Ignorantia tripliciter cōsideratur.

Potest ergo talis ignorantia considerari tripliciter. Vno modo secundùm se: & sic non habet rationem culpæ, sed pœnæ. Malum enim culpæ est priuatio ordinis in actu: malum autem pœnæ est priuatio perfectionis à subjecto agente; vnde priuatio gratiæ vel scientiæ habet rationem pœnæ, si secundùm se consideretur. Alio modo potest considerari talis ignorantia per comparationem ad causam. Sicut enim causa scientiæ est applicatio animi ad sciendum: ita causa ignorantiæ est animum ad sciendum non applicare. Et hoc ipsum, quod est non applicare animum ad sciendum id, quod quis debet scire, est peccatum omissionis. Tertio modo potest considerari talis ignorantia per comparationem ad id, quod ex ea sequitur: & sic quandoque est causa peccati.

Quædam homo natus est scire, & tenetur scire: quædam natus est scire, sed non tenetur.
M 1. 2. 76. 2. c. & ad 5. & 1. p. 105. 2. ad 9. Hann. 2. d. 22. 2. 1. & in alio ibid.

Horum igitur, quæ homo natus est scire, quædam M aliquis scire tenetur, illa scilicet, sine quorum scientia non potest debitum actum rectè exercere.

Omnes tenentur scire quæ sunt fidei, & vniuersalia juris præcepta: & singuli quæ ad suum spectant officium.

Vnde omnes tenentur scire communiter ea, quæ sunt fidei, & vniuersalia juris præcepta; singuli autem ea, quæ ad eorum statum, vel officium spectant. Quædam verò sunt, quæ etsi aliquis natus est scire, non tamen ea scire tenetur: sicut theoremata Geometriæ, & contingentia particularia, nisi in casu. Manifestum est autem, quòd quicunque negligit habere vel facere id, quod tenetur habere vel facere, peccat peccato omissionis: vnde propter negligentiam, ignorantia eorum, quæ aliquis scire tenetur, est peccatum.

Ignorantia quomodo peccatum.

Non autem imputatur homini ad negligentiam, si nesciat ea, quæ scire non potest: vnde horum ignorantia, inuincibilis dicitur, quia studio superari non potest; & propter hoc talis ignorantia, cum non sit voluntaria (eo quòd non est in potestate nostra eam repellere) non est peccatum.

Ignorantia vincibilis & inuincibilis quæ.

Ex quo patet, quòd nulla ignorantia inuincibilis est peccatum: ignorantia verò vincibilis est peccatum, si sit eorum, quæ aliquis scire tenetur; non autem, si sit eorum, quæ quis scire non tenetur.

Prima aliquādo, secunda nunquam peccatum est.

Alioquì non dixisset, veniam implorans, Dauid Ps. 24. Delicta juuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris, Domine.

Ignorantia tripliciter se habet ad actū voluntatis.
N 1. 2. 6. 8 c. 9. 19. 6 c. & 76. 4. 3 & 4. In 2. d. 39. 1. 1. ad 4. & d. 43. 1. 1. ad 3. Ma. 3. 8. c.

p *Quoniam verò peccatum non est, nisi sit & voluntarium: ideò necessariò sciendum, quòd* ignorantia N tripliciter se habet ad actum voluntatis. Vno modo concomitanter: alio modo consequenter: tertio modo antecedenter. *Concomitanter* quidem, quando ignorantia est de eo, quod agitur: tamen, etiam si sciretur, nihilominus ageretur. Tunc enim ignorantia non inducit ad volendum, vt hoc fiat: sed accidit simul esse aliquid factum & ignoratum. Sicut cum aliquis vellet quidem occidere hostem, sed ignorans occidit eum, putans occidere ceruum. Et talis ignorantia non facit inuoluntarium, vt dicitur *in 3. Ethic.* quia non causat aliquid, quod sit repugnans voluntati: sed facit non voluntarium, quia non potest esse actu volitum quod ignoratum est. *Consequenter* autem se habet ignorantia ad voluntatem, in quantùm ipsa ignorantia est voluntaria. Et hoc contingit dupliciter secundùm duos modos voluntarij. *Vno modo*, quia actus voluntatis fertur in ignorantiam: sicut cum aliquis ignorare vult, vel vt excusationem peccati habeat, vel vt non retrahatur à peccando, secundùm illud Iob 21. *Scientiam viarum tuarum nolumus*. Et hæc dicitur ignorantia affectata.

Ignorantia affectata quæ.

Alio modo dicitur ignorantia voluntaria ejus, quod quis potest scire & debet: sic enim non agere, & non velle, voluntarium dicitur. Hoc igitur modo dicitur ignorantia, siue cum aliquis actu non considerat quod considerare potest & debet, quæ est ignorantia malæ electionis, ex passione vel ex habitu proueniens: siue cum aliquis notitiam, quam debet habere, non curat acquirere.

Ignorantia electionis quæ.

Et secundùm hunc modum ignorantia vniuersalium juris, quæ quis scire tenetur, voluntaria dicitur, quasi per negligentiam proueniens. Cum autem ipsa ignorantia sit voluntaria aliquo istorum modorum, non potest causare simpliciter inuoluntarium: causat tamen secundùm quid inuoluntarium, in quantùm præcedit motum voluntatis ad aliquid agendum, qui non esset scientia præsente. *Antecedenter* autem se habet ad voluntatem ignorantia, quando non est voluntaria, & tamen est causa volendi, quod aliàs non vellet: sicut cum aliquis homo ignorat aliquam circumstantiam actus, quam non tenebatur scire; & ex hoc aliquid agit, quod non faceret, si sciret: putà, cum aliquis, diligentiâ adhibitâ, nesciens aliquem transire per viam, projicit sagittam, qua interficit transeuntem. Et talis ignorantia causat inuoluntarium simpliciter. *Et hinc facilè deducitur, an & quando ignorantia excuset à culpa, siue à tota, siue à tanta.*

An ignorantia à peccato excuset.
O 1. 2. 76. 3. c & 1. 2. 156. 3. ad 1. In 2. d. 22. 2. 2. c. Ma. 3. 8. c. & ad 1. Rom. 1. l 7. & 1. Tim. 1. l 3. ibi, ignorans. Is. 5. ibi, scientiam. Qu. 9. a. 15.

Siquidem ignorantia O de se habet, quòd faciat actum, quem causat, inuoluntarium esse. Ignorantia autem dicitur causare actum, quem scientia apposita prohibebat; & ita talis actus, si scientia adesset, esset contrarius voluntati: quod importat nomen inuoluntarij. Si verò scientia, quæ per ignorantiam priuatur, non prohiberet actum propter inclinationem voluntatis in ipsum, ignorantia hujus scientiæ non facit hominem inuoluntarium, sed non volentem, vt dicitur *in 3. Ethic.* Et talis ignorantia, quæ non est causa actus peccati, quia non causat inuoluntarium, non excusat à peccato. Et eadem ratio est de quacunque ignorantia non causante, sed consequente vel concomitante actum peccati. Sed ignorantia, quæ est causa actus, quia causat inuoluntarium, de se habet, quòd excuset à peccato, eo quòd voluntarium est de ratione peccati.

Quòd totaliter à peccato non excuset, ex duobus cōtingit.

Sed quòd aliquando non totaliter excuset à peccato, potest contingere ex duobus. *Vno modo* ex parte rei ipsius ignoratæ: in-

Digitized by Google

tantùm enim ignorantia excusat à peccato, in quantùm ignoratur aliquid esse peccatum. Potest autem contingere, quòd aliquis ignoret quidem aliquam circumstantiam peccati, quam si sciret, retraheretur à peccando, siue illa circumstantia faciat ad rationem peccati, siue non; & tamen adhuc remanet ejus scientia per aliquid, per quod cognoscit illud esse actum peccati: putà, si aliquis percutiens aliquem; sciat quidem illum esse hominem, quod sufficit ad rationem peccati: non tamen scit, eum esse patrem, quod est circumstantia constituens nouam speciem peccati: vel fortè nescit, quòd ille se defendens repercutiat eum: quod si sciret, non percuteret: quod non pertinet ad rationem peccati. Vnde licèt talis propter ignorantiam peccet, non tamen totaliter excusatur à peccato, quia adhuc remanet ei cognitio peccati. *Alio modo* potest hoc contingere ex parte ipsius ignorantiæ, quia scilicet ipsa ignorantia est voluntaria vel directè, sicut cum aliquis studiosè vult nescire aliqua, vt liberiùs peccet: vel indirectè, sicut cum aliquis propter laborem, vel propter alias occupationes negligit addiscere id, per quod à peccato retraheretur. Talis enim negligentia facit, ignorantiam ipsam esse voluntariam & peccatum, dummodo sit eorum, quæ quis scire tenetur & potest; & ideò talis ignorantia non totaliter excusat à peccato. Si verò sit talis ignorantia, quæ omnino sit inuoluntaria, siue quia est inuincibilis, siue quia est ejus, quod quis scire non tenetur: talis ignorantia omnino excusat à peccato. *Et alibi vno verbo docemur, quòd* tunc P ignorantia culpam excusat, quando sic procedit, & causat culpam, quòd non causatur à culpa: sicut cum aliquis, adhibitâ diligentiâ debitâ, dum credit percutere hostem, percutit patrem. Si verò ignorantia causetur ex culpa, non potest subsequentem culpam ignorantia excusare. Vnde si quis per ebrietatem homicidium committit, non excusatur à culpa, quia peccauit se inebriando; vnde & secundùm Philosophum meretur duplices mulctationes, *propter duplicem videlicet culpam. Ex quibus omnibus innotescit satis, quandonam quæue ignorantia peccatum diminuat.* Quia enim omne Q peccatum est voluntarium, in tantùm ignorantia potest diminuere peccatum, in quantùm diminuit voluntarium: si autem voluntarium non diminuat, nullo modo diminuet peccatum. Manifestum est autem, quòd ignorantia, quæ totaliter à peccato excusat, quia totaliter voluntarium tollit, peccatum non minuit, sed omnino aufert. Ignorantia verò, quæ non est causa peccati, sed concomitanter se habet ad peccatum, nec minuit peccatum, nec auget. Illa igitur sola ignorantia potest peccatum minuere, quæ est causa peccati, & tamen totaliter à peccato non excusat. Contingit autem quandoque, quòd talis ignorantia directè & per se est voluntaria: sicut cum aliquis sua sponte nescit aliquid, vt liberiùs peccet. Et talis ignorantia videtur augere voluntarium & peccatum: ex intentione enim voluntatis ad peccandum prouenit, quòd aliquis vult subire ignorantiæ damnum propter libertatem peccandi. Quandoque verò ignorantia, quæ est causa peccati, non est directè voluntaria, sed indirectè, vel per accidens: putà, cum aliquis non vult laborare in studio, ex quo sequitur eum esse ignorantem: vel cum aliquis vult bibere vinum immoderatè, ex quo sequitur eum inebriari, & discretione carere. Et talis ignorantia diminuit voluntarium, & per consequens, peccatum: cùm enim aliquid non cognoscitur esse peccatum, non potest dici, quòd voluntas directè & per se feratur in peccatum, sed per accidens; vnde est ibi minor contemptus, & per consequens, minus peccatum. *Ex quibus hucusque allatis, quidquid ad culpabilem vel inculpabilem ignorantiam spectat, notum fieri faciliter potest.*

P Rom. 1. l. 7. initio.

An & quænam ignorantia peccatū minuat.

Q 1. 2. 76. 4. c. & loc. cit.

q *Hinc sequitur Primò, quòd* ignorantia R quæ opponitur prudentiæ, est ignorantia electionis, secundùm quam *omnis malus est ignorans* (vt dicitur in 3. *Ethic.*) quæ prouenit ex eo, quòd judicium rationis intercipitur per appetitus inclinationem. Et hæc non excusat peccatum, sed constituit: sed ignorantia, quæ opponitur scientiæ practicæ, excusat, vel diminuit peccatum. *Secundò sequitur, affectatam ignorantiam nedum non excusare culpam, vel minuere, sed immò augere*: ignorantia S affectata non excusat à culpa, sed magis videtur culpam aggrauare: ostendit enim hominem sic vehementer esse affectum ad peccandum, quòd vult ignorantiam incurrere, ne peccatum vitet. Et ideò Iudæi peccauerunt, non solùm hominis Christi, sed etiam tanquam Dei crucifixores. *Quo sensu dicitur ad Hebr. 3. (ex Psalm. 94.)* Ipsi autem non cognouerunt vias meas: *hoc est*, non T quantùm ad simplicem ignorantiam, sed ad affectatam, vt sit sensus, *non cognouerunt*; idest, cognoscere noluerunt, *Iob 21.* Qui dixerunt Deo: Recede à nobis: scientiam viarum tuarum nolumus. *Sequitur tertiò, aliud esse* per ignorantiam *peccare, aliud* ignoranter, 1. *Tim.* 1. Misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. *Vbi Author*: Aliud *inquit* est V ignoranter agere, aliud per ignorantiam. *Ignoranter* facit aliquid qui nescit quod facit: tamen si sciret, etiam faceret illud: sicut credens, se interficere feram, occidit inimicum suum; quem tamen occidisset etiam libentiùs, si nouisset eum. Sed *per ignorantiam* facit qui facit aliquid, quod non faceret, si nosset: sicut occidens Patrem, quem si sciret, non occideret eum: quem tamen occidit, quia eum credidit inimicum. Sed Paulus fecit *per ignorantiam*: quia si sciuisset, quod Christus esset Filius Dei, hoc non fecisset. Sed Iudæi *per ignorantiam* non occiderunt Christum, sed *ignoranter*: quia si sciuissent ipsum esse Christum, libentiùs occidissent eum, *vt jamjam tactum est. Et de præfata quidem ignorantia, excusante (vt ajunt à tanto, sed non à toto, culpamque aliquantum minuente dicitur* 1. *Mach.* 3. Remittimus vobis ignorantias &c. *idest*, peccata X quæ ex ignorantia (*siue* per ignorantiam) fecistis. *Siquidem* agere Y aliquid ex ignorantia, vel ex passione, diminuit rationem injuriæ, & est quodammodo prouocatiuum misericordiæ & veniæ. *Idcircò dicebat loco cit. Paulus*: Misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci. *Hinc Psaltes* Psal. 24. *hac fiducia petebat à Domino*: Delicta juuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris: *quia nimirum* peccata Z quæ per ignorantiam committuntur, minora sunt, *vt expressit initio Author, quòd minorem inferant contemptum, minorem consequenter injuriam. Sequitur quartò, quòd culpabilis ignorantiæ radix negligentia est. Vnde* Augustinus *dicebat*: Non tibi imputatur ad culpam, si inuitus ignores: sed si scire neglexeris. *Videlicet, quia* ignorantia A quæ est omnino inuoluntaria, non est peccatum. Et hoc est, quod dicit: *si inuitus ignores*. Per hoc autem, quod addit: *sed si scire neglexeris &c.* dat intelligere, quòd ignorantia habet, quòd sit peccatum ex negligentia præcedente: quæ nihil est aliud, quàm non applicare animum ad sciendum ea, quæ quis debet scire. *Ex quo generaliter docemur, quòd* omnia B peccata, quæ ex ignorantia proueniunt, possunt reduci ad acediam, ad quam pertinet negligentia, qua aliquis recusat bona spiritualia acquirere propter laborem. Ignorantia enim, quæ potest esse causa peccati, ex negligentia prouenit. *Et hoc, quia ignorantia, facti quidem excusat (vti visum est) non ita juris. Ex quo in veteri lege*, quando quis C per ignorantiam peccabat, aliquo modo reus reputabatur propter negli-

R Virt. 1. 6. ad 3.

Ignorantia electionis non excusat peccatum, sed constituit.

S 1. p. 47. 5. ad 3.

Affectata aggrauat culpā.

Qua peccauerunt Iudæi.

T Hebr. 3. lit. ibi.

Aliud peccare per ignorantiam, aliud ignoranter.

V 1. Tim. 1. l. 3. & 4. & 1. 2. 76. 3 & c. & 2. 2. 10. 3. ad 2. In 3. d. 22. 2. 3. c. Ma. 3. 8. ad 1.

Paulus per ignorantiam persecutor, nō ignoranter.

X 1. Mach. 13. ibi.

Y 1. 2. 47. 2. c. & 1. Tim. 1. l. 1. & 4. ibi. misericordiam.

Peccata ex ignorātia quodammodo ad veniam prouocant.

Z Ps. 24. lit. f.

Culpabilis ignorantiæ radix, negligentia est.

A Ma. 3. 7. ad 7. & in corp. & 1. 2. 74. 5. & 76. 2. c. & ibi. 2. ad 9. In 2. d. 22. 2. 1. & ad Hannibal Ma. 3. 7. Quol. 1. a. 19.

Peccata ex ignorantia ad acediam reducuntur.

B 1. 2. 84. 4. ad 5.

C 1. 2. 103. 2. ad 9.

Digitized by Google

negligentiam addiscendi: sed tamen non puniebatur per judices, sed expiabat peccatum suum per sacrificia; vnde dicitur Leuit. 4. *Anima, quæ peccauerit per ignorantiam &c.* Sed hoc intelligendum est de ignorantia facti, non autem de ignorantia præcepti diuini, quod omnes scire tenebantur, *Hinc ex Authore præmisimus, quòd* omnis homo D tenetur scire ea, quæ fidei sunt, & præcepta Decalogi, per quæ potest peccata vitare & bonum facere. Vnde & coram omni populo sunt diuinitus promulgata, vt habetur *Exod. 20.* Secretiora autem legis Moyses & Aaron à Domino audierunt. *Et hoc idcircò, quia* mandata E decalogi sunt de his, quæ naturalis ratio dictat: ideò quilibet tenetur ea explicitè cognoscere. *Ad quod coherenter docemur, quòd* error F non est peccatum, cum contingit ex ignorantia facti: est autem, si ex ignorantia juris: quia ipsa ignorantia peccatum est. Sic enim apud judicem secularem non excusatur qui ignorantiam juris, quod scire debet, allegat. *Quantò minùs excusabilis homo in foro interno apud diuinum judicem? Rom. 1.* Ita vt sint inexcusabiles, quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt. *Inexcusabiles*, idest G vt per ignorantiam excusari non possint, Iac. 4. *Scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi.* Ignorantia *igitur* juris H non excusat, quia ipsa peccatum est. Vnde aliquis de hoc, quòd non confitetur peccata, quæ nescit esse peccata propter ignorantiam juris diuini, non excusatur à fictione. *Sicut autem omnes tenentur scire quæ sunt fidei, & vniuersalia juris præcepta: ita* vnusquisque I super hæc tenetur scire quæ ad suum officium pertinent: sicut Episcopus ea, quæ pertinent ad officium Episcopale: & Sacerdos ea, quæ pertinent ad officium Sacerdotale; & sic de alijs: & horum ignorantia (*nota*) non est sine culpa. *Sicut sine culpa nauta non est, si nesciat quæ ad nauigationem spectant: neque auriga, si ad equos & currum regendos necessaria ignoret. Notent Prælati, & Rectores.*

Quæ sunt fidei, & præcepta Decalogi scire tenentur omnes: nec ignorantia excusat.
D Ma. 3. 7. & 1. 2. 76. 2. c. In 2. d. 22. 2. 1. c. & exp. text. & Ver. 17. 3. c. & ad 4. Quol. 1. a. 19. Quol. 8. a. 15. & alibi.
E Ver. 14. 11. ad 3. in contrar.
F Ver. 17. 4. ad 5. Quol. 1. a. 19.
G Rom. 1. l. 7. ibi, & l. 8. ibi, inexcusabilis.
H 4. d. 21. 2. 2. ad 4. & 3. p. 80. 4. ad 5.
Ex ignorantia juris diuini nō confitens peccata, quæ nescit esse peccata, non excusatur à fictione.
I Ma. 3. 7. & 1. 2. 76. 2. c. & alibi.
Prælatus, Rector, & huiusmodi, tenentur scire quæ ad suum officium spectant.

¶ *At, cum dictum sit, ignorantiam sæpè à peccato excusare, & illud minuere: quid est, quòd super illud Rom. 2.* An ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, *scribit Ambrosius:* Peccas L ò homo, dum tibi impunitatem promittis: grauiùs peccas, quia contemnis: & grauissimè peccas, quia ignoras. *Ad quod Author respondet, quòd* verbum M illud *Ambrosij* sic solet exponi: *Grauissimè peccas*; idest, periculosissimè: quia, dum nescis, te peccare, remedium non quæris: (Medicina enim N non quæritur, cum morbus ignoratur.) Vel loquitur de ignorantia affectata, qua aliquis ignorare vult, ne à peccato retrahatur. Vel loquitur de ignorantia receptorum beneficiorum: quia, quòd aliquis non cognoscere studeat percepta beneficia, est summus ingratitudinis gradus. Vel loquitur de ignorantia infidelitatis, quæ inde sequidem est grauissimum peccatum: licet etiam peccatum ex hac ignorantia commissum diminuatur, secundùm illud Apostoli 1. *ad Tim. 1.* Misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate: (*non ita, si ignoranter, vt præmissum est.*) *Vel tandem, si sit* O ignorantia, in cognitione simul & affectione consistens, sicut ignorantia electionis, quando quis in illicitum improhibitè fertur, ac si esset licitum (sicut dicit *Philosophus* de ijs, qui ex habitu alicujus vitij operantur, vt intemperati:) tunc grauissimè peccat qui ignorat: quia hæc ignorantia prouenit ex contemptu. *Num verò ignorantia, vt culpabilis est, in intellectu sit, an in voluntate? Dicendum, quòd* esse P in voluntate, contingit dupliciter. Vel sicut in subjecto; & hoc modo non omne peccatum in voluntate est: aliquod enim est in concupiscibili, vel irascibili, & sic de alijs viribus. Vel sicut in causa, vt scilicet ipsa voluntas sit domina ejus, quod in ea esse dicitur, quasi in ejus potestate existens: & hoc modo omne peccatum in voluntate est, etiam ignorantia. Ipsa enim voluntas imperat alijs viribus & intellectui. *Ex quo deducitur, quòd* ignorantia Q ex intellectu non habet, quòd peccatum sit, sed prout est in voluntate, sicut in causa: *nullum enim peccatum, nisi voluntarium. Malos tandem ignorantiæ effectus recenset Author ex comparatione corporalium tenebrarum, cum ait:* Corporalis R tenebra tria facit in corporalibus. Primò reddit ea squalida & sordida ex eo, quòd non studiosè purgantur quæ in tenebris sunt. Secundò tenebræ reddunt omnia immobilia: vnde plerisque animalibus naturale est, quòd in nocte quiescant, & in die moueantur, quia per lucem diriguntur in motu quo vadunt. Tertiò tenebræ corporales concludunt, vt in tenebris aliquis non præparet se ad aliquid agendum, & naturaliter aliquam pigritiam ingerunt. Et hæc tria facit etiam spiritualis tenebra, idest ignorantia veritatis. Primò enim contrahuntur ex ea sordes non solùm errorum in intellectu, sed etiam prauarum affectionum in affectu, & inordinatio actionum in actu, dum mala, quæ ignorat homo, nec vitat nec purgat. Secundò tenebra reddit homines otiosos: quia dum habent ignorantiam boni, quod est finis & via, qua ad ipsum peruenitur, non se mouent ad finem consequendum. Tertiò reddit eos conclusos: quia dum non cognoscunt bonum, non aperitur eorum affectus per desiderium ad capiendum ipsum intra se. Hæc tria autem remouet intelligibile lumen, idest cognitio veritatis.

Quo sensu ignorantia ex Ambrosio peccatum grauissimum.
L Rom. 2. l. 1. ibi, ignoras. Ma. 3. 8. ag. 1.
M Ma. loc. cit. ad 1. Ver. 14. 11. ad 3. in contra. 1. 2. 76. 4. ad 3. In 2. d. 22. 2. 2. ad 1. In 4. d. 9. 1. 3. 9. 2. ad 1. Rom. 2. l. 1.
N In 4. d. 9. 1. 3. 9. 3. ad 1.
O Ibidem.
Num ignorantia, vt culpabilis, in intellectu sit, an in voluntate.
P 2. d. 22. 2. 1. ad 1. & a. 2. ad 3. Ma. 3. 7. ad 5. & 1. 2. 74. 5.
Q Ma. loc. cit. a. 2. ad 3.
Mali ignorantiæ effectus ex similitudine corporalium tenebrarum.
R. de div. Nom. c. 4. l. 4. ibi, mundat.

¶ *Cæterùm, ex Philosopho in 5. Ethic.* Peccatum S tribus modis committitur: scilicet vel ex ignorantia, vel ex passione, vel ex electione. Ex ignorantia peccatum committitur, quando ignoratur aliquod eorum, quorum scientia à peccato impediuisset; vnde ignorantia est ibi causa peccati (*vt visum est.*) Ex passione autem siue innata siue illata peccatur, quando propter impetum passionis, rationis judicium obruitur: & hoc propriè est, ex infirmitate peccare. Ex electione autem peccatur, quando homo deliberans, peccato adhæret; non quasi aliqua tentatione victus: sed quia propter hoc, quòd habet corruptum appetitum, placet sibi illud peccatum secundùm se; & hoc est, ex malitia peccare. *Ex quo, qui peccat ex ignorantia (si diuinarum appropriata personarum spectemus) videtur peccare in Filium Dei.* Patri enim appropriatur T potentia, & Filio sapientia, & Spiritui Sancto appropriatur bonitas. Vnde peccatum in Patrem dicunt esse, quando peccatur ex infirmitate: peccatum autem in Filium, quando peccatur ex ignorantia: peccatum autem in Spiritum Sanctum, quando peccatur ex certa malitia; idest, ex ipsa electione mali. *Infirmitas enim opponitur potentiæ, ignorantia sapientiæ, malitia bonitati. Quoniam verò secundùm Philosophum in 3. Ethicor.* Omnis malus est ignorans; *& Prou. 14. dicitur:* Errant qui operantur malum: *Sciendum, quòd* ignorantia V quandoque quidem excludit scientiam, qua aliquis simpliciter scit, hoc esse malum, quod agitur: & tunc dicitur ex ignorantia peccare. Quandoque autem excludit scientiam, qua homo scit, hoc nunc esse malum: sicut cum ex passione peccatur. Quandoque autem excludit scientiam, qua aliquis scit, hoc malum non sustinendum esse propter consecutionem illius boni; scit tamen simpliciter hoc esse malum: & sic dicitur ignorare qui ex certa malitia peccat. *At vide, ne affectata pecces ignorantia: hæc enim affinis valde apertæ malitiæ est.* Quando X est, *inquit Author*, ignorantia affectata, tunc est graue peccatum. *Et ideò* Psal. 34. *postquam dictum est*: Noluit intelligere, vt bene ageret (*quod affectatam innuit ignorantiam*) *mox subjicitur de peccato ex certa malitia & electione:*

Tribus modis peccatur S 1 d. 43. 2. 1. c. Ma. 1 9. c. & ad 4 & 2. 10. & 1. 2. 78. 1. c.
Quomodo peccetur ex ignorantia, ex passione, & ex electione.
Ex infirmitate dicimur peccare in Patrē, ex ignorantia in Filium, ex malitia in Spiritum Sanctū.
T 2. 2. 14. 1. c. In 2. d. 43. l. c. in sed contra, & corp Ma. 3. 14. Rom. 2. l. 1. fi. Quol. 2. a. 15.
V 1. 2. 78. a. ad 1.
Nō pauci affectata peccant ignorantia.
X Ps. 34. ibi.

Digitized by Google

ne: Iniquitatem meditatus est in cubili suo, *idest*, in corde suo, *quasi studiosè*, *& ex certa malitia*. *Et Iob* 21. Scientiam viarum tuarum nolumus: *hoc enim* pertinet Y ad defectum cognitionis per ignorantiam affectatam. *Et quidem*, si quis taliter ignorat (1. *Cor.* 14.) ignorabitur, *juxta illud Matth.* 25. Amen dico vobis: Nescio vos; *idest*, vos Z non approbo: *Cognouit* enim *Dominus qui sunt ejus*, vt dicitur 2. *ad Timoth.* 2. Sicut artifex nescit opus, quod discordat ab arte sua. *Et hoc est quod legimus Is.* 5. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam: *captiuus siquidem diaboli fit homo quandocunque ex culpabili ignorantia*, *affectata præsertim*, *peccat*, nolens intelligere *quæ scire ad salutem debet*, vt bene agat. *Nec sanè pauci sunt*, *qui in aliquo delinquentes*, *licitumne vel illicitum sit*, *nec admoniti inquirere curant*, *proque leuibus & scrupulosis baptizant qui vel de lethali culpa prudenter & cum fundamento dubitare consueuerunt*: *cum tamen doceamur*, *quòd* omnis A quæstio, in qua de peccato mortali quæritur, nisi expressè veritas habeatur, periculosè determinatur: quia error, quo non creditur esse peccatum mortale, quod est peccatum mortale, conscientiam non excusat à toto, licèt fortè à tanto. *Vbi autem de re aliàs graui tractatur*, *cuipiam ex his sufficit dicere*: scrupulus hac de re mihi non est; *& ita quæstionem diffinitam censent*, *nulla præhabita veritatis inquisitione*, *contra illud*, *quod dicebat Iob cap.* 9. Verebar omnia opera mea: *etenim* circa omnia B opera sua magnam solicitudinem apponebat, timens ne in aliquo à justitia declinaret. *At saltem hujusmodi homines*, *doctiores viros in dubijs consulerent*, *eorumque sensus audirent*: *quod facere detrectant*, *quia* qui C voluntariè ignorant, nolunt dirigi. *Vtinam*, *quod solicitudinis pro temporalibus impendimus*, *in vestiganda pro conscientia veritate vel ex parte adhiberemus*! *DISCE voluntariè ignorantem à Deo ignorari*. *Vide* Conscientia, Episcopus & Prælatus, Peccatum.

Y Iob 21. *l.* 1. *ibi.*

Z Matth. 25. *lit. a. fi.*

A Quol. 9. *a.* 15. *init. n. & Quol.* 3. *a.* 10. Quæstio, in qua de peccato mortali quæritur, periculosè resoluitur.

Veritas pro conscientiæ securitate inuestiganda, non ex affectata ignorantia negligenda.

B Iob 9. *l.* 9. *ibi.*

C de diu. Nom. 4. 13. *l.* 4.

Voluntariè ignorantes, dirigi nolunt.

IMAGO. Vide ADAM, ADOPTIO DIVINA, ANGELVS, ANIMA, HOMO.

IMMVNDITIA. Vide ADAM, EVCHARISTIA.

IMPASSIBILITAS. Vide BEATVS.

IMPIVS. Vide PECCATOR.

IMPOENITENTIA. Vide BLASPHEMIA, POENITENTIA, SPIRITVS-SANCTVS.

IMPROPERIVM. Vide LINGVA.

IMPRVDENTIA. Vide PRVDENTIA.

IMPVDICITIA. Vide LVXVRIA.

INANIS GLORIA. Vide GLORIA, SVPERBIA.

INCANTATIO. Vide DIVINATIO.

INCESTVS.) INCONSTANTIA.) Vide LVXVRIA.

INCONTINENTIA. Vide CÆLIBATVS, IRA, LVXVRIA.

INCVBVS. Vide DIABOLVS.

INDVLGENTIA.

IV. Indulgentiæ simpliciter tantum valent, quantum prædicantur: dummodo ex parte dantis sit authoritas, ex parte recipientis charitas, ex parte causæ pietas, quæ comprehendit honorem Dei, & proximi vtilitatem. *In* 4. *d.* 20. 1. 3. *q.* 2. *fi. c.*

t A*D plura significanda extendunt indulgentiæ nomen scriptores*, *vt videre est apud Silu. V.* Indulgentia *num.* 1. 2. 3. *Ex Calepino pro quadam sumitur veluti lenitate*, *siue condescensione*, *aut facili concessione*, *præsertim in filios*: *qua piam Matrem Ecclesiam in fideles vel filios*, *dicere possumus*. *Secundùm* Bulengerum *de Imper. & Imp. Indulgentia pro eodem vsurpatur ac relaxatio siue releuatio debitorum*. *Et hoc sensu propriè ab Ecclesia Indulgentiæ dispensantur*. *Nullum tamen hac de re clarum Scripturæ testimonium habemus*, *nisi quod à quibusdam adduci solet ex Apostolo* 2. *Cor.* 2. Nam & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos in persona Christi. *Quod tamen ibi Author de remissione culpæ exponit*, *non pœnæ*. *Hinc cum eodem Siluestro Cajetanus*: De ortu D indulgentiarum *inquit* nulla sacræ Scripturæ, nulla priscorum DD. Græcorum, aut Latinorum, habetur authoritas scripta: Sed hoc solum à trecentis annis Scripturæ commendatum est de vetustis Patribus, quòd *B. Gregorius* indulgentias stationum instituit, vt *in* 4. *Sent. D. Thomæ* habetur. (*Et eius verba sunt*: Cujusmodi E indulgentiæ à D. Gregorio in stationibus Romæ institutæ sunt.) Ex pluribus autem textibus, *ibid. citatis*, habetur, quòd indulgentiarum gratia antiqua est in Christi Ecclesia, & non noua adinuentio. *Hactenus Cajetanus*. *Quamuis autem in præfato sensu accipiatur indulgentia*, *quasi* relaxatio debitorum: *indulgentia tamen simpliciter non est remissio pœnæ*, *nec relaxatio ejusdem*, *vt aliqui senfere*: (*diuinæ enim justitiæ satisfaciendum est*; *nec potest inferior ab eo absoluere*, *ad quod superior obligauit*, *scilicet Deus*:) *vnde* ille F qui indulgentias suscepit, non absoluitur simpliciter loquendo à debito pœnæ: sed datur sibi, vnde debitum soluat. *Debitum autem hoc ex eo oritur*, *quòd* Deus G in contritione dimittit culpam, & pœna æterna commutatur in temporalem: sed nihilominus manet adhuc quis obligatus ad temporalem pœnam. Quando ergo confiteris, Sacerdos absoluit te de hac pœna in clauium virtute, cui te subjeceris in confessione. Vnde quando semel confitetur quis, dimittitur ei aliquid de pœna hujusmodi: & similiter, quando iterum confitetur; & posset toties confiteri, quòd tota sibi dimitteretur. Inuenerunt autem successores Apostolorum (*ad majus fidelium spirituale leuamen*) alium modum remissionis hujus pœnæ, scilicet beneficia indulgentiarum. *Et hoc ex immenso Ecclesiæ thesauro*. *Pro cujus clariori notitia sciendum*, *quòd* opus H vnius potest esse satisfactorium pro alio, ad quem per intentionem facientis refertur. Christum autem pro Ecclesia sua sanguinem suum fudit, & multa alia fecit & sustinuit: quorum æstimatio est infiniti valoris propter dignitatem personæ; vnde dicitur Sap. 7. quòd *infinitus* in illa *thesaurus est hominibus*. Similiter etiam & omnes alij Sancti intentionem habuerunt in ijs, quæ passi sunt & fecerunt propter Deum, vt hoc esset ad vtilitatem non solum sui, sed etiam totius Ecclesiæ: (*vnde Apostolus ad Coloss.* 1. Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore ejus, quod est Ecclesia. *Adimpleo*, idest I addo mensuram meam, *in carne mea*; idest, ego ipse patiens.) Totus ergo iste thesaurus est in dispensatione ejus, qui præest generali Ecclesiæ. Vnde Petro Dominus claues Regni Cœlorum commisit *Matth.* 16. Quando ergo vtilitas vel necessitas ipsius Ecclesiæ hoc exposcit, potest ille, qui præest Ecclesiæ, communicare alicui de prædicto thesauro quantum sibi visum fuerit opportunum. *Ex quo indulgentia* supplet L locum satisfactionis, in quantum est punitiua: quia scilicet pœna, quam alius sustinuit, imputatur alicui, ac si ipse sustinuisset; & ideò reatus pœnæ tollitur. *Solius igitur Papæ est*, *indulgentias ex Ecclesiæ thesauro dispensare*: *ex cujus tamen commissione possunt & eo inferiores*, *vt Episcopi & alij Legati*, *indulgentias dare*. Siquidem Papa M habet plenitudinem Pontificalis potestatis, quasi Rex in regno: sed Episcopi assumuntur in partem solicitudinis, quasi judices singulis ciuitatibus præpositi. Pro-

Hoc nomen indulgentia ad plura se extendit.

Vsurpatur præ cæteris pro relaxatione debitorum: & hoc sensu ab Ecclesia indulgentiæ dispensantur.

D In Opusc. tom. 1. *tract.* 15. *c.* 1.

Nullum extat de ortu indulgentiarum Scripturæ testimonium, aut priscorum Doctorum.

E 4. *d.* 20. 1. 3. *q.* 1. *c.*

D. Gregorius stationes Romæ instituit.

Vsus indulgentiarum in Ecclesia antiquus.

F In 4. *l. c. q.* 3. *q.* 1. *ad* 2.

Indulgentia non est remissio pœnæ, nec relaxatio: sed datur eam suscipienti vnde debitum soluat.

G Op. 7. *Petit.* 5.

Vnde hoc debitum oriatur.

H Quol. 2. *a.* 16. *c. In* 4. *d.* 20. 1. 3. *q.* 1. *c. & a.* 4. *q.* 1. *Op.* 7. *l. c.*

Opus vnius potest esse satisfactorium pro alio.

In quo consistat Ecclesiæ thesaurus pro indulgentiis concedendis.

I Coloss. 1. *l.* 6. *ibi.*

Solus Papa thesauri huius dispensator.

L Quol. 2. *l. c. ad* 3. *& in corp.*

Indulgentia supplet locum satisfactionis, in quantum punitiua est.

Papa potestatis plenitudinem habet in Ecclesia.

M 4. *d.* 20. 1. 4. *q.* 3. *c. & a.* 3. *q.* 2. *ad* 1. *Quol.* 2. *l. c. in corp. Op.* 7. *l. c.*

Digitized by Google

Episcopos eut *Fratres* vocet. Possunt & hi indulgentias facere, at dependenter à Summo Pontifice.

Propter quod etiam eos in suis literis, *Fratres* vocat; reliquos autem omnes, vocat *Filios*. Et ideò potestas faciendi indulgentias plenè residet in Papa: quia potest facere quod vult, causa tamen existente legitima. Sed in Episcopis est taxata secundùm ordinationem Papæ: & ideò possunt dare, secundùm quod eis taxatum est, & non amplius. *Nec solùm Episcopi & Sacerdotes, sed* etiam N Legati nō Sacerdotes indulgentias concedere possunt, *vtique ex commissione*: indulgentia *enim* non sequitur O Ordinem, sed jurisdictionem. *Et quia* per peccatum P homo non amittit jurisdictionem, ideò indulgentiæ æquè valent, si fiant ab eo etiam qui est in peccato mortali, sicut si fierent ab eo, qui est sanctissimus, cum non remittat pœnam ex vi suorum meritorum, sed ex vi meritorum reconditorum in thesauris Ecclesiæ.

N In 4. l. c. a. 3. q. 2. ad 1. Sicut etiam laici, cum non sit Ordinis actus, sed iurisdictionis.
O Quol. 2. l. c. ad 1. In 4. loco cit.
Etiamsi essent in peccato mortali.
P In 4. l. c. a. 4. q. 4. c.

u *Cum autem præmissum sit*, *quòd* potestas faciendi indulgentias plenè residet in Papa, quia potest facere quod vult; causa tamen existente legitima; *idcirçò docemur*, *quòd causa*, *siue motiuum dispensandi indulgentias debet esse* causa Q pertinens ad honorem Dei, vel ad necessitatem aut vtilitatem Ecclesiæ. *Eapropter* quæcunque R causa adsit, quæ in vtilitatem Ecclesiæ vergat, & honorem Dei, sufficiens est ratio indulgentias elargiendi. *Et quidem*: Legimus (*ait* Cajetanus *loco superiùs laudato*) quòd quidam indiscretas, & superfluas indulgentias dabant, vt *Innoc. III.* in cap. *Cum ex eo*, extra de pœn. & remiss. dicit. *Vnde & subjicit Author noster*: In arbitrio S dantis indulgentiam est, taxare quantum per indulgentiam de pœna remittatur; si tamen ordinatè remittat: ita quòd, si homines quasi pro nihilo ab operibus pœnitentiæ reuocentur, peccat faciens tales indulgentias: nihilominus quis plenam indulgentiam consequitur. *Sed & pro temporalibus possunt interdum concedi*: non *quidem* pro temporalibus T simpliciter, sed pro temporalibus ordinatis ad spiritualia: sicut est repressio inimicorum Ecclesiæ, qui pacem Ecclesiæ perturbant; sicut constructio Ecclesiarum & pontium, & aliarum eleemosynarum. Et per hoc non fit ibi simonia: quia non datur spirituale pro temporali, sed pro spirituali. *Enimverò* etiam V pro purè spiritualibus potest dari indulgentia, & fit quandoque: sicut quicunque orat pro Rege Franciæ, habet decem dies de indulgentia à Papa *Innoc. IV.* Et similiter Crucem prædicantibus datur quandoque eadem indulgentia, quæ Crucem accipientibus. *Denique*, quando X vtilitas (*inquit Author*) vel necessitas ipsius Ecclesiæ hoc exposcit, potest ille, qui præest Ecclesiæ, de ista infinitate thesauri communicare alicui quantum sibi visum fuerit opportunum vel vsque ad totalem remissionem pœnarum, vel vsque ad aliquam certam quantitatem. *Vsque ad totalem inquam remissionem pœnarum, quemadmodum fieri consueuit in plenarijs indulgentijs, & in jubilæo vniuersali, vbi tota conceditur pœnarum debitarum remissio. Et quamuis vtatur quandoque Ecclesia hoc etiam termino*, plenissima: *non tamen quoad remissionem pœnæ differt plenaria indulgentia à plenissima, neque vtraque à jubilæo: nisi quod in hoc quædam priuilegia conceduntur, quæ non in alijs indulgentijs, etiam plenarijs, concedi solent: sicuti est dispensatio in certis votis, absolutio à reseruatis & à censuris omnibus (vna excepta, ob hæresim contracta) & quòd quilibet possit eligi Confessarius approbatus. Dicitur autem* Iubilæus (*siue jubilæum*) *ab hebraica voce* Iobel (*vnde & nonnulli* Iobelæum *dicunt*) *neque jubilum significat, sed remissionem: quam mysticè quinquagenarius numerus notat. In veteri siquidem lege celebrabant Iudæi, &* habebant Y plura Sabbata, quia septimum diem, & septem septimanas, scilicet Pentecosten, quæ in septima septimana est à Pascha: (*vnde canit in eodem festo Ecclesia*:

Q Quol. 2. a. 16. c. In 4. d. 20. l. 4. q. 1. c. & a. 3. q. 4.
Indulgentiæ nonnisi ex legitima causa dispensandæ, & quænam sit.
R In 4. l. c. a. 3. q. 2. f. c. & ad 5.
S Ibid. a. 3. q. 2. ad 1.
Inordinatè indulgentias cōcedens peccat: sed indulgentia valet.
T In 4. l. c. a. 3. q. 1. c.
Et pro temporalibus ad spiritualia ordinatis licitè cōceduntur.
V Ibid. ad 2.
Orans pro Rege Franciæ, decem dies de indulgentia lucratur.
X Quol. 2. a. 16. c. & ad 4. In 4. l. c. a. 3. q. 2. ad 1.
Potest Sūmus Pontifex de thesauro Ecclesiæ communicare alicui quantum sibi visum fuerit opportunum, vel ad certam quantitatem, vel ad totam remissionem pœnarum.
Indulgentia plenaria, plenissima, & Iubilæus, an differant.
Iubilæus vnde dicatur.
Y Coloss. 2. l. 4. ibi, Sabbatorū, & Prol. in Ps.
Iudæi plura habebant & celebrabant Sabbata.

Patrata sunt hæc mysticè
Paschæ peracto tempore,
Sacro dierum numero,
Quo lege fit remissio.)

& septimum mensem, & septimum annum, in quo fit remissio debitorum: item septimam septimanam annorum, idest in Iubilæo. *Vnde Leuit.* 25. *legitur*: Sanctificabis annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: ipse est enim jubilæus. *Et quia* lex vetus Z concedebat possessionum venditionem, præcipiens tamen, vt certo tempore possessio vendita ad vendentem rediret (*quod erat anno quinquagesimo*) *idcirco in eod.* Leuit. *cap. subditur*: Reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque redict ad familiam pristinam: quia jubilæus est, & quinquagesimus annus. *Quod quidem mysticè signat venditionem, quam diabolo per peccatum facit homo animæ suæ* (*Eccli.* 10. Auarus & animam suam venalem habet; & *Hebr.* 12. Vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primitiua sua:) *sed hæc reuertitur ad pristinum possessorem in jubilæo, in quo scilicet per pœnitentiæ Sacramentum atque indulgentias & culpa tollitur & pœna, vnde jus ad illam penitus à diabolo aufertur. Quoniam verò annus iste buccinarum promulgabatur clangore*, jubilæus *dictus est*, *qui* buccina *interpretatur. Quod nomen, & ad remissionem spiritualium debitorum signandam, pia exinde vsurpauit mater Ecclesia.*

Annus quinquagesimus, dicitur jubilæus, siue annus remissionis.
Z 1. 2. 105. 2. ad 3. & in corp.
Iubilæus Iactina interpretatur; quòd tuba promulgaretur.

x *Cæterùm, præter causam, & authoritatem indulgentiam dispensandi*, requiritur A vnio ejus, cui dispensatur, ad eum qui merebatur; quod est per charitatem: & ratio dispensationis, secundùm quam saluetur intentio illorum, qui opera meritoria fecerunt: fecerunt enim ad honorem Dei, & vtilitatem Ecclesiæ in generali, *vt præmissum est*. *Ex quo ad effectum & valorem indulgentiæ exigitur vt fideles, eam recepturi*, sint B in charitate, & seruent ea, quæ pro indulgentijs inducuntur. *Debet enim qui recipit* (*vt sibi per indulgentias merita Sanctorum communicentur*) *esse membrum Ecclesiæ, quod fit per charitatem: hic est enim Symboli articulus*, Sanctorum communio. *Indulgentiæ propterea* non valent C existentibus in peccato mortali: & ideò in omnibus indulgentijs fit mentio de verè contritis & confessis; *vel saltem, eum proposito confitendi. Quibus vt par est dispositis, proculdubio tota per indulgentiam, si plenaria sit, pœna dimittitur.* Pœna *enim* potest D totaliter dimitti, vel particulariter. Particulariter quidem in absolutione sacramentali: totaliter verò in spirituali gratia indulgentiæ: sicut etiam Dominus dixit mulieri adulteræ Ioann. 8. *Nec ego te condemnabo. Vade, & jam ampliùs noli peccare.* Nec tamen E trahendum est in consuetudinem, vt aliquis exemplo Domini absque confessione & pœnæ inflictione quenquam absoluat: quia Christus excellentiam habuit in Sacramento, & potuit conferre effectum sine Sacramento, quod nullus purus homo potest. *Et ideò plenariam indulgentiam recipientibus* consulendum est F vt non prætermittant satisfactoria opera, *præsertim* in quantùm sunt præseruatiua à peccatis futuris, licèt reatus pœnæ sit totaliter solutus. *Præter statum autem fidelium in gratia & charitate, exigitur* (*vt prætactum est*) quòd seruent ea, quæ pro indulgentijs inducuntur: *qualia sunt jejunia, orationes ad concedentis mentem profusæ, eleemosynæ* (*quæ tria præcipuè satisfactoria opera sunt, vt pluries in superioribus visum est*) *visitatio Ecclesiarum, & hujusmodi.* Non G existente *enim* conditione, non consequitur illud, quod sub conditione datur. Vnde cum indulgentia detur sub hac conditione, quòd aliquis aliquid faciat, vel det: si illud non exerceat, indulgentiam non consequitur. *Et quidem* opus H proprium potest quis applicare per intentionem cuicunque voluerit; & ideò

A 4. d. 20. 1. 3. q. 2. f. & q. 1. c.
Vt recipiat quis indulgentiam, debet esse in gratia & charitate.
B In 4. l. c. a. 3. q. 1. c. Quol. 2. a. 16. c.
C In 4. l. c. d. 3. q. 1. c. & loc. cit.
D Quol. 2. a. 16. ad 4.
Pœna potest vel particulariter vel totaliter dimitti.
E Io. 8. l. 1. f.
Propter indulgentiam non sunt prætermittenda opera satisfactoria, præseruatiua potissimè.
F Quol. 2. a. 16. ad 1.
Seruanda ad valorem quæ in indulgentijs mandantur.
G In 4. l. c. a. 3. q. 1. c.
H Ibid. ad 2.
An possit quis indulgentiam pro alio lucrari.

Digitized by Google

ideò potest pro quocunque vult, satisfacere. Sed indulgentia non potest applicari ad aliquem, nisi ex intentione ejus, qui dat indulgentiam: & ideò, cum ipse applicet ad facientem, ille qui hoc facit, ad alterum hanc intentionem transferre non potest. *Nisi tamen aliter in expositione indulgentiæ exprimeretur, sicut cum pro defunctis à Summo Pontifice conceditur posse applicari: de quo vide V.* Defuncti. *Porrò* ille I qui est vicinus Ecclesiæ (*ex conditione visitandæ*) consequitur tantam indulgentiam, sicut illi, qui venirent à mille diætis: quia remissio non proportionatur labori, sed meritis, quæ dispensantur. Sed ille, qui plùs laboraret, plùs de merito acquireret. Nec tamen, quotiescunque vadit quis ad Ecclesiam talem, toties indulgentiam consequitur (*si indulgentia ad determinatum tempus detur*) sed semel tantùm. Sed si in aliqua Ecclesia sit indulgentia perennis, sicut in Ecclesia B. Petri quadraginta dierum: tunc quoties vadit aliquis, toties indulgentiam consequitur. *Notandum postremò, quòd quando in indulgentia indeterminatè conceditur, vt qui dederit v.g. auxilium ad aliquam piam fabricam, tertiam partem remissionis peccatorum consequatur:* intelligitur L tale auxilium, quod sit conueniens ei, qui auxilium dat: & secundùm hoc, plus vel minus de indulgentia consequitur. Vnde etiam aliquis pauper dans vnum denarium, consequitur totam indulgentiam: non autem diues, quem non decet ad opus tam pium & fructuosum ita parum dare. Sic non diceretur Rex alicui homini auxilium facere, si ei obolum daret. *Quod & ad eleemosynas, quæ injunguntur pro indulgentijs, extende. Quibus exactis, & obseruatis, verum habet quod communiter dicitur, & ab Authore initio promebatur:* Indulgentiæ M simpliciter tantum valent quantum prædicantur: dummodo ex parte dantis sit authoritas, ex parte recipientis charitas, ex parte causæ pietas, quæ comprehendit honorem Dei & proximi vtilitatem. *Et vlteriùs subjicit:* Nec in hoc nimis fit magnum forū de misericordia Dei (vt quidam dicunt) nec justitiæ diuinæ derogatur: quia nihil de pœna dimittitur, sed vnius pœna alteri computatur, *vt expositum satis est. At verò tantus Ecclesiæ thesaurus quantum à fidelibus negligitur indeuotis! Si viros consideremus, paucissimi lucrari indulgentias curant: quinimmò, ad pœnas multiplicandas, vel in Ecclesijs, vbi indulgentiæ conceduntur, nouis redduntur culpis obnoxij. Si attendamus ad mulieres: naturaliter magis, quàm religiosè deuotæ, vsu potiùs, quàm pietate excitante, ad Templa (quia tunc frequentiora) concurrunt, non vt indulgentiam lucrentur, sed vt curiositati indulgeant & vanitati. Ex quo etiam sua frustratur spe Pontifex Summus: & vnde diuinæ expectantur beneficia largitatis, vindex immò Dei justitia irritatur magis. Rogemus igitur Deum, vt suarum receptione gratiarum nos dignos efficiat, cum Ecclesia postulantes*, vt per auxilium gratiæ suæ, quod nostra peccata præpediunt, indulgentia suæ propitiationis acceleret. *DISCE, Ecclesiæ indulgentias respuentem, Dei pietatem indulgentis non mereri. Vide* Ecclesia, Damnatus, Defuncti, Papa.

Non pro defunctis.

I *Ibid. a. 3. q. 2. ad 4.*

Tantam acquirit indulgentiam minùs laborans, quàm plùs: hic tamen magis meretur.

An pluries eadem possit indulgentia lucrari.

L *Ibid. ad 3.*

Cum iniungitur aliquid erogandum pro pia v. g. fabrica in indulgentia indeterminatè cōcessa: an inæqualiter dantes eandem consequantur indulgentiam.

M *Ibid. supr. Quol. 2. a. 16. c. & ad 3.*

Indulgentiæ *tantum valent quātum sonant*, seruatis seruandis.

Ad indulgentiam requisita.

Per indulgentias nec misericordiæ, nec justitiæ diuinæ derogatur.

Pauci indulgentias lucrātur, vnde irritatur justitia Dei, non misericordia excitatur.

INFERNVS. Vide CHRISTI DESCENSVS AD INFEROS, DAMNATVS.

INFIDELITAS. Vide FIDES INFVSA.

INGRATITVDO.

V. Debitum gratitudinis ex debito amoris deriuatur, à quo nullus debet velle absolui. Vnde quod aliquis inuitus hoc debitum debeat, videtur prouenire ex defectu amoris ad eum, qui beneficium dedit. 2. 2. 107. 1. *ad* 3.

y INgratitudo propriè est, cum benefactori aut nolumus quod debemus retribuere, aut non curamus. A quo *enim* aliqua N particularia & priuata beneficia percepimus, pro illis particulariter ei obligamur. *Ex quo omnis ingratitudinis actus, peccatum est. Nam* debitum O gratitudinis est quoddam debitum honestatis, quam virtus requirit. Ex hoc autem aliquid est peccatum, quòd repugnat virtuti; vnde manifestum est, quòd omnis ingratitudo est peccatum. *Quamuis autem* virtuti P gratitudinis possit aliquod vitium opponi per excessum, putà si recompensatio beneficij fiat vel pro quibus non debet, vel citiùs quàm debet: propriè tamen ingratitudo nominatur ex gratitudinis defectu. Omnis autem defectus, seu priuatio, speciem sortitur secundùm habitum oppositum. Vnde sicut gratitudo, vel gratia, est vna specialis virtus: ita etiam ingratitudo est vnum speciale peccatum. Habet tamen diuersos gradus secundùm ordinem eorum, quæ ad gratitudinem requiruntur. In qua primum est, quòd homo acceptum beneficium recognoscat. Secundum est, quòd laudet, & gratias agat. Tertium est, quòd retribuat pro loco & tempore secundùm suam facultatem. Sed quia quod est vltimum in generatione, est primum in resolutione: ideò primus ingratitudinis gradus est, vt homo beneficium non retribuat. Secundus est, vt dissimulet, quasi non demonstrans, se beneficium accepisse. Tertium & grauissimum est, quòd non recognoscat siue per obliuionem, siue quocunque alio modo. Et quia in affirmatione opposita intelligitur negatio: ideò ad primum ingratitudinis gradum pertinet, quòd aliquis retribuat mala pro bonis: ad secundum, quòd beneficium vituperet: ad tertium, quòd beneficium quasi maleficium reputet.

N *2. 2. 106. 1. c. & 1 2 60. 3. c. In 4. d. 22. 1. 3. q. 2. c.*

Benefactori ex debito obligamur.

O *2. 2. 1. 7. 1. c. & 162 4. ad 3.*

Omnis ingratitudo peccatum est.

P *2. 2. 107 2. c. In 4. d. 22. 1, 2. q 1. c.*

Quæ propriè nominatur ex defectu gratitudinis.

Est speciale peccatum.

Plures ingratitudinis gradus, juxta ea, quæ ad gratitudinem exiguntur.

z *Primus igitur ingratitudinis gradus est*, vt homo beneficium non retribuat. *Sic autem & contra justitiam agit: eo enim ipso quòd beneficium accepit, debitum incurrit retribuendi. Et hinc est, quòd & justitiæ ingratitudo opponatur.* Nam gratia (*siue gratitudo*) est Q per quam redditur debitum benefactoribus. Ingratitudo autem, gratiarum R actionem tollit, quæ est actus justitiæ: quia ille, qui priùs dedit, debitorem sibi constituit illum, qui retribuit, quamuis hoc non intenderet; vnde opponitur justitiæ. *Cæterùm* nullus S propter impotentiam reddendi, ab ingratitudine excusatur: ex quo ad debitum gratitudinis reddendum sufficit sola voluntas. *Idcircò* etiam T pauper ingratus non est, si faciat quod possit. Sicut enim beneficium magis in affectu consistit, quàm in effectu: ita etiam recompensatio magis in affectu consistit. Vnde *Seneca* dicit in 2. de benef. *Qui gratè beneficium accipit, primam ejus pensionem soluit.* Et ex hoc patet, quòd quantumcunque in felicitate existenti potest recompensatio beneficij fieri per exhibitionem reuerentiæ & honoris. Vnde Philosophus dicit *in* 8. *Ethic.* quòd superexcellenti quidem habet fieri honoris retributio: indigenti autem retributio lucri. *Secundus ingratitudinis gradus est*, vt homo dissimulet, quasi non demonstrans, se beneficium accepisse. *Quod est, beneficium velle culpabiliter ignorare.* Quòd *autem* aliquis V non cognoscere studeat percepta beneficia, est summus ingrati-

Primus gradus ingratitudinis.

Ingratitudo & justitia opponitur.

Q *1. 2. 60. 3. fi. c. & 2. 2. 106. 1. c.*

R *4 d. 22. 2. 1. q 1. ad 2.*

S *2. 2. 107. 1. ad 2. & a. 2. ad 3. & a. 6. ad 2.*

Nullus propter impotentiam reddendi excusatur ab ingratitudine.

T *2. 2. 106. 3. ad 5. & a. 6. 1. c.*

Gradus secundus.

V *Ma. 3. 8. ad 1.*

Studiosè nolle cognoscere beneficia, sūma ingratitudo.

Digitized by Google

X 2. 2. 107. 3. ad 4.

gratitudinis gradus. *Si verò inculpabiliter ignoret*: ille X qui ignorat beneficium, non est ingratus, si beneficium non recompenset, dummodo sit paratus recompensare, si nosset. *Ignorant etiam quodammodo beneficium*, qui Y bonum, *quod ab alio habent*, aut à semetipsis habere se æstimant, aut pro suis hoc accepisse meritis putant: *quæ sunt secundùm* Gregorium *duæ primæ superbiæ species*. *Hæ siquidem* primæ Z duæ species ad ingratitudinem pertinent. Est enim ingratus qui non recognoscit beneficium sibi gratis collatum. Vel qui æstimat se hoc suis meritis obtinuisse. Vel qui sibi attribuit quod ab alio habet. *Vnde dicitur Eccli.29.* Bona repromissoris sibi ascribit peccator: & ingratus sensu derelinquet liberantem se. *Et ò quoties accidit! Denique tertium in ingratitudine & grauissimum (inquit Author)* est, quòd non recognoscat siue per obliuionem, siue quocunque alio modo. *Profectò* formaliter A ingratitudo est; quando actualiter beneficium contemnitur: *cum scilicet quis* affectu B contemnit: *sed major ingratitudo videtur*, cum etiam intellectu obliuiscitur, *ac si minimè recepisset: à quo vel ipsa feruntur bruta abhorrere. Vnde & Seneca in 3. de benef.* Ingratus est C qui dissimulat, ingratior qui non reddit, & ingratissimus omnium qui oblitus est. *Tale quidpiam legimus* Genes. 40. *de pincerna Regis Ægypti, cui in carcerem detruso & somnianti, somnium illius Ioseph diuinitus explanans, citam liberationem, & in pristinum munus restitutionem prædixit: quod & rei probauit euentus.* Et tamen (*subjicit textus*) succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui; *Ioseph nimirùm, qui adhuc in carcere detinebatur.* Oblitus est *inquam*; idest D non curauit rogare Regem pro ipso, nec fortè aliquod speciale beneficium sibi exhibere, *vituperabili obliuione suscepti beneficij simul & benefactoris ingratè immemor, quasi beneficium non sensisset. Sic quippe mundani homines agere cum benefactoribus consueuerunt.*

Y 2. 2. 162. 4. arg. 1. Ma. 8. 4. arg. 1.
Ignorat beneficiū qui quod habet ab alio, sibi attribuit, vel meritis suis.
Z Ma. 8. 4. ad 3. & 2. 2. h. l. ad 1. & 3.
Tertius ingratitudinis gradus.
A 2. 2. 107. 2. ad 1.
B 4. d. 21. 1. 3. q. 1. c.
C 2. 2. 107. 2. arg. 3.
Ingratissimus qui beneficiū obliuiscitur.
D Gen. 40. fi.

a *Porrò* ingratus E dicitur aliquis dupliciter. *Vno modo* per solam omissionem, putà quia non recognoscit, vel non laudat, vel non retribuit vices pro beneficio accepto. Et hoc non semper est peccatum mortale: quia debitum gratitudinis est, vt homo etiam aliquid liberaliter tribuat, ad quod non tenetur; & ideò, si illud prætermittit, non peccat mortaliter. Est tamen peccatum veniale: quia hoc prouenit ex negligentia quadam, aut ex aliqua indispositione hominis ad virtutem. Potest tamen contingere, quòd etiam talis ingratitudo sit mortale peccatum vel propter interiorem contemptum, vel etiam propter conditionem ejus, quod subtrahitur, quod ex necessitate debetur beneficio siue simpliciter, siue in aliquo necessitatis casu. *Alio modo* dicitur aliquis ingratus: quia non solùm prætermittit implere gratitudinis debitum, sed etiam contrarium agit. Et hoc etiam, secundùm conditionem ejus, quod agitur, quandoque est peccatum mortale, quandoque veniale. Sciendum tamen, quòd ingratitudo, quæ prouenit ex peccato mortali, habet perfectam ingratitudinis rationem: illa verò, quæ prouenit ex peccato veniali, imperfectam. *At verò qui ingratus beneficio est, meretur sine dubio priuari. Et hæc est ratio, cur quarto præcepto de honoratione parentum ea apponitur promissio*: Vt sis longæuus super terram. *Etenim* qui F gratus est beneficio, meretur secundùm quandam congruentiam, vt sibi beneficium conseruetur. Propter ingratitudinem autem, meretur aliquis beneficium perdere. Beneficium autem vitæ corporalis post Deum à parentibus habemus; & ideò ille, qui honorat parentes, quasi beneficio gratus, meretur vitæ conseruationem: qui autem non honorat parentes, tanquam ingratus meretur vitâ priuari. *Verumtamen* circa ingratum

E 2. 2. 107. 3. c.
Dupliciter quis ingratus dicitur.
An semper ingratitudo peccatum mortale.
Ingratus meretur beneficio priuari.
F 2. 2. 122. 5. ad 4.
Cur parentes honorantibus vita promittitur longæua.

G duo consideranda sunt. *Primò* quid est, quod ipse dignus sit pati: & sic certum est, quòd meretur beneficij subtractionem. *Alio modo* considerandum est, quid oporteat beneficum facere. *Primò* namque non debet esse facilis ad ingratitudinem judicandam: quia frequenter aliquis (vt *Seneca* dicit) qui non reddidit, gratus est, quia fortè non occurrit ei facultas aut debita opportunitas reddendi. *Secundò* debet tendere ad hoc, quòd de ingrato gratum faciat: quòd si non potest primo beneficio satisfacere, fortè faciet secundo. *Et hoc quidem agere debemus ad imitationem munificentissimi omnium benefactoris Dei, qui* benignus est super ingratos & malos, *vt dicitur* Luc. 6. *Et quidem* qui H beneficium dat, non statim se debet exhibere punitorem ingratitudinis, sed priùs pium medicum, vt scilicet iteratis beneficijs ingratitudinem sanet, *si fieri possit*. Si verò I ex beneficijs multiplicatis ingratitudinem augeat, & pejor fiat, debet à beneficiorum exhibitione cessare, *ne occasionem præbeat vlteriùs peccandi. Et idem dic de benefactore, cui retribuere debes.* Si *enim* qui L beneficium dedit, in pejus mutatus est, debet tamen sibi fieri recompensatio secundùm statum ipsius, vt scilicet ad virtutem reducatur, si sit possibile. Si autem sit insanabilis propter malitiam, tunc alter est effectus, quàm priùs erat: & ideò non debetur ei recompensatio beneficij, sicut priùs. Et tamen, quantum fieri potest, salua honestate, memoria debet haberi præstiti beneficij, vt patet per Philosophum *in 9. Ethic. vt ex opposito videas, qualis & quanta ingratitudo sit, beneficium obliuisci.*

G 2. 2. 107. 4. c.
Qualiter cum ingratis agendum.
H Ibid. ad 3.
I Ibid. fi. corp.
Et quomodo cum benefactore, si in pejus mutetur.
L 2. 2. 106. 3. ad 5. f.

b *Modò nihilominus plurimi sunt*, qui beneficijs affecti, pejores fiunt, *cum nedum in omnibus se gradibus ingratos ostendant, sed vesparum & crabronum more, non mel ex floribus beneficiorum, sed venenum conficientes, malum pro bono retribuunt*, beneficium *vt inquit Author* quasi maleficium reputantes: *cum tamen nec pro malo malum reddere jubeamur, Rom. 12.* Nulli malum pro malo reddentes. *Quibus & ex solo motiuo charitatis mutuum dantes, non gratiarum actiones cum reddita pecunia ab eis reportant: sed hanc immò recuperandi spe omnino frustrati, inimicitiam, improperia, vel saltim detractiones referunt & odia perpetua. Id quod innuere voluisse videtur Sapiens Eccli. 29.* Pascet & potabit ingratos: & ad hæc, amara audiet, *benefactor nimirùm, post præstitum beneficium ingrato. Hinc* per animalia M coruini generis significantur illi, qui sunt expertes bonæ affectionis: quia coruus semel emissus ab arca, non est reuersus. *Non secus & ingrati, è domibus benefactorum, affecti beneficijs, egressi, ad eis re, vel saltem voce, retribuendum nunquam reuertuntur, Luc. 17.* Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo &c. *Sed & hirundines ingratorum speciem gerunt, quæ domum illam, sub cujus tectum nidificationis beneficium sensere, reuisunt nunquam, nisi post annum, ad nouum commodum recipiendum. Idcircò, nullum amoris signum in benefactorem ostendens, ingratus esse dignoscitur, quia* debitum N gratitudinis ex debito amoris deriuatur: vnde quòd aliquis intuitus hoc debitum debeat, videtur prouenire ex defectu amoris in eum, qui beneficium dedit: *vt ajebat initio Author. Sanè* qui O ingrato beneficium exhibet, non dat ei occasionem peccandi, sed magis gratitudinis & amoris. Si verò ille, qui accipit, ingratitudinis exinde occasionem sumat, non est danti imputandum. *Idcircò & alibi Author concludit*: Oportet P quòd Deum diligamus corde perfecto: nimis enim ingratus est qui cogitans alicujus beneficia, eum non diligit. *De quo specialiùs* Num. seqq. *DISCE, ex acceptis beneficijs affectum intendere, non minorare.*

Beneficijs quidam affecti, pejores fiunt.
M 1. 2. 102. 6. ad 1.
Ingrati, corui, & hirundines.
N 2. 2. 107. 1. ad 3.
Ingratitudo ex defectu amoris: cujus dat motiuum beneficus non ingratitudinis
O Ibid. a. 4 ad 2.
P Op. 4. 5. de Dil. Dei sub initio.

VI. Mul-

Digitized by Google

VI. Multi, antequam habeant beneficium, sequuntur Dominum, sed accepto beneficio, dimittunt eum. *Matth. 20. fin. cap.*

c *Abominabile in hominem ingratitudinis vitium, quod hactenus exaggerauimus, procuIdubio in munificentissimum omnium benefactorem D. O. M. validiori est fundamento detestandum. Et tamen, quotidie peccantes, in Deum beneficentissimum abominandam hanc ingratitudinem exercemus: quin & per peccatorum remissionem nouo beneficio affecti, majoris iterum peccando ingratitudinis rei efficimur, ratione cujus dimissarum culparum redit quodammodo reatus*. Prout scilicet recidiuans Q beneficio prioris absolutionis ingratus existit; & tantò magis, quantò majora sunt ei dimissa: & sic quantitas præcedentium peccatorum in recidiuo quodammodo iteratur. *Verùm* peccata R dimissa per pœnitentiam, redire dicuntur, in quantùm reatus eorum, ratione ingratitudinis, virtualiter continetur in peccato sequenti. *Quod quidem peccatum auget ingratitudo ob anterioris beneficium remissionis, quod videtur contemni. Et hoc est, quod dicitur Thren. 4.* Major effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum: *siquidem* major S fuit culpa (*Iudæorum*) propter ingratitudinem, *post tot nimirùm tantaque beneficia à Deo recepta. Quæ eadem ratione arguit à fortiori Apostolus contra fideles Hebr. 10.* Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? *Vbi certè* Apostolus T grauitatem culpæ eorum, qui peccant in nouo Testamento, ostendit ex beneficijs nobis à Deo in illo collatis. Deus autem nobis dedit quicquid maximum & pretiosum habebat, scilicet Filium suum vnigenitum, 2. Pet. 1. *Per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit*. Dedit etiam Spiritum Sanctum, Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis*. Ingratitudo autem super tantis beneficijs aggrauat peccatum. *Quod apertè monet & Petrus in sua secunda cap. 2.* Si enim refugientes coinquinationes Mundi in cognitione Domini nostri & Saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. *Posteriora*, scilicet V peccata, *deteriora prioribus* peccatis: vel, status posterior post recidiuationem deterior est statu priori ante conuersionem. Talis enim magis offendit Deum, quàm ante baptismum, vel pœnitentiam: frangit enim pactum, quod pepigit cum Deo in pœnitentia, vel baptismo. Sicut periculosior est infirmitas recidiuantis, quàm priùs ægrotantis. Vnde talis culpa est major propter circumstantiam ingratitudinis ex remissione præcedentium peccatorum: ideò dicitur *Luc. 11.* Fiunt nouissima illius pejora prioribus. *Eapropter dicebat Dominus languido illi, quem sanauerat, Ioann. 5.* Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. *Deterius inquam:* quia X qui post beneficia recepta ad peccata prolabitur, grauioris supplicij reus efficitur propter ingratitudinem. *Q. d.* Si peccaueris, deterius tibi continget. *Quod autem diximus, peccata dimissa propter ingratitudinem in nouo peccato redire, sano id sensu intelligendum*. Cum enim Y macula sit deleta, & reatus dimissus absolutè per pœnitentiam præcedentem, non potest macula vel reatus redire, nisi causa propria iteretur, quæ fuit actus, qui iterari non potest. Et ideò dicendum est, quòd simpliciter peccata dimissa non redeunt, sed secundùm quid ratione ingratitudinis. *Et ita* non redit Z æqualis reatus secundùm quantitatem absolutam; redit autem æqualis secundùm proportionalitatem: quia quantò fuerunt peccata dimissa grauiora, tantò fuit beneficium remissionis majus: & quantò beneficium fuit majus, tantò ingratitudo major. Et si aliquo modo quantitas reatus præcedentium peccatorum manet in ingratitudine recidiui: non autem secundùm æqualitatem absolutam. *Ex quo in Deum ingratitudo potest dupliciter considerari: videlicet & vt speciale peccatum est, & vt peccati circumstantia. Docemur enim, quòd* ingratitudo A peccantis quandoque est speciale peccatum, quandoque autem non, sed est circumstantia generaliter consequens omne peccatum mortale, quod contra Deum committitur. Peccatum enim speciem recipit ex intentione peccantis: vnde (vt Philosophus dicit *in 5. Ethic.*) ille qui mœchatur, vt furetur, magis est fur, quàm mœchus. Si igitur aliquis peccator, in contemptum Dei & suscepti beneficij, aliquod peccatum committat, illud peccatum trahitur ad speciem ingratitudinis. Et hoc modo ingratitudo peccantis est speciale peccatum. Si verò aliquis, intendens aliquod peccatum committere, putà homicidium, aut adulterium, non retrahatur ab hoc, propter hoc quod pertinet ad Dei contemptum, ingratitudo non erit speciale peccatum, sed trahetur ad speciem alterius peccati, sicut circumstantia quædam. Vt enim *Augustinus* dicit in lib. de nat. & grat. *Non omne peccatum est ex contemptu: & tamen in omni peccato Deus contemnitur in suis præceptis*.

An propter ingratitudinē, cum quis iterum peccat, redeat dimissorum reatus peccatorum.
Q Ad Hann. 4. d. 22. 1. 1. fi. c. & in alio l. c. a. 2. q. 3. & 3 p. 88. a. 1. a. & 4.
R 3. p. 88. a. init. c.
Augetur hinc peccatum sequens.
S Thren. 4. ibi.
T Hebr. 10. l. 3. ibi, Filium Dei.
V 2. Pet. 2. ibi.
X Io. 5. l. 2. lit. c. ibi.
Peccata dimissa simpliciter non redeunt, sed secundùm quid, ratione ingratitudinis.
Y Ad Hann. 4. d. 22. 1. 1. c.
Z 4. d. 22. 1. a. 2. q. 3 fi. c. ad Hann. l. c & 3. p. 88. 3.
Et sic non redit æqualis reatus secundùm quantitatem absolutam, sed secundùm proportionalitatem.
Ingratitudo modò speciale peccatum est, modò peccati circumstantia.
A 3 p. 88. 4. c. & q. 1. & 2. & 2. 2. 107. 2. ad 1. In 4. d. 16. 1. 1. q. 3. ad 4. & d. 22. 1. 1. q. 1.

d *Cæterùm nunquam satis in humanam erga Deum declamatur ingratitudinem: quotidie enim nouis beneficijs cumulamur; gratias autem nedum non agimus, quas debemus, quinimmò benefactori ingrati, post beneficium emundationis à culpa, iterum delinquimus. Quò facit illud Luc. 17.* Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo &c. *Redimus tamen in ærumnis in tribulationibus constituti, vt noua beneficia recipiamus, Psal. 77.* Cum occideret eos, quærebant eum: & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. *Et hoc est, quod dicebat initio Author de cæcis illis, qui beneficium corporalis visus recipientes*, confestim secuti sunt eum, *vt dicitur Matth. 20.* Vnde B non fuerunt ingrati: multi enim, antequam habeant beneficium, sequuntur Dominum; sed accepto beneficio, dimittunt eum. *Huc spectat & quod dicitur Psalm. 48.* Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. *Confitebitur*, idest C laudabit te, *cum benefeceris ei*; idest, cum dederis sibi bona temporalia, quæ amat. *At his receptis, non ita facilè ad Deum reditur, nisi noua vrgente tribulatione. His quoque cohærent quæ Dominus prompsit Ioann. 6.* Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis de panibus, & saturati estis. *Quasi diceret*: Propter carnem D me quæritis, non propter spiritum, scilicet vt iterum pascamini. *Vnde exsaturati non ampliùs sequuntur, sed ingrati, omnino dimittunt, Eccli. 29.* Pascet, & potabit ingratos. *Atqui nullus ingratus magis, quàm seruus ille nequam (de quo Matth. 18.) qui debebat Regi Domino suo decem millia talenta: cujus misertus Rex*, dimisit eum & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes &c. *Vbi Author*: Hic *inquit* ponuntur E quinque, quæ aggrauant ingratitudinem serui. *Primò* enim aggrauatur ex tempore: quia si post nouem vel decem annos accidisset, non esset mirum; sed quia eodem die deliquit, ingratus efficitur. Sicut de peccatore, qui quando sunt dimissa ejus peccata, in eodem die ad peccata reuertitur. *Item* ex simulatione, quoniam in consideratione domini humilis fuit, sed egressus statim ostendit qualis esset. Item ostenditur ex cognatione, quoniam *inuenit vnum de conseruis*

Beneficium à Deo acceptum non recognoscimus.
In ærumnis constituti ad Deum redimus: post acceptum beneficium elongamur.
B Matth. 20. fi. cap.
C Psal. 48. fi.
D Ioann. 6. l. 3. lit. d.
Peccatoris ingratitudo describitur.
E Matth. 18. lit. c. ibi.

seruis suis, Eccli.28. *Homo homini reseruat iram: & à Deo quærit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur?* Item ex paruitate debiti, quia *debebat ei centum denarios*; vnde in numero erat differentia, quia ipse *decem millia*: & in pondere, quia ille *denarios*, & ipse *talenta*. Vnde peccata, quæ in Deum committuntur, sunt plura & grauia magis, quàm quæ in hominem, quæ leuia sunt, quia ex infirmitate; & ita, differens est ibi grauitas, sicut talentorum & denariorum. *Item* ex crudelitate in exigendo, quia *tenens suffocabat eum*, & quia noluit remittere. *Tunc vocauit illum Dominus suus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?* Vbi exprobrat beneficium illatum. Q. d. *Serue nequam*, tu recepisti magna, & non vis impendere parua? *Et iratus, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum.* Hic videtur innuere, quòd peccata dimissa (*omne debitum dimisi tibi*) redeant. Sed hoc non videtur, eo quòd remissio efficaciam habet à Sacramentis: dicuntur autem redire per ingratitudinem. *Quæ cuncta ingratis Deo benefactori hominibus peccantibus manifestè adaptantur. Ergo diuina recognoscenda sunt beneficia. Vnde Apostolus ad Rom.* 1. An ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? *Quem ad locum ex glossa* Hieronymi *dicitur*: Peccas, ò homo, dum tibi impunitatem promittis: grauiùs peccas, quia contemnis: & grauissimè peccas, quia ignoras. *Grauissimè*, scilicet F in genere ingratitudinis: magis enim ingratus est *ex Augustino* qui beneficium non cognoscit, quàm qui diminuit, quod est contemnere. *Hortabatur hinc idem Apostolus* 1. *Cor.* 12. De spiritualibus nolo vos ignorare; *idest*, de donis G gratiarum, quæ sunt à Spiritu Sancto. Est enim maximum genus ingratitudinis ignorare beneficia accepta. Et ideò, vt homo non sit Deo ingratus, non debet spirituales gratias ignorare, *quas à Deo recipit & recepit*, 1. *Cor.* 2. Vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. *Sanè grauissima ingratitudo est, vt præinnuimus, beneficiorum obliuisci; & eo magis, quo frequentiora, immò & continua sunt, qualia quæ nobis quotidiè conferuntur à Deo.* Et ideò H semper ea oportet in memoria teneri, *secundùm illud Is.* 63. Miserationum Domini recordabor: laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus. *Nos attamen ingrati, tot accepta obliuiscimur, non secus ac immemores Iudæi, de quibus dicitur Psal.* 77. Non sunt recordati manus ejus, die qua redemit eos de manu tribulantis. *Et Psal.* 105. Obliti sunt Deum, qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro. *Et quod detestabilius est*, obliti sunt *statim*; *vnde ibid. præmittitur*: Citò fecerunt, obliti sunt operum ejus. *Nec sufficit ingratis hominibus, diuina non recognoscere beneficia: sed quod à Deo quidam accipiunt, sibimetipsis impudenter attribuunt. Contra quod dicitur* 1. *Cor.* 4. Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? *Quid habes, quod non accepisti?* Q. d. Nihil I: omnia enim bona sunt à Deo, 2. *Par.* 29. Tua sunt omnia: & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. *Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Ille gloriatur quasi non accipiens, qui de se ipso gloriatur, & non de Deo. Et ad hoc pertinet prima species superbiæ, qua scilicet aliquis superbiendo, quod habet, dicit à se ipso habere, juxta illud Psalm. 11. *Labia nostra à nobis sunt: quis noster Dominus est?*

Diuina beneficia recognoscenda, ac ingratitudinem coram Deo incurramus.

F Rom. 2. l. 1. ibi.

G 1. Cor. 12. l. 1. ibi.

Eorum obliuio detestabilis.

H Ioan. 5. l. 2. lit. a.

Quæ à Deo habemus, non nobismetipsis attribuamus ingrati.

I 1. Cor. 4. l. 2. ibi. & Ps. 11. lit. c.

Ingratis valdè irascitur Deus

c *Sanè hominibus ingratis valdè irascitur, & quidem justè, Deus. Hinc* Isaias cap. 27. *cùm præmisisset*: Visitabit Dominus in gladio suo duro & grandi & forti &c. *post pauca subdit*: indignatio non est mihi. *Vbi Author*: Proponit *inquit* seuerum L judicium, proponens sæuientis iram: *indignatio non est mihi*. Q. d. Immò justè indignor, quia beneficijs ingrati sunt. *Vel*, indignatio non est mihi; *idest*, *non simplex ira in ingratos, sed justus furor: vt ostenderet, quantâ sit ingratus pœnâ dignus. Neque exigua imminet ingratis hominibus punitio, de quibus dicitur* 4. *Esdr.* 8. Sed & ipsi, qui creati sunt, coinquinauerunt nomen ejus, qui fecit eos: & ingrati fuerunt ei, qui præparauit eis vitam. *Non desunt autem in sacra pagina ingratorum justè à Deo punitorum exempla. Nam Deut.* 32. *dicitur*: Deum, qui te genuit, dereliquisti: & oblitus es Domini Creatoris tui: *en hominis ingratitudo. Et mox sequitur*: Vidit Dominus, & ad iracundiam prouocatus est. Et ait: Abscondam faciem meam ab eis. Ignis succensus est in furore meo (*non tantùm in indignatione, vt præmisimus*) & ardebit vsque ad Inferni nouissima *cum ijs, quæ sequuntur. Item* Is. 38. *legitur, quòd* ægrotauit Ezechias vsque ad mortem: *quam quidem* infirmitatem M Ezechias incurrit propter ingratitudinem: quia post tantam victoriam Canticum gratiarum actionis non composuit, sicut moris erat. (*Hinc pijssimi cuncti Principes, vbi victoriam obtinent, Canticum* Te Deum *curant à Clero persolui, quo partam victoriam à Deo exercituum se obtinuisse demonstrent.*) *Dauid pariter Rex, quia multiplicibus à Deo beneficijs affectus, ijs Deoque ingratus peccauit, à Nathan* 2. Reg. 12. *ex ore Domini audiuit*: Ego vnxi te in Regem super Israel, & ego erui te de manu Saulis, & dedi tibi domum Domini tui &c. Et si parua sunt ista, adijciam tibi multò majora. *En beneficia à Deo illi collata.* Quare ergo contempsisti verbum Domini, vt faceres malum in conspectu meo? Vriam Hethæum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti &c. *En Dauidis ingratitudinem.* Quamobrem (*punitionem attende*) non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum. Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua &c. *Idem de Salomone habetur* 3. Reg. 11. *vt innumera mittamus exempla. Nunquam enim ingratitudo graui absque supplicio toleratur à Deo, nedum in præsenti seculo, sed & in futuro. Quo sensu dicitur Iac.* 2. Superexaltat autem misericordia judicium: *nimirùm*, quia N quantò misericordia major alicui in præsenti impenditur, tantò si ingratus fuerit, grauiùs in futuro punietur. *Et hoc est, quod dicitur Sap.* 16. Ingrati spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacua. *Quid enim speret salutis à Saluatore Mundi, qui immenso redemptionis beneficio ingratus*, Filium Dei (*Hebr.* 10.) conculcauit, & sanguinem Testamenti pollutum duxit? *Legat ingratus salutiferi Ligni epigraphem. I. N. R. I. & nouerit, quòd* Iesus Non Recipit Ingratos. *D I S C E, non tam ad habendum, quàm pro accepto beneficio, sequi benefactorem & obsequi. Vide*, Amor Dei erga hominem, Beneficium, Christi Misericordia, Gratia *siue* Gratitudo.

L Is. 27. ibi.

Et grauiter punit.

M Is. 38. sub initio.

N Iac. 2. ibi. Diuinæ beneficijs misericordiæ hic ingratus, eò grauiùs in futuro punietur.

INIMICVS. Vide DILECTIO INIMICORVM.

INNOCENTES MARTYRES. Vide CHRISTI NATIVITAS.

INNOCENTIÆ STATVS. Vide ADAM.

INSENSIBILITAS. Vide ABSTINENTIA A' LICITIS.

INTEMPERANTIA. Vide ABSTINENTIA, GVLA, TEMPERANTIA.

INTENTIO. Vide ACTIO, ACTVS, VOLVNTAS.

INTERCESSIO. Vide SANCTORVM INTERCESSIO.

Digitized by Google

INVIDIA.

VII. Horribile est odium inuidiæ: quia omnia motiua amoris præcipua, summè vertit in oppositum: accipit enim vt sibi contrarijssima quæ amantissima sunt. *Gen.37. ibi*, oderant eum.

Inuidiæ nomen vnde sit.

Peccatum vetus.

Quomodo inuidia diaboli mors in Mundum.

O 2. d. 21. a. 3. ad 1. & 1. 2. 81. 1. in Sed contra. Ma. 3. 3. ad 1. & 4. contr. G. c. 50. n. 2. Apoc. 8. tom. 1. ibi, igne ardens.

P 3. p. 124. 3. c.

Q 1. p. 63. 2. c. Ma. 16. 2. c. & 3. con. G. c. 109. Ioann. 8. l. 6. lit. c.

f INuidiæ nomen ex Tullio *à nimis*, *siue* intus videndo *tractum est*, *quòd oculos & animum in eos*, *quibus inuidemus*, *continuè intentos teneamus*. *Est autem peruetustum peccatum*, *inuidia*: *ab initio enim* Inuidiâ diaboli mors introiuit in Orbem terrarum, *vt dicitur Sap.2.* Diabolus *quippe* homini O inuidebat, quem sibi superiorem futurum putabat, si illuc ascenderet, vnde ipse descenderat; & in hoc ipso jam superiorem, quòd ad bonum illud habendum paratus erat homo, quod ipse dæmon in perpetuum amiserat. *Ex quo dæmones & modò incessanter* propter inuidiam P profectum hominum impedire nituntur. (*Diabolum exinde inuidentem imitatus est Cain*, *primo fratri inuidens innocenti*: *de quo infrà*.) *Nec mirum*: *nam*, *sicut superbia*, *propria diaboli est*: *ita & inuidia*. Ejusdem enim Q rationis est, quòd affectus tendat in aliquid appetendum, & quòd renitatur opposito. Inuidus autem ex hoc de bono alterius dolet, in quantùm bonum alterius æstimat sui boni impedimentum, Non autem bonum alterius poterat æstimari impedimentum boni affectati per Angelum malum, nisi in quantùm affectauit excellentiam singularem: quæ quidem singularitas per alterius excellentiam cessat. Et ideò post peccatum superbiæ consecutum est in Angelo peccante malum inuidiæ, secundùm quod de bono hominis doluit; & etiam de diuina excellentia, secundùm quod eo Deus contra voluntatem ipsius Diaboli vtitur in gloriam diuinam. *Post peccatum inquam superbiæ consecutum est in Angelo peccante*, *& consequitur in homine*, *malum inuidiæ*: *eo quòd* inuidia R vt in pluribus ex superbia oritur: propter hoc enim homo maximè tristatur de bono alterius, quia est propriæ excellentiæ impeditiuum. *Et alibi*: Ex ipsa S superbia inuidiæ zelus oritur. Vnde *Augustinus*: Amando, *inquit*, quisque excellentiam suam, vel paribus inuidet, quòd ei coæquantur: vel inferioribus, ne sibi coæquentur: vel superioribus, quòd ei non coæquentur. *Est autem inuidia tristitia quædam*. Objectum *verò* tristitiæ T est malum proprium. Contingit autem, id quod est alienum bonum, apprehendi vt malum proprium: & secundùm hoc de bono alieno potest esse tristitia. Sed hoc contingit dupliciter. Vno modo, quando quis tristatur de bono alicujus, in quantùm imminet sibi ex hoc periculum alicujus nocumenti: sicut cum homo tristatur de exaltatione inimici sui, timens ne eum lædat. Et talis tristitia non est inuidia, sed magis timoris effectus, vt Philosophus dicit *in 2. Rhet.* Alio modo, bonum alterius æstimatur, vt malum proprium, in quantùm est diminutiuum propriæ gloriæ, vel excellentiæ: & hoc modo de bono alterius tristatur inuidia. Et ideò præcipuè de illis bonis homines inuident, in quibus est gloria, & in quibus homines amant honorari, & in opinione esse, vt Philosophus ibidem dicit. *Est igitur inuidia* tristitia V quædam de alienis bonis: sed hæc tristitia potest contingere quatuor modis. *Vno* quidem *modo*, cum aliquis dolet de bono alicujus, in quantùm ex eo timetur nocumentum vel sibi ipsi, vel etiam alijs bonis: & talis tristitia non est inuidia (*vt dictum est*) & potest esse sine peccato. *Alio modo* potest aliquis tristari de bono alterius, non ex eo, quòd ipse habet bonum, sed ex eo, quòd nobis deest bonum illud, quod ipse habet: & hoc propriè est *zelus*, vt Philosophus dicit *in 2. Rhet.* Et, si iste zelus sit circa bona honesta, laudabilis est, secundùm illud 1. Cor. 14. *Æmulamini spiritualia*. Si autem sit de bonis temporalibus, potest esse cum peccato, & sine peccato. *Tertio modo* aliquis tristatur de bono alterius, in quantùm ille, cui accidit bonum, est eo indignus: quæ quidem tristitia non potest oriri ex bonis honestis, ex quibus aliquis justus efficitur: sed (sicut Philosophus dicit *in 2. Rhet.*) est de diuitijs & talibus, quæ possunt prouenire dignis & indignis. Et hæc tristitia secundùm ipsum vocatur *Nemesis*: & pertinet ad bonos mores. Sed hoc ideò dicit: quia considerabat ipsa bona temporalia secundùm se, prout possunt magna videri non respicientibus ad æterna. Sed secundùm doctrinam fidei, temporalia bona, quæ indignis proueniunt, ex justa Dei ordinatione disponuntur vel ad eorum correctionem, vel ad eorum damnationem: & hujusmodi bona quasi nihil sunt in comparatione ad bona futura, quæ seruantur bonis. Et ideò hujusmodi tristitia prohibetur in sacra Scriptura, secundùm illud Ps.36. *Noli æmulari in malignantibus*, *neque zelaueris facientes iniquitatem*. *Quarto modo* aliquis tristatur de bonis alicujus, in quantùm alter excedit ipsum in bonis; & hoc propriè est inuidia; & istud semper est prauum, vt Philosophus ibidem dicit: quia dolet de eo, de quo est gaudendum, scilicet de bono proximi. *Alibi quoque cohærenter docemur*, *quòd* secundùm X Philosophum *in 2. Ethic.* quatuor ad idem genus spectant, scilicet misericordia, inuidia, zelus, & nemesis. Et hæc omnia important tristitiam de euentibus aliorum: sed misericordia & inuidia de ijs, quæ eueniunt bonis; alia verò duo de ijs, quæ eueniunt malis. *Inuidia* enim est tristitia de prosperitate bonorum: sed *misericordia* est tristitia de miseria bonorum. *Zelus* propriè est, quando quis tristatur de bono alterius, non ex eo, quòd ipse bonum habet, sed ex eo, quòd ipse non habet. *Nemesis* est tristitia de bonis, quæ indignis eueniunt. *Ex quibus deducitur*, *quòd* zelus Y aliquis potest esse bonus, sed inuidia semper est mala. *Idcircò*: *Ibi*, *volucri Ægyptiæ*, *comparari inuidus solet*: Ibis *enim* auis est Z in Africa, habens longum rostrum, quæ serpentibus pascitur (& fortè est idem quod *Ciconia*) & significat inuidos, qui de malis aliorum, quasi de serpentibus reficiuntur. *Est autem inuidia* non A in irascibili, sed in concupiscibili, cum sit tristitia de alieno bono: tristitia autem est in concupiscibili, sicut & delectatio. *Et quidem*, sicut acedia B quæ est tristitia boni spiritualis diuini, est peccatum mortale ex suo genere, in quantùm contrariatur charitati quantùm ad dilectionem Dei: *Ita* inuidia, quæ est tristitia de bono proximi, est peccatum mortale ex suo genere, in quantùm contrariatur charitati quantùm ad dilectionem proximi. *Vnde Apostolus* 1. Cor.3. *dicebat*: Cum sint inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis? *Vbi Author*: Rectè *inquit* conjungit C zelum & contentionem: quia zelus, idest inuidia, est contentionis materia. Inuidus enim tristatur de bono alterius, quod ille nititur promouere, & ex hoc sequitur contentio, Iac.3. *Quòd si zelum amarum habetis*, *& contentiones* (quasi consequenter) *sint in cordibus vestris &c.* & concludit: *Vbi zelus & contentio*, *ibi inconstantia*, *& omne opus prauum*. E' conuerso charitas, per quam quis diligit bonum alterius, est materia pacis.

Inuidia ex superbia.

R Ma. 8. 1. ad 5. & q. 10. 3. ad 1. & 2. 2. 36. 4. ad 1.

S 2. d. 21. 2. 1. ad 1.

Objectum tristitiæ quidnam.

T 2. 2. 36. 1 & 2 c. Ma 10. 2. ad 1. & 7. & locis mox citandis.

De alieno bono dupliciter tristamur.

Qualis tristitia, inuidia.

Quadruplex tristitia.

V 2. 2 36. 2 c. & 158. 1. & 1. p. 63. 2. c. & 1. 2. 28. 4. In 3 d. 26. 1. 3 c. Ma. 10. 1. c & ad 11. Iob 5. l. 2. ibi, inuidia. Ps. 36. lit. a. 1. Corint. 14. l. 1. Iac. 3. ibi, quod si zelum.

Zelus quid, & quotuplex.

Nemesis quid.

Bona temporalia dantur indignis vel ad eorum correctionem, vel damnationem.

Quid propriè inuidia.

X Ps. 36 lit. a. 2. 2. 30. 3. ad 2 & q. 36. 2. c. & a 3. ad 3.

Quatuor ad idem genus spectant: misericordia scilicet, inuidia, zelus, nemesis & hæc omnia tristitiam important.

Y 2. 2. 36. 2. ad 3.

Zelus aliquando bonus: inuidia semper mala.

Inuidus, Ibis.

Z 1. 2. 102. 6. ad 1.

A Ma. 8. 3. ad 6.

In quo subiectetur inuidia.

B Ma. 11 1. c.

Contrariatur charitati proximi, sicut acedia charitati Dei.

C 1. Cor. 3. l. 1. ibi, & Iac. 3. ibi, quod si zelum.

Inuidia materia contentionis, charitas pacis.

g *Neque ex eo*, *quòd charitati contrariatur*, *inuidia idem est ac odium*. Quicunque enim D odit aliquem, tristatur de felicitate ejus, non in quantùm est excellentia quædam, sed in quantùm est simpliciter bonum quoddam ejus, quem odit: cum enim aliquis inimico velit malum, consequens est,

Differt ab odio.

D Ma. 10. 2. ad 1 & a. 3. ad 3. & 2. 2. 34. 5. ad 2.

Digitized by Google

Differentia inter odientem, & inuidentem.

est, quòd de omni bono ejus tristetur. Vnde hæc est differentia inter inuidentem & odientem. Quia inuidens non tristatur de bono alterius, nisi per hoc quòd excellitur, vel singularitatem suæ gloriæ amittit: odiens autem de quocunque bono inimici tristatur. *Verumtamen inuidiæ comes perpetuus est odium, quòd ex ea oriatur.* Sicut enim ex delectatione E causatur amor: ita ex tristitia causatur odium. Sicut ergo mouemur ad diligendum ea, quæ nos delectant, in quantùm ex hoc ipso accipiuntur sub ratione boni: ita mouemur ad odiendum ea, quæ nos contristant, in quantùm ex hoc ipso accipiuntur sub ratione mali. Vnde cum inuidia sit tristitia de bono proximi, sequitur, quòd bonum proximi reddatur nobis odiosum: & inde est, quòd ex inuidia oritur odium. *Hinc dicitur Iac.4.* Occiditis & zelatis. *Occiditis*; ecce F odium exteriùs: *& zelatis*; idest, inuidetis; ecce odium interiùs. Nam inuidia est odium felicitatis alienæ. Ex hoc enim, quòd aliquis appetit propriam excellentiam, videns in alio bonum, per quod existimat suam excellentiam impediri, vel diminui, inuidet ei: & cum non potest illud destruere, persequitur personam. *Eapropter* Genes.37. *de Ioseph legimus:* Videntes fratres ejus, quòd à Patre plùs cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui. *Et quòd eis somnium quoddam enarrasset, subditur:* Hæc ergo causa somniorum, atque sermonum, inuidiæ & odij fomitem ministrauit. *Vbi Author:* Horribile est G odium inuidiæ; quia omnia motiua amoris præcipua, summè vertit in oppositum: accipit enim vt sibi contrarijssima quæ amantissima sunt: *(quod ab initio expressi.)* Vnde naturalis fraternitas Ioseph, & ejus justitia & innocentia, & omnimoda gratiositas apud Deum & apud Patrem & apud alios, fortiùs incitabat fratres ad inuidiam; & intantum, quòd non poterant illud celare in corde, immò compellebat eos ad loquendum ei indignanter & æmulatoriè: & hoc non in vno verbo, vel duobus, sed in omnibus. Vnde signanter dicitur, quòd non poterant ei quidquam pacificè loqui. *Sed & ex verbis ad opus deuenire cupiebant, illius mortem machinati:* Venite, occidamus eum. *Bene ergo dicebat Apostolus ad Rom.*1. plenos inuidia, homicidio; *quasi hoc sit consequenter effectus illius, vt innocenti contigit Abel, impij manibus fratris interfecto, Genes.*4. Consurrexit Cain aduersùs fratrem suum Abel, & interfecit eum. *Sanè, cum ex inuidia de bono fratris doleret,* quod H concepit, opere compleuit: *concepit* dolorem, *& peperit iniquitatem.* In quo maxima fuit malitia, quoniam fratrem suum occidit ex mera inuidia: vnde nec ipsum retraxit fœdus maximum, & fortissimum naturæ vinculum, quod debet esse inter fratres, qui manant immediatè ab vna carne: nec timor comminatæ paulò ante pœnæ: nec reuerentia justitiæ, quæ erat in fratre; id quod probauerat per Dominum, qui ejus holocaustum acceptauerat: nec simplicitas humilitatis & innocentiæ: neque promptitudo obedientiæ, qua sibi obedierat eundo ad agrum: *quia nimirùm* inuidia accipit vt sibi contrarijssima quæ amantissima sunt. *Idcircò & nocendi quantum potest cui quis inuidet, anxiè tempus quærit. Quod innuitur* Dan.3. *ijs verbis:* Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusauerunt Iudæos &c. *Vbi Author:* Inuidia *inquit* tempus I & opportunitatem quærit nocendi: & tunc nec nocte nec somno nec inertia retardatur, si tempus nocendi se offerat; & ideò Scriptura hæc duo posuit, scilicet *statim*, & *in ipso tempore. Huc facit quod de Saule legitur* 1. Reg. 18. *Qui cum audisset mulieres præcinentes de Dauid:* Percussit Saul mille, & Dauid decem millia; *mox subjicitur:* Iratus est Saul nimis, & displicuit in oculis ejus sermo iste. Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid à die illa, & deinceps. *Et quòd ex inuidia ipsum persequeretur, studens ei grauiter nocere; post pauca subditur:* Porrò Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philisthinorum. *Et expressiùs cap.*20. definitum erat ab eo, vt interficeretur Dauid. *Sed & experientia ipsa, in curijs præsertim & communitatibus omnibus, quotidiana suggerit nobis exempla.*

Ex inuidia odium.
E a. 2. loc. cit. in corp. Ma. loc. cit. a. 3. c.

Inuidia odiũ felicitatis alienæ.
F Iac. 4. ibi.

Ex inuidia alieni boni deuenitur ad odium & persecutionem personæ vsq; ad homicidium.
G Gen. 37. ibi.
Fratrum Ioseph grauis inuidia, & odiũ in eum.

Et Cain in fratrem Abelem.
H Gen. 4. ibi. & ibi, iratus que.

Quærit inuidia, quantum potest, tempus nocendi.
I Dan. 3. ibi.

h *Ex quo inuidia manifestè* misericordiæ L opponitur directè, secundùm contrarietatem principalis objecti. Inuidus enim tristatur de bono proximi: misericors autem tristatur de malo proximi. Misericordia autem quædam virtus est, & charitatis proprius effectus; vnde inuidia misericordiæ opponitur, & charitati, *vt prætactum est. Eapropter inuidia secundùm genus suum (quod præinnuimus) culpa mortalis est.* Quando enim M ex comparatione actus ad suam materiam, intelligitur aliquid oppositum charitati, oportet, quòd actus ille sit peccatum mortale ex suo genere. Inuidere autem importat aliquid charitati repugnans ex ipsa comparatione actus ad suum objectum: est enim de ratione amicitiæ, vt eis (*amicis*) velimus bona, sicut & nobis ipsis, vt dicitur *in 9. Ethic.* Vnde quòd aliquis de felicitate alterius tristetur, hoc manifestè repugnat charitati, in quantùm per eam diligitur proximus. Hinc *Augustinus:* Qui inuidet *inquit* bene cantanti, non amat bene cantantem. Vnde inuidia ex suo genere est peccatum mortale. *Verumtamen* in quolibet N genere peccati mortalis inueniuntur aliqui imperfecti motus, in sensualitate existentes, qui sunt peccata venialia: sicut in genere adulterij, primus motus concupiscentiæ, & in genere homicidij primus motus iræ. Ita etiam in genere inuidiæ inueniuntur aliqui primi motus, quandoque etiam in viris perfectis, qui sunt peccata venialia. *Sed & vlterius* est quædam O inuidia, quæ inter grauissima peccata computatur, scilicet inuidentia fraternæ gratiæ, secundùm quod aliquis dolet de ipso augmento gratiæ Dei, non solùm de bono proximi. Vnde & ponitur peccatum in Spiritum Sanctum, quia per hanc inuidentiam homo quodammodo inuidet Spiritui Sancto, qui in suis operibus glorificatur. *Quale profectò videtur fuisse inuidiæ peccatum in impio Cain, de quo dicitur Genes.*4. Iratus est Cain vehementer: *Iratus*, irâ scilicet P inuidiæ & indignationis in fratrem, & impatientiæ in Dominum, qui munera sua non acceptauerat: & fuit inuidia pessima & nequissima. Nam inuidia respectu boni alicujus temporalis magis mouet secundùm rationem vel minùs contra rationem: quia si inuideo de aliquo pulchro equo, ex hoc fortè moueor, quia si alter habet, ego non habebo. Sed bonum diuinum est ita commune, quòd omnibus communicatur, nisi per hominem impediatur. *Quia verò ex inuidia plura suboriuntur peccata, vitium quoque statuitur capitale.* Sicut *enim* acedia Q est tristitia de bono spirituali diuino: ita inuidia est tristitia de bono proximi. Acedia autem est vitium capitale ea ratione, quia ex acedia homo impellitur ad aliqua facienda vel vt fugiat tristitiam, vel vt tristitiæ satisfaciat: vnde eadem ratione inuidia ponitur vitium capitale. *Hinc à D. Gregorio* 31. *Moral. quinque ei assignantur filiæ, ait enim ibi:* De inuidia R oritur odium, susurratio, detractio, exultatio in aduersis proximi, & afflictio in prosperis. *Et ratio adducitur: quia* in conatu S inuidiæ est aliquid tanquam principium, & aliquid tanquam terminus. Principium quidem est, vt aliquis diminuat gloriam alterius, vel in occulto; & sic est susurratio: vel manifestè; & sic est detractio. Medium autem est, quia aliquis intendens diminuere gloriam alterius, aut potest; & sic est exultatio in aduersis: aut non potest; & sic est afflictio in prosperis. Terminus autem

L 2. 2. 36. 3. ad 3. In 3. d. 26. 1. 3 c. Ma. 10. 2. ad 8. & Ps. 36. sub init.
Opponitur directè misericordiæ.

M Ma. 10. 2. c. & q. 11. 3. c. & 2. 2. 36. 3. c.
Inuidia secundùm genus suum, mortale est.

Nisi sint aliqui primi motus, qui veniales sunt.
N 2. 2. 36. 3. f. c.

Inuidentia diuinæ gratiæ peccatum grauissimum.
O Ibid. a. 4. ad 2. & q. 14. 2. In 2. d. 43. a. 3. Matth. 12. lit. b. ibi, Spiritum Sanctũ, Rom. 2. l. c. fi. *Peccatum in Spiritum Sanctum.*
P Gen. 4. ibi.
Quale fuit impij Cain.

Vitium inuidia capitale.
Q 2. 2. 36. 4. c. Ma. 8. 1. c. & ad 5. & q. 10. 3.

Quinq; illius filiæ.
R 2. 2. l. c. arg. 3. Ma. 10. 3. arg. 3.
S 2. 2. l. c. ad 3. & q. 73. 3. ad 3. Ma. 10. 3. c. & ad 3.

Digitized by Google

tem est in ipso odio: quia sicut bonum delectat & causat amorem: ita tristitia causat odium.

Inuidiæ effectus & damna. T Apoc. 16. com. 1. ibi Quintus Angelus.

i *Sanè*, ex hoc T inuidiæ vitio, quasi ex radice corrupta, nascitur omne ferè vitium. *Primò* ipsa excæcat mentem vbi est, Iob 5. *Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie.* Vbi glossa *Gregorij*: Cum mens de alterius melioratione affligitur, quasi à Solis radio obscuratur. Item inuidi debent perpendere, quantæ sint cæcitatis, qui alieno profectu deficiunt, alienâ lætitiâ tabescunt. Quantæ etiam infelicitatis sint, qui melioratione proximi deteriores fiunt. Deberent inuidi in omni ciuitate oculos habere, vt felicitate omnium torquerentur. *Secundum malum* est, quòd priùs subjectum proprium cruciat, quàm alij noceat. *Hieronymus*: Inuidia primùm sui mordax est. *Suetonius*. Inuidus omnino medullitus æstuans, à semetipso liuoris proprij semper exigit pœnas. *Tullius*. Nunquam meliùs torquebis inuidos, quàm virtuti & gloriæ seruiendo. *Tertium malum* est, quòd facit hominem imitatorem diaboli: *Inuidia diaboli mors introiuit in Orbem terrarum: imitantur autem illum qui sunt ex parte illius*, vt dicitur Sap. 2. *Quartum malum* est, quòd non habet finem. *Cyprianus*. Zelus finem non habet, cum cætera finiantur: quantoque ille, cui inuidetur, successu meliore profecerit, tantò inuidus successu deficit, & ignibus incendij sui liuoris exardescit. *Et alibi*. Inuidia V bona perimit. *Gregorius*. Inuidia cuncta, quæ inuenit bene gesta, consumit. Item subjectum affligit; vnde & inuidia vocatur dolor. Item proximum corrodit, Apoc. 16. *Commanducauerunt linguas suas præ dolore.* Item mortem infligit, primò culpæ, separando à Deo; & tandem gehennæ, Iob 5. *Paruulum occidit inuidia.* Item Deum configit: quandoque enim blasphemijs crucifigit Deum inuidus, dum videt alium prosperari, & se eo inferiorem, Apoc. 16. *Blasphemauerunt Deum Cæli præ doloribus.* Deum *inquam* configit inuidia: *nam & Saluator noster ex Iudæorum inuidia traditus est ad mortem*: Sciebat enim (*Pilatus*) quòd per inuidiam tradidissent eum, *vt dicitur Matth. 27.* Sicut enim X inuidia diaboli fuit inimica primo homini: ita debuit esse inuidia Iudæorum inimica Christo. Sic & Ioseph ex inuidia traditus est à fratribus *Gen. 37. Et quamuis inde secuta sit totius Mundi redemptio, non ideò detestabilis non fuit supra modum Iudæorum inuidia, secundùm illud:*

V Ibid. com. 1. ibi, & non egerunt.

Ex Iudæorum inuidia, mors Saluatoris.

X Matth. 27. lit. a. ibi.

Actio displicuit, Passio grata fuit.

Hinc propter maxima, quæ infert hominibus damna, ignis dicitur inuidia, Apoc 8. Et tanquam mons magnus, igne ardens, missus est in mare. *Mons magnus*, idest Y diabolus, *igne ardens*, scilicet inuidiæ: inuidet enim saluti humanæ. *Et infrà*: Cecidit de Cœlo stella magna, ardens quasi facula. *Stella*, idest Z diabolus, qui dicitur *stella* propter naturalem scientiam, *ardens quasi facula*: quia ardet interiùs ad modum faculæ per inuidiam, desiderans incendere homines: & incendendo affectu vel effectu alios, seipsum igne malitiæ consumit & vrit (*ita & inuidus quisque*) sicut facula, quæ cum incenditur, consumitur. *Inuidus proinde à* Cypriano *hisce verbis describitur*. Huic A vultus minax, toruus aspectus, pallor in facie, tremor in labijs, stridor in dentibus, verba rapida, effrænata ceruix, manus ad violentiam prompta, quæ etsi interdum gladio vacet, odio tamen furibundæ mentis armata est. *Et à Gregorio*. Cum B deiectum cor liuoris putredo corruperit, color pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, & membra frigescunt. Fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor: nil lætum de proximis libet, quia tabescentem mentem sua pœna sauciat, quam felicitas torquet aliena. *Talis erat inuidus Cain, de quo idcircò dicitur Genes. 4.* Iratus est vehementer, & concidit vultus ejus: *nimirùm* intrà C & extrà. Intrà, quasi per quandam desperationem: extrà, per faciei & oculorum depressionem, & pallorem, & immutationem; & hoc propter nimiam tristitiam. *Concidit* autem *vultus ejus* exterior: quia ab interiori consternatione mentis, vel cordis, exterior aspectus faciei cadit: in vultu enim lucet communiter passio mentis. *Vnde Prou. 14.* Putredo ossium, inuidia. *Hinc de Aman ex inuidia honoris, Mardochæo ex regio mandato collati, afflicto dicitur Esth. 6.* Reuersus est Mardochæus ad januam palatij: & Aman festinauit ire in domum suam, lugens, & operto capite. *Profectò, canebat Horatius:*

Y Ap. 8. com. 2. ibi

Inuidia ignis consumens.

Z Ibid. ibi.

Inuidus describitur à Cypriano.

A Ap. 16. com. 2. ibi Quintus Angelus.

Et à Gregorio.

B Apoc. 8 com. 2. ibi, igne ardens.

Qualis Cain.

C Gen. 4. ibi.

Et Aman.

Inuidiâ Siculi non inuenere tyranni
Majus tormentum.

Et ita, culpa simul & pœna sibi inuidia est. Liuor D suum perimit authorem, *ajebat Isidorus*. Culpa *quidem* est, secundùm quod procedit ab inordinata hominis voluntate: pœna autem, secundùm quod habet quandam pœnalem afflictionem adjunctam. *Quod innuitur Apoc. 16.* Commanducauerunt linguas suas præ dolore; *idest*, præ E inuidia, quæ est dolor felicitatis alienæ. Bene autem vocatur dolor: quia inuidus, dolendo de bono alterius, ipso dolore affligitur. *Eapropter & liuor dicitur inuidia, quia ejusmodi est, præ dolore & tristitia, color inuidorum: nam*

D Ma. 10. 1. ad 9. & 2. 2. 36. 2. ad 4.

Inuidia, culpa simul & pœna sibi.

E Ap. 16. com. 1. ibi.

Cur & liuor dicatur.

Inuidus alterius macrescit rebus opimis:

vt præfatus cecinit Horatius

I *Verùm*, quia F inuidia est de gloria alterius, in quantùm diminuit gloriam, quam quis appetit: consequens est, vt ad illos tantùm inuidia habeatur, quibus homo vult se æquare, vel præferre in gloria: hoc autem non est respectu multùm à se distantium. Nullus enim, nisi insanus, studet se æquare, vel præferre in gloria ijs, qui sunt multò eo majores, putà plebejus homo Regi, vel etiam Rex plebejo, quem multùm excedit. Et ideò ijs, qui multùm distant vel loco vel tempore vel statu, homo non inuidet; sed ijs, qui sunt propinqui, quibus se nititur æquare, vel præferre. *Quemadmodum autem* memoria G præteritorum bonorum, in quantùm fuerunt habita, delectationem causat; sed in quantùm sunt amissa, causant tristitiam: *ita*, in quantùm ab alijs habentur, causant inuidiam, quia hoc maximè videtur gloriæ propriæ derogare. Et ideò dicit Philosophus *in 2. Rhet.* quòd senes inuident junioribus: & illi, qui multùm expenderunt ad aliquid consequendum, inuident ijs, qui paruis expensis illud sunt consecuti. Dolent enim de amissione suorum bonorum, & de hoc, quòd alij consecuti sunt bona. *At verò frequentiùs vitium hoc pusillanimes possidet, Iob 5.* Paruulum occidit inuidia. *Ex eo autem* pusillanimes H proni sunt ad inuidiam: quia inuidia nil aliud est, quàm tristitia de prosperitate alicujus, in quantùm prosperitas illius existimatur propriæ prosperitatis impedimentum. Hoc autem ad paruitatem animi pertinet, quòd aliquis non se existimet posse prosperari inter alios prosperantes. *In mulieribus tandem mundanæ vanitati addictis (non ita in bene moratis) inuidia perpetuò regnat, quòd alias cernunt sumptuosioribus, quàm sua, vestimentis indutas, gemmisque pretiosioribus ornatas: ex quo & cum viris discordiæ, & non rarò adulteria consequuntur.* Superbus I & pretiosus ornatus in muliere (*præter cætera quæ parit inconuenientia*) exemplo malo corrumpit. Alijs enim mulieribus occasio est ruinæ vel per inuidiam: vel per discordiam ad maritos, similes ornatus eis nisi procurent: vel per adulterium, vt habeant ornatum ab extraneis, quem non possunt habere à maritis. *Sed & puellas ex hac sola causa frequenter audimus corruptas. DISCE æmulari spiritualia, temporalia non inuidere. Vide Zelus.*

F 2. 2. 36 1. ad 2. & 3.

Ad quos habeatur, vel non habeatur inuidia.

G Ibid. ad 4.

Quinam inuidi sint.

Pusillanimes possidet inuidia.

H Iob 5. l. 1. ibi & 2. 2. l. c. ad 3. ad Tit. 14. l. 2.

I Op. de er. Pr. l. 2. c. 55.

Et vt plurimùm mulieres.

INVO-

Digitized by Google

INVOLUNTARIUM. Vide ACTUS, IGNORANTIA, VOLUNTAS.

S. IO: BAPTISTA.

VIII. Ne credatur Ioannes esse majoris authoritatis, quàm Christus, dicit Euangelista: *Non erat ille lux*: Io.1.l.4. lit. b.

De Ioannis præstantia & dignitate prænunciatio.

m QVantæ futurus esset Ioannes præstantiæ & dignitatis, vel ipsa ejus conceptio præmonstrauit. *Fuit enim* eodem Angelo, quo Christus, denunciante conceptus, *eodemque fermè præconio celebratus. De Christo siquidem prompsit ad Mariam Gabriel:* Hic erit magnus; *de Ioanne idem Gabriel ad Zachariam:* Erit magnus coram Domino, *Luc.1. De illo:* Vocabis nomen ejus JESVM; *de hoc:* Vocabis nomen ejus Ioannem, *ibid. Nato Seruatore:* Euangelizo *inquit* vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, *Luc.2. de Ioanne nascituro:* Multi in natiuitate ejus gaudebunt, *Luc.1. De illo dicitur* 3. *Ioann.4.* Filium suum vnigenitum misit Deus in Mundum: *de isto Ioann.1.* Fuit homo missus à Deo. *Missus*, ad officium scilicet L baptizandi & prædicandi. Ex idoneitate verò commendatur, cum dicit: *Cui nomen erat Ioannes.* Ad officium namque testimonij requiritur idoneitas; nam testis, nisi sit idoneus, qualitercunque mittatur ab alio, non est sufficiens testimonium ejus. Homo enim efficitur idoneus ex gratia Dei, 1. Cor. 15. *Gratia Dei sum id, quod sum*, & 2. Cor.3. *Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti.* Satis ergo congruè Euangelista idoneitatem Præcursoris insinuat ex ejus nomine, dicens: *cui nomen erat Ioannes*; quod interpretatur, *in quo est gratia.* Quod quidem nomen non fuit frustra sibi impositum, sed ex diuina præordinatione, & antequam nasceretur, vt patet *Luc.1. cit.* Quod etiam ostendit ex modo loquendi, cum dicit, *erat*, quantùm ad Dei præordinationem. *Ex quo rara Ioannis sanctimonia vel ab ipso Matris vtero Mundo satis innotuit; prædictum enim de illo erat:* Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, *vt expressè habetur eodem* Luc.1. *Non secus ac de Ieremia cap. 1. expressè legimus:* Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificaui te. *Ex quibus authoritatibus* asserendum M videtur, eos sanctificatos in vtero: quamuis in vtero vsum liberi arbitrij non habuerint (de quo *Augustinus* quæstionem mouet:) sicut pueri, qui sanctificantur per baptismum, non statim habent vsum liberi arbitrij. Nec est credendum, aliquos alios sanctificatos esse in vtero, de quibus Scriptura mentionem non facit: quia hujusmodi priuilegia gratiæ, quæ dantur aliquibus præter legem communem, ordinantur ad vtilitatem aliorum, secundùm illud 1. Cor. 12. *Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem*: quæ nulla proueniret ex sanctificatione aliquorum in vtero, nisi Ecclesiæ innotesceret. Et quamuis judiciorum Dei non possit ratio assignari; quare scilicet huic, & non alij, hoc munus gratiæ conferat: conueniens tamen videtur fuisse, vtrunque dictorum sanctificari in vtero, ad præfigurandam sanctificationem per Christum faciendam. *Primò* quidem per ejus passionem, secundùm illud Hebr. vlt. *Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.* Quam quidem passionem Ieremias & verbis & mysterijs apertissimè prænunciauit, & suis passionibus expressissimè præfigurauit. *Secundò* per baptismum, 1. Cor.6. *Sed abluti estis, sed sanctificati estis.* Ad quem quidem baptismum Ioannes suo baptismo homines præparauit. *Alibi quoque docemur, quòd* cum omnis N sanctificatio ordinetur ad illam sanctissimam Filij Dei conceptionem: conuenienter Mater, in cujus vtero celebrata est ista conceptio, sanctificata fuit: & Io: Baptista, qui adhuc clausus vtero, clausum in vtero ostendit: & Ieremias, qui inter alios expressiùs modum illius sanctissimæ conceptionis disseruit, *Ier.31.* Creauit Dominus nouum super terram: Fœmina circundabit virum. *Et quidem in* B. Virgine O fomes adeò debilitatus est, vel extinctus, vt ad peccatum actuale nunquam inclinaret: in alijs autem inclinauit ad veniale, non autem ad mortale. Et in Io: Baptista etiam fuit depressior, quàm in Ieremia, cujus interior sanctificatio exultatione quadam in notitiam hominum prodijt, quia dictum est: *Exultauit infans in vtero ejus (Elisabeth) Luc.1. Exultauit* inquam *in vtero infans. Et tunc quidem, an vsum rationis habuerit:* quia *Augustinus* super hoc P dubiè loquitur, diuersimodè aliqui senserunt. Dixerunt enim quidam, quòd Ioannis exultatio non fuit aliquis motus corporalis, sed miraculosus quasi gaudentis, vt matri innotesceret Matris Saluatoris aduentus. Alij autem dicunt aliter, & meliùs, quòd ad illud momentum datus est ei vsus rationis; & non est inconueniens, si postea sit subtractus: sicut & gratia raptus ad momentum datur. Secus autem est de gratia gratum faciente, quæ non subtrahitur sine culpa.

Quorsum missus à Deo. L Ioan. 1. l. 4. lit. a. ibi. Prol. in Io. circ. fi.

Nomen Ioannis quid signet.

Ioannes, & Ieremias in vtero matris sanctificati.

M 3. p. 27. 6. c. d. 3. d. 3. 1. 1. q. 1. & ad 3 In 4. d. 6 1. 1. q. 2. c. Ier. 1. lit. a. ibi, sanctificaui.

Sanctificati in vtero nulli credendi sunt, de quibus Scriptura mentionem nō facit.

Quorsum præfati viri sanctificati fuerint in vtero.

N Ier. 1. loc. cit. In 4. l. c.

O In 4. l. c. & 3. p. 27. 6. ad 1. Ma. 7. 7 ad 8. & Ier. 1. l. c.

An Ioannes, vbi exultauit in vtero, vsum rationis habuerit.

P In 4. d. 6. exp. text. init. & d 49. 5 3. q. 2. ad 12. & 2. 2. 104. 1. ad 1.

n *Ex vtero ergo, & in vtero matris adhuc infantulus exultauit vt gigas Ioannes ad parandam, non secus ac Dominus ad currendam viam: etenim tota* Q vita Ioannis fuit quoddam præparatorium ad Christum. *Et alibi.* Tota R doctrina & operatio Ioannis præparatoria erat ad Christum: sicut ministri, & inferioris artificis est præparare materiam ad formam, quam inducit principalis artifex. *Hinc Ambrosius:* In Euangelio *inquit* nihil super eo legimus, nisi ortum ejus & oraculum, exultationem in vtero, vocem in deserto: *quod totum ad Christum refertur, adque illius fidem & legem recipiendam; Vnde & ipse amicum se dicit sponsi, hoc est Christi, Ioann.3.* Qui habet sponsam, sponsus est. Amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. *Qui habet sponsam*, idest S ad quem pertinet habere sponsam, *sponsus est*: iste autem Sponsus est Christus: Sponsa sua est Ecclesia, quæ conjungitur ei per fidem, Ose. 2. *Sponsabo te mihi in fide.* Quia ergo Ioannes sponsam sibi creditam, non sibi, sed sponso reseruauit, seruus fidelis fuit, & amicus sponsi; & ideò ad hoc insinuandum, se amicum sponsi dicit. Sic faciebat Apostolus 2. Cor. 11. *Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.* Simile & Ioannes faciebat, quia sponsam, scilicet populum fidelem, non sibi retinuit, sed ad sponsum, scilicet Christum, duxit. *Cohæret his & quod habetur Ioann.1.* Stabat Ioannes, & ex discipulis ejus duo: & respiciens Iesum ambulantem, dixit: Ecce Agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem: & secuti sunt eum. *Audierunt eum*, scilicet T Ioannem, *& secuti sunt eum*, scilicet Iesum, ad literam euntes cum eo. Vbi secundùm *Chrysostomum* considerandum est, quòd hoc, quòd Ioannes loquitur, & Christus tacet, & verbo Ioannis, discipuli congregantur ad Christum, competit ministerio (*siue* mysterio.) Christus enim est Sponsus Ecclesiæ: Ioannes verò amicus & paranymphus Sponsi. Officium autem paranymphi est, sponsam tradere sponso, & loquendo, pacta tradere. Sponsi autem est, quasi præ verecundia tacere, & de sponsa jam habita pro velle disponere. Sic ergo discipuli traduntur à Ioanne Christo, quasi desponsati per fidem; Ioannes loquitur, Christus tacet: sed tamen susceptos diligenter instruxit. *De hoc Sponso dicitur Psal.*

Tota vita Ioannis præparatoria ad Christum.

Q Ioan. 1. l. 13. lit. c.

R 3. p. 38. 3. initio c.

Ioannes cur amicus Sponsi dicatur.

S Io. 3. l. 5. lit. c. & d.

T Ioan. 1. l. 15. lit. b. & 3. p. 38. 3. ad 2.

Christi Sponsi Ecclesiæ paranymphus.

Digitized by Google

*Psal.*18. Ipse tanquam Sponsus procedens de thalamo suo. *At priùs præmiserat Psaltes:* In Sole posuit tabernaculum suum. *Quod exponitur*. Per Solem V intelligitur Christus, Malach.4. *Vobis timentibus nomen meum orietur Sol justitiæ*. Sicut autem occultatur sponsus in thalamo, sic occultatur Sol de nocte, *& ideò dicit:* Ipse tanquam Sponsus procedens de thalamo suo. *Et quia, cum natus est Christus*, exortum est in tenebris lumen; *ideò dicitur:* In Sole posuit tabernaculum suum; *idest*, in manifesto X quia, cum inuisibilis esset, per assumptionem corporis Deus factus est visibilis, Ioann.1. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*. Et ipse tanquam Sponsus procedens de thalamo suo. *Thalamus* vterus virginalis est: de hoc sicut Sponsus processit, quia in eo vnione perpetua desponsauit humanam naturam. *Quemadmodum autem diuini hujus Sponsi fuit amicus Ioannes, & paranymphus: ita mystici præfati Solis phosphorus extitit: nam* sicut Y in Cœlo Lucifer præcedit Solem ad illuminandum: ita Ioannes præcessit Christum; vnde Lucifero comparatur. *Qua de causa ipsum Ecclesia* Præcursorem *vocat, Luc.*1. Præcedet ante illum &c. *Congruebat enim, vt sicut Christus* exultauit ad currendam viam, *præcurreret & ipse* ante faciem Domini parare vias ejus; *non corporali quidem cursu, sed feruidæ cursu charitatis, juxta illud Psal.*118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum: *quod charitatis est; nescit enim amor tarditatem. Ex quo ad illud Luc.*1. Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione &c. *scribebat Ambrosius:* Nescit tarda molimina Sancti Spiritus gratia.

V *Psal.*18. *lit. c. ibi.*

X *Ibid. ibi.*

Et Solis justitiæ Lucifer.

Y *Io.*3 *l.*5. *lit. f. & cap.* 1. *l.* 9. *lit. A sub init. Matth.* 3. *lit. A sub initio.*

Hinc Præcursor vocatus.

o *Igitur, tanquam Christi Præcursor, viam parare Christo cœpit Ioannes baptizando, Marc.*1. Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. *In remissionem peccatorum:* non quia Z hoc ipse perficeret, sed quia præparando ad hoc homines disponebat, *per Christum videlicet à peccatis mundandos: neque enim ejus baptismus gratiam conferebat. Et hinc* Baptistæ *nomen sortitus est, ex munere scilicet baptizandi*. Hoc *enim* fuit A speciale ejus officium, quia primus baptizauit: & fuit ejus baptismus præparatorius ad baptismum Christi. *Eo in munere verò tantum promeruit, vt dignus fuerit Christum, ipsum bonitatis fontem, ad nostrum vtique exemplum, abluere. Et primò quidem ex humilitate adeò excellentem* recusat B honorem sibi oblatum *à Domino. At, cum subjiceret Christus:* Sine modò; *acquiescens* dimisit eum, *vt dicitur* Matth.3. *Dicit autem:* Sine modò; *quia ex Chrysostomo* postmodum C Ioannes baptizatus est à Christo non solùm baptismo flaminis, sed etiam aquæ. Vel, *sine modò*, vt scilicet baptizer baptismo aquæ: quia alio baptismo habeo baptizari, scilicet baptismo passionis. Et isto etiam Ioannes baptizatus est à Christo, in quantùm mortuus est pro justitia; quod idem est quod mori pro Christo. (*At de baptismo Ioannis Vide V.* Baptismus.) *Verùm nedum* fuit Ioannes baptizans, *sed* & prædicans baptismum pœnitentiæ. *Ex quo interrogatus, quis esset: respondit Ioann.*1. Ego vox clamantis in deserto. *Vbi signanter* dicit, *Vox*, propter D tria. Primò, quia *ex Gregorio* Vox præcedit Verbum, & Ioannes Christum, Luc.1. *Ipse præcedet ante illum &c.* Secundò, quia per vocem verbum cognoscitur: vox enim verbum deducit in cognitionem; ita & Ioannes Christum, Io.1. *Vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans*. Tertiò, quia vox sine verbo non facit animi certitudinem. Reuelatio autem diuinorum mysteriorum non est facta per Ioannem, nisi in quantum annunciauit Christum, sed per Christum Verbum, Ioann.1. *Vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit*. Et dicit: *Vox clamantis*. Quod potest intelligi dupliciter; idest, Christi *clamantis*, qui in Ioanne loquebatur, 2 Corinth.13. *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus?* Ita etiam clamauit in omnibus prophetis; vnde semper dicitur: *Factum est verbum Domini ad Ieremiam, vel Isaiam &c.* Et tamen nullus est dictus *Vox:* quia non immediatè præcesserunt Christum, sicut Ioannes, de quo dicitur Malach.3. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad Templum sanctum suum Dominator &c.* Vel dicitur, *Vox clamantis*; idest, Ioannes clamans. Clamor autem fit ad surdos, & tales erant Iudæi, If.42. *Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuncios meos misi?* Secundò clamor fit ex indignatione, Psalm.2. *Loquetur ad eos in ira sua*; & Psal.105. *Iratus est furore Dominus in populum suum*. Tertiò clamor fit ad distantes: & isti elongati erant à Deo. *Vnde oportuit, vt vox esset clamantis. Additur autem* in deserto. *Cujus rei potest* esse E ratio & literalis & mystica. Literalis quidem: vt in deserto manens, immunis esset ab omni peccato, vt sic dignior esset Christo testimonium ferre; & ex vita sua testimonium suum credibilius esset hominibus. Mystica autem causa duplex est. Nam per desertum Gentilitas designatur, juxta illud If.54. *Multi filij desertæ &c.* Vt ergo ostenderet, quòd doctrina Dei de cætero non debebat esse in Ierusalem tantùm, sed & in Gentibus, clamauit in deserto, Matth.21. *Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti &c.* Item per desertum intelligitur Iudæa, quæ jam deserta erat, Matth.23. *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*. Clamauit ergo in deserto, idest in Iudæa: vt per hoc daretur intelligi, quòd populus, cui prædicabat, jam desertus erat à Deo. *Vlteriùs* prædicauit F in deserto propter quatuor. Primò, vt quietiùs audirent: in ciuitate enim multi curiosi impedientes conuenissent. Sed in desertum nonnisi studiosi ibant. Secundò, quia congruebat suæ prædicationi, quia pœnitentiam prædicabat. Talis autem debet esse locus pœnitentiæ vel corporaliter vel mentaliter, Psalm.53. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine*. Tertiò ad designandam conditionem Ecclesiæ, quæ per desertum significatur. Datur enim intelligi, quòd non in Synagoga est prædicatio salutis, sed in Ecclesia, If.54. *Lauda sterilis, quæ non paris &c. quoniam multi filij desertæ magis quàm ejus, quæ habet virum*. Quartò ad designandum conditionem Iudææ, quæ jam derelinquebatur à Deo (*vt dictum est*.) Et notandum, quòd Ioannes in trigesimo anno hoc fecit: per quod datur intelligi, quod ad nullum officium debet aliquis assumi ante perfectam ætatem.

Z 1. *p.* 38. 3. *ad* 1.

Vnde Baptista dictus sit.

A *Matth.* 3. *lit. a. sub initio. &* 3 *p. l. c. in corp. in* 4. *d.* 2. *n.* 2.

Baptismus Ioannis præparatorius ad baptismum Christi: quem & baptizauit.

B *Matth.* 3. *lit. b. ibi. fine.*

Ioannes à Christo, vtro baptismo baptizatus.

C *Matth.* 3. *ibid.*

Nedum baptista Ioannes, sed & prædicator.

D *Matth.* 3. *lit. a ibi. vox. & Io.* 1. *l.* 12. *lit. c ibidem.*

Cur dicatur *Vox.*

Cur clamantis.

Clamor triplici fit de causa.

E *Io.* 1. *l. c. ibi, in deserto.*

Illius in deserto prædicationis multiplex causa.

F *Matth.* 3. *lit. a. ibi, in deserto.*

Quo anno prædicauerit.

p *Prædicabat autem ibi Ioannes pœnitentiam:* Pœnitentiam agite *Matth.*3. appropinquauit enim Regnum Cœlorum. *Cœlorum siquidem Regnum sine pœnitentia non obtinetur. Vbi* nota (*inquit Author*) quòd G nunquam in Scriptura veteris testamenti inuenitur promissum Regnum Cœlorum: sed primò Ioannes nunciat; quod pertinet ad dignitatem ejus. *Secundò nota, quòd ad confirmationem prædicationis Ioannis, vbi* cœpit Iesus prædicare *Matth.*4. eadem H verba dicit, quæ Ioannes: (*videlicet:* Pœnitentiam agite: appropinquauit enim Regnum Cœlorum:) & hoc propter duo. *Primò* enim admonet nos de humilitate: vt scilicet nullus dedignetur verba ab alijs dicta prædicare, cum ipse fons Ecclesiasticæ scientiæ eadem prædicauerit, quæ Ioannes. *Secundò*, quia Ioannes est *Vox*; ipse verò Verbum: idem autem significatur per Verbum & vocem, nisi quia verbum est expressiuum vocis. *Et vt discamus vlteriùs, quòd Deus in suis eloquitur prædicatoribus:* Non enim vos estis, qui loquimini, *Matth.*10. sed Spiritus Patris vestri,

Primus Regnum Cœlorum annunciat.

G *Matth.* 3. *lit. a. ibi.*

H *Matth.* 4. *lit. b. ibi, Pœnitentiam.*

Eadem dixit verba Christus, quæ Ioannes, cum prædicare cœpit: & cur.

Digitized by Google

I Ioan. 1. l. 12. lit. c. ibi. & Matth. 3 lit. a ibid.

Ioannes lucerna ardens & lucens.

L Ioan. 5. l 6. lit. ſ. ibi.

veſtri, qui loquitur in vobis. *Vnde & illud*, Vox clamantis, *exponitur: ideſt*, Chriſti I clamantis in Ioanne, *vt præmiſſum eſt. Sacrum verò hoc prædicandi miniſterium exercens*, erat *Ioannes ex ore Domini* lucerna ardens & lucens, *Ioann.* 5. Erat ergo L Ioannes *lucerna*, ideſt illuſtratus gratia, & luce Verbi Dei. Differt enim lucerna à luce: nam lux eſt, quæ per ſe ipſam lucet; lucerna verò, quæ non per ſe lucet, ſed per participationem lucet. Lux autem vera Chriſtus eſt, Ioann. 1. *Erat lux vera:* Ioannes autem lux non erat, ſed lucerna, quia illuſtratus erat, vt teſtimonium perhiberet de lumine, ducendo ad Chriſtum: de qua lucerna dicitur Pſal. 131. *Paraui lucernam Chriſto meo*. Sed erat in affectus *ardens* & feruens: nam aliqui ſunt lucernæ ſolùm quantùm ad officium, ſed quantùm ad affectum ſunt extinctæ. Sicut enim lucerna lucere non poteſt, niſi igne accendatur: ita lucerna ſpiritualis non lucet, niſi priùs ardeat & inflammetur igne charitatis. Et ideò ardor præmittitur illuſtrationi: quia per ardorem charitatis datur cognitio veritatis, Eccli. 2. *Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra*. Erat etiam in intellectu *lucens*. Primò quidem per veritatis cognitionem interiùs, Iſ. 58. *Implebit ſplendoribus animam tuam*; ideſt, ſplendere faciet. Secundò per prædicationem exteriùs, Philip. 2. *Inter quos lucetis, ſicut luminaria in Mundo, verbum vitæ continentes*. Tertiò per bonorum operum manifeſtationem. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona*, Matth. 5.

M Serm. ex Euang. in feſt. eiuſd.

Alter Elias.

Vno verbo: Erat M ardens per exemplum, lucens per verbum. *At priùs ardens, quàm lucens: quia priùs, & ampliùs mouent exempla, quàm verba. Ex feruore hinc prædicationis, vitæ exemplaritate, & charitatis zelo*, Eliam *pluries vocat illum Dominus in Euangelio, ſed præſertim Matth.* 17. Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias jam venit, & non cognouerunt eum. *Vbi Author*: De duplici *inquit* Elia N loquitur: quia de Elia in propria perſona venturo, de quo dicitur Malach. 4. *Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum*. Item de alio Elia, ſcilicet Io: Baptiſta: non quòd ipſe ſit in perſona (*Ioann.* 1. Elias es tu? Et reſpondit: Non:) ſed in ſpiritu & virtute (*Luc.* 1. Ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ; *vnde & ibid. præmittitur quod de vero Eliæ prædictum eſt:* Multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum:) quia ſicut Elias contradicebat Iezabel: ſic Ioannes Herodiadi. Et ſicut Elias fuit eremi cultor: ſic & Ioannes. *Vbi perquam auſterè viuebat, non ſecus ac ille*, qui O vitam auſteram duxit, vt habetur 3. *Reg.* 19. *Hinc legimus Matth.* 3. Ipſe Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos. Eſca autem ejus, locuſtæ, & mel ſylueſtre. (*Et Luc.* 7. Venit Ioannes Baptiſta neque manducans panem, neque bibens vinum.) *Quibus verbis* deſcribitur P auſteritas ejus in vita & cibo. *De pilis camelorum*. Alij de lana, Ioannes de pilis: reputabat enim veſtimentum de lana mollitiem (*Matth.* 11. Quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum?) quæ non conuenit prædicatori. *Et zonam pelliceam. Ex Hieronymo*, tunc temporis Iudæi habebant cingulum de lana: ſed Ioannes reputans ad mollitiem, accipit de pellibus, imitans Eliam, de quo legitur 4. Reg. 1. *Zona pellicea accinctus renibus*. *Ex Rabano*, Ioannes accipiebat pelles crudas non paratas, & vtebatur eis, vt refrænaret libidinem; *vnde dicitur*: circa lumbos ſuos: (Lumbos enim præcingimus, *vt Gregorius*, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.) Sed ſiue ſic, ſiue ſic exponatur: in vtroque tamen auſteritas vitæ intelligitur. *Sequitur*: Eſca autem ejus, locuſtæ & mel ſylueſtre: (*hoc videtur intercedere diſcrimen inter cibum & eſcam, quòd hanc natura ipſa ſuggerat: cibum verò præparet ars*, Pſal. 146. Qui dat jumentis eſcam ipſorum; & *Dan.* 1. Qui veſcebantur cibo regio: *quamuis vnum pro altero paſſim ſumatur*.) Hic cibus non paratur, ſed quem natura miniſtrabat. Sunt autem locuſtæ animalia quædam apta ad comedendum. Mel verò ſylueſtre propriè dicitur illud, quod non reconditur in alueis artificioſè factis, ſed inuenitur in ſyluis in aliquibus arboribus. Alij dicunt, quòd eſt canna mellis, & quoddam, quod inuenitur intus in cannis valdè dulce. Tamen in omnibus his nihil aliud habetur, niſi quòd ſimplicibus erat contentus.

N Matth 17. lit a, ſi. & cap. 11. lit. a. ſi. Io. 1. l. 12. lit. a ibi.

Elias es tu?

Comparatio inter Eliam & Ioannem.

O Matth. 11. loc. cit.

P Matth. 3. lit. a. ibi, & cap 11. loc. cit.

Ejus auſteritas in veſtitu.

Et in victu.

Cibus in quo differat ab eſca.

Mel ſylueſtre quid.

Vlteriùs ad hæc Rabanus: In dictis *inquit* Arnulphi Q Galliarum Epiſcopi, reperimus minimum genus locuſtarum fuiſſe in deſerto Iudææ, quæ corpuſculis in modum digiti manus exilibus & breuibus, in herbis facilè capiuntur, coctæque in oleo pauperem præbent guſtum. Similiter narrat, in eodem deſerto eſſe arbores, habentes lata folia & rotunda, lactei coloris & melliti ſaporis, quæ naturâ fragilia manibus fricantur & eduntur: & hoc eſt, quod mel ſylueſtre dicitur. *Et quia* dupliciter R homines attrahuntur ad bonam vitam: quidam enim per ſpeciem ſanctitatis, quidam autem per viam familiaritatis: Dominus, & Ioannes diuiſerunt ſibi duas vias. Ioannes, immò Dominus per Ioannem, elegit viam auſteritatis, per ſe elegit viam lenitatis. *Diſcant hinc ſuperiores lenitate pollere, vt ad bonam vitam ſubditos attrahant, quos raro attraxit auſteritas*.

Q Cat. Aur. Matth 3. lit b.

Quid locuſtæ.

R Matth. 11. lit b ibi, venit Ioannes. & 3. p. q. 40. a. 2. & q. 41. 3 ad 1.

Chriſtus viam lenitatis, Ioannes auſteritatis elegit.

q *Cum ergo Ioannes prædicatione ſua teſtimonium de Chriſto perhiberet:* Quis (*ſubjicit Author*) perhibuit S teſtimonium de Ioanne? Et dicendum, quòd vita ſua: quia nullus *ex Chryſoſtomo* idoneus teſtis alterius eſt, niſi ſit teſtis ſuus: & hoc eſt bona vita, *Eccli.* 19. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis, enunciant de illo. *Idcircò, vitæ illius auſteritate deſcripta, immediatè ſubdit Euangeliſta*: Tunc exibat ad eum Ieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem. *Tunc*, videntes ſcilicet T vitam ipſius, *exibant*, ſcilicet à Iudæa, ad videndum eum, *& audiendum; ex quo ſequitur*: & baptizabantur ab eo, confitentes peccata ſua. *En fructum exemplaris vitæ ſimul & prædicationis Ioannis. Quò facit illud Ioann.* 1. Stabat Ioannes: & reſpiciens Ieſum ambulantem, dixit: Ecce Agnus Dei. *Quocirca* notatur V doctrinæ Ioannis modus, qui differens fuit à modo doctrinæ Chriſti, & diſcipulorum ejus. Chriſtus enim circumeundo docebat; vnde dicitur Matth. 4. quòd *circuibat totam Galilæam &c.* Similiter & Apoſtoli, diſcurrendo per Mundum, docebant, Marc. 16. *Euntes in Mundum vniuerſum prædicate &c.* Sed Ioannes ſtando docebat; vnde dicitur: *Stabat Ioannes*, ſcilicet in vno loco trans Iordanem: & inſtruebat de Chriſto omnes ad eum venientes. Ratio autem, quare Chriſtus & ejus diſcipuli diſcurrendo docebant, eſt: quia prædicatio Chriſti facta erat credibilis per miracula; & ideò circuibat per diuerſa loca, vt miracula & virtutes Chriſti (*vel in ſe vel in diſcipulis*) innoteſcerent. Prædicatio verò Ioannis non eſt confirmata miraculis (vnde dicitur Ioann. 10. *Ioannes quidem ſignum fecit nullum:*) ſed merito & ſanctitate vitæ: & ideò *ſtabat* in loco vno, vt diuerſi ad eum confluerent, & per ejus ſanctitatem ducerentur ad Chriſtum. *Quia ergo* tota X doctrina & operatio Ioannis ordinabatur ad Chriſtum, qui multitudine ſignorum & ſuam & Ioannis doctrinam confirmauit: ſi Ioannes ſigna feciſſet, homines ex æquo Ioanni & Chriſto attendiſſent. Et ideò, vt homines principaliter Chriſto intenderent, non eſt datum Ioanni, vt faceret ſignum. *Vlteriùs* Ioannes ſignum fecit nullum: *quia videlicet* Ioannes Y nullus fuit vt teſtis Chriſti; vnde oportebat,

Perhibente Ioanne teſtimonium de Chriſto, vita illius teſtimonium de illo perhibebat.

S Matth 11. lit. a ibi. ipſe autem. & 3. p. 38. 2. ad 2.

T Matth. loco cit. ibi, tunc.

Quali fructu exemplo & verbo prædicaret.

V Ioan. 1. l. 15 lit. a. ſub initio, & 3 p. 27. 5. ad 3.

Cur prædicans ſtaret in vno loco Ioannes: Chriſtus verò & Apoſtoli circumirent.

X 3. p. 38. 2. ad 2.

Quare ſigna nulla fecerit.

Y Ioan. 10 l. 6. ſi.

bat, quòd fieret fide dignus, & testimonium ejus redderetur verum: quod quidem fit conuenienter per sanctitatem vitæ. Christus autem venit vt Deus: & ideò oportebat, quòd ostenderet in se signa potestatis diuinæ. Et ideò Ioannes vitæ sanctitate pollebat: Christus autem cum hoc, exercebat etiam opera, potestatem diuinam manifestantia. Hic etiam mos seruabatur apud antiquas potestates, quòd in præsentia potestatis majoris minor potestas non vtebatur suæ potestatis insignibus: vnde in præsentia Dictatoris Consules insignia deponebant. Non ergo decens fuit, vt Ioannes, qui minoris potestatis erat, vtpote præcursor & testis, in Christi præsentia diuinæ potestatis insignibus vteretur: sed solùm Christus.

r *Porrò, cum tantæ esset sanctimoniæ Ioannes & excellentiæ, fundamentum nihilominus omnium virtutum sublimiter humilitatem exercuit. Ex eo quippe in illo hæc enituit, quòd Ioann.1.* Miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes & Leuitas, vt interrogarent eum: *Tu quis es?* Et confessus est, & non negauit: & confessus est, quia non sum ego Christus. *In qua interrogatione* magna est Z Iudæorum reuerentia ad Ioannem, qui mittunt ad eum, ejus testimonium inquirentes. Vbi magnitudo reuerentiæ ex quatuor colligitur. *Primò* ex mittentium dignitate: non enim Galilæi miserunt, sed illi, qui præcipui fuerunt in populo Israel, scilicet Iudæi, qui sunt de tribu Iuda. *Secundò* ex loci præeminentia: quia ab Ierusalem, quæ est ciuitas Sacerdotalis, & diuino cultui mancipata. *Tertiò* ex nunciorum authoritate, qui solemnes erant, & sanctiores in populo, quia Sacerdotes & Leuitæ. *Quartò* ex hoc, quòd miserunt, vt Ioannes de se testimonium perhiberet: quasi tantam fidem habentes dictis ejus, vt crederent Ioanni, de se ipso etiam testimonium perhibenti; vnde dicitur: *Vt interrogarent eum: Tu quis es?* Quod Christo non faciebant; immò dicebant ei Ioann.8. *Tu testimonium perhibes de teipso: testimonium tuum non est verum.* Consequenter, cum dicit: *& confessus est &c.* ponitur Ioannis responsio. Ideò autem Euangelista ingeminat hoc quod dicit, *& confessus est*, vt ostendat humilitatem Ioannis: quia licet esset tantæ authoritatis apud Iudæos, vt eum crederent Christum: non tamen honorem sibi non debitum vsurpabat; immò *confessus est, quia non sum ego Christus.* Non negauit ergo veritatem, quia quantumcunque haberetur magnus, non est elatus in superbiam, vsurpans sibi honorem alienum. Sed cum ii, qui miserant, non quærerent, an esset Christus, sed quis esset: quare Ioannes respondit: *Non sum ego Christus?* Sed dicendum, quòd magis respondet ad mentem quærentium, quàm ad questionem. *Verùm, cum rogarent iterum:* Propheta es tu? respondit: Non. *Quod primo videtur aspectu mendacium.* Cum enim A dicatur Luc.1. *Tu puer propheta Altissimi vocaberis*; quid est, quòd Ioannes interrogatus, respondet, se non esse prophetam? Ad quod tripliciter respondetur. *Vno modo*, quòd Ioannes non est Propheta simpliciter, sed plusquam propheta: & ideò Dominus dicit *Matth.11.* eum esse plusquam prophetam: (*de quo infrà.*) *Alio modo* secundùm *Origenem*: quia Iudæi ex malo intellectu tres excellentes personas futuras credebant circa aduentum Christi, scilicet ipsum Christum, Eliam, & quendam alium maximum Prophetam, de quo Deuter.18. *Prophetam suscitabit tibi Dominus &c.* Et licet maximus hic Propheta secundùm veritatem alius non sit, quàm Christus: tamen secundùm Iudæos alius est à Christo. Et ideò non quærunt simpliciter, vtrùm sit Propheta, sed an sit ille Propheta maximus: quod quidem ex ordine quæstionis apparet. Nam primò quærunt, an sit Christus: secundò, an sit Elias: tertiò, an sit propheta ille. Et ideò in græco ponitur hic articulus, vt dicatur ly *propheta*, quasi antonomasicè dictum. *Tertio modo*: quia Pharisæi mouebantur contra Ioannem, quòd sibi baptizandi officium, præter ordinem legis & traditionem eorum, assumpsisset. De tribus autem habetur in veteri testamento, quibus competere poterat baptizare; scilicet de Christo: *Ezech.* enim 36. dicitur ex persona Christi: *Effundam super vos aquam mundam &c.* Item de Elia, de quo dicitur 4. *Reg.* 2. quòd diuisit aquas Iordanis: & transiens raptus est. Item de Eliseo, qui Naaman Syrum lauari fecit septies in Iordane, vt sanaretur à lepra, vt dicitur 4. *Reg.5.* Videntes ergo Iudæi, Ioannem baptizare, credebant eum aliquem istorum esse, vel Christum, vel Eliam, vel Eliseum. Et ideò, cum dicunt hic: *Propheta es tu?* interrogant, an sit Eliseus. Et dicitur singulariter *Propheta* propter multa miracula, quæ fecerat; vnde & ipse dixit 4 Reg.5. *Veniat* (*s. Rex*) *ad me, & sciat esse* Prophetam *in Israel.* Et secundùm hoc respondet: *Non sum*, scilicet Eliseus; *sicut negauerat, se esse Eliam. In quibus euidenter mendacium non commisit: sed immò maximam ostendit humilitatem. Quam & satis demonstrauit, cum eod.* v. Ioann. *cap. de Christo locutus, dicebat*: Non sum dignus, vt soluam ejus corrigiam calceamenti. *Quasi diceret.* Non intelligatis B ipsum mihi in dignitate præpositum, sicut vnus homo præfertur alteri: sed tam excellenter, quòd nihil sum in comparatione ad ipsum. Et hoc patet, quia *non sum dignus, vt soluam ejus corrigiam calceamenti*: quod est minimum obsequium, quod hominibus fieri potest. Ex quo patet, quòd Ioannes multùm accesserat ad Dei cognitionem, in quantùm ex consideratione infinitæ magnitudinis Dei, se totaliter vilipendebat, & nihil se esse dicebat. Sic Abraham, cùm Deum cognouisset, dicebat Genes. 18. *Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis.* Sic Iob cum Dominum vidisset, dixit cap.42. *Nunc oculus meus videt te; idcircò ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.* Sic Isaias, postquam vidit gloriam Dei, dixit: *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo: & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei*, Is. 40. *Nihil quippe magis ad animum humiliandum mouet, quàm diuinæ consideratio majestatis. Verùm apud Matth. cap.3. non soluere, sed portare indignum se dicit Ioannes calceamentum Christi. Vbi notandum*, quòd per calceamentum C significatur humanitas Christi, Psal.59. *In Idumæam extendam calceamentum meum.* Corrigia verò est vnio: quia humanitas ligata est diuinitati. Et quia Ioannes non reputabat se sufficientem ad explicandum mysterium vnionis; ideò dicit: *Cujus non sum dignus &c.* Vel, calceamentum portant *ex Hilario* nunciatores humanitatis Christi per Mundum: quod fuit reseruatum Apostolis, Is.52. *Quàm pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem &c.* Ergò Ioannes dicit, se non esse dignum portare calceamentum, quod Apostolis erat reseruatum: majus enim officium est euangelizare, quàm baptizare, 1. Cor.1. *Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare.* Nunquid ergo (*subjicit Author*) majores Apostoli Ioanne? *& respondet*: Non merito, sed officio noui testamenti. Et secundùm hunc sensum dicitur Matth. 11. *Qui minor est in Regno Cœlorum, major est illo. Hoc enim Christi dictum potest dupliciter exponi.* Primò D vt per Regnum Cœlorum ordo beatorum intelligatur: & sic qui inter illos est minor, major est quolibet viatore, intelligendo de majoritate actuali: actu enim major est qui comprehensor est. Secundò vt per Regnum Cœlorum præsens Ecclesia designetur: & sic minor non dicitur vniuersaliter, sed minor tempore, Ioan.1. *Qui post me venit, ante me factus est.* Vnde ille, qui minor est, major est illo, *scilicet Christus.*

Z *Ioan.1.l.81. lit a. ibi.*
Magna Iudæorum in Ioannem reuerentia, & de eo existimatio ex quatuor.

Ioannis humilitas.

A *Ibid. ibi.*
Quare, cum vere propheta esset, interrogatus neget. Et quomodo mendacium non commiserit.

Eliseus, magnus Propheta, & singularis.

Iterum Ioannis humilitas commēdatur.
B *Ioan 1.l.83. lit d. ibi. & l. 9. lit. d. & cap. 3 l 8. lit. f. & Matth.3. lit. a. ibi, cujus non sum Serm. in Euang. in fest. eius.*

C *Matth. 3. lit. a ibi. & cap. 11 lit. a. ibi,* qui minor. *&* 2. 174. 9. *ad 3. Ver. 13. 14. ad 5.*

Num major Apostolis?

Exponitur illud Matth. 11. *Qui minor est in Regno cœlorum, maior est in illo.*
D *Matth. 11. lit. a. ibi,* qui minor,

Ex

f Ex quo ad illud Ioannes pertigit fastigium sanctitatis, vt sicut ille de Christo, ita ipsemet Christus de illo testimonium perhibuerit (quod infallibile) cum Matth.11. ait: Quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquam Prophetam. Hic est enim, de quo scriptum est (*Malach.3.*) *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te*. Amen dico vobis: Non surrexit inter natos mulierum major Ioanne Baptista. *Quid existis videre? Prophetam?* Vbi testimonium E perhibet, quòd non humano spiritu, sed prophetico loquebatur. Vnde primò ostendit, eum esse prophetam. Fuit enim propheta, vt habetur Luc.1. *Tu puer, propheta Altissimi vocaberis*. Item extollit eum super prophetas: *& plusquam prophetam*. Et hoc quantùm ad tria. *Primò*, quia prophetæ est, futura prædicere. Iste autem, non solùm futura, sed etiam præsentia ostendit, dicens: *Ecce Agnus Dei &c.* Item, non dicitur solùm Propheta, sed etiam Baptista, vt habetur *Matth.3.* Item Præcursor, vt habetur Luc.1. *Ipse præcedet ante illum*. Item quantùm ad modum; miraculosiùs enim egit, quàm propheta, quia iste ex vtero prophetauit; alij non, vt habetur Luc.1. *Exultauit infans in vtero ejus*. (*Item*, Ioannes F non solùm fuit propheta, sed plusquam propheta: fuit enim terminus legis, & initium Euangelij, *Matth.11.* Omnes prophetę & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt. *Et hac de causa in ejus festo non dicitur in Missa* Credo: *quia suo tempore nondum erant fidei mysteria per Apostolos promulgata; quòd nondum Christus Dominus passus esset, nec Mundi redemptio secuta. Et alibi*: Notatur G excellentia Ioannis: quia est principium noui testamenti, & finis veteris.) *Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum &c.* In hac authoritate ponuntur excellentiæ Ioannis: quia primò vocat eum *Angelum*. Angelus enim est supra prophetam: quia sicut Sacerdos est medius inter prophetam & populum, sic propheta inter Angelos & Sacerdotes: Angelus autem inter Deum & prophetas. Vnde Zacharias dicit: *Angelus qui loquebatur in me*, Zach.1. Angelus est nomen officij, non naturæ. Vnde Ioannes Angelus dicitur ex officio. Differentia est enim inter Angelum & prophetam: quia Angeli manifestè vident, Matth.18. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in Cœlis est*. Angeli ergo semper vident faciem Dei: prophetæ verò non. Vnde sicut Angeli semper vident faciem Patris: sic Ioannes specialiter Christum vidit. Et ideò, quia specialiter, dicit *Angelum meum*. Item dicit: *Ante faciem &c.* (*Luc.1.* Præibis ante faciem Domini parare vias ejus.) Quando enim Rex vadit, præcedunt multi, sed magis familiares præcedunt faciem suam. Sic Ioannes honorabilior dicitur, quia missus ante faciem ejus: tantò enim honorabilior, quantò propinquior: (Ioannes H præcessit Christum sicut famulus Dominum, & sicut miles Regem, & sicut lucifer Solem. *Sanè* perhibuerunt I prophetæ testimonium Christo, Act.10. *Huic omnes prophetæ testimonium perhibent*: similiter & Apostoli per Mundum discurrentes, Act.1. *Eritis mihi testes &c.* Sed tamen non per visum, neque de præsente, sed de absente. Prophetæ quidem, vt de futuro: Apostoli verò, vt de præterito: sed Ioannes de Christo sibi præsente, & à se viso, oculis scilicet corporis & mentis, testimonium perhibuit.) *Amen dico vobis &c.* Commendauit Dominus Ioannem per authoritatem prophetæ: nunc intendit commendare proprijs verbis. Q. d. Dictum est, quòd Ioannes est Angelus: & vt in summa breuiter comprehendam, *dico vobis: Non surrexit inter natos mulierum major Ioanne Baptista*. Propriè locutus est, cum dixit, *surrexit*: quia omnes nascimur filij iræ, vt habetur *ad Ephes.2.* Quicunque ergo potest ad statum gratiæ peruenire, surgit. Et significanter dicit, *inter natos mulierum*, vt ab hac vniuersalitate excludatur Christus: quia mulier corruptionem sonat, sed fœmina sexum. *Non surrexit major*. Dicit *Hieronymus*, quòd non sequitur: Si non surrexit major, ergo est major. (*Vnde & alibi*: Non cæteris *ait* prophetis L & Patriarchis Ioannem prætulit, sed Ioanni cæteros æquauit: non enim statim sequitur, quòd etsi alij majores eo non sunt, ille major aliorum sit.) Si tamen dicatur major omnibus Patribus veteris testamenti, non est inconueniens. Ille enim major, & excellentior est, qui ad majus officium est assumptus. Abraham enim major est inter Patres quoad probationem fidei. Moyses verò quoad officium prophetiæ, vt habetur Deuter. vlt. *Non surrexit vltrà Propheta in Israel, sicut Moyses*. Omnes isti præcursores Domini fuerunt. Nullus autem fuit in tanta excellentia & fauore; ideò ad majus officium est assumptus, *Luc.1.* Erit magnus coram Domino. *Vnde alio in loco Author*: Ioannes M pertinet ad nouum testamentum, cujus ministri præferuntur etiam ipsi Moysi, quasi magis reuelatè speculantes (*vt* habetur 2. *ad Cor.3 quales fuerunt Apostoli: de quibus dictum est præced. lit. q. His profectò, omnibusque tum veteris tum noui testamenti iustis, & sanctis, præfertur Virgo Deipara, quæ fuit* gratiâ plena. *Est autem triplex plenitudo gratiæ: scilicet* plenitudo N sufficientiæ, sicut in Stephano: efficientiæ & effluentiæ, quæ soli Christo competit, quasi authori gratiæ: & plenitudo redundantiæ, qua B. Virgo excellit omnibus Sanctis, propter eminentiam & abundantiam meritorum: *de qua suo loco*.

Christi de Ioanne præconium.

E *Matth. 11. loco cit. ibi*, Prophetam & *cap. 3. lit. a. Serm. ex Eu. in fest. eiusd. Io. 2. l. 1. lit a ibi*, homo. *& l. 15. lit. a. & 2. 2. 174. 4. ad 3. Vet. 12. 14. ad 5 Prol. in Apoc. com. 2.*

Quo sensu *Propheta, & plusquam Propheta.*

F 2 p. 38. 1. ad 2. & Ioann. 1. loc. cit.

Ioannes terminus legis, & initium Euangelij.

G Matth. 11. lit. a. ibi, à diebus.

Angelus.

H Io. 1. l. 9. lit. d. ibi, post me.

I Io. 1. l. 15. lit. a. ibi, respiciens.

Ioannes specialibus cæteris testimonium Christo perhibuit.

Nam Ioannes major Patribus veteris testamenti.

L Cat. Aur. in Matth. c. 11. lit. d.

M 2. 2. 174. 4. ad 3.

Maria Virgo Ioanni, & omnibus Sanctis præfertur.

N Ioan. 1. l. 1. lit. a ibi, plenitudine.

t *Quid plura? Quod ipsemet Christus exercuit, idem obit Ioannes officium, qui nimirùm* venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, *vt dicitur* Ioann.1. *Quo loci Author*: Hoc *inquit* officium O Ioannis, scilicet testificandi, est valdè magnum: quia nullus potest de aliquo testificari, nisi eo modo, quo illud participat, Ioann.3. *Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur*. Vnde testimonium perhibere diuinæ veritati, indicium est cognitionis ipsius veritatis. Et inde est, quòd etiam Christus hoc officium habuit, Ioann.18. *In hoc natus sum, & ad hoc veni in Mundum, vt testimonium perhibeam Veritati*. Sed aliter Christus, & aliter Ioannes. Christus enim vt ipsum lumen comprehendens; immò ipsum lumen existens: Ioannes verò, vt ipsum lumen participans tantùm. Est ergo magnum officium Ioannis & ex participatione diuini luminis, & ex similitudine ad Christum, qui hoc officio vsus fuit, *Is.55.* Ecce testem populis dedi eum &c. *Si enim Ioannes perhibuit testimonium Christo, qui est Veritas* (*Ioann.14.* Ego sum Via & Veritas & Vita) *igitur, quemadmodum & Christus*, testimonium perhibuit Veritati. *Ex quo cohærenter subdit Euangelista*: vt omnes crederent per illum. *Nimirùm*, vt ostendat P differentiam ejus ad Christum. Christus enim venit, vt omnes crederent in eum, Ioann.7. *Qui credit in me &c.* Ioannes verò, vt omnes crederent, non quidem in eum, sed in Christum per eum. *Nec modica tamen prærogatiua Ioannis*, vt omnes, *non singuli, aut plures, sed* omnes, *hoc est, totus Mundus*, crederent per illum, *de Christo videlicet* testimonium perhibentem. *Igitur, quia* Ioannes Q tantæ famæ & authoritatis erat, vt crederetur Christus esse, *vnde dicitur Luc.3.* Existimante populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne fortè ipse esset Christus: *differentiam illius à Christo oportuit Euangelistam adducere, & post jam præmissa, protestari*: Non erat ille lux; *quandoquidem* consuetum est R testificantem esse minoris authoritatis, quàm ille, cui perhibet testimonium. Ne ergo credatur Ioannes esse majoris authoritatis, quàm Chri-

Officium testificandi in Ioanne magnum.

O Io. 1. l. 4. lit. a. & l. 9. lit. a.

Quemadmodum Christus, testimonium perhibuit Veritati, quæ est ipse Christus.

P Io. 2. loc. cit. ibi.

Talis Ioannes, vt Christus esse putaretur.

Q Ioan. 1. l. 8. lit. d. init.

Idcircò, ab eo differre, oportuit Euangelista monstraret.

R Ioan. 1. l. 4. lit. b.

Chriſtus, dicit *Euangeliſta*: Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. *Id quod, ad commendandam Ioannis dignitatem expreſſerat initio Author. Et hac eadem de cauſa præmittebatur*: Fuit homo miſſus à Deo; *ne ſcilicet putaretur aliquid ſupra hominem*: homo *inquam* naturâ S non Angelus. Per quod excludit peruerſam opinionem hæreticorum, contra conditionem ſeu naturam Ioannis: qui propter id, quod dicit Dominus de Ioanne Matth. 11. *Hic eſt, de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum &c.* opinati ſunt, quòd Ioannes fuiſſet naturâ Angelus. *Niſi fortè* Angelus *dicatur ob candorem virginitatis: qua, cùm cæteris omnibus floreret virtutibus, carniſſe putandus non eſt. Sicut enim* Chriſtus T virgo fuit, & virginem Matrem habere voluit: *ita* & virginem Præcurſorem. *Nec mirum & ex hoc capite dicatur* Angelus: *quia* homo V per continentiam quodammodo ſupra ſtatum hominis ponitur in quadam ſimilitudine Angelorum.

S *Io. 1. ſ. 4. lit. a ibi.*

T *Cp. de er. Pr. l. 5. c. 63. ſ.*

V *3. cont. Gen. c. 137.*

u *Ex his vides, quali & quanta Ioannes dignitate polleret.* Fuit enim glorioſus X per dignitatem: quæ apparet propter nouem. Primò, quia antea prophetatus, Malach. 3. *Ecce ego mitto Angelum meum &c.* Secundò, quia ab Angelo nunciatus, Luc. 1. *Eliſabeth vxor tua pariet tibi filium.* Tertiò, quia miraculosè generatus, Luc. 1. *Non erat illis filius, eoquòd eſſet Eliſabeth ſterilis.* Quartò, quia in vtero ſanctificatus, Luc. 1. *Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ.* Quintò, quia cum multis miraculis natus, Luc. 1. *Apertum eſt illicò os ejus (cum eſſet mutus) & loquebatur &c.* Sextò, quia ante Dominum, Matth. 11. *Hic eſt, de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum &c.* Septimò, quia Præcurſor Regis, Luc. 1. *Ipſe præcedet ante illum &c.* Octauò, quia baptizauit Chriſtum, Matth. 3. *Venit Ieſus ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.* Nonò, quia teſtis lucis, *Ioann.* 1. Hic venit, vt teſtimonium perhiberet de lumine. *Vlteriùs multipliciter, Chriſti extitit Ioannes Præcurſor.* Fuit *enim* Præcurſor Y Chriſti quantùm ad natiuitatem: quia, ſicut Ioannes ex muliere veteri & ſterili ſupra naturam: ſic Chriſtus ex Virgine ſupra naturam. Item in prædicatione, quia incepit prædicare: *Pœnitentiam agite &c.* Sic & Chriſtus, vt patet *Matth.* 4. Item quantùm ad baptiſmum. Ideò requirebatur, quòd eſſet Præcurſor quantùm ad paſſionem: quia ſicut ipſe propter juſtitiam occiſus eſt: ſic & *poſt illum* Chriſtus. Vnde & Dominus dicit Matth. 17. *Elias* (ſcilicet Ioannes, in ſpiritu & virtute Eliæ) *jam venit, & non cognouerunt eum, ſed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. Sic & Filius hominis paſſurus eſt ab eis.* Sed à quibus *eis*? Videtur quòd non *ab eis*, à quibus Ioannes: quia Ioannes ab Herode, & Chriſtus à Scribis. Sed poteſt dici, quòd ab eiſdem: quia Ioannes ab Herode & Iudæis conſentientibus; ſed Chriſtus à Scribis, conſentiente Herode: vnde in partibus illis erat, & oblatus fuit ei, *Luc.* 23. Remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe Ieroſolymis erat illis diebus. *Et vt præcurſor in omnibus eſſet, etiam quoad tempus mortis, Chriſti præcurſor fuit: ſiquidem* Ioannes Z circa Paſcha decollatus eſt: (Sed tamen feſtum hujus decollationis celebratur eo die, quo caput ejus inuentum eſt; *ſcilicet 29. Auguſti*:) poſtea in alio Paſchate paſſus eſt Chriſtus: ita quod à Paſchate, circa quod Ioannes fuit decollatus, fuit vnus annus vſque ad Paſcha, in quo Chriſtus paſſus eſt.

X *Serm. ex Euang. in feſt. eiuſd.*
Glorioſus ex dignitate propter nouem.

Multipliciter Chriſti Præcurſor.
Y *Matth.* 17 *lit. a ſ. & cap. 4. lit. b ibi, Pœnitentiam.*

Z *Io. 2. l. 2. lit. b, ibi, Paſcha, & Matth. 4. lit. b ibi, traditus.*
Circa Paſcha Ioannes decollatus.
Ejus decollatio cur in Auguſto celebretur.

x *Et ecce, pro tantarum corona virtutum, glorioſum Ioannis martyrium: quod quidem pro teſtimonio veritatis obtinuit.* Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum: & poſuit in carcerem propter Herodiadem vxorem fratris ſui, *Matth.* 14 *Pro cujus clariori notitia ſciendum, quòd* Herodes A & Philippus fuerunt fratres. Philippus habuit filiam Arethæ Regis Arabum. Habuit verò Philippus inimicitias cum illo Rege Arabum, & etiam cum fratre ſuo Herode, ita quòd Rex Arabum in odium Philippi accepit filiam ſuam, & conceſſit eam Herodi. Præceptum autem erat in lege, quòd viuente fratre, alter non haberet vxorem fratris. Ideò Ioannes, quaſi æmulator legis (*verus in hoc imitator Eliæ, qui* in diebus ſuis non pertimuit Principem, *vt dicitur* Eccli. 48.) *dicebat illi*: Non licet tibi habere eam. Et volens illum occidere, timuit populum: quia ſicut prophetam eum habebant. (*Sed & ipſe magnifaciebat Herodes: dicitur enim Matth. loco cit. quòd* audiuit Herodes tetrarcha famam Ieſu; & ait pueris ſuis: Hic eſt Ioannes Baptiſta: ipſe ſurrexit à mortuis; & ideò virtutes operantur in eo.) *Die autem natalis Herodis ſaltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi*: contra illud *Eccli.* 9. Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis, nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius: (*quia* audiuit *Herodes*, perijt.) Ex quo ſequitur: *vnde cum juramento pollicitus eſt ei dare quodcunque poſtulaſſet ab eo.* Ecce incauta promiſſio, & temerarium juramentum, *Eccli.* 23. Iurationi non aſſueſcat os tuum: multi enim caſus in illa. *At iſta, præmonita à matre ſua: (puellarum delicta vt plurimùm ex Matrum aut negligentia aut conſilio aut malo exemplo admittuntur:) Da mihi* inquit *hic in diſco caput Ioannis Baptiſtæ.* Mulieres aliquando ſunt piæ, & mobilem affectum habent; vnde, quando ſunt piæ, maximè ſunt piæ: ſed quando ſunt crudeles, maximè ſunt crudeles, Eccli. 25. *Non eſt caput nequius ſuper caput colubri: & non eſt ira ſuper iram mulieris.* Et iterum: *Breuis omnis malitia ſuper malitiam mulieris.* Vix enim cogitaret homo quæ cogitat peruerſa mulier. Mater ergo petijt, vt ſaturaret iram ſuam. Item timebat, ne aliquando Herodes propter verba Ioannis conuerteretur, & dimitteret eam. *Et contriſtatus eſt Rex: propter juramentum autem &c.* In hoc ſtultus fuit: nam de re inhoneſta non eſt timendum juramentum, quia eoquòd juro, ſum perjurus: *& propter eos, qui pariter recumbebant*: vt omnes faceret homicidij participes; omnes enim rogabant *pro puella*: *juſſit dari: miſitque & decollauit Ioannem in carcere.* Et hic adimpletur quod dixerat Ioann. 3. *Illum oportet creſcere; me autem minui*: quia Chriſtus in Cruce extenſus, iſte decollatus. *Et allatum eſt caput ejus in diſco: & datum eſt puellæ, & attulit matri ſuæ.* Et in hoc reprehenſibilis fuit Herodes, quia crudelitatem exercuit inter voluptates: (*Inſuper in die natalis ſui morti addixit prophetam: cui tamen* melior fuit dies mortis, *quàm Herodi* dies natiuitatis, *Eccle.* 2. *ſi diuinam ſpectemus retributionem.*) Vnde dicitur, quòd quidam alius amabat quandam meretriculam: & cum eſſet in gremio, dixit illa, quòd nunquam vidit, hominem interfici. Et cum eſſent in prandio, fecit adduci quendam morte dignum, & fecit coram illa decollari. Quod ſciuerunt Romani: & exul factus eſt à Roma. Sic iſte etiam miſſus fuit in exilium. (*Et alibi*: Tradit B Ioſephus, quòd parum poſt decollationem B. Ioannis, exercitus Regis Archelai cum regno priuauit, & captum ligauit: *qui videlicet Ioannem* alligauerat.) *Et accedentes diſcipuli ejus tulerunt corpus ejus, & ſepelierunt illud*: Sepelierunt *inquam*, vt dicitur, apud Sebaſten, cum ſit ibi prope: (*ſiue* Sebaſtam: *quæ alijs vrbs eſt Iudææ, alijs Samariæ.*) Poſtea videns Iulianus apoſtata multos venientes ad ejus reliquias, fecit illud comburi, excepto capite. *Cujus venerabile cranium hic* Venetijs *in ſacro Ducalis Eccleſiæ theſauro: manus autem in SS. Hermagoræ & Fortunati: ſacrorum verò cinerum pars aliqua* Genuæ, *magna fidelium deuotione aſſeruatur. At quæres: Cum Ioannes Baptiſta ad nouum pertineat teſtamentum, neque vera tempore Chriſti Domini martyrio occubuerit: cur non ipſe ab Eccleſia, ſed Ste-*

Ioannes in carcere.
A *Matth.* 14. *lit. a. ibi: Serm. in decoll. eiuſd. & o. 3. l. 5. lit. f. ibi, minui,*

De Herode & Philippo fratribus hiſtoria.

Ioannes in magna opinione & apud Herodem.

Mulieres aut valdè piæ, aut valdè crudeles: qualis Herodias.

Ioannis martyrium.

B *Serm. eod.*

Ejus ſacræ reliquiæ vbi aſſeruatæ.

phanus,

Digitized by Google

Cur Stephanus, non Ioannes, protomartyr dicatur.
C Rom. 5. l. 4. f. Psal. 5. lit. c. ad Han. Prol. in 4. Sent.

phanus, *protomartyr decantatur?* *Respondeo, quòd per solam Christi mortem verè fundata & erecta sancta Ecclesia est, quippe quæ de latere ejus in Cruce pendentis ortum habuit. Docemur enim, quòd* sicut C de latere Adæ dormientis sumpta est mulier: ita ex latere Christi dormientis in Cruce fluxit sanguis & aqua, quæ significant Sacramenta, quibus formata est Ecclesia. *In cujus vtique primordijs lapidatus est* Stephanus, *martyrum ideircò in Ecclesia primus, ceu qui Regem martyrum Christum, omnium primus imitatus est.* Ioannis *verò martyrium mortem Christi præcessit, quando consummata nondum legalia erant, neque Euangelium promulgatum. Nec ideò non verissimè martyr dicendus: talis enim reuera extitit, quales & Prophetæ alij, & Isaias, & iterum Machabæi, vt in confesso est apud omnes: de quo vide V.* Martyrium. *DISCE viam mandatorum Domini currere, quam Ioannes parauit. Vide* Apostoli, Baptismus, Gratia, Maria Deipara.

S. IO: EVANGELISTA.

IX. *Discipulus ille, quem diligebat Iesus,* Ioann. 21. Causa hujus specialis dilectionis fuit munditia, quæ ad dilectionem prouocat. *Prol. Hier. in Io. lit. b.*

y DE dilecto *ajebat ille* nunquam satis. *At immò satis superque de Ioanne dictum erit, vbi à Christo Domino inter cæteros magis dilectum prompserimus. Et quia excellenter dilectus, nedum electus Apostolus, sed & virgo fuit, & martyr, & propheta, & Euangelista. Siquidem ex diuinæ muneris gratiæ talia ac tanta consecutus est priuilegia: cui & ipsum consonat nomen* Ioannes, *quod* gratia, *siue* gratiosus *interpretatur; hoc est,* in quo D est gratia: quia secreta diuinitatis videre non possunt, nisi qui gratiam Dei in se habent, 1. Cor. 2. Quæ Dei sunt nemo cognouit, nisi Spiritus Dei. *Quoniam verò gratia sine charitate non est, totum quod singulariter habuit Ioannes, ex feruida charitate processit, qua Christum, à quo vocatus, diligebat.* Dicitur *enim* specialiter E prædilectus propter specialitatem charitatis *& in ordine ad Deum, & in ordine ad proximum:* de dilectione enim fraterna nullus Apostolorum tantum loquitur, quantum ipse in Epistolis suis. Legitur etiam de eo, quòd jam senex effectus portabatur ad Ecclesiam à discipulis suis, vt instrueret fideles: quibus dicebat hoc tantùm: Filioli diligatis inuicem. *Omnes quidem Apostoli vocati, secuti sunt Christum: atqui Ioannes, veluti Canticorum Sponsa* innixa super Dilectum suum, *ipsi Christo vlteriùs innitebatur.* Magna *enim* gloria F est, sequi Dominum suum: sed major, inniti ei, quia majoris charitatis est signum: sicut de B. Ioanne Euangelista dicitur, quòd recubuit supra pectus Domini, Ioann. 13. *Erat recumbens vnus ex discipulis ejus in sinu Iesu, quem diligebat Iesus:* non quidem G singulariter, sed quasi quodammodo excellentiùs præ alijs dilexit. Ioannes autem fuit magis dilectus (*inter cætera*) propter vehementem feruorem affectus sui ad Christum. *Cujus in signum charitatis, Dominum vel judicem venturum nedum firmiter expectabat, sed & lætanter ijs inuitabat verbis Apoc. 22.* Amen: veni Domine Iesu, Cant. 5. *Veniat Dilectus meus in hortum suum.* Per hoc H ostenditur, quòd B. Ioannes in charitate valdè perfectus erat: quia Saluatorem, vt veniret, rogabat; & quia perfectè diligebat, ideò minimè timebat. Timor enim, vt ipse dicit *in sua prima cap.* 4. non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem. *Et hinc est, quòd ipse & Iacobus frater, requisiti à Domino Matth. 20.* Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? *constanter respondent:* Possumus. *Videlicet* ex amore I ad Christum: quia ita adhærebant Christo, quòd mors eos ab ipso separare non posset, *ad Rom.* 8. Quis nos separabit à charitate Christi? Certus sum, quia neque mors, neque vita &c. *Et quamuis Ioannes* calicem L passionis non bibit vsque ad mortem: flagellatus tamen fuit, in oleo ferventi positus, & relegatus: *calicem etiam cum veneno innoxiè hausisse ferunt; proinde, licèt* propria morte *inquit Hieronymus* vitam finierit, bibisse Ioannem calicem confessionis. *Quoniam verò* speciale M discipulatus Christi signum est charitas, *Apostolicum Ioannes munus excellenter, quia ex feruenti charitate, exercuit; vnde & dicitur Ioann.* 21. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his. *Vbi Author:* Discipulus, *inquit, supple* N replicando, prædilectus: *quia scilicet feruenter dilexit; ex quo sequitur dignum Apostolatus ministerium:* qui testimonium perhibet de his; *etenim* hoc est proprium Apostolorum officium, *Act.* 1. Eritis mihi testes &c. *Igitur plùs Ioannes à Christo dilectus est, quia plùs dilexit, Luc.* 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: (*remissio quippe peccatorum, effectus est diuinæ dilectionis:*) cui autem minus dimittitur, minus diligit. *Vnde & ad allatum à Christo exemplum:* Quis ergo eum plùs diligit? *Simoni respondenti:* Æstimo, quia is, cui plus donauit; *subjecit Christus:* Rectè judicasti.

D Prol. in Ioa. enc. f. & Io. 1. l. 4. lit. a.
Ioannes quid significet.
E Ioa. 21. l. 6. lit. a.
Feruida illius charitas.
F Cant. 8. com. 2. ibi.
Quo sensu specialiter à Christo diligeretur.
G Ioa. 13. l. 4. lit. e.
H Ap. 22. com. 1. f. cap.
I Matth. 20. lit. A. ibi.
L Ibid. ibi.
Bibit calicem confessionis.
M Ioa. 13. l. 7. f. 1 Cor. 1. l. 3. ibi. signauit. Eph. 1. l. 3. ibi. signati.
N Ioan. 21. l. 6. ibi. Apostolus.

2 *Sed & præterea fuit Ioannes magis dilectus: quia* per Ioannem O significatur vita contemplatiua, quæ familiariorem habet Deum, quàm actiua. Secundò propter ætatem, quia juuenis erat. Tertiò propter castitatem. Quartò propter ingenitam mansuetudinem. *Et alibi.* Ioannem P speciali dilectione præ cæteris dilexit Christus, propter tria. Primò propter intellectus ejus perspicacitatem (& propter Q prærogatiuam Euangelicæ doctrinæ:) magistri enim specialiter diligunt intelligentes discipulos, Prou. 14. *Acceptus est Regi minister intelligens.* Secundò propter munditiæ puritatem, quia virgo fuit. Tertiò propter teneram ætatem: pueris enim, & deficientibus, magis compatimur, & signa familiaritatis ostendimus. Sic & Christus Ioanni juueni converso, Ose. 11. *Puer Israel, & dilexi eum.* (In quo datur intelligi, quòd Deus specialiter diligit illos, qui à juuentute seruiunt ei, Mich. 7. *Præcoquas ficus desiderauit anima mea.*) *Vbi specialiùs propter puritatem & castimoniam, inter cætera, Ioannes fuisse videtur dilectus.* Munditia enim R ad dilectionem prouocat (*vt ajebat initio Author*) Prou. 22. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum Regem. *Vnde & à Domino* virgo S electus est: quem de nuptijs *ex Hieronymo* volentem nubere vocauit: ab illis scilicet nuptijs, ad quas est inuitatus Iesus cum discipulis suis, vbi mutauit aquam in vinum. *Et jamjam moriturus in Cruce, Ioannem loco sui Matri reliquit in filium;* Mulier ecce filius tuus: *simulque virgini discipulo Virginem Matrem commendauit:* Ecce Mater tua, *Ioann.* 19. vt scilicet T ille tantùm seruiret vt filius Matri: ista illum diligeret vt filium Mater. *Et alibi:* Vt virgo V Virginem Matrem congruè seruaret. *Quale Ioannis priuilegium! qualis & quanta Christi ad Ioannem prædilectio! nempe, vt tantum Matris thesaurum soli Ioanni relinqueret conseruandum: dilectissimam genitricem soli dilecto discipulo commendatam faceret: & vndique* gratiâ plenam *nouissi Ioannes, qui gratiam sonat, ex speciali gratia custodiret. At non minus priuilegium, Mariæ Deiparæ, loco diuini Nati, in filium subrogari, in ipsum veluti Christum ex vi dilectionis transformatum: propter candorem enim virginitatis, præ cæteris diligebatur à Christo, ita vt dici posset, sicut ipse respectu cœlestis Patris,* filius dilectionis suæ, *vt habetur ad Coloss.* 1. *Sanè* puritas X magna, quæ fuit in Ioanne Euangelista, amicitiæ & familiaritatis ejus cum Christo occasio

Vnde vlterius magis dilectus.
O 3. d. 31. a. 3. q. 3. f. c.
P Ioan. 21. l. 5. lit. b. ibi. diligebat.
Q 3. p. 45. 3. ad 6.
A Deo specialiter diliguntur qui sibi à juuentute seruiunt.
R Prol. Hier. in Io. lit. b. Virgo.
S Ibid. lit. a. Serm. in Fest. ejusd. & 2. a. 186. 4. ad 1.
Sponsus in nuptijs Canæ Galilææ.
Datus in filium & custodem Virginis Matris.
T Ioan. 19. l. 4. lit. b.
V Prol. Hier. in Io. lit. b.
X Op. de et. Pr. l. 5. c. 51. f.

Digitized by Google

occasio fuit. *Cæterùm, præter virginitatem, Ioannes (vt vidimus) dilectus à Christo fuit & propter* intellectus ejus Y perspicacitatem, *scilicet* propter Z sublimitatem suæ sapientiæ: quia cæteris altiùs arcana diuinitatis intuitus est. *At id pariter ex illius processit puritate, quæ* amicitiæ & familiaritatis cum Christo occasio fuit: *à quo* reuelata sunt ei secreta cœlestia. *Siquidem* familiaritas A discipuli ad Christum ostenditur in hoc, quòd *erat recumbens (Ioann.13.) in sinu Iesu.* Per sinum enim secretum significatur, Ioann.1. *Vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.* Et quia B amicis reuelantur secreta (*vt dicitur Ioann.15.*) secreta sua huic discipulo specialiter dilecto specialiter commendauit (*siue potiùs*, communicauit.) Vnde Iob 36. dicitur: *In manibus abscondit lucem*, Christus scilicet diuinitatis suæ veritatem: *& annunciat de ea amico suo*, scilicet Ioanni: *quòd possessio ejus sit, & ad eam possit ascendere*: quia ipse est, qui lucem Verbi incarnati excellentiùs videns, ipsam nobis insinuat, dicens: *Erat lux vera &c.* Io.1.

Y Ioan.21. l 5. lit b.

Dilectus & propter intellectus perspicacitatem.

Z Io.13. l. 4. c.

Quæ & ex virginitate, propter quam reuelata sunt ei secreta cœlestia.

A Ibid.

B Prol. in Io §.

a *Quod quidem & vt Propheta consecutus est, & vt Euangelista. Nec mirum, cum* per continentiam C homo reddatur habilior ad mentis eleuationem in spiritualia & diuina. (*Ex opposito*, etiam in actu D matrimoniali *ex Hieronymo* Spiritus Sanctus corda prophetarum non tangit: *quia* propter vehementiam E delectationis ratio in ipso actu absorbetur.) *Fuit autem Ioannes specialiter propheta in conscriptione Apocalypsis: cui adaptat Author illud Genes.28.* Vidit Iacob in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens Cœlum: Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ. *Quocirca docemur, quòd* quatuor sunt F causæ hujus Operis, scilicet efficiens, materialis, formalis, & finalis. Causa efficiens est actor Ioannes, qui significatur per Iacob propter nominis sui interpretationem: interpretatur enim Iacob *luctator*, vel *supplantator*. Et B. Ioannes cum Mundo & carne luctando, luctam aggressus, supplantauit vtrunque, & sub planta pedis calcauit. Item Iacob dicitur dilectus Dei inter Patriarchas: sic Ioannes inter Apostolos. Item Iacob iram fratris sui Esau fugiens, de terra sua exiuit in Mesopotamiam: vbi post multos labores, Rachel amplexus promeruit. Sic & B. Ioannes propter iram Domitiani de terra sua in Pathmos exulauit: vbi post multas angustias & labores, meruit cœlestia sublimiùs & clariùs contemplari: statum scilicet militantis & triumphantis Ecclesiæ. (*Militantis, inquam*: specialiter tamen G statum Ecclesiæ quantùm ad tribulationes & consolationes finales.) Per *scalam* designatur materia hujus libri, in qua sunt septem gradus: quia septem sunt partes hujus libri, scilicet septem visiones. Forma tangitur vbi dicitur, quòd Iacob *vidit scalam stantem, & Angelos ascendentes & descendentes per eam.* De quibus multa dicit Ioannes, scilicet quomodo ei apparuerunt, & de multis instruxerunt. Modus agendi totus ænigmaticus est, & plenus figuris, & obscurus valdè: propter quod *in somnis* dicitur Ioannes vidisse quod vidit. Licèt & per hoc notetur, quòd in excessu mentis & spiritus hanc viderit prophetiam. Vnde cap.1. dicitur: *Fui in spiritu Dominica die: & audiui post me vocem magnam &c.* Et bene per somnium hujusmodi excessus mentis intelligitur: quia sopitis sensibus ad exteriora, anima videt interiora, & posteriorum oblita, extendit se ad anteriora. Notandum etiam per hoc, quòd *in somnis* viderit, quòd in illo excessu vidit rerum imagines, quas intellectas postmodum declarauit: sicut in somnis primò videntur visiones, & postea dicitur earum interpretatio. Per hoc autem ostenditur, quòd *scala Cœlum tangebat*, & quòd in Cœlo fuit hæc visio, & reuelatio

Per continentiam faciliùs mens ad diuina eleuatur.

C 3. cont. G. c. 137. Ma. 15. 2. ad 13. Proleg. Hier. in Io lit. c. & 2. 2. 186. 4. c.

D 4. d. 9. 1. 3. q. 5. c.

Ioannes Propheta.

E 2. d. 20. 1. 2. ad 1.

F Prol. in Apoc. com 3.

Apocalypsis actor.

Comparatio inter Iacob & Ioannem.

G Prol. in Apoc. com. 1.

Apocalypsis materia, & forma.

facta: (*Vnde & Apocalypsis Iesu Christi dicitur*; idest H reuelatio *Christi Iesu*, vel effectiuè; idest à Christo Iesu: vel materialiter, idest de Iesu Christo facta.) Nam tota Trinitas hanc visionem reuelauit Christo homini, Christus Angelo, Angelus Ioanni, Ioannes Ecclesijs. Item forma, siue modus agendi, tangitur propter hoc quòd dicitur vidisse *Angelos ascendentes & descendentes. Ascendebant* siquidem, quando alta & profunda subministrabant: *descendebant*, quando inferiora monstrabant. Vel *ascendebant*, quando eum de statu Ecclesiæ triumphantis docebant: *descendebant*, quando de statu militantis eum instruebant. Vel *ascendebant*, quando Sanctorum præmia declarabant: *descendebant*, quando reproborum supplicia ostendebant. Finis autem libri notatur per hoc, quod sequitur in authoritate: *& Dominum innixum scalæ.* Ad hoc enim scriptus est liber, & hic est finis ejus: vt credentes quæ in eo scripta sunt & custodientes, Deum videant, qui est vita æterna; *vnde Ioann.21. dicitur*: Hæc autem scripta sunt, vt credatis: & vt credentes, vitam habeatis in nomine ejus. *Ex quibus inter prophetas juremerito Ioannem locamus. Et quidem cæteris in profunditate excellentior fuit. Quamuis enim aliqui ex Prophetis præcellere videantur*: quilibet *tamen* istorum I potest dici eximius, siue præstantior, diuersis respectibus. *Elias* quoad vitæ austeritatem, & liberam increpationem. *Dauid* quoad regiam dignitatem, & mentis humilitatem, & Christi de ipso nascituri promissionem. *Isaias* quoad vocationis Gentium, & incarnationis Christi apertionem. *Daniel* quoad temporis incarnationis & passionis determinationem. *Moyses* quoad Dei familiaritatem, & præceptorum Dei certam promulgationem. *Zacharias* quoad Templi ædificationem, ad quam populum strenuè inuitauit. *Ioannes* verò quoad visionis profunditatem & prophetiæ multiplicitatem. *Hanc tamen profundorum reuelationem vel ex puritate, quam coluit, fuit assecutus*: *quod innuit Author super illud ejusdem Apoc.17.* Et venit vnus de septem Angelis, & locutus est mecum, dicens: Veni, & ostendam tibi &c. *Quod exponens: Ecce inquit* quanta L B. Ioannis dignitas, vt per Angelos sibi familiares, reciperet reuelationes, vtpote semper virgo. *Angelis (ajebat Hieronymus) semper est cognata virginitas*: homo enim M per continentiam quodammodo supra statum hominis ponitur in quadam similitudine Angelorum.

Apocalypsis quid significet.

H Apoc. 1. com. 3. & 2. init.

Angeli ascendentes & descendentes quid innuant.

Apocalypsis causa finalis.

Ioannes an cæteris excellentior prophetis.

I Prol. Ind. in Apoc. com. 1. §.

Prophetiam etiam profundorum cognitionem ex puritate assecutus.

L Ap. 17. com. 1. ibi. Prol. in Io. circ §.

M 3. con. Gen. c. 137.

b *Scripsit præterea vt Euangelista sacrum Euangelium. Cui propter altitudinem contemplationis adaptat Author verba Isaiæ cap.6* Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum &c. *Vnde & ipse Ioannes inquit cap.12.* Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus: *Gloriam ejus*; idest N Christi: *& locutus est de eo*: (*Ioann.1.* Vidimus gloriam ejus &c.) Ideò *Dominus sedens super solium excelsum & eleuatum* Christus est. Ex quo colligitur materia hujus Euangelij: quia, cum Euangelistæ alij tractent principaliter mysteria humanitatis Christi: Ioannes specialiter & præcipuè diuinitatem Christi in Euangelio suo insinuat: (nec tamen prætermisit mysteria humanitatis) quod ideò factum est: quia, postquam alij Euangelistæ sua Euangelia scripserunt, insurrexerunt hæreses circa diuinitatem Christi: *quæ* erant, quòd Christus erat purus homo, sicut *Hebion & Cherintus* falsò opinabantur. Et ideò Ioannes Euangelista, qui veritatem diuinitatis Verbi ab ipso fonte diuini pectoris hauserat, ad preces fidelium (*Asiæ præsertim Episcoporum*) Euangelium istud scripsit: in quo doctrinam de Christi diuinitate nobis tradidit, & omnes hæreses confutauit (*vt videre est* O.) *Et hinc est, quòd Ioannes propheticè Aquila dicitur, Ezech.1.* Similitudo vultus eorum: facies hominis & facies leonis à dextris ipsorum quatuor, facies

Euangelista.

N Prol. in Ioa. subinit. & infr. & Prol. Hier. in eund. lit. c. Io. 12. l 3. lit. b.

Euangelii Ioannis materia.

Alii Euangelistæ de humanitate, Ioannes specialiter de diuinitate Christi disseruit; & cur.

Hebionis & Cherinti de Christi diuinitate error.

O Ioa. 1. à l. 1. & deinceps.

Digitized by Google

Ioannes est Aquila inter Euangelistas.
P Serm. 1. in festo ejusd.
Q Prol. in Ioan. sub fi. Ioan. 13. l. 4. lit. c. Serm. cit.

facies autem bouis à sinistris ipsorum quatuor, & facies *Aquilæ* desuper ipsorum quatuor. *Desuper* inquam *ipsorum quatuor: quia* Ioannes P scribendo cæteros Euangelistas transcendit. *Et ratio adducitur*: quia Q cum alij tres Euangelistæ circa ea, quæ Christus in carne est operatus, occupati, designentur per animalia, quæ gradiuntur in terra, scilicet per hominem, vitulum, & leonem: Ioannes, supra nebulam infirmitatis humanæ sicut *Aquila* volans, lucem incommutabilis veritatis altissimis atque firmissimis oculis cordis intuetur: atque ipsam Deitatem Domini nostri Iesu Christi qua Patri æqualis est, intendens, eam in suo Euangelio, quantum inter homines sufficere credidit, studuit præcipuè commendare. Et de hoc Ioannis volatu dicitur Iob 39. *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila?* scilicet Ioannes: *& in arduis ponet nidum suum? Oculi ejus de longe prospiciunt*: quia scilicet Verbum Dei in sinu Patris oculo mentis intuetur. *Et quidem* videndi R perspicacitas in Aquila consistit in duobus: quia videt splendidissima, Solem enim in rota videt: & remotissima, quia de Cœlo leporem in terra. Sic B. Ioannes vidit Solem in rota, idest Christum in Patre, Ioan. 1. *In principio erat Verbum*: vidit & remotissima, quia quæ ventura sunt in fine Mundi, vidit in Apocalypsi, vt præmissum est. *En igitur in Ioanne subtilitas contemplationis & altitudo: vnde singulariter Propheta constitutus est & Euangelista.*

R Serm. cit. Videndi perspicacitas in Aquila, in duobus emicat.

S Prol. in Ioan. sub init.

Quia ergo S Ioannes transcendit quicquid creatum est, scilicet ipsos montes, ipsos Cœlos, ipsos Angelos, & peruenit ad ipsum Creatorem omnium, vt dicit *Augustinus*: manifestum est, quòd contemplatio sua fuit altissima. *Quòd autem contemplatio hæc altissima, & arcana reuelatio, pro virginitatis præmio Ioanni præstita sit, ex eo deducitur, quod scribit* Prol. in Ioann. *Hieronymus*. Hoc *inquit* Euangelium scripsit in Asia, posteaquam in Pathmos Apocalypsim scripserat: vt cui in principio Canonis incorruptibile principium prænotatur in Genesi (*idest, vbi dicitur*: In principio creauit Deus Cœlum & terram) ei etiam incorruptibilis finis per virginem in Apocalypsi redderetur: *videlicet*, quantùm T ad ordinem librorum, non quantùm ad ordinem Scripturæ. *Siquidem* Ioannes V Euangelista Euangelium suum post omnes alios Euangelistas conscripsit. Vnde omnia Euangelia diligenter perlegerat: & quæ per alios diffusè dicta erant, ipse compendio tradidit; quæ verò omiserant, ipse suppleuit. *Vnde & in fine Euangelij addidit*: Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: *siquidem* qui X ex officio Apostolatus præsentibus testificatus est de gestis Christi, ipsemet ex studio prædicta gesta ad vtilitatem futurorum & absentium scripsit. Datum est enim ipsi Ioanni, vt viueret vsque ad tempus, quo Ecclesia in pace erat. Et tunc *scripsit hæc*. Sed ideò addit hoc: ne videatur hoc Euangelium, propter hoc quòd scriptum fuerat post mortem omnium Apostolorum, & alia Euangelia approbata fuerant ab eis, & specialiter illud Matthæi, minoris esse authoritatis, quàm alia tria Euangelia.

Ioannes post omnes Euangelistas Euangelium conscripsit suum, scripta jam Apocalypsi.

T Prol. Hier. in Io. lit. c.
V Ioa. 21. l. 3. lit. b. Matth. 4. lit. b. sub init.

X Ioan. 21. l. 6. lit. a.

Quandonam scripserit.

c *Sanè* Aquila *hæc* grandis magnarum alarum *Ezech.* 17. venit ad Libanum (*interpretatur enim* Candidus) *cum de diuino Verbo effatus est, de quo dicitur*: Candor est lucis æternæ, *Sapient.* 7. & tulit medullam cedri: *qua, ceu incorruptibili, cœlestia signantur & diuina, nunquam corruptibilitati obnoxia; & quia arcana & occulta, per medullam significata. Quæ tamen Ioanni Aquilæ perspicacissimæ ex priuilegio patuerunt: qui nempe cum Isaia, vt præmisimus*, vidit Y Dominum sedentem, quantùm ad figuram, quia figuratur per Aquilam: quantùm ad virtutem, quia fuit virgo: talibus enim competit videre, *Matth.* 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. *Cum verò talis ac tantus esset Ioannes, adeò humiliter de se ipso sensit, vt in majoribus quibus effulsit prærogatiuis*, recumbendi *potissimùm* supra pectus Domini, *proprium subticuerit nomen*: Erat *inquit* vnus ex discipulis ejus recumbens in sinu Iesu, *Ioann.* 13. De se Z in persona alterius loquitur, volens vitare jactantiam, secutus morem aliorum, qui Sacras Scripturas conscripserunt. Sic enim Moyses in libris suis de se, sicut de quodam altero loquitur, dicens: *Locutus est Dominus ad Moysen &c.* Sic & Matthæus: *Vidit* inquit *hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine*, Matth. 9. & Paulus *Scio hominem in Christo &c.* 2. ad Cor. 12. *Quia videlicet de priuilegijs & gratijs sibi à Deo concessis sermo erat. Denique & ipsam corporis dissolutionem, dulcem expertus est, suauemque somnum, haud mortem; cujus nempe dulcorauerat amaritudinem charitas, cum ipsi proximus illud repetitò vsurparet*: Filioli diligite alterutrum. *At potissimùm, doloris omnino expers, in osculo Domini, Moyses alter, obdormiuit, quia virgo fuit.* Priuilegium A mortis ejus (*inquit* ex Hieronymo *Author*) admirabile & speciale fuit, quia nullum dolorem sensit in morte. Et hoc Deo faciente: vt qui à corruptione carnis extitit penitus alienus, esset à dolore mortis extraneus. *Vide, quot & quanta prouenerint Ioanni ex animi corporisque munditia spiritualia emolumenta! Quibus tamen cunctis supereminet specialis in eum diuini Magistri dilectio. Vnde ab initio Author*: Causa *inquit* hujus B specialis dilectionis fuit munditia &c.

Y Prol. in Ioa. circa fi.

Ioannis humilitas.

Z Io. 13. l. 4. lit. c ibi & cap. 1 l. 13. lit. f. ibi. ex duobus. Prol. in Ioan fi. Matth. 4. lit. b.

Expers doloris in morte, propter virginitatem.

A Prol. Hier. in Ioann. lit. d. Serm. 1. in Fe. ejusd.

Omnes Ioannis prærogatiuæ ex munditia.

B Eod. Prolog. lit. b.

d *Cæterùm illa Domini verba Ioann.* 21. Sic eum volo manere, donec veniam; quid ad te? Tu me sequere: *eo intellexerunt quidam sensu, quòd Ioannes non esset moriturus. Q. d.* Non morietur C vsque ad aduentum meum. Sed hoc excluditur per hoc quod subditur: *Et non dixit ei Iesus: Non moritur; sed sic eum volo manere, donec veniam.* Sed quidam hunc sensum sustinere volentes, dicunt, quòd Ioannes hoc subdit, non vt excluderet prædictum intellectum, sed vt ostenderet, quòd Dominus hunc intellectum per hæc verba non expressit, sed per illa tantùm: *sic eum volo manere.* Et propter hoc dicunt, quòd Ioannes nondum est mortuus. Sed diuersimodè opinatum est de ejus sepultura. Verum est enim secundùm omnes, quòd sepulchrum intrauit, & adhuc illud apparet. Quidam autem dicunt, quòd sepulchrum viuens intrauit, & diuina virtute exiuit, translatus ad locum Henoch & Eliæ: vbi reseruatur vsque ad finem Mundi. Et secundùm hoc exponitur: *sic eum viuum volo manere* vsque ad finem Mundi: & tunc pro me patietur martyrium ab Antichristo cum illis duobus. Nam inconueniens est, quòd non moriatur: quicquid enim oritur, moritur, Hebr. 7. *Statutum est hominibus semel mori*: (*vt scilicet membra omnia Christo conformentur Capiti, qui mortuus est.*) Alij verò dicunt, quòd sepulchrum suum, quod est apud Ephesum, viuens intrauit; & in eo adhuc viuit, dormiens donec veniat Christus: habentes in argumentum hujus, quòd illic terra, sursum quasi ebulliens, scaturit: quod ejus anhelitu fieri dicunt. Sed hoc excludit *Augustinus* dicens: *Minus est, si dormiens viuit, quàm si viueret beatus. Cur ergo Christus discipulo, quem præ cæteris diligebat, pro magno munere longum donasset somnum, & priuasset eum tanto bono, pro quo Apostolus* cupiebat dissolui, & cum Christo esse? *Phil.* 1. Et ideò non est hoc credendum: sed quòd mortuus fuit, & resurrexit etiam in corpore: (*par in hoc priuilegium cum Deipara, sua adoptiua matre, propter specialem prærogatiuam puritatis assecutus.*) Et hujus signum est, quia corpus ejus non inuenitur. Et sic beatus manet cum Christo, secundùm quod inuitauit eum, Apoc. vlt. *Dicit qui testimonium perhibet istorum: Etiam venio citò: Amen.* Et

C Io. 21. l. 5. lit d. ibi In 4. d. 43. 1. 3. q. 1. ag. 3 & in resp. & Serm. in Fest. ejusd.

Excluduntur errores aliquorum, credentium nondum esse mortuum Ioannem, ex illis verbis Io. 21 *Sic eum volo manere donec veniam.*

Verè mortuus est Ioannes, & resurrexit etiam in corpore.

Pp ita

Digitized by Google

ita secundùm *Hieronymum (post pauca)* exponitur: *Tu me sequere (ad Petrum)* idest per passionem. *Sic eum*, scilicet Ioannem, *volo manere* absque passione martyrij & mortis, *donec veniam*, ad vocandum eum ad me, *Ioann.*14. Iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum. *Quid ad te?* scilicet de hoc priuilegio. Vnde in legenda B. Ioannis dicitur, quòd cum nonaginta esset annorum (*alijs nonaginta nouem*) apparuit ei Dominus Iesus Christus & inuitauit eum ad conuiuium *æternæ vitæ*.

Vter plùs diligeretur à Christo, plùsque Christum diligeret, Petrus an Ioannes? D 1.p.20.4.ad 3.& 3.p.45.3 ad 4. In 1. d. 31.2 3.f 1.c. Io.21.d.5.lit.b.

e *Quòd si curiosè quæras, cum Ioannes dicatur veluti antonomasicè Christi dilectus: vter plùs diligeretur à Christo, plùsque Christum diligeret, Ioannes, an Petrus? Respondet Author, quòd* hæc D dubitatio de Petro & Ioanne multipliciter soluitur. *Augustinus* namque refert hoc ad mysterium, dicens: quòd vita actiua, quæ significatur per Petrum, plùs diligit Deum, quàm vita contemplatiua, quæ significatur per Ioannem: quia magis sentit præsentis vitæ angustias, & æstuantiùs ab eis liberari desiderat, & ad Deum ire. Contemplatiuam verò vitam Deus plùs diligit: quia magis eam conseruat; non enim finitur simùl cum vita corporis, sicut vita actiua. Quidam verò dicunt, quòd Petrus plùs dilexit Christum in membris: & sic etiam à Christo plùs fuit dilectus; vnde ei Ecclesiam commendauit. Ioannes verò plùs dilexit Christum in seipso: & sic etiam plùs ab eo fuit dilectus; vnde ei commendauit Matrem. Alij verò dicunt, quòd incertum est, quis horum plùs Christum dilexerit amore charitatis: & similiter quem Deus plùs dilexerit in ordine ad majorem gloriam vitæ æternæ. Sed Petrus dicitur plùs dilexisse quantùm ad quandam promptitudinem vel feruorem: Ioannes verò plùs dilectus quantùm ad quædam familiaritatis indicia, quæ Christus ei magis demonstrabat propter ejus juuentutem & puritatem. Alij verò dicunt, quòd Christus plùs dilexit Petrum quantùm ad excellentius donum charitatis: Ioannem verò plùs, quantùm ad donum intellectus. Vnde simpliciter Petrus fuit melior, & magis dilectus: sed Ioannes secundùm quid. Præsumptuosum tamen videtur, hoc dijudicare: quia, vt dicitur *Prou.*16. Spirituum ponderator est Dominus, *& non alius*. *DISCE cum Ioanne* cordis munditiam diligere, vt amicum habeas *Christum* Regem, *Prou.*22. *Vide* Amor Dei, Apostoli, Cælibatus, Christi mors in Cruce, Prophetia.

S. IOSEPH.

X. Conueniens fuit desponsatio Virginis: quia testimonio Ioseph comprobatum est, Christum ex Virgine natum. 3. p. 29. 1. c.

Ioseph ex stirpe Regia Dauidis.

f *Sanctum Ioseph ex regia stirpe prognatum, asserendum pro certo est, ex illo Angeli ad eum Matth.*1. Ioseph fili Dauid noli timere &c. *& Luc.*2. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa &c. eo quòd esse de domo & familia Dauid. *Sed & ex eo probatur, quòd Mariam Virginem in vxorem accepit.* Consuetum *enim* fuit E apud Iudæos, & est vsque hodie, accipere vxorem de tribu sua. Vnde Numer.36. dicitur: *Omnes viri ducent vxores de tribu & cognatione sua; & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient: vt hereditas permaneat in familijs, nec sibi misceantur tribus &c.* Ideò Ioseph Mariam tanquam sibi propinquissimam duxit vxorem. Et quia erant de eodem genere, per hoc quòd ostenditur, Ioseph à Dauid descendisse, ostenditur etiam, Mariam & Christum de semine Dauid fuisse. Quòd autem Ioseph & Maria fuerint de eadem tribu, patet ex hoc, quod habetur *Luc.*2. *cit.*

Apud Iudæos, solummodo intra eandem tribum matrimonia celebrantur. E Matth. 1. lit. d. ibi, Ioseph virum. 3. p.28.1. ad 2 & q. 31. 2. ad 1. & a.3 ad 2.& 3. Ioan.1.l 16. lit. b ibi, Ioseph. Hebr. 7. l.4.

quia, cum debuisset fieri descriptio, ascendit ipse Ioseph & Maria in ciuitatem Dauid, quæ est Bethleem: vnde per hoc, quòd eam duxit & reduxit secum, patet quòd de eadem erant familia. *Quin ipsa* Maria F Virgo erat & de stirpe Sacerdotali ex parte matris, quod patet ex hoc, quòd Elisabeth, quæ erat de filiabus Aaron, dicitur ejus cognata *Luc.*1. & ex parte patris erat de stirpe Dauid. Bene enim poterant per matrimonium conjungi filiæ Aaron illis de tribu Regia, vel etiam quibuslibet alterius tribus, eo quòd non acceperant hereditatem diuisam ab alijs tribubus: & sic ex hoc non potuit confusio sortium (*Num.*36. *cit.* ne confundatur sortium distributio) prouenire, que erat causa prohibitionis matrimonij contrahendi inter illos, qui erant de diuersis tribubus. *Et quidem* nutu G superno contigit *ex Gregor. Nazianz.* vt Regium genus Sacerdotali stirpi jungeretur, vt Christus, qui Rex est & Sacerdos, ab vtrisque nasceretur secundùm carnem. Vnde & Aaron, qui fuit primus Sacerdos secundùm legem, duxit ex tribu Iuda conjugem Elisabeth filiam Aminadab. *Profectò inter pares consueuerunt omni tempore celebrari connubia; proinde inter Mariam & Ioseph non est admittenda stirpis disparitas. Neque his obstat, quòd Christus diceretur* filius fabri, *Matth.*13. Nonne hic est fabri filius? *Paupertas enim nobilem ingenuamque prognationem non tollit; neque pauperes nobiles eo tempore despiciebantur, sicuti nostro, quo soli honorantur diuites: nam & Dauid, mutato aureum in sceptrum rudi baculo, Rex de Pastore effectus est, Psalm.*77. Elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium: de post fœtantes accepit eum. *Dicebatur ergo Christus* filius fabri, *idest* Ioseph H qui non erat faber ferrarius, sed lignarius. Quamuis etiam possit dici *filius fabri*, illius scilicet *qui fabricatus est auroram & Solem*, Psal.73. Vel Ioseph *ex Chrysostomo* fuit I faber lignarius, & signat Christum, qui per lignum Crucis omnia restaurauit. *Vnde Marci* 6. *de ipso Christo dicitur:* Nonne hic est faber?

Maria Virgo ex Regia stirpe, & Sacerdotali. F 4 d.30. 2.1. q.3 ad 4.& 5. p. 29. 1. ad 4. & 1. 2. ad 2. Hebr.7. l.ibi, de alia tribu. Stirps Sacerdotalis potetat matrimonio jungi cuilibet tribui. G 3.p. 31. 2. ad 2.

H Matth. 13. circ. fi. ibi Ioseph litteraliter faber lignarius: mystice quid. I Matth. 1. lit. d. ibi, Maria. Ioseph.

g *Et ò quali dignitate Ioseph præfulsit, Deiparæ Virgini in castissimum Sponsum prælectus à Deo! Virgini inquam Deiparæ, Cœlorum terrarumque Imperatrici, qua nulla fœmina melior, nulla major! Nec sanè inter eam, & Ioseph, nomine tenus duntaxat, sed re ipsa verum extitit matrimonium. Quocirca sciendum, quòd* duplex est L rei perfectio, prima scilicet & secunda. Prima quidem rei perfectio consistit in ipsa forma, ex qua speciem sortitur: secunda verò perfectio consistit in operatione rei, per quam res aliqualiter suum finem attingit. Forma autem matrimonij consistit in quadam indiuisibili conjunctione animorum, per quam vnus conjugum indiuisibiliter alteri fidem seruare tenetur. Finis autem matrimonij est proles generanda, & educanda. Ad quorum primum peruenitur per consensum conjugalem: (*aduerte, loco horum verborum, Tomo I. p.*251. *col.*2. *lin.*23. *errore typographi irrepsisse*, per concubitum conjugalem:) ad secundum per alia opera viri & vxoris, quibus sibi inuicem obsequuntur ad prolem nutriendam. Quantùm igitur ad primam perfectionem, omnino verum fuit matrimonium Virginis Matris Dei, & Ioseph: quia vterque consensit in copulam conjugalem; non autem expressè in copulam carnalem, nisi sub conditione, si Deo placeret. Vnde & Angelus vocat Mariam conjugem Ioseph, Math.1. *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.* Quantùm verò ad secundam perfectionem, quæ est per actum matrimonij, si hoc referatur ad carnalem concubitum, per quem proles generatur, non fuit illud matrimonium consummatum. Habuit tamen illud matrimonium etiam secundam perfectionem, quantùm ad prolis educationem. Vnde *Augustinus* in lib. *de nuptijs & concupiscentijs:*

L 3.p.29 2. & In 4 d.30 2.2. Matth.1 lit.d. ibi, Ioseph virum. Inter Mariam & Ioseph verum fuit matrimonium. Forma matrimonij in quo consistat; & finis ejus.

Omne *inquit* nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi: proles, fides, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Dominum Iesum: fidem, quia nullum adulterium: Sacramentum, quia nullum diuortium: solus ibi nuptialis concubitus non fuit. *Neque huic derogat veritati, aut Ioseph obest sanctimoniæ, quod dicitur Matth.* 1. Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph: antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu Sancto. Ioseph autem vir ejus, cum esset justus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. *Antequam conuenirent. Quod* non est *ex Hieronymo* ita intelligendum M quòd postea realiter conuenerint, sicut dicit impius *Eluidius*: sed quia ex hoc ipso, quòd sibi desponsata erat, secundùm communem opinionem licebat eis aliquando conuenire, quamuis nunquam conuenerint. *Remigius* aliter exponit, vt intelligatur de solemni celebratione nuptiarum. Ante enim erat, & fiebat per aliquos dies desponsatio: & interim sponsa non erat sub custodia viri. Postea autem fiebat solemnis celebratio nuptiarum: & tunc traducebatur ad domum viri. De his nuptijs loquitur Euangelista. Et secundùm hoc non habet locum objectio Eluidij. *Inuenta est in vtero habens*: scilicet N à Ioseph. Vult autem *Augustinus*, quòd Ioseph, qui non erat præsens, quando facta est annunciatio Angelica, rediens, & inueniens eam grauidam, habuit suspicionem adulterij. *Cum autem esset justus, nolebat eam traducere*; idest, crimen illius propalare. Vel secundùm aliorum sententiam, ignorans finem, ne tanquam reus haberetur, si celaret, & secum eam teneret, *voluit occultè dimittere eam.* (Hoc *inquit Hieronymus* testimonium Mariæ est, quòd Ioseph, sciens illius castitatem, & admirans quod euenerat, celat silentio, cujus mysterium nesciebat.) Sicut autem Dominus Thomam Apostolum permisit dubitare de sua resurrectione, vt scilicet dubitans palparet, & palpans crederet, & credendo, infidelitatis in nobis vulnus amoueret: sic permisit Dominus, Ioseph de pudicitia Mariæ dubitare, vt dubitans reuelationem Angelicam acciperet, & accipiendo firmiùs crederet: vt testimonium ejus esset credibilius (*de quo infrà.*) Vnde sequitur: *Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit ei in somnis, dicens*: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam conjugem tuam &c. *Verùm propter hoc, quod dicitur:* cum esset justus; *ex Hieronymo & Origene*, non habuit O Ioseph suspicionem adulterij: nouerat enim pudicitiam Mariæ, & eam de Dauid generatione descendisse, Is. 11. *Egredietur virga de radice Iesse &c.* Legerat etiam, quòd *virgo concipiet*, Is. 7. Vnde faciliùs credebat, hoc in Maria impletum esse, quàm ipsam fornicatam fuisse. Et ideò indignum reputans se tantæ cohabitare sanctitati, *voluit occultè dimittere eam*: sicut Petrus dixit Luc. 5. *Exi à me Domine, quia homo peccator sum.* Vnde *nolebat eam traducere*, idest ad se ducere, & in conjugem accipere, indignum se reputans. *Huc facit* (*& ad altissimam quidem Ioseph humilitatem commendandam*) *quod habetur eodem Matthæi* 1. *cap. in fine, quòd S. Ioseph* non cognoscebat eam, donec peperit Filium suum &c. *Accipitur namque secundùm aliquos* pro P agnitione sensibili (& est satis probabilis horum opinio:) dicunt enim, quòd Moyses ex locutione Domini habuit tantam claritatem in facie, *vt filij Israel non possent intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus*, vt dicitur 2. Cor. 3. Si ergo ex consortio Dei hoc habuit Moyses: multò magis B. Virgo, quæ portauit eum in vtero (*qui est Hebr.* 1. Splendor gloriæ) habuit tantam claritatem in facie, quòd Ioseph *non cognoscebat eam*. Et hoc Q signatur *Ezech.* 43. vbi dicitur: *Ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viam Orientalem*, idest per B. Virginem: *& terra*, idest caro ipsius, *splendebat à majestate ejus*, scilicet Christi. *Cæterùm* ille idem R Angelus, qui missus est ad Mariam *Luc.* 1. creditur missus ad Ioseph, Ps. 33. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum*, scilicet Mariæ & Ioseph, *& eripiet eos*, vt scilicet & ipsam liberaret ab infamia, & Ioseph in perturbatione non dimitteret. *Qua fortè etiam de causa, Magis ad infantem natum adorandum conuenientibus*, diuina S dispensatione factum est, quòd Ioseph non adesset, ne illis, qui primitiæ Gentium erant, daretur suspicio prauæ opinionis *de Virgine*.

Exponitur illud Matth. 1. *Antequam conuenirent &c.*

M *Matth.* 1. *lit. d. ibi.* 3. *p.* 28. 3. *ad* 1. *In* 4. *l. c. ad* 5. *& d.* 35. 1. 3. *ad* 2. *Op.* 3. *c.* 225.

N *Matth.* 1. *lit. d. ibi*, inuenta est. *&* 3. *p.* 29. 2. *ad* 3. *& locis cit.* Et illud: *Cum esset justus, & nollet eam traducere &c.*

O *Matth.* 1. *loc. cit. In* 4. *d.* 30. 2. 2. *ad* 5. *& d.* 35. 1. 3. *ad* 2.

P *Matth.* 1. *fi. cap &* 3. *p.* 28. 2. *ad* 3. *Serm. ex Ep. in Annunc.*

Q 3. *p.* 27. 3. *fi. c.*

R *Matth.* 1. *lit. d. ibi*, Angelus Domini.

Idem Angelus, qui ad Mariam, & ad Ioseph missus.

Magis adorantibus, cur non adesset Ioseph.

S *Matth.* 2. *lit. c. ibi*, adorauerunt.

h *Fuit autem quocunque tempore virgo, omni procul semota hæsitatione, Sanctus Ioseph: nec enim aliter permisisset Christus Dominus Sanctissimæ Virgini Matri eum desponsari, in qua candidissimum virginitatis lilium adeò fragrabat, & omnia halabant puritatem.* Christus, *inquit Author*, virgo T fuit: Virginem Matrem habere voluit, & virginem Præcursorem: Ioseph etiam creditur fuisse virgo. *Sed & post diuinum Virginis partum, sicut Deipara, virgo permansit: ita & sanctissimus conjux. Vnde* Hieronymus *contra Eluidium*: Ioseph *ait* magis V credendus est virgo permansisse: quia aliam vxorem habuisse non scribitur, & fornicatio in sanctum virum non cadit. *Et quamuis occasione verborum Matth.* 12. Ecce Mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te, *præfatus blasphemauerit Eluidius*, quòd cum virgo X genuisset Iesum, Ioseph cognouit Mariam, & genuit inde filios; quod hæreticum est: quia post partum Virgo inuiolata permansit. Fuit etiam opinio, quòd isti essent filij Ioseph de alia vxore. Hoc tamen nihil est: quia credimus, quòd sicut Mater Iesu fuit Virgo, sic Ioseph: quia Virginem virgini commendauit; & sicut in fine (*tempore mortis in Cruce*) sic & in principio (*tempore scilicet conceptionis & natiuitatis.*) Fratres autem dicuntur multis modis. Aliqui enim sunt fratres naturâ, sicut Matth. 1. *Iacob genuit Iudam, & fratres ejus.* Aliquando fratres dicuntur, qui sunt vnius gentis, Deut 17. *Non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus.* Aliquando religione, vt omnes Christiani, Matth. 23. *Omnes vos fratres estis.* (Et in hoc inoleuit consuetudo, quòd homines ejusdem religionis dicuntur *Fratres.*) Aliquando homines de vna parentela, Ios. 2. *Detisque mihi verum signum, vt saluetis patrem meum, & matrem, fratres ac sorores meas.* Aliquando omnes homines, qui ab vno Patre, scilicet Deo, Malach. 2. *Nunquid non Pater vnus omnium nostrum? Quare ergo despicit vnusquisque nostrum fratrem suum?* Nullo autem illorum modorum dicuntur hic *fratres Domini*: ideò vno modo dicuntur fratres, quia consanguinei. Vnde *Genes.* 13. dixit Abraham ad Loth: *Fratres enim sumus*; quamuis Loth nepos esset Abraham. Sic isti fratres erant, quia consobrini. *Sanè*, cum Ioseph fuerit Y specialis custos Virginis, & etiam Saluatoris in pueritia, credibile est, cum virgine fuisse. *Igitur & post partum Virginis Ioseph absq; dubio virgo permansit: quin, vt laudabilior foret magisq; meritoria virginitas, ad eam ex voto se cum sponsa castissima piè creditur obstrinxisse.* Quia Z tempore legis (*inquit Author*) oportebat generationi insistere tam mulieres, quàm viros, quia secundùm carnis originem cultus Dei propagabatur, antequam ex illo populo Christus nasceretur: Mater Dei non creditur, antequam desponsaretur Ioseph, absolutè virginitatem vouisse; sed licèt eam in desiderio habuerit, super hoc tamen voluntatem suam diuino commisit arbitrio. Postmodum verò accepto sponso, secundùm quod mores illius temporis exigebant, simul cum eo votum virginitatis emisit. *Enimverò* B. Virgo A antequam contraheret cum Ioseph, fuit certificata diuinitus, quòd

Ioseph omni tempore virgo.

T *Op. de tr. Pr. l.* 5. *c.* 65. *&* 3. *p.* 28. 3. *c. & a.* 4. *c. & ad* 3. *In* 4. *d.* 3. *a.* 1. *q.* 2. *ad* 2.

Etiam post Virginis partum.

V 3. *p.* 28. 3. *ad* 5.

Impius Eluidij error contra paritatem B. Virginis.

X *Matth.* 12. *lit. d. ibi.* & fratres. *Ioan.* 2. *l.* 2. *ibi*, fratres. *Gal.* 1. *l* 5 *&* 3. *p.* 28. 3. *c Op.* 3. *c.* 225. *In* 4. *d.* 30. 2. 3. *ad* 4.

Fratres multis dicuntur modis.

Vndè religiosi dicuntur *fratres*.

Y *Io.* 2. *l.* 2. *ibi*, & fratres.

Qualiter & quando Maria Virgo Virginitatis cum Ioseph votum emiserit.

Z 3. *p.* 28. 4. *c. & ad* 3 *& q.* 29. 1. *ad* 1. *In* 4. *d.* 30. 2. 2. *Matth.* 1. *lit. d. ibi*, virum Mariæ.

A *In* 4. *l. c. a.* 1. *q* 2. *ad* 2.

Digitized by Google

Ioseph in simili proposito erat (*virginitatem vouendi:*) & ideò non se commisit periculo nubens. *Et licèt communiter sub senili specie sanctum conjugem adorare consueuerimus; majoris id gratiâ honestatis fit. Verosimile nihilominus est, Virgini Sanctissimæ in juuenili ætate nupsisse. Vnde & purissimis conjugibus adaptat Author illud Is.62.* Habitabit juuenis cum Virgine. *Habitabit*, scilicet B castè, sicut Maria cum Ioseph; *vnde sequitur*: Et gaudebit Sponsus super Sponsam: *quamuis & de Christo Sponso* super Sponsam *Ecclesiam* gaudente *exponatur. Et hinc est, quòd Ioseph Mariæ Sponsus datus est in custodiam virginitatis: idcircò, defuncto Herode, Angelus ad eum*: Surge *ait* & accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Israel, *Matth.2.* Non C dicit, filium, non conjugem, sed *puerum*, vt designetur dignitas pueri, & integritas Matris. Et in hoc significatur, quòd Ioseph non fuit ei datus ad carnalem copulam, sed ad ministerium & custodiam. *Vnde Bernardus*: Scito *inquit* illius quondam Patriarchæ venditi in Ægypto istum non solùm vocabulum sortitum fuisse, sed & castimoniam adeptum. Ille enim Domino suo fidem seruans, dominæ noluit commisceri: iste, Dominam suam Domini sui matrem, virginem agnoscens, & ipse continens virginem custodiuit. *Immò & in testem fuit virginitatis illius destinatus. Conueniens siquidem fuit castum illud conjugium*: ex parte D conceptus, vt scilicet partus celaretur diabolo: ex parte Matris, vt scilicet non lapidaretur: ex parte Ioseph, vt scilicet obsequeretur & Matri, & Puero, & testimonium præberet virginitati. *Id quod & ab initio Author expressit*: quia E testimonio Ioseph comprobatum est, Christum ex Virgine natum. *Eapropter venerabilis Beda*: Pater *inquit* Saluatoris F appellatur Ioseph, non quòd verè juxta Photinianos pater fuerit ei: sed quòd ad famam Mariæ conseruandam pater sit ab omnibus æstimatus. Vnde & dicitur *Luc.3.* Vt putabatur, filius Ioseph. *Grande profectò Ioseph priuilegium! vt ei quodammodo pro suæ honore virginitatis obstricta Mater Domini sit: quod & ipsius cedit in gloriam Saluatoris.*

Iuuenis Virgini nupsit non senex.

B *Is.62. ibi.*

Datus in custodiam virginitatis Mariæ.
C *Matth.2. circ. fi. ibi. & c.12. lit. d. ibi Mater sup.*

Et in testem integritatis.
D *4. d. 30. a. 1. q. 3. c. & 3. p. 29. 1. Matth. 1. lit. d. ibi, desponsata.*

E *3. p. 29. 1. c.*

F *3. p. 28. 1. ad 1.*

i *Ex quo duplex emicat Ioseph prærogatiua, vt & tantæ esset Virginis conjux, & tanti Filij Pater dictus sit.* Eo G modo *inquit Augustinus* pater Christi dicitur Ioseph, quo & vir Mariæ intelligitur, sine commistione carnis, ipsa copulatione conjugij: multò videlicet conjunctiùs, quàm si esset aliunde adoptatus. *Huc facit quod* Ioann.1. *dixit Philippus ad Nathanaelem*: Quem scripsit Moyses in lege & prophetis, inuenimus Iesum, filium Ioseph à Nazareth. *Etenim*, quamuis H ex eo Christus originem non duxerit, tamen ex Virgine duxit, quæ erat de eadem progenie cum Ioseph. Vocat autem *filium Ioseph*, quia ejus filius æstimabatur esse, cui scilicet desponsata erat Mater ejus. Nec mirum, si Philippus vocabat eum *filium Ioseph*, cum & Mater ejus, diuinæ incarnationis conscia, ipsum ejus filium diceret Luc.2. *Pater tuus & ego dolentes quærebamus te.* Et si quidem aliquis, filius alicujus vocatur, quia nutritur ab ipso: Ioseph multò amplius Pater Iesu dici poterat, licèt secundùm carnem Pater non esset: quia & eum nutrierat, & Sponsus Matris Virginis erat. *Eapropter, quòd nutritius esset Pater, primò ipsum Angelus allocutus, inquit Matth.1.* Noli timere accipere Mariam conjugem tuam &c. Pariet autem Filium. *Pariet*: non dicit I tibi, quia ipse puerum non genuit. *Luc.1.* dictum est Zachariæ: *Vxor tua pariet tibi filium*, quia ipsum Zachariæ genuit. Vel, ideò non dicit, *pariet tibi*, vt ostendatur, quòd pro omnibus natus est; vnde non solùm tibi, vel ipsi, *pariet filium*, sed toti Mundo, *Luc.2.* Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator. *Et hoc est nomen, quo dignus fuit Ioseph puerum Iesum vocare; vnde sequitur*: Et vocabis nomen ejus Iesum (*quod interpretatur* Saluator:) Consuetudo *enim* erat L apud Hebræos, & est hodie, quòd die octauo circuncidebant puerum; & tunc imponebant ei nomen. Hoc autem factum est per Ioseph, qui in hoc opere minister fuit. Vnde dicitur ei, *Vocabis*: non dicitur, *impones*, quia jam est sibi impositum, *Is.62.* Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit. *Qualis & quanta præcellentia Ioseph, vt pasceret* pane vitæ & intellectus *iustos* cibantem, *omnia dulciter amplexaretur comprehendentem, subjectum haberet cui omnes subjacent potestates!* Luc.2. Et erat (*Iesus*) subditus illis. *Subdebatur* (*inquit* Dionysius) *paternis dispositionibus mediantibus Angelis*. Dicitur *autem* subdi M paternis dispositionibus per Angelos, quodammodo indirectè, in quantùm Angeli instruebant Ioseph & Matrem ejus de ijs, quæ circa ipsum Puerum agenda erant. *Et bene ibi Angeli aderant, velut in Paradiso gratiæ constituti, inhabitantibus Iesu Maria Ioseph, ex quibus noua in terris venerabilis Trinitas consurgit, cui ambitioso famulatu beati illi spiritus obsequebantur. Quòd si* ad salutationem Mariæ *ajebat Ambrosius* exultauit infans in vtero Elisabeth, repleta est Spiritu Sancto mater infantis: quantum putamus vsu tanti temporis (*trium videlicet mensium*) Sanctæ Mariæ addidisse præsentiam? *Ad quam igitur gratiæ perfectionem iustus hic Ioseph processisse dicendus ex longè diuturniori cum Maria* gratia plena *conuictu, exque pia affectus in diuinum Puerum* plenum gratiæ & veritatis *teneritudine? Eo sanè profectu, vt res ipsa excellenter dicatur* Ioseph *nomini respondere, quod interpretatur* augmentum. *Augeat & in nobis Deus sanctissimi precibus Patriarchæ gratiam & virtutes, vt illius in Cœlis perfruamur præsentia, quem ipse & in terris positus aspicere meruit atque enutrire. DISCE, apud Natum, Matris implorare patrocinium & Sponsi. Vide* Christi Conceptio, Natiuitas, Educatio, Maria Deipara.

Magnum Ioseph priuilegium, quòd conjux Virginis fuerit, & Christi Pater dictus.
G *Ibid.*

H *Io. 1. l. 16. in 6. ibi. In 4. d. 30. 2. 3. ad 4. Op. 3. c. 223.*

Pater quidem nutritius, non carnalis, sed putatiuus.
I *Matth. 1. lit. d. ibi*
Exponitur illud: Pariet autem filium.

Ipse vocauit Filium Virginis nomine JESVM.

L *Ibid. ibi. & fi. cap.*

Qualiter Iesus sibi & Matri subditus.
M *3. d. 12. 1. 3. ad 6.*

Magnus illius in gratia profectus.

I R A.

XI. Contra iram optimum remedium est, recognitio fragilitatis propriæ. Ad Iac.3. l.1. ibi, *eramus*.

I IRa N propriè loquendo est passio quædam appetitus sensitiui, à qua vis irascibilis denominatur. Vis *inquam* irascibilis O denominatur ab ira; non quia omnis motus hujus potentiæ sit ira: sed quia ad iram terminantur omnes motus hujus potentiæ, & inter alios ejus motus iste est manifestior. *Pro cujus clariori notitia sciendum, quòd* appetitus P sensitiuus est vna vis in genere, quæ sensualitas dicitur: sed diuiditur in duas potentias, quæ sunt species appetitus sensitiui. Vna scilicet, per quam animal simpliciter inclinatur ad prosequendum ea, quæ sunt conuenientia secundùm sensum, & ad refugiendum nociua: & hæc dicitur *Concupiscibilis*. Alia verò, per quam animal resistit impugnantibus, quæ conuenientia impugnant, & nocumenta inferunt: & hæc vis vocatur *Irascibilis*. Vnde dicitur, quòd ejus objectum est arduum, quia scilicet tendit ad hoc, quòd superet contraria, & superemineat eis. Hæ autem duæ inclinationes non reducuntur in vnum principium: quia interdum anima tristibus se ingerit contra inclinationem concupiscibilis, vt secundùm inclinationem irascibilis impugnet contraria; vnde etiam passiones irascibilis repugnare videatur passionibus concupiscibilis. Nam concupiscentia accensa minuit iram, & ira accensa minuit concupiscentiam vt in pluribus. Patet etiam ex hoc, quòd irascibilis est quasi propugnatrix & defensatrix concupiscibilis, dum insurgit contra ea,

N *2. 2. 158 1. ad. Ira est passio appetitus sensitiui, à qua vis irascibilis denominatur.*
O *2. 2. 46 1. ad 1. & 1. p. 59 1. ad 1. In 3 d 26 1. 2. ad 3. Mal. 8. 3. ad 3. Ver. 25. ad 16. Ver. 26. 5. ad 3.*
P *1. p. 81. 2. c. & 1. 2. 23. 1. ad 1. Ver. 25. 1. c. & 26. 5. ad 1.*
Quid vis concupiscibilis, quid irascibilis.

Concupiscentia accensa minuit iram, & è contra.

Digitized by Google

Irascibilis propugnatrix concupiscibilis.

ea, quæ impediunt conuenientia, quæ concupiscibilis appetit, & ingerunt nociua, quæ concupiscibilis refugit. Et propter hoc omnes passiones irascibilis incipiunt à passionibus concupiscibilis, & in eas terminantur: sicut ira nascitur ex illata tristitia, & vindictam inferens, in lætitiam terminatur. Propter hoc etiam pugnæ animalium sunt de concupiscibilibus, scilicet de cibis & venereis, vt dicitur in 8. de animalibus. *Ex quo* ira Q non est in concupiscibili, sed in irascibili. *Hinc docemur cohærenter, quòd* aliquis R actus potest ad aliquod vitium pertinere tripliciter. Vno modo directè: alio modo antecedenter: tertio modo consequenter. Sicut ad iram directè quidem & essentialiter pertinet, quòd sit appetitus vindictæ: antecedenter autem, quòd tristetur de aliqua injuria illata: consequenter autem, quòd delectetur de punitione ejus, qui injuriam intulit. *Cæterùm* in ira S (sicut in qualibet alia passione) duo possumus considerare. Vnum, quod est quasi formale: aliud, quod est quasi materiale. Formale quidem in ira est id, quod est ex parte animæ appetitiuæ, quòd scilicet ira sit appetitus vindictæ. Materiale autem id, quod pertinet ad commotionem corporalem, scilicet quòd ira sit accensio sanguinis circa cor. *Verùm* tripliciter T ira dicitur. Quandoque enim ira ponitur pro habitu vel actu vitij. Alio modo dicitur ira propriè quædam passio vis irascibilis (*vt præmissum est*.) Tertio modo dicitur ira voluntas vindicandi aliquod malefactum: & sic ira non est passio, propriè loquendo, nec est in irascibili, sed in voluntate. Et sic ira est in Deo, & beatis, & in Christo fuit. *Quo sensu dicitur Rom.*1. Reuelatur ira Dei de Cœlo super omnem impietatem &c. *Et cap.*9. Quòd si Deus volens ostendere iram suam &c. *idest*, justitiam V vindicatiuam: non enim dicitur ira in Deo secundùm affectus commotionem, sed secundùm effectus vindictæ; *vnde legitur Sap.*12. Tu autem Dominator virtutis cum tranquillitate judicas. *Et ad illud Psal.*2. Tunc loquetur ad eos in ira sua; *idest*, proferet X sententiam vindictæ contra eos: nam in Deo non cadit ira; sed quod est creaturæ, attribuitur Creatori per anthropopathon; quod est humana propassio. *Et ratio adducitur: quia etiam* ex parte ejus Y quod est in passionibus formale, in quibusdam designatur aliqua imperfectio: sicut in desiderio, quod est boni non habiti; & in tristitia, quæ est mali habiti; & eadem ratio est de ira, quæ tristitiam supponit. Quædam verò nullam imperfectionem designant, vt amor & gaudium. Cum igitur nihil horum Deo conueniat secundùm illud, quod est materiale in eis, illa quæ imperfectionem important, etiam formaliter, Deo conuenire non possunt, nisi metaphoricè, propter similitudinem effectus.

Vbi subjectetur ira.

Q 1. 2. 46. 5. f. c. & 2. 2. 162. 3. c. In 3. d. 26. 1. 2 c.

Aliquis actus tripliciter ad aliquod vitiũ pertinet.

R Ma. 8. 3. ad 7. & 9. 12. 1. c.

S Ma. 12. 1. omis c. & 1. p. 20. 1. ad 1. & 1. 2. 45. 2. & 4. c. & 47. 1 c. & 2. 2. 158. 1. & 2. In 4. d. 49. 3 2.

Quid ira pro formali & materiali.

Ira tripliciter dicitur.

T 3. d. 15 2. 2. q. 2. c. & 2. 2. 162. 3. c & 3. p 15. 9. Ma. loc. cit.

Quo sensu ira in Deo, in Christo, & beatis.

V Rom. 9 l. 4. ibi, & cap. 1 l. 6 ibi, ira Op. 4. de V. prec. §. 2. Ver. a 1. c.

X Ps. 2. lit. c. & Is. 2 fi.

Anthropopathos quænam figura.

Y 1. p 20. 1. ad 2. & 82. 5 ad 1. & 1. 2. 22. 3. ad 3. & 1. con. G. à cap. 89.

m *Hinc sequitur, quòd* ira Z secundùm id quod est formale in ea, sic potest esse & in appetitu sensitiuo, & in appetitu intellectiuo, qui est voluntas, secundùm quam aliquis potest velle sumere vindictam. Et secundùm hoc, manifestum est, quòd ira potest esse & bona & mala. *Quocirca* considerandum est A circa passiones animæ, quòd dupliciter potest in eis malum inueniri. Vno modo ex ipsa specie passionis; quæ quidem consideratur secundùm objectum passionis, sicut inuidia secundùm suam speciem importat quoddam malum: est enim tristitia de bono aliorum, quod secundùm se rationi repugnat: & ideò inuidia mox nominata sonat aliquid mali, vt Philosophus dicit *in 2. Ethic.* Hoc autem non competit iræ, quæ est appetitus vindictæ: potest enim vindicta & bene & malè appeti. Alio modo inuenitur malum in aliqua passione secundùm quantitatem ipsius, idest secundùm superabundantiam vel defectum ipsius: & sic potest malum in ira inueniri; quando scilicet aliquis irascitur plùs vel minùs præter rationem rectam. Si autem aliquis irascitur secundùm rationem rectam, tunc irasci est laudabile. *Ex quo* ordo rationis B in ira potest attendi quantùm ad duo. Primò quidem quantùm ad appetibile, in quod tendit, quod est vindicta. Vnde si aliquis appetat, quòd secundùm ordinem rationis fiat vindicta, est laudabilis iræ appetitus: & vocatur *ira per zelum*. Si autem aliquis appetat, quòd fiat vindicta qualitercunque contra ordinem rationis, putà si appetat puniri eum, qui non meruit, vel vltra quàm meruit; vel etiam non secundùm legitimum ordinem, vel non propter debitum finem, qui est conseruatio justitiæ & correctio culpæ: erit appetitus iræ vitiosus; & nominatur *ira per vitium*. Alio modo attenditur ordo rationis circa iram quantùm ad modum irascendi, vt scilicet motus iræ non immoderatè feruescat nec interiùs nec exteriùs. Quod quidem si prætermittatur, non erit ira absque peccato, etiamsi aliquis appetat justam vindictam. *Et hoc est, quod dicitur Psalm.*4. Irascimini, & nolite peccare. *Quasi diceret*: Permittitur C quòd motus iracundiæ surgat in vobis: non tamen perducatis iracundiam ad actum peccati, Ephes.4. *Sol non occidat super iracundiam vestram*. Vel, *irascimini*, scilicet contra peccata vestra, Is.63. *Indignatio mea ipsa auxiliata est mihi*: sed *nolite peccare*, scilicet iterum. *Q. d.* Sic *irascimini* contra peccata præterita, vt non committatis alia. Tertiò *irascimini* contra vitia aliorum: & tamen *nolite peccare*, eos inordinatè corrigendo: quia debet ira dirigi per rationem. *Porrò insurgentis iræ per zelum conditionem innuit* Iob cap.17. *cum ait*: Caligauit ad indignationem oculus meus, & membra mea quasi in nihilum redacta sunt. *Vbi Iob* magnitudinem D sui zeli ostendit dupliciter. *Primò* quidem per quandam mentis turbationem: ira enim per vitium oculum cæcat, sed ira per zelum oculum turbat, vt *Gregorius* dicit: & ideò dicebat: *Caligauit ad indignationem oculus meus*, scilicet rationis, cujus acies est per iram zeli turbata. *Secundò* per hoc, quòd ira per zelum etiam in corpore ex dolore quandam commotionem facit; vnde dicitur 1. *Mach.*2. quòd Mathathias, videns Iudæum idolis sacrificantem, *doluit, & contremuerunt renes ejus*; & ideò hîc subditur: *& membra mea &c.* inquantùm scilicet per dolorem corpus hominis tabescere videtur. *Hinc Dauid Psal.*118. Vidi præuaricantes, & tabescebam. *Et iterum*: Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei. *Turbat igitur ira per zelum, sed ira per vitium excæcat. Et quia ira hæc excæcat* (nihil enim E ita trahit hominem extra se, sicut ira) præcipitanter F agit, & absque consilio. *Vnde & fluuio comparatur, Apoc.*16 Et tertius Angelus effudit phialam suam super flumina, & super fontes aquarum. *Quod exponitur*. Per flumina G & fontes aquarum iracundia designatur propter motuum impetuositatem. Nam, sicut flumen decurrens, si obstaculum inueniat, impetuosiùs currit, & totum frangit: sic motus iræ, Eccli.4. *Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluuij*. Dicitur autem motus iracundiæ fons, dum stat in corde: effluit in fluuium, dum exit in verbum vel in factum, Eccli.25. *Non des aquæ tuæ exitum nec modicum: nec mulieri nequam*, idest iræ, *veniam prodeundi*. Iob cap.3. *idcircò dicitur*: Post hæc aperuit Iob os suum. *Post hæc*; idest H post septem taciturnitatis dies: propter hoc enim tacuisse videtur, ne perturbata mente loqui videretur. Quod etiam ostenditur per hoc quod dicitur: *aperuit os suum*: cum enim aliquis loquitur ex impetu passionis, non ipse aperit os suum, sed passione agitur ad loquendum. *Discat hinc, qui contumeliam ab irato patitur, æquanimiter ferre: non*

Z Ma. 12. 1. c.

Ira potest esse & bona & mala.

A 2. 2. 158. 1. c. Ma. l. c. Op. 4. de V. prec. §. 2.

Dupliciter in aliqua passione potest malum inueniri: & sic in ira.

Irasci secundùm rationẽ, laudabile.

B 2. 2. l. c. a. 2. c. & 1. 2. 24. 1. ad 3. & 2. p. 159. In 2. d. 36. 1 2 ad 2. In 3. d. 15. 2. 2. q 2. c. Ma. 12. 2. 1. & 2. Ps. 30 lit. g. Iob 17. l. 1. Ephes. 4. l. 8. Apoc. 16. com. 2. ibi, tertius Angelus. Opus. 4. loco cit.

Ordo rationis in ira dupliciter attendendus.

Quid *ira per zelum*, quid *per vitium*.

C Ps. 4. lit. d. ibi.

D Iob 17. l. 1. ibi. Ps. 6. lit. c. Psal. 3 lit. g. Ma 12. 1. ad 4.

Prima mentem turbat, secunda cæcat.

E Ps. 36. lit. b.

Ira præceps.

F 2. 2 55. 8. ad 3. & 9. 158. 6. c.

G Apoc. 16. com. 2. ibi.

Fluuio similis.

H Iob 3. l. 1. ibi.

Qui ex ira loquitur, non ipse os aperit, sed passione aperitur.

Digitized by Google

enim ipse loquitur, sed tanquam arreptitius ad ita loquendum passione mouetur.

Ira per vitium vel quoad defectum, vel quoad excessum.

I Ma. 12. 5. ad 3.
L 2. 2. 157. 1. ad 2 & 158. 8.

n *Hæc autem ira per vitium vel in excessu contingit, vel in defectu. Defectus in ira dicitur* vitium I quod est inordinata remissio iræ: quod tamen vitium est innominatum. *De quo Chrysostomus:* Qui cum causa non irascitur, peccat: patientia enim irrationabilis vitia seminat, negligentiam nutrit, & non solùm malos, sed etiam bonos inuitat ad malum. *Vide* L. *Ira verò quoad excessum, est quæ opponitur mansuetudini:* mansuetudo *enim* est M virtus mitigans iras; *vel quæ* secundùm rationem N rectam moderatur iras, vt dicitur *in 4. Ethic.* Mansuetudini O quæ est directè circa iras, propriè opponitur vitium iracundiæ, quod importat excessum iræ. *Nihilominus ira vitiosa* opponitur *etiam* diuersis P virtutibus secundùm diuersas rationes. Nam quantùm ad ipsam inordinationem passionis, opponitur mansuetudini: quantùm autem ad nocumentum, quod intentat inferre, opponitur charitati: quantùm autem ad rationem apparentis justitiæ, opponitur veræ justitiæ. Magis tamen opponitur mansuetudini, quæ est moderatiua iræ. *Vnde & docemur, quòd* mansuetudo Q ad fortitudinem reducitur: quia objectum fortitudinis est in maximis molestijs, quæ sunt circa mortem, sicut sunt bellicæ: sed mansuetudo habet pro objecto reliquas molestias, quæ sunt iram excitantes, in qua medium tenet mansuetudo. *Idcircò tam mansuetudo, quàm fortitudo, subjectantur in irascibili: quia* quando R aliqua virtus est circa illa, quæ propriè ad vim irascibilem pertinent, talis virtus dicitur esse etiam in irascibili, sicut in subjecto; sicut fortitudo circa timores & audacias, magnanimitas circa ardua sperata, mansuetudo circa iras. *Et quamuis mansuetus & mitis idem referre videatur: propriè tamen* mansuetus S dicitur qui de feritate ducitur ad pietatem, vel humilitatem: sed mites dicuntur qui semper tales fuerunt. *Vnde & Deus, mitis dicitur, non mansuetus, Psal* 85. Quoniam tu Domine suauis & mitis. *Et Christus Dominus se mitem dicebat Matth.* 11. Discite à me: quia mitis sum, & humilis corde. *Ex opposito de feris dicebat B. Agatha:* Si feras mihi promittis, audito Christi nomine mansuescunt. *Homo idcircò dici potest mansuetus, quia ex passione fit bestia, exinde per rationem mansuescit.* (Homo T quando secundùm rationem operatur, est optimum animalium: sed quando declinat ad malitiam, est pessimum; vnde dicit *Philosophus*, quòd decies millies est pejor malus homo, quàm mala bestia. *Et hoc* quia V cum malitia habet intellectum, vt diuersa mala adinueniat. *Hinc Psal.* 48. *dicitur:* Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.) *Vtroque nihilominùs sensu vsurpatur. Vnde & Paulus* 2. *Cor.* 10. Obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi. *Et Matth.* 21. Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.

Hæc opponitur mansuetudini.
M Ps. 25. lit. h. ibi mansuetos. & 2. 2. 157. a. 3. 2. & 3. c.
Vide 1. 4. fi. c. Hebr. 1. 14.
Quid mansuetudo.
N 2. 2. 157. 1. c.
Opponitur ira & diuersis virtutibus secundum rationes diuersas.
O ibid. a. 1 ad 3. & a 2. ad 2. & 1 p. 15. 9. ad 1 In 2. d. 36. 1. 2. ad 2. In 3 d. 15. 2 2. q 1 ad 1.
P ibid. 22. 5. ad 2.
Mansuetudo ad fortitudinem reducitur.
Q 3 d 44 2 1. ad 3
R Virt. 1. 4. fi. c. In 3. d. 26 2. 2. ad 4. & d. 33. 2. 4. q. 3 c.
Mansuetus nõ idem ac mitis.
S 1. 2. 4. lit. h.
Malus homo pejor quàm bestia.
T Ad Tit 1. l. 3 ibi malæ bestiæ.
V Ps. 48. la f.

o *Cæterùm* Matth. 5. *tres assignantur iræ gradus:* Qui irascitur fratri suo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri suo, *Racha*, reus erit concilio. Qui autem dixerit, *fatue*, reus erit gehennæ ignis. *Qui quidem* gradus iræ X quos Dominus ponit, non pertinent ad diuersas iræ species; sed accipiuntur secundùm processum humani actus: in quibus Primò aliquid in corde concipitur; & quantùm ad hoc dicit: *Qui irascitur fratri suo.* Secundum autem est, cum per aliqua signa exteriora manifestatur exteriùs, etiam antequam prorumpat in effectum; & quantùm ad hoc dicit: *Qui dixerit fratri suo*, Racha: quod est interjectio irascentis: (*Id quod alibi exponitur quoad modum*, scilicet Y superbè loquendo. *Angelo Caninio* Raca *Syriacè*, Rica *hebraicè*, nomen est Z quo indignationis lenis significatio exprimitur: *quem, circa textum hunc doctè differentem vide.*) Tertius gradus est, quando peccatum interiùs conceptum ad effectum perducitur. Est autem effectus iræ, nocumentum alterius sub ratione vindictæ. Minimum autem nocumentorum est, quod fit solo verbo; & ideò quantùm ad hoc dicit: *Qui dixerit fratri suo*, fatue. Et sic patet, quòd secundum addit supra primum, & tertium supra vtrumque. Vnde si primum est peccatum mortale in casu, in quo Dominus loquitur: multò magis alia. Et ideò singulis eorum ponuntur correspondentia aliqua, pertinentia ad condemnationem: sed in primo ponitur *judicium*, quod minus est: quia, *vt Augustinus* dicit: *In judicio, adhuc defensionis locus datur.* In secundo verò ponit *concilium:* in quo judices inter se conferunt, quo supplicio damnari oporteat. In tertio ponit *gehennam ignis:* quæ est certa damnatio. *Ex quo deducitur, quandonam ira faciat hominem mortalis culpæ reum. Nam* motus iræ A potest esse inordinatus, & peccatum, dupliciter. *Vno modo* ex parte appetibilis, vtpote cum aliquis appetit injustam vindictam: & sic ex genere suo ira est peccatum mortale, quia contrariatur charitati & justitiæ. Potest tamen contingere, quòd talis appetitus sit peccatum veniale propter imperfectionem actus. Quæ quidem imperfectio attenditur vel ex parte appetentis, putà cum motus iræ præuenit judicium rationis: vel etiam ex parte appetibilis, putà cum aliquis appetit in aliquo modico se vindicare, quod quasi nihil est reputandum, ita quòd si etiam actu inferatur, non esset peccatum mortale, putà si aliquis parùm trahit aliquem puerum per capillos, vel aliquid hujusmodi. *Alio modo* potest esse motus iræ inordinatus quantùm ad modum irascendi, vtpote si nimis ardenter irascatur interiùs, vel si nimis exteriùs manifestet signa iræ. Et sic ira secundùm se non habet de suo genere rationem peccati mortalis. Potest tamen contingere, quòd sit peccatum mortale, putà si ex vehementia iræ aliquis excidat à dilectione Dei & proximi. *Porrò multoties* ira B dicitur crescere in odium (*ne ira crescat in odium*, ajebat Augustinus) non quòd eadem numero passio, quæ priùs fuit ira, postmodum fiat odium per quandam inueterationem, sed per quandam causalitatem: ira enim per diuturnitatem causat odium. *Et quamuis* odium C possit oriri & ex ira & ex inuidia: directiùs tamen oritur ex inuidia, per quam ipsum bonum proximi redditur contristabile, & per consequens odibile. Sed ex ira oritur odium secundùm quoddam augmentum: nam primò per iram appetimus malum proximi secundùm quandam mensuram, prout scilicet habet rationem vindictæ; postea autem per continuitatem iræ peruenitur ad hoc, quòd homo malum proximi absolutè desideret: quod pertinet ad rationem odij. Vnde patet, quòd odium ex inuidia causatur formaliter secundùm rationem objecti: ex ira autem dispositiuè. *Ex quo Iudæorum in Christum*, quòd per inuidiam tradidissent eum, *ira non fuit, sed manifestum odium, ex inuidia causatum. Quia verò* appetit D ira malum pœnæ alicujus sub ratione boni, quod est vindicta: ideò ex parte mali, quod appetit, conuenit peccatum iræ cum illis peccatis, quæ appetunt malum proximi, putà cum inuidia & odio. Sed odium appetit absolutè malum alterius, in quantùm hujusmodi: inuidens autem appetit malum alicujus propter appetitum propriæ gloriæ: sed iratus appetit malum alterius sub ratione justæ vindictæ. Ex quo patet, quòd odium est grauius quàm inuidia, & inuidia quàm ira: quia pejus est appetere malum sub ratione mali, quàm sub ratione boni. Et pejus est appetere malum sub ratione boni exterioris, quod est honor vel gloria, quàm sub ratione rectitudinis justitiæ. Sed ex parte boni, sub cujus ratione iratus

Tres iræ gradus.
X 2. 2. 158. 5. ad 3 Ma. 12. 5. c. Op 4 de V præc. §. 2. Opusc 13 c. 1. Apoc 16 com. 2. ibi. tertius Angelus Matth. 5. lit g ibi.
Racha quid significet.
Y Opus 4. l. c.
Z De loc. Sac Scriptur. hebr. cap. 7.
Quandonam ira peccatum mortale.
A 2 2. 158. 3. c. & 1 2. 88 5. ad 1. Ma. 7. 4. ad 1. & 9. 12. a. 2 & 3. Ad Gal. 5. l. 5 fi.
B 1. 2. 46. 3. ad 2. Ma. 10. 3. ad 3. Ver. 25. 2. ad 7.
Ira diuturna odium causat.
C 2. 2. 34. 6. ad 3.
Diuersimodè ex ira, & inuidia, odium exoritur.
D 2. 2. 158. 4. c. & 1. 2. 46. 6. Ma. 12. 4.
Differentia inter peccata odij, inuidiæ & iræ.

Digitized by Google

Iræ minus peccatum, quàm concupiscentiæ.

iratus appetit malum, conuenit ira cum peccato concupiscentiæ, quod tendit in aliquod bonum. Et quantùm ad hoc etiam, absolutè loquendo, peccatum iræ videtur esse minus, quàm concupiscentiæ, quantò melius est bonum justitiæ, quod appetit iratus, quàm bonum delectabile vel vtile, quod appetit concupiscens.

Vitium capitale.
E 2. 2. 158. 6. c. Ma. 8. 1. c. & ad 21. & 22. & 9. 2. 5.

p *Nec ideò sequitur, quòd ira, capitale vitium non sit: bujusmodi enim est, ex quo plura vitia oriuntur.* Habet autem E hoc ira, quòd ex ea multa vitia oriri possunt duplici ratione. Primò ex parte sui objecti, quod multum habet de ratione appetibilitatis, in quantùm scilicet vindicta appetitur sub ratione justi, vel honesti: quia sua dignitate allicit. Alio modo ex suo impetu, quo mentem præcipitat ad inordinata quæcunque agenda. *Ex quo à D.* Gregorio *assignantur sex filiæ iræ: scilicet rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blasphemia.* Potest enim F ira tripliciter considerari. Vno modo, secundùm quod est in corde: & sic ex ira nascuntur duo vitia. Vnum quidem ex parte ejus, contra quem irascitur, quem reputat indignum, vt sibi tale quid fecerit: & sic ponitur *indignatio*. Aliud autem vitium est ex parte sui ipsius, in quantùm scilicet excogitat diuersas vias vindictæ, & talibus cogitationibus animum suum replet, secundùm illud Iob 15. *Nunquid Sapiens implebit ardore stomachum suum?* & sic ponitur *tumor mentis*. Alio modo consideratur ira, secundùm quod est in ore: & sic ex ira duplex inordinatio procedit. Vna quidem secundùm hoc, quòd homo in modo loquendi iram suam demonstrat, sicut dictum est de eo, qui dicit fratri suo, *Racha:* & sic ponitur *clamor*, per quem intelligitur inordinata & confusa locutio. Alia etiam est inordinatio, secundùm quod aliquis prorumpit in verba injuriosa: quæ quidem, si sint contra Deum, erit *blasphemia*: si autem contra proximum, *contumelia*. Tertio modo consideratur ira, secundùm quod procedit vsque ad factum: & sic ex ira oriuntur *rixæ*, per quas intelliguntur omnia nocumenta, quæ facto proximis inferuntur ex ira. *Et hinc patet, quòd* rixa G non est idem, quod discordia. Nam rixa consistit in exteriori opere; vnde conuenienter causatur ab ira, quæ mouet animum ad nocendum proximo. Sed discordia consistit in disiunctione motuum voluntatis, quam facit superbia vel inanis gloria. *Igitur* rixa H importat quandam contradictionem vsque ad facta peruenientem, dum vnus alterum lædere molitur. Dupliciter autem vnus alium lædere intendit. Vno modo, quasi intendens absolutè malum ipsius: & talis læsio pertinet ad odium, cujus intentio est ad lædendum inimicum vel in manifesto vel in occulto. Alio modo aliquis intendit alium lædere, eo sciente & repugnante: quod importatur nomine rixæ: & hoc propriè pertinet ad iram, quæ est appetitus vindictæ. Non enim sufficit irato, quòd latenter noceat ei, contra quem irascitur: sed vult, quòd ipse sentiat, & quòd contra voluntatem suam aliquis patiatur in vindictam ejus, quod fecit. *Vnde dicitur* Prou. 15. Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas. *Sanè iræ gradus, & quòd vitium capitale sit, ostendit Apostolus* Ephes. 4. *cum ait:* Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur à vobis &c. *Vbi, inquit Author*, ponit I Apostolus *Primò* quod pertinet ad iram cordis: *secundò* quod pertinet ad inordinatam prolationem: *tertiò* quod pertinet ad contumeliam. In ira autem cordis ista se consequuntur: Primò quòd ira est effectus tristitiæ; & hæc in Sacra Scriptura dicitur amaritudo, 1. Reg. 1. *Cum esset Anna amaro animo &c.* & ideò dicit: *omnis amaritudo*: quæ est per memoriam injuriæ præteritæ, Eccli. 21. *Non est sensus vbi est amaritudo.* Secundò quòd statim appetit vindictam; & ideò dicit: *& ira*; quæ est appetitus vindictæ, Iac. 1. *Ira viri justitiam Dei non operatur.* Tertiò quòd iratus indignum reputat, quòd ei parcat, & indignum esse, quòd sine punitione transeat; ideò sequitur: *& indignatio*. Sed quantùm ad inordinatam prolationem, sic est clamor, Is. 5. *Expectauit, vt faceret judicium; & ecce iniquitas: & justitiam; & ecce clamor.* Ideò dicit: *& clamor*. Similiter & blasphemia est vel contra Deum, vel contra Sanctos, Leuit. 24. *Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur.* Ideò dicit: *& blasphemia*. Et addit: *tollatur à vobis cum omni malitia*, scilicet operis, 1. Pet. 2. *Deponentes omnem malitiam & dolum &c.* Deinde cum dicit: *Estote autem inuicem benigni &c.* ponit pertinentia ad contraria passionibus præmissis; scilicet contra amaritudinem benignitatem; vnde dicit: *Estote benigni*, Sap. 1. *Benignus est enim spiritus Sapientiæ*: contra iram misericordiam; vnde dicit: *misericordes*, Luc. 6. *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est*: contra indignationem condonationem; vnde dicit: *donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis*; ad Coloss. 3. *Donantes vobismetipsis, si quis aduersùs aliquem habet querelam: sicut & Dominus donauit vobis; ita & vos. Quòd si quæras, num ira idem importet ac* iracundia? *Dicimus, quòd vtrunque consueuit pro eodem vsurpari. Nihilominus, strictè accipiendo*, ira *potiùs passionem dicit (quæ potest esse & bona & mala) quàm vitium:* iracundia *verò, cum excessum exprimat, magis propriè vitium sonat. Vnde docemur, quòd* mansuetudini L propriè opponitur vitium iracundiæ, quod importat excessum iræ. *Eapropter* non dicitur M iracundus, cui inest passio iræ, sed qui passibilis est de facili ab ea.

I Eph. 4. ſ. ibi. Coloss. 3. l. 2. initio.
Ira ex Apostolo vitium capitale: & ejus gradus.
Sex ejus filiæ.
F 2. 2. l. c. a. 7. & q. 37. 2. ad 2. & 41. 2. & 72. 4. Ma. 12. 5.
Indignatio.
Tumor mentis.
Clamor.
Blasphemia.
Contumelia.
Rixæ.
G 2. 2. 37. 2. ad 2.
Quid rixa & discordia: & in quo differant.
H 2. 2. 41. 1. c.
Differenter lædere intendit odiens, ac iratus.
Virtutes oppositæ.
Iracundia an differat ab ira.
L 2. 2. 157. 1. ad 3.
M 4. d. 13. 2. 1. c.
Quisnam propriè dicatur iracundus.

q *Igitur, aut non irascendum præter rationis regulam*, Eccli. 25. Non des aquæ tuæ exitum nec modicum: *aut, si irascimur, temperanda ira est.* Hoc autem N potest fieri per virtutem, vt scilicet non irascaris, nisi ex causa justa: sed si habeas etiam causam justam, & non prouocaris, hoc est supra humanum modum. Esse igitur mitem in duobus consistit. *Primò*, quòd homo non irascatur: *secundò*, quòd si irascatur, iram temperet. *Ambrosius*. Prudentis est, iræ motus temperare; nec minor virtus dicitur temperatè irasci, quàm omnino non irasci: plurimùmque hoc leuius, illud fortius existimo. *Hortatur idcircò Apostolus Iacobus cap. 1.* Sit autem omnis homo tardus ad loquendum, & tardus ad iram: ira enim viri justitiam Dei non operatur. *Tardus ad iram*; quia O vt inquit *Cato*, Impedit ira animum, ne possit cernere verum; *ira enim viri*; idest, ira fortis & deliberata (non dicit, *pueri*, quæ citò transit) *justitiam Dei non operatur*. Minus dicit, & plus significat: idest, contra Dei justitiam operatur, Matth. 5. *Qui irascitur fratri suo, reus erit judicio.* Et potest intelligi de vtraque ira: quia ad iram per zelum debet homo esse tardus, idest maturus & discretus, vt scilicet discretè faciat: ad iram verò per vitium debet esse tardus negatiuè, scilicet nullo modo pronus. *Quòd si ex impetu passionis ira subrepat, saltem diuturna non sit; vnde Apostolus ad Ephes. 4.* Sol non occidat super iracundiam vestram: *quod diuturnitatem sonat, ex qua ratio nedum caligat, sed obscuratur omnino, & sic* Sol non occidat; *idest*, non obtenebretur P dictamen rationis. Sequitur: *Nolite locum dare diabolo. Q. d.* Non perseueretis in ira, quia per hoc datis locum diabolo, quia totus diabolus iracundus est, Psalm. 17. *Liberator meus de inimicis meis iracundis.* Intrat autem hominem cum furore & ira, *Apoc.* 12. Descendit diabolus ad vos habens iram magnam: *consequenter homicida est, occidens animas*, *Ioann.* 8. Ille homicida erat ab initio. *Igitur, ne demus locum diabolo, ira nostra diuturna non sit*, & ne ira (*vt ex Augustino dictum est*) crescat in odium, & ani-

Aut non irascendum, aut ira temperanda.
N Matth. 5. lit. b, ibi mites.
Difficilius fortasse iram temperare, quàm non irasci.
O Iac. 1. ibi.
Ad vtramque iram, per zelum scilicet & per vitium, sit homo tardus.
Si irascimur, non sit ira diuturna.
P Eph. 4 l. 8. ſ.
Ne demus locum diabolo homicidæ.
Qualis est & iracundus.

Digitized by Google

& animam faciat homicidam: *etenim* qui odit fratrem suum (1. *Ioann*. 3.) homicida est, *& imitator diaboli primi homicidæ*. *Savè vir* iracundus Q facilè incurrit triplex homicidium. Primò homicidium sui, Iob 5. *Stultum interficit iracundia*. Secundò homicidium animæ proximi, quem prouocat ad discordiam & odium, Prou. 15. *Vir iracundus prouocat rixas*; & cap. 22. *Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso: ne fortè discas semitas ejus, & sumas scandalum animæ tuæ*. Tertiò homicidium corporis proximi, Eccli. 8. *Cum iracundo non facies rixam: quoniam quasi nihil est ante illum sanguis; & vbi non est adjutorium, elidet te*. Non *ergo* debemus R prouocari citò ad iram: quia omnis homo diligit libertatem, & odit seruitutem. Non est autem iracundus, dominus sui ipsius, Prou. 27. *Impetum concitati ferre quis poterit?* Et priùs: *Graue est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior*. Secundò cauere debet homo, ne diu in ira permaneat, Psal. 4. *Irascimini, & nolite peccare*. Et rationem assignat Dominus Matth. 5. *Esto consentiens aduersario tuo citò dum es in via cum eo: ne fortè tradat te aduersarius judici, & judex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi: non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem*. Tertiò cauere debet, ne ira procedat. Primò in corde: quod fit, quando peruenit ad odium, Genes. 49. *Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura*. Quartò cauere debet, ne ira procedat in verbo, Prou. 12. *Fatuus statim indicat iram suam*. Et potest indicare duobus modis, injuriando scilicet & superbè loquendo. Quantùm ad primum, dicit Dominus Matth. 5. *Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis*. Quantùm ad secundum, dicitur ibid. *Qui autem dixerit, Racha; reus erit concilio*, Prou. 15. *Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem*. Quintò cauere debet, ne ira procedat in opere. In omni enim opere nostro duo debemus obseruare, scilicet facere justitiam, & misericordiam: & ira vtrunque impedit. *Ira enim viri justitiam Dei non operatur*, vt dicitur Iac. 1. Quantumuis enim velit, tamen non potest. Vnde philosophus quidam dixit cuidam, qui eum offenderat: *Punirem te, nisi essem iratus*. Et Prou. 27. *Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor*, Genes. 49. *In furore suo occiderunt virum*. Et propter hoc Christus non solùm docuit nos cauere ab homicidio, sed & ab ira. Bonus enim medicus non tantùm tollit malum, quod apparet: sed etiam radicem remouet infirmitatis, ne scilicet recidiuet. Et ideò vult, nos abstinere à principijs peccatorum, & ita ab ira, quæ est principium homicidij.

Q Serm. 2. ex Eu. Dom. 6. post Pent.

Triplicis reus homicidij.

R Op. 4. de V. prec. 5. a.

Monita ad iracundos.

r *Quòd si non cauerint homines à propria ira, caueant ab ira Dei*, Ier. 25. Facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris Domini. *Et cap.* 50. A' facie gladij Columbæ vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient. *A facie iræ columbæ*, idest S iræ Dei, qui sine commotione (*veluti columba*) punit. *Caueant, inquam: neque enim ira diuina ab homine declinatur*: quia T ejus iræ nemo resistere potest, cum sit omnipotens: nec ab eo fugere, cum sit vbique præsens: nec coram eo fallaciter se excusare, cum omnia sciat. *A facie iræ columbæ*: Quò ibo à spiritu tuo (*dicebat Psaltes Psalm.* 138.) & quò à facie tua fugiam? *nedum quidem in præsenti seculo, sed (quod Deus auertat) & in finali judicio. Quo sensu dicitur Psal.* 2. Qui habitat in Cœlis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. *Vbi Author*: Hæc Y quatuor, *inquit*, erunt in judicio. Quia *irridebit*, statuens eos à sinistris, *Matth.* 25. *Subsannabit*, dicens: *Esurini, & non dedistis mihi manducare &c.* improperando. *Loquetur in ira sua*, sententiando: *Ite maledicti &c.* ibidem. *Conturbabit*, sententiam exequendo; *Ibunt hi in supplicium æternum*, Ibidem. *Vt verò ab ira nostra caueamus, Dei proinde iram non formidemus, mansuetudinem amplectamur oportet, & humilitatem, à Saluatore edocti, Matth.* 11. Discite à me: quia mitis sum & humilis corde. *Nam mansuetudo opponitur iræ, vt vidimus, & consymbola mansuetudini humilitas est, Psal.* 24. Diriget mansuetos in judicio. *Quo loci docemur, quòd* mansuetatur X bestia, quando deposita ferocitate, subditur hominibus: sic homines, quando deponunt peccata, subduntur Deo. Et ideò dicit, *in judicio*, scilicet correctionis: quia per judicium correctionis proficiunt ad meliora: & in futuro judicio magis proficient, in quo pœnitentes peruenient ad hereditatem vitæ æternæ. *Et ad innuendum verum hanc consequendi modum & viam, bene subijcitur*: Docebit mites vias suas; *nam* mansuetus dicitur, qui de feritate ducitur ad pietatem & humilitatem. *Viæ autem Domini sunt mansuetudo & humilitas, Matth.* 11. *cit.* Mitis sum & humilis corde. *Et hoc est generale præceptum, quod nobis mandauit, Psalm.* 7. Exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti, *scilicet* mansuetudinis Y & humilitatis. *Vnde & tota* Z lex noua consistit in duobus, in mansuetudine *scilicet* & humilitate. Per mansuetudinem homo ordinatur ad proximum: per humilitatem ordinatur ad se & ad Deum. *Et ita per viam mansuetudinis & humilitatis peruenitur ad hereditatem æternam, & ad requiem beatæ Patriæ, Psal.* 36. Mansueti autem hereditabunt terram (*terram scilicet viuentium, de qua Psal.* 26. Credo videre bona Domini in terra viuentium:) *& quòd per mansuetos justi intelligantur, de his eadem verba inferiùs subijciuntur*: Iusti autem hereditabunt terram, & inhabitabunt in seculum seculi super eam. *Vnde & ipse Dominus, postquam prompserat*: Discite à me: quia mitis sum, & humilis corde, *signanter subjecit*: Et inuenietis requiem animabus vestris; *requiem scilicet beatitudinis, quam defunctis consueuimus adprecari. Q. d.* Discite à me *mansuetudinem & humilitatem, quia his via sternitur ad requiem capiendam sempiternam. Idcircò remedium contra iram potissimum præbuit Author ab initio humilitatem*: Contra A iram optimum remedium est, recognitio fragilitatis propriæ. *DISCE, si non vis per vitium irasci, Deo humiliari*.

Caueant iracundi ab ira Dei.

Ira Dei cur Columbæ dicatur.

S Ier. 25. f.

T 4. d. 46. 2. 2. q. 3. ad 1.

Et hìc, & in finali judicio ab ea cauendum.

V Ps. 2. lit. c. f.

Vt à nostra, & Dei ira caueamus, mansuetudinem amplexemur & humilitatem.

X Ps. 24. lit. b. ibi.

Mansuescit bestia, deposita feritate: sic homo, deposito peccato.

Mansuetudo, & humilitas, viæ ad vitam æternam consequendam.

Y Ps. 7. lit. c. ibi

Z Matth. 11. lit. c. ibi. mitis.

Tota noua lex in eis consistit.

Humilitas, remedium contra iram potissimum

A Ad Tit. 3. l. 1. ibi eramus. Iob 5. l. 1. ibi, iracundia.

XII. Difficilius est assiduè pugnare contra delectationem, quàm contra iram: quia concupiscentia est magis continua. Sed ad horam, difficilius est resistere iræ propter ejus impetum. 2. 2. 156. 4. *ad* 1.

s PRæcipuum *iræ motiuum non aliud videtur esse, quàm paruipensio*: omnes *enim* causæ B iræ reducuntur ad paruipensionem. Sunt enim tres paruipensionis species, vt dicitur *in* 2. *Rhet.* scilicet despectus, epireasmus (idest impedimentum voluntatis implendæ) & contumeliatio: & ad hæc tria, omnia motiua iræ reducuntur. Cujus ratio potest accipi duplex. *Prima* est: quia ira appetit nocumentum alterius, in quantùm habet rationem justi vindicatiui; & ideo in tantùm quærit vindictam, in quantùm videtur esse justa. Iusta autem vindicta non fit, nisi de eo, quod est injustè factum: & ideò prouocatiuum ad iram semper est aliquid sub ratione injusti. Vnde dicit Philosophus *in* 2. *Rhet.* quòd si homines putauerint, ab eis qui læserunt, esse justè passos, non irascuntur: non enim fit ira ad justum. Contingit autem, tripliciter nocumentum alicui inferri: scilicet ex ignorantia, ex passione, & ex electione. Tunc enim

Iræ motiuum, paruipensio.

B 1. 2. 47. 2. & 3. c. & q. 46. 7 c.

Paruipensionis species tres.

Prouocatiuum ad iram semper aliquid sub ratione injusti.

Ad justum enim ira non fit.

Tripliciter nocumentum alicui infertur.

Digitized by Google

enim aliquis maximè injustum facit, quando ex electione, vel industria, vel ex certa malitia nocumentum infert, vt dicitur *in 5. Ethic.* Et ideò maximè irascimur contra illos, quos putamus ex industria nobis nocuisse. Si enim putemus, aliquos vel per ignorantiam, vel ex passione, nobis intulisse injuriam: vel non irascimur contra eos, vel multò minùs. Agere enim aliquid ex ignorantia, vel ex passione, diminuit rationem injuriæ, & est quodammodo prouocatiuum misericordiæ & veniæ. Illi autem, qui ex industria nocumentum inferunt, ex contemptu peccare videntur: & ideò contra eos maximè irascimur. Vnde Philosophus dicit *in 2. Rhet.* quòd his, qui propter iram aliquid fecerunt, aut non irascimur, aut minùs irascimur: non enim propter paruipensionem videntur egisse. *Secunda ratio* est: quia paruipensio, excellentiæ hominis opponitur: quæ enim homines nullo modo putant digna esse, paruipendunt, vt dicitur *in 2. Rhet.* Ex omnibus autem bonis nostris aliquam excellentiam quærimus: & ideò quodcunque nobis nocumentum inferatur, in quantùm excellentiæ derogat, videtur ad paruipensionem pertinere. *Quod totum intelligi debet secundùm habitudinem ad motiuum iræ.* Nam quanto C aliquis est excellentior, injustiùs paruipenditur in hoc, in quo excellit: & ideò illi, qui sunt in aliqua excellentia, maximè irascuntur, si paruipendantur: putà, si diues paruipenditur in pecunia, & rhetor in loquendo (*speciosa mulier præsertim, si in pulchritudine despicitur*) & sic de alijs. Alio *tamen* modo potest considerari causa iræ in eo, qui irascitur, ex parte dispositionis, quæ in eo relinquitur ex tali motiuo. Manifestum est autem, quòd nihil mouet ad iram, nisi nocumentum, quod contristat. Ea autem, quæ ad defectum pertinent, maximè sunt contristantia, quia homines defectibus subjacentes faciliùs læduntur. (*Vnde & ad illatas injurias aliquem tacere, ad majorem prouocat iram injuriantes: quia* videtur D ex contemptu tacere, quasi paruipendat alterius iram.) *Et hinc est, quòd quanto vilior est despector, ad majorem concitat iram, eamque adauget.* Sicut enim E quantò aliquis est major, tantò indigniùs despicitur: ita quantò aliquis est minor, tantò indigniùs despicit: & ideò nobiles irascuntur, si despiciantur à rusticis: (*despiciuntur nihilominus interdum ob non ingenuas, sed indignas actiones, non immeritò:*) vel sapientes ab insipientibus, vel domini à seruis. *Et quia* despectio F quæ est ab amicis, videtur esse magis indigna: ideò ex simili causa magis irascimur contra eos, si despiciant vel nocendo vel non juuando, sicut & contra minores, *juxta illud Psal. 54.* Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Tu verò homo vnanimis (*qualis supponitur amicus*) qui simul mecum dulces capiebas cibos &c. *Q. d. quòd hic nocumentum inferas, non potest quodammodo sine ira sustineri. Cæterùm ad mortuos non est ira: & quidem triplici ex causa. Primò*, quia G non possunt dolere & sentire: quod maximè quærunt irati. *Secundò*, quia jam videntur ad vltimum malorum peruenisse; vnde etiam ad quoscunque grauiter læsos cessat ira, in quantùm eorum malum excedit mensuram justæ retributionis. *Tertiò*, quia H non est ad eos vindicta (*quam semper intendit iratus*) cùm eorum non sit injuriam facere. *Quoniam verò* non insurgit I motus iræ, nisi propter aliquam tristitiam illatam, & nisi adsit desiderium & spes vlciscendi, quia vt Philosophus dicit *in 2. Rhet.* iratus habet spem puniendi, appetit enim vindictam vt sibi possibilem: Ideò, si fuerit multùm excellens persona, quæ nocumentum intulit, non sequitur ira, sed solum tristitia, vt *Auicenna* dicit in lib. de Anima: *quia nimirùm spes vindictam faciendi sibi eripitur. Quod & ex eo liquet: quia ira* L consequitur audaciam: nullus enim irascitur vindictam appetens, nisi audeat vindicare, vt *Auicenna* dicit in 6. de naturalibus. *Quæ autem non possumus, non audemus; ac per consequens non irascimur tunc, sed tristamur. Nec mirandum, si & ad aliorum indignamur interdum nocumentum:* irascimur *enim* contra M illos, qui alijs nocent, & vindictam appetimus, in quantùm illi, quibus nocetur, aliquo modo ad nos pertinent, vel per aliquam affinitatem, vel per amicitiam, vel saltem per communionem naturæ. *Vel irascimur, quia contra justitiam læsio ijs infertur, aut irrogatur injuria. Vel tandem, quia ab eis, quibus nocumentum infertur, beneficia accepimus; consequenter defendere ab insultantibus, & injurias eorum vindicare grati debemus. Vnde & naturaliter canis heri & benefactoris sui se velle offensam vlcisci latrando demonstrat, vel rabido vindicat morsu non rarò. Ex ipsa nihilominus ira delectationem venamur.* Motus *siquidem* iræ N insurgit ex aliqua illata injuria contristante: cui quidem tristitiæ remedium adhibetur per vindictam; & ideò ad præsentiam vindictæ delectatio sequitur, & tantò major, quantò major fuerit tristitia. Si igitur vindicta fuerit præsens realiter, fit perfecta delectatio, quæ totaliter excludit tristitiam, & per hoc quietat motum iræ. Sed antequam vindicta sit præsens realiter, fit irascenti præsens dupliciter. *Vno modo* per spem, quia nullus irascitur, nisi sperans vindictam. *Alio modo* secundùm continuam cogitationem; vnicuique enim concupiscenti est delectabile immorari in cogitatione eorum, quæ concupiscit: propter quod etiam imaginationes somniorum sunt delectabiles. Et ideò, cum iratus, multùm in animo suo cogitet de vindicta, ex hoc delectatur: tamen delectatio non est perfecta, quæ tollat tristitiam, & per consequens iram.

Quinam verò ex hominibus faciliùs irascantur: docemur, quòd quia ira nascitur ex tristitia, & quæ ad defectum pertinent, contristantia sunt: idcircò homines O qui sunt infirmi, vel in alijs defectibus (*veluti gibbosus, claudus, luscus, ignorans &c.*) faciliùs irascuntur, quia faciliùs contristantur: homines *enim, vt ibi præmittitur*, defectibus subjacentes, faciliùs læduntur. *Item ex 7. Ethic.* Ira P audit aliqualiter rationem, sicut nunciantem, quòd injuriatum est ei: sed non perfectè audit, quia non obseruat regulam rationis in rependendo vindictam. Ad iram ergo requiritur aliquis actus rationis, & additur impedimentum rationis. Vnde Philosophus dicit *in lib. de problem.* quòd illi, qui sunt multùm ebrij, tanquam nihil habentes de judicio rationis, non irascuntur: sed quando sunt parùm ebrij, irascuntur, tanquam habentes judicium rationis, sed impeditum; *vnde & faciliùs irascuntur, & ardentiùs, incalescentes mero. Vlteriùs, facilitas ad irascendum ex complexione prouenit corporali.* Est enim homo Q dispositus ad irascendum, secundùm quod habet cholericam complexionem: cholera autem inter alios humores citiùs mouetur; assimilatur enim igni. Et ideò magis est in promptu, quòd ille, qui est dispositus secundùm naturalem complexionem ad iram, irascatur, quàm de eo, qui est dispositus ad concupiscendum, quòd concupiscat. Et propter hoc Philosophus dicit *in 7. Ethic.* quòd ira magis traducitur à parentibus in filios, quàm concupiscentia. *Ex quo ad illud Iob 4.* Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies: *in his verbis, inquit Author*, satis R impatientis & irati consuetudinem exprimit, qui non patitur audire verba vsque ad finem: sed statim in ipso verborum exordio prouocatur. *Haud ita qui ex complexione phlegmatica. Hinc in cholericis citò de sua natura remittitur ira: &* hoc ipsum S quòd ira citò consumitur, attestatur vehementi furori ejus. Sicut enim ignis magnus

Marginalia (left): Offendere ex ignorantia vel passione, minuit rationem injuriæ: ex quo aut non irascimur, aut non ita, sicut contra peccantes ex industria. — C 1.2. 47. 3. c. Quò quis excellentior, in suo magis irascitur. — D Ibid. a. 1. ad 4. & 1.2. 72. 3. ad 3. — E 1.2. 47. 4. c. — F Ibid. ad 3. Despectio, quæ ab amicis, indignior: ex quo & eis irascimur. — In mortuos non est ira; & cur. — G Ibid. ad 2. & q. 46. 7. ad 2. — H 1. 2. 46. 7. ad 1. — I 1.2 l. c. a. 1. & c. & q. 25. 3. & c. & 45. 4 ad 3. & 48. 1 c. Ver. 26. 5. ad 3. — Quando nocens est excellens persona, nō irascimur, quia non est spes vindictæ, sed tristamur.

Marginalia (right): L 1. 2. 25. 3. & c. & 40. 8. ad 1. & 45 4. ad 3. & 46. 2. c. & 48. 1. c. Ira audaciam consequitur. — M 1. 2. 47. 1. ad 2. Contra alijs nocentes cur irascamur. — N 1. 2. 48. 1. c. Ira an & quomodo delectationem causet. — Faciliùs irascuntur infirmi, aut alijs defectibus obnoxij. — O 1. 2. 47. 3 & c. — P 1. 2. 46. 4. ad 3. — Et parùm ebrij, non multùm. — Q Ibid. a. 5. c. & 2.2. 156 4. c. Item homines complexionis cholericæ. — R Iob 4. l. 1. ibi. — S 1. 2. 48. 2. ad 2. & 2. 2. 156. 4. c. Quò major ira, citiùs remittitur.

Digitized by Google

gnus citò extinguitur, consumptâ materiâ: ita etiam ira propter suam vehementiam citò deficit.

Irascuntur facilius & superbi.

Sed & faciliter ad iracundiam concitantur superbi. Vnde ad illud Iob 5. Stultum interficit iracundia, *inquit Author:* Quidam T sunt magni & elati animi, qui facilè prouocantur ad iram. Quod ideò est: quia ira est appetitus vindictæ, ex præcedenti offensa proueniens. Quantò autem aliquis est magis elati animi, tantò ex leuiori causa se putat offensum: & ideò faciliùs prouocatur ad iram. Vocat autem eum, qui est superbi & elati animi, *stultum:* quia per superbiam homo præcipuè metas rationis excedit. Sed humilitas viam sapientiæ parat, *secundùm illud Prou.*11. Vbi humilitas, ibi & sapientia.

T Iob 5. l. 1. ibi.

Sed præsertim mulieres, & majori iracundia, quàm viri.

*Præ cunctis autem ad iram faciles & pronæ sunt mulieres, summèque proinde vindicatiuæ, Eccli.*25. Non est ira super iram mulieris. *Quia eas nedum turbat ira, sed omnino excæcat: exiguum enim illud rationis vestigium, quod in viris cum ira manet (vt visum est) in mulieribus locum non habet*, quia sunt V minoris discretionis, *quàm viri; vnde & quicquid iracundia; dicam meliùs, quicquid furor suggesserit, siue vera siue falsa siue inuenta sint, ad iræ vsque expletionem sitis, garrulosæ eloquuntur. Hinc illud Iob* 4. Rugitus leonis, & vox leænæ &c. *exponitur:* quòd homo X per ferocitatem, vel iram, leo aut vrsus nominatur; vnde *rugitus leonis* est leoninæ ferocitatis indicium. Contingit autem frequenter, quòd ferocitas viro additur ex suggestione vxoris (*vel concubinæ, aut adulteræ, vt experimur in dies:*) & sic ea, quæ vir ferociter agit, vxori imputantur in culpam: sicut patet de vxore Herodis, quæ impulit eum ad decollationem Ioannis; propter quod dicitur: *Et vox leænæ.*

V 2. Tim. 3. l. 2. ibi, ducuntur.

X Iob 4. l. 2. ibi.

Tres iræ species. Y 1. 2. 46. 8. c. & 2. 2. 158. 5. c.

Tres *hinc* species Y iræ (quas *Damascenus* ponit, & etiam *Gregorius Nyssenus*) sumuntur secundùm ea, quæ dant iræ aliquod augmentum. Quod quidem contingit tripliciter. Vno modo ex facilitate ipsius motus: & talem iram vocat fel, quia citò accenditur. Alio modo ex parte tristitiæ causantis iram, quæ diu in memoria manet: & hæc pertinet ad maniam, quæ à manendo dicitur. Tertio modo ex parte ejus, quod iratus appetit, scilicet vindictæ: & hæc pertinet ad furorem, qui nunquam quiescit, donec puniat. Vnde Philosophus *in* 4. *Ethic.* quosdam irascentium vocat acutos, quia citò irascuntur: quosdam amaros, quia diu retinent iram: (*vnde & os sensibili amaritudine afficitur; ex quo ab Apostolo amaritudo & ira conjunguntur, Ephes.*4. Omnis amaritudo & ira &c. tollatur à vobis:) quosdam difficiles, quia nunquam quiescunt, nisi puniant.

Irascentes acuti quinam.

Quinam amari.

Quinam difficiles.

Ex ira feruor sanguinis circa cor.

Z 1. 2. 48. 2. 3. & 4. c. Ver. 26. 3. ∫. c. & 2. 2. 158. 4. ∫. c.

II *Porrò & in corpore effectus iræ manifestantur.* Motus *enim* appetitiuus Z iræ causatur ex aliqua injuria illata, sicut ex quodam contrario injacente: & ideò appetitus potissimè tendit ad repellendum injuriam per appetitum vindictæ; & ex hoc sequitur magna vehementia, & impetuositas in motu iræ. Et quia motus iræ non est per modum retractionis, cui proportionatur frigus: sed magis per modum insecutionis, cui proportionatur calor; consequenter fit motus iræ causatiuus cujusdam feruoris sanguinis & spirituum circa cor, quod est instrumentum passionum animæ. (*Vnde & quoad materiale diffinitur ira, vt vidimus, quòd sit* accensio sanguinis circa cor.) Et exinde est, quòd propter magnam purturbationem cordis, quæ est in ira, maximè apparent in iratis indicia quædam in exterioribus membris. Vnde *Gregorius* dicit *in* 5. *Moral.* Iræ suæ stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit, lingua se præpedit, facies ignescit, exasperantur oculi, & nequaquam recognoscuntur noti. Ore quidem clamorem format: sed sensus, quid loquatur, ignorat. *Et quamuis causet & amor feruorem sanguinis in corde:* feruor tamen A qui consequitur calorem, alia ratione pertinet ad amorem, & ad iram. Nam feruor amoris est cum quadam dulcedine & lenitate: est enim in bonum amatum; & ideò assimilatur calori aeris & sanguinis, propter quod sanguinei sunt magis amatiui: & dicitur, quòd cogit amare jecur, in quo fit quædam generatio sanguinis. Feruor autem iræ est cum amaritudine ad consumendum: quia tendit ad punitionem contrarij; vnde assimilatur calori ignis & choleræ. Et propter hoc *Damascenus* dicit, quòd procedit ex euaporatione fellis, & fellea nominatur.

Etiam in exterioribus membris iræ apparent indicia.

A 1. 2. 48. 2. ad 1. & in Sed contra.

Feruor amoris, & feruor iræ in quo differant.

Sanguinei, magis amatiui.

*Hinc iratus vndique furorem spirat, equi instar etiam è naribus, Is.*2. Quiescite ab homine, cujus spiritus in naribus est. *Vbi loquitur* B ad similitudinem irati, qui propter multiplicationem spirituum exsufflat per nares. *Vnde & de equo dicebat Iob cap.*39. Gloria narium ejus terror: terram vngula fodit: exultat audacter: contemnit pauorem, nec cedit gladio: *quæ cuncta & irato adaptantur. Quia verò* ira C maximè facit perturbationem corporalem circa cor, ita vt etiam vsque ad exteriora membra deriuetur: ideò inter cæteras passiones manifestiùs impedit vsum rationis. Ratio enim, quamuis non vtatur organo corporali in suo proprio actu, tamen quia indiget ad sui actum quibusdam viribus sensitiuis, quorum actus impediuntur corpore perturbato: necesse est, quòd perturbationes corporales etiam judicium rationis impediant, sicut patet in ebrietate & somno. *Vnde in Psal.*30. Conturbatus est in ira oculus meus. *Quinimmò* perturbatio D cordis quandoque potest superabundare vsque ad hoc, quòd per inordinatum motum cordis impediatur motus exteriorum membrorum: & tunc causatur taciturnitas, & immobilitas exteriorum membrorum, & quandoque etiam mors. *Cui certè ex iræ vehementia valdè proximum nostris quempiam oculis aliquando vidimus, & ad horam circiter, cadaueris instar, immobilem.*

B Is. 2. ∫. ibi.

C 1. 2. 48. 3. c. Ira inter cæteras passiones manifestiùs vsum rationis impedit.

D Ibid. a. 4. ad 2. Alii iræ effectus in corpore.

Ira quinque efficit mala. E Apoc. 16. sem. 2. ibi, tertius Angelus.

x *Hinc docemur*, quòd ira E quinque mala facit. Primum est, quòd rationem obnubilat, & peruertit, Psal. 6. *Turbatus est à furore oculus meus.* Secundum est, quòd decurtat vitam, Eccli. 30. *Zelus & iracundia minuunt dies.* Tertium est, quòd jurgium & lites generat, & per hæc pax turbatur, & Spiritus Sanctus contristatur, Prouerb. 26. *Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: sic homo iracundus suscitat rixas;* Ephes. 4. *Nolite contristare Spiritum Sanctum.* Quartum est, quòd iracundus non potest esse in societate, quia omnes fugiunt societatem ejus, Prou. 27. *Impetum concitati ferre quis poterit?* Q. d. Nullus. Quintum malum est, quòd ira est via & janua ad omne malum. *Vnde Glossa:* Ianua est omnium vitiorum iracundia: qua clausa, virtutibus intrinsecùs dabitur quies; apertâ autem, ad omne facinus armabitur animus. *Verumtamen* dicitur F ira *janua vitiorum* per accidens, scilicet remouendo prohibens; idest, impediendo judicium rationis, per quod homo retrahitur à malis. Directè tamen, & per se, est aliquorum causa specialium peccatorum, *vt visum est. Et idcircò stultus dicitur iracundus, Iob* 5. Stultum interficit iracundia: *quia nimirùm* stulti G per iracundiam spiritualiter occiduntur, in quantùm scilicet non refrænando per rationem motum iræ, dilabuntur in peccata mortalia, putà in blasphemiam Dei, vel injuriam proximi. *Vnde & docemur, quòd* ira H lædit rationem per obscurationem: memoriam per obliuionem: voluntatem per malam affectionem. De his tribus Psal.30. *Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.* Oculus est ratio, anima voluntas, venter memoria. *Ex quibus omnibus in dubium rationabiliter vertitur: Vtra vehementior sit passio, concupiscentiæ an iræ? & nam incontinens iræ pejor sit, quàm incontinens concupiscentiæ? Quocirca notandum, quòd* peccatum I incontinentiæ potest considerari dupli-

Ianua omnis vitiorum. F 2. 2. 158. 6. ad 3.

G Ibid. a. 3. ad 1. H Serm. 2. in Ev. Domin. 6. post Pentec. & Psal. 30. lit. g. ibi. Lædit intellectum, memoriam, & voluntatem.

Vtra passio vehementior: concupiscentia an ira? & I 2. 2. 156. 4. c. & 158. 4. c. In 3. d. 26. 1. 2. ∫. c. Ver. 25. 2. & 6. c.

Digitized by Google

An pejor incontinentia iræ, quàm concupiscentiæ, & turpior.

duplicitèr. *Vno modo* ex parte passionis, ex qua ratio superatur: & sic incontinentia concupiscentiæ turpior est, quàm incontinentia iræ. Et hoc propter quatuor, quæ Philosophus tangit in 7. Ethic. *Primò* quidem: quia motus iræ participat aliqualiter de ratione, in quantùm scilicet iratus tendit ad vindicandum injuriam sibi factam: quod aliqualiter ratio dictat, sed non perfectè, quia non intendit debitum modum vindictæ. Sed motus concupiscentiæ totaliter est secundùm sensum, & nullo modo secundùm rationem. *Secundò*, quia motus iræ magis consequitur corporis complexionem propter velocitatem motus choleræ, quæ tendit ad iram. Vnde magis est in promptu (*vt prætactum est*) quòd ille, qui est secundùm complexionem corporis dispositus ad irascendum, irascatur, quàm quòd ille, qui dispositus est ad concupiscendum, concupiscat. Vnde etiam frequentiùs ex iracundis nascuntur iracundi, quàm ex concupiscentibus concupiscentes. Quod autem prouenit ex naturali corporis dispositione, reputatur magis veniâ dignum. *Tertiò*, quia ira quærit manifestè operari: sed concupiscentia quærit latebras, & dolosè subintrat. (Dicitur *autem* concupiscentia L latens & insidiosa: quia vtplurimùm delectabilia, quæ concupiscuntur, habent turpitudinem quandam & mollitiem, in quibus homo vult latere: in his verò, quæ sunt virilitatis & excellentiæ, cujusmodi sunt vindictæ, quærit homo manifestus esse.) *Quartò*, quia concupiscens delectabiliter operatur: sed iratus, quasi quadam tristitia præcedente coactus. *Alio modo* potest considerari peccatum incontinentiæ quantùm ad malum, in quod quis incidit à ratione discedens: & sic incontinentia iræ est vtplurimùm grauior, quia ducit in ea, quæ pertinent ad proximi nocumentum: *adde, & ad Dei irreuerentiam & contemptum, per blasphemiam. Et quidem* aliquod M peccatum difficile cauetur propter vehementiam impugnationis: ira autem vehementer impugnat propter suum impetum. *Nec dubium est, quòd* in appetendo N magis est subitus motus concupiscibilis, quàm irascibilis: quia irascibilis mouetur quasi deliberando & conferendo vindictam intentam ad injuriam receptam, quasi syllogizans, vt dicitur *in 7. Ethic.* sed concupiscibilis ad solam apprehensionem delectabilis mouetur ad fruitionem delectabilis, vt ibidem dicitur. Sed in exequendo, motus irascibilis est magis subitus, quàm concupiscibilis: quia irascibilis cum quadam fiducia & fortitudine agit; concupiscibilis verò cum quadam mollitie insidiosè tendit ad propositum adipiscendum. Vnde Philosophus ibidem inducit versum *Homeri*, qui dixit, Venerem esse dolosam, & ejus corrigiam variam: significans deceptionem, qua Venus furatur intellectum etiam multùm sapientis. *Eapropter alibi Author, vt ab initio, docendo concludit, quòd* difficilius est O assiduè pugnare contra delectationem, quàm contra iram: quia concupiscentia est magis continua. Sed ad horam, difficilius est resistere iræ, propter ejus impetum. *DISCE, contra impetum iræ, scutum adhibere charitatis. Vide* Amor, Dilectio inimicorum, Homo, Odium.

L 1.2.48.3. ad 2. & q. 42. 5. ad 2. Ver. 25. 6. ad 3.
Concupiscentia latenter operatur: ira manifestè, & cur.

M 1.2. 182.6. ad 1. Ver. 25. 6. in 2. Sed contra.
N Ver. l. c. ad 3.
Motus concupiscibilis in appetẽdo magis subitus, quàm irascibilis: è contra in exequendo.

O 1.2.156.4. ad 1.

IRREGVLARITAS.

XIII. Tactus leprosi erat prohibitus in veteri lege: quia ex hoc incurrebat homo quandam irregularitatis immunditiam, sicut & ex tactu mortui. 1.2.107.2. *ad* 3.

y IRregularitas *ex Silu. V. eod.* dicitur quasi priuatio regulæ ab *in*, idest *non*, mutato n in r, & *regula*: & irregularis, priuatus regulâ dicitur, *quasi non sit intra regulam ab Ecclesia præscriptam. Est autem irregularitas secundùm communem DD.* Nota, seu impedimentum canonicum, ex facto vel defectu prouenieus, quo quis ad Ecclesiasticos Ordines promoueri, & jam promotus, in eis ministrare prohibetur. *Porrò mos inducendi irregularitates, procul dubio ex veteri lege fuit ab Ecclesia desumptus: (nec ideò jure diuino inductas dicimus, sed tantùm canonico: proinde nulla incurritur, nisi in casibus in jure expressis; vnde & docemur, quòd* irregularitas P interdum etiam sine peccato incurritur, ex sola Ecclesiastica institutione.) *Ex veteri inquam lege hic mos desumptus: nam Synagoga fuit quodammodo mater Ecclesiæ & magistra, vt visum est V.* Ecclesia. *Vt autem Sacrificia dignè celebrarentur (quæ vmbra quædam erant Sacrificii Christi cruenti in Cruce, simul & incruenti in altari) studebat lex vetus omnem tollere ab accedentibus immunditiam.* In veteri *igitur* lege Q duplex immunditia obseruabatur. Vna quidem spiritualis, quæ est immunditia culpæ: alia verò corporalis, quæ tollebat idoneitatem ad cultum diuinum (*quod & in Ecclesia irregularitas facit:*) sicut leprosus dicebatur immundus, vel ille, qui tangebat aliquod morticinum. Et sic immunditia nihil aliud erat, quàm irregularitas quædam. *Vnde ad illud Hebr. 9.* Habuit quidem & prius (*vetus scilicet testamentum*) justificationes culturæ: *docemur*, quòd in veteri testamento R fuerunt quædam ablutiones, per quas mundabantur, non quidem à macula peccati, sed à quibusdam irregularitatibus, quibus impediebantur à cultu Dei, sicut ex tactu mortui, vel alicujus immundi non poterant intrare tabernaculum, nisi expiati per aliquas ablutiones. Et ideò dicebantur *justificationes culturæ*: quia scilicet per eas fiebat quis idoneus ad cultum diuinum. *Et quidem* à cultu S exteriori impediebantur homines per quasdam immunditias corporales: quæ quidem primò considerabantur in hominibus, & consequenter etiam in alijs animalibus, & in vestimentis, & domibus, & vasis. In hominibus quidem immunditia reputabatur partim quidem ex ipsis hominibus, partim autem ex contactu rerum immundarum. Ex ipsis autem hominibus immundum reputabatur omne illud, quod corruptionem aliquam jam habebat, vel erat corruptioni expositum. Et ideò, quia mors est corruptio quædam, cadauer hominis reputabatur immundum. Similiter etiam, quia lepra ex corruptione humorum contingit, qui etiam exteriùs erumpunt & alios inficiunt, leprosi etiam reputabantur immundi. Similiter etiam mulieres patientes sanguinis fluxum siue per infirmitatem, siue etiam per naturam, vel temporibus menstrui, vel etiam tempore conceptionis: & eadem ratione viri reputabantur immundi, fluxum seminis patientes, vel per infirmitatem, vel per pollutionem nocturnam, vel etiam per coitum. Nam omnis humiditas prædictis modis ab homine egrediens, quandam immundam infectionem habet. Inerat etiam hominibus immunditia quædam ex contactu quarumcunque rerum immundarum. Istarum autem immunditiarum erat ratio literalis, & figuralis. *Literalis* quidem, propter reuerentiam eorum, quæ ad diuinum cultum pertinent: tum quia homines pretiosas res contingere non solent, cum fuerint immundi: tum etiam, vt ex raro accessu ad sacra, ea magis venerarentur. Cum enim omnes hujusmodi immunditias rarò aliquis cauere possit, contingebat, quòd rarò poterant homines accedere ad attingendum ea, quæ pertinebant ad diuinum cultum. Et sic, quando accedebant, cum majori reuerentia & humilitate mentis accedebant. (*Fidelibus Christianis, clericis, & Sacerdotibus præsertim, monitum re vera salutare:* diuinus *enim* cultus T à quibusdam deuotè perficitur, si rarus

Irregularitas vnde dicatur, & quid sit.

Ex veteri lege mos inducendi irregularitates desumptus.

P 1. Tim. 3. l. 1. ibi, vnius vxoris.
Hæc ideò de iure diuino, sed ex Ecclesiastica institutione.

Q 1.2.103. 2. initio c.
Duplex in vet. lege immunditia.

R Hebr. 9. l. 1. ibi.

S 1.2. 102. 5. ad 4.
Variæ corporales.

Harum ratio literalis.

T Iob 1. l. 1. ibi.

Diuinus cultus deuotiùs perficitur, si rarus sit: in deuotè, si frequens.

rarus sit: cum autem frequens fuerit, in fastidium venit. *Norunt non pauci Sacerdotes.*) Ratio autem figuralis harum immunditiarum fuit: quia per hujusmodi exteriores immunditias figurabantur diuersa peccata: *de quibus vide ibi*. *Profectò* prohibitio V immundorum in lege à sanctis, magis erat propter significationem, quàm propter ipsas res: & ideò non oportet, quòd similiter fiat in nouo testamento, vbi veniente veritate, figuræ cessauerunt.

V 4. d. 8. 1. 4. q. 3. ad 2.

Prohibitio immundorum figuralis.

2 *Specialiùs verò quoad sacros ministros (vt hinc Sacerdotes & clerici omnes erudiantur magis)* intentio X legis erat inducere ad reuerentiam diuini cultus: & hoc dupliciter. *Vno modo*, excludendo à diuino cultu omne id, quod poterat esse contemptibile. *Alio modo*, apponendo ad cultum diuinum omne illud, quod videbatur ad honorificentiam pertinere. Et si hoc quidem obseruabatur in Tabernaculo, & vasis ejus, & animalibus immolandis: multò magis hoc obseruandum erat in ipsis ministris. Et ideò ad remouendum contemptum ministrorum, præceptum fuit, vt non haberent maculam, vel defectum corporalem: quia hujusmodi homines solent apud alios in contemptu haberi. Propter quod etiam institutum fuit, vt non sparsim ex quolibet genere ad Dei ministerium applicarentur, sed ex certa prosapia secundùm generis successionem, vt ex hoc clariores & nobiliores haberentur. Ad hoc autem, quòd in reuerentia haberentur, adhibebatur eis specialis ornatus vestium, & specialis consecratio. *Figuralis* autem ratio manifesta est. Nam maculæ, vel defectus corporales, à quibus debebant Sacerdotes esse immunes, significant diuersa vitia & peccata, quibus debent carere. Prohibetur enim (*Leuit.* 21.) esse *cæcus*; idest, ne sit ignorans. Ne sit *claudus*, idest instabilis, & ad diuersa se inclinans. Ne sit *paruo vel grandi vel torto naso*; idest, ne per defectum discretionis vel in plus, vel in minus excedat, aut etiam aliqua praua exerceat: per nasum enim discretio designatur, quia est discretiuus odoris. Ne sit *fracto pede vel manu*; idest, ne amittat virtutem bene operandi, vel procedendi *de virtute in virtutem*. Repudiabatur etiam, si habeat *gibbum vel ante vel retrò*: per quem significatur superfluus amor terrenorum. Si sit *lippus*; idest, per carnalem affectum ejus ingenium obscuratur: contingit enim lippitudo ex fluxu humoris. Repudiabatur etiam, si habeat *albuginem in oculo*, idest præsumptionem candoris justitiæ in sua cogitatione. Repudiabatur etiam, si habeat *jugem scabiem*, idest petulantiam carnis. Et si habuerit *impetiginem*, quæ sine dolore corpus occupat, & membrorum decorem fœdat: per quam auaritia designatur. Et etiam, si sit *herniosus*, vel *ponderosus*, qui scilicet gestat pondus turpitudinis in corde, licèt non exerceat in opere. *Ex his vides, quàm verum sit, morem inducendi in Ecclesia irregularitates, ex veteri lege desumptum: multæ enim ex ijs & modò in Ecclesia retinentur. Sanè & in noua lege, coherenter ad hæc*, debilitas Y vel ægritudo, superueniens Ordini Sacerdotali, Ordinem non tollit: executionem tamen Ordinis tollit (*quod est irregularitatis*) quantùm ad consecrationem Eucharistiæ. Quandoque quidem propter impossibilitatem executionis: sicut si priuetur oculis, aut digitis, aut vsu linguæ. Quandoque autem propter periculum, sicut patet de eo, qui patitur morbum caducum, vel etiam quamcunque alienationem mentis. Quandoque propter abominationem, sicut patet de leproso, qui non debet publicè celebrare: potest tamen Missam dicere occultè, nisi lepra adeò inualuerit, quòd per corrosionem membrorum eum ad hoc reddiderit impotentem. *Verumtamen* leprosus Z ad Sacerdotium promoueri non debet.

X 1. 2. 102. 5. ad 10.

Diuinus cultus quoad eius ministros in vet. lege.

Figuralis ratio quoad maculas & defectus ministrorum corporales.

Per nasum cur discretio.

Y 3 p. 82. 10 ad 3. In 4. d. 9. 1. 4. q. 3. c. & ad 3.

Ministrorum Ecc[illegible] etiam corporales defectus, irregularitatem inducunt.

Z In 4. loc. cit. ad 1.

a *Nec mirum, in veteri lege per ea tunc Sacramenta faciliter tollerentur irregularitates illæ: nunc verò difficulter, neque ex vi Sacramentorum*: Nam illæ A irregularitates ex leuibus causis non perpetuis erant contractæ: & ideò etiam per illa Sacramenta auferri poterant. Et iterum, erant ad hoc ordinata: non autem baptismus ad hoc ordinatur, *aut alia ex nostris Sacramentis*. *Item* in noua B lege non sunt irregularitates tot, sicut in veteri lege; nec sunt nisi in ministris Ecclesiæ, in quibus requiritur maxima idoneitas propter Sacramentorum sanctitatem: ideò tales irregularitates non ita facilè absterguntur. *Propter* Sacramentorum *inquam* sanctitatem: *in quorum majorem reuerentiam, figuraliter* tactus C leprosi (*vt ajebat initio Author*) erat prohibitus in veteri lege: quia ex hoc incurrebat homo quandam irregularitatis immunditiam, sicut & ex tactu mortui. *Etenim* immunditia D cadaueris cujuscunque significat immunditiam peccati, quod est mors animæ. Immunditia autem lepræ significat immunditiam hæreticæ doctrinæ: tum quia hæretica doctrina contagiosa est, sicut & lepra; tum quia nulla etiam falsa doctrina est, quæ vera falsis non admisceat: sicut etiam in superficie corporis leprosi apparet quædam distinctio quarundam macularum ab alia carne integra. *Vt innuatur nimirùm, ad dignè sacramenta, Eucharistiæ præsertim, recipienda, viuam exigi charitatem per puritatem fidei operantem, Act.* 15. Fide purificans corda eorum. *Profectò* Deus E diligit corporalem munditiam, & immunditiam odit, secundùm quod pertinent ad reuerentiam vel irreuerentiam Sacramenti. Et ideò, si ex deuotione mentis, non propter irreuerentiam, aliquis cum immunditia corporali ad Sacramentum accedat, Deus acceptat. *Non ita in veteri lege*: Omnia *enim* in figura contingebant illis, 1. *Cor.* 10. *Nunc autem, cessante figura*, omnia munda mundis sunt, *vt dicitur* ad Tit. 1.

Cur irregularitates vet. legis faciliter per Sacramenta tollerentur non ita in lege noua.

A 4. d. 17. 3. 2. ad 3.

B 4. d. 1. 1. 5. q. 3. ad 3.

C 1. 2. 103. 2. ad 3.

D 1. 2. 102. 5. ad 4.

Quid signet immunditia cadaueris, & lepræ.

Doctrina hæretica vt lepra contagiosa.

E 4. d. 9. 1. 4. q. 3. ad 1. Ad Tit. 1. l. 4. illi, munda.

b *Verùm, licèt irregularitas pœna quædam sit: non tamen semper incurritur propter culpam. Neque ideò injustè hoc fieri asserendum*. Nunquam *enim* aliquis F secundùm humanum judicium debet puniri sine culpa, pœnâ flagelli, vt scilicet occidatur vel mutiletur vel verberetur: pœnâ autem damni punitur aliquis (etiam secundùm humanum judicium) etiam sine culpa, sed non sine causa; ex hoc scilicet (*præter alia*) quòd aliquis ineptus redditur sine sua culpa ad aliquod bonum habendum vel consequendum: sicut propter vitium lepræ aliquis remouetur ab administratione Ecclesiæ; & propter bigamiam aliquis impeditur à sacris Ordinibus: *ob reuerentiam nimirùm, ad cultum diuinum, & ad Sacramenta præsertim, requisitam, vt visum est*. *Vnde* irregularitas G consequitur actum homicidij, etiamsi sit absque peccato, vt patet in judice, qui justè aliquem condemnat ad mortem (*nec sine merito quidem, si sit in gratia*:) & propter hoc clericus, etiamsi se defendendo interficiat aliquem, irregularis est, quamuis non intendat interficere, sed seipsum defendere, vt habetur *in Decret.* 1. *dist.* 50. *Cap.* De his Clericis. (Ille *tamen* qui H ignoranter hominem occidit homicidio casuali, non dicitur homicida, nec irregularitatem incurrit, nisi dederit operam rei illicitæ, vel nisi omiserit debitam diligentiam, quia jam quodammodo efficitur voluntarium. *Et ideò, quia* ille I qui percutit mulierem prægnantem, dat operam rei illicitæ: si sequatur mors mulieris vel pueri animati, non effugiet homicidij crimen: *& consequenter fit irregularis*. Peccatum *verò* abortus L quamuis sit graue, & inter maleficia computandum, & contra naturam, quia etiam bestiæ fœtus expectant: tamen minus est, quàm homicidium, quia adhuc poterat alio modo impediri conceptus: nec est judicandus talis irregularis, nisi jam formato puer-

Quamuis irregularitas quædam pœna sit: incurritur tamen quandoque sine culpa, sed non sine causa.

F 2. 2. 108. 4. ad 2 & 1. 2. 20. 5. ad 4.

G 2. 2. 64. 7. ad 3. & q. 40. 2. & 1. In 4. d. 25. 2. 2 q. 2. ad 2. & 3. & q. 3 ad 1.

Consequitur actum homicidii, etiamsi sit absque peccato secutum: vt si clericus aliquem, se defendendo, occidat.

Non ita, si casualiter occidat, adhibita diligentia &c.

H 4. d. 25. 2. 2. q. 2. ad 3. & 2. 2. 64. 8. c. & ad 3.

Abortus procuratio an irregularitatem inducat.

I 2. 2. 64. 8. ad 2.

L 4. d. 31. exp. tex. & d. 6. 1. 2. q. 2. ad 2.

Digitized by Google

Irregularitas principaliter incurritur propter ineptitudinem personæ ad Eucharistiæ Sacramentum ministrandum. M 4. d. 25. 2. 2. q. 2. ad 2. & 1. & d. 17. 3. 1. q. 2. ad 3. & q. 3. ad 3. & 4. & d. 42. 3. 1. ad 4.

puerperio, abortum procuret.) *Igitur* irregularitas M non incurritur propter peccatum tantùm, sed principaliter propter ineptitudinem personæ ad Sacramentum Eucharistiæ ministrandum. *Reliqua vide apud Summistas. DISCE à norma rationis, juxta diuinam regulam, nullo vnquam tempore deuiare. Vide* Clericus, Ecclesia, Eucharistia, Ordo, Sacramentum.

IVBILÆVS. Vide DAMNATVS, INDVLGENTIA.

IVBILVS. Vide CANTVS ECCLESIASTICVS.

IVDAS PRODITOR. Vide CHRISTI PASSIO.

I V D Æ I.

XIV. Iudæi etsi primò fuerunt terra fertilis, exculta per legem & prophetas: tamen propter peccatum, maximè crucifigendo Christum, facti sunt sicut mare & instabiles & amari, juxta illud Thren. 1. *Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est.* Apoc. 13. com. 2. ibi. *de mari.*

Iudæi vnde dicantur. N Rom. 2. l. 4. ibi, Iudæus.

c QVod spectat ad Iudæorum nomenclaturam, dicuntur N Iudæi, non à Iuda Machabæo, vt quidam dicunt (fortè propter hoc, quòd Iudas Machabæus gentem illam in dispersione existentem congregauit & protexit, secundùm illud 1. Mach. 3. *Præliabatur prælium Israel cum lætitia, & dilatauit gloriam populo suo:*) inuenitur enim nomen *Iudæorum* ante Iudam Machabæum, secundùm illud Esth. 8. *Iudæis noua lux oriri visa est.* Et ideò dicendum est, quòd *Iudæi* denominantur à *Iuda* Patriarcha, Genes. 49. *Iuda, te laudabunt fratres tui.* Cum enim tempore Roboam decem tribus ab ejus regno se segregantes, vitulum aureum adorarent, in transmigrationem sunt ductæ ab Assyrijs, vt habetur 4. *Reg.* 17. Nec de eorum reuersione facit mentionem Scriptura: sed potiùs terra remansit occupata ab alienigenis, qui postmodum *Samaritani* sunt dicti. Duæ autem tribus, scilicet Iuda & Beniamin, adhærentes regno Roboam, perseuerauerunt in cultu Dei. Et quamuis in captiuitatem Babylonis fuerunt ductæ: postmodum tamen per Cyrum Regem Persarum sunt reducti in terram suam, vt dicitur 1. *Esdr.* 1. Et quia tribus Iuda major erat, ab ea gens tota illa denominabatur: & non solùm illi, qui erant ex tribu Beniamin, sed etiam de alijs tribubus reuertentibus, qui se illis adjunxerunt. *Quoad hoc verò nomen*, Hebræus: *falsò senserunt aliqui, quòd* Hebræus O dicitur ab *Abraham:* & hoc dicit *Augustinus*, sed postea retractat. Dicitur autem ab *Heber*, de quo Genes. 11. *Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber.* Et quòd non ab Abraham, patet: quia etiam Abraham dicitur Hebræus, Gen. 14. *Nunciauit Abram Hebræo.* Dicitur autem (*ex glossa super Genes.* 11. *cit.*) quòd tempore *Heber* diuisum est labium gentium omnium, & illa lingua, quæ priùs erat, remansit in familia *Heber*, & in cultu vnius Dei, & inter omnes Hebræos. *Porrò* duplex P secta erat apud Iudæos, scilicet Pharisæorum & Sadducæorum. Sed Pharisæi magis conueniebant nobiscum in opinionibus: quia credebant resurrectionem, & dicebant esse creaturas aliquas spirituales. Sadducæi verò magis discordabant: quia nec resurrectionem futuram, nec spiritum esse credebant. Dicebantur autem *Pharisæi*, quasi ab alijs *diuisi. Vnde & à* Phares *filio Iudæ dicti putantur, Matth.* 1. Iudas autem genuit Phares, *quod interpretatur* diuisio. *Docemur tamen*, *quòd* de Simeone Q fuerunt adinuentores sectæ Pharisæorum. *Nisi dicamus à* Phares *per sin (sicut* 1. *Paralip.* 7.) *deriuari, quod interpretatur* eques. *Nam* Pharisæi (*inquit* Augustinus *Serm.* 15. *de verb. Apost. tom.* 10.) primarij erant, & quasi ad nobilitatem Iudaicam segregati, non commisti plebi: quomodo in latina lingua *egregius* dicitur, quasi à grege separatus. *De his pariter scribit quidam*: Hujus sectæ homines, non modò victu vitaque instituto à reliquo vulgo secreti erant, sed etiam veste & corporis cultu. Quorum tanta fuit fatuitas, vt multò plùs laborarent probi videri, quàm esse: tanta superbia, vt neminem alterius sectæ virum bonum existimarent. Quapropter Christus vbique eorum exagitat vanitatem, *vt ex Euangelio liquet*, Matthæi *præsertim* 23. *de quibus specialiter illud:* Dicunt, & non faciunt; *idcircò eos repetitò vocat Dominus* hypocritas. *Sed & alibi triplex ab Authore assignatur Iudæorum secta.* Apud R. Iudæos *inquit* erant tres sectæ, scilicet Pharisæorum, Sadducæorum, & Essæorum. *De quibus postremis præallegatus Scriptor* ex Iosepho histor. *hæc habet:* Essæi, siue Esseni, ab vxoribus & vino & carnibus abstinuerunt semper, & quotidianum jejunium verterunt in naturam. Apud eos proprium nemo aliquid possidet: omnibus in medio positis communiter vtuntur: habitant simul, & conueniunt quasi sodales. Cum de laboribus mercedem ceperunt, apud quæstorem deponunt. Is omnia diligenter procurat, quibus egent. Nullas ciuitates colunt, neque seruos habent, quando omnes velut mater eadem genuit natura. Triplici regula vitam transigunt: amore in Deum ardentissimo; virtutum cultu diligentissimo; charitate in Christum feruentissima. *Quid in Christianismi claustralibus desideretur perfectius?*

Samaritani quinam sint.

Hebræi vnde dicti. O Phil. 3. l. 1. ibi, hebræus. & 2. Cor. 11. l. 5. ibi, hebræi.

Duplex Iudæorum secta, Pharisæorum scilicet, & Sadducæorum. P Io. 3. l. 1. ibi, ex Pharisæis, Phil. 3. l. 1. ibi, Pharisæus, & 1. p. 50. 1. c. & 2. d. 3. 1. 3. c. Sadducæorum error.

Pharisæi, idest diuisi. Q Io. 11. l. 7. lit. b ibi, Pharisæi. Nobiliores in Iudæis. Describuntur. R. Phil. 3. l. 1. Qualis Essæorum, siue Essenorum, secta.

d *Cæterùm Iudaici populi dignitas ex pluribus clarescit. Primò, quia* Deus S & legem, & alia beneficia specialia illi populo exhibuit propter promissionem eorum Patribus factam, vt ex eis Christus nasceretur. Decebat enim, vt ille populus, ex quo Christus nasciturus erat, quadam speciali sanctificatione polleret, secundùm illud Leuit. 11. *Sancti eritis, quia ego sanctus sum.* Secundò, *quia* homo T quantò Deo magis conjungitur, tantò efficitur melioris conditionis: & ideò quantò populus Iudæorum erat astrictus magis ad diuinum cultum, dignior alijs populis erat. Vnde dicitur *Deuter.* 4. Quæ est alia gens sic inclyta, vt habeat cæremonias, justaque judicia, & vniuersam legem? *Quoniam verò* populus V Iudæorum ad hoc electus erat à Deo, quòd ex eo Christus nasceretur: ideò oportuit *ex Augustino* totum illius populi statum esse propheticum & figuralem. Et propter hoc etiam judicialia, illi populo tradita, magis sunt figuralia, quàm judicia alijs populis tradita. Sicut etiam bella & gesta illius populi exponuntur mysticè: non autem bella vel gesta Assyriorum vel Romanorum, quamuis longè clariora secundùm homines fuerint. *Quo sensu dicitur Rom.* 10. Finis legis Christus, ad justitiam omni credenti. *Eapropter signanter Dominus* Ioann. 4. *dicebat:* Salus ex Iudæis est. *Etenim* prouenit X ex Iudæis salus tripliciter. Primò quantùm ad doctrinam veritatis: quia omnes gentes erant in erroribus, Iudæi autem in veritate permanebant, Roman. 3. *Tradita sunt eis eloquia Dei.* Secundò quantùm ad spiritualia dicta: nam prophetia, & alia dona Spiritus Sancti, priùs eis data fuerunt, & ex eis deuenerunt ad alios, Rom. 11. *Tu*, scilicet gentilis, *cum oleaster esses, insertus es in illis*, scilicet Iudæis. Tertiò quantùm ad ipsum salutis Authorem: quia ex eis secundùm carnem processit, *secundùm illud Rom.* 9. Ex quibus est Christus secundùm carnem: *de quo ideò dicitur Luc.* 2. Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. *Hinc* Rom. 3.

Iudæorum dignitas ex pluribus. S 1. 2. 98. 4. c. & ad 1. & q. 5. c. T Ibid. a. 5. ad 2. In 3. d. 45. 3. 2. q. 1. ad 3. V 1. 2. 104. 2. ad 1. & 100. a. 12. & 107. a. 2. & 1. 102. 2. ad 3. Rom. 10. l. 1. & c. 14. l. 1. Heb. 7. l. 1. Ex quo Christus ex eis nasciturus, totus illorum status propheticus fuit & figuralis. X Ioan. 4. l. 5. lit. l Rom. 11. l. 3. ibi, oleaster. & seqq. Salus ex Iudæis tripliciter.

Digitized by Google

Apostolus, Iudæorum præeminentiam ostendere volens: Quid ergo amplius, *ait*, Iudæo est; aut quæ vtilitas circumcisionis? Multùm per omnem modum. *Quasi dicat*: Est Y ei amplius & quantùm ad quantitatem, quæ significatur, cum dicit, *multùm*: & quantùm ad numerum, qui significatur, cum dicit, *per omnem modum*. Habent enim aliquid amplius & in contemplatione diuinorum, secundùm illud Psalm.75. *Notus in Iudæa Deus*: & secundùm dispositionem temporalium, Psal.147. *Non fecit taliter omni nationi*. Habent etiam amplius quantùm ad Patres, quantùm ad promissiones, & quantùm ad prolem, Rom.9. *Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa*. Adoptio *tamen* filiorum *inter hæc præcipuum est*: Et hoc Z quantùm ad spirituales viros, qui fuerunt in illo populo; vnde dicitur *Exod* 4. Filius meus primogenitus Israel. *Verùm, vt dicebamus, tota dignitas Iudæorum à Christo ex eis nascituro deriuabatur. Ex quo capite (præter ejusdem communionem naturæ) despiciendi à fidelibus Iudæi non sunt, ceu fratres nostri, ex quibus Christus secundùm carnem. Gentilis enim (qualis sumus nos)* cum oleaster esset, insertus est in illis, socius radicis & pinguedinis oliuæ factus. Quòd si gloriaris; non tu radicem portas, sed radix te: *vt dicitur Rom.11. Vnde, & inferiùs concludit Apostolus*: Secundùm Euangelium quidem, inimici propter vos: secundùm electionem autem, charissimi propter Patres.

Y Rom. 3 l. 1. ibi.

Eorum prærogatiuæ.

Z Rom 9. l. 1. ibi. Is. 1. ibi. ... Ps 26. lit. e. ibi de absconditis.

c *Ex quo sancta fuit lex, quia data à Deo, qua Deus verus, viuus, incorporeus, æternus, colebatur, vbi gentiles inanima adorabant simulacra: (De qua vide* A.) *Non ita* Talmudistarum *approbantur mendacia, deliria, immò & fabulæ: de quibus ad Tit.*1. Non intendentes Iudaicis fabulis: quod *quidem* potest B referri ad eorum narrationes præter doctrinam legis, quæ sunt fabulosæ, vt Talmud. *Et* 1.*Timoth.*4. Ineptas & aniles fabulas deuita. *Vbi docemur*, quòd sicut C repræsentatio in factis est delectabilis: ita repræsentatio in verbis. Et hoc est fabula: dictum scilicet, aliquid repræsentans, & repræsentando mouens ad aliquid. Antiqui enim habebant aliquas fabulas accommodatas aliquibus veris, qui veritatem occultabant in fabulis. Duo ergo sunt in fabula: quòd scilicet contineat verum sensum, & repræsentet aliquid vtile: item quòd conueniat illi veritati. Si ergo proponatur fabula, quæ non potest repræsentare aliquam veritatem, est inanis: sed quæ non propriè repræsentat, est inepta: sicut fabulæ de Talmud. *Inter quas illa, quòd* Adam D habuit aliam vxorem, ex qua dicunt natos dæmones. *Item*, Deum E quandoque peccare, & à peccato purgari. *Similiter, quia dicitur de illo in Psal.*17. Ascendit super Cherubim, *stultè* fingunt F Iudæi, quòd sicut Rex habet currum; ita habet Deus etiam currum, qui est Cherubim: & imaginantur Deum corporalem, & similem Cherubim. Et ideò in Psalterio *Hieronymi* de verbo ad verbum dicitur: *Equitauit super Cherubim. Sed &, præter has, aliæ in præfato Talmud enarrantur fabulæ*: quòd *scilicet* Deus multos condiderit Orbes, & destruxerit, priusquam disceret pœnitentem facere. Quòd quotidie deuoto animo orat. Quòd aliquando plorat, & pœnitentiam agit. Quòd iratus injustè contra Iudæos, in captiuitatem eos miserit: & quòd præ dolore emittit duas lacrymas in Oceanum quoties reminiscitur. Quòd quando injustè abstulit à Luna lumen, deditque Soli, jussit fieri in lege Moysi festa plenilunij, & sacrificia, ad expiandam sui ipsius culpam. Quòd tres horas diei consumit in studio legis Iudaicæ. Quòd disputans cum Rabbinis, victus est ab eis, prompsitque: *Filij mei vicerunt me*. Quòd astutiâ cujusdam Rabbini victus est diabolus, & Deus vice quadam. *Et his similia, quæ refert* P. Campanella *noster Atheismi triumph. cap.*11.§. Examen Iudaicæ.

Lex eorum sancta.

A 1. 2. q. 98. Rom. 7. l. 2 & 3. Ad Galat. 3. l. 7. & 8. & alibi.

Non ita, fabulosum Talmud.

B Tit. 1. l. 4. ibi.

C 1. Tim. 4 l. 2. ibi.

Fabula quid.

Duo in ea sunt consideranda.

D 1. Tim. 1. l. 3. ibi, fabulis. Varij errores & deliria Talmudistarum.

E 1 cont. G. c. 95.

F Ps. 17. lit. b.

Bona inquam & sancta Iudæorum lex: at respectu nouæ, ad sensum onerosa, quamuis spiritualiter intellecta, suauis, quippe quæ ordinabatur tota ad Christum, cujus legis jugum suaue est & onus leue (*Matth.*11.) *quia lex amoris. Et quidem* carnali G populo, & ceruicoso, majora onera imponenda fuerunt ad ejus duritiam edomandam: sicut etiam infirmis diæta arctior, & pueris disciplina strictior imponitur. *Vnde Act.* 10. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum super ceruices discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus? *Onerosa inquam lex, propterea & per asinam, oneriferum animal, signatur Matth.*21. Inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea. *Vbi Author*: Per asinam H significatur Iudæa, per pullum populus gentilis. Et quare per asinam significatur populus Iudaicus? quia scilicet est animal stultum; vnde dicitur asinus, idest insensatus. Sic homo insensatus est, relinquens legem Domini, Deuter. 32. *Hæccine reddis Domino, popule stulte, & insipiens?* Item, est oneribus deputatum; sic populus Iudaicus oneribus legis grauatus est. Dicit autem, *alligatam*, vinculis scilicet ignorantiæ, Sap.17. *Vnâ catenâ tenebrarum omnes erant colligati*: item vinculo peccati, Prou.5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. *Et hæc duo quidem se consequuntur, nam per peccatum ignorantia, quæ est cæcitas mentis, Is.*1. Populus meus non intellexit.

Lex vetus onerosa.

G 1. d. 40. 2. 4. a. 3. ad 3.

H Matth. 21. lit. a. ibi.

Per asinam cur significatur Iudæa.

f *Et hinc est, quod Iudæi literaliter tantummodo & materialiter intelligunt quæ spiritualiter sunt capienda. Vnde & Messiam expectant temporaliter regnaturum, materialibus armis victorem, terrenique moderatorem Regni, eosque seculariter magnificaturum: nil ad spiritualem sensum referentes, qui per cæremonias, ritusque legales omnes intendebatur.* (Quæ I in veteri testamento promissa sunt temporaliter, intelligenda sunt spiritualiter. *Omnia* enim *in figura contingebant illis*, 1. ad Cor. 10.) *Et hæc tota est Iudæorum deceptio. Ex quo illud Matth* 2. (*ex Mich. cap.*5.) Et tu Bethleem, terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israel, *carnaliter tantummodo exponunt*. De quo L Duce habetur Dan.6. *Vsque ad Christum Ducem*; & Ps.30. *Dux mihi eris*. Regit enim populum Israel non solùm carnaliter, sed spiritualiter, Rom.11. *Nunquid Deus repulit populum suum?* & Psal.79. *Qui regis Israel, intende &c.* Et nota, quòd truncant caudam authoritatis, scilicet: *Et egressus ejus ab initio, à diebus æternitatis*: per quod insinuatur, quòd non debebat esse Rex terrenus, sed cœlestis. *Et idem dic de cæteris Prophetarum effatis. Sicque cæci aberrant à vera via*: nam qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat, *Ioann.*12. Quod quidem M & ipsis Iudæis contingit, quia nesciunt quid agant: sed vt in tenebris ambulantes, putant quidem rectam incedere viam; & vnde Deo placere credunt, magis displicent. *Et hoc est quod dicitur* 2. Cor.3. Obtusi sunt sensus eorum: vsque in hodiernum enim diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum (quoniam in Christo euacuatur:) sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. *Et Rom.*11. Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret. *Et priùs* (*ex Is. cap.*6.) Dedit illis Deus spiritum compunctionis: oculos, vt non videant, & aures vt non audiant, vsque in hodiernum diem. *Ex quo ad cæcitatem adijcitur surditas. Propterea clamans inducitur Ioannes in deserto* Matth.3. *ex Is.* 40. Ego vox clamantis in deserto. *Siquidem* clamor N fit ad surdos: & surdi erant Iudæi. *Vnde idem Isaias*

Iudæorum deceptio.

Carnaliter exponunt quod de Christo spiritualiter intelligendum.

I Hebr. 4. l. 1. ibi, & nobis.

L Matth. 2. lit. b. ibi.

Iudæi cæci.

M Io. 12. l. 6. lit. d. Rom. 11. l. 1 & 4. & 2. Cor. 3. l. 3. & alibi.

N Matth. 3. lit. a. ibi. & Is. 1. l. 11. lit. c. ibi.

Surdi.

*Iſaias cap.*42. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. Quis cæcus, niſi ſeruus meus? & ſurdus, niſi ad quem nuncios meos miſi? *Prophetas nimirùm. Cui conſonat & parabola Matth.*22. Miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos: & nolebant venire. Et iterum miſit alios ſeruos: illi autem neglexerunt. *In quibus vtique* ſignantur O Iudæi, qui fuerunt inuitati in Patriarchis, & vocati per Prophetas & per Apoſtolos: *& nolebant venire*, Deut. 31. *Semper contentiosè egiſtis contra Dominum*; & Prou.1. *Vocaui, & renuiſtis*: & indurati in malitia *neglexerunt. Tunc ait Rex ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt &c.* Sequitur vocatio Gentium. Quia Iudæi, *qui inuitati erant, non fuerunt digni*; ideſt, indignos ſe reddiderunt: *Ite ad exitus viarum, & quoſcunque inueneritis, vocate ad nuptias.* Vnde per delictum Iudæorum ſalus facta eſt Gentibus, *Act.*13. Quoniam repellitis illud (*verbum Dei*) & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. *Id quod ex eorum proceſſit incredulitate, Iſ.*53. Quis credidit auditui noſtro? *Et quidem tripliciter increduli fuerunt.* Non *enim* crediderunt P Primò quidem Legiſlatori, Pſal.105. *Non crediderunt verbo ejus.* Secundò non crediderunt Prophetis, Ezech.2. *Increduli & ſubuerſores ſunt tecum.* Tertiò non crediderunt ipſi Filio Dei, Ioann.8. *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Quo facit & illud:* Viri Niniuitæ ſurgent in judicio cum generatione iſta: & condemnabunt eam, *Matth.* 12. Et in quo Q condemnabunt? *Quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ*: iſti verò noluerunt facere pœnitentiam, Ier.8. *Nullus eſt, qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo.* Dominus incepit prædicationem ſuam à pœnitentia; Ioannes ſimiliter: & non audierunt. Item illi *pœnitentiam egerunt* in *vna prædicatione Ionæ*: Ieſus autem multas prædicationes eis fecerat: & tamen non ſunt conuerſi. Item illi conuerſi ſunt in prædicatione vnius prophetæ: ſed iſti non ſolùm habuerunt prophetas, ſed Filium Dei, Hebr.1. *Multifariam multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſſimè locutus eſt nobis in Filio.* Ergo Niniuitæ præferuntur, quia pœnitentiam egerunt, *& hos conſequenter condemnabunt.*

O *Matth.* 22. *lit.a. ibi.*

Incredulì tripliciter.

P *Rom.* 3. *l.* 1. *ibi*, incredulitas, *Ioa.* 5. *l.*7. *lit.d.*

Q *Matth.* 12. *lit.c. ibi.*

g *Vlterius tot tantiſque beneficijs affecti, ſupra modum ingrati Deo benefactori extiterunt ſemper, & adhuc ſunt. Iſ.*1. Filios enutriui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. *Vbi* tria R notanda ſunt: ſcilicet nutritionis beneficium, exaltationis priuilegium, ingratitudinis contemptus. Nutriuit quidem tempore legis, quando adhuc *heres paruulus erat*, ad Galat.4. Primò reficiens promiſſis in Patribus, Galat.3. *Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones.* Secundò gubernans judicijs in legiſlatoribus, Pſal. 147. *Non fecit taliter omni nationi, & judicia ſua non manifeſtauit eis.* Tertiò defendens auxilijs in judicibus & regibus, Iudith 5. *Deus eorum defendet illos: & erimus in opprobrium vniuerſæ terræ.* Quartò erudiuit monitis in prophetis, Malach.2. *Dominus teſtificatus eſt inter te & vxorem pubertatis tuæ.* Quintò correxit flagellis in hoſtibus, 2. Machab.6. *Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt indicium.* Sed & exaltauit tempore gratiæ. Primo ſecundùm carnis aſſumptionem, Hebr.2. *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* Secundò per perſonalem prædicationem, Matth.10. *Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael.* Tertiò per ſuam conuerſationem, Ioann.10. *Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis?* Quartò per miraculorum operationem, Ioann.5. & Luc.7. *Quia Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitauit plebem ſuam.* Quintò per diſcipulorum prædicationem, Pſalm.44. *Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos Principes ſuper omnem terram.* Sed è contrario (*en ingratitudinis contemptum*) Chriſtum vituperant, Luc.4. *Nonne hic eſt filius Ioſeph?* (*& Matth.*13. Nonne hic eſt fabri filius? *Et Marc.*6. Nonne hic eſt faber?) Secundò doctrinam improbant, Matth.26. & Luc. 22. *Inuenimus hunc ſubuertentem gentem noſtram.* Tertiò vitam blaſphemant, Matth.9. *Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter?* Quartò miracula peruertunt, Luc.11. *In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* Quintò diſcipulos occidunt: *Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporum*, Matth.10. *nec Magiſtro parcentes, quem impiè crucifixerunt. Ex quo Iudæorum aggrauatur culpa Thren.*4. Major effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum: *ſiquidem major* S fuit culpa propter ingratitudinem. *Quæ quidem in toto exaggeratur veteri teſtamento, beneficijs recenſitis, quæ à Deo receperunt, præſertim* Pſalm.77. & 105. *vbi quinquies legimus, quòd ingrati* exacerbauerunt Deum, *Bar.*4. Exacerbaſtis eum, qui fecit vos. *Cui reſpondet illud Hebr.*3. Sicut in exacerbatione ſecundùm diem tentationis in deſerto, vbi tentauerunt me Patres veſtri. *Vbi ad exacerbationem tentationem adijciunt.* Aliud T peccatum fuit peccatum tentationis (*proprium diaboli, cui à tentato Domino reſponſum eſt Matth.*4. Non tentabis Dominum Deum tuum:) frequenter enim tentauerunt: quia quandoque pro aqua, quandoque pro carnibus, quandoque pro pane, ita quòd decies tentauerunt ipſum, Num.14. *Tentauerunt me jam per decem vices.* Et ideò dicit: *ſecundùm diem tentationis. Hinc in Pſalm.* 77. *cit.* Conuerſi ſunt, & tentauerunt Deum, & ſanctum Iſrael exacerbauerunt. *Præterea* Iudæi V erant proni (*quod eſt maximum ſcelus*) ad idololatriam: *de qua paſſim in ſacra pagina conqueritur Dominus, apud Prophetas præſertim, Iſ.*1. Conteret ſceleſtos: confundentur enim ab idolis, quibus ſacrificauerunt. *Sceleſtos* dicit X propter ſcelus idololatriæ. *Et cap.*2. Repleta eſt terra ejus idolis: opus manuum ſuarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit ſe homo, & humiliatus eſt vir. *Quibus verbis* arguit Y in eis idololatriæ cultum ex tribus. Primò ex multitudine, cum dicit: *& repleta eſt*, Oſe.8. *Multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum.* Secundò ex idolorum vilitate, quia *opus manuum ſuarum*; & adhuc plùs: *quod fecerunt digiti ejus*, Pſalm.113. *Simulacra Gentium argentum & aurum, opera manuum hominum.* Tertiò ex hominis dignitate; & ideò dicit: *homo*, qui ad imaginem Dei factus eſt, *incuruauit ſe*, ſupponendo ſe idolis: *& vir*, qui virtuoſus videbatur quantùm ad acquiſita, *humiliatus eſt*; Pſalm.48. *Homo, cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt jumentis &c.* Et Iſ.44. *Curuatur ante illud, & adorat illud, & obſecrat dicens*: Libera me. Ponit etiam idololatriæ occaſionem, quæ eſt auaritia, *Coloſſ.*3. Auaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus. *Vnde & præmittit*: Repleta eſt terra argento & auro. *Ex quo docemur, quòd* præcipuè Z Iudæi crudeles erant, & ad auaritiam proni: *Phariſæi præſertim, Luc.*16. Phariſæi, qui erant auari. *Ad quæ vitia ab eis remouenda dicitur Iſ.*33. Qui projicit auaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere: qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem. *Hic, ait Author*, remouet ea A ad quæ proni erant: ſcilicet auaritiam quantùm ad injuſtè ablata; *ex calumnia*: & illiberalitatem quantùm ad accepta; *& excutit &c.* & crudelitatem in homicidijs; *qui obturat &c. Ier.*22. Tui verò oculi & cor ad auaritiam, & ad ſanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad curſum mali operis. *At potiſſimùm auaritià communiter laborabant, Ier.*6. A minore vſque ad majorem omnes auaritiæ ſtudent; *& cap* 8. A minimo vſque ad maximum omnes auaritiam ſequuntur. *Qua de*

Supra modum ob multiplicia beneficia Deo ingrati.

R *Iſ.*1. *ibi.*

Eorum propter ingratitudinem culpa aggrauatur.

S *Thren.*4. *ibi.*

T *Hebr.*3 *l.*a. *ibi*

Deũ frequenter exacerbarunt, & decies tentauerunt.

V 2. 2. 10. 9. ad 1. & 2. 2. 100. 7. ad 4. Proni ad idololatriam.

X *Iſa. ibi.*

Y *Iſ.* 1. *ibi.* De qua arguuntur ex tribus.

Occaſio idololatriæ auaritia.

Iudæi auari. Phariſæi præſertim.

Et crudeles.

Z 2. 2. 105. 1. ad 2.

A *Iſ.*33. *ibi &* *Ier* 22. *ibi*, oculi & cor.

Digitized by Google

Propter eorum auaritiam permittebatur eis accipere ab alienis vsuras.

B 1. 2. 105. 5. ad 3. & a. 2. 78. 1. ad 1. In 3 d. 37. 1. 6 ad 1. Io. 4. d. 11. 3. 1. q. 1 c Ma 13. 4. ad 1.

C In 3. loc. cit.

D Op. 21. circa med.

causa, non secus ac libellus repudij, eis permissum erat vsuras ab extraneis accipere. Accipere enim vsuras B ab alienis, non erat secundùm intentionem legis, sed ex quadam permissione, propter pronitatem Iudæorum ad auaritiam, & vt magis pacificè se haberent ad extraneos, à quibus lucrabantur. *Et alibi.* Sicut C libellus repudij permissus est eis ad duritiam cordis eorum, ne vxores interficerent, ad quod proni erant (*quia crudeles, vt vidimus:*) ita etiam permissum fuit eis fœnerare extraneis, ne fratribus suis fœnerarent, ad quod eos innata auaritia incitabat. *Quocirca monet Author, quòd* melius esset D vt Iudæos laborare Principes compellerent ad proprium victum lucrandum (sicut in partibus Italiæ faciunt) quàm quod ociosi viuentes solis vsuris ditentur, & sic eorum domini suis reditibus defraudentur. Ita enim & per suam culpam Principes defraudarentur reditibus proprijs, si permitterent, suos subditos ex solo latrocinio vel furto lucrari: tenerentur enim ad restitutionem ejus quodcunque ab eis exigerent.

An & nunc à Principibus permittendi vt vsuras accipiant.

Ambitiosi, & hinc Simoniaci.

E Ioa. 11. l. 7. lit. c. & cap. 18. l. 1 lit. b & Matth 26. lit. a ibi Principes Sacerdotum.

h *Sed & ambitio non modica judaicis animis insidebat, eò vsque vt & Pontificatum simoniacè sibi compararent.* Sciendum E est *enim*, quòd (vt habetur *Leuit.* 1.) Dominus constituit vnum summum Sacerdotem, cui mortuo vnus succederet, qui per totam vitam Pontificis officium exerceret. Postmodum autem, crescente ambitione & contentione inter Judæos, constitutum est, vt plures essent Pontifices, & ad omnes vicissim hujusmodi dignitas proueniret, & per annos singulos suis vicibus ministrarent. Et quandoque etiam hoc sibi pecuniâ procurabant, vt *Iosephus* de Caipha narrat. (*Vide V.* Ambitio.) *Ex priuilegijs etiam, suæ à Deo nationi concessis, Psalm.* 147. Non fecit taliter omni Nationi, *intumescebant Iudæi, typhoque superbiæ efferebantur, quæ* initium omnis peccati est, *Eccli.* 10. *Vnde & omnibus peccatis obuoluti describuntur* Is. 1, *ijs verbis:* A' planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. *Vulnus*, idest F culpa patens, *& liuor*, inuidia latens, *& plaga tumens*, superbia inflans, *non est circumligata* vinculo legis retrahentis, *nec curata medicamine*, charitate sanante, *nec fota oleo*, humilitate leniente. *Vnde & de Pharisæis legitur Matth.* 23. Dilatant phylacteria sua, & magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. *Et de mulieribus Is.* 3. Eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo: *quod superbiæ indicium est. Et generaliter Mal.* 4. Erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem. *Ex quo cæteras omnes despiciebant Nationes.* Iudæorum (*inquit Author*) proprium est G aliarum Nationum aspernari consortium: tum quia Saturnini sunt, sicut *Macrobius* dicit super somnium Scipionis: tum quia legibus prohibebatur eisdem. *Et hac ex eadem radice in malo obstinati sunt & peruicaces, Is.* 46. Audite me duro corde; *scilicet*, ad bene H operandum, *Ioann.* 12. (*ex Is.* 6.) Indurauit cor eorum. *Id quod maximè patuit, Christo Domino prædicante: neque enim Prophetis ceruicem flexerunt, neque Domino Prophetarum.* Videtur autem I durissimum quod forti calore non resoluitur, & diuina percussione non conteritur. Verba autem Christi sunt *quasi ignis, & quasi malleus conterens petram*, vt dicitur *Ier.* 23. Ignis quidem, quia inflammant per charitatem: malleus verò, quia terrent per comminationem, & confringunt per manifestissimam veritatem. Et tamen verbum Christi cor Iudæorum non attendebat; vnde patet, quòd fuit induratum, Iob 41. *Cor ejus indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus.* Post tot immò veritatis

Superbi.

Omnibus peccatis obuoluti.

F Is. 1. ibi.

Cæteras ex superbia Nationes despiciunt.

G Op. 20. l. 3. c. 6. ad med. Saturnini.

Obstinati in malo, & peruicaces.

H Is 46. ibi.

I Ioan. 12. l. 7. lit. d.

Ad Christi etiam prædicationem cujus verbum malleus conterens petram.

L documenta, post tot miraculorum & mirabilium operum argumenta, adhuc in malitia perseuerant. *Quod videtur facere illud Luc.* 5. Nemo bibens vinum vetus, statim vult nouum; dicit *enim*: Vetus melius est. *Ita peruicaces Iudæi, de veteri lege obstinati loquuntur. Eapropter vel ipsis Galilæis pejores facti sunt.* Nam cum venisset Iesus in Galilæam *Ioann.* 4. exceperunt eum Galilæi. *Vbi docemur, quòd* Iudæi M digniores erant, quàm Galilæi, Ioann. 7. *Scrutare Scripturas: & vide, quia à Galilæa propheta non surgit.* Galilæi verò digniores erant, quàm Samaritani, Ioann. 4. *Non coutuntur Iudæi Samaritanis.* Sed è conuerso Samaritani meliores erant, quàm Galilæi, quia plures ex eis crediderunt in Christum in duobus diebus & sine miraculo, quàm de Galilæis in multis diebus, & etiam cum miraculo vini: non enim crediderunt in eum, nisi ejus discipuli. Iudæi verò pejores erant ipsis Galilæis: quia nullus ex eis crediderat, nisi fortè Nicodemus. *Profectò*, quia Iudæi N susceperunt fidei Euangelicæ figuram in veteri lege, quam malè interpretantes corrumpunt: ideò eorum infidelitas est grauius peccatum, quàm infidelitas Gentilium, qui nullo modo fidem Euangelij susceperunt. *Præfata autem cuncta in vnam, sed omnium grauissimam culpam collimant, Christum videlicet Deum verum & hominem, verumque Messiam, nedum non excepisse, Ioann.* 1. Et sui eum non receperunt: *sed & impiè, nil de veritate doctrinæ ejus, prophetis consonæ, nil de miraculis curantes, occidisse. Hoc enim scelus illud, quod non delendum præcinuit Psaltes Psalm.* 108. Et peccatum matris ejus, *scilicet Synagogæ*, non deleatur. *Cui respondet Ieremias cap.* 18. Ne propitieris Domine iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur. *Ne propitieris*, mundando O à culpa: *non deleatur*, liberando à pœna. *Et hoc est, quod ajebat initio Author*: Iudæi P etsi primò fuerunt terra fertilis, exculta per legem & prophetas: tamen propter peccatum, maximè crucifigendo Christum, facti sunt sicut mare & instabiles, & amari. *Et adijcit*: Hoc satis competenter figuratum fuit *Genes.* 13. vbi dicitur, quòd Pentapolis *erat sicut Paradisus Domini*; sed postea propter peccatum suum facta est abominabilis, & *Mare mortuum* appellata. Sic Iudaicus populus primò fuit populus peculiaris Dei, & quasi Pentapolis, propterea habuit Pentateucum: sed post peccatum factus est abominabilis, instabilis, & fœtidus, sicut Mare mortuum. *De qua Iudæorum grauissima tum culpa tum pœna* Num. *seqq.* DISCE, salutem *nostram ex inimicis nostris deriuatam.*

L Ioan. 10. l. 6. lit. f. initio.

Pejores Galilæis.

M Ioan. 4 l. 6. lit. c.

Solus ferè Nicodemus ex Iudæis in Christum credidit.

N 2. 2. 10. 6. c.

An pejor Iudæorum infidelitas, quàm Gentilium.

Totum Iudæorum malum ex peccato crucifixionis Christi.

O Ier. 18. ibi.

P Apoc. 3. com. 2. ibi. de mari.

XV. *Non habemus Regem, nisi Cæsarem*, Ioann. 19. Seipsos Iudæi seruituti perpetuæ submiserunt, renuentes Christi dominium: & ideò vsque in hodiernum diem, alieni à Christo, effecti sunt serui Cæsaris, & potestatis terrenæ. *Ioan.* 19. *l.* 3. *lit. f.*

i VIx ad communem salutem natus in Mundum *Christus, quamuis supra legem esset, legi se circumcisionis subjecit*: vt *vel ipsa ab infantia* fratrem Q Iudæorum se ostenderet, ne haberent occasionem ipsum repellendi. *In educatione pariter, & prouectiori ætate se talem exhibuit, vt nedum sese ab eo alienandi nullum eis motiuum præbuerit; sed immò dabat* R eis occasionem amoris, sanans & docens eos, *Act.* 10. Qui pertransijt benefaciendo & sanando omnes. *Eò tamen liuor inuidiæ in illum processit, vt ad odium vsque perueniret, Ioann.* 15. Vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis. *Id quod & de Ioseph, Saluatoris typo, legimus Genes.* 37. Inuidebant

Q 4. d. 3. 2. 1. q. 3. c.

Nullum Iudæis motiuum præbuit Christus se repellendi, quin potius amandi & colendi.

R Ioan 15 l. 3. lit. f.

Eorum inuidia ad odium vsque processit.

Digitized by Google

Nedum loqui ei pacificè nō possunt, sed nec ipsum nominare patiuntur, aut videre.

S Ioann.7. l.2. lit b.

bant ei igitur fratres sui; *quin & oderant eum*, nec poterant ei quidquam pacificè loqui: *adeò vt nec illius nomen proferre vellent*; *vnde &* Ioann.7. *dicebant*: Vbi est ille? *Per quod* patet S quòd ex multo odio & inimicitia neque eum nominare volebant. *Immò nec videre patiebantur, quamuis jam per eos dejectum satis & afflictum*: Cum ergo vidissent eum Pontifices & ministri, clamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum, *Ioann.*19. Ingeminant T propter desiderij vehementiam: nec sunt contenti quacunque morte, sed turpissimam expetunt, scilicet Crucis, Sap.2. *Morte turpissima condemnemus eum*. Et dicit, *cum vidissent*: quia ex aspectu ejus, qui habetur odio, magis commouetur, & inflammatur cor odientis contra eum, *Sap.2. cit.* Grauis est nobis etiam ad videndum. *Enimuerò* naturale est V vt ira quiescat, si videat eum, contra quem irascitur, humiliatum & punitum, vt dicit Philosophus *in 2. Rhet.* Quod quidem verum est in ira, quæ quærit nocumentum proximi cum mensura: sed non in odio, quod totaliter quærit exitium ejus, qui habetur odio, Eccli.12. *Inimicus, si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine*. Iudæi autem ex odio mouebantur in Christum. *Sed nec post mortem Iudaicum odium desæuijt: volebant enim, quòd in Crucis epigraphe scriberetur*: Quia ipse dixit: *Rex sum Iudæorum*: vt scilicet X crucifixo auferrent famam qui jam viuo abstulerant vitam.

T Ioa. 19. l.2. lit. b. & l. 3. lit c.

V Ibid. l. 1. lit. a.

Nec post mortem Iudæorum odium contra Christum desæuijt.

X Ibid. l. 4. lit. c

Iudaicæ culpæ de Christi morte grauitas summa.

l *Cujus quidem impijssimi sceleris grauitatem considerat Author ad ea verba Matth.*16. Cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati à senioribus & Scribis & Principibus Sacerdotum, & occidi. *A senioribus*: hoc est Y quia eis procurantibus passus est. Ille facit rem, cujus authoritate fit: vnde magis eum interfecerunt, quàm milites. Et per hoc malitia populi significatur: quia qui videbantur meliores, inueniuntur deteriores. Aliquis enim retrahitur à peccato propter ætatem, aliquis propter scientiam, aliquis propter dignitatem. Non tamen ætas eos retraxit, quia *à senioribus*: non scientia, quia *à Scribis*: non dignitas, quia *à Principibus Sacerdotum*, Ier.5. Ibo ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt viam Domini, judicium Dei sui. Et ecce magis hi simul confregerunt jugum, ruperunt vincula. *Describitur autem clarè satis hæc eadem Iudæorum culpa in parabola Matth.*21. Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam &c. Et misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus ejus, *cum ijs quæ sequuntur*. Paterfamilias Z est Dominus: vinea dicitur populus Iudaicus, Is.5. *Vinea Domini exercituum, domus Israel est*. Huic vineæ *sepem circundedit*, scilicet custodiam Angelorum. *Fodit in ea torcular*, idest altare holocaustorum. *Et ædificauit turrim*: per quam Templum intelligitur, Prou.18. *Turris fortissima nomen Domini*. Sequitur. *Misit seruos suos*, idest prophetas, *ad agricolas*, idest ad Iudæos, *vt acciperent fructus ejus*, *Matth.*23. Ecce ego mitto ad vos Prophetas &c. *Et agricolæ apprehensis seruis ejus, alium ceciderunt*, vt Micheam: *alium occiderunt*, vt Isaiam: (quem A Manasses fecit secari serrà ligneâ, *ad augendum cruciatum & producendum:*) *alium lapidauerunt*, vt Naboth; *Matth.*23. Ex illis occidetis & crucifigetis; *& Hebr.*11. Lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladij mortui sunt. *Iterum misit alios seruos plures prioribus*: singulariter enim misit prophetas, vt Moysen, & Aaron, & alios: sed post, tempore Dauid, misit multos cuneos prophetarum. *Et fecerunt illis similiter*, *Deut.*31. Semper contentiosè egistis contra Dominum. *Nouissimè autem misit ad eos Filium suum &c ad Hebr.*1. Multifariam multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis: nouissimè locutus est nobis in Filio. *Agricolæ autem videntes*

Y Matth. 16. lit. c. ibi.

Describitur Matth. 21. in parabola.

Z Matth. 21. lit. b. ibi.

A Hebr. 11. l. 3. ibi, secti sunt.

Isaias serra lignea sectus.

Filium, dixerunt intra se: Hic est heres: Venite, occidamus eum, *Sap.2.* Morte turpissima condemnemus eum. *Et apprehensum eum ejecerunt extra vineam, & occiderunt*: quia extra portam ciuitatis crucifixerunt eum; & sic quasi alienum à vinea eum occiderunt. *Et quidem hoc in facto fuere Iudæi viua diaboli membra, & instrumenta, contra Christum. Ad hunc etenim sensum, post trinam Christi tentationem*, Lucas cap.4. *subjecit*: Consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus: *nimirùm*, quia post B vsus est Iudæis tanquam membris suis ad eum impugnandum. *Et ardens quidem eorum studium innotescit satis* Ioan.11. *quando videlicet hunc ad finem* collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium. *In quo* ostenditur C Pontificum nequitia ex tribus. Primò ex personarum conditione, quia non plebeij, sed *Pontifices & Pharisæi*. Pontifices, qui erant principes sacrorum: Pharisæi, qui speciem religionis habebant, 1. Esdr.9. *Manus Principum & magistratuum fuit in transgressione hac prima*. Secundò ex malitiæ deliberatione, vnde dicit: *Collegerunt concilium*; quod est factum ad consiliandum, Genes.49. *Simeon & Leui fratres: vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea*: (Nam de Simeone fuerunt adinuentores sectæ Pharisæorum: Pontifices autem, manifestum est, de tribu Leui fuisse.) Tertiò ex praua intentione: quia aduersùs Iesum, idest Saluatorem, *Psal.*40. Aduersùm me cogitabant mala mihi; *& expressiùs Psalm.*2. Principes conuenerunt in vnum aduersùs Dominum, & aduersùs Christum ejus. *Et concludit Euangelista*: Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. *Non quod priùs id non cogitauerint: nam* ante D habuerunt quidem instinctum ad eum occidendum; sed *ab illo die*, concitati ad iram ex verbis Caiphæ, tractauerunt firmo proposito eum occidere. *Quod & ad votum successit: nam media Iudæ proditione comprehensum*, duxerunt ad Caipham, vbi Scribæ & Seniores conuenerant (*vt dicitur* Matth.26.) *nullo ad Paschale festum respectu habito*: *quo die* cum intenti E esse deberent solemnitati, erant intenti malitiæ. *Quin & mane facto iterùm* consilium inierunt, vt eum morti traderent, *Matth.*27. Cum tota F nocte soliciti essent in illusione, mane tamen conuenerunt. *Denique, impij voti sui compotes facti*, morte turpissima *Christum damnant, dupliciterque crucifigunt, lingua videlicet, & manu. Nam* Christus G crucifixus fuit hora tertia linguâ Iudæorum (*clamantium*: Crucifige, crucifige eum; *quod ait Marcus*:) sed hora sexta, manibus militum; *operâ tamen Iudæorum*: *quod ait cum Ioanne Matthæus. Ex quo vehementissima rabies eorum & sitis, sanguine Christi exsaturata est: at in majorem proculdubio, sed justissimam pœnam*, *Luc.*2. Positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel: *vt & ipsi experierunt Matth.*27. Sanguis ejus super nos & super filios nostros. *Vnde in Psal.*16. Saturati sunt filijs: & dimiserunt reliquias suas paruulis suis: *videlicet*, qui eos H ad peccatum, quantùm in eis fuit, obligauerunt. *Refert hinc S.* Vincentius, *ex genere eorum, qui clamauerunt*, Sanguis ejus super nos &c. *Iudæos masculos nascentes, dexteram sanguine perfusam trahere, capiti innixam*, *Sap.*4. Ex iniquis somnis filij, qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersùs parentes &c.

Iudæi, diaboli membra & instrumenta contra Christum.

B Matth. 4. lit. a. fi.

Ardens eorum studium de morte Christi.

C Ioan. 11. l. 7. lit. b.

D Ibid. fi. lett.

E Matth. 26. lit. g. & c. 27. lit. a.

F Matth. 27. lit. a. ibi.

Quam dupliciter crucifigunt.

G Matth. 27. lit. b ibi, à sexta. Ioa. 19. l. 3. lit. d. & 3. p. 46. 9. ad 2. Hebr. 13. l. 2. In 4. d. 12. exp. tex.

Sanguis Christi in majorem Iudæorum pœnam.

H Ps 16. lit. e. ibi.

Quales Iudæi, ex genere condemnantium Christum nascentes.

S. Vinc. Ferr. Serm. in die Parasc.

m *Sed & multiplicem pro tanto scelere pœnam experiuntur in dies, atque in ea diuinam Christi potentiam norunt (vel nosse deberent) quem vt sceleratum crucifixerunt. Hinc ad illud Psalm.*41. Dicitur mihi quotidie: *Vbi est Deus tuus?* Si I Iudæo conuerso (*inquit Author*) dicatur à Iudæo infideli: *Vbi est Deus tuus?* Respondeat Iudæus conuersus ad fidem: Vbi sit Deus meus, apparet in pœna vestra: *quia dispersi estis. Etenim* propter suam L impœnitentiam sunt in omnes Gentes dispersi. *Vnde dicitur*

I Ps. 41. lit. b. fi.

Iusta eorum dispersio.

L Rom. 11. l. 6. ibi, delictis.

Digitized by Google

*citur Luc.*21. Captiui ducentur in omnes Gentes. *Et Ier.* 9. Dispergam eos in Gentibus. *Ezech.* 36. Dispersi eos in Gentes. *Et clariùs Ose.*9. Abjiciet eos Deus meus, quia non audierunt eum: & erunt vagi in Nationibus. *Et justè quidem, Christo Regi regum subijci detrectantes, Gentilium modò serui facti sunt, juxta comminationem Ier.*17. Seruire te faciam inimicis tuis, *ita vt verum habeat illud Thren.*5. Serui dominati sunt nostri. *Quo sensu dicitur ex Genes.* 25. *ad Rom.* 9. Major seruiet minori: *quod quidem* potest intelligi M figuraliter dictum, vt per majorem intelligatur populus Iudæorum, qui primò adoptionem filiationis accepit, Exod.4. *Filius meus primogenitus Israel*. Per minorem autem figuratur populus Gentilium, qui posteriùs est ad fidem vocatus: qui etiam figuratur per filium prodigum, *Luc.*15. *Vbi legitur, quòd* filius N major, scilicet populus Iudæorum, turbatur: quia filius minor, idest populus Gentilium, recipitur à Patre, Is.45. *Væ qui dicit Patri: quid generas?* Major *vno verbo* seruiet minori: *in quo* intelligitur O principatus Christianorum super Iudæos, & spiritualium super carnales: *quales profectò Iudæi extiterunt & sunt. Gentiles autem Ecclesia est fidelium, quia de Gentibus congregata*: quæ *quidem* nullo P modo permittit, quòd infideles acquirant dominium super fideles, vel qualitercunque eis præficiantur in aliquo officio: cum Iudæi (*paulò inferiùs*) serui sint Ecclesiæ. *Sed & secularibus potestatibus omnibus subjecti sunt: nam* Iudæi Q merito culpæ suæ sunt perpetuæ seruituti addicti: (sunt *tamen* serui R Principum seruitute ciuili, quę non excludit ordinem juris naturalis vel diuini:) *Bar.*2. Dedit eos sub manu Regum omnium &c. *Et ita impletur quod ab initio dixerat Author*: Seipsos S Iudęi seruituti perpetuę submiserunt, renuentes Christi dominium: & vsque in hodiernum diem, alieni à Christo, effecti sunt serui Cęsaris, & potestatis terrenę: *id quod sibimetipsis voluntariè statuerunt, dicentes Ioann.*19. Non habemus Regem, nisi Cęsarem. *Ex quo, qualis foret Christus procurantes. facti sunt* opprobrium hominum & abjectio plebis, *Psalm.*21. *Et verum habet de populo Iudæorum quod legitur Thren.*2. Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilauerunt & mouerunt caput suum: aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: *quod ipsi Christo faciebant; vt videlicet* per quę peccauerunt, per hęc torquerentur: *quod experientiâ comprobatur. Hinc ad illud Cant.*6. Reuertere, reuertere Sunamitis (*ita legit Author*) Vox *inquit* est T Ecclesię ad Synagogam. *Sunamitis* interpretatur *captiua*, vel *despecta*: captiua videlicet vinculo diaboli: despecta à Deo, *& ab hominibus, vbique gentium, vbique locorum, Thren.*1. Omnes, qui glorificabant eam, spreuerunt illam. *Et* 3. *Reg.* 9. Auferam Israel de superficie terrę, quam dedi eis: eritque Israel in prouerbium, & in fabulam cunctis populis.

Et seruitus.
M Rom.9.l.a. ibi, & cap.11. l.c.
N 1. Thess.2. l.2. ibi, adnotamus.
O Gen.25. ibi.
Serui Ecclesiæ.
P a.a.20, 10.c.
Q Opusc.21 sub initio.
Perpetuæ seruituti addicti & respectu Principum secularium.
R 2.1.10.12. ad 1. & 3. p 68. 10. ad 1. Quol. 1. a. 7. ad 3.
S Ioan.19.l.3. lit. f.
Ab omnibus despecti.
T Cant.6.com 1. & in fi. cap.

n *Profectò* inter cęteras V afflictiones, quibus olim post legis acceptionem fuerunt afflicti, quatuor sunt pręcipuę, & magis notabiles. *Prima* quidem ab Assyrijs: qui eos quoad decem tribus in Assyriam transtulerunt, vbi fuerunt captiuati, & nunquam quoad omnes liberati, 4. *Reg.* 17. sub Osee Rege Israel. *Secunda* per Babylonios: qui ipsos in Babyloniam cum Rege suo Sedecia exoculato transduxerunt quoad duas tribus, vt 4. *Reg.* 25. habetur: vbi fuerunt captiuati. Sed tandem post septuaginta annos liberati, ministerialiter per Cyrum, sed virtute & potentia per Deum ipsum, vt *Dan.* 1. & 1. *Esdr.* 1. & *Is.* 45. habetur. *Tertia* afflictio fuit per Gręcos, qui contra Iudęos postea liberatos insurrexerunt, & ipsorum leges & ritus pro posse suo expugnarunt, vt *in* 1. & 2. *Machab.* In qua fuerunt multipliciter anxiati: sed tamen zelo fidei animati, & ideò confortati. *Quarta* fuit per Romanos, qui Ierusalem inuaserunt, & Iudæos expulerunt. De qua non habetur historicè in Scriptura sacra, sed tantùm propheticè: quia hæc fuit post mortem Christi, quando omnes Scripturæ consummatæ erant. Et ibi fuerunt ad extremam vilitatem redacti, & in tantum, quòd ob demeritum suæ obdurationis nunquam fuerunt postea exaltati. Quæ afflictiones videntur expressæ fuisse *Ioel.* 1. cum dicitur: *Residuum erucæ comedit locusta: & residuum locustæ comedit bruchus: & residuum bruchi comedit rubigo*. Ob demeritum *inquam* suæ obdurationis nunquam fuerunt postea exaltati: *sed neque ampliùs exaltabuntur vsque ad finem Mundi, in condignam sui sceleris pœnam, miserrimæ seruituti, perpetuisque opprobrijs addicti. Quod innuit Apostolus* 1. *Thess.* 2. Peruenit enim ira Dei super illos vsque in finem. *Siquidem* Deus X dedit Iudæis post passionem Christi spatium pœnitentiæ per quadraginta annos: nec conuersi sunt, sed addebant peccata peccatis. Et ideò Deus non plùs permisit, 4. Reg.2. *Magna enim ira Domini succensa est contra nos: quia non audierunt Patres nostri verba Libri hujus &c.* Et non credas, quòd hæc ira sit per centum annos, sed *vsque in finem* Mundi. *Post quadraginta igitur annos à Christi morte Ierusalem subuersio secuta est sub Tito & Vespasiano: quod tangitur* Matth.24. *ijs verbis*: Prædicabitur hoc Euangelium Regni in vniuerso Orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio. *Vbi docemur, quòd* hoc Y fuit *ex Chrysostomo* impletum ante excidium vrbis Ierusalem. Et hoc probat per Apostolum ad Rom.10. ex Psal.18. *In omnem terram exiuit sonus eorum*: jam enim videbatur diffusa doctrina Euangelica per totum Orbem. Et ideò in hoc est admiranda virtus Christi, quòd intra spatium quadraginta annorum ita creuit doctrina ejus, quòd totum Mundum impleuit: (*quamuis* Augustinus *exponat vsque ad finem Mundi*. Sed diffusio per Euangelium potest dupliciter intelligi: vel quoad famam tantùm; & sic completa fuit ante excidium Vrbis: vel cum effectu; & tunc verum est quod dicit *Augustinus*, quòd nondum venit in omnes gentes) *Et tunc veniet consummatio*: idest, destructio Ierusalem. Et de hoc potest intelligi quod dicitur Ezech 7. *Nunc finis super te, & immittam furorem meum in te*. Fecit enim signa; diuulgauit Euangelium: nec credere voluerunt. *Et ita, quia ex timore Romanorum Christum mortis damnarunt, Io.*11. Si dimittimus eum sic, venient Romani &c. *ideò* Romani (*Prou.* 10. Quod timet impius, veniet super eum:) post Z passionem Domini, & glorificationem, tulerunt eis & locum & gentem expugnando & transferendo. *Et hoc est* vulnus sæuum & pessimum, quod factum est in homines, *de quo Apoc.*16. quia A dispersi sunt per Romanos, & venditi pro vno denario triginta sub Ælio Adriano (*quippe qui ab opposito triginta denarijs impijssimè Christum emerant.*) *Vulnus pessimum*, quod nunquam sanabitur: quia sunt à Domino abjecti & reprobati. *Et sanè*, non est B à veritate remotum, quòd imminente tribulatione Iudæis, & præcipuè cum ciuitas caperetur, memores Christi & miraculorum ejus, desiderarent ejus præsentiam, qua liberarentur: (*ad propriam tamen vtilitatem duntaxat, non vt ad eum, quia contumaces, conuerterentur*:) & secundum hoc prædicebat eis Christus Ioan.7. *Quæretis me*, idest meam præsentiam corporalem; *& non inuenietis: nempe quia serò nimis* quæretis me.

V Prol.in Machab.
Quatuor præcipuæ Iudæorum afflictiones, à quarum vltima nunquam liberati, nec liberandi.
X 1. Thess. 2. l.2. ibi.
Per quadraginta annos concessum est spatium pœnitentiæ Iudæis: post quos, in obstinatione perseuerantes destructi sunt à Romanis sub Tito & Vespasiano.
Y Matth. 24. lit.a. ibi
Doctrina Christi ex Chrysostomo intra spatium quadraginta annorum toto Orbe diffusa.
Conciliantur de hoc sententiæ Augustini & Chrysostomi.
Z Ioa. 11. l.7. lit.d fi.
In seruitute positi triginta pro vno denario vendebantur Iudæi.
A Apoc. 16. com.1. ibi.
B Ioan 7. l.4. lit c.
Tempore obsidionis Ierusalem, Christum desiderabant.

o *Porrò quæ tempore Machabæorum prodigiosè euenisse traduntur* (2. *Machab.* 5. Contigit per vniuersam Ierosolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastis quasi cohortes armatos, & cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorum motus,

Quæ per aera visa sunt horrenda signa tempore Machabæorum, Ierusalem destructionē signabant: nam & his similia visa fuere ante illud excidium.

&galea-

& galeatorum multitudinem gladijs districtis, & telorum jactus, & aureorum armorum splendorem, omnisque generis loricarum:) *hanc præsignabant euersionem Ierusalem, & Iudæorum exidium.*

C 1. Mach. 5. iij, coniugit.

Notandum (*inquit ibi Author*) quòd C ista signa, præludia erant sanguinis Iudæorum per hostes effundendi: & talia, & multò majora contigerunt Ierosolymis per totum annum præcedentem destructionem ejus sub Tito & Vespasiano, vt recitat *Iosephus lib. 7. de bello Iud. cap. 17.* Dicit enim, quòd stella præfulgens, gladio per omnia similis, supra ciuitatem rutilans manebat, & cometes exitialibus flammis ante per totum annum visus est ardere: sed & ante exitum temporis & belli, in festo azymorum, octaua die mensis Aprilis, hora nona noctis, tantum fulgur aram Templumque circundedit, vt putarent omnes, diem clarissimum factum: & permansit mediæ horæ spatio. Eodem etiam festo bos, cum ad victimam duceretur, agnum in medio Fano peperit inter manus ministrorum. Sed & janua interiorum ædium Templi, quæ respiciebat ad Orientem: cum esset ærea, vel ære multi ponderis vestita, vel supertecta, ita vt vix à decem viris eam impellentibus clauderetur, ferreis quoque vectibus serisque munita: repentè, hora noctis sexta, apparuit sponte patefacta. Et postea vigesimaprima die Maij, prope Solis occasum, visi sunt currus & quadrigæ in omnem regionem per aera ferri, & armatorum cohortes inferri nubibus, & vrbes circundari agminibus improuisis. In sequenti autem festo Pentecostes, noctu Sacerdotes Templum ad ministerium implendum ex more ingressi, primùm quidem, motus quosdam strepitusque senserunt, & demum voces quasdam sonantes: *Migremus hinc.* Hoc etiam quidam plebejus & rusticus, *Iesus* nomine, quatuor annos ante bellum in festo Tabernaculorum repentè clamare cœpit: *Vox ab Oriente, Vox ab Occidente, Vox à quatuor ventis, Vox super Ierosolymam & super Templum, Vox super sponsos & sponsas, Vox super populum.* Et diu noctuque circumiens, ista clamabat: & verberibus ac flagris vsque ad ossa laniatus jussu Præfecti Vrbis *Albini* neque lacrymas fudit nec preces: sed eandem vocem miserabiliter, & cum quodam vlulatu emittens, ad singulos ferè ictus proferebat; addens & hoc: *Væ væ Ierosolymis.* Et sic clamabat vsque ad belli tempus quotidie, & maximè in festis diebus: *Væ væ Ierosolymis.* Idque per septem annos faciens neque voce raucior fuit, nec laborauit, donec obsidionis tempore circumiens, supra murum iterum: *Væ væ ciuitati, & Fano, ac populo,* voce maxima clamabat. Cum autem ad extremum addidisset: *Væ etiam & mihi*; lapis tormento aliquo dimissus ipsum inter voces istas peremit.

Exponitur de excidio Ierusalem illud: *Cum videritis abominationem &c.*

D Matth. 24. lit. b. ibi.

p *Aliud quoque propheticum signum adducit Dominus Matth. 24.* Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta (*cap. 9.*) stantem in loco sancto: qui legit, intelligat. *Quod exponitur*: Abominatio D dicitur exercitus Romanorum: & dicitur *abominatio desolationis*, quia fuerunt desolatores. (*Vnde clariùs Luc. 21. dicitur*: Cum videritis circundari ab exercitu Ierusalem.) Vel per *abominationem* intelliguntur idola. Et de duplici idolo potest dici. Legitur enim quòd *Pilatus* introduxit *Aquilam* in Templum, quod erat signum Romanorum: quod Iudæi *abominationem* dicebant. Vnde *cum videritis*, ait, idolum positum *in loco sancto*: tunc potestis cognoscere impletionem prophetiæ *Danielis* de destructione Ierusalem. Vel potest dici, quòd Ierusalem destructa fuit dupliciter. Primò à *Tito & Vespasiano*: & tunc combustum fuit Templum: (*3. Reg. 9.* Templum, quod sanctificaui nomini meo, projiciam à conspectu meo; *& Thren. 2.* Repulit

Romanorum Aquilam Pilatus induxit in Templum Iudæorum.

Duplex Ierusalem destructio.

Dominus altare suum &c.) & tunc adhuc dimissi fuerunt aliqui. Postmodum adhuc aliqui rebellauerunt. Et tunc *Adrianus*, qui successit *Trajano*, destruxit penitus, & tulit legem, quòd nullus Iudæus ibi de cætero habitaret. Item posuit in sacro loco idolum: vnde & illud idolum, quod posuit *Adrianus*, potest dici *abominatio*. De hac dejectione satis habetur in Threnis Ierem. c. 2. *Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Tunc*, scilicet tempore Vespasiani. Quidam enim, dictus *Agrippa*, dominabatur tunc temporis in montibus: & iste obediebat Romanis, nec rebellabat eis; vnde, cum aliæ gentes guerram haberent, iste & gens sua in pace erat. Ideò ex Dei prouidentia admoniti fuerunt fideles, qui erant in Iudæa, quòd recederent, & irent ad regnum istius Agrippæ: & sic fecerunt. (*Cætera vide ibi.*) *Et concludit*: Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio Mundi vsque modò, neque fiet. *Ex quibus verbis clarescit satis, maximam tunc fuisse tribulationem Iudæorum.* Et hoc E satis perpendere potest qui legit historiam Iosephi. Multi enim fame mortui sunt. Item erant seditiones in ciuitate, ita quòd ipsi se inuicem interficiebant: vnde cum Titus, qui erat mitissimus, vellet eis parcere, ipsi nolebant. Item erant latrones inter eos, qui interficiebant multos. Et quædam mulier comedit filium suum. (*Thren. 2. v. 20. & c. 4. v. 10.*) Vnde fuit talis tribulatio, qualis nunquam visa est, Luc. 21. *Erit pressura magna super terram, & ira populo huic: & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes: & Ierusalem calcabitur à Gentibus &c.* Sed nunquid erit major in tempore Antichristi? Sic: sed non erit inter Iudæos. *Vide, propter scelus damnationis Christi, qualis & quanta inflicta Iudæis pœna sit.*

Templi combustio.

Exponitur illud: *Qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes.*

E Ibid. ibi.

Titus mitissimus erat.

Clades Ierosolymæ.

q *Ad Templi præterea destructionem consequitur amissio Sacerdotij. Quod quidem præfiguratum est Matth. 26. quando* surgens Princeps Sacerdotum, *Christum interrogando & audiendo*, scidit vestimenta sua. *Vbi Author*: Quòd F hæc duo *inquit* fecit, aliquid significatur. Quòd enim surrexit de solio, ostendebatur, quòd amitteret Sacerdotium: & quod scidit vestimenta sua, significabatur, quòd transferri debebat, Hebr. 7. *Translato Sacerdotio, necesse est, vt & legis translatio fiat.* Vestis Christi non fuit scissa, Ioann. 19. *Non scindamus eam, sed sortiamur de illa, cujus sit.* Vnde significabat abolitionem. Et hoc signatur 1. Reg. 15. *Scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* Sic scissum est Iudæis, & datum est membris Christi. *Id quod præcinuit Isaias cap. 22.* Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te. *Et Thren. 2.* Demolitus est Tabernaculum suum: obliuioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem & Sabbatum, & in opprobrium, & in indignationem furoris sui Regem & Sacerdotem. *At manifestiùs Ose. cap. 3.* Dies multos sedebunt filij Israel sine Rege, & sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphim. *Et ne sibi adblandiatur*, post dies multos *tribulationem hanc terminandam fore, & sacerdotio iterum se functuros, concludit Propheta*: Et post hæc reuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid Regem suum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum ejus in nouissimo dierum: *tunc scilicet, cum finalis judicij dies instabit: ijs enim solummodo extremis diebus reliquiæ* Israel saluæ fient: *de quo inferiùs. Ad hæc sublata est in pœnam Iudæis diuinorum intelligentia eloquiorum, juxta illud* Matth. 21. *à Christo prænunciatum*: Auferetur à vobis Regnum Dei: *hoc est*, amittetis G intellectum sacræ Scripturæ, Ioann. 12. *Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum: vt non videant oculis, & non intelligant corde.* Et Apostolus 2. Cor. 3. *Vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum*: idest

Amissio Sacerdotij Iudæorum.

F Matth. 26. lit. g. ibi.

Sublata eis & intelligentia Scripturarum.

G Matth. 21. circa f. & cap. 13. lit. a ibi, Regnum Cœlorum.

H cum

Digitized by Google

H 2 Cor. 3 l. 3. ibi.

H cum exponitur eis vetus Testamentum, *velamen*, idest cæcitas, *positum est super cor eorum*, *Rom.* 11. Cæcitas ex parte contigit in Israel: vt *in pœnam nimirùm* & videntes non videant, & audientes non intelligant: *quod dicitur Luc.*8. *Hinc illud Ioannis ad Pharisæos Ioann.*1. Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. *Stetit:* idest I in sacra Scriptura, quam vos semper reuoluitis: (*Rom.*1. Quod promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo:) *Quem* tamen *vos nescitis*: quia oculi vestri excæcati sunt, vt non agnoscatis præsentem, quem creditis futurum.

I Ioan. 1. l. 13. lit. b. fi.

Quas deprauant.

¶ *Ex quo autem mente excæcati, quia non intelligunt quod legunt, deprauare consueuerunt ad proprium sensum diuinam Scripturam. Quod ait Dominus ad Pharisæos Matth.* 23. Væ vobis, Pharisæi hypocritæ: quia clauditis Regnum Cœlorum ante homines. *Quod exponens Author*: Sacra L Scriptura *inquit* dicitur Regnum. Adhoc Regnum Christus ostium est, Ioann.10. *Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur &c.* Quid est ergo claudere Regnum, nisi quòd isti claudebant per malam doctrinam? Non clauditur nisi quod apertum est. Doctrinæ de Christo apertæ erant: sed isti claudebant, quia obscuras eas faciebant. Habetur enim Is. 35. *Deus ipse veniet, & saluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt*. Quando Dominus faciebat miracula, aperta erat hæc Scriptura: sed ipsi claudebant, dicentes: *In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia*, Luc.11. *Et cum altæ verba sapientiæ depromeret, arguebant de blasphemia*, *Matth.*9. Hic blasphemat. *Quocirca sciendum, quòd* quando M homo audit quę non placent, non potest de facili intelligere: ergo isti malè intelligebant verba Domini, quia eis non placebant; ideò dicitur *Matth.*13. Et auribus grauiter audierunt. *Vnde &* Ioan.6. *dicebant*: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? *Deprauant proinde Scripturas*. Hieronymus *tamen in Is. cap.*6. (*vt refert sapientissimus & eruditissimus Magister* Cano *lib.*2. *c.*13.) non credit esse verosimile, vt Hebręi Scripturam suam deprauarint. Quid Hieronymi ętate fuerit, ego non disputo: quamuis *Iustinus* Triphonem euicerit, quòd à Iudęis multa Prophetarum loca detruncata fuisse t. Illudque inter cętera refert: *Dicite in Nationibus: quia Dominus regnauit à ligno*. E quo versu illa verba, *à ligno*, detracta fuisse contendit. Post ea certè tempora à Iudęis Scripturas contaminatas, Hieronymus, si viueret, non negaret. *Hucusque Cano. Et ad eam authoritatem, quam* Matth.2. *adducunt Herodi*: Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel, *Mich* 5. Nota *inquit Author* quòd N truncant caudam authoritatis, scilicet: *Et egressus ejus ab initio à diebus æternitatis*. Per quod insinuatur, quòd Christus non debebat esse Rex terrenus, sed cœlestis. *Detruncant enim vbi ad eorum sensum quidpiam non confert: sicuti & adjiciunt quod pro eis facit. Hinc ad illud Matth.* 5. Diliges proximum tuum: *quod sequitur*, & odio habebis inimicum tuum, *ab eis adjectum est*. *Cum immò* Leuit.19. *præcipiatur inimicorum dilectio ijs verbis*: Non quęras vltionem, nec memor eris injurię ciuium tuorum. *Et priùs*: Non oderis fratrem tuum in corde tuo. *Igitur* quod O dicitur, *odio habebis inimicum tuum*, non est ex lege sumptum, quia nusquam hoc in litera inuenitur: sed est additum ex praua interpretatione Iudęorum. *Atqui ejusmodi sacræ Scripturæ deprauatores condignas procul dubio pœnas dabunt*, *Apoc.*22. Si quis apposuerit ad hęc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto: & si quis diminuerit de verbis &c. auferet Deus partem ejus de libro vitę. *Si quis apposuerit*: idest P textui inseruerit, volens opus deprauare, & imperfectum demonstrare: *apponet Deus super illum plagas*, idest pœnas ęternas vel temporales, *scriptas in libro isto* (scilicet cap 15. & 16.) *Et si quis diminuerit de verbis &c.* Ille diminuit, qui aliquid ex his subtrahit, vel etiam negando contradicit: *auferet Deus partem ejus de libro vitæ*, *Psalm.*68. Deleantur de libro viuentium. *Quibus consonant verba Deut.*4. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. *Et Eccle.*3. Non possumus eis quidquam addere, nec auferre, quę fecit Deus, vt timeatur. *Verumtamen, velint nolint*, Iudęi Q sunt nostri Capsarij, custodientes libros, ex quibus nostrę fidei testimonium perhibetur. *Eapropter Christus ad eos* Ioan.5. *dicebat*: Scrutamini Scripturas: illę sunt, quę testimonium perhibent de me. *Hinc ad illud Rom.*11. Illorum delicto salus est Gentibus, *docemur, quòd* Ecclesia R vbique à libris Iudęorum testimonium habuit fidei Christianę, ad conuertendos Gentiles, qui suspicari potuissent, prophetias de Christo, quas prędicatores fidei inducebant, esse confictas, nisi probarentur testimonio Iudæorum. *Sed & ex ipsis Iudæorum doctoribus Rabbinis fidei nostræ testimonium habemus, teste* Pico Mirandulano, *asserente, se non modicis impensis libros à Iudæis comparasse, in quibus plura fidei nostræ mysteria expressa comperit, quæ* traditiones *vocant, vulgò* Cabala, *priùs Mosi à Deo reuelata, & ab Esdra scripto tradita, vti videtur tangi* 4. *Esdr.*14. Hos ego libros (*scribit* Picus *Quæst.*1. *&* 5. *suæ Apolog.* non mediocri impensa mihi cum comparassem; summa diligentia, indefessis laboribus cum perlegissem: vidi in illis (testis est mihi Deus) religionem non tam Mosaicam, quam Christianam. Ibi Trinitatis mysterium: ibi Verbi incarnatio, ibi Messię diuinitas: ibi de peccato originali, de illius per Christum expiatione: de cœlesti Ierusalem: de casu dęmonum: de ordinibus Angelorum: de purgatorijs & inferorum pœnis. Eadem legi, quę apud Paulum & Dionysium, apud Hieronymum & Augustinum quotidie legimus. *Quis hinc Iudæos deneget obstinatos?*

M Matth. 13. lit. a. ibi, incrassatum.

Magister Cano.

Vel detrahendo.

N Matth. 2. lit. a. ibi.

Vel adjiciendo.

O In 3. d. 30. 2.1. ad 1 Vnt. e 8 ad 5 Op. 4 de dil prox. §. 3. Matth 5 lit 1 ibi.

Quibus tamen condignum supererit supplicium.

P Apoc. 22. com. 1. & 2. ibi.

Q Rom 9. l. a. ibi, maior.

Iudæi Christianorum capsarij.

R Rom. 11. l. a. ibi. & 2. 2. 10. 11. c.

Ex Iudæorum libris Christianæ fidei testimonium validius.

Et ex libris Rabbinorum confirmatur.

Picus Mirandulanus.

¶ *Profectò ex jam jam dictis nulla foret Iudæis admittenda excusatio si non credunt. Nihilominus cum distinctione procedendum; & cum Authore dicendum est: quòd* minores S idest populares, qui mysteria Scripturę non nouerant, non plenè cognouerunt, ipsum esse nec Christum nec Filium Dei. Licèt enim aliqui eorum in eum crediderint: multitudo tamen non credidit. Et si aliquando dubitauerunt, an ipse esset Christus, propter signorum multitudinem, & efficaciam doctrinę, vt habetur *Ioann.*7. tamen postea decepti fuerunt à suis Principibus, vt eum non crederent neque Filium Dei neque Christum. *Quoad majores verò*: Videtur T quod Principes Iudęorum non cognouerint, ipsum esse Deum: videtur enim hoc astrui per hoc, quod dicit Petrus Act. 3 *Scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & Principes vestri*. Videtur autem esse contrarium quod dicitur Matth.21. *Agricolæ videntes filium, dixerunt intra se: Hic est heres; venite, occidamus eum*. Quod exponens *Chrysostomus* dicit: *Manifestè Dominus probat his verbis, Iudæorum Principes non per ignorantiam, sed per inuidiam Dei Filium crucifixisse*. Soluitur tamen *ex Glossa*, quòd sciebant Principes Iudæorum, eum esse, qui promissus erat in lege: non tamen mysterium ejus, quòd Filius Dei erat; neque sciebant Sacramentum incarnationis, & redemptionis. Sed contra hoc esse videtur, quòd *Chrysostomus* dicit, quòd cognouerunt eum esse Filium Dei. Dicendum est ergo, quòd Principes Iudæorum pro certo sciebant, eum esse Christum promissum in lege: quod populus ignorabat. Ipsum autem esse verum Filium Dei, non pro certo sciebant, sed aliqualiter conjecturabant: sed hæc conjecturalis cognitio obscurabatur

Minores Iudæi an Christum cognouerint.

S 3. p. 47. 5. fi. c & Caietanus ibi.

Quid de Principibus & Majoribus Iudæorum.

T 1 Cor 2. l. 1. ibi, cognouissent. Rom. 10. l 3. & Ioa. 15. l 5 lit. b & 3. p 1. c. & ad 2. In 2. d 40. ex. tex. In 3. d. 19. 1. 1. q 2. ad 5.

Digitized by Google

V 3 p. 47. 5. ad 3 ft.

X 3. p. 47. 6 a.

tur in eis ex inuidia, & ex cupiditate propriæ gloriæ, quam per excellentiam Christi minui videbant. *Et alibi*. Possumus tamen V dicere, quòd etiam verum Dei Filium cognouisse dicuntur, quia euidentia signa hujus rei habebant: quibus tamen assentire propter odium & inuidiam noluerunt, vt eum cognoscerent esse Filium Dei. *Ex quo id certi concluditur, quòd* Principes X Iudæorum cognouerunt Christum: &, si aliqua ignorantia fuit in eis, fuit ignorantia affectata, quæ eos non poterat excusare. Et ideò peccatum eorum fuit grauissimum tum ex genere peccati, tum ex malitia voluntatis. Minores autem Iudæi grauissimè peccauerunt quantùm ad genus peccati: in aliquo tamen diminuebatur eorum peccatum propter eorum ignorantiam. Vnde super illud Luc. 23. *Nesciunt quid faciunt*, dicit *Beda*: Pro illis rogat, qui nescierunt quid facerent: zelum Dei habentes, sed non secundùm scientiam. *Proinde differenti laborauerunt ignorantiâ Iudæorum principes & minores, non eâdem. Nec Apostolus Petrus* Act. 3. *voluit eandem vtrorunque ignorantiam innuere, cum ait:* Scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri; *exponitur enim:* quia Y scilicet per Principes seducti erant. *Quem ad locum Cajetanus*: Ly *per ignorantiam* non subauditur replicari ad principes: quia ly *sicut* non denotat ibi similitudinem in causa facti, scilicet ignorantia, sed in facto tantùm; ita quòd non est sensus: *Scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri* per ignorantiam fecerunt; tunc enim esset assimilatio in facto, & causâ facti. Sed est sensus: *Scio, quia per ignorantiam* imitati estis principum vestrorum factum; sic enim est similitudo imitatiua facti tantùm. *Vno igitur verbo, minores* per ignorantiam *peccauerunt: principes verò ignoranter*. Aliud *enim* est Z ignoranter agere: aliud per ignorantiam. Ignoranter facit aliquid qui nescit quod facit: tamen, si sciret, etiam faceret illud. Sicut credens, se interficere feram, occidit inimicum suum: quem tamen occidisset etiam libentiùs, si nouisset eum. Sed per ignorantiam facit qui facit aliquid, quod non faceret, si nosset. Sicut occidens Patrem, quem si sciret, non occideret eum: quem tamen occidit, quia eum credidit inimicum. Paulus autem fecit per ignorantiam: quia si sciuisset, quòd Christus esset Filius Dei, hoc non fecisset, 1. Tim. 1. *Ignorans feci in incredulitate*. Sed Iudæi (*primates intellige*) *per ignorantiam* non occiderunt Christum, sed *ignoranter*: quia si sciuissent, ipsum esse Christum, libentiùs occidissent. *Et hinc excusationem non habent, vt expressè conuicit eos Dominus Ioann.* 15. Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent (*scilicet* per A ignorantiam) de peccato suo. *Et iterum:* Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. *Quod nempe* intelligendum est B non solùm de visibilibus, sed etiam de interiori instinctu & attractu doctrinæ: quæ quidem si in eis non fecisset, *peccatum non haberent*. Sic ergo patet, quomodo excusari possent, si in eis non fecisset opera miraculosa; *vnde videlicet verum Deum agnoscere poterant, & confiteri. Ex præfatis omnibus deducitur, quàm justè in humano conuictu separet hœdos bosce Ecclesia ab ouibus Christi, ceu ex diametro Christo vero Deo & homini aduersos, ne illorum inficiantur familiari consortio fideles.* (*De quo vide V.* Fides infusa, *& plenè Summistas.*) *Et hunc quidem ad finem docemur*, bonum esse C vt Iudæi signum distinctiuum à Christianis deportare cogantur, secundùm statutum Concilij generalis; *quod est*: Iudæi vtriusque sexus in omni Christianorum Prouincia, & in omni tempore, aliquo habitu ab alijs populis debent distingui.

Y Ibid. a 5. ft. c. & Caietanus ibi. & Act. 3. 101, sicut.

Z 1. Tim. 1. l. 3. ft.

Aliud per ignorantiam: aliud ignoranter, sicut Iudæi, peccare.

A Io. 15. l. 5. lit. b.

B Ibid. lit. d.

Iustè in humano conuictu Iudæi à fidelibus segregantur: & distinctiuum ab eis signum deferre coguntur.

C Op. 21, ft.

t *Postremò, vsque ad nouissima Mundi tempora, in sua malitia obstinati, ceu inimici Christi*, quia adhuc D Messiam futurum præstolantur, cum venerit Antichristus, recipient eum, vt magnum prophetam in lege promissum *Deuter.* 18. Vnde & Dominus dicit Ioann. 5. *Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis*. Et hoc E ideò, quia doctrinam veritatis non receperunt, vt salui fierent. Vnde, quia Iudæi *ex glossa* noluerunt accipere Christum, pœna peccati hujus congrua erit, vt recipiant Antichristum: vt qui noluerunt credere veritati, credant mendacio, 2. Thess. 2. *Ideò mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio*: idest F falsæ doctrinæ Antichristi: *vt judicentur omnes, qui non crediderunt veritati*, judicio condemnationis. *Sed à quo? nempe à Moyse, Ioann.* 5. Nolite putare, quia ego accusaturus sim vos apud Patrem: est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis: *nimirùm*, quia G creditis per præcepta ejus saluari. *Accusat* autem eos *Moyses* dupliciter. Materialiter, quia ex hoc, quòd prætergressi sunt mandata ejus, sunt accusandi, Rom. 2. *Quicunque in lege peccauerunt, per legem judicabuntur*. Item accusat eos: quia Moyses, sicut & alij Sancti, potestatem habebunt in judicio, *Psalm.* 149. Exultabunt Sancti in gloria, & gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in Nationibus: vt faciant in eis judicium conscriptum. *Et Sap.* 3. Judicabunt justi Nationes. *Verumtamen, ad Christianæ fidei veritatem magis magisque tunc confirmandam*, post mortem H Antichristi multi Iudæi conuertentur ad fidem, *juxta illud Is.* 10. Reliquiæ conuertentur, reliquiæ inquam Iacob, ad Deum fortem. *Et Malach.* 4. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis: & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. *Vnde & textus Psal.* 20. In reliquijs tuis præparabis vultum eorum, *exponitur*: idest I reliquijs Iudæorum, qui conuertentur & cognoscent, *Rom.* 9. Si fuerit numerus filiorum Israel, tanquam arena maris: reliquiæ saluæ fient. *Concludat Apostolus 2. Thess.* 2. *cit.* Nos autem debemus gratias agere Deo, quòd elegerit nos Deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis: in qua & vocauit vos per Euangelium nostrum in acquisitionem gloriæ Domini nostri Iesu Christi. Per quem (*Rom.* 5.) habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. *Iudæi non ita. Plura de Iudæis vide apud Authorem* 1. 2. *à q.* 98. *& in Epist. ad Hebræos. DISCE, prauos Christianos* deteriora, *quàm Iudæos*, supplicia mereri, *Hebr.* 10. *Vide* Antichristus, Baptismus, Christi doctrina, passio, mors, Decalogus, Ecclesia, Fides infusa, Lex.

Vt magnum prophetam in lege promissum, Antichristum recipient, in pœnam sui peccati.

D Apoc. 16. com. 2. ibi, bestiam.

E Io. 5. l. 7. lit. e. ibi.

F 2. Thess. 2. l. 3. ibi.

In judicio vniuersali accusandi à Moyse, & judicandi.

G Io. 5. l. 7. lit. e. ibi.

H Apoc. 11. com. 2. ibi, voces magnæ.

Reliquiæ Iudæorum in fine Mundi cõuertentur, & saluabuntur.

I Ps. 20. lit. 2.

IVDEX, IVDICIVM.

XVI. In his, quæ sunt determinata secundùm legem diuinam vel humanam, non est judicis misericordiam facere. 2. 2. 67. 4. ad 1.

u IVdicium L propriè nominat actum judicis, in quantùm judex est. Iudex autem dicitur quasi *jus dicens*: jus autem dicitur objectum justitiæ. Et ideò judicium importat secundùm primam nominis impositionem, diffinitionem vel determinationem justi vel juris. Quòd autem aliquis bene diffiniat aliquid in operibus virtuosis, propriè procedit ex habitu virtutis: sicut castus rectè determinat ea, quæ pertinent ad castitatem. Et ideò judicium, quod importat rectam determinatio-

L 2. 2. 60. 1. c. Is. 1. ibi, in judicio.

Iudex vnde dicatur.

Iudicium quid importet.

Digitized by Google

Propriè ad justitiam spectat.

nationem ejus, quod est justum, propriè pertinet ad justitiam. Propter quod Philosophus *in 5. Ethic.* dicit, quòd homines ad judicem confugiunt, sicut ad quandam justitiam animatam. *Ex quo* judicium M est quidam actus justitiæ, sicut inclinantis ad rectè judicandum: prudentiæ autem sicut judicium proferentis. Vnde & *synesis* ad prudentiam pertinens, dicitur bene judicatiua: non quidem N circa speculabilia, sed circa particularia operabilia, circa quæ etiam est prudentia. Vnde se. undùm synesim dicuntur aliqui in græco *syneci*, idest sensati; vel *eusyneci*, idest homines boni sensus: sicut è contrario qui carent hac virtute, dicuntur *asyneci*, idest insensati. *Sanè* judicium O quantùm ad ipsam rem judicatam, se habet communiter ad commutatiuam & ad distributiuam justitiam: potest enim judicio diffiniri, qualiter aliquid commune sit distribuendum in multos, & qualiter alteri vnus restituat quod ab eo accepit. Quantùm verò ad ipsam formam judicij, prout scilicet judex etiam in ipsa commutatiua justitia ab vno accipit, & alteri dat, pertinet ad distributiuam justitiam. *Hinc est*, *quòd* judicium P in tantùm est licitum, in quantùm est justitiæ actus. Adhoc autem, quòd judicium sit actus justitiæ, tria requiruntur. *Primò* quidem, vt procedat ex inclinatione justitiæ. *Secundò*, quòd procedat ex authoritate præsidentis. *Tertiò*, quòd proferatur secundùm rectam rationem prudentiæ. Quodcunque autem horum defuerit, judicium erit vitiosum & illicitum. Vno quidem modo, quando est contra rectitudinem justitiæ: & sic dicitur *judicium peruersum*, vel *injustum*. Alio modo, quando homo judicat in his, in quibus non habet authoritatem: & sic dicitur *judicium vsurpatum*. Tertio modo, quando deest certitudo rationis, putà cum aliquis de his judicat, quæ sunt dubia vel occulta, propter aliquas leues conjecturas: & sic dicitur *judicium suspiciosum*, vel *temerarium*. *Et alibi (quod in idem redit:)* Ad judicium Q faciendum tria requiruntur. *Primò* quidem potestas subditos coercendi. *Secundò* requiritur rectitudinis zelus, vt scilicet aliquis, non ex odio vel liuore, sed amore justitiæ judicium proferat. *Tertiò* requiritur sapientia, secundùm quam formatur judicium.

M 2. 2. l. c. ad 1. & q. 63. 4. c. Iudex justitia animata.

Iudicium, justitiæ & prudentiæ diuersimode actus. Synesis bene judicatiua. N 2. 2. 51 3. c. & 1. 2. 57. 6. In 3. d. 33. 3 2. q. 4. O 2. 2. 63. 4. ad 1. Iudicium ad vtramque potest pertinere justitiam, distributiuam scilicet & commutatiuam. P 2. 2. 60. 2. c. Tria ad rectum judicium requisita.

Vitiosum judicium redditur ex triplici capite.

Q 3. p. 59. 1. c. Heb. 4. l. 2. ibi, sermo. Ps 31. lit. q. Rom. 2. l. 1. & 1. Cor. 4. l. 1.

x *Quod spectat ad authoritatem judicis: si legitimam non habeat, vsurpatum judicium est, consequenter illicitum, & inualidum.* *Nam*, qui R judicium fert, legis dictum quodammodo interpretatur, applicando ipsum ad particulare negocium. Cum autem ejusdem authoritatis sit, legem interpretari, & legem condere: sicut lex condi non potest nisi publica authoritate, ita nec judicium ferri potest, nisi publica authoritate: quæ quidem se extendit ad eos, qui communitati subduntur. Qui autem publica S authoritate funguntur, superiores reputantur respectu eorum, in quos sicut in subditos potestatem accipiunt, siue habeant ordinariam, siue per commissionem; *hoc est*, *delegatam*. *Et hoc est*, *quod dicitur Rom.* 14. Tu quis es, qui judicas alienum seruum? *Tu quis es?* idest T cujus authoritatis, *qui judicas alienum seruum*, idest proximum tuum, qui est seruus Dei? requiritur enim in judicante authoritas, *Exod.* 2. Quis te constituit principem & judicem super nos? *Et Luc.* 12. Quis me constituit judicem aut diuisorem super vos? *Hinc Rom.* 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. *Vbi* potestates V sublimiores dicuntur homines in potestatibus constituti, quibus secundùm justitiæ ordinem subjici debemus, 1. Pet. 2. *Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum*, sic X ordinantem: *Qui potestati resistit Dei ordinationi resistit*, Rom. 13 cit. *siue Regi quasi præcellenti*, idest qui major & præcellens alijs est dignitate & potestate, *siue ducibus*, idest potestatibus minoribus, *tanquam ab eo*, scilicet Deo, vel Rege *missis*; missis inquam *ad vindictam malefactorum*, idest pœnam, *laudem verò bonorum*, idest remunerationis gloriam: finis enim legis, & ministrorum ejus, est punitio malorum, & remuneratio bonorum. *Verùm publica hac authoritate vti judex debet rationabiliter: neque enim potest sua authoritate jusjurandum exigere, nisi debito seruato juris ordine.* *Vnde docemur*, *quòd mulier adultera*, si adulterium Y sit omnino occultum, non debet peccatum suum in judicio confiteri; nec debet ab ea exigi juramentum de veritate dicenda: quia occulta soli diuino judicio reseruantur, secundùm illud 1. Cor. 4. *Nolite ante tempus judicare*, *quoadusque veniat Dominus*, *qui manifestabit consilia cordium*. Sed quando ex adulterio procedit infamia, vel aliqua signa euidentia apparent, quæ vehementem suspicionem facere possunt; vel quando est semiplenè probatum: tunc debet ab ea exigi juramentum de veritate dicenda. *Quod & ad similia extende.* *Nec debet juramentum exigi à pueris*, *nec à perjuris*, *nec à non iejunis* (nisi mora Z protraheret periculum) *nec à personis magnæ dignitatis*, *nisi ex magna necessitate aut pro vtilitate magna*, *vel pro spiritualibus negocijs*: *neque in solemnibus diebus*, *nisi pro rebus spiritualibus*, *vel ex magna necessitate*: *vt docemur* A. *Sed nec potest judex*, *quanquam legitimus*, *relaxare pœnam legibus sancitam*, *aut mitigare*. *Neque in hoc debet aut potest Deo supremo judici se comparare*. Deus enim B donator bonorum omnium est, & in eum omnis peccator peccat; vnde ipse potest plus conferre de bonis, quàm sit alicui debitum, & minus inferre de malis, vel etiam pœnam totaliter relaxare: nec in hoc contra justitiam, sed præter justitiam faceret. Sed si alicui minus conferret de bonis, quàm ei debetur, vel plùs puniret, quàm peccasset: hoc contra ordinem justitiæ esset, nec Deus hoc posset, loquendo de potentia ordinata. *Igitur* non est C simile de ipso, in quem solum peccatur, & de alio judice. Vnde & Deus liberè remittere potest sine vllius offensa: non alius judex, qui punire habet culpam, in alium, vel in Rempublicam vel in Deum commissam; vnde & pœnam licitè remittere non potest. *Porrò* duplici D ratione impeditur Iudex, ne reum à pœna absoluere possit. *Primò* quidem ex parte accusatoris, ad cujus jus quandoque pertinet, vt reus puniatur, putà propter aliquam injuriam in ipsum commissam, cujus relaxatio non est in arbitrio alicujus judicis: quia quilibet judex tenetur jus suum reddere vnicuique. *Alio modo* impeditur ex parte Reipublicæ, cujus potestate fungitur, ad cujus bonum pertinet, quòd malefactores puniantur. Sed tamen, quantùm adhoc, differt inter inferiores judices, & judicem supremum, scilicet Principem, cui est plenarii potestas publica commissa: judex enim inferior non habet potestatem absoluendi reum à pœna contra leges à superiore sibi impositas. Vnde super illud Ioann. 19. *Non haberes aduersùm me potestatem vllam*, dicit Augustinus: *Talem Deus dederat Pilato potestatem*, *vt esset sub Cæsaris potestate*, *ne ei omnino liberum esset accusatum absoluere*. Sed Princeps, qui habet plenariam potestatem in Republica, si ille qui passus est injuriam, velit eam remittere, poterit reum licitè absoluere, si hoc publicæ vtilitati viderit non esse nocumentum. *Quod valdè obseruandum*, *sanèque intelligendum est*. *Nam* si judex E qui curam Reipublicæ gerit, videt ex inflictione pœnæ majus incommodum prouenire, potest pœnam vel prætermittere, vel mitigare: nec alicui in hoc facit injuriam, quia ipse personam Reipublicæ gerit: & hoc etiam facere debet, quia ex officio tenetur vtilitati publicæ prouidere. Hoc autem contingit præcipuè quando Princeps, vel aliqua multitudo, est in causa, aut aliquis, de cujus pœna timetur, ne schisma sequa-

Iudex sine legitima authoritate illicitè judicat, & inualidè. R 2. 2. 60. 6. c. & 67. 1 In 4. d. 17. 3. 3 q. 4. & d. 48. 1. 1.

S 2. 2. 67. 1 & locis cit.

T Rom. 14. l. 1. ibi.

V Rom. 13. l. 1. ibi.

X 1. Pet. 2. ibi.

Finis legis punitio malorum, & bonorum remuneratio.

Y Quol. 5. a. 16. In 4. d. 37. 2. 2. Non potest judex ad arbitrium juramentum exigere, sed seruato juris ordine.

Z In 3. d. 39. exp. tex. A quibus, & quo tempore juramentum non exigat. A 2. 2. 89. 10. c. In 3 locis cit. Hebr. 6. l. 4. ibi, iurant. Relaxare non potest pœnam legibus sancitam, aut mitigare. B 4. d. 46. 1. 2. q. 2 c. & q 2. 1. q. 1. ad 1. & 4. 2. q. 2. c.

C 1. d. 43. 1. 2. ad 5. & d. 1. 1. 2. ad 4. & 3. d. 46. 2. ad 3.

D 2. 2. 67 4. In 4. d. 46. 1. 2. q. 2. c. & 3. p. f. c. Et hoc, duplici impedimento.

Non ita impeditur ex vno capite judex supremus, scilicet Princeps qui tamen cautè procedere debet, ne publicum sequatur vel priuatum nocumentum. E 4. d. 18. 2. 4. q. 1. ad 1.

Digitized by Google

sequatur. Et ideò dicit *Augustinus*, quòd *cum multitudine peccantium agendum est magis monendo, quàm minando: seueritas exercenda est in peccato paucorum.* Sed hoc intelligendum est, quando ex dissimulatione peccati Principis, vel etiam multitudinis, majus periculum non timetur, quàm ex pœna. Vnde si ex impunitate Principis, vel multitudinis, fides & doctrinæ veritas & boni mores corrumpantur, non parcendum est Principi, nec multitudini: quod præcipuè contingit, quando peccantes peccatum suum authoritate aut potestate defendere moliuntur.

F 2. 2. 60. 2. ad 2. *Heb.* 10. *l.* 3. *ibi*, vindictam.

Iudex minister Dei, cujus judicium judicium Dei est.

y *Videat ergo Iudex, quomodo judicet: nam* Iudex F constituitur vt minister Dei. Vnde dicitur Deuter. 1. *Quod justum est, judicate*; & postea subdit: *quia Dei judicium est. Hinc illud Psal.* 46. Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt, *exponitur*: idest G Apostoli, qui dicuntur dij per judiciariam potestatem. Et judices in veteri testamento dij vocabantur, Exod. 21. *Dijs non detrahes*; & priùs: *Si latet fur, dominus domus applicabitur ad deos*, idest ad judices. *Sed & ipse Apostolus*: Dei *inquit* minister est, vindex in iram ei, qui malum agit, *ad Rom.* 13. Ad idem autem H tendit minister & dominus, Eccli. 10. *Secundùm judicem populi, sic & ministri ejus.* Et dicit, *vindex*, idest vindictam exercens, *in iram*, idest ad exequendam iram Dei, scilicet justum judicium ejus, *ei qui malum agit*, idest contra malefactorem. *Et quidem*, si sententia I hominis non concordat sententiæ Dei, adhuc sententia Dei restat: si autem concordat, est sententia Dei. *Igitur si judex ponitur* ad exequendam iram Dei, idest judicium ejus, *minister erit & executor justitiæ illius, non arbiter, vt aliqui sibi falsò suadent. Ex quo non est in potestate inferioris judicis* (*sed neque supremi, nisi in casu, vt visum est*) *relaxare pœnas legibus statutas aut mitigare. Et sic* judex L non debet proprio arbitrio (*nota*) peccata dimittere impunita: nec debet punire, quasi se vindicans, sed quasi Deum vindicans, si hoc ex officio habet. *Nec obest quod Eccli. 4. dicitur*: In judicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum: *quod & ad pauperes extende. Nam* homo M in judicio debet pauperi (*& pupillo*) subuenire quantùm fieri potest: tamen sine læsione justitiæ. Alioquin non haberet locum illud quod dicitur *Exod.* 23. Pauperis quoque non misereberis in judicio. *Sed nec officit illud Iac.* 2. Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam: *siquidem* misericordia N judicis habet locum in his, quæ arbitrio judicis relinquuntur, in quibus boni viri est, vt sit diminutiuus pœnarum, sicut Philosophus dicit *in* 5. *Ethic.* In his autem, quæ sunt determinata secundùm legem diuinam vel humanam, non est suum, misericordiam facere. *Quod ajebat initio Author. Hinc Iob, quòd rectissimus judex, postquam recensuit misericordiæ actus, in pauperes exercitæ, Iob* 29. Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, eoquòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non erat adjutor. & cor viduæ consolatus sum: *nihilominus*, quia O non sic in judicio aliquibus est miserendum, quòd justitia relinquatur; ideò subdit: *Iustitia indutus sum*; idest, vndique in processibus meis justitia apparuit: vestimento enim homo vndique circundatur. Et vt ostendat, se non esse coactum, sed voluntate fecisse justitiam, subdit: *& vestiuit me*, quasi propria sponte, justitia, *sicut vestimento*: quod scilicet est vndique protegens & ornans. *Quamuis autem publica polleat authoritate*, nullus *tamen* est P judex sui ipsius: vnde non licet habenti publicam potestatem seipsum occidere propter quodcunque peccatum: licet tamen ei se committere judicio aliorum. *Docemur enim, quòd* in rebus Q humanis aliqui propria sponte possunt se subjicere aliorum judicio, quamuis non sint eis superiores: sicut patet in ijs, qui compromittunt in aliquos arbitros. Et inde est, quòd necesse est arbitrium pœnâ vallari: quia arbitri, qui non sunt superiores, non habent de se plenam potestatem coercendi. Sic & Christus propria sponte humano judicio se subdidit: sicut etiam & Leo Papa se judicio Imperatoris subjecit, *vt habetur* 2. *q.* 7. *cap.* Nos. *Verumtamen illud notandum, quòd homo etiam sui ipsius potest & debet judex esse, cum vindicanda est injuria, sibi quatenus judex est, irrogata: tunc enim non ipsi illata est, vt talis est homo, sed vt Rempublicam repræsentat siue communitatem, quæ in illo injuriam patitur*, 1. *Reg.* 8. Non enim te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos. *Sanè, si licita est ex zelo justitiæ vindicta in persona priuata, quando illata injuria resultat in Deum, aut in Ecclesiam: quantò magis in persona publica, qualis est judex? Hinc docemur, quòd* injuria R quæ infertur personæ alicui, quandoque redundat in Deum, & in Ecclesiam: & tunc debet aliquis propriam injuriam vlcisci. Sicut patet de Elia, qui fecit ignem descendere super eos, qui venerant ad ipsum capiendum, vt legitur 4. *Reg.* 1. Et similiter Eliseus maledixit pueris cum irridentibus, vt habetur 4. *Reg.* 2. Et Siluester Papa excommunicauit eos, qui eum in exilium miserunt, vt habetur 23. *q.* 5. In quantùm verò injuria in aliquem illata, ad ejus personam pertinet, debet eam tolerare patienter, si expediat: hujusmodi enim præcepta patientiæ intelligenda sunt secundùm præparationem animi, vt *Augustinus* dicit in libr. de Serm. Dom. in Monte. *Vlteriùs potest & debet homo, etiam vt priuata persona, se ipsum in foro interno judicare*: Iudicio *enim* discussionis S quilibet debet judicare seipsum, secundùm illud Psal. 76. *Exercitabar, & scopebam spiritum meum.* Et similiter judicio condemnationis, & reprehensionis in manifestis malis, secundùm illud Iob 13. *Vias meas in conspectu ejus arguam.* Sed judicio absolutionis non debet aliquis præsumere se judicare vt innocentem. *Vnde dicitur Iob* 9. Si justificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. *Et ô vtinam frequenter id facerent fideles!* Quòd si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique judicaremur (1. *Cor.* 11.) idest T non puniremur à Domino neque postmodum in futuro, neque etiam in præsenti.

I 4. *d.* 15. *cap. tex.*

Sententia Iudicis sententia Dei, si justa sit.

Iudex executor justitiæ Dei, non arbiter.

L 3. *d.* 1. 1. 2. *ad* 4. *Ma.* 12. 1. *c.* & *ad* 8. & 14. & *a* 3. *ad* 5.

Nec quasi se vindicans, sed quasi Deum offensum vindicans, vt minister eius.

M 2. 2. 63. 4. *ad* 3.

N 2. 2. 67. 4. *ad* 1.

Misericordia cum læsione justitiæ non habet in justo judice locum.

O *Iob* 29. *l.* 1. *ibi.*

P 2. 2. 64. 5. *ad* 2.

Nemo judex sui ipsius.

Q 2. 2. 67. 1. *ad* 3.

Compromissum licitum.

Iudex, etiam sui ipsius judex est, cum vindicanda est injuria sibi, vt talis est, irrogata.

R 2. 2. 108. 1. *ad* 4. *Ma.* 12. 3. *ad* 16. *Opusc.* 19 *c.* 16. *Matth.* 4. *lit* *a. ibi*, *si cadens. Ioa.* 18. *l.* 4. *ibi. cedit*, & *loc. cit.*

S 1. *Cor.* 4. *l.* 1. *ibi*, *judico*, & *cap.* 11. *l.* 7. *fi.*

Quilibet se potest & debet in foro interno judicare judicio discussionis, & reprehensionis: non tamen absolutionis.

T 1. *Cor.* 11. *l.* 7. *ibi.*

z *Secundum, quod ad bonum judicium exigitur, est rectitudo justitiæ, vt scilicet justitiæ amore, non ex odio aut liuore fiat. Ex quo per acceptionem personarum injustum vtplurimùm profertur judicium, Leu.* 19. Non facies quod iniquum est, nec injustè judicabis. Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Iustè judica proximo tuo. *Et ratio adducitur: nam* judicium V est actus justitiæ, prout judex ad æqualitatem justitiæ reducit ea, quæ inæqualitatem oppositam facere possunt: personarum autem acceptio inæqualitatem quandam habet, in quantùm attribuitur alicui personæ præter proportionem suam, in qua consistit æqualitas justitiæ. Et ideò per personarum acceptionem judicum corrumpitur. *A quo summè abhorruit Sanctus* Iob, *qui idcircò cap.* 31. *dicebat*: Si contempsi subire judicium cum seruo meo & ancilla mea, cum disceptarent aduersùm me, *Quasi dicat*: Si minoribus meis X justitiam reddere contempsi (*quia minores*) hæc & illa grauia mihi accidant. Quare autem non contempserit, ostendit subdens: *Quid enim faciam* (notent judices) *cum surrexerit ad judicandum Deus? & cum quæsierit, quid respondebo illi?* idest, quam rationem reddere potero? *Q. d.* nullam. Et hoc ostendit consequenter ex hoc, quòd naturaliter est eadem conditio omnium hominum. Vnde subdit: *Nunquid non in vtero fecit me qui & illum operatus est? Q. d.* Ean-

Iudicium, vbi habet locum acceptio personarum, injustum.

V 2. 2. 63. 4. *c.*

X *Iob* 31. *l.* 2. *ibi*, & *Eph.* 6. *l.* 2. *fi.*

Digitized by Google

Eandem animam cum seruis meis habeo, à Deo creatam: corpus etiam eadem diuina virtute formatum; vnde subdit: *& formauit me in vulua vnus*, scilicet Deus, qui & illum formauit. *Hinc Apostolus, haec ad rem, Ephes.6.* Et vos domini eadem facite illis (*seruis*) scientes, quia & illorum & vester Dominus est in Cœlis: & personarum acceptio non est apud eum. *Ex quo nulla in judicando differentia seruanda est tam respectu diuitis & domini, quàm respectu pauperis & serui: omnes enim proximi, ad Galat.3.* Non est Iudæus, neque Græcus: non est seruus, neque liber: non est masculus, neque fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. *Et hoc est, quod ait Dominus Ioann.7.*

Y Io.7.l.2.ƒ. — Quomodo in judicio contingat personarum acceptio.

Nolite secundùm faciem judicare: *id est*, nolite Y accipere personam in judicio: hoc enim prohibitum est omnibus judicantibus, Leuit.19. *Non consideres personam pauperis &c.* & Malach.2. *Accepistis faciem in lege*. Accipere autem personam in judicio, est prætermittere justum judicium propter amorem, seu reuerentiam, seu timorem, seu conditionem personæ, quæ non faciunt ad causam. *Ideò cohærenter monetur Iudex Prou.28.* Qui cognoscit in judicio faciem, non bene facit: iste & pro buccella panis deserit veritatem. *Sed non minùs, quàm personarum, per acceptionem munerum judicium corrumpitur. Eligendos idcircò judices non auaros docemur Exod.18.* Prouide viros potentes de omni populo, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam: & constitue ex eis qui judicent populum. *Monet autem Author, nullatenus accipienda à judice munera: quia* munus Z acceptum judicem excæcat, mutum reddit, eum corrumpit ad minus quantùm ad famam, in seruitutem redigit, maledictum facit, ad omnem iniquitatem inclinat, & tandem mortis æternæ condemnat. De excæcatione legitur Exod.23. & Deuter.16. *Nam accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos Sapientum, & mutant verba justorum.* De secundo malo dicit Gregorius: *Non potest constanter argui à quo accipitur.* Et Is.56. dicitur de Principibus: *Canes muti non valentes latrare.* De tertio malo dicitur Is.1. *Principes tui infideles, socij furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones: (idcircò sequitur:* Pupillo non judicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos.) Et licèt aliqui non corrumpantur per munera: tamen præsumptio habetur contra illos de corruptione. *Sicut matrona (ait Hieronymus) non est casta, quæ cum rogatur, munera accipit: ita nec judex, munuscula accipiens, à corruptione immunis judicatur.* De quarto malo habetur 1.Cor.6. *Omnia mihi licent: sed ego sub nullius redigar potestate.* Vbi loquitur Apostolus de sumptibus recipiendis: & innuit, quòd si ab eis sumptus acciperet, jam sub eorum potestate esset. De quinto malo legitur Deuter.27. *Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis;* & Is.5. *Væ qui justificatis impium pro muneribus.* Cupidus, munus accipiens, credit se solum benedictionem accipere; vnde & munus vocatur benedictio vbi dixit Naaman Eliseo 4.Reg.5. *Obsecro, vt accipias benedictionem à seruo tuo:* sed latet maledictio, quam Giezi sensit, cum lepra Naaman ei adhæsit. De sexto malo habetur in Psal.25. *In quorum manibus iniquitates sunt;* & subditur causa: *dextera eorum repleta est muneribus.* De septimo malo dicitur Iob 15. *Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.* Quis sanæ mentis in hospitio suo libenter recipiat eum, à quo debeat excæcari, & tot alia mala pati? *Vno verbo:* Reprehensibiles sunt A acceptores munerum, cum accipiunt munera pro causa, pro qua non debent, sicut judices munera accipientes, vt deferant justitiam, vel vt justitiam faciant, quam gratis debent facere, aliter facere nolentes. Sicut enim iniquus esset qui cappam meam mihi vendere vellet: ita injustus est qui justitiam, quam debet gratis ex officio facere, non vult facere, nisi accepto munere. Has justitias judicabit Dominus, juxta illud Ps.74. *Cum accepero tempus, ego justitias judicabo.* Iustitiam venditam judicabit Dominus, & pro ea venditorem damnabit. *Hinc dicitur Deuter.27.* Maledictus qui peruertit judicium aduenæ, pupilli, & viduæ. *His adijcitur non rarò ad peruertendum judicium præpotentia magnatum & violentia, siue minis in judicem adhibitis, siue precibus armatis, Habac.1.* Factum est judicium, & contradictio potentior. Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem judicium. Quia impius præualet aduersùs justum, propterea egreditur judicium peruersum. *Et hæc vocantur judicia violenta, de quibus dicitur Eccle.5.* Si videris calumnias egenorum, & violenta judicia, & subuerti justitiam &c. *Quòd si Martis arma non valent, præualent nec infrequenter Veneris blandimenta ad judices corrumpendum & judicia, vt experientia comprobat, & vt deducitur ex* Dan.cap.13. *Vbi postquam de duobus illis senioribus judicibus dictum est, quòd* exarserunt in concupiscentiam ejus (*Susannæ,*) *mox subijcitur:* & euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent Cœlum, neque recordarentur judiciorum justorum. *Et inferiùs, alteri eorum à Daniele improperatum est:* Concupiscentia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus Israel &c. *Nihil enim est, quod magis rationem obumbret, & judicium corrumpat, quàm luxuriæ concupiscentia. Rem testatam faciat Salomon, sapientissimus quanquam: de quo legitur* 3.Reg.11. Et auerterunt mulieres cor ejus. *At verò boni judicis non* deprauatur cor per mulieres, *qui nec blanditijs deducitur neque minis, Eccli.22.* Cogitatus sensati in omni tempore metu non deprauabitur. Noli *enim* quærere fieri judex (*monebat Eccli.7. Sapiens*) nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua. *Et priùs cap.4.* Pro justitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro justitia: & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. *Neque enim, si vel Vniuersum rueret, injustitia facienda est, juxta illud:* Fiat jus, & pereat Mundus. *Ex quo Pilatus rectè damnandus in judicio suo est: protestatus enim innocentiam Christi, Matth.27.* Innocens ego sum à sanguine justi hujus. *Cæsaris tamen timore ductus,* tradidit eum, vt crucifigeretur.

a *Tertium, quod ad rectum judicium exigitur, est sapientia: quòd scilicet secundùm rectam rationem prudentiæ proferatur. Et quidem* prima duo B præexiguntur ad judicium, sed propriè tertium est, secundùm quod accipitur forma judicij: quia ipsa ratio judicij est lex sapientiæ, vel veritatis, secundùm quam judicatur. (Et quia Filius est Sapientia genita, & Veritas à Patre procedens, & ipsum perfectè repræsentans: ideò propriè judiciaria potestas attribuitur Filio Dei.) *Proferatur inquam judicium secundùm rationem prudentiæ.* Sicut enim C ratio speculatiua judicat & sententiat de rebus intelligibilibus: ita ratio practica judicat & sententiat de agendis. *Hinc ex 5. Ethic. docemur, quòd* non sinimus D hominem principari, in quo est natura humana tantùm, sed illum qui est perfectus secundùm rationem. *Et ideò* oportet E quòd in judice sit altior sapientia, quæ sit quasi regula, ad quam examinentur dicta vtriusque partis. *Quæ quidem judicis scientia eò extendi debet, vt de quo judicat, veluti scientiam habeat, hoc est, certitudinem facti judicandi. Ideircò,* cum aliquis F judex ex suspicione procedit ad aliquem condemnandum, hoc directè ad injustitiam pertinet. *Et hoc est, quod dicitur Ioann.7.* Nolite judicare secundùm faciem; *id est*, secundùm illud G quod statim apparet: sed diligenter inquirite, *Iob 29.* Causam, quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam: ne *scilicet* aliquid

Margin notes:

Z Op.de er.Pr. l.4.c.3.Ps.14. lit.e.Is.5.ibi. pro muneribus.

Munus à judice acceptum plura damna ei affert.

A Op.eod.l.4. c.11.

Corrumpuntur judices & magnatum præpotentia, aut precibus armatis, aut minis.

Et Veneris blandimentis.

Pilati iniquũ judicium.

Forma judicij ex quo potissimum fit.

B 3.p.59 t.c. Heb 4 l.2.ibi. sermo.

Congrua ratio, cur judiciaria potestas Filio Dei attribuatur.

C 1.2.74.7. init c.

D Op.10.l.4. c.8.

E Iob 9.circ.ƒ. cap.

Altior in judice sapientia exigitur.

F 2.2.60.3 ƒ. c. Opusc.9.c.1. circ ƒ.

Vt certitudinem habeat in judicando.

G Io.7.l.2.ƒ. & 2.2.68.2.c.

Digitized by Google

H *Iob* 29. *l.* 1. *ibi.*
I *Matth.* 7. *lit.* *a sub initio.*
Duo in judicando necessaria.

quid H fraudis ibi lateret: *vt inordinatum non sit judicium*. Inordinatum enim I est, non plenè prius examinata causa aut grauitate delicti: nam in judicando duo sunt necessaria, cognitio causæ & judicium. *Propterea de Christo dicitur Is.* 11. Non secundùm visionem oculorum judicabit: sed judicabit in justitia. *Quòd si talis scientia & prudentia in seculari judicio exquiritur, ita vt sit quædam regula pro examinandis aliorum dictis: quantò magis in spirituali animarum judice scientia exigitur & prudentia singularis? Eapropter* authoritas L judicandi, quæ clauis est, sine scientia non potest (*notent Confessarij*) sine peccato accipi: sed scientia sine authoritate sine peccato haberi potest. *Quia verò* duo M requiruntur ad idoneitatem judicis: scilicet vt sit sapiens, & vt sit justus: *ideò ad rectè judicandum, præter hoc quòd est sapiens, vir bonus sit quoque judex oportet. Mortalis siquidem culpa tenebris suis rationem obuoluit, ne quæ introspicienda & circumspectanda sunt, perspicuè intueatur. Quocirca docemur, quòd* illi N qui sunt in grauibus peccatis, non debent judicare eos, qui sunt in eisdem peccatis, vel minoribus, vt *Chrysostomus* dicit super illud Matth. 7. *Nolite judicare*. Et præcipuè hoc est intelligendum, quando illa peccata sunt publica: quia ex hoc generatur scandalum in cordibus aliorum. Si autem non sunt publica, sed occulta; & necessitas judicandi immineat propter officium: potest cum humilitate & timore vel arguere vel judicare. *Vide* Doctor, Episcopus & Prælatus.

L 4. *d.* 18. 1. 1. *q.* 3 *ad* 2. *fi*
Doctus sit Cōfessarius & prudens.
M *Ps.* 7 *lit* *r.*
Duo ad judicem requisita, quòd scilicet vir bonus & sapiens sit.
N 2. 2. 60. 2. *ad* 3. & *q* 33. 5. *In* 4 *dist* 9. 2. 2. *q.* 2. *Io.* 8. *l.* 2. *lit.* *d.* *Rom.* 2. *l.* 1.
An in peccato existenti liceat judicare.

b *Vlteriùs ordo judicij requirit, vt sine præuia accusatione ad judicium non procedatur.* Oportet *enim* quòd O judex inter aliquos duos dijudicet: quod quidem fit, cum vnus est actor, & alius est reus. Et ideò in criminibus non potest aliquem judicio condemnare judex, nisi habeat acusatorem, secundùm illud Act. 25. *Non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem priusquàm is, qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina*, quæ ei objiciuntur. *Nisi inquam habeat accusatorem, non denunciatorem tantùm.* Hæc *autem* est P differentia inter denunciationem & accusationem: quia in denunciatione attenditur emendatio fratris; in accusatione autem attenditur punitio criminis: *& vlteriùs in hac* intenditur Q bonum Ecclesiæ, vt scilicet conseruetur communitas pura ab infectione peccati. *Quocirca sciendum, quòd* tribus R modis in criminibus procedi potest. Primò *per inquisitionem*, quam debet præcedere clamosa insinuatio, quæ locum accusationis tenet. Secundò *per accusationem*, quam debet præcedere inscriptio. Tertiò *per denunciationem*, quam debet præcedere fraterna correptio. *Igitur non statim ad denunciationem deueniendum: atqui debet correptio fraterna præmitti (secundùm præceptum Domini Matth.* 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe &c.) *Quæ quidem denunciatio non respicit judicem vt judicem, sed potiùs vt Patrem. Vnde &* Genes. 37. *laudatur Ioseph, quòd* accusauerit, *seu potiùs denunciauerit*, fratres suos apud Patrem; *non apud judicem, ceu qui solam quærelat eorum emendationem.* Accusatio S vtique fuit justa & pia: quia dixit hoc Patri, cujus erat corrigere, & qui præsumendus erat prodesse potiùs, quàm obesse. *Sic Prælato (secreta præhabita fraterna correptione) laudabile est ex charitate denunciare delinquentes, vt emendentur: si tamen prudens & discretus habeatur Prælatus (non passioni obnoxius) qui dulciter, tanquam bonus Pastor, ouem potest errantem reuocare. De quo vide fusiùs quæ diximus V.* Correptio fraterna. *Hinc docemur, quòd* denunciator T non obligat se ad probandum: vnde nec punitur, si probare nequiuerit. Et propter hoc in denunciatione non est necessaria scriptura: sed sufficit, si aliquis verbo denunciet Ecclesiæ, quæ ex officio suo procedet ad fratris emendationem. *Accusationem verò necessarium est in scriptis fieri: quia tunc* accusator V constituitur pars, ita quòd judex inter accusatorem, & eum qui accusatur, medius constituitur ad examen justitiæ: in quo oportet, quantùm possibile est, secundùm certitudinem procedere. Quia verò ea, quæ verbotenus dicuntur, facilè labuntur è memoria: ideò rationabiliter institutum est, vt accusatio (sicut & alia quæ in judicio aguntur) redigatur in scriptis. *Porrò* accusatio X adhoc est instituta, ne aliquis sustineatur, quasi innocens, qui culpam habet. *Quoniam verò accusatio, vt vidimus, intendit pœnarum inflictionem*, in quantùm pœnæ Y sunt conferentes ad bonum Reipublicæ, cujus quies procuratur per punitionem peccantium: ideò, si crimen fuerit tale, quod vergat in detrimentum Reipublicæ, tenetur homo ad accusationem, dummodo sufficienter possit probare: quod pertinet ad officium accusatoris; putà, cum peccatum alicujus vergit in multitudinis corruptelam corporalem seu spiritualem. Si autem non fuerit tale peccatum, quod in multitudinem redundet; vel etiam, si probationem adhibere non possit, non tenetur ad intentandum accusationem: quia adhoc nullus tenetur, quod non potest debito modo perficere. *Cum autem agatur de publica alicujus punitione, ex qua culpæ reus omnibus innotescit: idcircò, vt ejus famæ consulatur*, homo Z non debet ad accusationem procedere, nisi de re omninò sibi certa, in qua ignorantia facti locum non habeat. Nec tamen, qui falsum crimen alicui imponit, calumniatur: sed solùm qui ex malitia in falsam accusationem prorumpit. Contingit enim quandoque ex animi leuitate ad accusationem procedere, quia scilicet aliquis nimis faciliter credit quod audiuit: & hoc temeritatis est. Aliquando autem ex justo errore mouetur aliquis ad accusandum: quæ omnia secundùm prudentiam judicis debent discerni, vt non prorumpat, eum calumniatum fuisse, qui ex leuitate animi, vel ex justo errore in falsam accusationem prorupit. *Qui verò ex malitia falsò accusat, pœnæ talionis justè subijcitur.* Accusator *enim* in causa A accusationis constituitur pars, intendens ad pœnam accusati. Ad judicem autem pertinet, vt inter eos justitiæ æqualitatem constituat. Iustitiæ autem æqualitas hoc requirit, vt nocumentum, quod quis alteri intentat, ipse patiatur, secundùm illud Exod. 21. *Oculum pro oculo, dentem pro dente &c.* Vnde habetur *in* 2. *q.* 3. cap. *Qui non*: Qui non probauerit quod dicit, pœnam, quam intulit, ipse patiatur. *Sed & pœnæ subjacet is infamiæ perpetuæ: nec tamen eidem peccato duplicem dicendum est pœnam infligi. Nam* pœnam B talionis meretur accusator in recompensationem nocumenti, quod proximo inferre intentat: sed pœna infamiæ ei debetur propter malitiam, ex qua calumniosè alium accusauit. Et quandoque quidem Princeps remittit pœnam, & non abolet infamiam: quandoque autem etiam infamiam abolet. Vnde & Papa potest hujusmodi infamiam abolere. Et quod dicit Papa Gelasius 2. q. 3. *Infamiam abolere non possumus*, intelligendum est de infamia facti: vel quia eam abolere aliquando non expedit: vel etiam loquitur de infamia irrogata per judicem ciuilem, sicut dicit ibi Gratianus. *Porrò in notorijs accusatio non est. Nam* publica C infamia habet locum accusatoris. Vnde super illud Genes. 4. *Vox sanguinis fratris tui clamat &c.* dicit Glossa: *Euidentia perpetrati sceleris accusatore non eget.* Reus *enim* nullo modo D crimen inficiari potest in notorijs; sed statim ex ipsa euidentia facti conuincitur. Si autem sit manifestum judici, & non alijs; vel alijs, & non judici: tunc est necessaria judicis discussio. *Cæterùm rationabiliter in jure arcentur aliqui ab accusatione.* Propter peccatum *enim* redduntur E inhabiles ad accusandum

Sine præuia accusatione ad judicium non procedatur.
O 2. 2. 67. 3. *c.* & 69. 6. *ad* 3. *Opusc.* 19. *c.* 3. *circ. fi.*
Accusatio & denunciatio in quo differant.
P 2. 2. 68. 1. *c.* & *a.* 2. *ad* 3. & *q.* 33. 7. & 67. 3. *ad* 2. *In* 4. *d.* 35. 1. 3. *ad* 6. *Virt.* 3. 2. *ad* 6. *Quol.* 1. *a.* 16. & *Quol* 11. *a.* 15.
Q *De Virt.* & *in* 4 *locis cit.*
Tripliciter in criminibus procedi potest: scilicet per inquisitionem, accusationem, denunciationē.
R 4. *d.* 35. 1. 3. *ad* 6. & *d.* 19. 2. 3. *q.* 1. *ad* 4. *Ma* 12. 13. *Quol.* 1. *a.* 16.
Denunciatio solam quærit emēdationem fratris.
S *Gen.* 37. *sub finis.*
T 2. 2. 68. 2. *ad* 3. *Quol.* 11. *a.* 13.
Ad eam non exigitur scriptura, sicut ad accusationem.
V 2. 2. 68. 2. *corp.* *In* 4. *d.* 19. 2. 3. *q.* 1. *ad* 4. & *d.* 35. 1. 3. *ad* 6. & *Quol. cit.*
X 4. *d.* 41. 1. 5. *q.* 2. *in fin.* *c.*
Quorsum accusatio instituta.
Y 2. 2. 68. 1. *c.* *Virt.* 3. 2. *ad* 7. *In* 4. *l. c.*
An & quando teneatur quis ad accusandum.
Z 2. 2. 68. 3. *c.* *a.* 3. *ad* 1.
Accusatio non fiat nisi de re omnino certa.
Non omnis, qui falsò accusat, criminator est, sed qui ex malitia.
Falsus accusator pœnæ talionis obnoxius.
A *Ibid.* *a.* 4 *c.*
Et perpetuæ infamiæ.
B *Ibid.* *ad* 3.
An hæc possit aboleri.
In notoriis non est accusatio.
C 2. 2. 67. 3. *ad* 2. & *Gen.* 4. *ibi.*
D 2. 2. *l. c.* *a.* 2. *ad* 3.
E 2. 2. 68. 2. *ad* 2. & 70. 3. *c.*
Quinam ad accusandum inhabiles.

dum excommunicati, infames, & illi, qui sunt de majoribus criminibus accusati, priùsquam innoxij monstrentur: & F infideles.

F 2.2. 70. 1 c.

Reus à judice interrogatus an teneatur etiam contra se veritatem fateri.

G 2. 2. 69. 1. c. In 3. d 38. exp. tex. in 4. d. 17. 3. 1. q. 2. ad 1. & d. 19. 2. 1. q 1 ad 5. Quod. 5. a. 16.

c *Enimuerò à judice legitimè interrogatus reus, veritatem etiam contra se denegare sine mortali reatu nec potest nec debet, vt justitiæ satisfiat.* Quicunque *enim* facit G contra debitum justitiæ, mortaliter peccat. Pertinet autem ad debitum justitiæ, quòd aliquis obediat suo superiori in his, ad quæ jus prælationis se extendit. Iudex autem Superior est respectu ejus, qui judicatur: & ideò ex debito tenetur accusatus judici veritatem exponere, quam ab eo secundùm formam juris exigit. Et ideò si confiteri noluerit veritatem, quam dicere tenetur; vel si eam mendaciter negauerit, mortaliter peccat. Si verò judex hoc exquirat, quod non potest secundùm ordinem juris, non tenetur ei accusatus respondere: sed potest vel per appellationem, vel aliter licitè subterfugere; mendacium tamen dicere non licet. *Et alibi cohærenter docemur, quòd* confiteri H peccatum in casu, est de jure naturali: scilicet cum quis in judicio constitutus, à judice interrogatur; tunc enim non debet mentiri, peccatum excusando, vel negando: de quo Adam & Cain vituperantur *Gen.* 3. *&* 4. *Sic igitur* reo I qui accusatur, licet se defendere, veritatem occultando, quam confiteri non tenetur, per aliquos conuenientes modos, putà quòd non respondeat ad quæ respondere non tenetur: hoc autem non est, calumniosè se defendere, sed magis prudenter euadere. Non autem licet ei vel falsitatem dicere, vel veritatem tacere, quam confiteri tenetur: neque etiam aliquem dolum vel fraudem adhibere, quia fraus & dolus vim mendacij habent: & hoc est, calumniosè se defendere. *Ex quo licitè potest reus, vt prætactum est, tale judicium per appellationem ad superiorem judicem, subterfugere.* Vnde & ipse L Apostolus Paulus, cum à Iudæis nimijs injurijs vexaretur, coram Festo Principe circa partes Cæsareæ Palæstinæ, vt in Actibus Apostolorum *cap.* 25. traditur, ad Cæsarem appellauit, *Cæsarem appello*, ac se subjecit legibus Romanis. *Et alibi;* Paulus M appellauit Cæsarem pro liberatione sua, quia per ejus mortem impediebatur fructus prædicationis: ipse tamen, quantùm in se erat, cupiebat dissolui &c. *Philip.* 1.

H 4. d. 17. 3. 1. q. 2. ad 1.

I 2. 2. 69. a. 2. & 3 c.

Appellatio justa licita est.

L Op. 20. l. 3. c. 5 init & Op. 19. c. 15. sub initio

Paulus ad Cæsarem appellauit.

M 4. d. 18. a. 4. q. 3. f. c.

N 2. 2. 69. 3. c.

Appellatio justa conceditur: illicita damnatur.

Verùm duplici N de causa contingit aliquem appellare. Vno quidem modo, confidentià justæ causæ, quia videlicet injustè à judice grauatur: & sic licitum est appellare; hoc enim est prudenter euadere. Alio modo aliquis appellat causâ differendæ moræ, ne contra eum justa sententia proferatur: & hoc est calumniosè se defendere, quod est illicitum. Facit enim injuriam & judici, cujus officium impedit: & aduersario suo, cujus justitiam, quantùm potest, perturbat. Et ideò, *sicut dicitur* 2. *q.* 6. Omni modo puniendus est, cujus appellatio injusta pronunciatur. *Cæterùm, nulla debet judex admittere contra legem. Et quia judicat, vt vidimus, tanquam publica persona:* ideò O informari debet in judicando, non secundùm id, quod ipse nouit, tanquam priuata persona: sed secundùm id, quod sibi innotescit tanquam personæ publicæ. Hoc autem innotescit sibi & in communi & in particulari. In communi quidem, per leges publicas vel diuinas vel humanas: contra quas nullas probationes admittere debet. In particulari autem negotio aliquo, per instrumenta, & testes, & alia hujusmodi legitima documenta, quæ debet sequi in judicando magis quàm id, quod ipse nouit tanquam priuata persona. *Vnde ad hæc cohærenter docet Author, quòd* si judex P scit, aliquem innocentem esse, qui falsis testibus conuincitur, debet diligentiùs examinare testes, vt inueniat occasionem liberandi innoxium, sicut Daniel fecit, *Dan.* 13. Si autem hoc non potest, debet eum Superiori relinquere judicandum. Si autem & hoc non potest, non peccat, secundùm allegata sententiam ferens; quia ipse non occidit innocentem, sed illi, qui eum asserunt nocentem. Minister autem judicis condemnantis innocentem, si sententia intolerabilem errorem contineat, non debet obedire; aliàs excusarentur carnifices, qui martyres occiderunt. Si verò non contineat manifestam injustitiam, non peccat, præceptum exequendo: quia ipse non habet discutere Superioris sententiam; nec ipse occidit innocentem, sed judex, cui ministerium exhibet.

Iudex discutiat causam ex ijs, quæ sibi innotescunt, vt publicæ personæ, non vt priuatæ.

O 2. 2. 67. 2. c. & 60. 5. Quod. 3. a. 15 ad 1.

Nullas probationes contra diuinas aut humanas leges admittat.

P 2. 2. 64. 6. ad 3 & 67. 3. c. In 4. d 17. 3. 2 q. 1. ad 1. & d. 17 3. 2 q. 4. ad 1. & 3 quod. 3. l. c.

Quid faciat, si quempiam falsis testibus conuictum, ipse nouerit esse innocentem?

d *Dicitur autem;* qui falsis testibus conuincitur: *quia ad certitudinem veritatis in judicio, requiritur trium, vel saltem duorum testium assertio, Deut.* 19. (*& cap.* 17. *& Matth.* 18. *& Ioann.* 8.) In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. *Quia enim* in actibus Q humanis vera certitudo haberi non potest, ideò accipitur inde id, quod certius haberi potest, quod est per multitudinem testium; magis enim est probabile, quòd vnus mentiatur, quàm quòd multi. Nihilominus per hoc, quod Dominus dicit; *In ore duorum aut trium testium &c.* reducit nos ex *Augustino* in considerationem Trinitatis, in qua est perpetua stabilitas veritatis, à qua omnes veritates deriuantur. Dicit autem, *duorum aut trium:* quia in Scriptura sacra quandoque nominantur tres, quandoque duæ personæ, cum quibus etiam intelligitur Spiritus Sanctus, qui est nexus duorum. *Et alio in loco;* Omnis R multitudo in tribus comprehenditur, scilicet principio, medio, & fine. Vnde secundùm Philosophum *in* 1. *de Cæl.* Omne totum in tribus ponimus. Ternarius quidem constituitur asserentium, cum duo testes conueniunt cum actore. Et ideò requiritur binarius testium: vel ad majorem certitudinem, vt sit ternarius, qui est multitudo perfecta in ipsis testibus. Vnde *& dicitur Eccle.* 4. Funiculus triplex difficilè rumpitur. *Cum autem dicitur* 2. *q.* 4. (*vel* 5.) *cap. Præsul:* Præsul non damnetur, nisi septuaginta duobus testibus: presbyter autem Cardinalis, nisi quadraginta quatuor testibus non deponatur: diaconus Cardinalis Vrbis Romæ, nisi vigintiocto testibus non condemnabitur: Subdiaconus, Acolythus, Exorcista, Lector, Ostiarius, nisi cum septem testibus non condemnabitur; *hæc cuncta* locum S habent specialiter in Episcopis, Presbyteris, Diaconis, & Clericis Ecclesiæ Romanæ, propter ejus dignitatem. *An verò hæc in vsu sint, vide Summistas. Ex* Silu. *V.* Testis *num.* 5. *docemur, quòd* contra Papam non multiplicantur, sed duo sufficiunt, *secundùm glossam in d. cap.* Præsul; *quin & vnus duntaxat testis facit in quibusdam casibus ne dum* præsumptionem, *sed &* probationem. *Ex his deducitur, non posse judicem simul judicem esse atque testem. Iudex enim alter est ab actore: testis autem ex parte actoris se tenet, ex quo non potest judicem agere, nec testem judex. Hinc justè vt iniquum damnatum est judicium duorum seniorum judicum, qui castam damnauere Susannam; falsò enim simul accusarunt, testes oculatos sese prompserunt, atque vt judices, quales erant, eam condemnarunt. Vnde &* Dan. 13. *ex ore eorum dicitur:* Hujus rei testes sumus. *Et postea sequitur:* Credidit eis multitudo quasi senibus & judicibus populi (*videlicet*, quia T judices ex officio: cum tamen non debeat idem esse testis & judex:) & condemnauerunt eam ad mortem. *Quòd si quæras, an teneatur quilibet testem agere?* Dicendum V quòd si requiritur testimonium a cujus subditi authoritate Superioris, cui in his, quæ ad justitiam pertinent, obedire tenetur; non est dubium, quin teneatur testimonium ferre in his, in quibus secundùm ordinem juris testimonium ab eo exigitur: putà in manifestis, & in his, de quibus infamia præcessit. Si autem exigitur ab eo testimonium

Duorum vel trium testium assertio requiritur; & cur.

Q In 3 Iudit. & Hebr. 10. lect. 1bi, testibus &c. 2. 2. 70. 2. c.

R 2. 2. lect. illi

S Ibid. ad 3.

Iudex non potest quis simul esse & testis.

Quales fuerunt seniores judices contra Susannam.

T Dan. 13. illi

V 2. 2. 70. 1. c. & a. 3. ad 1. Quodl. 4. a. 12.

An quilibet teneatur testem agere.

nium

nium in alijs, putà in occultis, & de quibus infamia non præcessit, non tenetur ad testificandum. Si verò requiratur ejus testimonium non authoritate Superioris, cui obedire tenetur; tunc distinguendum est: quia, si testimonium requiratur ad liberandum hominem vel ab injusta morte, seu pœna quacunque, vel à falsa infamia, vel etiam ab iniquo damno: tunc tenetur homo ad testificandum. Et, si ejus testimonium non requiratur, tenetur facere quod in se est, vt veritatem denunciet alicui, qui adhoc possit prodesse. Dicitur enim Psal. 81. *Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.* Et Prou. 24. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem &c.* Super his verò, quæ pertinent ad condemnationem alicujus, non tenetur aliquis ferre testimonium, nisi cum à superiore compellitur secundùm ordinem juris. Quia, si circa hoc veritas occultetur, nulli ex hoc speciale damnum nascitur. Vel, si immineat periculum accusatori, non est curandum: quia ipse in hoc periculum spontè se ingessit. Alia autem ratio est de reo, cui periculum imminet, eo nolente. *Quoniam verò* testimonium X non habet infallibilem certitudinem, sed probabilem: ideò quicquid est, quod probabilitatem afferat in contrarium, reddit testimonium inefficax. Redditur autem probabile, quòd aliquis in veritate testificanda non sit firmus, quandoque quidem propter culpam, sicut infideles, & infames; item illi, qui publico crimine rei sunt. Quandoque autem absque culpa: & hoc vel ex defectu rationis, sicut patet in pueris, amentibus, & mulieribus: vel ex affectu, sicut patet de inimicis, & personis conjunctis, & domesticis: vel etiam ex exteriori conditione, sicut sunt pauperes, serui, & illi quibus imperari potest: de quibus probabile est, quòd de facili possunt induci ad testimonium ferendum contra veritatem; & sic patet, quòd testimonium alicujus repellitur & propter culpam, & absque culpa. *Falsum verò testimonium prohibetur specialiter in Decalogo, Exod. 20. & Deuter. 5.* Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. *Vbi Author*: Hoc *inquit* potest Y esse dupliciter: vel in judicio, vel in communi locutione. (*De hoc secundo vide V.* Lingua *Tomo* 3.) In judicio autem tribus modis, secundùm quod tres personæ possunt facere contra hoc præceptum. Prima, persona scilicet accusantis falsò, Leuit. 19. *Non eris criminator.* Item persona testificantis mentiendo, Prouerb. 19. (*bis*) *Testis falsus non erit impunitus.* Item persona judicis malè sententiando, Leuit. 19. *Non injustè judicabis.* Debent autem illi puniri pœnâ, de qua dicitur Deuter. 19. *Cum diligentissimè perscrutantes, inuenerint, falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium: reddent ei, sicut fratri suo facere cogitauit*: quod pertinet Z ad injuriam personæ: (qui *enim* malè accusat, *vel falsò testificatur*, peccat & contra personam accusati, & contra Rempublicam: vnde propter vtrunque punitur.) Et postea, quantùm ad injuriam Reipublicæ, *subditur*: Et auferes malum de medio tui, vt audientes cæteri, timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere. *Porrò* falsum A testimonium habet triplicem deformitatem. Vno modo ex perjurio: quia testes non admittuntur nisi jurati; & ex hoc semper est peccatum mortale. Alio modo ex violatione justitiæ: & hoc modo est peccatum mortale in suo genere, sicut & qualibet injustitia. Tertiò ex ipsa falsitate, secundùm quod omne mendacium est peccatum: & ex hoc non habet falsum testimonium, quòd semper sit peccatum mortale. *Quòd si non licet in judicio nec propriam diffiteri veritatem, ad pœnam etiam mortis euitandam: quantò minus licebit in judicio mendacium dicere ad aliorum nocumenta declinanda? Et tamen passim nec pauci in fauorem, vt ajunt, hujus vel alterius, sese*

X 2. 2. 70. 1. c. Quinam à testificando repellendi.

Y Op. 4. de 8. præc. §. 1.

Falsus testis dupliciter punitur, sicut & accusator, propter duplicem injuriam illatam, accusato scilicet & Reipublicæ.

Z 2. 2. 68. 4. ad 2.

A 2. 2. 70. 4. c. Falsum testimonium triplicem habet deformitatem.

contra veritatem exhibent testes, nil de præstito juramento cogitantes, aut curantes: cum *tamen* mendacium B non solùm habeat rationem peccati ex damno, quod infertur proximo, sed ex sua inordinatione. Non licet autem aliqua illicita inordinatione vti ad impediendum nocumenta & defectus aliorum: sicut non licet furari ad hoc, quòd homo eleemosynam faciat, nisi fortè in casu necessitatis, in quo sunt omnia communia. *Adde injuriam, quæ justitiæ in judicio fit. Vnde & docemur, quòd* duplex C genus mendacij, peccatum mortale ponendum est. Primum quod contra Deum est, sicut cum quis in doctrina religionis mentitur. Secundum est, quod in detrimentum justitiæ ad proximum vergit: siue sit tale mendacium, quod ad peruersionem judicij ordinatur, sicut cum quis in loco judicij falsum dicit: siue sit in nocumentum alicujus, quod sine mortali peccato esse non potest. *Idcircò Prouer.* 21. Testis mendax peribit.

e *Iudex ergo, præter cætera, quæ præmissa sunt, testium qualitatem & idoneitatem consideret, singula ab his prolata perpendat, rationes oppositas discutiat, & omnia impleat ad judicis munus requisita: neque enim ignorantia excusat, aut metus. Monetur idcircò Eccli.* 7. Noli quærere fieri judex, nisi vàleas virtute irrumpere iniquitates. *Et ita, vt verè Dei minister, rectè judicabit, æquam sententiam proferendo. Præfata autem cuncta, quæ à recto judice debent esse aliena, exprimunt satis verba Eliu ad Iob cap. 36. dum ait*: Causam judiciumque recipies. Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas &c. *Causam judiciumque recipies*: idest D causa & judicium restituetur tibi, vt possis aliorum causas discutere, & de eis judicare. Et quasi jam hoc factum esset, monet eum, qualiter in statu illo se debeat habere. Contingit autem quandoque, quòd judices à justitia declinant propter iram (*vel alias quascunque passiones*) & quantùm adhoc dicit; *Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas* injustè. Quandoque verò judices à justitia declinant propter cupiditatem munerum; & quantùm adhoc dicit: *nec multitudo donorum inclinet te.* Contingit etiam quandoque, quòd aliquis ex sola superbia alijs justitiam facere contemnit; & quantùm adhoc subdit: *depone magnitudinem tuam*, idest superbiam animi tui, *absque tribulatione*, idest antequam tibi tribulatio immittatur à Deo ad tuam humiliationem. Quandoque verò contingit, quòd judices à justitia declinant, deferentes aliquibus potentibus propter timorem; & quantùm adhoc subdit: *& omnes robustos fortitudine* scilicet tua deponas: vel quantumcunque robustos in sua fortitudine, tu non dubites deponere propter justitiam. Quandoque autem contingit, quòd aliqui judices à justitia deficiunt, parcentes propter suam quietem; vnde subdit: *Ne protrahas noctem*: idest, ne velis nimis dormire, vt expeditioni justitiæ non intendas. Vel, *ne protrahas noctem*: idest, non permittas diu latere justitiam causæ, sed festina, vt veritas manifestetur. Et causam ostendit, subdens: *vt ascendant populi pro eis*, scilicet robustis. Q. d. Non ita protrahas judicium, quousque totus populus concitetur (*nota*) ex violentijs robustorum, & pro eorum injurijs ad te inquirendum accedant. Vel aliter: *Ne protrahas noctem, vt ascendant populi pro eis.* Q. d. Ne differas judicium contra robustos exercere, ne fortè per suam potentiam inueniant multos fautores, qui pro eorum defensione consurgant, vt sic tuum judicium impediatur. Omnia autem ista adhoc tendunt, vt in statu futuræ prosperitatis injustitiam vitet; vnde subdit: *Caue, ne declines ad iniquitatem*, scilicet per aliquem prædictorum modorum, vel aliquos, alios. *Hoc pacto si Iudices se gesserint, ex administrata justitia gloriæ coronam recipient; Vnde & idem* Iob cap. 29. dice-

B 2. 2. 110. 3. ad 4. & in c. & q. 69. 1. & 2. & 70. 1. c. In 3. d. 38. 1. 3. & 4. Quol. 8. a. 14. Duplex genus mendacij semper peccatum mortale.

C In 3. l. c. a. 4. c.

Compendiosa qualitatum judicis descriptio ex Iob.

D Iob 36. l. 1 ill.

Recti judices gloriosi & beati.

Digitized by Google

dicebat: Iustitiâ indutus sum, & vestiui me sicut vestimento, & diademate judicio meo. *Quandoquidem*, sicut E in concertatione bellorum (*Eccli.* 4. Certa pro justitia) victoribus datur corona: ita etiam & judex, cum per judicium suum justitiæ victoriam tribuit, coronam meretur; vnde subdit: *Et diademate judicio meo*; ac si dicat: Indutus sum judicio meo, sicut diademate. *Gloriosi inquam recti judices sunt, atque plenè beati*, *Psalm.* 105. Beati qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore.

E Iob 29. l. 1. ibi.

F *Ex opposito, si qui judices iniquè judicauerint, diuinæ sibi gladium vltionis nouerint imminere. Et quidem ex iniquo lucro nil sibi ad prosperitatem proderit: quin ad miserrimam deuenient egestatem*, Iob 15. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt: *siquidem* fit F interdum ex diuino judicio, vt ea quæ malè acquisita sunt, de facili consumantur. *Sed & malorum judicum punietur iniquitas etiam in filijs*, *Psal.* 36. Quia Dominus amat judicium, & non derelinquet sanctos suos: injusti punientur, & semen impiorum peribit. *Sanè omnis injustitia judicum iniquorum in illorum caput retorquebitur*, 2. *Par.* 19. Videte, quid faciatis: non enim hominis exercetis judicium, sed Domini: & quodcunque judicaueritis, in vos redundabit. *Norunt satis seniores iniqui judices* Dan. 13. *ad quos idcircò Daniel separatim de calumnia conuictos dicebat*: Rectè mentitus es in caput tuum (idest G contra teipsum:) ecce enim Angelus Dei, accepta sententia ab eo, scindet te medium. *Et punitionis huius causam præmiserat*: Nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris priùs, judicans judicia injusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios. *Neque enim impunitos vult Deus iniquos judices & nunc & in futuro judicio, quando eorum palliatas & assertas* justitias judicabit *Psalm.* 74. *Vnde & Sapiens dicebat Eccle.* 3. Vidi sub Sole in loco judicij impietatem, & in loco justitiæ iniquitatem; *moxque subjicit*: Et dixi in corde meo: Iustum & impium judicabit Deus; & tempus omnis rei tunc erit. *Nihil est, quod magis ad indignationem Deum prouocet, quàm injustitia, in pauperes præsertim & in pupillos*, *Ier.* 21. Iudicate mane judicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat, propter malitiam studiorum vestrorum. *Profectò vrbium & regnorum excidium ex judicum iniquitate vt plurimùm accidit, bella perennant, caritas ingruit, pestis grassatur*, *Ier.* 22. Facite judicium & justitiam &c. aduenam & pupillum & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè. Quòd si non audieritis verba hæc: in memetipso juraui, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc. *Et tamen, ô tempora, ô mores!* Circuite (*ait Dominus Ier.* 5.) vias Ierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis ejus, an inueniatis virum facientem judicium, & quærentem fidem: & propitius ero ei. *Ex quo sequitur*: Idcircò percussit eos leo de sylua, lupus ad vesperam vastauit eos, pardus vigilans super ciuitates eorum. *Percussit eos* quantùm H ad interfectionem virorum, *leo de sylua*, idest Nabuchodonosor propter ferocitatem: quantùm ad vastationem regionum *lupus ad vesperam* propter velocitatem: quantùm ad obsidionem vrbis *pardus vigilans* propter fraudulentiam. *Cui adsonat & Isaias cap.* 59. Conuersum est retrorsum judicium, & justitia longè stetit: quia corruit in platea veritas, *& in foro justitia*: *eoquòd nimirùm judices propriæ vtilitati student, non ad causæ justitiam intendunt: qua euidenter cognita, ad propriam nihilominus vtilitatem, ne Præfecturâ priuaretur, innocentem Christum & Pilatus damnauit. Et ô felicissimum Reipublicæ nostræ dominium, fortunatique Venetorum populi, ex hoc præ cæteris, quòd perpetua in eis viget justitiæ administratio, vnde perennis animorum pax & tranquillitas: neque enim hæc sine justitia, neque justitia sine pace*, *Psalm* 84. Iustitia & pax osculatæ sunt. *DISCE, vt rectè judices, à judicijs Dei non declinare. Vide* Aduocatus, Correptio fraterna, Dilectio inimicorum, Iuramentum, Iustitia.

Iudices iniqui puniuntur in seipsis, & in filijs.
F Iob 15. fi.
Eorum injustitiæ in caput ipsorum retorquentur.
G Dan. 13. ibi.
Prouocant ad vltionem Dominum.
Iniustitia, vrbium & regnorum excidium.
H Ier. 5. ibi.
Præponitur justitiæ vtilitas propria.
Venetorum Iustitia.

IVDICIALE PRÆCEPTVM. Vide DECALOGVS.

IVDICIVM TEMERARIVM.

XVII. Nullus debet judicare de aliquo, quòd sit malus homo: dubia enim in meliorem partem interpretanda sunt. *Matth.* 7. *lit.* a. *sub initio.*

g NOlite ante tempus judicare (*inquit Apostolus* 1. *ad Cor.* 4.) quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. *Vbi Author*: Hoc I intelligendum est *inquit* de occultis: de manifestis autem judicare, commissum est à Deo hominibus, secundùm illud Deut. 1. *Audite illos, & quod justum est, judicate*. Sunt enim aliqua manifesta, non solum per euidentiam facti, sicut notoria, sed etiam propter confessionem aut testium probationem. Occulta verò Deus suo reseruat judicio. Sunt autem occulta nobis quæ latent in corde, vel etiam in abscondito fiunt: & de his dicitur in Psal. 4. *Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini*. Vnde homo de his est temerarius judex: sicut judex delegatus qui excedit formam mandati judicij de causa non sibi commissa. Est ergo temerarium judicium, quando aliquis de dubijs judicat, *neque satis manifestis*. *Et de hoc nos arguit idem Apostolus Roman.* 2. In quo enim alterum judicas, teipsum condemnas. *Te ipsum* inquam *condemnas*: non tamen L credendum est, quòd omne judicium sit condemnationis causa. Est enim triplex judicium. Vnum quidem justum, quod scilicet fit secundùm regulam justitiæ, Sap. 1. *Diligite justitiam qui judicatis terram*. Aliud est judicium non justum, quod scilicet fit contra regulam justitiæ, Sap. 6. *Cum essetis ministri regni illius, non rectè judicastis*. Est autem tertium judicium, temerarium: contra quod dicitur Eccle. 5. *Ne temerè quid loquaris*. Quod quidem dupliciter committitur. *Vno modo*, quando aliquis procedit circa id, de quo est sibi commissum judicium, absque debita veritatis cognitione, contra id, quod dicitur Iob 29. *Causam, quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam*: (*de quo* Num. præced.) *Alio modo*, quando aliquis vsurpat sibi judicium de occultis, de quibus solus Deus judicare debet, Matth. 7. *Nolite judicare, & non judicabimini*. Si M quis ergo velit sibi vsurpare judicium super ea, quæ non sunt ei diuinitus concessa ad judicandum, est judicium temerarium: sicut si quis, judex delegatus à Papa, vellet in judicando transgredi mandati fines. Deus autem soli sibi reseruauit judicare occulta, quæ præcipuè sunt cogitationes cordium & futura. Et ideò, si quis de his judicare præsumpserit, est temerarium judicium & vsurpatum. *Vnde Augustinus de Serm. Domini in monte*: In his duobus *inquit* temerarium est judicium: cùm incertum est, quo animo quid factum sit: vel cum incertum est, qualis quisque futurus est, qui nunc vel bonus vel malus apparet. *Et hoc est, quod abominatur Dominus Prou.* 17. Qui justificat impium, & qui condemnat justum, abominabilis est vterque apud Deum.

h *Verùm judicia hæc ex humana proueniunt malitia*: hoc est N à malitia hominum, vt magis infirma cogitent, quàm perfecta; *& juxta vniuscu-* jusque

I 1. Cor. 4. l. 1. circ. fi.
Quid judicium temerarium.
L Rom. 2. l. 1. ibi.
Iudicium triplex.
Temerarium Iudicium dupliciter committitur.
M Rom. 14. l. 1. ibi. qui judicas. & loco cit. & Matth. 7. initio cap. & ¶. 2. 60. 3. c.
N Matth. 13. circ. fi.

Digitized by Google

Iuxta vniuscujusque sensum de proximis nostris iudicamus.

jusque sensum temerè de proximis nostris jud'camus. Vnde & de Christo Domino legimus Ioann. 7. Quidam dicebant, quia bonus est: alij autem dicebant, non, sed seducit turbas. Quidam, illi scilicet O qui habebant rectum cor, dicebant de Christo, quia bonus est: alij, scilicet qui erant malè dispositi, dicebant, non, scilicet non est bonus. Non rarò enim ex passione dominante malum de proximo judicium fit, quem fortasse bonum judicaremus, passionis expertes, Matth. 7. Nolite judicare, scilicet ex amaritudine P odij, vel iræ, inuidiæ, & huiusmodi: cum enim Q aliquis odit aliquem, aut irascitur, vel inuidet ei, opinatur mala de ipso. Et hoc est, quod ait Apostolus 1. Cor. 13. Charitas non cogitat malum: quia malus malum cogitat, bonus bonum. Non cogitat inquam malum; idest, non permittit R excogitare, quomodo aliquis perficiat malum, Is. 1. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Vel charitas non cogitat malum: quia non permittit, hominem per varias suspiciones & temeraria judicia cogitare malum de proximo, Matth. 9. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Consuetudo S boni animi & innocentis est, vt etiam alios procul ab iniquitate esse credant, à qua scipsos nouerunt immunes. Verùm qui malus est (quia ex peccato judicium habet corruptum: sicut palatum infectum qui febri laborat: gustus T febrientium dulcia judicat amara propter hoc, quòd lingua malis humoribus est repleta:) malum judicat de proximo suo. Vnde & ad illud Ioann. 10. Dicebant multi ex Iudæis: Dæmonium habet, & insanit &c. docemur, ex opposito ad bonos, quòd consuetudo V stultorum est, vt dubia semper interpretentur in malum (quod est temerè judicare, vt prætactum est:) cum tamen contrarium debeat fieri. Vnde contingit, quòd quæcunque ignorant, blasphemant, vt dicitur in Can. Iudæ. Alij verò (subijcit Euangelista) qui scilicet rectè sapiebant, dicebant: Hæc verba non sunt dæmonium habentis. Q. d. Ex eis videtur, quòd non insanit, cum sint ordinata & ponderosa, Ioann. 6. Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Vides hinc, quali differentia recti homines judicant, & mali. De istorum numero fuit Simon ille Luc. 7. qui & ipse malè cogitabat, & in malam partem interpretabatur, quòd Christus se à Magdalena vngi permisisset, cum ait: Hic, si esset propheta, sciret vtique, quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix est. Mentiris Simon: pœnitens est. O quot Simones inueniuntur, qui Sacerdotis cum fœmina colloquium in malam partem interpretati, singulis horis cum vtriusque detrimento famæ obloquuntur: quia peccatrix est. Non secus & Pharisæi malam de Christo opinionem concipiebant, quòd cum publicanis & peccatoribus manducaret. At qui rectum judicium habent (cum ignotum sit, quo animo, quoue fine actiones fiant) non ita in malam partem quæ non liquent interpretantur. Nullus ergo debet X judicare de aliquo, quòd sit malus homo: dubia enim in meliorem partem interpretanda sunt; quod ajebat initio Author. Et ratio adducitur: quia ex hoc ipso Y quòd aliquis habet malam opinionem de alio absque sufficienti causa, injuriatur ei, & contemnit ipsum: nullus autem debet alium contemnere vel nocumentum quodcunque inferre absque causa cogente; & ideò, vbi non apparent manifesta indicia de malitia alicujus, debemus eum vt bonum habere, in meliorem partem interpretando quod dubium est. Atqui malè cogitantium quàm fallax vt plurimùm judicium est! Iudith, vidua illa pudicissima (ex lib. Iudith à c. 10.) pretiosioribus vestibus induta, omni caput artificio exculta, nam & imposuit mitram super caput suum &c., nocturno tempore cum sola pedissequa, ab vrbe egreditur, castra penetrat Assyriorum, tabernaculum subit Holofernis, clausa secum noctu sola moratur. Quis non putaret cum Assyrio Duce fornicaturam? Falleris, & longè falleris, quisquis es qui temerè factum hoc dijudicas, & in malam partem interpretaris. Iudith non se Holoferni subjecit peccando, sed Holofernem subjecit promerendo. Non captiuam se Ducis constituit: sed immò, jugulato tyranno, se patriamque suam pristinæ reddidit libertati. Et ò quoties, Pharisæorum more, quidam vel dicta aliorum vel facta in malam partem interpretantur! Mulier virum alloquitur, mulierem vir: mox de adulterio vel fornicatione admittenda collocutos, temerè judicant. Puella non laneis vestibus induitur, sed sericis: annulum digito imponit, armillas latiores brachijs: mox defloruisse, sinistrè putant. Religiosus honestæ alioquin dominæ vel semel domum ingreditur: suspectæ mox familiaritatis insimulant. Et quod deterius est, si quis de claustralibus fuerit in peccatum prolapsus (neque enim vel ipsum Apostolicum Collegium immune fuit) totam ejusmodi esse societatem, pro certo tenent. Contra quos relatus ab Authore Augustinus in Epistola ad plebem Hipponensem: Ad quid Z aliud inquit sedent illi, & quid aliud tractant, nisi vt cum Episcopus, vel Clericus, vel Monachus, vel sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credant, sed non omnes posse manifestari?

O Ioan. 7. l. 2. lit. b. & cap. 1. 2. lit. f.

Et secundùm passionē prædominantem.

P Matth. 7. initio cap.

Q 2. 2. 60. 3. c.

R 1. Cor. 13. l. 2. ibi.

Bonus bene cogitat de proximo, malus male.

S Ioan. 13. l. 5. lit a.

T 1. p. 85. 6. c. & 75. a. c.

V Ioan. 10. l. 5. lit. a.

Fallax iudicium.

X Matth. 7. lit. a. fub. init.

Y 2. 2. 60. 4. c. Cur dubia hominis act onta in meliorem partem interpretanda.

Falluntur vt plurimum male de proximo iudicantes.

Homanorum actuum maligni quidam interpretes.

Z Rom. 3. l. 1. ibi, incredulitas.

Si quis de collegio peccet, omnes tales esse temerè putant.

i Cæterùm, aliud est de malo proximi judicium facere, aliud suspicionem habere. Pro quo, & pro tota hac materia, sciendum: quòd suspicio A sicut Tullius dicit, importat opinionem mali, quando ex leuibus indicijs procedit: & contingit ex tribus. Vno quidem modo ex hoc, quòd aliquis ex se ipso malus est: & ex hoc ipso, quasi conscius suæ malitiæ, faciliter de alijs malum opinatur, secundùm illud Eccle. 10. In via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. Alio modo prouenit ex hoc, quòd aliquis malè afficitur ad alterum. Cum enim aliquis contemnit vel odit aliquem, aut irascitur, vel inuidet ei, ex leuibus signis opinatur mala de ipso: quia vnusquisque faciliter credit quod appetit. Tertio modo prouenit ex longa experientia: vnde Philosophus dicit in 2. Rhet. quòd senes sunt maximè suspiciosi, quia multoties experti sunt aliorum defectus. Primæ autem duæ suspicionis causæ manifestè pertinent ad peruersitatem affectus. Tertia verò causa diminuit rationem suspicionis, in quantùm experientia ad certitudinem proficit, quæ est contra rationem suspicionis. Et ideò suspicio vitium quoddam importat: & quantò magis procedit suspicio, tantò magis est vitiosum. Est autem triplex gradus suspicionis. Primus quidem gradus est, vt homo ex leuibus indicijs de bonitate alicujus dubitare incipiat: & hoc est veniale & leue peccatum. Pertinet enim ad tentationem humanam, sine qua vita ista non ducitur, vt habetur in glossa super illud 1. Cor. 4. Nolite ante tempus judicare: (& ideò B suspicio non est mortale ex genere: quamuis, si fiat ex odio, erit aliquando mortale, vt sæpe contingit.) Secundus gradus est, cum aliquis pro certo malitiam alterius æstimat ex leuibus indicijs. Et hoc, si sit de aliquo graui, est peccatum mortale, in quantùm non est sine contemptu proximi. Vnde glossa ibid. subdit: Si ergo suspiciones vitare non possumus, quia homines sumus: judicia tamen, idest diffinitiuas firmasque sententias, continere debemus. Tertius gradus est, cum aliquis judex ex suspicione procedit ad aliquem condemnandum: & hoc directè ad injustitiam pertinet; vnde est peccatum mortale, vt Num. præced. dictum est. Præterea duplex est judicium malum: temerarium scilicet, & peruersum. Temerarium est C quando aliquis de dubijs judicat. Peruersum autem, quando falsum judicium profert. Et quamuis non sit judicandum circa personas, puta vt aliquis judicet malum hominem, qui bonus est: tamen multò grauius est, vt judicium peruertatur de rebus: putà, si quis diceret, virginitatem esse

Aliud iudicium facere, aliud suspicionem habere.

A 2. 2. 60. 3. c. Quol. 11. a. 14. c.

Mala suspicio ex tribus.

Senes cur suspiciosi.

Triplex suspicionis gradus.

Quandonam veniale, vel mortale peccatum.

B Quol. 11. l. c. in corp.

Iudicium firmum de re graui semper mortale, si ex leuibus indicijs.

Duplex iudicium malum temerarium, & peruersum.

C 1 Cor. 4. l. 1. f. Quol. 12. l. c. & 2. 2. 60. 4. ad 2.

Multò grauius est, de rebus, quàm de personis, iudicium peruertere.

Digitized by Google

malam, & fornicationem bonam. *Sed & triplex assignatur de crimine alterius suspicio. Vnde quærens Author, an Eucharistia possit de crimine suspectis exhiberi? Respondet, quòd* triplex est D suspicio.

Suspicio triplex.

D *Ham. in 4. d.9.1 2 ad 4. In alio ib. a.1. q 1.c. & d.15. 1. 3. ad 4.*

Violenta.

Quædam *violenta*, quæ pro facto reputatur: vt si inueniatur suspectus cum suspecta, nudus cum nuda solus in eodem lecto. Et propter hanc, sicut propter peccatum, neganda est communio.

Probabilis.

Quædam est *probabilis:* vt si inueniatur solus cum sola loquens tempore & loco suspecto. Et propter hanc non debet negari.

Leuis, siue præsumptuosa.

E *4. d. 9. 1 3. q.2. c.*

Quædam autem *leuis:* vt si appareant aliqua signa, non tamen omnino certa: Quæ E & *præsumptuosa* dicitur, ex leui conjectura ortum habens. Hæc autem vltima deponenda est. *Igitur bene de omnibus judicandum in dubijs est, nec facilè malum de proximo suspicandum. Quod quidem nulla prorsus difficultate assequemur, si nos ipsos considerantes, humiliemur coram Deo. Et hoc signatur* Apoc.5. *cum dicitur*: Et vigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas; *idest*, se F humiliauerunt, suas considerantes conscientias, & non alios judicantes.

F *Apoc.5. com. p.5 cap.*

Non facilè proximum iudicat qui humiliatus propriã conscientiam considerat.

Qui enim caderet frequenter in faciem suam; idest, frequenter consideraret conscientiam suam, judicaret se, & non alios (*judicium de proximo soli Deo relinquens*) Iob 5. *Visitans speciem tuam, non peccabis*; & ad Galat.6. *Considerans te ipsum, ne & tu tenteris*. Nam G quandiu in hac vita mortali sumus, proni sumus ad peccandum; *& fortè deteriùs, quàm illi, quos temerè judicamus*, *Eccli.31.* Intellige, quæ sunt proximi tui, ex te ipso. *Concludat Apostolus Rom.14.* Non ergo ampliùs inuicem judicemus, *scilicet* temerario H judicio: *vt euitemus quod videtur minari Dominus Ier.4.* Ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum. *DISCE hominem non judicare, ne à Deo judiceris. Vide* Collegium.

G *Ad Galat.6. l. 1. ibi.*

In peiora fortè lapsurus, quàm illi, quos temerè judicat.

H *Rom. 14. l. 1. ib.*

IVDICIVM VNIVERSALE.

XVIII. Signum Crucis apparebit in judicio, non ad indicium tunc existentis infirmitatis, sed præteritæ: vt per hoc justior eorum condemnatio appareat, qui tantam misericordiam neglexerunt. *In 4. d. 48. 1. 2. ad 2.*

Vniuersale iudicium futurum, dogma fidei.

1 IN *secundo Christi aduentu vniuersale siue generale judicium ad extremum seculi futurum, dogma asseritur fidei in Symbolo*: Venturus est judicare viuos & mortuos. *Quod quidem & ad literam habetur tum in veteri Testamento, Psal.95.* Iudicabit Orbem terræ in æquitate, *& Psalm.97.* Iudicabit Orbem terrarum in justitia. *Iob 19. & 31.* Quid faciam, cum surrexerit ad judicandum Deus? *Item* Is. *cap.*2. 13. 26. 27. 30. 66. Ierem. *cap.*30. Dan. *cap.*5. 7. 13. Sophon.1. Malach.4. 1. Reg.2. Eccle.3. *& alibi. Tum manifestè in nouo Testamento, Matth.24.* Videbunt Filium hominis venientem in nubibus Cœli &c. *& cap.25.* Cum venerit Filius hominis in majestate sua &c. *Marc.13. Luc.17. & 21. & Rom.2.* In die, cum judicabit Deus occulta hominum. *Et* 1. Cor.16. *&* 2. Cor.5. *&* 1. Thess. 4. *&* 2. Thess. 1. *&* 2. ad Tit.2. *&* 2. Pet. 3. ad Hebr. 9. Apoc.7. *& 20. pluribusque alijs locis, in quibus mentio fit de finali judicio. Vnde &* Iob cap.19. *contra quosdam vel Deum vel ejus judicium impiè negantes* (*Psal.*11. Quis noster Dominus est? *& Malach.2.* Vbi est Deus judicij?) *constanter dicebat:* Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est: & scitote, esse judicium: *videlicet*, non solùm I in hac vita, sed & post hanc vitam, in resurrectione bonorum & malorum.

I *Iob 19. f. cap.*

Quare tale judicium futurum.

Quare autem futurum omnino sit, ex eo Author suadet: quia, licèt L per mortem vita hominis temporalis terminetur secundùm se: remanet tamen ex futuris secundùm quid dependens. *Vno quidem modo*, secundùm quod adhuc viuit in memorijs hominum, in quibus quandoque contra veritatem remanet bonæ famæ vel malæ. *Alio modo* in filijs, qui sunt quasi aliquid patris, secundùm illud Eccli. 30. *Mortuus est pater ejus, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se.* Et tamen multorum bonorum sunt mali filij, & è contrario. *Tertio modo*, quantùm ad effectum suorum operum: sicut ex deceptione *Arij*, & aliorum seductorum, pullulat infidelitas vsque ad finem Mundi: & vsque tunc proficit fides ex prædicatione Apostolorum. *Quarto modo*, quantùm ad corpus, quod quandoque honorificè traditur sepulturæ, quandoque verò relinquitur insepultum, & tandem incineratum omnino resoluitur. *Quinto modo*, quantùm ad ea, in quibus homo suum affectum defixit, putà in quibuscunque temporalibus rebus, quorum quædam citiùs finiuntur, quædam diutiùs durant. Omnia autem hæc subduntur existimationi judicij diuini: & ideò de his omnibus perfectum & manifestum judicium haberi non potest, quandiu hujus temporis cursus durat. Et propter hoc oportet esse finale judicium in nouissimo die, in quo perfectè id, quod ad vnumquemque hominem pertinet quocunque modo, perfectè & manifestè judicetur.

L *3. p. 59. 5. c. In 4. d. 47. 1. 1. q. 1 c. ad Ham. ib. a. 1 & 4. cont. G. c. 96. Op 3 c 242 & 243 Matth. 25. fin. f.*

Neque ex eo, quòd in judicio particulari vnusquisque jam judicatus in morte, sit & in generali judicio judicandus, bis dicendus est judicari, contra illud Nah 1. Non consurget duplex tribulatio; *hoc est*, secundùm aliam M literam: Non judicabit Deus bis in idipsum: *cum tamen dicatur Ier 17.* Duplici contritione contere eos. *Dicendum enim, quòd* tribulatio N si accipiatur commensurata peccato, duplex non consurgit: quia Deus non punit vltra condignum. Sed si accipiatur pro pœna absolutè; tunc duplex pœna debetur: vel secundùm duas partes peccantis, pœna corporis & animæ: vel secundùm duo, quæ sunt in peccato, scilicet auersio & conuersio, pœna sensus & damni: vel secundùm duas radices peccati, quæ sunt amor & timor, ignis & frigus: vel secundùm duos status, pœna præsens & futura: vtraque enim est citra condignum.

Ex eo, quòd quis iudicatur in morte, iudicandus in finali iudicio sit, non dicitur bis iudicari.

M *3 p. loc. cit. arg. 2.*

N *ad 15. cap. text.*

Ad rem autem nostram, ex hoc non dicitur Deus bis judicare in idipsum: quia O non duas pœnas pro vno peccato infert: sed pœna, quæ ante judicium completè inflicta non fuerat, in vltimo judicio complebitur, post quod impij cruciabuntur quoad corpus & animam simul. *Et ita* Deus P non judicat bis in idipsum, idest secundùm idem, sed secundùm diuersa: sic enim non est inconueniens Deum bis judicare.

O *4. d. 47 1 1. q 1. ad 1. & d. 15. l. c.*

P *3. p. 59. 5. ad 2.*

Et bene dicitur dies finalis judicij dies magnus, Apoc.16. Ad diem magnum omnipotentis Dei; *idest*, ad diem Q judicij, qui dicitur *magnus*, quia justitia magna erit tunc: & dicitur specialiter *Dei omnipotentis*, quia ibi ostendet Deus potentiam suam, quam modo continet intra terminos misericordiæ, *Ierem.30.* Væ, quia magna dies illa, nec est similis ejus.

Q *Apoc. 16. com 2 & 1. ibi.*

Dies iudicii cur *dies magnus* dicatur.

II *Verùm terribilis iste dies ex justa Dei dispositione nobis prorsus ignotus est. Nam in particulari tempore mortis, & in vniuersali judicio*, retributionum quidem R ratio in euidenti erit: sed tempus manet occultum, quia & mortis suæ tempus homo ignorat, secundùm illud Eccle.9. *Nescit homo finem suum*, & finem hujus seculi nemo scire potest. Non enim præscimus futura, nisi quorum comprehendamus causas. Causa autem finis Mundi est Dei voluntas, quæ est nobis ignota: vnde nec finis Mundi ab aliqua creatura præsciri potest, sed à solo Deo. *Et quidem*, sicut *Augustinus* dicit S in lib.83. *Quæst*, *Ætas* vltima humani generis, quæ incipit à Domini aduentu vsque ad finem seculi, in qui-

Nobis prorsus ignotus, & vnde.

R *Op.3.c 242.*

S *4 d.43. 1 3. q 2. c. & d.47. 1. 1. q. 3. ad Ham ib a. 1. ad 3. Op 3.1.c. Opusc. 19 c. 24. Matth. 24. lit. c ibi, de die.*

Digitized by Google

in quibus generationibus computetur, incertum est: sicut etiam senectus, quæ est vltima ætas hominis, non habet determinatum tempus secundùm mensuram aliarum, cum quandoque sola tantum teneat temporis, quantum reliquæ omnes ætates. Hujus autem ratio est: quia determinatus numerus futuri temporis sciri non potest, nisi vel per reuelationem, vel per naturalem rationem. Tempus autem, quod erit vsque ad resurrectionem, numerari non potest naturali ratione: quia simul erit resurrectio, & finis motus Cœli. Ex motu autem accipitur numerus omnium, quæ determinato tempore per naturalem rationem futura præuidentur. Ex motu autem Cœli non potest cognosci finis ejus: quia, cum sit circularis, ex hoc ipso habet, quòd secundùm naturam suam possit in perpetuum durare; vnde naturali ratione tempus, quod erit vsque ad resurrectionem, numerari non potest. Similiter nec per reuelationem potest haberi. Et hoc ideò, vt omnes semper sint soliciti & præparati ad Christo occurrendum. Et propter hoc etiam Apostolis (*tam sibi familiaribus & amicis, vt quæcunque audiuit à Patre, nota fecerit eis, Ioann.15.*) de hoc quærentibus *respondit Act.1.* Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. *Hinc apertè* Matth.24. *dicebat Dominus*: De die illa & hora nemo scit, neque Angeli Cœlorum, nisi solus Pater. *Et Zach.14.* Et erit dies vna, quæ nota est Domino. *Verùm*, quia T in Marco *cap.13.* legitur: *De die illo vel horâ nemo scit, neque Angeli in Cœlo, neque Filius, nisi Pater*: sumpserunt aliqui (*qualis fuit* Arius) errandi materiam, dicentes Filium Patre minorem, quia ea ignorat, quæ Pater nouit. Posset autem hoc euitari, vt diceretur, quòd Filius hoc ignorat secundùm humanam naturam assumptam, non autem secundùm diuinam, secundùm quam vnam Sapientiam habet cum Patre; vel, vt expressiùs dicatur, est ipsa Sapientia in corde concepta. Sed hoc inconueniens videretur, vt Filius, etiam secundùm naturam assumptam, diuinum ignoret judicium, cum ejus anima, Euangelista testante, sit *plena gratiæ & veritatis*. Nec etiam videtur habere rationem, vt cum Christus potestatem judicandi acceperit, *quia Filius hominis est* Ioan.5. tempus sui judicij secundùm humanam naturam ignoret. Non enim omne judicium Pater ei dedisset, si determinandi temporis sui aduentus esset ei subtractum judicium. Est ergo hoc intelligendum secundùm vsitatum modum loquendi in Scripturis, prout dicitur tunc Deus aliquid scire, quando illius rei notitiam præbet, sicut dixit ad Abraham Genes.22. *Nunc cognoui, quòd timeas Dominum*; non quòd tunc inciperet nosse, quia omnia ab æterno cognouit: sed quia ejus deuotionem per illud factum ostenderat. Sic igitur & Filius dicitur diem judicij ignorare, quia notitiam discipulis non dedit. Ideò autem voluit Dominus, tempus futuri judicij esse occultum, vt homines solicitè vigilarent, ne fortè tempore judicij imparati inueniantur. Propter quod etiam voluit tempus mortis vniuscujusque esse ignotum: talis enim in judicio vnusquisque comparebit, qualis hinc per mortem exierit. Vnde Dominus dixit *Matth.24. cit.* Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. *Vbi ponit similitudinem de fure, qui de nocte venit quando non putatur. Non secus & judicij dies.* Vnde debemus V vigilare, quia nescimus, quando veniet Dominus, scilicet ad judicium. Vel possumus referre ad diem mortis, *2. Pet.3. & 1. Thess.5.* Cum dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. *Præmiserat enim ibidem Apostolus*: Dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet: *quia scilicet* veniet X sicut fur, idest ex impræmeditatione. Quomodo autem *dies* dicitur venire *in nocte*? Quia scilicet *in die* veniet propter manifestationem cordium, 1. Cor.4. *Quoadusque veniat Dominus, qui manifestabit consilia cordium*: sed *in nocte*, propter incertitudinem, Matth.25. *Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit*: incertum enim est, qua hora erit. *Bene ergo concludit Apostolus*: Igitur non dormiamus, sed vigilemus. *Et Apoc.16.* Ecce venio sicut fur; *moxque subdit*: Beatus qui vigilat.

Ampliatur simile.

Exponitur illud Marci 13. *Nemo scit, neque Filius, nisi Pater.*

T *Op.3. c.242. Pet. 3. a. 4. Matth 24 loco cit.*

Error Arii.

Cur furi nocturno comparetur judicii dies.

V *Matth 24. ibi, vigilate.*

X *1. Thess. 5. l. 1. ibi, & 2. Pet 3. ibi, fur. Apoc. 16 com. 1. & 2. ibi, fur.*

n *At quomodo ignotum tempus, vel dies, cum illius signa in Euangelio prænarrentur? Quocirca sciendum, quòd* ad dignitatem Y judiciariæ potestatis pertinet habere aliqua indicia, quæ ad reuerentiam & subjectionem inducant: & ideò aduentum Christi ad judicium venientis multa signa præcedent, vt corda hominum in subjectionem venturi judicis adducantur, & ad judicium præparentur, hujusmodi signis commoniti. Quæ autem sint ista signa, de facili non potest sciri. *Nam ex Augustino in Epist. ad Hesychium* signa Z quæ in Euangelijs ponuntur, non omnia pertinent ad secundum aduentum, qui erit in fine: sed quædam eorum pertinent ad tempus destructionis Ierusalem, quæ jam præterijt: (*de qua vide V.* Iudæi,) Quædam verò, & plura eorum pertinent ad aduentum, quo quotidie ad Ecclesiam suam venit, eam spiritualiter visitans, prout inhabitat nos per fidem & amorem. Nec illa, quæ in Euangelijs vel in Epistolis ponuntur, ad vltimum aduentum spectantia, ad hoc possunt valere, vt determinatè tempus judicij possit cognosci; quia illa pericula, quæ prænunciantur, nunciantia vltimum Christi aduentum, etiam à tempore primitiuæ Ecclesiæ fuerunt, quandoque intensiùs, quandoque remissiùs. Vnde & ipsi dies Apostolorum, dicti sunt *nouissimi dies*, vt patet *Act.2.* vbi Petrus exponit illud verbum Ioel. 2. *Erit in nouissimis diebus &c.* pro tempore illo: & tamen ex illo tempore tempus plurimum transijt: (2. *Pet.3.* Vnus dies apud Dominum, sicut mille anni: & mille anni, sicut dies vnus. *Et Matth.25.* Post multum verò temporis venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis) & quandoque plures, quandoque pauciores tribulationes in Ecclesia fuerunt. Vnde non potest determinari tempus quantum sit futurum nec de mense, nec de anno, nec de centum nec de mille annis, vt *Augustinus* ibidem dicit. Et, si dicatur, in fine hujusmodi pericula abundare: non tamen potest determinari, quæ sit illa quantitas periculorum, quæ immediatè diem judicij præcedet, vel Antichristi aduentum: cum & circa tempora primitiuæ Ecclesiæ fuerint persecutiones aliquæ adeò graues, & corruptiones errorum adeò abundantes, quòd ab aliquibus tunc vicinus expectaretur vel imminens Antichristi aduentus, sicut dicitur *in Ecclesiastica Hist.* & in lib. *Hieronymi* de Viris illustribus. *Ex quo* dies Domini A dicitur sicut fur venire, quia ignoratur determinatum tempus, quòd per signa illa cognosci non poterit: quamuis etiam sub die judicij comprehendi possint omnia illa manifestissima signa, quæ immediatè præcedent judicium. *In quo* illud B quod dicitur 1. Thess.5. *Cum dixerint, pax & securitas, tunc superueniet eis &c.* ad malos referendum est, qui signa futuri judicij paruipendent; ad bonos verò pertinet quod dicitur: *Arescentibus hominibus præ timore &c.* Luc.21. *Quod autem legimus*: Sol obscurabitur & Luna non dabit lumen suum, *intelligendum est, quòd* Sol C & Luna, & alia Cœli luminaria, si loquamur de eis secundùm tempus propinquum ante judicium, sui luminis priuatione obscurabuntur vel diuersis temporibus, vel simul, diuina virtute faciente ad hominum terrorem. (*Et quidem* ante aduentum D Christi hujusmodi obseruatio-

Dignitas judiciariæ potestatis Christi exigit aliqua signa ad inducendam reuerentiam.

T *4. d.48. 1. 4. q. 1. r.*

Z *4 d 47. 1. 1. q. 3. ad 1. & d. 48. l. r. ad Hann. q 2. 1. Opusc. 19. c. 14. Pot. 5. 6 ad 5.*

Quænam ista sint, non plenè scimus.

Signa in Euangelio.

A *4 d.48.1.4. q.1. ad 2.*

B *Ibid. ad 1.* Exponuntur quædam illius.

C *4 d.48.1.4. q.1.r.*

D *Matth. 24. lit. r. ibi, Sol.*

Digitized by Google

uationes fient, Ioel.2. *Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis*.) Et stellæ cadent de Cœlo, *Matth.*24. Quod videtur E esse falsum, quia vna stella major est totâ terrâ. Soluit *Rabanus* ex litera Marci 13. *Stellæ Cœli erunt decidentes*, idest in lumine minoratæ: videntur enim cadere, quando suo lumine priuantur. *Totum hoc exprimitur Apoc.* 6. Sol factus est niger, tanquam saccus cilicinus: & Luna tota facta est sicut sanguis: & stellæ de Cœlo ceciderunt. *Cum autem subditur*: Et virtutes Cœlorum mouebuntur, *hoc dupliciter potest intelligi*. *Primò* prout accipitur F communiter pro omnibus cœlestibus spiritibus: & tunc dicuntur moueri propter admirationem nouitatis, quæ in Mundo erit. Potest etiam exponi, prout *Virtutes* est proprium nomen Ordinis: & tunc Ordo ille dicitur moueri præ alijs ratione effectus, quia illi Ordini *secundùm Gregorium* attribuitur miracula facere, quæ maximè circa illud tempus fient. Vel quia Ordo ille, cum sit de media hierarchia *secundùm Dionysium*, non habet potentiam limitatam. Vnde oportet, quòd ejus ministerium sit circa causas vniuersales: vnde proprium officium Virtutum esse videtur, corpora cœlestia mouere, quæ sunt causa eorum, quæ in natura inferiori aguntur. Et hoc etiam ipsum nomen sonat, quia *Virtutes Cœlorum* dicuntur. Tunc ergo *mouebuntur*: quia ab effectu suo cessabunt, vlterius corpora cœlestia non mouentes: sicut nec Angeli, qui sunt ad custodiam hominum deputati, vlteriùs custodiæ officio vacabunt. *Aliud præterea notat signum Apostolus* 2. *Thess.*2. Rogamus vos fratres, vt non citò moueamini à sensu vestro, neque terreamini &c. quasi instet dies Domini. Quoniam, nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati &c. *Nisi venerit discessio primùm*, scilicet G à Romano Imperio, cui totus Mundus erat subditus. Sed quomodo est hoc? quia jamdiu Gentes recesserunt à Romano Imperio: & tamen needum venit Antichristus. Et dicendum, quòd Romanum Imperium nondum cessauit: sed est commutatum de temporali in spirituale, vt dicit *Leo Papa* in serm. *de Apostolis*. Et ideò *discessio* à Romano Imperio debet intelligi non solùm à temporali, sed à spirituali, scilicet à fide catholica Romanæ Ecclesiæ. Sicut autem est conueniens signum, quòd Christus veniet, quando Romanum Imperium omnibus dominabitur: ita è conuerso signum Antichristi est discessio ab eo. *Verùm ex hoc, & præmissis, poterit in confuso tantùm judicij tempus cognosci, non verò tempus determinatum & dies, vt dictum est*. Illa etenim signa H posita sunt ad manifestandum, quòd quandoque Mundus finietur: non autem ad manifestandum determinatum tempus, quando finietur. *Concludat* Augustinus *in epist. ad Hesychium*. Vbi I proponit tres, aduentum Domini expectantes. Quorum vnus citiùs, alter tardiùs Dominum putat esse venturum: tertius suam de hoc ignorantiam confitetur. Et hunc magis commendat: primum verò magis increpat.

E *Ibid. ibi, &c Apoc. 6. com 1. & 2. ibi, stellæ.*

Explicatur illud: Virtutes Cœlorum mouebuntur.

F *4. d. 48. 1. 4. q. 3. ad Op. 10. 4. 17. Op. 11. q. 4.*

Et illud: Nisi venerit discessio primùm &c.

G *2. Thess. 2. l. 1. ibi.*

Romanum Imperium adhuc perseuerat, in spirituale Romanæ Ecclesiæ commutatum.

H *Pet. 3. 6. ad 5.*

I *Op. 23. c. 24.*

O *Quo autem anni tempore futurum sit, similiter ignoratur: nisi propter Euangelij verba secundùm quandam congruentiam dicamus, quòd tempore æstiuo*. *Nam*, sicut L dicitur *in Lib. de quæst. veter. & nou. Testamenti*, tunc voluit Dominus passione sua Mundum redimere & reformare, quando eum creauerat; idest, in æquinoctio. Et tunc dies super noctem increscit: quia per passionem Saluatoris à tenebris ad lucem perducimur. Et quia perfecta illuminatio erit in secundo aduentu Christi; ideò tempus secundi aduentus æstati comparatur Matth.24. *vbi dicitur*: Cum jam ramus arboris tener fuerit, & folia nata, scitis, quia prope est æstas: ita & vos, cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in januis. *Sed nec sub qua hora, diei an noctis, possumus prænosse, ex illo Marc.*13. Nescitis enim quando Dominus domus veniat: sero, an media nocte, an galli cantu, an mane. *Nihilominus congruentiæ non desunt, ex quibus deduci posse videtur, quòd nocturno tempore. Et in primis ex parabola decem Virginum* Matth. 25. *vbi dicitur*: Media nocte clamor factus est: ecce Sponsus venit: exite obuiam ei. *Sicut enim in primo aduentu media nocte traditur natus: ita in secundo judicaturus. Et* 1. *Thess.* 5. Dies Domini sicut fur in nocte. *Ioel.* 2. & *Soph.*1. Dies tenebrarum & caliginis. *Verumtamen, quia vniuersalis tunc tempus erit resurrectionis*, quanquam determinata M hora temporis, qua fiet resurrectio, pro certo sciri non potest: tamen satis probabiliter dicitur à quibusdam, quòd resurrectio erit quasi in crepusculo, Sole existente in Oriente, & Luna in Occidente: quia in tali dispositione Sol & Luna creduntur creata, vt sic eorum circulatio compleatur penitus per reditum ad eundem punctum; vnde de Christo dicitur, quòd resurrexit tali hora. *Vt ergo membra capiti Christo resurgenti conformentur, verosimile est, ea tunc hora omnes resurrecturos*. *Et licet*, quando N resurrectio erit, non erit tempus, sed finis temporis, quia in eodem instanti, in quo cessabit motus Cœli, erit resurrectio mortuorum: quia tamen erit situs siderum secundùm dispositionem, qua se habent nunc in aliqua hora determinata, secundùm hoc dicitur resurrectio futura tali vel tali hora. *Post resurrectionem autem judicium erit. Vnde & circa illam horam fiendum, probabiliter existimatur*, *Ioann.*6. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Quonam anni tempestate sequuturum iudicium.

L *3. p. 46. 9. ad 3.*

De die, an de nocte.

Probabilior de hora communis resurrectionis sententia.

M *4. d. 43. 1. 3. q. 4.*

N *Ibid. ad 1.*

P *Postremò quod spectat ad judicij locum*, vltimum O judicium est futurum in loco, qui Christo competit ratione suæ humanitatis, scilicet circa terram illam, vbi natus est & passus, & reliqua humanitatis compleuit officia. Propter quod dicitur, quòd in valle Iosaphat judicium est futurum (*ex illo Ioel* 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis &c. *Et iterum clariùs*: Consurgant & ascendant gentes in vallem Iosaphat: quia ibi sedebo, vt judicem omnes gentes in circuitu:) quia vallis illa subjacet monti Oliueti, vnde Christus ascendit in Cœlum: vt sic ostendatur idem esse qui ascendit regnaturus, & qui descendit judicaturus, *secundùm illud Act.*1. Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in Cœlum. *Sanè*, quia P qui saluantur, per passionem Christi saluantur; & qui damnantur, per contemptum passionis ejus damnantur: ideò vbi facta fuit passio Christi, ibi fiet judicium. *Quòd autem in valle Iosaphat, suadetur vel ex ipso nomine* Iosaphat, *quod interpretatur* Dominus judex, *siue* Q judicans, *vel secundùm alios* Iudicium. *Neque incapax tantæ multitudinis hominum spatium illud credatur: quia* in judicio R neque Christus neque electi erunt in terra, sed solùm reprobi (*qui terrena dilexerunt*:) Christus enim & electi erunt in aere, secundùm illud 1. Thess. 4. *Rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera*. Reprobi autem erunt non solùm in valle illa, sed in regione circumquaque, *Ioel* 3. *cit*. In vallem Iosaphat, vt judicem omnes gentes in circuitu. *Quemadmodum autem in Cœlum Christus ascendit, sic ad judicium veniet. Ascendit enim videntibus Apostolis, nube suscipiente, eleuatis manibus, astantibus Angelis. Igitur & ad judicium* veniet. S videntibus, scilicet tam justis quàm impijs, mediante nube, eleuatis manibus ad percutiendum peccatores, astantibus Angelis, qui præcedent portando insignia passionis. Matth. 24. *Videbunt Filium hominis*, ecce primum: *venientem in nubibus*, ecce secundum: *cum virtute multa & majestate*, ecce tertium: *& mittet Angelos suos*, ecce quartum.

Vbi locus judicij.

O *Quol. 10. a. 2. p. 1. In 4. d. 48. 1. 4. q. 4. et ad 3. Op. 3. c. 244.*

P *Matth. 25. lit. c. ibi, congregabuntur.*

Iosaphat quid interpretetur.

Q *Matth. 1. lit. c. ibi, Iosaphat.*

R *Quol. 10. a. 2. ad 3. In 4. d. 48. 1. 4. q. 4. ad 1.*

S *Serm. de Festo Ascens.*

q Et

Iudex Christus Dominus noster.

q *Et hinc innotescit, quis extremi hu:us judicij futurus sit judex, nempe Christus Dominus, Saluator Mundi, de quo Act.*10. Ipse est, qui constitutus est à Deo judex viuorum & mortuorum. *Et quidem* Sapientia est T secundùm quam accipitur forma judicij, quia ipsa ratio judicij est lex sapientiæ vel veritatis, secundùm quam judicatur. Et quia Filius est Sapientia genita, & veritas à Patre procedens, & ipsum perfectè repræsentans: ideo propriè judiciaria potestas attribuitur Filio Dei. Vnde *Augustinus*: Quæ Pater judicat, per ipsum judicat. *Quamuis enim* judiciaria V potestas sit communis toti Trinitati: tamen per quandam appropriationem attribuitur Filio Dei. *Verùm, quia* Io.5. *dicitur*: Potestatem dedit ei (*Pater*) judicium facere, quia Filius hominis est: *manifestum fit, quòd & secundùm humanam naturam judiciariam habet potestatem. Quocirca sciendum, quòd* Chrysostomus X super Ioannem sentire videtur, quòd judiciaria potestas non conueniat Christo, secundùm quod est homo, sed solùm secundùm quod est Deus. Vnde authoritatem Ioannis inductam sic exponit: *Potestatem dedit ei judicium facere*; & postea subditur: *Quia Filius hominis est, nolite mirari hoc*: non enim propterea suscepit judicium, quomodo homo est: sed quia ineffabilis Dei Filius est, propterea judex est. Quia vero ea, quæ dicebantur, erant majora, quàm secundùm hominem: ideo, hanc opinionem soluens, dixit: *Ne miremini, quia Filius hominis est*: etenim ipse est etiam Filius Dei. Quod quidem probat per resurrectionis effectum; vnde subdit: *Quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei*. Sciendum tamen, quòd quamuis apud Deum remaneat primæua authoritas judicandi: hominibus tantùm committitur à Deo judiciaria potestas respectu eorum, qui eorum jurisdictioni subijciuntur. Vnde dicit Deut.1. *Quod justum est, judicate*; & postea subdit: *Quia Dei judicium est*, cujus scilicet authoritate vos judicatis. Christus autem, etiam in natura humana, est Caput totius Ecclesiæ, & sub pedibus ejus Deus omnia subjecit: vnde ad eum pertinet, etiam secundùm humanam naturam; habere judiciariam potestatem. Propter quod *Augustinus* authoritatem prædictam Euangelij sic dicit esse intelligendam: *Potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est*; non quidem propter conditionem naturæ (quia omnes homines hujusmodi potestatem haberent, vt *Chrysostomus* objicit) sed quia hoc pertinet ad gloriam Capitis, quam Christus in humana natura accepit. *Sanè* consequens est Y vt qui aliquibus aliqua bona acquirit, eadem ipsis dispenset: dispensatio autem bonorum in multos, requirit judicium, vt vnusquisque secundùm suum gradum accipiat. Consequenter igitur Christus secundùm humanam naturam, secundùm quam mysteria humanæ salutis impleuit, judex constituitur à Deo super homines, quos saluauit. Est etiam conueniens, vt judicem videant judicandi. Deum autem, apud quem judicis authoritas residet, in sua natura videre, est præmium, quod per judicium redditur. Oportuit igitur, quòd Deus judex non in natura propria, sed in natura assumpta, ab hominibus videretur, qui judicandi sunt, tam bonis quam malis: mali enim si Deum in natura Diuinitatis viderent, jam præmium reportarent, quo se reddiderunt indignos. *Enimverò* judiciaria Z potestas homini Christo competit & propter diuinam personam, & propter Capitis dignitatem, & propter plenitudinem gratiæ habitualis: & tamen etiam ex merito eam obtinuit, vt scilicet secundùm Dei justitiam judex esset, qui pro Dei justitia pugnauit, & vicit. Vnde dicit Apoc.3. *Ego vici, & sedi in throno Patris mei*. In throno autem intelligitur judiciaria potestas, *secundùm illud Psal.*9. Sedes super thronum qui judicas justitiam. *Sed & conueniens est* A exaltationis præmium humilitati Christi respondens, qui vsque ad hoc humiliari voluit, vt sub homine judice judicaretur injustè: (*legitur enim Matth.*27. Iesus autem stetit ante Præsidem; *id est*, tanquam reus B & accusandus.) Vnde ad hanc humiliationem exprimendam, signanter in Symbolo cum *sub Pontio Pilato* passum fatemur. Huic igitur exaltationis præmium debebatur ei, vt ipse secundùm humanam naturam judex à Deo omnium hominū constitueretur, secundùm illud *Iob* 36. Causa tua quasi impij judicata est: causam judiciumque recipies. *Adde, ex eo quoque congruè judicaturum secundùm formam humanam*: vt *scilicet* esset C desperatio ab omnibus, si ab homine judicantur. Si enim solus Deus judicaret, homines territi desperarent. *Vnde & cohærenter docemur, quòd* sicut D Deus per causas medias, tanquam propinquiores effectibus, operatur: ita judicat per hominem Christum homines, vt sit suauius judicium hominibus. Vnde Apostolus *ad Hebr.*4. Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ &c. *Ex quo & super Angelos eandem judiciariam potestatem promeruit*. Primò quidem E ex propinquitate naturæ assumptæ ad Deum: quia, vt dicitur ad Hebr.2. *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit*. Et ideò anima Christi magis est repleta virtute Verbi Dei, quàm aliquis Angelorum: vnde & Angelos illuminat, sicut *Dionysius* dicit *cap.*7. de cœlest. Hier. ideo de eis habet judicare. *Secundò*, quia per humilitatem passionis humana natura in Christo meruit exaltari super Angelos, ita vt sicut dicitur ad Philip.2. *In nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum*: & ideò Christus habet judiciariam potestatem etiam super omnes Angelos & bonos & malos. In cujus signum dicitur *Apoc.*7. *quòd* omnes Angeli stabant in circuitu throni. *Tertiò* ratione eorum, quæ circa homines operantur, quorum Christus speciali modo est Caput. Vnde dicitur *ad Hebr.*1. Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hereditatem capient salutis. *Et hinc est, quòd judicij dies specialiter dicitur dies Domini*, 1. *Thess.*5. Dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. *Profectò* sunt F omnes dies Domini, Psal.118. *Ordinatione tua perseuerat dies*. Sed iste specialiter est Domini, quia facit in omnibus suam voluntatem: quæ impletur in bonis, qui perducuntur ad finem præstitum à Deo, scilicet salutem: in malis, quia puniuntur.

r *Veniet autem ad judicium Christus ab Oriente. Quærens enim Author, cur ad Orientem Missæ sacrificium Deo offeramus: respondet, id congruenter fieri propter tria*. Primò G propter significationem, quia à Deo est nobis mentis illuminatio, sicut lumen corporale ab Oriente. *Secundò*, quia est nobilior pars Orbis: & omne, quod est nobilius apud nos, Deo debemus. *Tertiò* propter opera quædam notabilia ipsius in Oriente: quia ipse mouet Cœlum, cujus motus ab Oriente incipit: ipse etiam Paradisum in Oriente constituit: & (*ad rem nostram*) ipse etiam ab Oriente ad judicium veniet, sicut ad Orientem ascendit. *Et quia in ascensione, vt dicitur Act.*1. Nubes suscepit eum ab oculis Apostolorum: *ideò & ad judicium venturum credimus* in nubibus Cœli, *Matth.*24. Vt ergo H ostendatur, quòd sit ille idem, qui in nube sublatus est, apparebit in nube. Item competit, quòd in nubibus veniat, ad designandum diuinitatem Christi: quia *gloria Domini apparuit in nube*, Exod.16. Item competit ad significandum glorificationem (*gloriosus quippe apparebit*) quando enim transfigura-

tus

Marginalia (left): T 3.p.59.1.c. — Filio Dei judiciaria potestas attribuitur: quamuis toti Trinitati communis. — V *Ibid. ad* 1. & 2 *Pet.*3. §.4. *ibi*, dies Domini. — An judex Christus etiam secundùm humanam naturam. — X 3.p.59.2.c. *Io.*5. *l.*5. *lit.* & *Hebr.*4. *l.*2. *circ.fi. Op.*3.c. 241 *Pot.*5.6.c. — Opinio Chrysostomi. — Opinio Augustini. — Rationes, & conuenientiæ, quòd Christus judicet secundùm humanam formam. — Y *Op.*3.c.241. — Z 3.p.59.3.c. *In* 4.*d.*48.1.c. & 4 *cont.* c.96. — Judiciaria potestas homini Christo multipliciter competit: quam & promeruit.

Marginalia (right): A *Op.*3.c.241. *Opusc.* 6 §.10. *Rom.*3.*l.*3 *ibi*, judicaris, & *loc. cit.* — Conueniens humiliationi Christi præmium exaltationis in judicio, quia injustè judicatus. — B *Matth.* 27. *lit. a. ibi.* — Aliæ congruentiæ de Christo judice secundùm humanam naturam. — C *Op.*6.§.10. — D 3.p.59.2.c. — E 3.p.59.6.c. — Secundùm quam & Angelorum judex. — Cur judicij dies dicatur dies Domini. — F 1.*Thess.*5.*l.*1.*ibi*. — Cur ad Orientem Missæ sacrificium Deo offeramus. — G 3.d.9.1.3c. § 3. ad 3. — Christus ad judicium ab Oriente veniet. — H *Matth.* 24 *lit. c. ibi. In* 4.*d.*48.1.4.q.4. ad 4. — Et in nubibus.

Digitized by Google

I In 4. loco cit. & 3. p. 45. 4. ad 1.

L Apoc. 1. com. 3. ibi, nubibus.

tus est, apparuit *nubes lucida*. Vel potest I dici, quòd nubes propter refrigerium misericordiam indicat judicantis. *Vel tandem* in nubibus *veniet*: quia L in carne veniet, quæ dicitur nubes, Is. 19. *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem*. In qua tonabit disceptando & sententiando, 1. Reg. 2. *Dominum formidabunt aduersarij ejus, & super ipsos in Cœlis tonabit: Dominus judicabit fines terræ*. Item coruscabit, occulta cordium manifestando, 1. Cor. 4. *Quoadusque veniat Dominus, qui manifestabit consilia cordium*. Item pluet, æterna supplicia infligendo, Psal. 10. *Pluet super peccatores laqueos &c.* Vel secundùm glossam, *in nubibus*, bonis præstans refrigerium & illuminationem: malis verò timorem, & obscuritatem. *Quemadmodum autem in primo aduentu humilis apparuit: ita in secundo magna cum gloria apparebit, ad Tit. 2.* Expectantes beatam

In forma gloriosa.

M Ad Tit. 2. l. 1 ibi. Matth. 24. lit. c. ibi, maiestate,

Primus Christi aduentus in humilitate: secundus in maiestate.

N Op. 3. c. 241. & 3. p. 59. 2 In 3. d. 48. 1. 2. c. & ad 3. ad Hann. ib. 4. 1. & 3. Apoc. 1. com. 1. & 2. ibi, omnis, & Is. 34. fi.

spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. *Aduentum gloriæ*, quia M primus aduentus fuit humilitatis, Phil. 2. *Humiliauit semetipsum &c.* Matth. 11. *Mitis sum & humilis corde*. Sed ille secundus erit gloriæ, quia sua diuinitas omnibus innotescet, Luc. 21. *Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna & majestate*. Quia *enim* potestas N judiciaria ad Christi exaltationem pertinet, sicut & resurrectionis gloria: ideò Christus in judicio apparebit, non in humilitate, quæ pertinebat ad meritum, sed in forma gloriosa ad præmium pertinente. Visio autem claritatis ipsius, electis quidem, qui eum dilexerunt, erit ad gaudium: impijs autem ad confusionem & luctum, vnde dicitur Is. 26. *Videant & confundantur zelantes populi: & ignis hostes tuos deuoret*. Et quamuis in forma

Apparebit cum cicatricibus: cum decore tamen, non cum defectu.

gloriosa se ostendat, apparebunt tamen in eo indicia passionis, non cum defectu, sed cum decore & gloria: vt ex his visis & electi recipiant gaudium, qui per passionem Christi se liberatos recognoscent; & peccatores tristitiam, qui tantum beneficium contempserunt. *Vnde dicitur Apoc. 1.* Ecce venit cum nubibus: & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt: & plangent se super eum omnes tribus terræ. *Et hoc est quod dicitur Apoc. 5.* Vidi: & ecce in medio throni Agnum stantem, tanquam occisum. *Vbi Author*: Quòd

O Apoc. 5. com. 2. §. 2. ibi,

O vidit *stantem*, significat, quòd judicat merita singulorum: *tanquam occisum*, quia adhuc habet Dominus cicatrices vulnerum in testimonium contra reprobos, qui nil pro eo voluerunt pati: quas ostendet in judicio, *Zach. 13.* Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. *Potissimùm verò, vexillum Sanctæ Crucis, tanquam insigne Christi præcipuum, in judicio manifestè apparebit, Matth. 24.* Tunc parebit signum Filij hominis

Apparebit & signum Crucis in Cœlo, vndequaq; præfulgidum, ad confusionem malorum.

P In 4. d. 48 exp. tex.

Q Matth. 24. lit. c. ibi,

in Cœlo. *Signum inquam Filij hominis; nec abs re: quia* Signum P Crucis non accipitur hic pro ipso signo Crucis Dominicæ, sed pro aliqua repræsentatione ipsius. *Et quidem* signum Q Crucis erit clarius, quàm Sol; & erit signum victoriæ Christi: quia, quando totus Mundus innouabitur, signabitur, quòd obtinuit victoriam omnium per passionem suam. Item apparebit ad confundendum malos, qui Christum noluerunt sequi. *Id quod ajebat initio Author*: Signum R Crucis apparebit in judicio, non ad indicium tunc existentis infirmitatis, sed præteritæ: vt per hoc justior eorum condemnatio appareat, qui tantam misericordiam neglexerunt. Cicatrices autem, quæ in ejus corpore apparebunt, non pertinebunt ad aliquam infirmitatem, sed erunt indicia maximæ virtutis, qua Christus per passionis infirmitatem de hostibus triumphauit. Exprobratissimam etiam mortem ostendet, non sensibiliter oculis eam ingerens, ac si tunc eam pateretur: sed ex his, quæ apparebunt, scilicet indicijs præteritæ passio-

R In 4. d. 48. 2. 2. ad 1. & 3. p. 54. 4. c. Quorsum præfata.

nis, homines in recognitionem præteritæ mortis adducet. *Hinc ab Authore relatus* Augustinus: *Sciebat* S *Christus* (inquit) *quare cicatrices in suo corpore seruaret. Sicut enim demonstrauit Thomæ non credenti, nisi tangeret & videret: ita etiam inimicis vulnera demonstraturus est sua, vt conuincens eos veritas dicat:* Ecce hominem, quem crucifixistis: videtis vulnera, quæ inflixistis: agnoscitis latus, quod pupugistis: quoniam per vos & propter vos apertum est; nec tamen intrare voluistis. *Idcircò & in Cruce positus supremi figuram judicis exprimebat. Vnde ad illud Ioann. 19.* Crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum: *docemur, quòd* Christus T per passionem suam merebatur judiciariam potestatem, Iob 36. *Causa tua quasi impij judicata est: Causam judiciumque recipies*. Medium autem tenere, proprium est judicis; vnde & secundùm Philosophum, ire ad judicem est ire ad medium. Et ideò medius ponitur, & vnus à dextris, & alius à sinistris: quia in judicio *statuet oues quidem à dextris, hœdos autem à sinistris*, Matth. 25. Vnde latro à dextris, qui credidit, liberatur: & alter à sinistris, qui insultat, est condemnatus. *Ex quo Augustinus*: Ipsa V Crux, si attendas, tribunal fuit: & jam significabat quod facturus est de viuis & mortuis: alios positurus ad dexteram, alios verò ad sinistram. *Sed & vlteriùs*, quantùm X ad judiciariam potestatem, quam Christus patiendo meruit, conuenit, quòd *terra mota est*: quia non potest præsentia tantæ majestatis sine tremore sustinere. *Sed & monumenta aperta sunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt*. Item conuenit venienti ad judicium: quia ipso veniente, terra mouebitur, Psal. 75. *Terra tremuit, & quieuit, cum exurgeret in judicium Deus*. Et tunc *monumenta aperientur*, quia mortui venient ad judicium, Ioann. 5. *Venit hora* (communis scilicet resurrectionis) *in qua, omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei &c.*

S 3. p. 1. c. fi. corp.

T Ioan. 19. l. 5. lit. b. Matth. 27. lit. d.

V 3. p. 46. 11. fi.

X Matth. 27. lit. b. ibi, mota est &c.

Iudicis virtus & potentia.

¶ *Qualis hinc potentiæ judex futurus sit, ex præfatis conijcimus. Id quod signatur* Apoc. 1. *cum ex ejus ore dicitur*: Ego sum Alpha & Omega, principium & finis, dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est, omnipotens. *Ego sum principium*, à quo Y omnia oriuntur: *Finis*, ad quem omnia ordinantur: *qui est, & qui erat* æternaliter, *& qui venturus est* judicare potenter: *Omnipotens*, idest omnia, & omni modo potens, quia nec impediri nec cogi potest ejus potentia. Et bene ei, quod dicitur, *venturus est*, adjungitur, *Omnipotens*: quia nondum ostendit suam potentiam, sed in futuro ostendet, *Psalm. 9.* Cognoscetur Dominus judicia faciens. *Quia nimirùm, vt ejusdem Apoc. cap. 5. dicitur*: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem & diuinitatem & sapientiam & fortitudinem & honorem & gloriam & benedictionem: *videlicet*, hominum Z & Angelorum adorationem, & totius Mundi subjectionem. *Bene hinc designatur* Apoc. 10. *per Angelum* fortem: *nimirùm*, quia A ipse est Dei virtus, vt dicitur 1. Cor. 1. & Psalm. 23. *Dominus fortis & potens*. Sed fortitudinem suam ipse abscondit in Sanctam Crucem, Habac. 3. *Ibi abscondita est fortitudo ejus*: sed eam manifestauit ibidem, quia mortem moriendo destruxit. Ampliùs autem eam manifestauit resurgendo: sed plenissimè manifestabit eam in futuro judicio, Iob 9. *Si fortitudo quæritur, robustissimus est*. Et Matth. 24. *Videbunt Filium hominis venientem cum virtute multa & majestate*. In primo enim B aduentu duo fuerunt. Habuit enim infirmitatem & ignominiam: infirmitatem, quia dicit Apostolus 2. Cor. 13. *Crucifixus est ex infirmitate*: ignominiam, secundùm quod habetur Is. 52. *Inglorius erit inter viros aspectus ejus, & forma ejus inter filios hominum*. Consequenter igitur ad infirmitatem ponit virtutem, *cum virtute multa*, de qua

Y Apoc. 1, com. 2. §. 2. fi.

Z Apoc. 5. com. 2. §. vlt.

A Apoc. 10. com. 2. §. 1. ibi.

B Matth. 24. lit. c. ibi.

dicitur

Digitized by Google

dicitur Matth. 28. *Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo & in terra.* Et hæc data eſt ei per generationem, in quantùm eſt Filius Dei: ſed ipſe promeruit, in quantùm homo. Et hoc manifeſtabitur, quando omnes Angeli & omnia elementa miniſtrabunt ei. Item contra ignominiam dicit, *& maieſtate*, quaſi judex viuorum & mortuorum. *Quod quidem & in glorioſa ſui transfiguratione Dominus præſignauit, in qua medius viſus eſt inter Moyſen & Eliam*: vt oſtenderet C ſe habere poteſtatem mortis & vitæ, & eſſe judicem mortuorum & viuorum, per hoc quòd Moyſen jam mortuum, & Eliam adhuc viuentem ſecum duxit. *Vnde & in Euangelio* Matth. 17. *dicitur, quòd* diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valdè; *ad ſolam videlicet vmbram judicij futuri. Hanc profectò Domini poteſtatem & virtutem impar erit vel ipſa terra ſuſtinere. Quod tangitur in ejuſdem Chriſti reſurrectione, quando ſcilicet* terræmotus factus eſt magnus, *Matth.* 28. *Nam* reſurrectio Chriſti D eſt quædam præfiguratio reſurrectionis futuræ; in futura autem erit tremor terræ, Pſal. 75. *Terra tremuit & quieuit, cum exurgeret in judicium Deus.* Et quare? ſubjungitur: *Angelus* enim *Domini deſcendit de Cœlo.* Si terra non potuit Angelum ſuſtinere, multò minùs poterit aduentum Chriſti ad judicium.

Qualis præſignatus eſt in transfiguratione.

C 3. p. c. 1. 3. ad 3. Matth. 17. lit. a. ibi, Moyſes & Elias.

D Matth. 28. lit. a. ibi.

t *Iudex præterea juſtitiæ incontaminabilis erit, omnis incapax deceptionis*; quoniam judicium Dei Rom. 2. eſt ſecundùm veritatem; *nec poteſt à teſtibus falli: tum quia* Omnia nuda & aperta ſunt oculis ejus, *Hebr.* 4. *tum quia* hominis E judicium, etiamſi juſtè judicet, non ſemper eſt ſecundùm veritatem negocii, ſed ſecundùm dicta teſtium, quæ quandoque diſſonant à veritate. Sed hoc non eſt in diuino judicio: quia, vt ipſe dicit Ierem. 29. *Ego ſum judex & teſtis* (*judex* ad infligendam F pœnam: *teſtis* ad conuincendam culpam.) Non etiam fallitur falſis allegationibus, *ſecundùm illud Iob* 41. Non parcam ei, & verbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis. *Vnde & teſtis nuncupatur fidelis, Apoc.* 1. Et à Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis: *nimirùm*, quia G in die judicij verum teſtimonium de omnibus dabit, Pſalm 88. *Teſtis in Cœlo fidelis.* Vide ergo, vt habeas bonam conſcientiam, quia teſtis non poterit corrumpi aut ſeduci, *vel judex. Iudex inquam infallibiliter judicans*: alioquin (*inquit Apoſtolus ad Rom.* 3.) quomodo judicabit Deus hunc Mundum? *ideſt*, quomodo H conueniet, quòd ipſe ſit vniuerſalis, & ſupremus Mundi judex? Oportet enim, quod eſt primum & ſupremum in quolibet genere, eſſe infallibile, ſicut primum mouens eſt immutabile; vnde in Pſal. 95. dicitur: *Iudicabit Orbem terræ in æquitate.* Et ſimile argumentum ponitur Iob 34. *Verè Deus non condemnabit fruſtra, nec Omnipotens peruertet judicium. Quem conſtituit alium ſuper terram? aut quem poſuit ſuper Orbem, quem fabricatus eſt?* Scilicet, quia ſi ipſe non juſtè judicaret, oporteret dicere, alium eſſe judicem Mundi. *Sicut autem apud Dominum ſola miſericordia emicuit in primo aduentu: ita in ſecundo ſola juſtitia triumphabit.* Si quis (*Ioan.* 12.) audierit verba mea, & non cuſtodierit, ego non judico eum. Non enim veni, vt judicem Mundum, ſed vt saluificem Mundum. *Non judico eum*, ſcilicet I modò. *Non enim veni, vt judicem Mundum.* Duplex eſt aduentus Filij Dei: vnus, quo venit vt Saluator: alius, quo veniet vt judex. Sed cum omnes eſſent in peccatis, ſi primò veniſſet vt judex, nullum ſaluaſſet, quia omnes eramus filij iræ: & ideò oportuit, vt veniret primò ad ſaluandum credentes, & poſtmodum ad judicandum & fideles & peccatores. Et ideo dicit: *non judico eum* modò: *non enim veni*, ſcilicet in primo aduentu, *vt judicem Mundum, ſed vt ſaluificem Mundum.* Licèt verò non judicentur modò, tamen non euadent impunes: *quia in primo aduentu miſericordia effloruit, in ſecundo juſtitia dominabitur. Vnde Apoſtolus* 1. *Theſſ.* 5. Tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, & non effugient: *cui conſonat illud Iob* 11. Effugium peribit ab eis. *Nam* ab ira L Dei nunc eſt effugere ad ejus miſericordiam: ibi verò non erit tempus miſericordiæ, ſed juſtitiæ. *Ad Hebr. autem cap.* 10 Horrendum eſt, *inquit Apoſtolus*, incidere in manus Dei viuentis. *Vbi Author*: Vſque M ad judicium, non eſt horrendum in manus Dei incidere, qui judicat miſericorditer, quandiu eſt *Pater miſericordiarum*: ſed poſt judicium, horrendum eſt incidere, quando ſicut *Deus vltionum* juſtitias judicabit. *Vnde Pſal.* 88. *dicitur*: Iuſtitia & judicium præparatio ſedis tuæ, *& Pſal.* 96. Iuſtitia & judicium correctio ſedis ejus. *Idcircò* 2. *Pet.* 3. *dicitur*: Promiſſa ipſius expectamus, in quibus juſtitia habitat. *Vbi notat Author, quòd* non N dicit, *miſericordia*, ſed *juſtitia*, quia modò miſericordia regnat, ſed tunc juſtitia regnabit. *Nunc ſanè corripit Dominus in ira: poſtremò autem in furore judicabit. Vnde & Dauid petebat Pſalm.* 6. Domine, ne in furore tuo arguas me. *Siquidem* argutio O quandoque fit ad emendationem, quandoque ad condemnationem. Et ideò dicit: *Domine arguas me*, ſed *non in furore*, quia hæc eſt vindicta: & hoc fiet in judicio, Iſ. 30. *Ardens furor ejus, & grauis ad portandum.* Modò autem arguit, ſed *non in furore*: quia ad emendandum arguit, & non ad condemnandum. *Hinc Iſ.* 5. *dicitur*: Iratus eſt furor Domini in populum ſuum, & extendit manum ſuper eum, & percuſſit eum. *Extendit manum ſuam*, ſcilicet P ſuæ potentiæ ad percutiendum, quam plicatam parcendo tenuerat: *Et conturbati ſunt montes*; ideſt, majores præ timore. Loquitur *ex gloſſa* hyperbolicè. *Q. d.* Ita magna erit conturbatio, quòd montes, ſi eſſet poſſibile, conturbabuntur, *Pſalm* 45. Conturbati ſunt montes in fortitudine ejus. *Idcircò deſcribitur Chriſtus Iudex* Apoc. 1. *per ea verba*: Oculi ejus tanquam flamma ignis, & pedes ejus ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti &c. & de ore ejus gladius vtraque parte acutus exibat, & facies ejus, ſicut Sol lucet in virtute ſua. *Adeòque vultu terribilis in ſola viſione, vt mox Ioannes ſubjiciat*: Et cum vidiſſem eum, cecidi ad pedes ejus tanquam mortuus: *quantò magis in die judicij ad corpora eminconſpectum? Vnde & cap.* 6. *perhibentur judicandi montibus & petris dicturi*: Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira Agni. *Quaſi dicat*: Libentiùs Q vellent mali à montibus opprimi, quàm judicem iratum videre, & ſententiam ejus audire. *Et cap.* 19. Vidi Cœlum apertum: & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, vocabatur *Fidelis* & *Verax*: & (*vt judicium innuat*,) cum juſtitia judicat & pugnat. *Deinde, cohærenter ad præfata, ipſum deſcribit*: Oculi ejus ſicut flamma ignis &c. Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine (*ideſt*, ad literam R carne, proprio ſanguine cruentata) & vocatur nomen ejus, *Verbum Dei*. Et exercitus, qui ſunt in Cœlo (*Angelorum videlicet, & Sanctorum*) ſequebantur eum in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo. Et de ore ejus procedit gladius ex vtraque parte acutus: vt in ipſo percutiat gentes.

Iudex incontaminabilis juſtitiæ, & incapax deceptionis.

E Rom. 2. l. 3. ibi, ſcimus.

Iudex & teſtis.

F Ier. 29. ibi.

G Apoc. 1. com. 2. 5. 3. ibi.

H Rom. 3. l. 2. ibi.

In ſecundo Chriſti aduentu ſola emicabit juſtitia, ſicut in primo ſola miſericordia

I Ioan. 12. l. 8. lit g. & h.

L 1. Theſſ. 5. l. 1. ibi.

Nunc ab ira Dei ad ejus miſericordiam confugimus: tunc non ita.

M Hebr. 10. l. 5 ſ.

N 2. Pet. 3. 5. 4 ibi.

Nunc in ira, tunc in furore judicabit.

O Pſ 6. lit. a. ſ.

P Iſ. 5. 5. 3. ibi.

Q Apoc. 6 com. 2. ſ. cap.

R Apoc. 19. com. 2. 5 a. ibi.

u *Neque ex eo, quòd dicatur Ioann.* 5. Poteſtatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis eſt, *non ideò formidandum putemus: nam ſicut verus homo, ita & verus Deus. Et qui in primo* S aduentu venit vt Agnus, in ſecundo veniet vt Leo. *Eapropter eodem ejuſdem Apoc. cap* 5. *Ioannes & Leonem Chriſtum vocat & Agnum.* Nam in Agno T ſignificatur manſuetudo humanitatis, in qua fuit occiſus, Ierem. 11. *Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam.* In Leone ſignificatur fortitudo diuinitatis, per quam vicit Mundum, *Vicit Leo de tribu Iuda*, ibid. Agnus fuit, bonos redimendo,

Quia Iudex eſt Filius hominis, non ideò non formidandus: immò magis.

S Apoc. 1. com. 2. ibi, omnipotens.

T Apoc 5 com. 4 ibi, Agnum.

Chriſtus & Agnus & Leo.

Digitized by Google

mendo, Leo malos puniendo. Item fuit Agnus moriendo, Leo resurgendo. *Item ad rem nostram* Leo V erit in judicij districtione, *Amos* 3. Leo rugiet, quis non timebit? *Nec perperam dicitur Apoc.*6. Abscondite nos ab ira Agni; *nam quò mitior, eò iratus terribilior: docemur enim, quòd* illi X qui habent iram acutam, non occultant eam: & ideò nocumenta ab eis illata non ita sunt repentina, quin præuideantur: sed homines mites occultant iram; & ideò nocumentum, quod ab eis imminet, non potest præuideri, sed ex improuiso aduenit, 1. *Thess.*5. Tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis: & non effugient. *En nocumentum non præuisum. Vbi* describit Y periculum à quatuor. Primò, quia subitum, ibi, *repentinus*, Is. 30. *Subitò, dum non speratur, veniet contritio ejus*. Secundò, quia mortiferum, ibi, *interitus*, Iob 18 *Calcet super eum quasi rex interitus*. Tertiò, quia afflictiuum, ibi, *dolor*, Psal. 47. *Ibi dolores vt parturientis*. Quartò, quia ineuitabile, ibi, *non effugient*, Iob 11. *Effugium peribit ab eis. Igitur, quia* Agnus *est qui judicat, eo ipso magis timendus; & quia* Filius hominis, *magis formidandus: quia nimirùm repetitis culpis nostris irritatur magis ad iram, ne dicam justum furorem, in extremo judicij die contra impios ineuitabiliter exercendum. Quòd si talis venturus est judex, quale judicium erit! qualis sententia! De quo* Num. seqq. *DISCE loci exemplo, cum metu, & tremore*, tuum *hic* judicem deprecari.

V *Apoc.* 5 *com.* 2. *ib.*, Leo.

X 1. 2. 42. 5. ad 2.

Y 1. *Thess.* 5. 6. 2. *ibi*.

XIX. Dies judicij dicitur dies Christi: quia tunc faciet voluntatem suam cum peccatoribus, eos puniendo, qui in hoc Mundo fecerunt voluntatem suam peccando. 2. *Corinth.* 1. *l.* 4. *fi.*

x PRæmittendum *hic necessariò est, duplex esse judicium: particulare nimirùm, & vniuersale. Vnde super illud Matth.*24. Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit, *docemur, quòd* Dominus Z venit dupliciter. In fine enim Mundi veniet ad omnes generaliter. Item venit ad vnumquemque in fine suo, scilicet in morte, Ioann.14. *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos*. Ergo duplex est aduentus, in fine Mundi, & etiam in morte. Et vtrumque voluit esse incertum. Et isti aduentus sibi respondent: quia talis inuenietur quis in secundo, qualis fuerit in primo. *Augustinus*. Imparatum inueniet illum Mundi nouissimus dies, quem imparatum inueniet suus vltimus dies. *Et ratio adducitur: quia* judicium A ordinatur ad retributionem præmiorum; vnde secundùm duplex præmium, scilicet animæ & corporis, est duplex judicium Dei. Vnum, quo beatificat vel damnat homines quoad animam: & hoc judicium per totum hoc tempus agitur. Aliud est judicium, quo præmiabuntur vel punientur homines, etiam quantùm ad corpora: & hoc judicium fiet post resurrectionem in fine temporis. Primum autem judicium conuenit Christo ratione diuinitatis, sed secundum rationem humanitatis. Quia, sicut dicit *Augustinus super Ioann.* Verbum Dei viuificat animas, sed Verbum caro factum viuificat corpora. Vnde etiam dicitur *Ioann.*5 Potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est. *Distinguere vlteriùs oportet duplex judicium*: judicium scilicet B condemnationis: & in isto non venient qui fide formata in Deum credunt, de quo dicebat Psaltes Psalm.142. *Non intres in judicium cum seruo tuo*; & Io.3. *Qui credit in eum, non judicatur*. Est etiam judicium discretionis, vel discussionis: & ad istud oportet nos omnes ante tribunal Christi exhibere, de quo dicitur in Psal.42. *Judica me Deus, & discerne causam meam*. Et Apostolus 2. Cor. 5. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi*. (*Tribunal* autem C dicit judiciariam potestatem: & sumptum est ab antiqua consuetudine Romanorum, qui elegerunt tres Tribunos plebis, ad quorum officium pertinebat dijudicare excessus Consulum & Senatorum: & loca istorum vocabantur *Tribunalia*.) Et Matth.25. *Congregabuntur ante eum omnes gentes*. Ad judicium *porrò* tria D concurrere videntur. *Primò* quidem, quòd aliquis judici præsentetur: *secundò*, quòd ejus merita discutiantur: *tertiò*, quòd sententiam accipiat. Quantùm igitur ad primum, omnes boni & mali, à primo homine vsque ad vltimum, judicio Christi subdentur, *vt dicitur* 2. Cor.5. cit. à quorum generalitate non excluduntur etiam paruuli, qui vel sine baptismo, vel cum baptismo decesserunt: (etsi *enim* nihil E habeant ex proprio merito, habent tamen aliquid, scilicet vel culpam ex peccato primi hominis, vel gratiam ex sacramento Christi. *Et quidem* paruuli F ante baptismum mortui, videbunt Christum judicem: quod bene credi potest: tamen non cognoscent eum. Si aliter viderent, cognoscerent suum damnum, & dolerent; & sic haberent pœnam materialem: quod non est verum.) *Quantùm ad secundum*, scilicet ad discussionem meritorum, non omnes judicabuntur nec boni nec mali. Non enim est necessaria judicij discussio, nisi bona malis permisceantur. Vbi verò est bonum absque commistione mali, vel malum absque commistione boni, ibi discussio locum non habet. Bonorum igitur quidam sunt, qui totaliter bona temporalia contempserunt, soli Deo vacantes & his, quæ sunt Dei. Quia ergo peccatum committitur per hoc, quòd spreto incommutabili bono, bonis commutabilibus adhæretur, nulla videtur esse in his commistio boni & mali: non quòd absque peccato viuant (cum ex eorum dicatur persona 1. Ioann.1. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus*:) sed quia in eis sunt leuia quædam peccata, quæ per feruorem charitatis quodammodo consumuntur, vt nihil esse videantur: vnde hi in judicio non judicabuntur per meritorum discussionem. Quidam verò, terrenam vitam agentes, rebus secularibus intendentes, vtuntur eis, non quidem contra Deum, sed eis plùs debito inhærentes, habent aliquid mali, bono fidei & charitatis admixtum secundùm aliquam notabilem quantitatem, vt non de facili apparere possit, quid in eis præualeat: vnde tales judicabuntur, etiam quantùm ad discussionem meritorum. Similiter etiam ex parte malorum notandum est, quòd principium accedendi ad Deum est fides, secundùm illud Hebr.11. *Credere oportet accedentem ad Deum*. Qui ergo fidem non habet, nihil boni inuenitur in eo, cujus ad mala permistio faciat ejus dubiam damnationem: & ideò condemnabitur absque meritorum discussione. Qui verò fidem habet, & charitatem non habet nec bona opera, habet quidem aliquid, vnde Deo conjungitur: & ideò necessaria est meritorum discussio, vt euidenter appareat, quid in Christo præponderet, vtrùm bonum, vel malum. Vnde talis cum discussione meritorum damnabitur. Sicut Rex terrenus ciuem peccantem cum audientia damnat: hostem vero absque omni audientia punit. *Quantùm verò ad tertium*, scilicet sententiæ prolationem, omnes judicabuntur: quia omnes ex ipsius sententia vel gloriam vel pœnam reportabunt. Vnde dicitur 2. *Cor.* 5. Vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. *Hinc illud Psalm.* 1. Non resurgent impij in judicio, neque peccatores in Concilio justorum, *exponitur. Impij*, idest G infideles, *non resurgent in judicio*, scilicet discussionis & examinationis. Quia *secundùm Gregorium* quidam

Duplex judicium: particulare in fine vitæ, vniuersale in fine Mundi.

Z *Matth.* 24 *lit. d. ibi. & cap.* 25. *lit. b. ibi*, rationem. & 1. *Cor.* 3. *l.* 2. *ibi*, dies Domini. & *Heb.* 10. *l.* 4 *ibi*, adhuc.

A *Quol.* 10. *a.* 2. *c. Opusc.* 3. *c.* 243. & 4. *con. G. c.* 96 & 3. *p.* 59. 5. *In* 4. *d.* 47. 1. 1. *q.* 1. *c.* & *ad* 1. *Iob* 19. *fi. cap. Matth.* 25. *lit. c. ibi*, congregabuntur. 2. *Cor.* 5. *l.* 2. *cit. c. fi*

Cur duplex judicium.

Judicium particulare conuenit Christo secundùm diuinitatem, vniuersale secundùm humanitatem.

Judicium item duplex: condemnationis, & discretionis, siue discussionis

B *Ioann.* 5. *l.* 4. *lit. c.* & *cap.* 3 *l.* 3 *lit. b.* & *cap.* 8 *l.* 7. *fi* & *cap* 9. *l.* 4. *lit. c.*

& *cap.* 12. *l.* 5. *lit. f.* & *Ps.* 5. *lit. g. fi.* & *Ps.* 42. *lit. a. Apoc.* 15. *com.* 2. *ibi*, judicio.

Tribunal vnde dicatur.

C 2. *Cor.* 5 *l.* 2. *fi.*

Quodnam apud Romanos Tribunorum officium.

D *Op.* 3. *c.* 241. *Op.* 6. 5. 10. *In* 4. *d.* 47. 1. 3. *ad Ham. ibid. Matth.* 25. *lit. c ibi*, omnes gentes. *Rom.* 2 *l.* 2. *fi.* & 2. *Cor.* 5. *l. c.*

Omnes homines Christi judicio subdentur, etiam pueri, cum baptismo, vel sine baptismo decedentes.

E *Matth.* 25. *loco cit. In* 4. *l. c. a.* 3. *q.* 2. *ad* 3. *ad Ham. ibid. in corp.* & 2. *Cor.* 5 *l. c.*

F *Apoc.* 1. *com.* 2 *§.* 8. *ibi*, omnis Oculus. *In* 4. *d.* 43. 1. 1. *q.* 3. *ad* 2.

Quantùm ad discussionem meritorum nō omnes judicabuntur.

Non omnes boni.

Nec omnes mali.

G *Ps.* 1. *lit. c. In* 4. *d.* 43. 1. 1. *q.* 2. *ad* 1. & *d.* 47. 1. 3. *q.* 1. *ad* 2.

dam condemnabuntur, & non judicabuntur, vt infideles. Quidam non judicabuntur, nec condemnabuntur, ſcilicet Apoſtoli & viri perfecti. Quidam judicabuntur & condemnabuntur, ſcilicet mali fideles. *Sed & Angeli tam boni, quàm mali*

H 3 p 59. 6. c. In 4. d. 47. 1. 1. q. 4. c.

Subduntur judicio Chriſti & Angeli tam mali, quàm boni.

ſubſunt H judicio Chriſti. Vno quidem modo quantùm ad diſpoſitionem eorum, quæ per ipſos aguntur: quæ quidem diſpoſitio fit etiam per hominem Chriſtum, cui Angeli miniſtrabant, vt dicitur *Matth.* 4. & à quo dæmones petebant, vt in porcos mitterentur, vt dicitur *Matth.* 8. Secundò quantùm ad alia accidentalia præmia bonorum Angelorum, quæ ſunt gaudia, quæ habent de ſalute hominum, ſecundùm illud Luc. 15. *Gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente:* & etiam quantùm ad pœnas accidentales dæmonum, quibus torquentur vel hic vel recluduntur in Inferno. Et hoc etiam pertinet ad hominem Chriſtum; vnde *Marc.* 1. dicitur, quòd dæmon clamabat: *Quid nobis, & tibi, Ieſu Nazarene: veniſti perdere nos?* (Retributio *enim* quæ I

I In 4. loco citato.

reſpondet meritis bonis vel malis per Angelos procuratis, in futuro judicio fiet: quia boni Angeli amplius gaudium habebunt de ſalute eorum, quos ad meritum induxerunt; & mali ampliùs torquebuntur, multiplicatâ malorum ruinâ, qui per eos ad mala ſunt incitati.) Tertiò quantùm ad præmium eſſentiale bonorum Angelorum, quod eſt beatitudo æterna: & quantùm ad pœnam eſſentialem angelorum malorum, quæ eſt æterna damnatio. Sed hoc factum eſt per Chriſtum, in quantùm eſt Verbum Dei, à principio Mundi.

Mundi conflagratio.

L In 4. d. 47. a. 3. q. 1. ſi. c.

y *Præcedet autem judicium hoc Mundi totius conflagratio.* Cum *enim* conflagratio L Mundi ſit diſpoſitio ad totius creaturæ renouationem, manifeſtè poteſt colligi, quòd illa conflagratio, quoad purgationem Mundi, judicium præcedet: ſed quoad aliquem actum, qui ſcilicet eſt inuoluere malos, judicium ſequetur. *De qua conflagratione*

M In 4. l. c. a. 2. q. 2. in Sed contra.

poteſt intelligi quod M dicitur ex Pſalm. 49. *Ignis in conſpectu ejus exardeſcet, & in circuitu ejus tempeſtas valida.* Et poſtea ſequitur: *Aduocabit Cœlum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuum. Congregate illi Sanctos ejus &c.* Ad literam N ignis

N Pſ. 49. lit. b. ſi.

præcedet ante eum, Hebr. 10. *Terribilis quædam expectatio judicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios:* quia ignis confringens ardebit, & purgabit ſuperficiem terræ, & purgabit, ſi quid eſt purgandum in bonis: & tandem inuoluet malos in Infernum. *Purgabit inquam ſuperficiem terræ.* Quamuis *enim* res O corporalis ſubjectum

O In 4. d. 47. a. 1. q. 1. c.

infectionis culpæ propriè [illegible] non poſſit: tamen ex culpa quædam incongruitas in rebus corporalibus corruptis relinquitur ad hoc, vt ſpiritualibus dicentur. Et inde videmus, quòd loca, in quibus ſunt aliqua crimina commiſſa, non reputantur idonea ad aliqua ſacra in eis exercenda, niſi purgatione quadam præmiſſa, *vt patet in Eccleſia polluta. Hinc Apoſtolus* 1. *Cor.* 3. *dicebat:* Dies Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscujuſque opus quale ſit, probabit. Si cuius opus manſerit &c. *Vbi notat Author, quòd* ſecundùm

P 1. Cor. 3. l. 2. ibi, & Hebr. 10. l. 3. ibi, & ignis.

Dies Domini triplex ſecundùm triplex judicium Dei.

triplex P Dei judicium, tripliciter poteſt intelligi *dies Domini.* Erit enim quoddam judicium generale omnium: & ſecundùm hoc *dies Domini* dicitur nouiſſimus dies judicij, de quo 2. Theſſ. 2. *Non terreamini, quaſi inſtet dies Domini.* Et ſecundùm hoc intelligitur: *Dies Domini declarabit,* quia in die judicij manifeſtabitur differentia humanorum meritorum, Rom. 2. *In die, cum judicabit Deus occulta hominum.* Aliud eſt particulare judicium, quod fit de vnoquoque in morte ipſius: & ſecundùm hoc *dies Domini* poteſt intelligi dies mortis, 1. Theſſ. 5. *Dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet.* Et ſic *dies Domini declarabit,* quia in morte vniuſcujuſque ejus merita patent. Vnde dicitur Prou. 11. *Mortuo homine impio, nulla erit vltrà ſpes;* & cap. 14. *Sperat autem juſtus in morte ſua.* Tertium eſt judicium in hac vita, in quantùm Deus per tribulationes hujus vitæ interdum homines probat: & ſecundùm hoc dicitur *dies Domini* dies temporalis tribulationis, de quo dicitur Soph. 1. *Vox diei Domini amara: tribulabitur ibi fortis.* Et ſic *dies Domini declarabit,* quia in tempore tribulationis affectus hominis probatur, Eccli. 27. *Vaſa figuli probat fornax: & homines juſtos tentatio tribulationis.* Oſtendit autem, per quod fiet iſta declaratio, quia per ignem. Vnde ſequitur: *Quia in igne reuelabitur,* ſcilicet *dies Domini.* Nam dies judicij generalis *reuelabitur in igne,* qui præcedet faciem judicis, exurens faciem Mundi, & inuoluens reprobos, & juſtos purgans, Pſal. 96. *Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus.* Dies autem Domini, qui eſt dies mortis, *reuelabitur in igne* purgatorij, per quem purgabitur, ſi quid in electis inuenietur purgandum: de quo poteſt intelligi quod dicitur Iob 23. *Probauit me quaſi aurum, quod per ignem tranſit.* Dies verò Domini, qui eſt dies tribulationis diuino judicio permiſſæ, *reuelabitur in igne* tribulationis, de quo dicitur Eccli. 2. *In igne probatur aurum & argentum: homines verò receptibiles in camino humiliationis.* Et ita *vniuſcujuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cujus opus,* quod ipſe ſuperædificauit, *manſerit,* ſcilicet in igne, ille qui ſuperædificauit, *mercedem accipiet. Si cujus opus arſerit,* ſcilicet per aliquem ignium prædictorum, *detrimentum patietur,* ſcilicet qui hoc operatus eſt: non tamen vſque ad damnationem. Vnde ſubdit: *Ipſe autem ſaluus erit: ſic tamen, quaſi per ignem,* quem ſcilicet priùs ſuſtinuit vel in hac vita, vel in fine hujus vitæ, vel in fine Mundi. *In fine inquam Mundi: tunc enim, quia breue erit electis viuentibus tempus ſatisfaciendi,* duo erunt Q auxilia: quorum vnum adjuuabit illos,

Q In 4. d. 45. q. exp. text. circ ſi. Quol. 2. a. 14. ſi.

qui in fine Mundi inuenientur, per modum ſatisfactionis, ſcilicet ignis, quo facies Mundi purgabitur: poterit enim eſſe, vt intenſio pœnæ ſuppleat quicquid deeſt ad temporis breuitatem (*quod & ad animas in purgatorio tunc detentas extende:* poterit *enim* fieri R vt acerbitas pœnæ modici temporis,

R Quol. 2. loco cit.

recompenſet pœnæ diuturnitatem:) & præcipuè cum ſit probabile, quòd pauca cremabilia ſint habituri, vtpotè purgati per terrorem futuri judicij, ex ſignis præcedentibus præoſtenſi. Aliud autem eſt ex vi charitatis, ſcilicet merita & interceſſiones Sanctorum, quæ eis ſuffragabuntur virtute charitatis. *Congruenter autem, & rationabiliter, hujuſmodi purgatio per ignem fiet, quemadmodum & Mundi purgatio altera per aquam effecta eſt. Vnde* notatur

Duplex judicium Dei: alterū in aqua, in igne alterum.

S 2. Petr. 3. ſ. 2. ſi. In 4. d. 47. a. 1. q. 2. c. & ad 2. Gen 8. non longè ab init.

S duplex judicium Dei: vnum in aqua, aliud in igne. Primum factum fuit per aquam: quia in primo ſtatu viguit luxuria, in qua ſunt duo, ſcilicet ardor, & fœditas: propter quod facta tunc eſt purgatio per aquam, quæ eſt refrigerans, & purificans. Alterum verò judicium fiet per ignem:

E, cur ſecundū per ignem, primum per aquam.

quia tunc vigebit auaritia, & erunt homines infrigidati frigiditate auaritiæ ex defectu charitatis, ſecundùm illud Matth. 24. *Quoniam abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.* Et ideò fiet per ignem, qui habet contrariam qualitatem. *Vel aliter.* Aquæ eſt purgare, & non innouare: ignis verò facit vtrumque. Ideò, quia prima purgatio

Mundi purgatio, & innouatio.

Mundi tantùm fuit purgatio, & non innouatio, facta eſt per aquam. Secunda verò, quæ non tantùm eſt purgatio, ſed etiam innouatio (*tunc enim tota innouanda eſt creatura*) fiet per ignem.

Ad Mundi innouationem, ceſſabit motus Cœlorum; & quare tunc.

T Io. 6 l. 5 lit. d. In 4. d. 43 a. 3. q 1. & d. 48. 1. 3. q. 4. & d. 47. 1. 2. q. 3. &

z *Verùm* inter alia T quæ ad hanc innouationem concurrent, credimus Cœli motum ceſſare, & per conſequens tempus, Apoc. 10. *Et jurauit &c. quia tempus non erit ampliùs.* Et quia ceſſante tempore in reſurrectione, ceſſabit etiam nox & dies, ideò dicitur Ioann. 6. *Reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.* Quare autem vſque tunc Cœli motus duret & tem-

Digitized by Google

fent d.48. q. 2. Pet. 3. a. 5 & 6. Op. 3. c. 171. Hebr. 1. l. 5. Apoc. 21. com. 3 & 2. initio, & 2. Pet. 3. l. 4. & 1 Cor. 7. l. 6 & 4. cont. G. c. 97.

pus, non minùs vel ampliùs: sciendum est, quòd illud, quod est propter aliud, diuersimodè disponitur secundùm diuersam dispositionem ejus, propter quod est. Omnia autem corporalia propter hominem facta sunt: & ideò secundùm diuersam dispositionem hominis, diuersimodè ea disponi oportet. Quia ergo in hominibus, quando resurgent, inchoabitur status incorruptionis, secundùm illud 1. Cor. 15. *Mortale hoc induet incorruptionem;* ideò cessabit tunc etiam corruptio in rebus. Vnde cessabit motus Cœli, qui est causa generationis & corruptionis in rebus corporalibus, *ad Rom.* 8. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. *Ex quo*, completo V numero hominum ad vitam æternam producendorum, motus Cœli cessabit: sicut motus cujuslibet instrumenti cessat, postquam fuerit opus perfectum. *Et tunc Mundi finis erit: nobis tamen (vt vidimus) omninò ignotus: quia* mensura X durationis motus Cœli est sola diuina dispositio, quæ est nobis occulta. Non enim Y per aliquam causam creatam Mundus finietur, sicut etiam & esse incepit immediatè à Deo; vnde cognitio finis Mundi soli Deo reseruatur: *quippe* cui soli cognitus est numerus electorum in æterna felicitate locandus (*vt in quadam* Secreta *orat Ecclesia*) *ex quorum completo numero sequitur secundùm diuinam dispositionem seculi consummatio*. Cessante tamen Z motu Cœli, & generatione & corruptione ab elementis, eorum substantia remanebit ex immobilitate diuinæ bonitatis: creauit enim res, vt essent; vnde esse rerum, quæ aptitudinem habent ad perpetuitatem, in perpetuum remanebit. Habent autem naturam, vt sint perpetua secundùm totum & partem corpora cœlestia: elementa verò secundùm totum, licèt non secundùm partem, quia secundùm partem corruptibilia sunt: homines verò secundùm partem, licèt non secundùm totum, nam anima rationalis incorruptibilis est, compositum autem corruptibile. Hæc igitur secundùm substantiam remanebunt in vltimo illo statu Mundi, quæ quoquo modo ad perpetuitatem aptitudinem habent, Deo supplente sua virtute quod eis ex propria infirmitate deest. Alia verò animalia, & plantæ, & corpora mista, quæ totaliter sunt corruptibilia & secundùm totum & secundùm partem, nullo modo in ipso incorruptionis statu remanebunt. Et sic intelligendum est quod Apostolus dicit 1. Cor. 7. *Præterit figura hujus Mundi*, quia hac species Mundi, quæ nunc est, cessabit: substantia verò remanebit. *Et hoc est, quod dicitur* 2. *Petr.* 3. Cœli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra autem & quæ in ipsa sunt opera, exurentur. *Et post pauca*: Nouos verò Cœlos, & nouam terram secundùm promissa ipsius expectamus, in quibus justitia habitat. *Nouos Cælos*: non dicit A alios, sed *nouos*, idest in melius adnouatos, seu renouatos, *& nouam terram*, idest in melius innouatam & in meliorem formam, *Apoc.* 21. Vidi Cœlum nouum & terram nouam: *in quibus*, scilicet Cœlis & terra innouatis, & in quo statu innouationis, *justitia*, idest retributio vitæ æternæ pro meritis gratiæ, *habitat*, idest habitabit perpetuò sine fine. Neque hoc dicit propter hoc, quòd justi habitaturi sint in Mundo inferiori post judicium, sicut nunc: sed quia Mundus hic erit pars habitationis eorum. Sicut Rex non manet in coquina: & tamen dicitur pars habitationis suæ. *De conflagratione Mundi & innouatione vide fusiùs* B.

V Op. 3. c. 171.

X 4. d. 43. q. 3. a. 2. ad 1. & locis cit.

Y 4. d. 47. q. 1. q. 3. c. & locis cit.

Z 4. cont. Gent. cap. 97. Pet. 3. ad a. 7. & 1. Cor. 7. l. 6. & 2. Pet. 3. l. 3. & locis cit.

Cessante motu Cœlorum, eorum substantia remanebit, sicut eorum, quæ ad perpetuitatem aptitudinem habent; non ita cæteræ, quæ sunt & secundùm totum & secundùm partem corruptibilia.

A 2. Pet. 3. l. 2. ibi.

B In 4. d. 47. q. 2. & d. 48. q. 2. & 4. cont. G. cap. 96. & 97.

2 *Vt verò ad judicium redeamus, terrifica imprimis insonabit tuba, de qua Apostolus* 1. *Cor.* 15. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent. *In momento*: per quod C excludit errorem dicentium, resurrectionem non esse futuram omnium simul: sed dicunt, quòd martyres resurgent ante alios per mille annos; & tunc Christus descendet cum illis, & possidebit regnum corporale Ierusalem mille annis cum eis. Et hæc fuit opinio *Lactantij*. Sed hoc patet esse falsum: quia omnes *in momento* resurgemus, *& in ictu oculi*. Excluditur etiam per hoc alius error ejusdem, qui dicebat, quòd judicium duraturum erat per spatium mille annorum. Sed hoc est falsum: quia non erit ibi aliquod perceptibile tempus, sed *in momento &c.* Sciendum est autem, quòd momentum potest accipi vel pro ipso instanti temporis, quod dicitur *nunc*: vel pro aliquo tempore imperceptibili. Tamen vtroque modo potest accipi hoc, referendo illud ad diuersa. Quia si hoc referimus ad collectionem puluerum (quæ fiet ministerio Angelorum) tunc momentum accipitur pro tempore imperceptibili: cum enim in collectione illorum puluerum fit mutatio de loco ad locum, oportet, quòd sit ibi tempus aliquod. Si autem referamus ad reunitionem corporum & pro vnione animæ, quæ omnia fient à Deo: tunc momentum accipitur pro instanti temporis, quia Deus in instanti vnit animam corpori, & viuificat illud. Potest etiam hoc, quod dicit, *in ictu oculi*, ad vtrunque referri: quia si *in ictu oculi* intelligitur tantùm apertio palpebrarum (quæ fit in tempore imperceptibili) tunc refertur ad collectionem puluerum. Si verò *in ictu oculi* intelligitur ipse subitus intuitus oculi, qui fit in instanti: tunc refertur ad vnionem animæ ad corpus. Cum autem dicit, *in nouissima tuba*, ostendit ordinem resurrectionis quantùm ad causam immediatam. Et ista tuba est vox illa Christi, de qua *Matth.* 25. *dicitur*: Media nocte clamor factus est: ecce Sponsus venit. *De hoc pariter tuba dicitur* 1. *Thess.* 4. Dominus in jussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de Cœlo &c. *Vbi docemur, quòd* ad resurrectionem communem D faciendam triplex causa concurrit. Vna principalis, scilicet virtus diuinitatis: secunda instrumentalis, scilicet virtus humanitatis Christi: tertia quasi ministerialis, scilicet virtus Angelorum, qui habebunt aliquem effectum in resurrectione. Has ergo tres causas ponit. Primò humanitatem Christi gloriosam, dicens: *Ipse Dominus in jussu*: In primo enim aduentu venit vt obediens, Philipp. 2. *Factus est obediens vsque ad mortem*; & hoc, quia ille fuit aduentus humilitatis: sed iste erit gloriæ, Luc. 21. *Veniet cum potestate magna & majestate*. Secundò virtutem Angelorum, cum dicit: *in voce Archangeli*: non quòd operetur in ejus voce, sed ministerio ejus. Et dicit, *Archangeli*, quia omnes Angeli sub vno Archangelo ministrant Ecclesiæ, *Apoc.* 12. Hic est Michael Princeps Ecclesiæ. Vel, *in voce Archangeli*, idest Christi Principis Angelorum, qui dicitur *magni Consilij Angelus*. Et in voce ejus corporali vel spirituali erit resurrectio, Ioann. 5. *Audient vocem Filij Dei*, scilicet *Surgite mortui, & venite ad judicium*. Et illi voci corporali obedient. Tertiò virtutem diuinitatis, cum dicit, *in tuba Dei*. Hæc est virtus diuina: quia dicitur *vox Archangeli*, in quantùm fiet ministerio Archangelorum; & *tuba Dei*, in quantùm virtute diuina fiet. *Vnde dicitur Matth.* 24. Mittet Angelos suos cum tuba & voce magna. *Vbi simul hæc* E *tria tangit*. Virtutem Angelicam, cum dicit, *Mittet Angelos*: virtutem Dei, cum dicit, *cum tuba*: virtutem humanitatis in hoc quod dicit, *& voce magna*. De ista habetur Ioan. 5. *Omnes, qui audierint vocem Filij Dei, viuent*. Et oportebit, quòd illa vox sit magna: quia *dabit voci suæ vocem virtutis*, Psalm. 67. Per tubam bene signatur diuinitas, quia major est vox tubæ, quàm vox humana, Apoc. 11. *Et audierunt vocem magnam de Cœlo dicentem eis*: *Ascendite huc &c.* Et paulò post: *Et septimus Angelus tubâ cecinit*: *& factæ sunt voces magnæ in Cœlo &c.* Et notandum, quòd tuba

satis

Error Lactantij de commoni resurrectione omnium simul.

C 1. Cor. 15. l. 8. ibi, Opusc. 3.

c. 144. & 1. Thess. 4. l. 2. ibi, resurgent, Matth. 19. ibi, sedebitis.

In momento omnes resurgemus.

Momentum hic dupliciter accipitur.

Tuba in judicio, vox Christi.

Ad resurrectionem communem faciendam triplex causa concurrit.

D 1. Thess. 4. l. 2. ibi, Matth. 24. lit. c. ibi, cum tuba, Ioan. 5. l. 5. lit. b. In 4. d. 43. q. 1. a. 2. q. 3 & 4. q. 3. ad 4. & exp. text.

Per tubam signatur virtus diuinitatis.

E Matth. 24. loco cit. 1. Cor. 15. l. 8. & 1. Thess. 4. l. 2. Is. 58. l. In 4. d. 43. q. 1. a. 2. q. 2. c. & 1. Matth. 4. ibi, tubis.

Digitized by Google

Tuba in veteri testamento ad quatuor : ita & in judicio.

satis ei congruit: quia *Num.*10. mandauit Dominus Moysi duas tubas fieri: & clangebant tubis ad Concilium, ad festa, ad pugnam, & ad commotionem castrorum. Et sic erit in judicio: quia erit ibi Concilium, idest adunatio omnium Sanctorum, quia *non resurgent impij in judicio, neque peccatores* in Concilio *justorum*, Psal.1. Item erit tunc solemnitas sempiterna, Is.33. *Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ*. Item erit ibi pugna contra malos, vt habetur Zach.14. & Sap.5. *Pugnabit cum illo Orbis terrarum contra insensatos*. Item erit ibi commotio castrorum: quia electi transferentur ad vitam Sanctorum, *Zach.*2. Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa: *sicut & reprobi transferentur in Infernum. De hac ad extremum judicium tuba præcinuisse videtur Sophonias cap.*1. *cum ait*: Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies tubæ & clangoris. *At quid est, quòd Io.*5. *dicitur*: Mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, viuent? *Nunquid pollent auditu defuncti?* Duo F mirabilia *inquit Author* in his verbis implicari videntur. Vnum, cum dicit, *mortuos audire*: aliud, cum subdit, eos per auditum reuiuiscere; quasi prior sit auditus, quàm vita: cum tamen auditus sit quidam actus vitæ. Sed si hoc referamus ad resurrectionem, verum est, quòd *mortui audient*, idest obedient *voci Filij Dei*. Vox enim expressiua est interioris conceptus. Tota autem natura ad nutum obedit voluntati diuinæ, Rom.4. *Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt*. Secundùm hoc ergo ligna, lapides, & omnia, non solùm ossa arida (*Ezech.*37. Ossa arida audite verbum Domini:) sed & cineres corporum mortuorum *audient vocem Filij Dei*, in quantùm ad nutum ei obedient. Et hoc non conuenit Christo, in quantùm est *Filius hominis*, sed in quantùm est *Filius Dei*, quia Verbo Dei omnia obediunt. Et ideò signanter dicit, *Filij Dei*, *Matth.*8. Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? *Quod autem prosequitur Apostolus* 1. *ad Thess.*4. *cit.* Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera &c. *sano sensu intelligendum est, ne cum* Lactantio *conueniamus, sentiente non simùl omnium resurrectionem futuram. Igitur* dicendum G quòd omnes morientur, & omnes resurgent, & quòd simul. Nec Apostolus dicit hic, quod illi priùs resurgent, quàm isti: sed quòd illi priùs resurgent, quàm isti occurrant. Apostolus enim non ponit ordinem resurrectionis ad resurrectionem, sed ordinem ad raptum, vel ad occurrentiam. Nam primò, veniente Domino, morientur qui inuenientur viui: & tunc statim cum illis, qui priùs mortui fuerant, resurgentes, rapientur in nubibus &c. vt Apostolus hìc dicit. Est autem hæc inter bonos & malos differentia: quia mali remanebunt (*vt superiùs prætactum est*) in terra, quam dilexerunt: boni verò rapientur ad Christum, quem quæsierunt, Matth. 24. *Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ*. In resurrectione enim Sancti conformabuntur Christo, non solùm quantùm ad gloriam corporis, vt dicitur *Philip.*2. sed etiam quantùm ad situm: quia Christus erit in nube: & sic etiam Sancti *in nubibus rapientur*. Et quare hoc? ad ostendendum eorum Deiformitatem. *Et hoc est quod dicit Apostolus* 2. *ad Tim.*4. Testificor coram Deo & Iesu Christo, qui judicaturus est (*prout & in Symbolo*) viuos & mortuos. *Vbi vel viuos* dicit H bonos, scilicet qui viuunt vita gratiæ: *& mortuos*, malos, 1. Ioann.3. *Qui non diligit, manet in morte*: (*Psal.*10. Dominus interrogat justum & impium; *& Eccle.*3. Iustum & impium judicabit Deus: & tempus omnis rei tunc erit.) Vel *viuos* dicit, qui viui reperientur in aduentu ejus: qui morientur quidem; sed quia in modico tempore resurgent, dicuntur viui, 1. Thess.4. *Nos qui viuimus*, idest I illi, qui erunt viui: *qui residui sumus*, idest qui erunt residui post persecutionem Antichristi: non enim loquitur Apostolus ex persona sua & tunc existentium, sed eorum, qui tunc viui reperientur. *De hac vniuersali in extremo judicio resurrectione* Ezech. 37. *præcinitur*. Ossa arida audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis. Factus est autem sonitus (*Matth.*5. Clamor factus est; *&* 1. *Cor.*15. Canet enim tuba:) & ecce commotio: & accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad juncturam suam &c. Hæc dicit Dominus Deus: A' quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant: (*Cui consonat illud Matth.*24. Congregabunt electos ejus à quatuor ventis.) Et ingressus est in ea spiritus, & vixerunt: steteruntque super pedes suos exercitus grandis nimis valdè. *Et ecce resurrectio vniuersalis*.

F Ioan. 5. *l.* 4. *lit f.*

Exponitur illud Io 5. *Mortui audient vocem Filij Dei &c.*

Omnes morientur, & simul in judicio resurgent.

G 1. *Thess.* 4. *l.*2. *fi. Matth.* 25. *lit c ibi*, congregabuntur. *Quol.* 10. *a.*2. *ad* 1 *Op.*3. *c.*244. *&* 1. 2. 81. 3. *ad* 1. *In* 4. *d.*43. 1. 4. *q.* 2. *c.*

Exponitur illud : Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi &c.

Quomodo intelligatur illud : Venturus est judicare viuos & mortuos.

H 2. *Tim* 4. *l.* 1. *ibi. Op.* 6. §. 10. *Et Op.*23. *cap.*2. *non longè à fi.*

I 1. *Thess* 4. *l.*2. *ibi.*

b *Congregati verò omnes homines, mox judicabuntur à Christo: & ò quali judicio! quàm tremendo! Hinc Iob cap.*14. *quamuis justus, tremebundus dicebat ad Dominum*: Quis mihi hoc tribuat, vt in Inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus? *Profectò* judicium illud L timendum est propter quatuor. Primò propter judicis sapientiam: scit enim omnia, Prou.16. *Omnes viæ hominis patent oculis ejus*. Ipse etiam scit verba nostra, Sapient.1. *Auris zeli audit omnia*. Item cogitationes nostras, Ierem.17. *Ego Dominus scrutans cor & probans renes, qui do vnicuique juxta viam suam*. Secundò propter judicis potentiam, quia omnipotens est in se, Is.40. *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet*. Item omnipotens est in alijs, quia omnis creatura erit cum eo, Sapient.5. *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit cum illo Orbis terrarum*; & ideò dicebat Iob cap.10. *Cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere*. Tertiò propter inflexibilem justitiam, Prou.6. *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cujusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima*. Quartò propter judicis iram. Aliter enim apparebit justis, quia dulcis & delectabilis, Is.33. *Regem in decore suo videbunt*: aliter malis, quia iratus & crudelis, in tantum vt *dicant montibus* (Apoc.6.) *Cadite super nos, & abscondite nos ab ira Agni: & quis poterit stare?* scilicet M in tanta judicij districtione, idest expectare seueritatem illius judicij? Malach.3. *Et quis stabit ad videndum eum? Quis inquam* poterit stare? *Quasi dicat*: Nullus N per se, *secundùm illud Nah.*1. Ante faciem indignationis ejus quis stabit? & quis resistet in ira furoris ejus? *Et Is.*2. Abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria majestatis ejus. *Tandem ab Apostolo dicitur Hebr.*10. Terribilis expectatio judicij: *tum scilicet* propter O conscientiam peccatorum, Iac.3. *In multis offendimus*: tum etiam propter imperfectionem justitiarum nostrarum, *Is.*64. Vniuersæ justitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ; *& ideò dicebat Dauid Psal.*118. A' judicijs tuis timui. *Infelix in illa die peccator! De qua dicitur Ierem.*23. *&* 30. Ecce turbo Domini, furor egrediens, procella ruens, in capite impiorum conquiescet, donec faciat & compleat cogitationem cordis sui: in nouissimo dierum intelligetis ea. *Sanè, cujus non contremiscat, non palpitet cor vel audito judicij nomine! Psal.*75. De Cœlo auditum fecisti judicium; *& mox sequitur*: terra tremuit. *Hinc Act.*24. *legimus, quòd disputante Paulo de justitia & castitate, & de judicio futuro, tremefactus* Felix respondit &c. *Ecquis ausit ad tantum judicem preces effundere, cum vel sola illius vmbra judicantis exterreat?* 1. *Par.*21. Et non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obsecraret Deum: nimio enim fuerat in timore perterritus, videns gladium Angeli Domini.

Iudicium illud timendũ, præcipuè ex quatuor.

L Op. 6. § 10 *Opus. de er. Pr. l.*2. *c.*9. *Serm. ex Eu. Dom.*4. *post Pascha.*

*M Apoc.*6. *com.* 1. *circ. fi.*

*N Apoc.*6. *com.* 2. *fi. cap.*

O Hebr. 10. *l.* 3. *ibi.*

Vel auditum, tremorem incutit.

Hh 2 c *Quòd*

Digitized by Google

Districtum examen.
P Iob 9.l.3.ibi.

c *Quod si ad prævium diuini judicis examen respicimus*: Si repentè interroget (*dicebat Iob c.9.*) quis respondebit ei? *quia videlicet* sic P subtiliter examinat, vt ejus examinationem nullus per quamcunque cauillationem subterfugere possit. Et quia non habet superiorem, qui de ejus factis judicare possit; ideò subdit: *vel quis dicere potest ei: Cur ita facis? Deus, cujus iræ nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant Orbem. Quantus ergo sum ego*; idest, quàm potens, quàm sapiens, *vt respondeam ei*, scilicet Deo interroganti, potentissimo & sapientissimo: *& loquar verbis meis cum eo?* Ac si diceret: Non sufficiens sum, vt contendam cum Deo. Contentio enim in respondendo & objiciendo consistit. Contingit autem quandoque, quòd aliquis, etsi non sit multùm potens aut sapiens, tamen propter securitatem suæ conscientiæ non formidat contendere cum quouis judice. Sed hanc etiam causam contendendi cum Deo à se excludit, dicens: *Qui etiamsi habuero quidpiam justum, non respondebo*, scilicet Deo examinanti, quasi meam justitiam defendendo: *sed meum judicem deprecabor*, quasi non petens judicium, sed misericordiam. Signanter autem dicit: *Si habuero quidpiam justum*; ad designandum incertitudinem humanæ justitiæ, per hoc quod dicit, *si habuero*, secundùm illud Apostoli 1. ad Cor. 4. *Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc justificatus sum*. Iudicem inquam deprecabor. Quòd enim aliquis audacter judici respondeat, potest ex duobus contingere. Primò quidem, si judex sit debilis, qui subditos coercere non possit. Sed hoc excludit, dicens: *Si fortitudo quæritur*, scilicet in Deo: *robustissimus est*, omne robus excedens. Secundò aliquis audacter respondet judici, quia confidit de sua causa: quod aliquando contingit, quia habet multos accusatores. Sed hoc excludit, dicens: *Si æquitas judicij*, scilicet requiritur, secundùm quam aliquis habens pro se multos testes absoluitur: *nemo audet pro me testimonium dicere*; intellectus enim hominis non capit, quòd hominis justitia sit major, quàm veritas Dei redarguentis. *Ex quo concludit*: Si justificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. *Et hæc est supremi judicis æquissima statera, de qua* Daniel cap.5. *ad impium Regem Baltassar, & in eo ad peccatorem quemcunque*: Appensus es in statera, & inuentus es minus habens. *Idcircò præfatorum omnium consideratione Iob perterritus, subjicit*: Cum dixero, nequaquam ita loquar: commuto faciem meam, & dolore torqueor &c. *Cum dixero*, scilicet

Q Ibid.l.4.ibi.

Q in corde meo: *nequaquam ita loquar*, vt scilicet sim justus & innocens: *commuto faciem meam*, scilicet à fiducia, quam conceperam de mea innocentia, ad quandam solicitudinem inuestigandi peccata: *& dolore torqueor* in conscientiæ propriæ discussione. Et causam doloris subdit, dicens: *Verebar omnia opera mea*: circa quæ magnam solicitudinem apponebat, timens, ne in aliquo à justitia declinaret. *His cohæret quod promebat Psaltes Psal* 48. Cur timebo in die mala? *Enimverò* omnes dies R sunt à Deo: sed dicuntur mali propter mala, quæ in eis contingunt. Potest ergo *dies mala* dici, in qua aliquod periculum euenit, & præcipuè in qua imminet periculum æternæ damnationis. Et hæc est dies judicij, Soph.1. *Vox diei Domini amara: tribulabitur ibi fortis*. Ergo *cur timebo in die mala*? idest, quid me faciet timere in die illa? Et respondet: *Iniquitas calcanei mei circumdabit me*. Nihil enim timendum est, nisi peccatum: quia *nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas*. Et ideò dicit: *Iniquitas calcanei mei circumdabit me*. Calcaneum est extrema pars corporis. Et ideò *iniquitas calcanei* est iniquitas, quæ perseuerat vsque ad finem vitæ. Et hoc modo accipitur calcaneum Genes.3. *Ipsa*, scilicet mulier, hoc est, ratio superior, *conteret caput tuum*, scilicet caput serpentis: *& tu insidiaberis calcaneo ejus*; idest, insidiaberis ei vsque ad finem vitæ. *Facit ergo hominem timere in die illa iniquitas calcanei, idest quæ vsque ad finem vitæ per finalem impœnitentiam perseuerat.*

Ne timeatur diuinum judicium, cõscientia hìc diligenter disquirenda, & mundanda.

R Psal.48. lit.c. ibi & Psal 40. lit.a. ibi, in die mala.

Dies judicij cur dies dicatur mala.

Iniquitas calcanei quid significet.

Qualis ratio in judicio reddenda.

d *Ecquis sanè non timeat coram tanto judice vel de leuibus minimisque culpis rationem redditurus? Ad literam quippe Matth.* 12. Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicij. *Nec solum de commissis, sed & de omissis quibuscunque: vnde de bono vel malo aut nullo talentorum vsu inducitur ratio ponenda Matth.* 25. Post multum verò temporis venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. *Quo loci parabolicè* agitur S de judicio; & notandum, quòd de operibus, & de donis debemus Deo reddere rationem: (*& quidem ex Gregorio* cum crescunt dona, rationes etiam crescunt donorum.) Cum autem dicitur: *post multum verò temporis*, datur intelligi, quòd dat Dominus longum spatium ad bene agendum: *quod quidem nobis & in judicio ad exprobrandum objicietur. Igitur oportebit* rationem T reddere de omnibus factis, Eccle.12. *Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato, siue bonum siue malum illud sit*. De omnibus dictis, Matth.12. cit. *Reddent rationem de omni verbo otioso*. Et (*quod majus est*) de omnibus cogitatis, *Sap.*1. In cogitationibus impij interrogatio erit; *& Psal.*75. Cogitatio hominis confitebitur tibi. *Neque tunc aliquid bene ad meritum operandi tempus erit. Quod facit illud sapientum virginum ad fatuas, oleum operum quærentes, responsum Matth.*25. Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potiùs ad vendentes, & emite vobis. *Videlicet*, quia opera V non sufficiunt nobis & vobis, 1. Pet.4. Si justus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? *Ite potius ad vendentes &c.* Sed nunquid erit tempus, quòd requirant sibi oleum? Ideo magis dicitur per modum improperij, quàm per modum consilij. *Q. d.* Debuissetis iuisse. *De rigore verò justitiæ eo in judicio exercendæ loqui videtur Apostolus* Petrus *in sua secunda cap.*3. *cum ait*: Nouos Cœlos, & nouam terram secundùm promissa ipsius expectamus: in quibus justitia habitat. *Vbi Author: Nota inquit* quòd X non dicit, *misericordia*, sed *justitia*: quia modò misericordia regnat, sed tunc justitia regnabit, 2. *ad Tim.* vlt. Reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex: *non quòd semper judex justus non sit, sed quia tunc specialiùs ejus justitia emicabit. Et hoc est quod ait Paulus ad Rom.*2. Qui reddet vnicuique secundùm opera ejus &c. *Quibus in verbis* proponit Y veritatem diuini judicij quantùm ad duo, scilicet quantùm ad opera, & quantùm ad personas. Quantùm ad opera quidem: quia in præsenti non reddit secundùm opera, sed quandoque malè agentibus gratiam largitur, sicut ipsi Paulo Apostolo, qui priùs blasphemus & persecutor, misericordiam consecutus est, vt ipse dicit 1. *ad Tim.*1. Sed hoc non erit in die judicij, quando erit tempus secundùm justitiam judicandi, Psal.74. *Cum accepero tempus, ego justitias judicabo*. Et ideò alibi dicitur in Psal.27. *Secundùm opera manuum eorum tribue illis*. Quantùm ad personas attenditur veritas diuini judicij: quia retributionis æqualitas seruabitur quantùm ad omnes, 2. Cor.5. *Omnes nos manifestari oportet &c.* Adeamus *idcircò dicebat ad Hebr.*4. cum fiducia ad thronum gratiæ. *Ad Thronum*. Thronus Z dicitur sedes Regis: Christus autem Rex est, Ierem.23. *Regnabit Rex & sapiens erit*. Hic autem thronus duplicem habet statum. Vnum justitiæ, Psal.9. *Sedisti super thronum, qui judicas justitiam*; & hoc erit in futuro. Est & alius thronus gratiæ, de quo hic; & ideò additur, *gratiæ*, scilicet in præsenti, quando est tempus miserendi. *Ad quem thronum, hortatur Apostolus, vt modò cum* fiducia

S Matth 25. lit.b ibi & c. 18. lit c ibi, rationem.

T Serm ex Ev. Dom. 9. post Pent.

V Matth 25. lit a ibi.

In judicio non erit tempus bene operandi.

X 2. Pet. 3. §. 4. fi.

Tunc sola regnabit justitia, non misericordia.

Y Rom. 2. l. a. initio.

Z Hebr. 4 fi. cap

Duplex thronus Dei.

Nunc thronus est misericordiæ: tunc justitiæ.

Digitized by Google

fiducia adeamus: *quia in judicio alius thronus erit, justitiæ nimirùm. Ex quibus deducitur, quòd* nunc A est tempus misericordiæ: sed tempus futurum erit solùm tempus justitiæ: & ideò nunc est tempus nostrum, sed tunc erit solùm tempus Dei. *Et hoc est, quod aiebat initio Author*: Dies B judicij dicitur dies Christi: quia tunc faciet voluntatem suam cum peccatoribus eos puniendo, qui in hoc Mundo fecerunt voluntatem suam peccando. *Puniendo inquam peccatores per justitiam vindicatiuam, Sap.* 5. Induet pro thorace justitiam, & accipiet pro galea judicium certum: sumet scutum inexpugnabile æquitatem. (*Verùm, quia Deus citra condignum punit, etiam in judicio aliquid diuinæ misericordiæ enitebit*: In damnatione C reproborum apparet misericordia: non quidem totaliter relaxans, sed aliqualiter alleuians, dum punit citra condignum. *Quos tamen in nihilum posset ex merito ipsorum redigere. Quod innuitur Ioann.* 5. Potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est: *nempè* ad insinuandam D judicis clementiam. Quòd enim homo judicetur à Deo, videtur valdè terribile: sed quòd homo judicem habeat hominem, confidentiam præbet. Et ideò, vt judicis experiaris clementiam, hominem habebis judicem, *ad Hebr.* 4. Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. *Et alibi.* Quia Filius hominis est: *nimirùm*, vt sit E suauius judicium hominibus.) *Cum autem justitia Dei infallibilis sit, plusquam certum & infallibile erit judicium. Quod innuit Apostolus* 2. Cor. 5. *cum ait*: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. *Etenim* in judicio F hominum multi decipi possunt, dum quidam judicantur mali, qui tamen sunt boni: & è conuerso. Et hujus ratio est: quia non manifestantur corda. Sed in illo judicio perfectissima certitudo erit: quia erit ibi manifestatio cordium; vnde signanter dicit: *oportet manifestari*.

A Op. 6 §. 20.

Dies judicij dicitur *dies Domini*: quia tunc Deus faciet voluntatem suam peccatores puniendo, qui fecerunt hic voluntatem suam peccando.

B 2. Cor. 1. l. 4. §. & 1. Cor. 3. l. 3 ibi, dies enim. & 2. Pet. 3. l. 3. ibi, dies Domini. 1. Thess. 5 l. 1. ibi, dies Domini.

C 1. p. 21. 4. ad 1.

(Et tamen citra cōdignum peccatores judicando puniet.)

D Ioan 5. l. 5. lit. b. ibi Matth 25. lit. c ibi, Filius hominis.

E 3. p. 59. 2. c. Hebr. 4. l. 2. ibi, sermo.

Humanum judicium falli potest: non ita Dei.

F 2 Cor. 5. l. 2. §. Matth. 12. l. 8 b. §.

e Manifestari *inquam* oportet: *cohærenter quidem ad illud* 1. *Cor.* 4. Quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. *Abscondita tenebrarum*; idest G faciet esse lucida & manifesta ea, quæ occultè in tenebris facta sunt: (*Et ò quot furta, quot homicidia, quot incestus, quot adulteria!*) *Matth.* 10. Nihil est opertum, quod non reueletur, & occultum, quod non sciatur. *Et manifestabit consilia cordium*; idest omnia cordis occulta: (*qualia sunt adulationes, machinationes, hypocrisis, odia, inuidiæ, turpes cogitationes*:) *secundùm illud Iob* 12. Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis; & *Soph.* 1. Scrutabor Ierusalem in lucernis. *Et ratio adducitur*: Quia *enim* in illo H communi judicio omnia opera hominum in judicium venient, oportet quòd omnium operum suorum quisque tunc notitiam habeat; vnde conscientiæ singulorum erunt quasi quidam libri aperti continentes res gestas, ex quibus judicium procedet: sicut etiam in judicio humano registris vtuntur. *Hinc Apoc.* 20. *dicitur*: Vidi mortuos magnos & pusillos, stantes in conspectu throni: & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ. Et judicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, secundùm opera ipsorum. *Magnos*, olim scilicet I secundùm fortunam, & potestatem seculi: & *pusillos* diuitijs & potestate (*hoc est, nobiles & plebejos, diuites & pauperes &c.*) *Stantes*, idest corporaliter præsentes in corporibus resumptis: & *libri*, scilicet conscientiarum, *aperti sunt*, idest aperti erunt: quilibet enim in conscientia sua, quasi in libro aperto, cognoscet bona sua vel mala, *Dan.* 7. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. *Et alius liber apertus est, qui est liber vitæ*, scilicet liber præscientiæ tunc erit apertus, cùm nunc sit clausus: quia mali scient, se non esse prædestinatos ad vitam; boni verò scient, se prædestinatos fuisse. Et dicitur *liber vitæ*, quia in libro præscientiæ electi sunt præordinati ad vitam. *Et judicati sunt*; idest, judicabuntur à Christo & à viris perfectis, *ex his*, scilicet peccatis, *quæ scripta erant in libris*, scilicet conscientiarum, in quibus legent peccata sua: hoc est, scripta erunt. *Iudicabuntur inquam* secundùm opera ipsorum. *Q. d.* secundùm quod magis vel minùs peccauerunt. *Tunc enim* virtute L diuina fiet, quòd singulis ad memoriam omnia peccata sua reducantur. *Et quidem* non tantùm M in genere (*vt quidam dixerunt*:) dicit enim *Augustinus*, quòd *omnia mentis intuitu enumerabuntur*: quod autem in genere cognoscitur, non enumeratur. Vnde singula considerabunt: non tamen in instanti (*peccatores præcipuè*) sed in tempore breuissimo, diuina virtute ad hoc adjuuante. Et hoc est, quod idem *Augustinus* dicit, quòd *mira celeritate* enumerabuntur. *Et tunc omnia cordium secreta patefient, Luc.* 2. Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. *Enimuerò* quod N cogitatur, reuelatur aut Sacerdoti in confessione, Psal. 36. *Reuela Domino viam tuam*: aut in judicio ad damnationem, Is. 47. *Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum*. (*Erudiantur hinc mulieres, & puellæ præsertim, quæ non rarò ob verecundiam peccata commissa vel partim tegunt, vel omnino tacent, Ose.* 2. Reuelabo stultitiam ejus in oculis amatorum eius; & *Nah.* 3. Reuelabo pudenda tua in facie tua.) Vnde in futuro reuelabuntur omnia, si quis non reuelat ea hic. *Et quamuis eodem tempore* mali O cognoscent omnia bona, quæ fecerunt: ex hoc tamen non minuetur eorum dolor, sed magis augebitur: quia maximus est dolor, multa bona perdidisse. *Nec proprias tantummodò culpas, sed proprias vnusquisque cognoscet & alienas*. Oportet *enim*, quòd P sicut quilibet sua merita, vel demerita reducet ad memoriam: ita etiam & aliena ejus cognitioni subjaceant. Et hæc est probabilior, & communior opinio, quamuis Magister contrarium dicat in litera, quòd scilicet peccata, quæ sunt per pœnitentiam deleta, in judicio alijs non patefient. *Verùm*, sustinendo Q Magistrum, potest dici, quòd peccata justorum non venient in notitiam vt peccata, sed vt dimissa: sic enim considerationi cujuslibet occurrent: ex quo non sequitur confusio, sed gloria. Sicut nec R Mariæ Magdalenæ est in confusionem, quod peccata sua in Ecclesia publicè recitantur: quia verecundia est timor inglorationis, vt dicit *Damascenus*, qui in beatis esse non poterit: sed talis publicatio erit eis ad magnam gloriam propter pœnitentiam, quam fecerunt. *Vnde dicitur Eccli.* 49. Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam (*quamuis peccauerint*) omnes peccatum commiserunt. *Siquidem* hi tres S comparatione aliorum non dicuntur peccasse: quod enim peccauerunt, condignà pœnitentià deleuerunt. *Ratio autem de hoc adducitur: quia* in vltimo T & communi judicio, oportet, quòd diuina justitia omnibus euidenter appareat: quod nunc in plerisque latet. Sententia autem condemnans, vel præmians, justa esse non potest, nisi secundùm merita vel demerita proferatur. Et ideò, sicut oportet, quòd judex, & assessor judicis, merita causæ cognoscant adhoc quòd justam sententiam proferant: ita oportet, adhoc quòd justa sententia appareat, quòd omnibus sententiam cognoscentibus merita innotescant.

Omnia conscientiarum secreta in die judicij manifestabuntur.

G 1 Cor. 4. l. 1. §.

H 4. d. 43. 1. 5. q. 1. c.

I Apoc. 20. com. 1. & 2. ibi.

L 4. d. 43. 1. 5. q. 3 c.

M Matth. 19. ibi. sedebitis. & Op. 3. c. 244.

N Serm ex Eq. Dom infra Oct. Nat. Domini.

Peccata aut Sacerdoti in confessione aperienda: aut in die judicij ad damnationem nota fient.

O 4 d 43. 1. 5. q. 1. ad 4.

P 4. loco cit. a. 5. q. 2 c.

Quilibet nedum proprias culpas, sed & alienas in judicio videbit.

Q In 4. d. 43. exp. lit.

Neque hoc erit ad ignominiam justorum, sed ad gloriam.

R In 4. l c. a. 5 q. 2. ad 3.

S Op. de er. Pr. l. 1. c. 1.

T In 4 l. c. in corp.

f *Sed & ipsa peccatoris conscientia, accusatoris tunc vices aget*. Deus *enim* in suo V judicio vtitur conscientia peccantis, quasi accusatore, secundùm illud Roman. 2. *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus in die, cum judicabit Deus occulta hominum*. Dicuntur autem X cogitationes accusantes vel defendentes in die judicij,

Peccatoris conscientia vicem aget accusatoris.

V 1. 2. 67. 3. ad 1. In 4. l. c. a 5. q. 1. init. c.

X Rom. 2. l. 3 circ. §.

Digitized by Google

non illæ quæ tunc erunt (quia tunc vnicuique manifesta erit salus vel damnatio:) sed defensio, vel accusatio cogitationum, quæ nunc sunt, & testimonium conscientiæ, quod nunc est, repræsentabitur homini in illa die, virtute diuina faciente, vt dicit *Augustinus* de Ciuit. Dei. *Ex qua proinde propriæ conscientiæ accusatione fiet, vt erubescant* impij, *Psalm.* 30. Quia Y in judicio confundentur, quoniam conscientia reprehendet eos; *vnde sequitur, quòd conuicti & confusi* deducantur in Infernum, *vt mox in Psalmo subijcitur. Et hoc est, quod dicitur Psal.* 49. Arguam te, & statuam contra faciem tuam, *Iob* 7. Posuisti me contrarium tibi. *Videlicet*, quia Z contra se ipsum peccator dicet: *Errauimus à via veritatis &c.* Sap. 5. Vel *statuam contra faciem tuam*, scilicet creaturas, *Sap.* 5. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum. *Siquidem tunc* omnes A creaturæ excandescent contra malos. *Primò*, quia malè vsi sunt earum beneficijs. *Secundò*, quia pulchritudinem earum deuastauerunt malitijs & immunditijs suis. *Tertiò*, quia naturaliter est insitus cuilibet creaturæ appetitus vindicandi injuriam Creatoris, *Sap.* 16. Creatura, tibi Factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersùs injustos. *Proinde* in futuro B judicio tripliciter redarguentur peccatores. Primò, arguet eos sua malitia, se ipsam manifestando, Ier. 2. *Arguet te malitia tua.* Secundò omnis creatura, eos increpando, Sap. 5. *Pugnabit cum illo Orbis terrarum contra insensatos.* Tertiò arguet eos Christus, justissimè condemnando. *Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis facere judicium contra omnes, & arguere omnes impios &c.* vt dicitur in Can. Iudæ. *Præterea coram Angelis Dei confundentur judicandi peccatores*, cum venerit Filius hominis in majestate sua, & omnes Angeli ejus cum eo, *Matth.* 25. Et quare C veniet cum istis? quia custodes sunt hominum, Psalm. 90. *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te.* Ideò aderunt tanquam testes: quia boni custodiam suam receperunt; mali autem non, sed repulerunt. *Et alibi.* Angeli D ducuntur in judicium pro peccatis hominum, non quasi rei, sed quasi testes ad conuincendum homines de eorum ignauia. *Inducit propterea in die judicij Ioannes Apoc.* 16. Angelum aquarum, *idest* Angelum E custodem animarum, *dicentem: justus es Domine*; idest, justum facis judicium, puniendo malos, & seruando bonos. *At longè major, quàm ex Angelorum præsentia testium, erit impijs confusio ex terrifico judicis omnipotentis aspectu: quem electi ad illius dexteram, reprobi ad sinistram (vt frumentum à zizanijs segregetur) constituti, manifestè intuebuntur, Apoc.* 1. Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangent se super eum omnes tribus terræ. *Quibus consonant verba Matth. cap.* 24. Tunc plangent omnes tribus terræ, *nimirùm* videntes F tantam Christi potestatem, quam despexerunt, & tantam sapientiam, cui non obedierunt: *omnes tribus terræ*, idest G terreni, qui plùs dilexerunt terram, quàm Cœlum. *Quòd si, manifestato Christi ortu*, Herodes *turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo (vt dicitur Matth.* 2.) quia per hoc figurabatur judiciaria Christi potestas: *quid erit tribunal judicantis, quando superbos Reges cuna terrebat infantis?* inquit *Augustinus* in quodam Serm. Epiph. *Quòd verò impijs confusio sit, non tollitur hinc à justis fiducia*, 1. *Ioann.* 2. Manete in eo: vt cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentum ejus. *Vnde & Apoc.* 7. *describit justos* stantes ante thronum, *quia scilicet* in judicio H non cadent. *Iudicium enim illud erit* tremendum I quidem maximè malis: non autem bonis, quibus nulla erit mali suspicio. *Profectò nulli dubium ingeri debet, quin & mali Christum sint judicem conspecturi & quantùm ad gloriam, non quidem diuinitatis* (mali enim L si Deum in natura diuinitatis viderent, jam præmium reportarent, quo se reddiderunt indignos) *sed humanitatis.* Et ratio M assignatur *Is.* 26. Vbi disputans Dominus cum propheta, dicit: *Non videbit gloriam Domini.* Et respondet propheta: *Domine, exaltetur manus tua, & non videant.* Cui respondet Dominus: *Videant, & confundantur.* Vnde boni videbunt ad lætitiam, mali ad cruciatum & tristitiam. Quando enim aliquis timet puniri, quantò potestas judicis contra ipsum apparet major, tantò magis affligitur: sic quantò Christus apparebit gloriosior, tantò magis cruciabuntur mali. *Verumtamen* visio N hujus claritatis subtrahetur eis post judicium, Is. 26 *secundùm aliam literam*: Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.

§ *Ex his omnibus à seipso judicabitur impius, Matth.* 12. Ex verbis tuis condemnaberis. *Etenim* in judicio O Mundi aliquando innocentes puniuntur, & mali liberantur, quia judicium fit secundùm dicta testium. In judicio Dei ex homine ipso se ipsum accusante, scilicet ex sui confessione; Luc. 19. *De ore tuo te judico, serue nequam.* A se P ipso *inquam* judicabitur quilibet peccator in judicio. Secundò ab omni creatura. Tertiò à Deo. A' se ipso, scilicet à sua conscientia, Rom. 2. *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum.* A' sua malitia, Ierem. 2. *Arguet te malitia tua.* A' magna, quam in seipsis habebunt, angustia, Apoc. 1. *Plangent se super eum &c.* Creatura judicabit & puniet, eorum malitias reuelando, Iob 20. *Reuelabunt Cœli iniquitatem ejus*: eos expugnando, Sap. 5. *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum*: eos cruciando, Sap. 16. *Creatura, tibi Factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersùs injustos.* Iudex puniet eos arguendo, Epist. Iud. *Ecce venit Dominus &c. arguere omnes impios*: confundendo, Ierem. 17. *Domine, omnes, qui te derelinquunt, confundentur*: sæuissimè condemnando, Matth. 25. *Discedite à me maledicti &c. Sed & ex Christi lege judicabitur peccator fidelis, Ioann.* 12. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui judicet eum. Sermo, quem locutus sum, ille judicabit eum in nouissimo die. *Quam ergo afferat excusationem infelix peccator? Nullam profectò, Ier.* 13. Quid dices, cum visitauerit te? *Quid dices*, scilicet Q ad excusationem tui? Iob 9. *Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere.* Quid dices *auare?* Argentum eorum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini, *Ezech.* 7. *& Soph.* 1. Nec *enim judex ille* suscipiet pro redemptione dona plurima, *Prou.* 6. Quid dices *fornicator & adulter? An latebat*, quòd fornicatores & adulteros judicabit Deus? *Hebr.* 13. Quid dices *ebriose comessator? An nesciebas*, quòd adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos? *Psal.* 77. Quid dices *pauperum oppressor diues & superbe? an ignotum*, quòd mortuus est diues, & sepultus est in Inferno? *Luc.* 16. *Nulla igitur erit excusatio. Quod apprimè facit parabola Matth.* 22. *qua solemnes ad nuptias sine veste nuptiali cuipiam ingresso dixisse Rex traditur*: Quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? *Cum verò nil, vnde excusationem afferret, posset adducere, immediatè subijcitur*: At ille obmutuit. *Nimirùm*, quia R non potest habere sufficientem rationem peccator, quare vestem nuptialem contempsit (*qua videlicet dignè posset* ad Agni nuptias *peruenire.*) Habere autem vestem nuptialem, est induere Christum (*Rom.* 13. Induimini Dominum Iesum Christum) per operationem bonam, per conuersationem sanctam, per charitatem veram: *quod bonorum Christianorum est. Sanè, vt prætactum est*, illi S qui in nullo adhæserunt Christo nec per fidem nec per opera, non indigent in judicio discussione: quia nihil habent cum Christo. Sed illi, qui cum Christo aliquid habent, scilicet fidem, & in aliquo recesserunt

Y *Ps.* 30. *lit. a.*

Z *Ps.* 42. *lit. k.* Et ipse contra seipsum.

Et omnes creaturæ contra illum.

A *Serm.* 2. *ex Euang. Dom.* 2. *Adu. Serm.* 2. *ex Eu. Domin.* 24. *post Pentec. Is.* 1. *ibi, audite Cœli. Apoc.* 2. *com.* 1. *ibi, in gladio.*

Arguetur in judicio tripliciter.

B *Serm.* 2. *ex Eu. Domin.* 4. *post Pascha.*

Coram Angelis Dei confundentur ibi impij.

C *Matth.* 25. *lit. c. ibi.*

Angeli custodes testes contra illos.

D 1. *p.* 113. 7. *ad* 4. *In* 4. *d.* 47. 1. *a.* 3. § 1. *ad* 1.

E *Apoc.* 16. *com.* 2. § 3. *ibi.*

Longè major eorum confusio ex aspectu Christi judicis.

F *Matth.* 24. *lit. c. Apoc.* 1. *com.* 2 § 2. *ibi videbit.*

G *Apoc.* 1. *com.* 3. & 2. *loc. cit.*

Non ideò tolletur à iustis fiducia.

H *Apoc.* 7. *com.* 2. § 3. *ibi.*

I 4. *d.* 47. 1. 3. *q.* 2. *ad* 3.

L *Op.* 3. *c.* 241.

Mali videbunt & gloriam humanitatis Christi, non diuinitatis.

M *Matth.* 24. *lit. c ibi, videbunt, Rom.* 1. 1. *Ti.* 1. *Tim.* 6. § *ibi, ostendet. Apoc.* 1. *com.* 1. & 2. *ibi videbit. Op.* 3. *c. In* 4. *d.* 48. 1. *a.* 1. & *ad* 4.

Et hoc erit eis ad cruciatum, iustis autem ad gaudium.

N *Is.* 17. *l.* 6. *lit. 4. cit. ibi, vt videant. & cap.* 14. *l.* 5. *lit. b. Apoc.* 1. *com.* 2. *ibi, videbit.*

Post iudicium talis visio malis subtrahetur.

Iudicabitur impius à seipso, ab omni creatura, à Deo.

O *Matth.* 12. *lit. b.* § 1. & 2.

P *Serm.* 3. *ex Eu. Dom.* 4. *post Pent. & Dom.* 9 *ex Euang. & Serm. ex Eu. Dom. inf. Oct. Nat. Domini.*

Ex ipsa Christi lege iudicabitur peccator fidelis.

Q *Ier.* 13. *ibi.* Nulla erit ei excusatio.

R *Matth.* 22. *lit a. ibi.*

S 2. *Cor.* 5. *l.* 2. *ibi, omnes nos.* Soli mali Christiani iudicio discussionis iudicabuntur.

runt

Digitized by Google

runt à Christo, scilicet per mala opera & praua desideria, discutientur de his, quæ contra Christum commiserunt. Vnde quantùm ad hoc, soli Christiani peccatores manifestabuntur ante tribunal Christi: *strictiori quidem & seueriori judicio condemnandi, juxta illud Apostoli ad Hebr.* 10. Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? *Et quidem ad malos Christianos aptari potest illud Matth.* 12. Viri Niniuitæ surgent in judicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: *vnde dicitur* Ezech. 5. *Ista est Ierusalem: in medio Gentium posui eam, & contempsit judicia mea, vt plùs esset impia, quàm Gentes.* Et in quo T condemnabunt? *quia pœnitentiam egerunt*: isti verò (*mali fideles*) noluerunt facere pœnitentiam. *Ex quo vel ipsum peccatum, Christianum damnabit peccatorem. Vnde dicebat Dominus Io.* 12. Si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non judico eum. *Siquidem* dupliciter V potest dici aliquis aliquem condemnare: vel sicut judex, vel sicut causa damnationis. Homicidam enim condemnat ad suspendium & judex qui profert sententiam, & ipsum homicidium perpetratum, quod est causa suæ condemnationis. Dicit ergo: *Ego non judico eum*; idest, non sum causa suæ condemnationis, sed ipse: Ose. 13. *Perditio tua Israel*, ex te scilicet est. *Cum igitur vndique justa immineat impio damnatio, desperatus quid agat? Cujus personam induens Psalmista dicebat ad Deum Ps.* 138. Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in Cœlum, tu illic es: si descendero in Infernum, ades. *Iob* 11. Effugium peribit ab eis. *Idcircò ad peccatores tunc damnandos dicitur Is.* 10. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis? Ad cujus confugietis auxilium? *Quòd si ad Angelorum suffragia, Sanctorumque patrocinia peccator confugerit: frustraneus, quia serus nimis, erit recursus. Quod innuitur Apoc.* 6. Et dicunt montibus & petris, *idest* Angelis X & alijs Sanctis: *Cadite super nos*; idest, precibus vestris protegite nos, *& abscondite nos* sub velamento orationum vestrarum, *à facie*, idest ab animaduersione, *sedentis super thronum*, idest Christi secundùm diuinitatem, *& ab ira Agni*, idest Christi secundùm humanitatem. Causam autem, quare sic rogabunt, subjungit dicens: *Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum*, idest dies judicij, quando Christus ostendet iram suam malis. *Et quis poterit stare*, nisi sit adjutus precibus vestris? Non quod tunc valeant preces Sanctorum: sed modò valent, vt tunc possint homines stare securi, *Apoc.* 7. Stantes ante thronum. *Ratio autem adducitur.* Nihil enim Y accidit in Mundo, quod sit contrarium voluntati Angelorum, & aliorum Beatorum: quia voluntas eorum totaliter inhæret ordini diuinæ justitiæ. Nihil autem fit in Mundo, nisi quod per diuinam justitiam fit, aut permittitur. Et ideò Z simpliciter dicendum est, quòd neque de peccatis hominum tristantur, neque de damnatione: sed vtrobique lætantur de justa permissione, & punitione. *Et hoc, quia* impiorum A pœnæ etiam ad hoc sunt vtiles (*præter cætera*) vt de his electi gaudeant, dum in his Dei justitiam contemplantur, & cum hoc se euasisse cognoscunt. Vnde Is. 66. dicitur: *Erunt impij vsque ad satietatem visionis omni carni*, idest B Sanctis, *Ps.* 57. Lætabitur justus, cum viderit vindictam. *Nec solùm non dolebunt de impiorum damnatione, & lætabuntur: sed & eos deridebunt, Iob* 22. Videbunt justi, & lætabuntur: & innocens subsannabit eos. *Cui respondet Psaltes Psal.* 51. Videbunt justi & timebunt: & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui non posuit Deum adjutorem suum &c. *Videbunt justi, & timebunt*, scilicet reuerentia C filiali, quia

T *Matth.* 12. *lit. c. ibi.*

Vel ipsum peccatum, malum damnabit Christianum.

V *Ioa.* 12. *l* 8. *lit. l.*

Frustraneum tunc ad Angelorum Sanctorumque patrocinia confugium.

X *Apoc.* 6. *com.* 1. & 2. *circ fi. cap.* & *Matth.* 25. *f.*

Y 1. *p.* 113. 7. *c. In* [illegible] 1. 5 *In* 4. *d.* 23. 1. 3. *q.* 1. *ad* 3. & *d.* 45. 2. *a. q.* 1. *ad* 4.

Cur non speranda tunc Sanctorum intercessio.

Z *In* 2. *loc. cit. fi. corp.*

Non dolent, sed lætantur Sancti de impiorum damnatione.

A *In* 4. *d.* 46. 2. 3 *ad* 4. *In* 1. *d.* [illegible] & 2. 2. 25. 6. *ad* 3. & *q.* 83. 8. *ad* 2. *Rom.* 21 *l.* 1.

Et deridens eos.

B *Is.* 66. *ibi fi cap.*

C *Ps.* 51. *lit. d.* & *Iob* 22. *l.* 2.

reuerebuntur Dei justitiam. *Et super eum ridebunt*; idest deridebunt primò peccatorum superbiam, secundò vanam fiduciam, tertiò fragilem gloriam. Superbiam, quia non sperabant in Deo, sed de se confidebant: & ideò *dicent* justi: *Ecce homo, qui non posuit Deum adjutorem suum.* Vanam fiduciam; vnde dicit: *sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum.* Item gloriam vanam; vnde dicit: *& præualuit in vanitate sua*, Deo permittente. *Quin & armabuntur in die judicij contra impios, diuinæ punitiuæ justitiæ commilitones, Psalm.* 49. Gladij ancipites in manibus eorum ad faciendam vindictam in nationibus &c. vt faciant in eis judicium conscriptum: *& subditur*: Gloria hæc est omnibus Sanctis ejus. *Vt faciant inquam in eis judicium conscriptum: Sancti etenim & justi viri adhuc judices impiorum erunt, Sap.* 3. Fulgebunt justi, judicabunt nationes, & dominabuntur populis. *Cui consonat illud Psal.* 48. Dominabuntur eorum justi in matutino. *Eorum*, idest D malorum, *in matutino*, idest in die judicij (*quia Dominus veniens* illuminabit abscondita tenebrarum, *vt dicitur* 1. *Cor.* 4.) quando accipient judiciariam potestatem, *Malach.* 4. Calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum, in die qua ego facio (*supple, voluntatem meam, cum illi hic semper propriam fecerint voluntatem, vt præmissum est, & omnes Sancti mecum*:) dicit Dominus exercituum. *Et ad literam Matth.* 19. In regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos, judicantes &c.

h *Igitur* non solùm E Christus in illo judicio judicabit, sed etiam alij. Quorum quidam judicabunt sola comparatione, scilicet boni minùs bonos, aut mali magis malos, secundùm illud Matth. 12. *Viri Niniuitæ surgent in judicio cum generatione ista, & condemnabunt eam.* Quidam verò judicabunt per sententiæ approbationem: & sic omnes justi judicabunt, secundùm illud Sap. 3. *Iudicabunt justi nationes.* Quidam verò judicabunt, quasi judiciariam potestatem accipientes à Christo, secundùm illud Psal. 149. *Gladij ancipites in manibus eorum &c.* Hanc autem vltimam judiciariam potestatem Dominus Apostolis repromisit Matth. 19. *In regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel.* Non est autem æstimandum, quòd soli Iudæi, qui ad duodecim tribus Israel pertinent, per Apostolos judicentur: sed per duodecim tribus Israel omnes fideles intelliguntur, qui in fidem Patriarcharum sunt assumpti. Nam infideles non judicantur, sed jam judicati sunt. Similiter etiam nec soli duodecim Apostoli, qui tunc erant, cum Christo judicabunt: nam neque Iudas judicabit: nec Paulus, qui plùs alijs laborauit (*nec Matthias*) carebit judiciaria potestate, præsertim cum ipse dicat 1. Cor. 6. *Nescitis, quoniam Angelos judicabimus?* (*Quod quidem exponitur de judicio comparationis. Et sic* potest F intelligi de bonis Angelis, quorum plurimi in comparatione quadam inuenientur Paulo, & similibus sibi, inferiores: vnde signanter non dicit, *judicabitis*, sed *judicabimus*. Vel potest intelligi de malis Angelis, qui condemnabuntur à Sanctis, quorum virtute sunt victi. Vnde *Luc.* 10. Dominus dicit: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & super omnem virtutem inimici.*) Sed ad illos propriè hæc dignitas pertinet, qui relictis omnibus Christum sunt secuti. Hoc enim promissum est Petro quærenti Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?* Vnde dicitur Iob 36. *Iudicium pauperibus tribuit.* Et hoc rationabiliter: discussio enim erit de actibus hominum, qui terrenis rebus bene vel malè sunt vsi. Requiritur autem ad rectitudinem judicij, vt animus judicis sit liber ab ijs, de quibus

Quin & contra illos in die judicii armabuntur diuinæ justitiæ commilitones.

Et eorum judices erunt.

D *Ps.* 48. *lit. b ibi.*

Iudicabunt quidam sola cōparatione.

E *Op.* 3. *c.* 145. *ad Ham.* 4. *d.* 47. 1. 1. & *in alio ibid. a.* 2. *q.* 1. & 2. *c.* & *ad* 1. *Psal.* 49. *lit. c. Matth.* 19. *ibi, iudicantes.* 1. *Cor.* 6. *l* 1.

Quidam per sententiæ approbationem. Quidam iudiciariam potestatem à Christo accipientes: quales Apostoli.

Sicut per duodecim tribus Israel iudicandas non soli intelliguntur Iudæi, sed omnes Fideles: ita per duodecim Apostolos non tantùm Apostoli, qui tunc erant, significantur: sed Iudas excluditur, & Paulus quoque iudicabit, & omnes veri pauperes spiritu.

F 1. *Cor.* 6. *l.* 1. *ibi, Angelos. In* 4. *d.* 47. 1. 1. *q.* 4. *ad* 1.

Ratio affertur.

habet

habet judicare: & ideò per hoc, quòd aliqui habent animum suum à rebus terrenis totaliter abstractum, dignitatem judiciariam merentur. *Verùm* differenter G Christus & Apostoli judicabunt: quia Christus authoritate, illi verò sicut promulgatores. *Et ita judiciaria hæc Apostolorum potestas* in duobus H consistit. Primò in quadam honorabili consessione: quia honorabiliorem locum cæteris obtinebunt, Christo magis propinqui. Secundò in quadam sententiæ promulgatione, non quasi ex sua authoritate, sed Christi. Quod fiet, dum cognitione diuinæ justitiæ repleti, alios cognoscere facient, quid eis ex merito suorum operum debeatur. *Cæterùm boni Angeli consedere cum Christo non dicuntur: quia* assessores I judicis debent esse judici proportionales vel conformes. Iudicium autem Filio attribuitur, qui secundùm humanam naturam omnibus apparebit tam bonis, quàm malis (quamuis tota Trinitas judicet per authoritatem:) & ideò etiam oportet, vt assessores judicis humanam naturam habeant, in qua possint ab omnibus bonis & malis videri: & sic Angelis non competit judicare. Quamuis etiam Angeli aliquo modo possint dici judicare, scilicet per sententiæ approbationem: *quod omnium est justorum, vt visum est.*

G *Matth.* 19. *ibi, judicantes.*
Differenter tamen Christus & Apostoli judicabunt.
H *Ham.* 4. *d.* 47. 1. *a.* 1. & *ad* 2. & *in alio* a. 2. q. 1. c.
Angeli boni non erunt Christi assessores: & cur.
I *In* 4. *l. c. a.* 2. q. 1. c & 2. *Pet.* 3. § 4. *ibi, diei Domini.*
Tota Trinitas per authoritatem judicabit.

i *Porrò, sicuti electis Dominus opera misericordiæ, quæ fecerunt, recensebit: ita quæ neglexerint reprobis improperabit, Matth.* 25. Esuriui, & non dedistis mihi manducare &c. *Et si quæras, cur magis de istis operibus, quàm de cæteris majoribus, mentio fiat?* Ex Gregorio *dicendum, quòd* proponit L ista, tanquam minora: si enim hæc, quæ dictat natura, non faciunt, nec alia multò magis. *Ex quo justè à Christo hæc eis improperantur. At quid non improperent vulnera sacro judicis corpori eorum culpis inflicta? Quid enim non laborauit benignus hic Pastor, vt hædos hosce, per abrupta incedentes, ad ouile reuocaret? Quid non egit, vt saluos faceret, IESVS vniuersalis Saluator?* Notas facite in populis adinuentiones ejus, *exclamat cap.* 12. Isaias: *nimirùm*, quia M multa adinuenit ad saluandum. *Cujus vocibus respondent verba Psalmistæ Psal.* 9. Annunciate inter Gentes studia ejus: *idest*, curam N ejus, & solicitudinem de salute humani generis: *siquidem* propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit de Cœlis, & incarnatus, natus, passus, crucifixus, & mortuus est. *Hinc ex ore Domini Isaias cap.* 5. Quid est, quod debui vltrà facere vineæ meæ, & non feci ei? *Hæc, quibus majora excogitari non valent* (Majorem *enim* hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, *Ioann.* 15.) *justè improperabit Dominus inimicis suis; vnde dicitur Psalm.* 79. Ab increpatione vultus tui peribunt. *Eapropter, præmissa ad electos æterna benedictione:* Venite benedicti Patris mei &c. *de sua ipsorum impios iniquitate conuictos, horrenda vel auditu sententia percellet:* Discedite à me maledicti in ignem æternum. *Et hæc, horrisoni instar tonitrui, aures feriet impiorum, Psal.* 103. A' voce tonitrui tui formidabunt; *& Iob* 26. Quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? Intueri, *inquit; vt ostendat fortassè ad tonitrui sonum ignitum fulmen emitti, quod sub visu cadit. Fulminis enim potiùs, quàm tonitrui, effectum habebit sententia illa: de qua videtur loqui Sapiens Sap* 5. Pugnabit cum illo Orbis terrarum contra insensatos: ibunt directè emissiones fulgurum, & tanquam, à bene curuato arcu nubium exterminabuntur. *De hac Apoc* 1. *dicitur:* De ore ejus gladius vtraque parte acutus exibat. *Vbi Author:* Gladius O iste *inquit* est sententia judiciaria, de quo Iob 19. *Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est.* Item Is 27. *In illa die visitabit Dominus in gladio suo duro & grandi & forti.* Hic scindet *ex vtraque parte*, quia ab electis reprobos separando, percutiet in anima & in corpore: vel quia puniet pro omissis & commissis. *De hac pariter idem Is. c.* 11. Percutiet terram virgà oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. *Percutiet terram*, scilicet P homines terrenos, *virga oris sui, Matth.* 25. Discedite à me maledicti &c. *& spiritu labiorum suorum*, idest indignatione sua verbis expressa, *interficiet impium*, idest Antichristum, *tanquam* caput *malorum, & cum eo membra illius. Tunc erit, ad exterminium peccatoris, quando* veniet in memoriam ante Deum dare illi calicem vini indignationis iræ ejus, *Apoc.* 16. Calicem vini, *idest* damnationis Q inebriantis, & replentis sua amaritudine vtrumque hominem: *vini* inquam *indignationis*, idest quod ministratur ex magna irritatione, *iræ*, idest justitiæ, *ejus*, scilicet Dei: qui cum per justitiam punit, videtur indignatus, & iratus. Nota autem, quòd cum sufficeret alterum dicere, scilicet *indignationis*, vel *iræ*, vtrunque tamen ponit, ad ostendendum districtionem diuinæ justitiæ, qua impios puniet, sicut homo iratus grauiter punit. Per hoc autem, quod dicit, *indignationis iræ*, notat magnitudinem iræ, sicut si dicatur, *decor pulchritudinis*, licèt vtrumque idem sit. *Illud autem horrendum magis, quòd* non erit R locus appellationi post illam sententiam: *quæ immò erit per æternitatem irreuocabilis. Vnde Apostolus* ad Hebr. 6. *æternum vocat judicium illud*, resurrectionis mortuorum & judicij æterni. *Quod quidem* dicitur S æternum: quia sententia, quæ ibi dabitur, in æternum durabit, *Matth.* 25. Ibunt hi in supplicium æternum: justi autem in vitam æternam. *Verumtamen* propria T sententia illius generalis judicij est vniuersalis separatio bonorum à malis. *Vnde & docemur, quòd* intelligitur V ista prolatio sententiæ, non vocalis, sed spiritualis, in quantùm per superiores Sanctos; inferiores, vel etiam peccatores, spirituali quadam illuminatione illuminabuntur, quales pœnæ & qualia præmia eis debeantur: sicut etiam nunc homines illuminantur ab Angelis, vel etiam inferiores Angeli à superioribus. *Quod verum habet nedum quoad sententiam judicis, sed & quoad cætera, quæ in judicio illo agenda dicuntur. Quanquam enim*, quid X sit verum circa hanc quæstionem, diffiniri pro certo non potest: tamen probabilius æstimatur, quòd totum illud judicium & quoad discussionem, & quoad accusationem malorum & commendationem bonorum, & quoad sententiam de vtrisque, mentaliter perficietur. *Mentaliter inquam perficietur:* quod Y si est, breuissimo tempore, vel etiam in momento, judicium illud complebitur, Psal. 2. *Cum exarserit in breui ira ejus:* quia *scilicet* illud Z judicium in breui fiet. *Alioquin* immensum A tempus requireretur ad enarrandum singulorum excogitata, dicta, & facta, bona vel mala. Vnde *Lactantius* deceptus fuit, vt poneret, diem judicij mille annis duraturum: (*ipse enim, & alij dixerunt, quòd* justi B & martyres resurgent ante alios per mille annos: & adducunt pro ipsis quod dicitur Apoc. 20. *Vidi Angelum descendentem de Cœlo &c.* Et sequitur: *Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & satanas, & ligauit eum &c. vt non seducat ampliùs gentes, donec consummentur mille anni.*) Quamuis nec hoc tempus sufficere videatur, cum ad vnius hominis judicium modo prædicto complendum, pluries dies requirerentur. *Porrò tot ex capitibus vel ipsi reprobi pœnam tam justè agnoscent inflictam, vt sponte sua seque ipsis exequantur; vnde subditur:* Et ibunt hi in supplicium æternum, *non minùs quàm* justi in vitam æternam. *Quemadmodum autem æternum erit electorum gaudium: ita & reproborum cruciatus sempiternus. Eapropter, ne sibi quisquam adblandiatur cum* Origene, *fore aliquando pœnam hanc terminandam, signanter* in supplicium *dicit*. Suprà C dixerat:

Neglecta misericordiæ opera Christus reprobis improperabit: & cur hæc, non alia.
L *Matth.* 25. *lit. c. ibi.*
M *Is.* 12 *ibi.*
Improperabit & quanta fecit ad saluandum.
N *Psal.* 9. *lit. k.*
Horribilis promulgatio sententiæ in peccatores.
O *Apoc.* 1. *com.* 2. & 1 *ibi*, & *cap.* 2 *ibi*, *rom phæam.* In 4. *d.* 47. 1. *a.* 1. q. 1. *ad* 2.
P *Is.* 11. *ibi.*
Q *Apoc.* 16. *cum* 2. *illi.*
R *Op. de ca. Pe.* l. 2. c. 9 *mil.*
Ab ea non erit appellatio.
S *Hebr.* 6 *l.* 1. *ibi.*
Hinc ab Apostolo dicitur judicium æternum.
T 4. *d.* 47 1. 1. q. 1. *ad* 2.
Sententia judicis est separatio bonorũ à malis.
V 1. *Cor* 6 *l.* 1 *ibi*, judicabunt. *Matth* 19. *ibi*, judicantes. *Op.* 10 *a.* 27. *In* 4 *d* 47. 1. *a.* 2. q. 1 *ad* 3.
Probabilius dicitur, quòd & sententia, & quæcunque ad judicium spectant mentaliter fient.
X 4. *d.* 47. 1. 1. q. 1 c. *ad Ham. ibid. a.* 1. *ad* 2. & 1. *Cor.* 6. *l.* 1. & *locis cit.*
Iudicium idcircò vel momento, vel breuissimo tempore complebitur.
Error Lactantii.
Y *Ad Ham loco cit. Hebr.* 6. *l.* 1. *ibi, in dicii.*
Z *Psal.* 2. *fi.*
A *Op.* 3. c. 244. *In* 4. *d.* 47. 1. 1. q. 1. *Psal.* 2 *fi. Matth* 19. *ibi*, judicantes. *Hebr.* 6. *l.* 1 *ibi*, judicii.
B *Matth.* 12. *lit. c. ibi*, Niniuitæ, & *locis cit.*
Ipsi reprobi sponte suam sententiam exequentur.
Pœna reproborum æterna.
Error Origenis.
C *Matth.* 25 *fi cap.*

Digitized by Google

xerat: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum*. Sed quia ſtare poſſet, quòd eſſet ignis æternus, & tamen non æternè cruciaret; ideo dicit: *in ſupplicium æternum*. *Vnde & Dan.12. dicitur:* Multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in vitam æternam, & alij in opprobrium, vt videant ſemper. *Et Apoc.20.* Diabolus miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi & beſtia & pſeudopropheta cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum. *Et hoc, poſtremum erit ex tribus, quæ ſummam afferent impijs in illa die acerbitatem & afflictionem. Quòd facit illud Ioel.1.* A a a diei, quia prope eſt dies Domini, & quaſi vaſtitas à potente veniet. *A a a diei*. Ter D dicit a propter tria, quæ fient in judicio: tria enim erunt, quæ timorem & dolorem incutient. *Primum* erit vocatio ad judicium: *Canet enim tuba &c.* 1. Cor.15. *Secundum* erit improperatio reproborum, qui non fecerunt quod facere debuerunt: *Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare &c.* Matth.25. *Tertium*, ſententiæ erit promulgatio: *Diſcedite maledicti in ignem æternum*, Matth. loco cit. *Propter tria hæc, Ioeli reſpondet Ezechiel cap.9.* Heu heu heu, Domine Deus! Ergone diſperdes omnes reliquias Iſrael, effundens furorem tuum ſuper Ieruſalem? *Ezechieli tandem reſpondet Ioannes Apoc.8.* Væ væ væ habitantibus in terra. *Væ væ væ*, id eſt E triplex miſeria imminet *habitantibus in terra* corpore & mente; id eſt, diligentibus terrena. *Væ* propter pœnarum diuerſitatem, *væ* propter pœnarum acerbitatem, *væ* propter pœnarum æternitatem. Item *væ* animæ, *væ* corpori, *væ* conjuncto. Item *væ* Gentili, *væ* Iudæo, *væ* malo Chriſtiano. Item *væ* propter peccatum cordis, *væ* propter peccatum oris, *væ* propter peccatum operis. Item *væ* propter peccatum in Deum, *væ* propter peccatum in proximum, *væ* propter peccatum in ſeipſum. Item *væ* propter peccatum in Patrem, *væ* propter peccatum in Filium, *væ* propter peccatum in Spiritum Sanctum. Item *væ* pro culpa originali, *væ* pro culpa actuali, *væ* pro omiſſione præcepti. Item *væ* facientibus, *væ* conſentientibus, *væ* negligentibus. *Sed & quatuor conſiderat Author in judicio formidanda, ad illud nimirùm Pſ.2.* Qui habitat in Cœlis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos. *Quibus in verbis*. Nota *inquit* quatuor F: ſcilicet irriſionem, ſubſannationem, iratam locutionem, & conturbationem. Hæc quatuor erunt in judicio. Quia *irridebit Dominus* reprobos, ſtatuens eos à ſiniſtris: *Hædos autem ſtatuet à ſiniſtris*, Matth.25. *Subſannabit*, dicens: *Eſuriui &c.* improperando. *Loquetur in ira* ſententiando: *Diſcedite à me maledicti &c.* Ibidem. *Conturbabit*, ſententiam exequendo: *Et ibunt hi in ſupplicium æternum*, Matth. ibid.

D *Apoc.4. com. 9. §.1. ibi. citò.*

Tria in judicio horribilia: Vocatio ad judicium, Iudicis improperatio ad malos, ſententiæ promulgatio.

E *Apoc.8. com. 2. & 1. ſ. c.*

Quatuor in judicio formidanda.

F *Pſ.2. lit. c.*

I *Cæterùm judicij hujus figuram pluribus Sacræ paginæ locis habemus. Pſal.49.* Deus Deorum Dominus locutus eſt, & vocauit terram, *ſcilicet* vniuerſos G habitatores terræ. *Deus manifeſtè veniet*: nam in primo aduentu venit Deus occultus in infirmitate humanitatis: *Verè tu es Deus abſconditus*, Iſ.45. *Ignis in conſpectu ejus exardeſcet*: ad literam, ignis præcedet ante eum, Pſal.95. *Aduocabit Cœlum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuum*: vt per Cœlum deſignet Sanctos, qui in Cœlis ſunt, & per terram deſignet homines, qui ſunt in terra: & iſti omnes ad judicium vocantur. Et ideò dicit, *diſcernere populum ſuum*, diſcretione ſcilicet bonorum à malis: *ſegregabit oues ab hædis*, Matth.25. *Congregate illi Sanctos ejus*: hoc eſt enim officium Angelorum, vt congregent electos, *Matth.24.* Mittet Angelos ſuos, & congregabunt electos &c. *Reliqua vide ibi. Item figuratur Iſ.30.* Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor ejus, & grauis ad portandum: labia ejus repleta ſunt indignatione, & lingua ejus quaſi ignis deuorans. Spiritus ejus velut torrens inundans ad perdendas gentes &c. *Et iterum*: Auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ, & terrorem brachij ſui oſtendet in comminatione furoris, & flamma ignis deuorantis: allidet in turbine, & in lapide grandinis. *Ecce venit*, ſcilicet H ad vniuerſale Iudicium: *de longinquo*, de alto potentiæ ſuæ: *ardens furor ejus & grauis ad portandum* quantùm ad quantitatem pœnæ: *Labia ejus repleta ſunt indignatione*, improperando peccata, *& quaſi ignis deuorans*, comminando tormenta: *cum ijs quæ ſequuntur*. *Item delineatur judicium* Dan.5. *in facto Baltaſſaris, quando in vaſis aureis & argenteis, ex Templo aſportatis, bibentibus Rege & Optimatibus ejus, vxoribus & concubinis illius*, apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ: & Rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis. *Quòd autem in hoc diuinum ſignetur judicium, ex eo deducitur, quòd* tunc facies Regis commutata eſt, & cogitationes ejus conturbabant eum: & compages renum ejus ſoluebantur, & genua ejus ad ſe inuicem collidebantur. *Quo loci Author*: Nota *inquit* judicium I æquitatis & ſeueritatis, & proceſſum diuinæ juſtitiæ, ſeu dictationis ſententiæ. Nota ergo quis ſcribens, quòd ſcilicet *Pater*; manus, *Filius*; digiti, *Spiritus Sanctus*: nam ſicut digitus ſcribens pendet à manu & à brachio, ſic Spiritus Sanctus à Patre & Filio procedit. (*Siquidem tota* L Trinitas authoritatiuè judicabit, *vt viſum eſt.*) *Et paulò poſt*. In ſcriptura deſignatur arctitudo extremi examinis, quod erit tale: *MANE, THECEL, PHARES*. *Mane*, id eſt numeratio: nam in finali examine Deus omnes actiones numerabit. *Thecel*, id eſt appenſio: quia omnes circumſtantias ponderabit. *Phares*, id eſt diuiſio: quia omnes factiones ſeparabit. *In candelabro* notatur limpitudo tanti luminis in omnibus iſtis perſcrutandis, *Soph.1.* Scrutabor Ieruſalem in lucernis. *Item deſignatur judicium Apoc.14.* Vidi: & ecce nubem candidam, & ſuper nubem ſedentem ſimilem Filio hominis, habentem in capite ſuo coronam auream, & in manu ſua falcem acutam &c. *Et ecce nubem candidam*, id eſt M humanitatem Chriſti, leuem ſine peccati onere, & à terrenis eleuatam: *Aſcendet Dominus ſuper nubem leuem*, Iſa 19. *& ſuper nubem ſedentem*, id eſt Filium Dei quantùm ad naturam diuinam præſidentem naturæ humanæ, quam aſſumpſit: *ſimilem Filio hominis*, id eſt jam immortalem & glorificatum: propter quod jam non dicitur Filius hominis ſecundùm ſtatum mortalem, ſed ſimilis: *habentem in capite ſuo*, id eſt in ſua diuinitate, quæ eſt caput ſuæ humanitatis, *coronam auream*, id eſt glorioſam victoriam de hoſtibus: *& in manu ſua*, id eſt in poteſtate, *falcem*, id eſt judiciariam ſententiam: quæ dicitur falx, quia ſcindit, id eſt diuidit bonos à malis, ſicut fœnum à terra ſecatur: *acutam*, id eſt virtuoſam & potentem ad ſecandum, ſicut falx bonam aciem habens: quia potenter omnes judicabit retribuendo: nec aliquis poterit ei reſiſtere, *Iob 9.* Deus, cujus iræ nemo reſiſtere poteſt. *Reliqua vide fuſiùs ibi. Item cohærenter ad hæc, adumbratur judicium* Matth.3. *ab Ioanne dicente*: Cujus ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili. *Quibus in verbis* vtitur N Ioannes ſimilitudine. *Area* dicitur Eccleſia. *Triticum*, ſiue *Fruges*, fideles, qui congregabuntur per Angelos. *Ventilabrum*, judiciaria poteſtas Chriſti, quæ diſcernet triticum à paleis. *Permundabit*; id eſt, perfectè mundabit in die judicij, quando ſegregabuntur boni à malis: *& congregabit in horreum ſuum*, ſcilicet paradiſi, *triticum*, id eſt electos. *Paleas autem*: differentia eſt inter paleas & zizania: aliud enim eſt ſemen palea-

Iudicium finale pluribus locis Sacræ Scripturæ adumbratum.

G *Pſal.49. per totum.*

Pſalm.49.

Iſa.30.

H *Iſ.30. ibi.*

Baltaſſar Rex Babylonis Dan.5.

I *Dan.5. § Sed modò & cap. 7. § Quantum ad quartum. & cap 13. §. Sequitur ſecunda pars, & ſi. cap.*

L *2. Pet.3. §. 4 ibi, diei Domini. & 3. P. 59. 1. ad 1.*

Apoc.14.

M *Apoc. 14 com.1. & 2. ibi.*

Matth.3.

N *Matth. 3. lit. a. ibi & cap. 26. lit. a. ibi, ſecundum.*

Digitized by Google

palearum, & zizaniorum, quia palearum idem est semen cum tritico. Vnde per zizania possumus intelligere Schismaticos, qui non communicant nobiscum in sacramentis: per paleas verò fideles, licèt malos. Sed vtrasque *comburet igni inextinguibili*, Is. cap. 66. *Ignis eorum non extinguetur*. Et dicit, *inextinguibili*, ad differentiam ignis purgatorij: *qui terminabitur; at iste æternus erit*, *Matth.* 25. Discedite maledicti in ignem æternum. *Item ejusdem* Matth. cap 20. *exprimitur in parabola* de homine patrefamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam &c. Cum sero autem factum esset, dicit procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem. *Cum sero autem factum esset*: quod potest O intelligi vel de fine ætatis, vel de fine seculi: *dicit Dominus vineæ*, scilicet tota Trinitas, *procuratori suo*, scilicet Christo: & datur ei potestas resuscitandi & judicandi. Potestas resuscitandi, cum dicit: *Voca operarios*; idest, mortuos resuscita: potestas verò judicandi, cum subdit: *& redde illis mercedem*; idest, sis judex, *Ioann.* 5. Potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est. *Idem habetur* Matth. 25. *in parabola de Sponso virginum media nocte adueniente, deque Domino, qui posuit rationem cum seruis suis: (de quibus vide* P.*) Vnde & post hæc parabolicè delineata, immediatè vniuersalis futuri judicij certam veritatem describit Dominus, cum subijcit eodem capite*: Cum autem venerit Filius hominis in majestate sua &c.

Matth. 20.

O *Matth.* 20. *lit. a. ibi.*

P *Matth.* 24. *lit.* e. *& cap.* 25. *lit. a. & b.*

m *Certè igitur venturum judicem expectamus: ergo certè judicabimur: ergo* futurum Q judicium timendum est: & maximè propter tria. Primò propter æquitatem, Psal. 7. *Deus judex, justus, fortis*. Secundò propter judicis seueritatem, Iudith 16. *Dominus omnipotens vindicabit in eis, in die judicij visitabit illos &c.* Tertiò propter sententiæ irreuocabilitatem, Matth. 25. *Discedite à me maledicti in ignem æternum*. Æternum dicitur, quod non habet finem. *Et iterùm*: Dies R judicij est formidabilis malis, quia districtè à justo judice judicabuntur: quia ab omni creatura impugnabuntur: quia æterno supplicio damnabuntur. *Sanè videtur* S Deum judicem contemnere qui non timet peccare propter judicium ejus. *Eapropter, vt debitus timor hominibus incutiatur, frequenter de eo fit in Scripturis mentio, citòque secuturum (in* Apocalypsi *præsertim) & quasi instans describitur, Apoc.* 1. Ecce venit cum nubibus &c. *Ecce*: vt demonstratio T sit nota certitudinis. *Q. d.* In promptu est, & citò fiet: quia omne tempus respectu æternitatis breue est, 1. Cor. 7. *Tempus breue est*. Et de præsenti loquitur, *venit*, vt terrorem incutiat, quia propinquum est. *Et alibi*. Loquitur V Ioannes de secundo aduentu Christi: vt qui pro amore primi aduentus noluerunt peccata dimittere, saltem dimittant timore secundi. *Et ita, proximum futurum judicium prædicabat aurea Euangelij Tuba, sed ferrei verè pectoris Concionator Ordinis mei* Vincentius Ferrerius: *qui ejusmodi prædicationem ex speciali Christi Domini sibi apparentis mandato suscipiens, eo exercuit profectu*, vt supra centum perditorum hominum millia ad pœnitentiam: vigintiquinque millia Iudæorum ad Christum: octo millia Saracenorum ad fidem adduxerit. *De quo præcinuisse videtur Psaltes Psal.* 36. Et lingua ejus loquetur judicium: *hoc est*, lingua X justi loquetur de judicijs Dei: & conuertet peccatores ad pœnitentiam ex consideratione diuini judicij. *Neque jam proximum denunciando judicij diem, Euangelicæ veritatis præco dicendus non est, eo quòd tot anni percurrerint, non impleta judicij prædictione finalis. Nam & Ioannes, vt vidimus, idem prænunciauit Apoc.* 1. Ecce venit cum nubibus &c. *Et cap.* 22. *ex ore Domini*: Ecce venio citò. *Et iterum*: Etiam venio citò. *Et Iac.* 5. Aduentus Domini appropinquauit. Ecce judex ante januam assistit. *Vnde ea veritate, & sensu, quo Ioannes locutus est, & Iacobus, locutum fuisse dicimus & Vincentium. Tum quia omne, & quodcunque tempus, reuera velut momentum respectu æternitatis est; vnde & Petrus in sua secunda cap.* 3. Vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. *Quasi dicat*: Quod nos Y reputamus longum, breue est apud ipsum, & citò venturum. (*En quomodo illud* citò *exponendum*:) *Tum quia tempus præsens ponitur in Scripturis ad futuri certitudinem innuendam, vt superiùs præetactum est. Tum denique eo sensu hoc intelligendum, quo Apostolus dixit* 1. *Cor.* 10. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines seculi deuenerunt. *Fines seculi*, idest Z sexta ætas, quæ est vltima ætas laborantium, 1. *Ioann.* 2. Filioli, nouissima hora est, & sicut audistis, quia Antichristus venit. *Nouissima*, idest A vndecima hora, quæ est sexta (*hoc est, vltima*) ætas seculi, de qua *Matth.* 20. Circa vndecimam verò horam &c. *Et hæc est hora & tempus judicij, quod instare docebat Christi præco Vincentius. Ergo verè sine vlla falsitate imminentem denunciare potuit judicij diem. Insuper docemur, quòd tripliciter dicitur prophetia, scilicet prædestinationis, præscientiæ, & comminationis*. Nam futurum B est in diuina cognitione dupliciter. Vno modo, prout est in sua causa; & sic accipitur *prophetia comminationis*: quæ non semper impletur, sed per eam prænunciatur ordo causæ ad effectum, qui quandoque alijs superuenientibus impeditur. (*Exemplum ponit Author de medico*. Sicut C medicus *inquit* secundùm hoc dicitur futuram mortem præscire, in quantùm scit naturalia principia esse ordinata ad defectum mortis: & eodem modo Astrologus dicitur præcognoscere futuras pluuias aut ventos. Vnde si sint tales causæ, quarum effectus impediri possunt, non semper euenit quod sic præscitur esse futurum.) Alio modo præcognoscit Deus aliqua in seipsis, vel vt fienda ab ipso; & horum est *prophetia prædestinationis*: vel vt fienda per liberum arbitrium hominis; & sic est *prophetia præscientiæ*, quæ potest esse bonorum & malorum: quod non contingit de prophetia prædestinationis, quæ est bonorum tantùm. *Igitur, quoad prophetiam comminationis*, dicendum est D quòd Deus aliquando pronunciat aliquid futurum, quod continetur in ordine causarum inferiorum, vt puta secundùm dispositionem naturæ, vel meritorum: quod tamen non fit, quia aliter est in causa superiori diuina. Sicut, cum prædixit Ezechiæ: *Dispone domui tuæ: quia morieris tu, & non viues* (vt habetur *Is.* 38.) neque tamen ita euenit: quia ab æterno aliter fuit in scientia & voluntate diuina, quæ immutabilis est. Propter quod dicit *Gregorius*, quòd Deus immutat sententiam, non tamen mutat consilium, scilicet voluntatis suæ. *Sic pariter Ionas prænunciauit ex ore Domini Niniuitis Ion.* 3. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. *Et quidem* Ionæ E aderat intelligentia alicujus rei, scilicet ordinis meritorum ad subuersionem, etsi fortè alterius rei, scilicet subuersionis, præscius non fuerit. Sciebat tamen Ionas, & prophetæ comminantes, prophetiam quam prædicebant, non esse secundùm præscientiam, sed secundùm comminationem. *Vnde dicitur Ion.* 4. Propter hoc præoccupaui, vt fugerem in Tharsis: scio enim, quia tu Deus clemens & misericors es. *Non absimiliter ergo, ac prophetæ isti, denunciauit Vincentius imminentem judicij diem*.

Iudicium timendum, potissimè propter tria.

Q *Serm.* 1. *ex Eu. Dom.* 4 *post Pascha.*

R *Serm.* 2. *ex Ep. Domin.* 1. *Adu.*

S *Ps.* 10. *lit. b.*

T *Apoc.* 1. *com.* 7. *&* 2. *ibi. Iac.* 5. §. 5. *ibi, appropinquauit. & ibi. ecce.*

Proximum describitur in Scriptura ad timorem incutiendum.

V *Apoc.* 1. *com.* 7.

S. Vincentii Ferrerii vberrimi fructus ex prædicatione de diuino judicio imminente. Et de veritate prædicationis illius.

X *Ps.* 36. *lit. x.*

Y 2 *Pet.* 3. § 3. *ibi.*

Z 1. *Cor.* 10. *l.* 2.

A 1. *Io.* 2. § 6. *ibi.*

Prophetia triplex, comminationis, prædestinationis, & præscientiæ.

B 2. 2. 174. 1. c. & 1. p. 19. 7. *Ver.* 12. a 10.

C *Ver.* 1 c. *b corp.*

D 1. p. 19. 7. *ad* 2. *Hebr.* 6. *l.* 4. *ibi*, abundantiùs.

E *Ver.* 1 c. *ad* 14.

n *Itaque, cum tantum proficiant homines, vt vidimus, ex prænunciato futuro judicio: vnde est, ab aliquibus non timeri? Quod vtique ex duplici capite ortum habet: vel quia futurum non credunt, vel quia (particulare saltim) diu protrahendum putant. Quod remouere volens Ioannes dicebat*: Facite ergo fructum

Vnde fit, quòd futurum judicium non timeatur.

dignum

Digitized by Google

dignum pœnitentiæ: jam enim securis ad radicem arborum posita est, *Matth. cap.3.* Dupliciter enim F aliqui pœnitere nolunt, scilicet ex desperatione judicij, quia non credunt judicium esse, (2. *Pet.3.* Vbi est promissio, & aduentus ejus?) contra quod dicitur Iob 19. *Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est: & scitote esse judicium.* Aliqui autem ex mora, 2. Pet.3. *Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Quod excludit Ioannes, cum dicit: *Iam enim securis &c.* Quasi dicat: Non tardabit. *Eccli.5.* Ne dixeris: est mihi sufficiens vita. *Quod præuidens Dominus, dicebat Matth.24.* Sic erant in diebus ante diluuium, comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam; & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus Filij hominis. *Cui adsonat Apostolus Petrus in sua prima cap.3.* In quo & his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca &c. *Prædicauit*, scilicet G per Noe, & alios Sanctos illius temporis, *his qui in carcere erant*, carnis scilicet, vel peccati, vel hujus exilij, vel erroris: *qui increduli fuerant* ipsi Noe prædicanti pœnitentiam, & diluuium futurum comminanti, *aliquando*, scilicet ante diluuium, *quando expectabant Dei patientiam*, putantes, quòd Deus patienter sustineret eos: vel quando expectabat eos Dei patientia ad pœnitentiam, differens vindictam: *Propterea expectat Dominus, vt misereatur vestri*, If.30. *in diebus Noe, cum fabricaretur arca* in conspectu eorum, ad terrorem: *in qua pauci credentes, idest octo animæ*, hoc est, octo *solummodo* homines, scilicet Noe, vxor ejus, tres filij ejus, & eorum vxores, *saluæ factæ sunt per aquam*, arcam in sublime erigentem. *Hoc est autem, quod Dei patientiam, immò longanimitatem irritat*, *Psal.9.* Propter quid irritauit impius Deum? Dixit enim in corde suo: Non requiret. *Quasi diceret*: Propter hoc H peccando Deum irritant impij, quia non credunt ab eo requiri per pœnas *siue in particulari siue in vniuersali judicio. Cum tamen, quòd in tot Sacræ Scripturæ locis vniuersale futurum judicium & in figura & ad literam denunciatur, tenenda secundùm fidem hæc veritas sit*, *Iob 19.* Scitote, esse judicium, *ne dum pro malis, sed & pro bonis*: Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, *vt dicitur 2. Cor. 5. Ad quod ideircò ineuitabiliter subeundum debet se homo quilibet præparare* (nescit enim an odio vel amore dignus sit) *Luc.12.* Estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. *Hinc Apostolus Petrus in sua secunda cap.3.* Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei Domini? *Quales*, idest I quàm sanctos & perfectos *oportet vos esse* credentes hæc futura, *expectantes* per spem præmij, *& properantes* per bonam operationem meriti, *in aduentum*, idest in præparatione ad aduentum (non quia essent illum visuri, sed vt certitudinaliter sperent illum) *diei Domini nostri Iesu Christi*, quia ipse tunc judicabit. *Ex propter judicium hoc jugiter præ mentis oculis habendum, Iac 2.* Sic loquimini, & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes judicari: *idest*, sicut L incipitis modò judicari secundùm legem; idest, sicut si staretis ante judicem legis libertatis, scilicet Christum. In hoc monens nos, vt in nostris operibus semper attendamus, judicium quasi instare, *Iac.5.* Ecce judex ante januam assistit. *Hieronymus.* Siue comedam, siue bibam, siue aliquid aliud faciam, semper videtur auribus meis insonare illa extremi judicij buccina: *Surgite mortui, venite ad judicium. Deuter.32.* Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent! *Vnde incessanter orandum, vt in die mala liberet nos Dominus, Psal.40. Hinc Apostolus 2. Thess.1.* Creditum est testimonium nostrum super vos in die illo: in quo etiam oramus semper pro vobis &c. *In quo*, idest M propter quem diem *oramus semper pro vobis*: ne *scilicet* vos dies ille tanquam fur comprehendat, *vt idem Apostolus ait 1. ad Thess.5. Et ita pia Mater Ecclesia, hujus indigentiæ non ignara, tanquam quid pernecessarium, à Christo postulat in publicis precibus, vt in die judicij liberemur. Et quidem præmissis, quasi intercessoribus, cunctis ejus meritis, humanæque salutis mysterijs (quod in alijs petitionibus non facit:)* Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ, per aduentum tuum, per natiuitatem, jejunium, baptismum, passionem, Crucem, mortem, sepulturam, resurrectionem, ascensionem, missionem Spiritus Sancti, *deuotè orat:* In die judicij libera nos Domine. *Profectò nil magis à culpa animum retrahit, quàm fixa judicij finalis contemplatio*, *Psal.17.* Custodiui vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo, *scilicet* recedendo N ab eo: quia per peccatum homo recedit à Deo, Psal.43. *Non recessit retrò cor nostrum.* Sed quomodo peruenit ad hoc? *quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo:* valet enim valdè ad operandum bona, & euitanda mala, cogitare diuina judicia, *& potissimùm finale. Idcircò judicium cogitans:* Verebar (*ait Iob cap.9.*) omnia opera mea; *idest*, circa omnia O opera sua magnam solicitudinem apponebat, timens ne in aliquo à justitia declinaret. Et causa, quare sic verebatur in omni opere suo, erat timor de seueritate diuini judicij (*in quo justitia Dei nulli parcit:*) vnde subdit: *sciens, quòd non parceres delinquenti*, nisi *scilicet* conuertatur: quia sicut dicitur *in Psalm.7.* Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit. *Qua de causa Apostolus pariter 2. Corint. 5. dicebat:* Ideò contendimus siue absentes siue præsentes placere illi. *Contendimus*, idest P cum conatu nitimur, seu studemus, cum pugna & lucta contra tentationes diaboli, carnis, & Mundi: *Contendite intrare per angustam portam*, Luc. cap. 13. *placere illi*, scilicet Deo. Et subdit causam, quare Sancti contendunt placere Deo: quæ sumitur ex consideratione diuini judicij. Vnde & subdit: *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi. Quasi diceret: Quia debemus diuinum subire judicium, ideò contendimus placere Deo, abstinendo à culpis, & bene operando. Et ad hoc hortabatur Psalmista Psalm.74.* Nolite iniquè agere, nolite loqui aduersùs Deum iniquitatem: quoniam Deus judex est. *Id enim solum considerare sat est, ne in peccatum consentiamus. Et quicquid feceris, bene facies, si de his te judicandum perpenderis, Eccle.11.* Scito, quòd pro omnibus his adducet te Deus in judicium. *Concludat Sapiens Eccli. 7.* In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua: & in æternum non peccabis.

O *Verùm, ne jugis meditatio judicij, nimium timorem incutiat:* contra hunc Q timorem debemus quatuor habere remedia. *Primum est* bona operatio, Rom.13. *Vis non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Secundum est* confessio & pœnitentia de commissis: in qua tria debent esse: scilicet dolor in cogitatione, pudor in confessione, & acerbitas in satisfactione: quæ quidem expiant pœnam æternam. *Tertium est* eleemosyna, quæ omnia mundat, Luc.16. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Quartum est* charitas, scilicet amor Dei & proximi: quæ quidem *charitas operit multitudinem peccatorum*, vt dicitur 1. Pet. 4. & Prou.10. *Vnde & Ioannes in sua prima cap.4.* In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die judicij: *subaudi*, non R timorem:

F Matth. 3. lit. a. ibi.

Væ incredulis de iudicio futuro: sicut côtigit tempore diluuii.

G 1. Pet. 3. §. 6. ibi. & Matth. 24 lit. c. ibi, Noe.

Ex quo diuina patientia irritatur.

H Ps. 9 lit. y. ibi.

Qualis ad iudicium nobis præparatio facienda.

I 2 Pet. 3. §. 4. ibi Op. 58. cap. 2. circa fi.

Semper in mente habendum.

L Iac. 2. §. 6. ibi.

Oradus Deus, vt liberet nos in die mala.

M 2. Thess. 1. l. 2. ibi.

Illius contemplatio iudicii retrahit à culpis.

N Ps. 17. lit. m. ibi.

O Iob 9. l. 4. ibi.

P 2. Cor. 5. l. 2. ibi.

Contra timorem iudicii remedia quatuor.

Q Op. 6. §. 100 fi.

Opus bonum.

Pœnitentia.

Eleemosyna.

Et charitas præsertim, quæ omnem pellit timorem, & fiduciam præbet.

R 1. Ioann 4. §. vlt. ibi.

Digitized by Google

morem: vt scilicet non timeatis *ex Glossa* apparere in die judicij. Et alia *Glossa*: Per hoc ostendimur perfectè diligere Deum, si non timeamus aduentum judicis. Talis erat qui dicebat: *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei!* Psal. 41. Et Paulus *ad Phil.* 2. Cupio dissolui, & esse cum Christo. *Timor (ecce totalis ratio) non est in charitate*, scilicet timor seruilis: *sed perfecta charitas foras mittit timorem* gehennæ, scilicet initialem. *Hinc Ioannes Apostolus ad Christum sibi dicentem Apoc.* 22. Etiam venio citò, *fiducialiter respondit*: Amen, veni Domine Iesu. *Vbi Author*: Per hoc S quod dicit, *Amen*, ipsum venturum esse veraciter asserit: per hoc etiam, quod dicit, *Veni Domine Iesu*, deprecatur, vt veniat. Et per hoc nobis ostenditur, quòd B. Ioannes in charitate valdè perfectus erat: quia Saluatorem, vt veniret, rogabat; & quia perfectè diligebat, ideò non timebat. (*Vel*, quia T Ioannes sciebat, esse necessarium aduentum Christi: ideò orando, optando, subjungit: *Veni Domine Iesu*, ad remunerandum scilicet bonos, & eradicandum malos de terra viuentium.) *Eapropter virtutem hanc charitatis inducitur quisque ad emendum Apoc.* 3. Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, & non appareat confusio nuditatis tuæ. *Aurum ignitum*, idest V charitatem, quæ sic ardet in Dei & proximi dilectione, vt omnino extingui non possit, Cant. 8. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*. Et dicitur charitas *aurum*: quia sicut aurum super omnia metalla est in valore, sic charitas est super omnes virtutes: *& vestimentis albis induaris*, idest virtutibus, & operibus virtutum (*& loquitur consequenter: quia qui charitatem habet, habet & cæteras virtutes, quarum ipsa est forma*) de quibus Eccle. 9. *Omni tempore sint vestimenta tua candida*: & dicuntur *vestimenta alba*, quia dealbant & mundant animam ab omni labe peccati: *Lauabis me, & super niuem dealbabor*, Psal. 50. *Et non appareat*, scilicet in die judicij, quando omnia manifesta erunt, *confusio nuditatis tuæ*, idest nuditas virtutum & operum, vnde confundaris mala confusione, de qua dicitur *Ier.* 20. Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquàm delebitur. *A quo liberet nos Deus per infinitam misericordiam suam. DISCE* vigilare, quia nescis qua hora Dominus venturus sit, *Matth.* 24. *Vide* Antichristus, Damnatus, Resurrectio.

S *Apoc.* 20. *com.* 1. *&* 3. *§. cap.*

T *Apoc.* 22. *com.* 2 *§ cap.*

Charitas cum cæteris virtutibus comparanda:

V *Apoc.* 3. *com.* 2. *§.* 4. *ibi.*

Ne in die judicii appareat confusio nuditatis nostræ.

IVRAMENTVM.

XX. Licèt jurare in se non sit malum: tamen est periculosum, quia inclinat ad malum & perjurij, & irreuerentiæ nominis Dei. *Iac.* 5. *§.* 7. *ibi*, jurare.

P NIhil aliud est juramentum, quàm Deum in veritatis testem assumere. Assumere autem X Deum in testem dicitur jurare: quia quasi pro *jure* introductum est, vt quod sub inuocatione diuini testimonij dicitur, pro vero habeatur. *Et quidem* sicut Y in scientijs nihil confirmatur, nisi per id, quod est majus notum: ita, quia nihil certius est apud homines, quàm Deus (*qui prima increata Veritas est*) ideò per ipsum, tanquam per majus & certius, juratur. *Ex quo ad religionem juramentum pertinere, dicendum est*. In hoc *enim* ipso Z quòd homo per Deum jurat, profitetur Deum potiorem, vtpote cujus veritas est indefectibilis, & cognitio vniuersalis: & sic Deo aliquo modo reuerentiam exhibet. Vnde & Apostolus dicit ad Hebr. 6. quòd *homines per majorem sui jurant*. Exhibere autem reuerentiam Deo, pertinet ad religionem, siue latriam: vnde manifestum est, quòd juramentum est actus religionis siue latriæ. *Nam verò ab infideli, per idola jurante, liceat recipere, propter reuerentiam quæ falsis exhibetur dijs, juramentum*: Dicendum A quòd inducere hominem ad peccandum nullo modo licet; vti tamen peccato alterius ad bonum, licitum est: quia & Deus vtitur omnibus peccatis ad aliquod bonum: (Ex quolibet enim malo elicit aliquod bonum, vt dicitur *in Enchiridio*.) Et ideò *Augustinus* Publicolæ quærenti, vtrùm liceret vti juramento ejus, qui per falsos deos jurat: in quo manifestè peccat, eis diuinam reuerentiam adhibens. *Respondit*: Quòd qui vtitur fide illius, qui per falsos Deos jurat, non ad malum, sed ad bonum, non peccato illius se sociat, quo per dæmonia jurauit, sed pacto ejus bono, quo fidem seruauit. Si tamen induceret eum ad jurandum per falsos deos, peccaret. (*Sicut* nullo modo licet inducere aliquem ad mutuandum sub vsuris: licet tamen ab eo, qui hoc paratus est facere & vsuras exercet, mutuum accipere sub vsuris propter aliquod bonum, quod est subuentio suæ necessitatis vel alterius.) *Ita Iacob juramento Laban in bonum vsus est pro pacto inuicem firmando, quando* Genes. 31. *jurauit*: Deus Abraham & Deus Nachor judicet inter nos. *Vbi & erudimur, quantâ reuerentiâ in jurando Dei nomen assumendum sit*: jurauit *enim pariter &* Iacob per timorem patris sui Isaac; *hoc est*, per Deum: *eo videlicet sensu, quo priùs expresserat*: Nisi timor Isaac affuisset mihi; *idest*: Nisi Deus B quem timet Isaac, vel sanctus timor, quo ipse eum colit & timet, affuisset mihi: (*ediscant minùs pij viri, perpetui ad quodlibet juratores*:) *nimirùm*, quia C debet juramento maxima reuerentia exhiberi. *Hinc deducitur, quòd* juramentum D secundùm se est licitum & honestum. Quod patet ex origine, & ex fine. Ex origine quidem: quia juramentum est introductum ex fide, qua homines credunt, Deum habere infallibilem veritatem, & vniuersalem omnium cognitionem & prouisionem. Ex fine autem: quia juramentum inducitur ad justificandum homines, & ad finiendum controuersias, ad Hebr. 6. *Omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est juramentum*: per juramentum *enim* finitur E omnis controuersia: quia, sicut in scientijs, quando resoluitur vsque ad prima principia, quiescitur: ita diuina lege introductum est, quòd cum peruenitur ad primam veritatem, est status: quod fit, quando ipsa in testimonium inuocatur, Exod. 22. *Si lates fur, dominus domus applicabitur ad deos* (scilicet F ad judices) *& jurabit &c.* & sic sopitur omnis quæstio & controuersia. *Licitum inquam est juramentum: vnde &* Deuter. 6. *habetur*: Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius jurabis. *Vlteriùs etiam honestum est, adeò quòd* & apud G Gentiles jusjurandum erat honoratissimum, vt dicitur *in* 1. *Metaph. Id quod roboratur ex eo, quòd & Deus ipse jurasse perhibetur*: Per memetipsum juraui, dicit Dominus &c. *Genes.* 22. *& iterum*: Quoniam Deus neminem habuit, per quem juraret, majorem: jurauit per semetipsum &c. *ad Hebr.* 6 In quo H habes exemplum, quòd juramentum de se non est illicitum: quia Scriptura nihil Deo attribuit, quod de se sit peccatum. Intendit enim Scriptura nos ad Deum ordinare & ducere. *Vnde licitum est & honestum. Idcircò jurauit & Paulus ad Rom.* 1. Testis est mihi Deus &c.

q *Neque oppositum probat, quòd* Iac. 5. *& Matth. item* 5. *præcipiatur omnino non jurare*: Ego autem dico vobis, non jurare omnino. *Nam* ex hoc I quòd Paulus jurasse inuenitur, ostenditur, verbum Domini, & Apostoli Iacobi, non sic esse intelligendum, quasi juramentum sit omnino illicitum: sed quòd ad hoc homo niti debeat, vt quantùm ex ipso est, juramento non vtatur, tanquam quodam

Quid juramentum.

X 2. 2. 89. 1. c. & 98. 2. c. In 3. d. 39. 1. 1. Op. 4. 5. de 2. præc. Matth. 5. lat. b ibi, non jurare Hebr. 6. l. 4.

Quorsum & vnde introductum.

Y *Hebr.* 6. *l.* 4. *ibi*, per majorem.

Z 2. 2. 89. 4. c.

Actus est religionis siue latriæ.

A 2. 2. 78. 4. *initio c. In* 3. *d.* 39. 1. 5 *§.* 2. *ad* 3.

An liceat ab infideli recipere juramentum.

Quanta reuerentia Dei nomen in juramento assumendum.

B *Gen.* 31. *ibi*,

C *Hebr.* 6. *l.* 4. *ibi*, jurant,

Iuramentum reuerendum.

D 2. 2. 89. 2. c. In 3. d. 39. 1. 2. q. 1. & 2 c. & 1. Cor. 15. l. 4.

Secundùm se licitum & honestum.

E *Hebr.* 6 *l.* 4. *ibi*, controuersiæ.

F *Ioan.* 10. *l.* 6. *lit. c. §.*

G *Quol.* 1. 4. 18. *§. c.*

Etiam apud Gentiles honoratissimum.

H *Hebr.* 6. *l.* 4. *ibi.*

I *Rom.* 1. *l.* 5. *ibi*, testis. *ad Hebr.* 1 *c.* & 2. 2. 89. 2. *ad* 1.

Exponitur illud: *Non jurare omnino.*

Digitized by Google

Frequens Iuramentum periculosum.

dam bono & per se appetibili: tum propter periculum quod imminet ex frequenti juratione, ne homo labatur in perjurium propter labilitatem humanæ linguæ, secundùm illud Eccli.23. *Iurationi non assuescat os tuum: multi enim casus in illa: (sicut & ex frequenti in vanum nominatione Dei, vt apud quosdam fieri consueuit; mox enim ibidem subijcitur:* Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo. Omnis iurans & nominans in toto à peccato non purgabitur.) Tum etiam, quia contra reuerentiam Dei facere videtur qui ipsum absque necessaria causa testem inducit. Vnde nec Apostolus jurasse inuenitur, nisi scribendo, quando scilicet homo cum majori deliberatione & cautela loquitur. Est autem quandoque necessarium juramentum, vt fides verbo dicentis adhibeatur: quod quandoque vtile est etiam ei, qui audit. Et sic Apostolus jurat propter vtilitatem auditorum, quibus erat vtile, vt ei crederent: quasi *non quærens quod sibi vtile esset, sed quod multis, vt salui fierent*, vt dicitur 1. ad Cor.10. *Ex his sequitur, juramentum non esse frequentandum: item absque necessitate non assumendum, Iac.* 5. Ante omnia, fratres mei, nolite jurare neque per Cœlum neque per terram &c. *Ante omnia*: idest L in principio cujuslibet verbi, vel facti, contra quorundam prauam consuetudinem (*nostro etiam tempore apud Christianos introductam*) qui statim in principio verbi prorumpunt in juramentum. *Nolite jurare*. Vbi prohibet jurandi appetitum, non actum necessarium: ne scilicet *ex Glossa* jurando vera, aliquando & in perjurium cadatis. *Vel* prohibetur M affectus jurandi, non effectus. *Et* Augustinus: *Dico vobis, non jurare omnino*: ne scilicet N jurando ad facilitatem jurandi perueniatur, & ex facilitate jurandi ad consuetudinem, & à consuetudine in perjurium decidatur. *Eapropter secundo Decalogi præcepto (sicuti & primo) addita comminatio est, Exod.*20. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra. *Videlicet: quia* erant O homines proni ad idololatriam propter generalem consuetudinem Gentium: & similiter sunt etiam homines proni ad perjurium propter frequentiam juramenti. Et ideò adjungitur comminatio. *Igitur, cum Dominus præcipit*, non jurare omnino, *Matth.*5. prohibet P jurare *omnino*, idest assiduè. *Vel omnino*, in sensu composito, idest in omni casu. *Et ecce necessitas ad jusiurandum requisita*. In veteri *enim* lege Q prohibitum fuit, vt non juraretur falsum, Deuter.5. *Non vsurpabis nomen Domini Dei tui frustra*. Sed Christus prohibuit nonnisi in necessitate jurare; & ideò dicitur Matth. 5. cit. *Audistis, quia dictum est antiquis*: Non perjurabis. *Ego autem dico vobis, non jurare omnino*. Et hujus ratio est; quia in nulla parte ita fragiles sumus, sicut in lingua, quam nullus domare potuit (sicut dicitur *Iac.* 3.) Et ideò de leui posset homo pejerare. Et nota, quòd juramentum est sicut medicina, quæ non semper accipitur, sed in necessitate, & ideò dicitur Matth.5. *Sit sermo vester*: Est, est: Non, non: *quod autem his abundantius est, à malo est*. Non dicit R quòd malum sit, vt *Augustinus* dicit, sed *à malo*, non tuo, sed ex infirmitate compellentis te jurare, aut incredulitate. *Et quidem* juramentum S cedit in malum alicui ex eo, quòd malè vtitur illo, idest sine necessitate & cautela debita: videtur enim paruam reuerentiam habere ad Deum qui eum ex leui causa testem inducit: quod non præsumeret (*nota*) etiam de aliquo viro honesto. *Profectò* diuinam T veritatem, quæ est omnino infallibilis, ad dicta nostra confirmanda assumere, non multùm conuenit, nisi necessitas incumbat. Et ideò juramentum non est computandum inter ea, quæ sunt per se appetenda (*vt prætactum est*) sed inter ea, quæ propter

Non jurandum, nisi ex causa necessaria, & cum deliberatione, & cautela.

Vel propter magnam proximi vtilitatem.

L *Iac.* 5. §. 7. *ibi.*

M *Matth.* 5. *lit. h ibi*, omnino.

Frequentia jurandi damnatur.

N 2. 2. 89. 2. *ad* 1.

O 1. 2. 100. 7. *ad* 4. *Quol.* 1. *a.* 18. *ad* 1.

P *Matth.* 5. *lit. h. ibi*, omnino.

Necessitas ad jurandum exigitur.

Q *Op.* 4. § *de* 2. *præc.*

Iuramentum, sicut medicina, nonnisi in necessitate assumendum.

R *Matth.* 5. *lit. h fi. Rom.* 1. *l.* 5. *ibi*, *testis.* & 2. 2. 89. 2. *ad* 2. & 98. 4. *c. In* 3. *d* 39. 2. 5. 9. 2. *ad* 1.

S 2. 2. 89. 2. *c.*

T 3. *d.* 39. 1. 2. 9. 1. *c.* & 2. 2. 89 5. *c. Matth.* 5. *lit. h. Rom.* 1. *l.* 5. *ibi, testis.*

necessitatem fiunt, sicut sunt bona vtilia, vt sectio vulneris, vel aliquid hujusmodi. *Et iterum*: Sicut medicina V est vtilis ad sanandum; & tamen quantò magis est virtuosior, tantò majus nocumentum inducit, si non debitè sumatur: Ita etiam juramentum, vtile quidem est ad confirmationem: tamen quantò est magis venerandum, tantò est magis periculosum, nisi debitè inducatur. *Quia, vt dicitur* Eccli.23. *Si frustrauerit*, idest deceperit fratrem, *delictum illius super ipsum erit*. *Et, si dissimulauerit*, quasi per simulationem jurando falsum, *delinquit dupliciter*, quia scilicet simulata æquitas est duplex iniquitas. *Et si in vacuum jurauerit*, idest sine debita causa, & necessitate, *non justificabitur*. *Et hoc est, quod ajebat initio Author*: Licèt X jurare, in se non sit malum: tamen est periculosum, quia inclinat ad malum & perjurij & irreuerentiæ nominis Dei. Ideò prohibet *ex glossa* consuetudinem: *quia nimirùm*, cum Y sine causa juratur, attestatio primæ veritatis contemnitur, quia assumitur in vanum: quod prohibetur Exod.20. *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum*.

r *Quocirca sciendum, quòd* vanum Z dicitur tripliciter. Aliquando enim *vanum* dicitur falsum, Psal.11. *Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum*. Assumis ergo nomen Dei in vanum, quando assumis illud ad confirmationem falsitatis, Zach.8. *Iuramentum mendax ne diligatis*. Aliquando dicitur *vanum* inutile, Psalm.93. *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt*: & ideò confirmando vanitatem, assumitur nomen Dei in vanum. Aliquando autem dicitur *vanum* peccatum vel injustitia, Psalm.4. *Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Qui ergo jurat pro peccato faciendo, assumit nomen Dei sui in vanum. Iustitiæ verò partes sunt, facere bonum, & dimittere malum. Si ergo juras facere furtum, vel aliud hujusmodi, hoc contra justitiam est: & quamuis non sit seruandum hoc juramentum; tamen sic jurans perjurus est. Talis fuit Herodes contra Ioannem *Marc.6.* Similiter contra justitiam facit qui jurat non facere bonum, sicut non intrare Ecclesiam vel Religionem. Et hoc etiam juramentum non est seruandum: & tamen perjurus est jurans. Non est ergo jurandum de falso, non de inutili, non etiam de injustitia. Et ideò dicitur Ierem.4. *Iurabis*, Viuit Dominus, *in veritate, & in judicio & in justitia*. Viuit Dominus, *scilicet* per Deum A viuum, & non per idola mortua: *in veritate*, ex parte jurantis, vt verè, & non simulatè, vel ad deceptionem juret: *in judicio*, quantùm ad causam, pro qua juratur, vt non temerè, sed præcedente debita discussione juretur: *in justitia*, quantùm ad rem, de qua juratur, vt sit justa & licita. *Et alibi*. Ad bonum B vsum juramenti duo requiruntur. Primò quidem, quòd aliquis non leuiter, sed ex necessaria causa, & discretè juret: & quantùm ad hoc requiritur *judicium*, scilicet discretionis, ex parte jurantis. Secundò quantùm ad id, quod per juramentum confirmatur, vt scilicet neque sit falsum, neque sit aliquid illicitum: & quantùm ad hoc requiritur *veritas*, per quam aliquis juramento confirmat quod verum est: & *justitia*, per quam confirmat quod licitum est. *Iudicio* autem caret juramentum incautum: *veritate* juramentum mendax: *justitiâ* juramentum iniquum, siue illicitum. *Et iterum*: In veritate C jurat qui secundùm veritatem rei & conscientiæ: in justitia qui licitè: in judicio qui pro causa sufficiente. *Concludit tamen Augustinus*: Iuratio D falsa, perniciosa: vera, periculosa: nulla, secura. *Nihilominus, seruatis seruandis*, jurare E licet multis de causis. Primò pro veritate confirmanda incredulis, 2. Cor. 1. *Fidelis Deus, quia sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo EST, & NON*. (*de quo vide ibi lect.* 5.) Secundò

V 2. 2. 89. 5. *ad* 3.

X *Iac.* 5. §. 7. *ibi*, iurare.

Cum sine causa juratur, attestatio primæ veritatis contemnitur.

Y *Matth.* 5. *lit h. ibi*, omnino.

Assumere nomen Dei in vanum multipliciter accipitur.

Z *Op.* 4. §. *de* 2. *præc.* & 2. 2. 89. 7 *ad* 2. & 122. 3. *In* 3. *d.* 39. 1. 3 9. 1.

Non est jurandum pro malo faciendo, vel bono non prosequendo: nec seruandum tunc juramentum; & tamen jurans perjurus est.

A *Ierem.* 4. *sub initio.*

Tria ad juramentum requisita.

B 2. 2. 89. 3. *c. In* 3. *d* 39. 1. 2. 9. 3. *Quol.* 5. *a.* 27. *fi. c. Opusc.* 4. *de* 2. *præc. Matth.* 5 *lit. h.*

Triplex malum est Iuramentum, incautum, mendax, iniquum.

C *Matth.* 5. *loco cit.*

D *Iac.* 5. §. 7. *Matth.* 5. *loco cit.*

E *Matth.* 5. *lit. h. circ. fi* & *Hebr.* 6 *l.* 4. *ibi*, iurantes.

Multipliciter licitè jurandi causæ.

Digitized by Google

pro pace firmanda, vt Iacob jurauit Laban *Genes.* 31. Tertiò pro amicitia contrahenda, ficut viri Geraræ dixerunt ad Isaac Genes. 26. *Sit juramentum inter nos, & ineamus fœdus.* Quartò pro veritate manifestanda, Deuter. 19. *In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum.* Quintò pro fidelitate seruanda, 2. Reg. 5. *Venerunt seniores Israel ad Regem in Hebron: & percussit cum eis Rex Dauid fœdus coram Domino.* Sextò pro obedientiæ & subjectionis recognitione. Sic Principes Galaad ad Iephte Iudic. 11. *Dominus, qui hæc audit, ipse mediator ac testis est, quòd nostra promissa faciemus.* Septimò pro consuetudine Ecclesiæ seruanda, vt Canonici: sicut jurauerunt filij Israel se Domino seruituros. Et hæ septem causæ sunt propter bonum introducendum. Item aliæ duæ causæ sunt propter amouendum malum: sicut juratur in contestatione litis, vt calumnia sopiatur, ad Hebr. 6. *Omnis controuersiæ finis, ad confirmationem est juramentum.* Alia causa est ad infamiam purgandam, Deut. 21. *Quando inuentum fuerit hominis cadauer occisi, & ignorabitur cædis reus, egredientur majores natu, & judices tui &c.*

Iuramentum duplex: assertorium, & promissorium. F 2. 2. q. 89. 1. f. 1. & a. 7. c. & q. 98. 1. In 3. d. 39. 1. 1.

¶ *Porrò duplex distinguitur juramentum, juxta duplicem modum diuinum inducendi testimonium.* Nam diuinum F testimonium quandoque inducitur ad asserendum præsentia, vel præterita: & hoc dicitur juramentum *assertorium.* Quandoque autem inducitur diuinum juramentum ad confirmandum aliquid futurum: & hoc dicitur juramentum *promissorium.* Ad ea verò, quæ sunt necessaria, & per rationem inuestiganda, non inducitur juramentum. Derisibile enim videretur, si quis in disputatione alicujus scientiæ vellet propositum per juramentum probare. *Præterea* duplex est G modus jurandi. Vnus quidem per simplicem Dei contestationem; sicut cum aliquis dicit: *Est mihi Deus testis*: vel *coram Deo loquor*: vel *per Deum*, quod idem est, vt dicit *Augustinus*, Rom. 1. *Testis est mihi Deus, quòd sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.* Alius modus jurandi est per execrationem: dum scilicet aliquis se, vel aliquid ad se pertinens, ad pœnam obligat, nisi sit verum quod dicit. *Sic in Psal. 7.* Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò &c. *Et Iob 31.* Si despexi pereuntem &c. humerus meus à junctura sua cadat &c. *Et hoc etiam modo jurauit Apostolus 2. Cor. 1.* Testem Deum inuoco in animam meam. *Qualem autem habeat juramentum obligandi vim: docemur, quòd* obligatio H refertur ad aliquid, quod est faciendum, vel dimittendum. Vnde non videtur respicere juramentum assertorium, quod est de præsenti, vel de præterito. Neque etiam juramentum de his, quæ sunt per alias causas fienda; sicut si quis juramento assereret, quòd cras pluuia esset futura: sed solùm in his, quæ sunt fienda per illum, qui jurat. Sicut autem juramentum assertorium, quod est de præterito, vel de præsenti, debet habere veritatem: ita etiam & juramentum de his, quæ sunt fienda à nobis in futurum. Et ideò vtrunque juramentum habet quandam obligationem, diuersimodè tamen: quia in juramento, quod est de præterito, vel præsenti, obligatio est, non respectu rei, quæ jam fuit vel est: sed respectu ipsius actus jurandi, vt scilicet juret id, quod jam verum est, vel fuit. Sed in juramento, quod præstatur de his, quæ sunt fienda à nobis, obligatio cadit è contra super rem, quam aliquis juramento firmauit. Tenetur enim aliquis, vt faciat, verum esse id, quod jurauit: alioquin deest veritas juramento. Si autem est talis res, quæ in ejus potestate non fuit, deest juramento discretionis judicium: nisi fortè quod erat ei possibile, quando jurauit, reddatur ei impossibile per aliquem euentum: tunc enim videtur excusatus esse à faciendo quod jurauit, licèt teneatur facere quod in se est. Si verò sit quidem possibile fieri, sed non debeat: vel quia est per se malum, vel quia est boni impeditiuum; tunc juramento deest justitia. Et ideò juramentum non est seruandum in eo casu, quo est peccatum, vel boni impeditiuum. Quicunque ergo jurat, se aliquid facturum, obligatur ad id faciendum, adhoc vt veritas impleatur: si tamen alij duo comites adsint, scilicet judicium & justitia. *Et alio in loco clariùs:* Obligatio *inquit* juramenti I tripliciter se potest habere. Quandoque enim est illicita obligatio, & de re illicita, putà cum aliquis jurat, se fornicaturum: & tale juramentum non tenetur homo adimplere, nec etiam est licitum impleri. Quandoque verò est obligatio licita, & de re licita, putà cum aliquis jurat, se eleemosynam daturum: & tale juramentum præterire non licet. Quandoque verò est obligatio illicita, sed de re licita, putà cum aliquis jurat, se non facturum aliquod majus bonum, quod tamen facere non tenetur, putà non jejunare, vel non dare aliquam eleemosynam, vel religionem non intrare. Tunc enim id, ad quod se juramento obligat, licitum est; sed tamen obligatio est illicita: quia per hoc homo, quantùm in se est, obfirmat se contra gratiam Spiritus Sancti, quæ facit hominem *in suo corde ascensiones disponere*, Psalm. 83. Vnde tale juramentum licitè potest homo implere, abstinendo ab illo bono, quod facere non tenetur: non tamen cogitur ex illo juramento ad hoc quòd impleat quod jurauit: quia juramentum ad hoc quòd sit obligatorium, debet habere tres comites, judicium, justitiam, & veritatem. *Cæterùm, juxta cujus intentionem currat obligatio juramentum seruandi, num jurantis, an illius, cui jurat: Respondet Author, quòd* quando L non est eadem jurantis intentio, & ejus, cui jurat: si hoc prouenit ex dolo jurantis, debet juramentum seruari secundùm sanum intellectum ejus, cui juramentum præstatur. Vnde *Isidorus* dicit: *Quacunque arte verborum quis juret: Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita accipit, sicut cui juratur intelligit.* Et quòd hoc intelligatur de doloso juramento, patet per id, quod subditur: *Dupliciter reus fit qui & nomen Dei in vanum assumit, & proximum dolo capit.* Si autem jurans dolum non adhibeat, obligatur secundùm intentionem jurantis. (*Quod intellige* in foro M conscientiæ: sed in foro contentioso, vbi intentio ignoratur, obligatur secundùm quod verba communiter accipi solent.) *Et hoc est, quòd dicitur justus esse* qui jurat proximo suo, & non decipit, *Psalm.* 14. *Ex quo justissimè ab* Innocentio XI. *sanctæ memoriæ Pontifice Maximo damnatus est, tanquam illicitus, amphibologiæ, seu cujuscunque æquiuocationis vsus in juramento, ne dolo detur locus & perjurio: vt habetur Propositione 26. & 27. Nec tamen major censenda juramenti obligatio, quàm voti. Etenim* vtraque N obligatio causatur ex aliquo diuino: aliter tamen, & aliter. Nam obligatio voti causatur ex fidelitate, quam Deo debemus, vt scilicet ei promissum soluamus. Obligatio autem juramenti causatur ex reuerentia, quam ei debemus, ex qua tenemur, quòd verificemus id, quod per nomen ejus promittimus. Omnis autem infidelitas irreuerentiam continet, sed non conuertitur. Et ideò votum ex ratione sua magis est obligatorium, quàm juramentum. *Illud autem non prætereundum, quòd etiam ad juramentum coactus, obligatur ad seruandum. Quocirca aduertere oportet, quòd* in juramento O quod quis coactus facit, duplex est obligatio. Vna quidem, qua obligatur homini, cui aliquid promittit: & talis obligatio tollitur per coactionem, quia ille, qui vim intulit, hoc meretur, vt ei promissum non seruetur. Alia autem est obligatio, qua Deo obligatur, vt impleat quod per nomen ejus promisit: & talis obligatio non tolli-

Margin notes:

G 2. 2. q. 89. 1. ad 3. In 3. d. 39. 1. 1. Psalm. 7. lit. a. Rom. 1. l. 9. Hebr. 6. 14.
Duplex jurandi modus, per contestationem, & per execrationem.

H 2. 2. q. 89. 7. c. In 3. d. 39. 1. 3. q. 3.
Quanta sit obligatio juramenti.

I Quol. 5. a. 17. & Quol. 11. a. 11.
Obligatio juramenti potest se habere tripliciter.

Iuxta cujus intentionem fit obligatio juramentum seruandi: num jurantis, an illius, cui jurat?
L 2. 2. q. 89. 7. ad 4. In 3. d. 39. 1. 8. q. 3 c.

M In 3. loco cit.

Damnatur in juramentis æquiuocatio.

N 2. 2. q. 89. 8. c. In 4. d. 38. 1. q. 3. ad 1.
Non majorem inducit obligationem juramentum, an votum.

An etiam coactè jurans, ad seruandum juramentum teneatur.
O 2. 2. q. 89. 7. ad 3. & q. 98. 3. ad 1. In 3. d. 39. 1. 3. q. 2. In 4. d. 29. 1. 1. ad 4.

Digitized by Google

tollitur in foro conscientiæ, quia magis debet damnum temporale sustinere, quàm juramentum violare. Potest tamen repetere in judicio quod soluit, vel Prælato denunciare, non obstante quòd contrarium jurauit, quia tale juramentum vergeret in deteriorem exitum: esset enim contra justitiam publicam. Romani autem Pontifices ab hujusmodi juramentis homines absoluerunt (*vt habetur* extra *de jurejur. cap.* Verùm:) non quasi decernentes, hujusmodi juramenta non esse obligatoria: sed quasi hujusmodi obligationes ex justa causa relaxantes. *Et hoc* præsertim P si coactus quis fuerit tali metu, qui cadere posset in constantem virum. Quod autem dicitur extra de jurejur. *Si juramenta non attenderint, non ob hoc sunt tanquam pro mortali crimine puniendi:* non hoc ideò dicitur, quia non peccent mortaliter, sed quia pœna eis minor infligitur. *Quid verò circa juramenta, quæ à ciuibus in aliqua ciuitate siue communitate, vel à Canonicis in aliqua Ecclesia aut Collegio, consueuere præstari, sentiendum sit: docemur, quòd* quia Q juramentum est actio personalis, ille qui de nouo fit ciuis alicujus ciuitatis, non obligatur quasi juramento ad obseruanda illa, quæ ciuitas se seruaturam jurauit: tamen tenetur ex quadam fidelitate, ex qua obligatur, vt sicut fit socius bonorum ciuitatis, ita etiam fiat particeps onerum. Canonicus verò, qui jurat, se seruaturum statuta edita in aliquo Collegio, non tenetur ex juramento ad seruandum futura: nisi intenderit se obligare ad omnia statuta præterita & futura. Tenetur tamen ea seruare ex ipsa vi statutorum, quæ habent coactiuam virtutem.

P 2. 2. 98. 3. ad 1.

Quid circa juramenta ciuium in aliqua communitate, & canonicorum in sua Ecclesia.

Q *Ibid. a. 2. ad 4.*

t *Porrò dispensatur quidem in juramento, sed nunquam sine causa: sicut & in lege, & in voto.* Necessitas *autem* dispensationis R tam in lege, quàm in voto, est propter hoc, quòd id, quod in se, vel vniuersaliter consideratum, est vtile & honestum, secundùm aliquem particularem euentum potest esse inhonestum & nociuum: quod non potest cadere nec sub lege nec sub voto. Quòd autem aliquid sit inhonestum vel nociuum, repugnat his, quæ debent attendi in juramento: nam si sit inhonestum, repugnat justitiæ: si sit nociuum, repugnat judicio. Et ideò pari ratione etiam in juramento dispensari potest. *Ad quem autem talis spectet dispensatio: docemur, quòd* quandoque S illud quod cadit sub juramento promissorio, est manifestè repugnans justitiæ: vel quia est peccatum, sicut cum aliquis jurat, se facturum homicidium: vel quia est majoris boni impeditiuum, sicut cum aliquis jurat, se non intraturum religionem. Et tale juramentum dispensatione non indiget: sed in primo casu tenetur aliquis tale juramentum non seruare: in secundo autem casu licitum est & seruare & non seruare. Quandoque verò aliquid sub juramento promittitur, de quo dubium est, vtrùm sit licitum vel illicitum, proficuum vel nociuum, aut simpliciter, aut in aliquo casu: & in hoc potest quilibet Episcopus dispensare. Quandoque verò sub juramento promittitur aliquid, quod est manifestè licitum & vtile. Et in tali juramento non videtur habere locum dispensatio, vel commutatio, nisi aliquid melius occurrat ad communem vtilitatem faciendum: quod maximè videtur pertinere ad potestatem Papæ, qui habet curam vniuersalis Ecclesiæ: vel etiam absoluta relaxatio; quod etiam ad Papam pertinet in omnibus generaliter, quæ ad dispensationem rerum Ecclesiasticarum pertinent, super quas habet plenitudinem potestatis. Sicut & ad vnumquemque pertinet irritare juramentum, quod à sibi subditis factum est circa ea, quæ ejus potestati subduntur: sicut pater potest irritare juramentum puellæ, & vir vxoris, vt dicitur Numer. 30. *non secus ac de voto communiter traditur.*

Quale dispensandi in juramento motiuum, sicut & in lege, & in voto.

R 2. 2. 89. 9. c.

S *Ibid. ad 3. & a 7. ad 1. & q 88 ab art. 10. & q. 98. 3. ad 2.*

Cuius sit dispensare.

u *Quemadmodum verò* Fides T est per se quidem & principaliter de Deo, qui est ipsa prima Veritas: secundariò autem de creaturis, in quibus veritas Dei relucet: similiter & juramentum principaliter refertur ad ipsum Deum, cujus testimonium inuocatur; secundariò autem assumuntur ad juramentum aliquæ creaturæ: non secundùm se, sed in quantùm in eis diuina veritas manifestatur. Sicut juramus per Euangelium, idest per Deum, cujus veritas in Euangelio manifestatur: & per Sanctos, qui hanc veritatem crediderunt, & obseruauerunt: (Et ideò V peccant qui jurant per Deum de facili, & per Euangelium.) Alius autem modus jurandi est per execrationem: & in hoc juramento inducitur creatura aliqua, vt in qua diuinum judicium exerceatur: siue quando X aliquid obligatur ad vindictam Deo, si non sit ita, putà caput, vel anima, vel aliquid hujusmodi: sicut jurauit Apostolus 2. Cor. 1. *Testem Deum inuoco in animam meam.* Q. d. Obligo animam meam pro testimonio, pro quo ipsum nomen Dei assumo: & istud est grauissimum. *Quia igitur* cultus Y latriæ adhibetur ei, cujus testimonium jurando inuocatur: si aliquis Z per creaturam juret, quasi per primam originem veritatis, illicitum est juramentum, & ad idololatriam pertinet. Si autem juret quis per creaturam, vt in qua prima veritas relucet, sic licitum est juramentum. *Cæterùm* juramentum A secundùm se consideratum, tantò fortius est, & magis obligat, *ex Augustino*, quantò majus est id, per quod juratur. Et secundùm hoc majus est jurare per Deum, quàm per Euangelia. *Verumtamen* grauius est B peccatum, si quis solemniter juret *per Euangelium*, quàm si *per Deum* in communi sermone juret, tum propter scandalum, tum propter majorem deliberationem. Quibus æqualiter hinc inde pensatis, grauius est, si quis per Deum jurans perjuret, quàm si perjuret jurans per Euangelium, *sicut communiter inter fideles jurari in judicio consueuit: quia in eo nimirùm fidei Christianæ veritas innotescit. Et hinc* Chrysostomus C contra quosdam, qui dicunt, quòd jurare *per Deum* nihil est; vnde cum jurant *per Deum*, credunt nihil jurare: sed cum jurant *per sancta Dei Euangelia*, credunt magnum esse, inquit: *Quid majus est, Deus, vel Euangelium? Constat, quòd Deus.* Et hoc verum est simpliciter: secus cum aliqua circùmstantia, *solemnitatis videlicet juramenti, vt præmissum est.*

T 2. 2. 89. 6. c. & Op. 4. 5. de 2. præc. & locis citandis lit. x.

An licitum per creaturas iurare, siue per modum côtestationis, siue execrationis.

V *Opusc 4. loco cit & 2. 2 l. c.*

X *Hebr 6. l. c. ibi* iurans. *2. Cor. 1. fi. Matth. 5 lit b. ibi,* per cœlum, & *cap 23. lit. b. ibi,* iurauerit. *Iac 5. 5. 7 Op. 4. l. c. & 2. 2. l. c. a. 1. ad 3. In 3. d. 39. 1. 1. fi c.*

Y 2. 2. 89. 6. ad 3

Z *In 3. d. 39. 1. 1. ad 5. & locis supra cit.*

Quo sensu licitè vel illicitè per creaturas iuretur.

A 2. 2. 89. 10. ad 1.

B 2. 2. 98. 3. ad 1. & 89. l. c. In 3. d. 39 expo tex

An grauius sit *per Deum* iurare, quàm *per Euangelia.*

C *Matth. 23. lit. b. ibi,* iurauerit.

x *Ex his omnibus duo colligit Author. Primum, quòd* jurare D non pertinet ad virtutem, sed juramentum seruare. *Secundum, quòd ex vi diuini præcepti* interdicitur E frequentia juramenti, & juramentum in vanum. *Et tamen vtrumque eam in abominandam consuetudinem venit, vt ab aliquibus juramenta in colloquijs omnibus tanquam necessariæ interjectiones admisceantur, nomenque Dei venerabile etiam inter jocosa interseratur, & pro nullius momenti veritate firmanda, per Deum & per Christum, per Sanguinem ejus & Crucem, per Euangelia & per Sacramenta, per Deiparam & per Sanctos, adducta passim juramenta, horrescentibus piorum auribus, tota die per publica loca exaudiantur: contra quod dicitur* Eccli. 23. Nominatio Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus Sanctorum non admiscearis. *Et pœnam minatur, cum subdit:* quoniam non eris immunis ab eis; *sicut &* Exod. 20. *postquam præcepit:* Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum; *mox subjicit:* Nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustrà. *Quibus vtrobique verbis minus dicit, & plus significat: dicendo enim,* non habebit insontem, *innuere vult, nedum eum innocentem non habere, sed læsæ diuinæ majestatis immò reum, proinde grauissimè puniendum. Cui consonat illud eodem Eccli. cap. 23.*

Iuramentum non pertinet ad virtutem, sed illud seruare.

D *Ps. 14. fi.*

E *Hebr. 6. l. c. ibi, iurauit.*

Duo vi diuini præcepti prohibentur: frequentia iuramenti, & iuramentum in vanum.

Moralitates.

Digitized by Google

Vir multùm jurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga, *temporalis nimirùm & æterna, eoquòd* Filium Dei *vanè in testimonium adducendo* conculcauerit, & sanguinem testamenti *frustraneè jurando* pollutum duxerit: *ex quo* deteriora *imminent ei* supplicia, *vt ait Apostolus* ad Hebr. 10. *Illud verò inter Christianos abhorrendum: quòd si articulus incidat, vtrùm seruandum juramentum, interposito hinc in promissionis testem Deo, hinc proprio honore, aut equitis charactere, siue alio titulo: hoc indubitanter seruatur, frustratur illud; & ita honori diuino passim antefertur humanus, magisque grauis hujus, quàm illius, æstimatur solutio, non sine diuini honoris intolerando contemptu. Profectò, si quispiam, etiam sine jurejurando, siue in assertione, siue in promisso deficiat, quantò dignior est persona, cui deficit, tantò grauior censetur injuria: idcircò & contra deficientem quid non machinatur vltionis, quid non punitionis exequitur? quòd nimirùm in honore læsa existimatur per hujusmodi defectum persona. Quid ergo faciat Deus, si in testem adductum, mendacem eum facimus: si in promissione impudenter deficimus, per tremendum illius nomen firmata? an falsò putamus, minùs quàm homini suum sibi esse cordi honorem & gloriam? Audi, si stultè oppositum credis, quid dicat Is.* 48. Propter me, propter me faciam, vt non blasphemer: & gloriam meam alteri non dabo. *At de blasphemia (frequentiori fortassis hoc tempore, quàm ipsum sit juramentum) satis suo loco. De perjurio* Num. seqq. *DISCAT os tuum Dei laudationi assuescere, non jurationi.*

Honor humanus diuino antefertur à quibusdam in juramento.

XXI. Perjurium de sui ratione importat contemptum Dei: ex hoc enim habet rationem culpæ, quia ad irreuerentiam Dei pertinet. 2. 2. 98. 3. c.

F 3. d. 39. 1. 4. c. & 2. 2. 98. 1. c.

Quid perjurium, & vnde specificetur.

y PErjurium F quod defectum juramenti nominat, significat defectum, qui accidit in re, quæ juramento confirmanda erat. Defectus autem confirmationi veritatis contrarius, est mendacium: & ideò perjurium, propriè loquendo, nominat defectum mendacij in juramento. Et propter hoc G à falsitate præcipuè specificatur peruersitas juramenti, quæ perjurium dicitur. *Quoniam verò per falsitatem juramenti Deo ipsi irrogatur injuria: ideò, sicut juramentum, cum veritate, justitia, & judicio præstitum, ad religionem attinet: (est enim vt vidimus, actus latriæ:) Ita* perjurium H manifestè est peccatum religioni contrarium, cujus est, Deo reuerentiam exhibere. Pertinet enim ad Dei irreuerentiam, quòd aliquis eum testem inuocet falsitatis: quia per hoc dat intelligere vel quòd Deus veritatem non cognoscat, vel quòd falsitatem testificari velit. *Et quidem ex sui ratione lethalem culpam inducit. Nam* secundùm doctrinam I Philosophi, *propter quod vnumquodque tale, & illud magis:* videmus autem, quòd ea, quæ ex se sunt peccata venialia, vel etiam bona ex genere, si in contemptum Dei fiant, sunt peccata mortalia. Vnde multò magis quicquid est, quod de sui ratione pertinet ad contemptum Dei, est peccatum mortale. Perjurium autem importat contemptum Dei (*quod initio asserebat Author:*) ex hoc enim habet rationem culpæ, quia ad irreuerentiam Dei pertinet: *quandoquidem (vt supra diximus) si* cum L sine causa juratur, attestatio primæ veritatis contemnitur: *quantò magis cum falsitate? ex quo sine dubio reus efficitur mortalis culpæ pejerator. Hinc* Leuit. 19. *expressè inhibetur perjurium:* Non perjurabis in nomine meo. *Et vt injuria Deo à pejerante irrogata signetur, mox subijcitur:* nec polluos nomen Dei tui: Ego Dominus. *Q. d. Non ergo à seruis pejerando despiciendus,* *Malach.* 1. Si Dominus ego sum, vbi est timor meus? *Sæpè*

G 2. 2. d. c. si c.

Peccatum religioni contrarium.

H 2. 2. l. c. a. 2. c.

Culpam mortalem inducit.

I Ibid. a. 3. c. In 3. d. 39. 2. 3. q. 1.

L Matth. 5. lit. h. ibi, omnino.

perjurium vel ipso homicidio grauior culpa est. Quod probatur ex authoritate Apostoli Hebr. 6. Homines per majorem sui jurant: & omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem est juramentum. *Nam* frustrà M in causa homicidij controuersiæ finis esset juramentum, si homicidium esset grauius peccatum, quàm perjurium: præsumeretur enim, quòd qui majorem culpam homicidij commisisset, non vereretur minorem perjurij incurrere. Vnde ex hoc ipso, quòd in causa cujuslibet peccati defertur juramentum (*vel fortè*, juramento) manifestè ostenditur, quòd perjurium pro maximo peccato debet haberi. Nec immeritò: quia perjurare nomen Dei, videtur quædam diuini nominis denegatio; vnde secundum locum post idololatriam peccatum perjurij tenet, vt & ex ordine præceptorum Decalogi apparet. *Neque oppositum suadet, quòd in humano judicio grauiùs puniatur homicidium, quàm ipsum perjurium. Siquidem* in judicio N humano non semper quantitas pœnæ respondet quantitati culpæ: interdum enim infligitur major pœna pro minori culpa, quando grauius nocumentum imminet hominibus ex minori culpa. Sed secundùm Dei judicium grauior culpa grauiori pœna punitur. Vnde, vt ostendatur grauitas idololatriæ & perjurij, postquam in primo præcepto dixerat: *Non adorabis ea neque coles*; subditur Exod. 20. *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem Patrum in filios, in tertiam & quartam generationem.* Et postquam dixerat: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum*; subditur: *Nec enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustrà* (vt Num. præced. *visum est.*) *Adde & Zach.* 13. Non viues: quia mendacium locutus es in nomine Domini. *Quòd si humanum judicium ad proximorum quantitatem nocumenti in puniendo (vt ajebat Author) respectum habet, non est vllum excogitandum graue delictum, quod majori pœna dignum sit, quàm perjurium: præter injuriam siquidem Deo irrogatam (quod præcipuum est) nullum majus præjudicium homines sentiunt, quàm à falsis testibus, ex quibus & personæ & substantiæ & familiarum sæpe sæpiùs deriuatur excidium. Et tamen, quia mitiùs in illos agitur, quàm par est, faciliùs nostro tempore reperiuntur, & ad innocentum exitium multiplicantur. Scelus profectò nullâ veniæ clementiâ dignum, quippe quod non ex ignorantia, aut fragilitate, sed ex aperta malitia, plenaque deliberatione committitur. Atqui, si humanus negligit judex punire,* non habebit eum insontem Dominus *judex supremus. Nec perperam loquitur lex. Nam* alicujus O testimonium inuocatur ad hoc, quòd testis inuocatus veritatem manifestet circa ea, quæ dicuntur. Deus autem manifestat, an verum sit quod dicitur, dupliciter. Vno modo, simpliciter reuelando veritatem vel per internam inspirationem, vel etiam per facti denudationem, dum scilicet producit in publicum ea, quæ erant occulta. Alio modo per pœnam mentientis: & tunc simul est judex & testis, dum puniendo mendacem, manifestat mendacium.

An grauius homicidio.

M Quol. 1. a. 18 & 1. 2. 100. 8. & 2. 2. 70. 4. ad 3.

Maius post idololatriam peccatum.

N Quol. eod. ibid. in resp. ad arg.

Falsus testis grauissimè puniendus.

O 2. 2. 89. 1. ad 3.

Quomodo Deus, in testem inuocatus, veritatem manifestet.

z *Ex quo, ab eo quem scimus pejeraturum, non licet juramentum exigere. Pro quo sciendum, quòd* circa eum P qui exigit ab alio juramentum, distinguendum videtur. Aut enim exigit juramentum pro seipso propria sponte, aut exigit juramentum pro alio ex necessitate officij sibi commissi. Et si quidem aliquis pro seipso exigit juramentum, tanquam persona priuata, distinguendum videtur, vt *Augustinus* dicit in Serm. *de perjur.* Si enim nescit, eum juraturum falsum, & ideò dicit, *Iura mihi*, vt fides ei sit, non est peccatum: tamen est humana tentatio, quia scilicet procedit ex quadam infirmitate, qua homo dubitat, alium esse verum dicturum. Et hoc est illud juramentum, de quo Dominus dicit Matth. 5. *Quod his abundan-*

Ab eo, quem scio pejeraturum, an liceat juramentum exigere.

P 2. 2. 98. 4. c. In 3. d. 39. 1. 5. q. 2. ad 2. Rom. 1. l. 5.

tius

Digitized by Google

tius est, à malo est. Si autem scit, eum fecisse, scilicet contrarium ejus quod jurat, & cogit eum jurare, homicida est. Ille enim de suo perjurio se interimit: sed iste manum interficientis impressit. Si autem aliquis exigat juramentum, tanquam persona publica, secundùm quod exigit ordo juris ad petitionem alterius: non videtur esse in culpa, si ipse juramentum exigat, siue sciat, eum falsum jurare, siue verum: quia non videtur ille exigere, sed ille, ad cujus instantiam exigit. *An verò perjurus censendus sit qui, putans verum esse, falsum jurat: docemur, quòd* actus Q morales procedunt à voluntate, cujus objectum est bonum apprehensum. Et ideò, si falsum apprehendatur vt verum, erit quidem, relatum ad voluntatem, materialiter falsum, formaliter autem verum. Si autem id, quod est falsum, accipiatur vt falsum, erit falsum & materialiter & formaliter. Si autem id, quod est verum, apprehendatur vt falsum, erit verum materialiter, & falsum formaliter. Et ideò in quolibet istorum casuum saluatur aliquo modo ratio perjurij propter aliquem falsitatis modum. Sed quia in vnoquoque potius est id, quod est formale, quàm id, quod est materiale: non ita est perjurus ille, qui falsum jurat, quod putat esse verum, sicut ille qui verum jurat quod putat esse falsum. Dicit enim *Augustinus*: Interest quemadmodum verbum procedat ex animo: quia ream linguam non facit, nisi rea mens. *Cæterùm qui jocosè* R perjurat, non euitat diuinam irreuerentiam, sed quantùm ad aliquid magis auget: & ideò non excusatur à peccato mortali. Ille autem, qui ex lapsu linguæ falsum jurat, si quidem aduertat se jurare, & falsum esse quod jurat, non excusatur à peccato mortali, sicut nec à Dei contemptu. Si autem hoc non aduertat, non videtur habere intentionem jurandi: & ideò à crimine perjurij excusatur.

An perjurus qui falsum jurat, putans verum esse. Q 2. 2. q. 98. 1. ad 3. In 3. d. 39. a. 4. ad 1. & 3.

R 2. 2. q. 98. 3. ad 2. In 3. d. 39. a. 5. q. 1. c. Quid de jocose perjurante, vel ex linguæ lapsu.

a *Et hoc quidem radicitus accidere videtur ex mala jurandi consuetudine vel pro rebus nullius momenti, vt in pluribus experimur: ex tali quippe facilitate jurandi, frequenter homines in perjurium vel nolentes dilabuntur. Sic & qui mendax ex habitu est, facilè pejerabit: & qui de facili pejerat, faciliter blasphemabit*. Qui enim citò S non se retrahit à malo, de malo citò in pejus vadit; vnde negationi perjurium addidit Petrus, perjurio blasphemiam. *Primò enim* negauit, *postea* cœpit detestari & jurare, quia non nouisset hominem. *Idcirco* Psal. 14. *monemur veritatem non ore tantùm, sed ex corde loqui*: Qui loquitur veritatem in corde suo: *quod dicitur* contra T illos, qui loquuntur veritatem à casu, non ex proposito (*quales sunt ex consuetudine viri mendaces*) Prou. 12. Labium veritatis firmum erit. *Falsum autem jurans excluditur à regno cœlesti, vbi prima Veritas in perpetuum regnat. Quod innuitur* Psalm. 23. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus? *Et respondet*: Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, *nec jurauit in dolo* proximo suo. *Postremò triplex inducit malum qui Dei nomen assumit ad confirmationem falsitatis*. Talis *enim* facit V injuriam Deo, sibi ipsi, & omnibus hominibus. Deo quidem: quia, cum jurare *per Deum* nihil aliud sit, nisi inuocare ejus testimonium, cum juras falsum, aut credis Deum nescire verum; & sic ponis ignorantiam in Deo, cum tamen *omnia nuda & aperta sint oculis ejus*, vt dicitur *ad Hebr.* 4. aut quòd diligat mendacium, cum tamen odiat ipsum, Psal. 5. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium*: aut derogas potentiæ, quasi non possit testimonium reddere, vel quasi non possit de eo punire. Item facit injuriam sibi ipsi: obligat enim se judicio Dei. Nihil est autem aliud dicere, *Per Deum ita est*, nisi quòd Deus puniat me, si non est ita. Item injuriatur alijs hominibus: nulla enim inter aliquos societas durare potest, nisi credant sibi inuicem. Dubia autem juramentis confirmantur, Hebr. 6. *Omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem est juramentum*. Injuriatur ergo Deo, crudelis est sibi, & noxius est hominibus. *At multò magis propriæ famæ & honori detrimentum infert homo perjurus. Quanquam enim* qui X jurat falsum juramento assertorio, non est infamis ipso jure, sed solùm per sententiam diffinitiuam latam contra eum in accusatione: magis tamen reputatur infamis ipso jure (*vt habetur 6. quæst. 1. cap.* Infames.) qui frangit juramentum promissorium solemniter factum, quia in ejus potestate remanet, postquam jurauit, vt det suo juramento veritatem: quod non contingit in juramento assertorio. *Sic perjurus efficitur Mundo infamis, inuisus hominibus, exosus Deo. Huc spectare videtur & adjuratio*: adjurare enim Y est ad juramentum cogere. *De qua vide V.* Diuinatio. *DISCE non mentiri Spiritui Sancto. Vide* Blasphemia, Iudex, Lingua, Mendacium.

Iuramentis assuetus, & ex habitu mendax, facile perjurat.

S Matth. 26. vnc. fi. cap.

T Ps. 14. lit. 6. ibi. Quidam à casu veritatem loquuntur. Perjurus à regno cœlesti excluditur.

Triplex inducit malum perjurus. V Op. 4. §. de a piac.

Perjurus infamis. X 2. 2. q. 98. 3. ad 3.

Y Matth. 26. lit. g. ibi, adiuro.

IVS. Vide DECALOGVS, IVSTITIA.

IVSTITIA.

XXII. Voluntas, perfecta virtute justitiæ, se habet ad opera justa, sicut ignis ad motum sursum. *In 1. d. 39. 2. 2. ad 4. fi.*

b CVm sit jus (*vt infrà patebit*) *objectum justitiæ, breuis præmittenda de jure notitia est*. *Et in primis* consuetum est Z quòd nomina à sui prima institutione retorqueantur ad alia significanda. Sicut nomen medicinæ impositum est primò ad significandum remedium, quod præstatur infirmo ad sanandum: deinde tractum est ad significandam artem, qua hoc fit. Ita etiam hoc nomen *jus* primò impositum est ad significandum ipsam rem justam: postmodum autem est deriuatum ad artem, qua cognoscitur quid sit justum: & vlteriùs ad significandum locum, in quo jus redditur, sicut dicitur aliquis comparere in jure: & vlteriùs dicitur etiam jus, quod redditur ab eo, ad cujus officium pertinet justitiam facere, licèt etiam id, quod decernit, sit iniquum. *Igitur* jus A siue justum, est aliquod opus adæquatum alteri secundùm aliquem æqualitatis modum. Dupliciter autem potest alicui homini esse aliquid adæquatum. *Vno* quidem *modo*, ex ipsa natura rei, putà cum aliquis tantum dat, vt tantundem recipiat. Et hoc vocatur jus naturale. *Alio modo* aliquid est adæquatum, vel commensuratum alteri ex condicto, siue ex communi placito, quando scilicet aliquis reputat se contentum, si tantum accipiat. Quod quidem potest fieri dupliciter. *Vno modo*, per aliquod priuatum condictum, sicut quod firmatur aliquo pacto inter priuatas personas. *Alio modo*, ex condicto publico, putà cum totus populus consentit, quòd aliquid habeatur quasi adæquatum, & commensuratum alteri: vel cum hoc ordinat Princeps, qui curam populi habet, & ejus personam gerit. Et hoc dicitur jus positiuum. (Ius *verò* diuinum B dicitur, quod diuinitus promulgatur: (*quòd autem* justum C secundùm perfectam rationem non possumus reddere Deo, propter hoc non dicitur propriè *jus*, sed *fas*: quia videlicet sufficit Deo, vt impleamus quod possumus.) Et hoc quidem partim est de his, quæ sunt naturaliter justa; sed tamen eorum justitia homines latet: partim autem de his, quæ fiunt justa institutione diuina. Vnde etiam jus diuinum per hæc duo distingui potest, sicut & jus humanum: sunt enim in lege diuina quædam præcepta, quia bona; & prohibita, quia mala: quædam verò bona, quia præcepta; & mala, quia prohibita. Notandum

Z 2. 2. 57. 1. ad 1. Ius multipliciter sumitur.

Quid propriè. A Ibid a. 1. c. & q. 60. 5 c. & 1. 2. 91 2. c. & 95. 4. c. In 4. d. 33. 1. 1. c. & d. 37. 1. 3. c. Quid ius naturale, quid positiuum.

B 2. 2. 57. 2. ad 3. Quid ius diuinum, & de quibus fit. C 2. 2. 57. 1. ad 3. Propriè non dicitur ius, sed fas. Potest ipsum distingui in naturale, & positiuum.

Digitized by Google

D 1. 2. 71. 6. ad 4.

dum autem, quòd cum dicitur D quòd non omne peccatum ideò est malum, quia est prohibitum, intelligitur de prohibitione facta per jus positiuum. Si autem referatur ad jus naturale, quod continetur primò quidem in lege æterna, secundariò verò in naturali judicatorio rationis humanæ: tunc omne peccatum est malum, quia prohibitum. Ex hoc enim ipso, quòd est inordinatum, juri naturali repugnat.) *Porrò jus positiuum à naturali procedit*. Nihil enim E est aliud jus positiuum, quàm determinatio juris naturalis. Sicut jus naturale habet, quòd malefactor puniatur; sed quòd tali pœna puniatur, hoc determinatur per jus positiuum. *Et ita* juri F naturali repugnat quod secundùm se est malum: positiuo autem repugnat quod est malum, quia prohibitum. *Verùm* legis G scriptura jus quidem naturale continet, sed non instituit: non enim habet robur ex lege, sed ex natura. Ius autem positiuum scriptura legis & continet & instituit, dans ei authoritatis robur. *Sed & aliquid* H dicitur esse de jure naturali dupliciter. *Vno modo*, quia ad hoc natura inclinat: sicut, non esse injuriam alteri faciendam. *Alio modo*, quia natura non inducit contrarium: sicut possemus dicere, quòd hominem esse nudum est de jure naturali, quia natura non dedit ei vestitum, sed ars adinuenit. Et hoc modo communis omnium possessio, & omnium vna libertas, dicitur esse de jure naturali: quia scilicet distinctio possessionum, & seruitus, non sunt inductæ à natura, sed per hominum rationem ad vtilitatem humanæ vitæ. *Præterea* jus naturale I multipliciter accipitur. *Primò* enim jus aliquod dicitur naturale ex principio, quia à natura est inditum. Et sic diffinit *Tullius* in 2. Rhet. dicens: *Ius naturæ est, quod non opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit*. Et quia etiam in rebus naturalibus dicuntur aliqui motus naturales, non quia sint ex principio intrinseco, sed quia sunt à principio superiori mouente, sicut motus, qui sunt in elementis ex impressione corporum cœlestium, naturales dicuntur (vt *Commentator* dicit in 3. Cœl. & Mun.) ideò ea, quæ sunt de jure diuino, dicuntur esse de jure naturali, cum sint ex impressione & infusione superioris principij, scilicet Dei. Et sic accipitur ab *Isidoro*, qui dicit: *Ius naturale est, quod in lege & in Euangelio continetur*. Tertiò dicitur jus naturale, non solùm à principio, sed à natura, quia de naturalibus est. Et quia natura contra rationem diuiditur, à qua homo est homo: ideò, strictissimo modo accipiendo jus naturale, illa, quæ ad homines tantùm pertinent, etsi sint de dictamine rationis naturalis, non dicuntur esse de jure naturali: sed illa tantùm, quæ naturalis ratio dictat de his, quæ sunt homini alijsque communia. Et sic datur diffinitio: *Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit*, vt in principio *Digestorum* dicitur.

Ius positiuum à naturali procedit.

E Quodl. 2. a. 8. c. & 1. 2. 95. a. 2. 3. 4. & 5. 96. 2. ad 3. In 4. d. 15. 3. 1. 9. 4. & a. 1. 9. 1. c. & d. 16. 1. 1. ad 3. & 4. 1. c.

Est enim determinatio iuris naturalis.

F 1. Tim. 1. l. 3. ibi, iniustis.

G 2. 2. 60. 5. c. & 1. 2. 94. 5. ad 3.

Dupliciter aliquid dicitur de iure naturali.

H 1. 2. loc. cit.

I 4. d. 33. 1. 1. ad 4.

Ius naturale multipliciter accipitur.

c *Hinc sequitur, quòd jus*, Gentium *dictum, non est idem cum jure naturali, stricto modo accepto*. *Pro quo sciendum, quòd (vt præmissum est) jus* L siue justum naturale est, quod ex sui natura est adæquatum vel commensuratum alteri: hoc autem potest contingere dupliciter. *Vno modo* secundùm absolutam sui considerationem; sicut masculus ex sui ratione habet commensurationem ad fœminam, vt ex ea generet; & parens ad filium, vt eum nutriat. *Alio modo* aliquid est naturaliter alteri commensuratum, non secundùm absolutam sui rationem, sed secundùm aliquid, quod ex ipso sequitur, putà proprietas possessionum. Si enim consideretur iste ager absolutè, non habet, vnde magis sit hujus, quàm illius: sed si consideretur per respectum ad opportunitatem colendi, & ad pacificum vsum agri, secundùm hoc habet quandam commensurationem ad hoc, quòd sit vnius, & non alterius, vt patet per Philosophum *in 2. Polit.* Absolutè autem apprehendere aliquid, non solum conuenit homini, sed etiam alijs animalibus: & ideò jus, quod dicitur naturale secundùm primum modum, commune est nobis & alijs animalibus. A' jure autem naturali sic dicto recedit jus Gentium, vt Iurisconsultus dicit: quia illud omnibus animalibus, hoc solùm hominibus inter se commune est. Considerare autem aliquid comparando ad id, quod ex ipso sequitur, est proprium rationis: & ideò hoc idem est naturale homini secundùm rationem naturalem, quæ hoc dictat. Et ideò dicit *Cajus* Jurisconsultus, quòd *naturalis ratio inter omnes homines constituit id, quod apud omnes gentes custoditur, vocaturque* jus Gentium. *Ex quibus* diuiditur M jus positiuum in jus Gentium, & jus ciuile, secundùm duos modos, quibus aliquid deriuatur à lege naturæ: (deriuantur *nempe* quædam N à principijs communibus legis naturæ per modum conclusionum: sicut hoc quod est, *Non esse occidendum*, vt conclusio quædam deriuari potest ab eo, quod est, *Nulli esse faciendum malum*. Quædam verò deriuantur per modum determinationis: sicut lex naturę habet, quòd ille, qui peccat, puniatur: sed quòd tali pœna, vel tali puniatur, hoc est quædam determinatio legis naturæ, *vt prætactum est*.) Nam ad jus Gentium pertinent ea, quæ deriuantur ex lege naturæ, sicut conclusiones ex principijs, vt justæ emptiones, venditiones, & alia hujusmodi, sine quibus homines ad inuicem conuiuere non possunt, quod est de lege naturæ: quia homo est naturaliter animal sociale, vt probatur *in 1. Polit.* Quæ verò deriuantur à lege naturæ per modum particularis determinationis, pertinent ad jus ciuile, secundùm quod quilibet ciuitas aliquid sibi accommodè determinat. *Sed & ad jus ciuile spectat etiam canonicum positiuum jus pro recto Ecclesiæ regimine: quod secundi ordinis dicitur, ad differentiam diuinarum Scripturarum, quarum canones primi ordinis sunt, & juris diuini*. *Postremò multiplex statuitur speciale jus à politico justo siue jure distinctum, vt tradit Philosophus in 5. Ethic. Siquidem jus* O siue justum dicitur per commensurationem ad alterum. Alterum autem potest dici dupliciter. *Vno modo* quod simpliciter est alterum, sicut quod est omnino distinctum: vt apparet in duobus hominibus, quorum vnus non est sub altero, sed ambo sunt sub vno principe ciuitatis. Et inter tales est simpliciter justum. *Alio modo* dicitur aliquid alterum, non simpliciter, sed quasi aliquid ejus existens. Et hoc modo in rebus humanis filius est aliquid Patris, quia quodammodo est pars ejus, vt dicitur *in 8. Ethic.* Et seruus est aliquid domini, quia est instrumentum ejus, vt dicitur *in 1. Polit.* Et ideò patris ad filium non est comparatio, sicut ad simpliciter alterum: & propter hoc non est ibi simpliciter justum, sed quoddam justum, scilicet paternum. Et eadem ratione nec inter dominum & seruum: sed est inter eos dominatiuum justum. Vxor autem, quamuis sit aliquid viri (quia comparatur ad eam, sicut ad proprium corpus, vt patet per Apostolum *Ephes. 5.*) tamen magis distinguitur à viro, quàm filius à Patre, vel seruus à domino: assumitur enim in quandam socialem vitam matrimonij; & ideò, vt Philosophus ibidem dicit, inter virum, & vxorem plus est de ratione justi, quàm inter patrem & filium, vel dominum & seruum: quia, cum vir & vxor habeant immediatam relationem ad domesticam communitatem, vt *in 1. Polit.* patet, ideò inter eos non est simpliciter politicum justum, sed magis justum œconomicum. *Cæterùm lex in hoc à jure distinguitur, quòd* sicut eorum P quæ per artem exteriùs fiunt, quædam ratio in mente artificis præexistit, quæ dicitur regula artis; ita etiam illius operis justi, quod

L 2. 2. 57. 3. c. & 1. 2. 95. 4. ad 1.

Ius naturale dupliciter consideratur.

Ius Gentium quid.

M 1. 2. 95. 4. c.

In hoc, & in ius ciuile, diuiditur ius positiuum.

N Ibid. a. 2. c.

Quænam ad ius Gentium spectent, quænam ad ius ciuile.

Ius canonicum.

O 2. 2. 57. 4. c. & 58. 7. ad 3. In 4. d. 40. 1. 3. c.

Ius speciale multiplex.

Ius paternum, & dominatiuum.

An inter virum & vxorem sit simpliciter iustum.

Ius œconomicum.

P 2. 2. 57. 1. ad 2. & 1. 2. 90. 1.

In quo distinguatur lex à iure.

Digitized by Google

quod ratio determinat, quædam ratio præexistit in mente, quasi quædam prudentiæ regula: & hoc, si in scriptum redigatur, vocatur lex. Est enim lex *secundùm Isidorum* constitutio scripta. Et ideò lex non est ipsum jus, propriè loquendo, sed aliqualis ratio juris. *De qua, & alijs huc attinentibus, infrà Verbo*, Lex. *Quo autem pacto diuinum modò seruetur jus, dicant in vniuersum omnes: qualiter verò custodiatur humanum, referant ad quos jus dicere spectat. Quòd si judices aliqui seruandum decernunt, jam violentia alicubi partes juris vsurpat, fitque VIS ipsa IVS: de quo & nos literali metathesi moraliter lusimus* Q.

Moralitas.

Q *Cent. 1. dist. 19.*

IVS adsit, desit, supplet VIS munera juris:
VIS in IVS transit: jura valete fori.

d *Igitur, quia justitia respicit jus, diffiniri à jurisperitis solet (vt habetur* in Dig. vet. *lib. 1. tit. 1.) quòd* justitia R est perpetua & constans voluntas, jus suum vnicuique tribuens. *Quocirca sciendum, quòd* justitiæ S proprium est inter alias virtutes, vt ordinet hominem in his, quæ sunt ad alterum: importat enim æqualitatem quandam, vt ipsum nomen demonstrat. Dicuntur enim vulgariter ea, quæ adæquantur, *justari*: æqualitas autem ad alterum est. Aliæ autem virtutes perficiunt hominem solùm in his, quæ ei conueniunt secundùm se ipsum. Sic ergo illud, quod est rectum in operibus aliarum virtutum, ad quod tendit intentio virtutis, quasi in proprium objectum, non accipitur nisi per comparationem ad agentem. Rectum verò, quod est in opere justitiæ, etiam præter comparationem ad agentem, constituitur per comparationem ad aliud. Illud enim in opere nostro dicitur esse justum, quod respondet secundùm aliquam æqualitatem alteri, putà recompensatio mercedis debitæ pro seruitio impenso. Sic ergo justum dicitur aliquid, quasi habens rectitudinem justitiæ, ad quod terminatur actio justitiæ, etiam non considerato, qualiter ab agente fiat: sed in alijs virtutibus non determinatur aliquid rectum, nisi secundùm quod aliqualiter fit ab agente. Et propter hoc specialiter justitiæ, præ alijs virtutibus, determinatur secundùm se objectum, quod vocatur justum: & hoc quidem est jus. Vnde jus est objectum justitiæ. *Et hinc veritas elucet diffinitionis præfatæ*. *Nam* necesse est T quòd virtus diffiniatur per actum bonum, qui est circa ea, quæ ad alterum sunt, sicut circa propriam materiam virtutis. Est autem justitia præcipuè circa ea, quæ ad alterum sunt, sicut circa propriam materiam. Et ideò actus justitiæ per comparationem ad propriam materiam virtutis, & objectum, tangitur cum dicitur: *Ius suum vnicuique tribuens*: quia (vt *Isidorus* dicit in lib. Etymol.) justus dicitur, quia jus custodit. Ad hoc autem, quòd aliquis actus circa quamcunque materiam sit virtuosus, requiritur actus voluntarius, & quòd sit stabilis & firmus: quia Philosophus dicit in 2. *Ethic.* quòd ad virtutis actum requiritur *Primò* quidem, quòd operetur sciens: *secundò* autem, quòd eligens, & propter debitum finem: *tertiò* quòd immobiliter operetur. Primum autem horum includitur in secundo, quia quod per ignorantiam agitur, est inuoluntarium, vt dicitur *in* 3. *Ethic.* Et ideò in diffinitione justitiæ primò ponitur *voluntas* ad ostendendum, quòd actus justitiæ debet esse voluntarius. Additur autem *de constantia & perpetuitate*, ad designandam firmitatem actus. Et ideò prædicta diffinitio est completa diffinitio justitiæ: nisi quòd actus ponitur pro habitu, qui per actum specificatur: habitus enim ad actum dicitur. Et si quis vellet eam in debitam formam diffinitionis reducere, posset sic dicere: *Iustitia est habitus, secundùm quem aliquis constanti & perpetua voluntate jus suum vnicuique tribuit*. Et quasi est eadem diffinitio cum ea, quam ponit Philosophus, dicens: *Iustitia est habitus, secundùm quem aliquis dicitur operatiuus secundùm electionem justi*, vt habetur in 5. Ethicorum. *Hinc docemur, quòd* aliquis V potest dici justus dupliciter: vel justitia scilicet ciuili, vel justitia infusa. Iustitia autem ciuili potest aliquis justus effici sine aliqua gratia naturalibus superaddita: non autem justitia infusa. Neutra tamen justitia consistit in hoc, quod est justa operari: non enim quicunque justa operatur justus est, sed qui hæc operatur sicut justus, vt *in* 2. *Ethic.* dicitur: *videlicet, cum conditionibus prænarratis*. *Et hoc est, quod ajebat initio Author*: Voluntas X perfecta virtute justitiæ, se habet ad opera justa, sicut ignis ad motum sursum; *ex habitu videlicet justitiæ quasi connaturaliter operans*. *Itaque* proprius Y actus justitiæ nihil aliud est, quàm reddere vnicuique quod suum est. *Et licèt hic videatur solius esse judicis vel Principis actus*: *nihilominus Princeps, vel* Iudex Z reddit quod suum est per modum imperantis & dirigentis: quia Iudex est justum animatum, & Princeps est custos justi, vt dicitur *in* 5. *Ethic.* sed subditi reddunt quod suum est vnicuique per modum executionis. *Et alibi*: Iustitia A in Principe quidem est sicut virtus architectonica, quasi imperans & præcipiens quod justum est: in subditis autem est tanquam virtus executiua & ministrans.

Iustitiæ proprium, esse ad alterum.

R 2. 2. 58. 1. arg. 1. In 4. d. 33. 3. 1. ad 3. Ver. 1. 5. ad 12.

Vnde dicatur. S 2. 2. 57. 1. c. & 58. 2. c.

In quo differat ab alijs virtutibus.

Iustitiæ objectum, ius.

T 2. 2. 58. 1. c. Virt. 5. 1. c.

Optima iustitiæ diffinitio.

Iustus vnde dicatur.

Quonam ad actum virtutis requisita.

Completa iustitiæ diffinitio.

V 2. d. 28. 1. 1. ad 4. In 3. d. 40. 1. 3. c. & 1. 3. 110. 12. c.

Duplex iustitia, ciuilis, & infusa.

Quisnam verè iustus.

X 1. d. 39. 2. 2. ad 4. f.

Y 2. 2. 58. 11. f. c.

Proprius actus iustitiæ quis.

Z *Ibid.* 4. 1. ad 5.

A 2. 2. 60. 1. ad 4 & 58. 6. f. c.

e *Virtus inquam justitia est*. *Nam* virtus B humana est, quæ bonum reddit actum humanum, & ipsum hominem bonum facit: quod quidem conuenit justitiæ. Actus enim hominis bonus redditur ex hoc, quòd attingit regulam rationis, secundùm quam humani actus rectificantur. Vnde cum justitia operationes humanas rectificet, manifestum est, quòd opus hominis bonum reddit. Et (vt *Tullius* dicit in 1. de Offic.) ex justitia præcipuè viri boni nominantur: vnde, sicut ibidem dicit, in ea virtutis splendor est maximus. *Et quidem in voluntate subjectatur*. Iustitia *enim* non ordinatur C ad dirigendum aliquem actum cognoscitiuum: non enim dicimur justi ex hoc, quòd rectè aliquid cognoscimus; & ideò subjectum justitiæ non est intellectus vel ratio, quæ est potentia cognoscitiua. Sed quia justi in hoc dicimur, quòd aliquid rectè agimus; proximum autem principium actus est vis appetitiua: necesse est, quod justitia sit in aliqua vi appetitiua, sicut in subjecto. Non quidem in appetitu sensitiuo, qui consequitur apprehensionem sensus: quia apprehensio sensitiua non se extendit ad hoc, quòd considerare possit proportionem vnius ad alterum, sed hoc est proprium rationis. Vnde justitia non potest esse sicut in subjecto, nisi solùm in voluntate. Et ideò Philosophus diffinit justitiam per actum voluntatis: *vt visum est*. *Docemur nihilominus, quòd* justitia D quantùm ad legem regulantem est in ratione, vel intellectu: sed quantùm ad imperium, quo opera regulantur secundùm legem, est in voluntate. *Dicitur autem justitia virtus generalis*: *siquidem* justitia E ordinat hominem in comparatione ad alium: quod quidem potest esse dupliciter. *Vno modo* ad alium singulariter consideratum: *alio modo* ad alium in communi, secundùm scilicet quod ille, qui seruit alicui communitati, seruit omnibus hominibus, qui sub communitate illa continentur. Ad vtrumque ergo se potest habere justitia secundùm propriam rationem. Manifestum est autem, quòd omnes, qui sub communitate aliqua continentur, comparantur ad communitatem, sicut partes ad totum. Pars autem id quod est, totius est; vnde & quodlibet bonum partis est ordinabile in bonum totius. Secundùm hoc ergo bonum cujuslibet virtutis siue ordinantis aliquem hominem ad seipsum, siue ordinantis ipsum ad aliquas alias personas singulares, est referibile ad bonum commune, ad quod ordinatur justitia.

Iustitia verè virtus. B 2. 2. 58. 3. c. & 1. 2. 61. 2.

Cuius subiectum volūtas. C 2. 2. 58. 4. c. & a 12. c. & 1. 2. 61. 2. c. & 66. 4. c. In 3. d. 33. 2. 4. q. 3. c. Virt. 1. 5. f. c. & q. 5. 1. f. c.

D 1. p. 21. 2. ad 1. In 3. loco cit.

Virtus generalis, & quo sensu. E 2. 2. 58. 5. c. & 1. 2. 55. 4. ad 4. & 61. 5. c. & a. 5 ad 4. In 3. d. 33. 1. 4. q. 1. c. Matth. 5. lit. b ibi, iustitiam.

Et

Digitized by Google

Et secundùm hoc actus omnium virtutum possunt ad justitiam pertinere, secundùm quod ordinat hominem ad bonum commune: & quantùm ad hoc, justitia dicitur virtus generalis. Et quia ad legem pertinet ordinare in bonum commune, inde est, quòd talis justitia prædicto modo generalis, dicitur justitia legalis: quia scilicet per eam homo concordat legi ordinanti actus omnium virtutum in bonum commune. *Est nihilominus justitia, specialis virtus secundùm essentiam suam.* Sicut enim F charitas potest dici virtus generalis, in quantùm ordinat actus omnium virtutum ad bonum diuinum: ita etiam justitia legalis, in quantùm ordinat actus omnium virtutum ad bonum commune. Sicut ergo charitas, quæ respicit bonum diuinum, vt proprium objectum, est quædam specialis virtus secundùm suam essentiam: ita etiam justitia legalis est specialis virtus secundùm suam essentiam, secundùm quod respicit commune bonum, vt proprium objectum. Potest tamen quælibet virtus, secundùm quod à prædicta virtute (speciali quidem in essentia, generali autem secundùm virtutem) ordinatur ad bonum commune, dici justitia legalis. Et hoc modo loquendi, justitia legalis est idem in essentia cum omni virtute, differt autem ratione. *Ex quo virtus omnis, justitiæ nomine gaudet, quòd ad justitiam potest in præfato sensu pertinere.* *Cæterùm* justitia G quæ intendit bonum commune, est alia virtus à justitia, quæ ordinatur ad bonum priuatum alicujus; vnde & jus commune distinguitur à jure priuato: *de quo infrà. Porrò inter virtutes morales, etiam Cardinales, justitia primatum tenet.* *Nam* virtus aliqua H simpliciter dicitur major, secundùm quod in ea majus bonum rationis relucet: & secundùm hoc justitia inter omnes virtutes morales præcellit, tanquam propinquior rationi. Quod patet & ex subjecto, & ex objecto. Ex subjecto quidem, quia est in voluntate sicut in subjecto: voluntas autem est appetitus rationalis. Secundùm autem objectum, vel materiam: quia est circa operationes, quibus homo ordinatur non solùm in se ipso, sed etiam ad alterum. Vnde justitia est præclarissima virtutum, vt dicitur *in 5. Ethic.* Inter alias autem virtutes morales, quæ sunt circa passiones, tantò in vnaquaque magis relucet rationis bonum, quantò circa majora motus appetitiuus subditur rationi. Maximum autem in his, quæ ad hominem pertinent, est vita, à qua omnia alia dependent: & ideò fortitudo, quæ appetitiuum motum subdit rationi in his, quæ ad mortem & vitam pertinent, primum locum tenet inter virtutes morales, quæ sunt circa passiones: tamen ordinatur infra justitiam. Vnde Philosophus dicit *in 1. Rhet.* quòd necesse est maximas esse virtutes, quæ sunt alijs honoratissimæ: siquidem est virtus potentia benefactiua. Propter hoc fortes & justos maximè honorant: hæc quidem in bello, scilicet fortitudo: hæc autem, scilicet justitia, & in bello & in pace vtilis est. *Ex quo* inter virtutes I cardinales est potior prudentia (*quæ* conuenit L cum moralibus virtutibus quantùm ad sui materiam, & propter hoc connumeratur eis: licèt quantùm ad suam essentiam, vel subjectum, sit intellectualis:) secunda justitia, tertia fortitudo, quarta temperantia, & post has cæteræ virtutes. *Respectu quarum omnium, sola justitia, virtus potest diuina nuncupari.* *Nam* inter virtutes M morales sola justitia potest Deo magis propriè attribui: aliæ enim morales virtutes sunt circa passiones, quæ in Deo locum non habent, sicut temperantia circa concupiscentias, fortitudo circa timores & audacias &c. Sed justitia est circa actiones, putà circa distributiones, vel retributiones, quæ Deo competere possunt.

Qua & legalis dicitur.

Specialis nihilominus virtus est secundùm suam essentiam.

F 2.2.58.6.c. & 1.2.60.3. ad 3 & a.7.c. Ver.28.1.c.

Iustitia, quæ intendit bonum commune, est alia virtus à justitia, quæ ordinatur ad bonum priuatum alicujus.

G 2.2.60.3. ad 3. & 2.2.102.1. ad 3 In 3. d. 33.3.4. q.1.c.

H 1.2.65.4.c. & a.1.c. & 2.2.58.12.c. & 123.12.c & 141.8.c In 4. d. 33.3.3.c. Vir.5.3 c.

Princeps inter virtutes morales, etiam cardinales. Præclarissima virtutum.

I 2.2.123.12. & c.

O do cardinalium virtutũ.

L 2.2.47.5.1.ad 3. & 9.1.6. ad 6. & a.12 ad 14. & 1.2.58 2. ad 1. & 61. a.c. & a 2. 18.1 ad 3 & alibi.

Iustitia, diuina virtus.

M De diu Nomin. c.8. l.4. initio.

f Verùm tria assignantur genera partium justitiæ: sunt enim partes illius subjectiuæ, integrales, & potentiales. Partes subjectiuæ, siue species ejus, sunt justitia commutatiua, & justitia distributiua. Etenim (*sicut præmissum est*) justitia N particularis ordinatur ad aliquam priuatam personam, quæ comparatur ad communitatem, sicut pars ad totum. Potest autem ad aliquam partem duplex ordo attendi. *Vnus* quidem partis ad partem, cui similis est ordo vnius priuatæ personæ ad aliam: & hunc ordinem dirigit commutatiua justitia, quæ consistit in his, quæ mutuò sunt inter duas personas ad inuicem. *Alius ordo* attenditur totius ad partes; & huic ordini assimilatur ordo ejus, quod est commune, ad singulas personas: quem quidem ordinem dirigit justitia distributiua, quæ distributiua est communium secundùm proportionalitatem. Et ideò duæ sunt justitiæ species, scilicet distributiua, & commutatiua. *An verò vtriusque justitiæ sit eadem materia: docemur, quòd* justitia O est circa quasdam operationes exteriores, scilicet distributionem & commutationem: quæ quidem sunt vsus quorundam exteriorum vel rerum, vel personarum, vel etiam operum. Rerum quidem, sicut cum aliquis vel aufert, vel restituit alteri suam rem. Personarum autem, sicut cum aliquis in ipsam personam hominis injuriam facit, putà percutiendo vel conuiciando, aut etiam, cum irreuerentiam exhibet. Operum autem, sicut cum aliquis justè ab alio exigit, vel alteri reddit aliquod opus. Si ergo accipiamus vt materiam vtriusque justitiæ ea, quorum operationes sunt vsus, eadem est materia distributiuæ & commutatiuæ justitiæ. Nam & res distribui possunt à communi in singulos, & commutari de vno in alium: & etiam est quædam distributio laboriosorum operum, & compensatio. Si autem accipiamus, vt materiam vtriusque justitiæ, actiones ipsas principales, quibus vtimur personis, rebus, & operibus: sic inuenitur vtrobique alia materia. Nam distributiua justitia est directiua distributionum: commutatiua verò justitia est directiua commutationum, quæ potest attendi inter duas personas. (*Reliqua vide ibi. An verò, & quomodo vtraque possit esse justitia in Deo: Vide*, Dei justitia.) *Quod autem redditur per distributiuam justitiam, diuersimodè datur ac per commutatiuam. Nam* in distributiua P justitia datur aliquid alicui priuatæ personæ, in quantùm id, quod est totius, est debitum parti: quod quidem tantò majus est, quantò ipsa pars majorem principalitatem habet in toto. Et ideò in distributiua justitia tantò plus alicui de bonis communibus datur, quantò illa persona majorem principalitatem habet in communitate. Quæ quidem principalitas in aristocratica communitate attenditur secundùm virtutem, in oligarchica secundùm diuitias, in democratica secundùm libertatem, & in alijs aliter. Et ideò in justitia distributiua non accipitur medium secundùm æqualitatem rei ad rem, sed secundùm proportionem rerum ad personas: vt scilicet sicut vna persona excedit aliam, ita etiam res, quæ datur vni personæ, excedat rem, quæ datur alij. (*Notent Rectores.*) Et ideò dicit Philosophus *in 5. Ethic.* quod tale medium est secundùm geometricam proportionalitatem, in qua attenditur æquale, non secundùm quantitatem, sed secundùm proportionem. Sed in commutationibus redditur aliquid alicui singulari personæ propter rem ejus, quæ accepta est, vt maximè patet in emptione & venditione, in quibus primo inuenitur ratio commutationis. Et ideò oportet adæquare rem rei, vt quantò iste plus habet, quàm suum sit, de eo quod est alterius, tantumdem restituat ei, cujus est: (*aduertant venditores:*) & sic fit æqualitas secundùm arithmeticam medietatem, quæ attenditur secundùm parem quantitatis excessum. *Verumtamen*, sicut Q in largitionibus priuatarum perso-

Partes subjectiuæ justitiæ, commutatiua justitia, & distributiua.

N 2.2.61.1.c. & 1.p.21.1.c. In 3.d.33.1.3. q.2. & q.1.a.4. In 4.d.46.1.1. q.1.c.

Quid commutatiua.

Quid distributiua.

An eadem vtriusque materia.

O 2.2.61.3.c.

P 2.2.61.2.c. & a 4.f.c. In 3.d.33.1.3.9. 2.c. Virt 1.13. ad 7.

Differentia reddendi in justitia distributiua, & in commutatiua.

Q 2.2.61.1. ad 1.

Digitized by Google

personarum commendatur moderatio, effusio verò culpatur: ita etiam in distributione communium bonorum est moderatio seruanda, in quo dirigit justitia distributiua: *alioquin à ratione virtutis decideret. Non est autem distributiua hæc justitia, generalis siue legalis.* Nam ad justitiam R legalem pertinet ordinare ea, quæ sunt priuatarum personarum, in bonum commune: sed ordinare è contrario bonum commune ad personas particulares per distributionem, est justitiæ particularis.

Distributiua Iustitia non est generalis siue legalis. R *Ibid. ad 4.*

g *Partes verò integrales justitiæ sunt declinare à malo, & facere bonum. Sanè*, si loquamur S de bono & malo in communi, facere bonum & vitare malum pertinet ad omnem virtutem: & secundùm hoc non possunt poni partes justitiæ, nisi fortè justitia accipiatur, prout est omnis virtus. Quamuis etiam justitia hoc modo accepta respiciat quandam rationem boni specialem, prout scilicet est debitum in ordine ad legem diuinam, vel humanam: sed justitia, secundùm quod est specialis virtus, respicit bonum sub ratione debiti ad proximum. Et secundùm hoc, ad justitiam specialem pertinet *facere bonum* sub ratione debiti in comparatione ad proximum, *& vitare malum* oppositum, scilicet quod est nociuum proximo. Ad justitiam verò generalem pertinet *facere bonum* debitum in ordine ad communitatem, vel ad Deum, vel *vitare malum* oppositum. Dicuntur autem hæc duo, partes justitiæ generalis vel specialis quasi integrales: quia vtrumque eorum requiritur ad perfectum actum justitiæ. Ad justitiam enim pertinet æqualitatem constituere in his, quæ sunt ad alterum. Ejusdem autem est, constituere aliquid, & constitutum conseruare in his, quæ sunt ad alterum. Constituit autem quis æqualitatem justitiæ *faciendo bonum*, idest reddendo alteri quod ei debetur: conseruat autem æqualitatem justitiæ jam constitutæ *declinando à malo*, idest nullum nocumentum proximo inferendo. *Hinc Psal.* 33. Diuerte à malo, & fac bonum, *scilicet* secundùm diuersas T partes justitiæ, quæ sunt scilicet, diuertere à malo, & facere bonum; *vnde & subjicit Psaltes:* Oculi Domini super justos, *qui videlicet ita operantur. Et iterum Psal.* 36. Declina à malo, & fac bonum: & inhabita in seculum seculi &c. *Vbi Author:* Hæc V duo *inquit* frequenter introducuntur in Sacra Scriptura. Sed quandoque præmittitur bonum, sicut Psalm. 44. *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem:* quandoque præmittitur vitatio mali, sicut Is. 7. *Vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Et ratio est: quia duplex est ordo: Vnus scilicet intentionis: & secundùm hunc ordinem semper priùs debet præmitti bonum, quàm vitatio mali: quia ad hoc vitat malum, vt faciat bonum. Alius est ordo executionis: & secundùm hunc ordinem priùs præcipitur, vt vitet malum: quia omnes nascimur filij iræ, & non possumus fieri justi, nisi expellamus malum. *Et inhabita in seculum seculi.* Hic ponitur fructus justitiæ. *Q. d.* Si declinaueris à malo, & feceris bonum, *inhabitabis*: sed non dicit explicitè vbi, sed quantùm, quia *in seculum seculi.* Et est sensus: *inhabita*, quasi intus habita; idest, intra possessionem spiritualium bonorum habitabis, *in seculum seculi*, idest in perpetuum. *Quia Dominus amat judicium;* quasi sit ratio ejus, quod dixit, *Declina à malo &c.* vt scilicet sis imitator Dei: *Quia Dominus amat judicium;* & hoc est, *declinare à malo, & facere bonum.*

Partes integrales justitiæ, declinare à malo, & facere bonum. S 2. 2. 79. 1. c.

T *Ps. 33. lit. n.*

V *Ps. 36. lit. e.*

h *Plures tandem assignantur partes potentiales justitiæ, hoc est virtutes plures, justitiæ virtuti adnexæ, ceu quæ principalis siue cardinalis est virtus. Quocirca sciendum, quòd* in virtutibus X quæ adjunguntur alicui principali virtuti, duo sunt consideranda. *Primò* quidem, quòd virtutes illæ in aliquo cum principali virtute conueniant. *Secundò* quòd in aliquo deficiant à perfecta ratione ipsius. Quia verò justitia ad alterum est, omnes virtutes quæ ad alterum sunt, possunt ratione conuenienti justitiæ adnecti. Ratio verò justitiæ consistit in hoc, quòd alteri reddat quod ei debetur, secundùm æqualitatem. Dupliciter ergo aliqua virtus ad alterum existens, à ratione justitiæ deficit. *Vno* quidem *modo*, in quantùm deficit à ratione æqualis. *Alio modo*, in quantùm deficit à ratione debiti. Sunt enim quædam virtutes, quæ debitum quidem alteri reddunt, sed non possunt reddere æquale. Et *Primò* quidem quicquid ab homine Deo redditur, debitum est: non tamen potest esse æquale, vt scilicet tantum homo ei reddat, quantum debet, secundùm illud Psalm. 115. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Et secundùm hoc adjungitur justitiæ *Religio:* quæ, vt dicit *Tullius*, superioris cujusdam naturæ, quam diuinam vocant, curam cæremoniamque vel cultum affert. *Secundò* parentibus non potest secundùm æqualitatem recompensari quod eis debetur, vt patet per Philosophum *in* 8. *Ethic.* Et sic adjungitur justitiæ *Pietas*, per quam, vt *Tullius* dicit, sanguine junctis, Patriæque beneuolis officium & diligens tribuitur cultus. *Tertiò* non potest secundùm æquale præmium recompensari ab homine virtus, vt patet per Philosophum *in* 4. *Ethic.* Et sic adjungitur justitiæ *Obseruantia*, per quam, vt *Tullius* dicit, homines aliqua dignitate antecedentes quodam cultu & honore dignantur. A' ratione verò debiti justitiæ, defectus potest attendi, secundùm quod est duplex debitum, scilicet morale, & legale. Vnde & Philosophus *in* 8. *Ethicor.* secundùm hoc, duplex justum assignat. Debitum quidem legale est, ad quod reddendum aliquis lege adstringitur: & tale debitum propriè attendit justitia, quæ est principalis virtus. Debitum autem morale est, quod aliquis debet ex honestate virtutis. Et quia debitum necessitatem importat, ideò tale debitum habet duplicem gradum. Quoddam enim est sic necessarium, vt sine eo honestas morum conseruari non possit: & hoc habet plus de ratione debiti. Et potest hoc debitum attendi ex parte ipsius debentis: & sic ad hoc debitum pertinet, quòd homo talem se exhibeat alteri in verbis & factis, qualis est: & ita adjungitur justitiæ *Veritas*, per quam, vt *Tullius* dicit, immutata sunt ea, quæ aut fuerunt, aut futura sunt. Potest etiam attendi ex parte ejus, cui debetur, prout scilicet aliquis recompensat alicui secundùm ea, quæ fecit. Quandoque quidem in bonis: & sic adjungitur justitiæ *Gratia*, in qua, vt *Tullius* dicit, amicitiarum & officiorum alterius memoria, remunerandi voluntas continetur alterius. Quandoque autem in malis: & sic adjungitur justitiæ *Vindicatio*, per quam, vt *Tullius* dicit, vis aut injuria, & omnino quicquid obscurum est, defendendo aut vlciscendo propulsatur. Aliud verò debitum est necessarium, sicut conferens ad majorem honestatem, sine quo tamen honestas conseruari potest. Quod quidem debitum attendit *Liberalitas*, & *Affabilitas*, siue *Amicitia*, aut alia hujusmodi, quæ *Tullius* prætermittit in prædicta enumeratione, quia parum habent de ratione debiti. *Ex præfatis autem omnibus deducitur, justitiæ virtuti vitium injustitiæ opponi. Pro quo tamen aduerte, quòd* injustitia Y est duplex. *Vna* quidem *illegalis*, quæ opponitur legali justitiæ: & hæc quidem secundùm essentiam est speciale vitium, in quantùm respicit speciale objectum, scilicet bonum commune, quod contemnit: sed quantùm ad intentionem, est vitium generale, quia per contemptum boni communis potest homo ad omnia peccata deduci. Sicut etiam omnia vitia, in quantùm repugnant bono communi, injustitiæ habent rationem, quasi ab injustitia deriuata (*juxta illud* 1. *Ioan.* 3. Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit:

Partes potentiales justitiæ, siue virtutes justitiæ adnexæ. X 2. 2. 80. 1. c. & 58. 11. ad 1. & 118. 1. c. & 1. 2. 60. 3. & 3. d. 33. 3. 4.

Religio. *Tul. l.* 2. *de Inu.*

Pietas.

Obseruantia.

Quid legale debitum, quid morale.

Veritas.

Gratia.

Vindicatio.

Liberalitas, & Affabilitas.

Vitium ei oppositum, injustitia. Injustitia duplex. Y 2. 2. 59. 1. c. & 1. 2. 113. 1. ad 1.

Digitized by Google

facit: & peccatum est iniquitas. *Quo sensu dicebat & Psaltes Psal.31.* Delictum meum cognitum tibi feci, & injustitiam meam non abscondi; *& Psal.* 118. Non dominetur mei omnis injustitia;) sicut & de justitia dictum est. *Alio modo* dicitur injustitia secundùm inæqualitatem quandam ad alterum, prout scilicet homo vult habere plus de bonis, putà diuitijs & honoribus: & minus de malis, putà laboribus & damnis. Et sic injustitia habet materiam specialem: & est particulare vitium justitiæ particulari oppositum. *Verùm* facere Z injustum ex intentione & electione, est proprium injusti, secundùm quod injustus dicitur qui habet injustitiæ habitum: sed facere injustum præter intentionem, vel ex passione, potest aliquis absque habitu injustitiæ. *Facere autem injustum, ex electione præsertim, de sui ratione mortale peccatum est: nam* peccatum A mortale est, quod contrariatur charitati, per quam est animæ vita. Omne autem nocumentum, alteri illatum, ex se charitati repugnat, quæ mouet ad volendum bònum alterius. Et ideò, cum injustitia semper consistat in nocumento alterius, manifestum est, quòd facere injustum ex genere suo est peccatum mortale.

Z 2. 2. l. c. a. 2. fi. c.

Facere iniustum, inducit ex sua natura mortalem culpam.

A Ibid. a. 4. c. & 9. 70. 4. c.

i *Quòd si justitiæ virtus, vt superiùs præmisimus, virtus diuina est, debet justitiæ administrator Dei justitiam imitari. Deus autem in omnibus operibus suis justitiæ misericordiam immiscet, Psalm.24.* Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas: *igitur,* quia B justitia sine misericordia crudelitas est, misericordia sine justitia mater est dissolutionis: ideò oportet, quod vtrunque conjungatur, secundùm illud Prou.3. *Misericordia & veritas te non deserant.* Zelus C justitiæ, qui est quasi ignis, ardere debet in oleo misericordiæ. Ignis absque oleo lampadem destruit: sic zelus justitiæ, si desit oleum misericordiæ, homini nocet. Saluator destructionem Ierusalem, quam ex justitia facturus erat, priùs fleuit. *At verò justitia Dei corrumpi non potest, vti corrumpitur de facili humana. Vnde autem hæc corrumpatur, docemur ex illo Iob* 8. Nunquid Deus supplantat judicium, aut Omnipotens subuertit quod justum est? *Vbi Author:* Notandum *inquit* quod D justitia dupliciter corrumpitur: scilicet per astutiam alicujus sapientis, & per violentiam alicujus potentis. *Et ad illud ejusdem Iob c.34.* Neque vltra in hominis potestate est, vt veniat ad Deum in judicium &c. *hæc subijcit:* Duo sunt E propter quæ homines maximè solent à justitia declinare. Quorum primum est, quia deferunt magnatibus: (adde & munera exhibentibus, *Exod.23. Deut.16. & Eccli.20.* Xenia & dona excæcant oculos judicum:) Secundum est, quia deferunt multitudini contra justitiam: (*discant Iudices & Rectores*) *cum tamen dicatur Eccli.7.* Noli quærere fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua. *En justitiæ corruptio. Et Exod.23.* Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in judicio, plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero devies: *vti deuiauit Pilatus, vbi contra Saluatorem* adjudicauit fieri petitionem Iudæorum *turmatim succlamantium:* Crucifige, crucifige eum, *vt dicitur Luc.23. Vlteriùs* tripliciter F corrumpitur justitia sub specie veritatis. Sepe enim sub specie seueritatis (quæ est species justitiæ quoad malorum punitionem) crudelitas latet (*nota*) & remissa segnities mansuetudo creditur: & sic dupliciter corrumpitur justitia. Tertio modo corrumpitur per simulationem, quæ omnia facit, vt ab hominibus videatur, & laudetur. *Vnde Matth.* 6. Attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. *Et hoc dolebat Isaias cap.59.* Conuersum est retrorsum judicium, & justitia longè stetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi, *quasi violentiâ præpedita, aut multitudine oppressa. Cui respondet Ieremias cap.5.* Circuite vias Ierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis ejus, an inueniatis virum facientem judicium. *Idcircò euigilent Rectores omnes ad horrisonas minas Domini Sap.6.* Præbete aures vos, qui continetis multitudines &c. quoniam, cum essetis ministri regni illius, non rectè judicastis, nec custodistis legem justitiæ, neque secundùm voluntatem Dei ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam judicium durissimum his, qui præsunt, fiet: *propter admissa nimirùm injustitiæ peccata. Ex opposito, Sacrificium Deo acceptabile, & gratissimum, justitia est, Psalm.50.* Tunc acceptabis sacrificium justitiæ: *quin magis, quàm sacrificium quodcunque, hæc Deo placet, Prou.16.* Iustitia accepta est apud Deum magis, quàm immolare hostias. *DISCE, non qualitercunque, sed ex habitu justitiæ justa operari. Vide* Decalogus, Dei justitia, Iudex, Lex, Restitutio, Satisfactio.

Iustitia misericordia immiscenda.

B Matth. 5. lit. b. ibi, misericordes.

C Op. de m. Pr. l. 7. c. 5.

Vnde iustitia corrumpitur humana.

D Iob 8. l. 1. ibi.

E Iob 34. l. in initio.

F Apoc. 3. com. 2. §. 3. ibi, scio.

Iustitia & iudicium iam exulant.

IVSTITIA ORIGINALIS. Vide ADAM.

IVSTIFICATIO.

XXIII. Deus non sine nobis nos justificat: quia per motum liberi arbitrij, dum justificamur, Dei justitiæ consentimus. 1. 2. 111. 2. *ad* 2.

1 S*icut* Num. præced. *prætactum est, & habetur ex Philosopho in 5. Ethic.* Iustitia G tribus modis dicitur. *Vno* enim *modo* est specialis virtus, æqualitatem constituens in commutationibus & distributionibus communicabilium bonorum, quæ sunt necessaria in vita. *Alio modo* est nomen generale ad omnes virtutes, secundùm quod actus earum ad bonum commune ordinat secundùm directionem legis. *Tertio modo* importat quendam statum rectitudinis in homine quantùm ad partes ipsius, prout scilicet aliqua pars animæ suo superiori subditur, siue alij parti, siue ipsi Deo. Et hanc justitiam nominat Philosophus *metaphoricam*, eo quòd diuersæ partes hominis computantur quasi diuersæ personæ. Et huic H justitiæ omne peccatum opponitur, cum per quodlibet peccatum aliquid de prædicto ordine corrumpatur. Et ideò ab hac justitia justificatio nominatur, siue sicut motus à termino, siue sicut effectus formalis à forma. *Ex eo autem justificatio à fide nomen non sumit, vel à charitate: quia* fides I & charitas dicunt ordinem specialem mentis humanæ ad Deum secundùm intellectum vel affectum: sed justitia importat generaliter totam rectitudinem ordinis; & ideò magis denominatur hujusmodi transmutatio à justitia, quàm à charitate, vel fide. *Verùm* hæc L justitia in homine potest fieri dupliciter. *Vno* quidem *modo* per motum simplicis generationis, qui est ex priuatione ad formam. Et hoc modo justificatio posset competere etiam ei, qui non esset in peccato, dum hujusmodi justitiam à Deo acciperet: sicut Adam dicitur accepisse justitiam originalem. *Alio modo* potest fieri hujusmodi justitia in homine secundùm rationem motus, qui est de contrario in contrarium. Et secundùm hoc justificatio importat transmutationem quandam de statu injustitiæ ad statum justitiæ prædictæ. Et hoc modo loquimur hic de justificatione impij, *secundùm illud Apostoli ad Rom.4.* Ei, qui non operatur, credenti autem in eum, qui justificat impium &c. *Vnde & docemur, quòd* ad gratiam M operantem per se pertinet facere justum: sed quòd justum faciat ex impio, hoc accidit ei ex parte subjecti, in quo peccatum inuenitur. *Id quod manifestè patet in Christo Domino.* Fit *enim* aliquid N non solùm ex contrario, sed etiam

Iustitia triplex.

G 4. d. 17. 1. 1. q. 1. c. In 3. d. 28. 1. 6. ad 4. & d. 33. 1. 1. q. 3. ad 3. Ver. 28. 1. c. & 1. 2. 100. 2. ad 2. & 113. 1. c. & 2. 2. 58. 2. c. & 106. 3. ad 1.

Iustitia metaphorica quid.

H Ver. 28. 1. fi. c. & ad 2. In 4. d. 17. l. c. ad 5. & locis cit.

Iustificatio ab hac iustitia dicitur, quam Deus facit.

I 1. 2. 113. 1. ad 1. Ver. l. c. ad 3. In 4. d. 1. 2. 6. q. 1. ad 1.

Cur non à fide, vel charitate.

L 1. 2. 113. 1. c.

Iustificatio dupliciter sumitur.

M 3. p. 7. 9. ad 2. In 4. d. 17. 1. 1. q 5. c.

N 3. p. 34. 1. ad 2.

Digitized by Google

Differentia inter Christi sanctificationem, & nostram.

ex negatiuè vel priuatiuè opposito: sicut album fit ex nigro, & etiam ex non albo. Nos autem ex peccatoribus sancti efficimur: & ita sanctificatio nostra est ex peccato. Sed Christus quidem secundùm hominem factus est sanctus, quia hanc gratiæ sanctitatem non semper habuit: non tamen factus est sanctus ex peccatore, quia peccatum nunquam habuit: sed factus est sanctus ex non sancto secundùm hominem; non quidem priuatiuè, vt scilicet aliquando fuerit homo, & non fuerit sanctus: sed negatiuè, quia scilicet quando non fuit homo, non habuit sanctitatem humanam. Et ideò simul factus fuit homo, & sanctus homo. *Ex quo justificatio sumitur hic non pro quacunque justificatione, sed idem est, ac animæ sanctificatio.* Nam (*vt prætactum est*) justitia O est duplex, quædam acquisita, quædam infusa. Iustitia acquisita ex operibus causatur: & per hunc modum lex ciuilis homines justos facit, in quantùm per exercitium operum habitum justitiæ in obseruatoribus causat. Et per hunc modum etiam lex Mosaica justificare poterat, justitiam acquisitam causando. Sed de hac justitia nihil ad præsens. Iustitia autem infusa à solo Deo effectiuè est: vnde lex per opera eam inducere non poterat. Sed per legem nouam talis inducitur justitia, quia per Sacramenta ejus gratia confertur, quæ justificat formaliter. Sacramenta verò veteris legis gratiam non conferebant (*excepta Circumcisione, de qua V.* Baptismus:) & ideò lex vetus nullo modo justificabat, quasi justitiam causans, sed quasi justitiam docens: quia in obseruatione mandatorum forma justitiæ consistit.

Iustitia, & Iustificatio duplex.

O 3. d 40. t. 3. c. & 1. 2. 98. 1. & 9. 103. 11. & 103. 2. Rom. 2. l 3. ibi, iustificabuntur.

Quatuor ad iustificationē impii requisita.

P 1. 2. 113. 6. o. & 3. p. 88. a. c. In 4 d. 17. 2. 4. 9. 3. & 4. eius. G. c. 72. Ver. 28. 4. c. Eph 5. l. 5 fi.

m *Cæterùm* quatuor P enumerantur, quæ requiruntur ad justificationem impij: scilicet gratiæ infusio, motus liberi arbitrij in Deum per fidem, & motus liberi arbitrij in peccatum, & remissio culpæ. Cujus ratio est: quia justificatio est quidam motus, quo anima mouetur à Deo à statu culpæ in statum justitiæ. In quolibet autem motu, quo aliquid ab altero mouetur, tria requiruntur. *Primò* quidem motio ipsius mouentis. *Secundò* motus mobilis. *Tertiò* consummatio motus, siue peruentio ad finem. Ex parte igitur motionis diuinæ accipitur gratiæ infusio: ex parte verò liberi arbitrij moti accipiuntur duo motus ipsius secundùm recessum à termino à quo (*scilicet in peccatum*) & secundùm accessum ad terminum ad quem (*scilicet in Deum per fidem.*) Consummatio autem, siue peruentio ad terminum hujus motus, importatur per remissionem culpæ: in hoc enim justificatio consummatur. *Vnde & ex Glossa* Rom. 8. *dicitur*, quòd justificatio est remissio peccatorum, & consummatio bonorum operum. *Etenim* ad justitiam Q motus, justificatio dicitur. In quolibet autem motu est recessus à termino: & hoc in prædicta assignatione tangitur in hoc quod dicitur: *remissio peccatorum*; & accessus ad terminum, qui tangitur in hoc quod dicitur: *& consummatio bonorum operum. Adumbratur ex his justificatio impij* Ioann. 4. *Vbi ad Regulum illum, qui pro salute filij deprecabatur, Christus dixisse refertur:* Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus: & ibat. *Quo loci Author:* Præcipit *inquit* vt R vadat; vnde dicit: *Vade;* idest, dispone te præparando ad gratiam per motum liberi arbitrij in Deum, Is. 45. *Conuertimini ad me, & salui eritis:* & per motum liberi arbitrij in peccatum. Nam in justificatione impij quatuor exiguntur, specialiter in adultis, scilicet infusio gratiæ, & remissio culpæ, motus liberi arbitrij in Deum, qui est fides, (*sed quia* motus fidei S non est perfectus, nisi sit charitate informatus, simul in justificatione impij cum motu fidei est etiam motus charitatis,) & in peccatum, qui est contritio, Psal. 31. *Dixi, confitebor aduersùm me injustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei:* dilectio enim Dei T non potest esse sine detestatione ejus, quod à Deo separat: & ideò præter motum dilectionis in Deum requiritur in justificatione peccati detestatio. Vnde & Magdalena de qua dictum est, *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multùm*, lacrymas emiserat pro peccatis. (*Quoad motum verò in Deum, illud notandum, quòd* quia V meritum Christi pro humano genere patientis, ad expiationem omnium peccatorum operatur: necesse est, ad hoc quòd homo de peccato liberetur, quòd non solùm mente Deo adhæreat, sed etiam mediatori Dei & hominum IESV Christo, in quo datur remissio peccatorum, *secundùm illud Rom.* 3. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi; *& 1. Ioann.* 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris.) *Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus:* in quo signatur, quòd ex fide justificari oportet, *ad Rom.* 5. Iustificati ex fide &c. *Et cap.* 4. Ei, qui non operatur, credenti autem in eum, qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam. *Et ibat*, proficiendo scilicet in fide: *quod fit per charitatem, nam* fides per charitatem operatur, *vt dicitur ad Galat.* 5. *Idipsum & Ioann.* 5. *tangitur in languidi illius sanatione, cui Dominus præcepit:* Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. *Vbi docemur, quòd* hæc X tria in justificatione Dominus præcipit. Primò quòd surgat, recedendo à peccato, Ephes. 5. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis &c.* Secundò præcipitur: *tolle grabatum*, satisfaciendo de commissis: per grabatum enim, in quo homo requiescit, significatur peccatum. Tollit ergo homo grabatum suum, quando fert onus pœnitentiæ sibi pro peccato impositum, Mich. 7. *Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei.* Tertiò præcipitur, vt ambulet proficiendo in bonum, *Psalm.* 83. Ibunt de virtute in virtutem. *Quæcunque autem in justificatione impij concurrunt, mysticè significantur* Apoc. 3. *cum dicitur ex ore Domini:* Ecce sto ad ostium, & pulso: Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. *Quibus in verbis*, quinque Y circa justificationem considerantur. Dicit igitur: *Ecce.* Q. d. Debes pœnitentiam agere, quia *ecce* Ego qui sum Deus, *sto* per expectationem paratus recipere, *ad ostium*, scilicet voluntatis, per quam Christus intrat in animam per gratiam, & *pulso* per excitationem, scilicet terrendo per considerationem pœnæ, vel immittendo dolorem de peccatis, vel desiderium gloriæ, vel vocando per prædicatores, Cant. 5. *Vox dilecti mei pulsantis:* Aperi mihi &c. *Si quis*, notatur raritas, *audierit* intelligendo, *vocem meam*, scilicet inspirationis internæ, vel prædicationis, vel Scripturæ: *& aperuerit mihi januam*, cordis scilicet pœnitendo: *intrabo ad illum* per gratiæ infusionem. Vel, *si quis audierit* per obedientiam, vt conuertatur: *& aperuerit mihi januam*, tollendo tumultus cogitationum, & vincendo tentationes, quæ occurrunt: *intrabo ad illum, Ioann.* 14. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus: *& cœnabo cum illo*, ejus fide & operibus delectabor: Dominus enim conuiuatur cum justo, quando delectatur in ejus meritis: *& ipse mecum*; quia consolatione interna pascam eum, *Sap.* 8. Proposui hanc (*Sapientiam*) adducere mihi ad conuiuendum, sciens, quoniam mecum communicabit de bonis. *Et hoc est, quod ait* Augustinus *in Ioann.* 14. Qui creauit te sine te, non justificabit te sine te. *Vnde & Ioann.* 5. *dicebat Dominus ad languidum illum:* Vis sanus fieri? *videlicet*, vt excitet Z desiderium infirmi: *quod mysticè innuit, ad spiritualem sanitatem humanum exigi consensum, munere tamen gratiæ excitantis. Ex quo pariter ajebat initio Author:* Deus A non sine nobis nos justificat: quia per motum liberi arbitrij, dum justificamur, Dei justitiæ consentimus. *Vbi & subdit:* Ille tamen

Gratiæ infusio.

Motus liberi arbitrii in Deum, & in peccatum.

Remissio culpæ.

Q In 4. d. 17. 1. 1. q. 1 fi. c.

R Ioan. 4. l. 7. lit. d. e.

S 1. 2. 113. 4. ad 1.

Dilectio Dei non stat sine detestatione peccati.

T Ver. 28. 5. ad 1.

V 4. cin. G. c. 72. Rom 3. l. 3 ibi, per fidem.

Nedum in Deum, sed & in Christum debet esse motus liberi arbitrii in iustificatione.

X Ioann. 5. l. 1. lit. c.

Ordo iustificationis describitur Apoc. 3.

Y Apoc. 3. cont. 1. & 2. ibi.

Z Ioann. 5 l. 1. lit. c.

A 1. 2. 111. 2. ad 2. Ioann. 14. l. 3. lit. c.

Deus nos sine nobis non iustificat.

Digitized by Google

tamen motus non est causa gratiæ, sed effectus: vnde tota operatio pertinet ad gratiam. *Neque enim possumus primam gratiam mereri, Rom. 11.* Si autem gratia, jam non ex operibus: alioquin gratia jam non est gratia, *vt suo loco visum est. Quæ cuncta de adultis intelligenda sunt, & allata, vt ad gratiam consequendam pœnitendo erudiantur. Iustificatio enim siue* sanctificatio B duplex est. Vna quidem adultorum, qui secundùm proprium actum sanctificantur: alia autem puerorum, qui non sanctificantur secundùm proprium actum fidei, sed secundùm fidem parentum vel Ecclesiæ. Prima autem sanctificatio est perfectior, quàm secunda: sicut actus (*quo pueri carent*) est perfectior, quàm habitus, *qui eis in baptismo infunditur.*

B 3. p. 34. 3. c. & 69. 6. ad 3. & 70. 4. ad 2. & 71. 1. ad 2. Duplex iustificatio, siue sanctificatio; adultorum, & puerorum.

n *Qualiter verò, quoue naturæ ordine ad justificationem requisita se habeant, vide C. Scholasticis enim hoc discutiendum relinquimus. Aliàs quippe justificatio instantaneè fit.* Siquidem extrema D justificationis sunt gratia & priuatio gratiæ, inter quæ non cadit medium circa proprium susceptibile: vnde oportet, quòd transitus de vno in alterum fit in instanti, quamuis causa hujus priuationis successiuè tollatur, vel secundùm quod homo cogitando disponit se ad gratiam, vel saltem secundùm quod tempus præterit, postquam Deus se gratiam daturum præordinauit: & sic gratiæ infusio fit in instanti. Et quia expulsio culpæ est formalis effectus gratiæ infusæ, inde est, quòd tota justificatio impij in instanti est. Nam forma & dispositio ad formam completam, & abjectio alterius formæ, totum est in instanti. *Neque officit, quòd ad gratiam exigatur dispositio: nam* Deus E ad hoc quòd gratiam infundat animæ, non requirit aliquam dispositionem, nisi quam ipse facit. (*Non enim vt ait Apostolus* 2. Cor. 3. sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. *Alioquin principium bene operandi, nostræque justificationis initium à nobis esset, vt impius blasphemabat* Pelagius.) Facit autem hujusmodi dispositionem, sufficientem ad susceptionem gratiæ, quandoque quidem subitò, quandoque autem paulatim, & successiuè. Cum igitur virtus diuina sit infinita, potest quamcunque materiam creatam subitò disponere ad formam, & multò magis liberum arbitrium hominis, cujus motus potest esse instantaneus secundùm naturam. Sic igitur justificatio impij fit in instanti. *Et quamuis dicat Author, quòd* Paulus F ad fidem coactè fuit (*vnde* Augustinus *dicit*: Plùs profecit in fide Paulus, cum coactè conuersus est, quàm multi, qui spontaneè venerunt:) *& aliàs docuerit, quòd* voluntas G immutari non potest per violentiam, sed proprio motu immutatur: *Sciendum nihilominus, quòd* licèt H Paulus, antequam justificatus esset, immediatè gratiam fidei impugnaret: tamen in ipso instanti justificationis suæ consensit per liberum arbitrium diuina gratia commotum. Motum enim gratuitæ voluntatis in instanti potest Deus alicui mittere, sine quo non est justificatio; sed sine præparatione præcedenti justificatio esse potest. *Vnde & statim dixisse narratur*: Domine, quid me vis facere? *Qua de causa ejusdem Pauli conuersio miraculosa fuit. Nec tamen ejusmodi est quælibet impij justificatio. Quocircà notandum, quòd* in operibus I miraculosis tria consueuerunt inueniri. Quorum vnum est ex parte potentiæ agentis; quia sola diuina virtute fieri possunt; & ideò sunt simpliciter mira, quasi habentia causam occultam. Et secundùm hoc tam justificatio impij, quàm creatio Mundi, & vniuersaliter omne opus, quod à solo Deo fieri potest, miraculosum potest dici. *Secundò* in quibusdam miraculosis operibus inuenitur, quòd forma inducta est supra naturalem potentiam talis materiæ: sicut in suscitatione mortui vita est supra naturalem potentiam talis corporis. Et quantùm ad hoc, justificatio impij non est miraculosa: quia naturaliter anima est gratiæ capax: eo enim ipso, quòd facta est ad imaginem Dei, capax est Dei per gratiam; vt *Augustinus* dicit. *Tertio modo* in operibus miraculosis inuenitur aliquid præter solitum & consuetum ordinem causandi effectum: sicut cum aliquis infirmus sanitatem perfectam assequitur subitò præter solitum cursum sanationis, quæ fit à natura vel arte. Et quantum ad hoc, justificatio impij quandoque est miraculosa, quandoque non. Est enim iste communis & consuetus cursus justificationis, vt Deo mouente interiùs animam, homo conuertatur ad Deum. Primò quidem conuersione imperfecta, vt postmodum ad perfectam deueniat: quia *Charitas inchoata meretur augeri, vt aucta mereatur perfici*, sicut *Augustinus* dicit. Quandoque verò tam vehementer Deus animam mouet, vt statim quandam perfectionem justitiæ assequatur, sicut fuit in conuersione Pauli, adhibita etiam exteriùs miraculosa prostratione: & ideò conuersio Pauli, tanquam miraculosa, in Ecclesia commemoratur celebriter. *Vnde & docemur, quòd* in justificatione L Pater dat testimonium ponendo Potentiam, Filius Sapientiam, Spiritus Sanctus Bonitatem.

C 1. 2. q. 113. In 4. d. 17. q. 1. Ver. q. 28. Iustificatio fit in instanti.

D Ver. 28. 9. f. c. & ad 1. & 6. & a. 3. ad 11. & q. 26. 3. ad 12. & 1. 2. 113. 7. In 4. d. 17. 1. 5. q. 3.

Dispositio ad gratiã à Deo.

E 1. 2. 113. 7. c.

F 1. Cor. 15. l. 2. ibi, abortiuo.

Paulus ad fidem coactè conuersus est: gratiæ tamen consensit in instãti suæ iustificationis.

G Ver. 28. 3. ad 20. & q. 22. 6. & 1. p. 82. 1. c. & 1. 2. 6. a. 4. & 5. & 9. 6o. 1.

H Ibid. ad 19.

Eius conuersio miraculosa.

I 1. 2. 113. 10. c. & 3. p. 44. 3. ad 1. & 3. In 4. d. 17. 1. 5. q. 1. Ver. 6. 2. ad 6.

An vniuersaliter iustificatio impij miraculosum sit opus.

Qua de causa celebretur in Ecclesia conuersio Pauli.

L Serm. 2. ex Epist. in Fest. Trin.

o *Ex quibus manifestè deducitur*, quòd principale M & per se agens ad justificationem est Deus, sicut causa efficiens: & passio Christi, sicut meritoria. Huic autem causæ continuatur Sacramentum per fidem Ecclesiæ, quæ & instrumentum refert ad principalem causam, & signum ad signatum. Et ideò efficacia instrumentorum siue Sacramentorum, vel virtus, est ex tribus: scilicet ex institutione diuina, sicut ex principali causa agente: ex passione Christi, sicut ex causa prima meritoria: ex fide Ecclesiæ, sicut ex continuante instrumentum principali agenti. *Et hinc apparet, justificationem impij inter maxima Dei opera computandam fore. Nihilominus distinctione opus est. Nam* opus aliquod N potest dici magnum dupliciter. *Vno modo* ex parte modi agendi: & sic maximum opus est opus creationis, in quo ex nihilo fit aliquid. *Alio modo* potest dici opus magnum propter magnitudinem ejus, quod fit: & secundùm hoc, majus opus est justificatio impij, quæ terminatur ad bonum æternum diuinæ participationis, quàm creatio Cœli & terræ, quæ terminatur ad bonum naturæ mutabilis. Et ideò *Augustinus*, cum dixisset, quòd majus est, quòd ex impio fiat justus, quàm creare Cœlum & terram, subjungit: *Cœlum & terra transibit: prædestinatorum autem salus & justificatio permanebit.* (*Sanè*, si accipiatur O vtrunque in eodem genere: bonum gratiæ vnius majus est, quàm bonum naturæ totius Vniuersi.) Sed sciendum, quòd aliquid magnum dupliciter dicitur. *Vno modo* secundùm quantitatem absolutam: & hoc modo donum gloriæ est majus, quàm donum gratiæ justificantis impium; & secundùm hoc, glorificatio justorum est majus opus, quàm justificatio impij. *Alio modo* dicitur aliquid magnum quantitate proportionis, sicut dicitur mons paruus, & milium magnum; & hoc modo donum gratiæ impium justificantis est majus, quàm donum gloriæ beatificantis justum; quia plùs excedit donum gratiæ dignitatem impij, qui erat dignus pœnâ, quàm donum gloriæ dignitatem justi, qui ex hoc ipso quòd est justificatus, est dignus gloriâ. Et ideò dicit ibidem *Augustinus*: Iudicet qui potest, vtrùm maius sit justos Angelos creare, quàm impios justificare. Certè, si æqualis est vtrunque potentiæ, hoc majoris est misericordiæ. *Quemadmodum autem opus maximum maximè opificem commendat: ita & gratuita hæc impiorum justificatio cedit in gloriam Dei maximam justificantis, Rom. 3.* Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes,

M 4. d. 1. 1. 4. q. 3. c. & quæstiunc. 2. s. c. & 3. p. 64. 1. c. Ver. 28. 4. c. & 29. 4. ad 1. & 2.

Iustificationis causa efficiẽs, Deus: meritoria, passio Christi: instrumentalis, Sacramenta.

Sacramentorum virtus ex tribus.

An iustificatio impij sit maximum opus Dei.

N 1. 2. 113. 9. c. & 3. p. 43. 4. ad 1. In 4. d. 17. 1. 5. q. 1. ad 1. & d. 46. 2. 1. q. 2. ad 2. Ioan. 14. lect. 3. lit. c.

O 1. 2. 113. 9. ad 2. Dupliciter aliquid magnũ.

Iustificatio impij in maiorem Dei gloriam cedit.

Digitized by Google

omnes, & super omnes, qui credunt in eum (non enim est distinctio:) omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. *Gloria Dei*, idest P justificatione, quæ in gloriam Dei cedit, Rom. 9. *Vt ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ*. Finis enim Q electionis & miserationis bonorum est, vt manifestaret in eis abundantiam bonitatis suæ. *Vnde & Is.* 30. Expectat Dominus, vt misereatur vestri, & ideo exaltabitur parcens vobis.

P Rom. 3. l. 4. ibi.

Q Rom. 9. l. 4. ibi.

P *Cum autem dicat Apostolus Roman.* 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius &c. *nullum est ex parte nostra respectu gratuitæ justificationis meritum adducendum: consequenter nec vlla potest ratio afferri, quare hunc, non illum, justificet Deus.* Cum Deus (*inquit Author*) hominum R qui in eisdem peccatis detinentur, hos quidem præueniens conuertat, illos autem sustineat siue permittat secundùm ordinem rerum procedere: non est ratio inquirenda, quare hos conuertat, & non illos; hoc enim ex simplici ejus voluntate dependet: sicut ex simplici ejus voluntate processit, quòd cum omnia fierent ex nihilo, quædam facta sunt aliis digniora; & sicut ex simplici voluntate procedit artificis, vt ex eadem materia similiter disposita quædam vasa formet ad nobiles vsus, & quædam ad ignobiles: (per quod excluditur error *Origenis*, qui dicebat, hos ad Deum conuerti, & non alios, propter aliqua opera, quæ animæ eorum fecerant, antequam corporibus vnirentur.) Hinc est, quòd Apostolus dicit *ad Rom.* 9. An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? *Et immediatè ante:* Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit: *Quid me fecisti sic? Quocirca sciendum, quòd* circa S electionem bonorum & reprobationem malorum duplex quæstio potest moueri. Vna quidem in generali, quare Deus velit quosdam indurare, & quorundam misereri: alia verò in speciali, quare velit hujus misereri, & hunc vel illum indurare. Et potest quidem ratio hujus quæstionis assignari: secundæ autem quæstionis non potest assignari ratio, nisi simplex Dei voluntas. Cujus exemplum patet in rebus humanis. Si enim aliquis ædificare volens, haberet multos lapides similes & æquales congregatos, posset ratio assignari, quare quosdam ponat in summo, & quosdam in imo, ex parte finis: quia ad perfectionem domus, quam facere intendit, requiritur & fundamentum, quod habet lapides in imo, & cacumen parietis, quod habet lapides in summo. Sed quare ponat hos lapides in summo, & hos in imo, non habet aliquam rationem, nisi quia artifex voluit. Vnde ait: *Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit: Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem &c.* Vbi considerandum est, quòd si aliquis artifex ex materia vili faciat vas pulchrum & nobilibus actibus accommodatum, totum adscribitur bonitati artificis, putà si ex luto faciat scutellas & vrceos ad nobilem mensam decentes. Si verò ex vili materia faciat vas accommodatum vilibus vsibus, putà coquinæ, vel hujusmodi officijs, non posset vas conqueri, si rationem haberet. Posset enim conqueri, si ex materia pretiosa, quæ præjacet artificis operationi, putà ex auro, aut lapidibus pretiosis, faceret vas ad vilia officia deputatum. Humana autem natura vilitatem habet ex sua materia, quia (vt *Genes.* 2. dicitur) *Fecit Deus hominem de limo terræ*: sed majorem vilitatem habet ex corruptione peccati, quæ per vnum hominem in hunc Mundum intrauit. Et ideo homo luto meritò comparatur, Iob 30. *Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri.* Vnde quicquid boni habet homo, debet bonitati diuinæ, quasi principali agenti, adscribere, Is. 64. *Nunc Domine, Pater noster es tu, nos verò lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos.* Si verò Deus hominem ad meliora non promoueat, sed in sua infirmitate eum dimittens, deputat eum ad infimum vsum, nullam ei facit injuriam, vt possit de Deo justè conqueri: *quasi nimirùm personarum acceptor esset. Atqui in hoc* non est personarum acceptor Deus, *vt dicitur* Act. 10. *Nam* personarum T acceptio opponitur justitiæ: vnde locum habet in his, quæ dantur ex debito, quod attendit justitia. Deus autem non ex debito, sed gratis peccatores ad pœnitentiam vocat, Rom. 11. *Si autem gratia, jam non ex operibus*; & ad Tit. 3. *Non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit.* In talibus autem beneficijs gratis datis, non solùm Deo, sed etiam homini liberum est dare cui voluerit, Matth. 20. *Aut non licet mihi, quod volo, facere?*

Cur Deus hos, non illos justificet, nulla ratio assignari potest præter diuinam voluntatem.

R 1. cont. G. c. 161. & 1. p. q. 23. 5. c. In 1. d. 41. a. 5. Ver. 6. 2.

Error Origenis.

S Rom. 9. l. 4. ibi Matth. 20. lit. a fi. Io. 15. l. 3 lit. d. Ephes. 1. l. 1. & 4.

Deus acceptor personarum non est.

T Rom. 2. l. 2. ibi. distinctio. 1. 2. q. 98. 4. ad 3. & 2. 2. 63. a. 1. & 2. c.

q *Sanè, quomodo debeatur nobis justificatio? qua ex parte conueniat? quo jure exigenda? nulla siquidem conuentio justitiæ nostræ ad diuinam justificationem comparandam. Quod innuitur Iob 9.* Si habuero quippiam justum, non respondebo. *Si habuero*: ad designandum V incertitudinem humanæ justitiæ, secundùm illud 1. Cor. 4. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum*: & ad ostendendum, quòd justitia hominis parua est & imperfecta, ad diuinum examen relata, propter quod dicit, *quippiam*, secundùm illud Is. 64. *Quasi pannus menstruatæ, vniuersæ justitiæ nostræ.* Opus *autem* nostræ X justitiæ immundatur inquinamento *Primò* mortalis maculæ, Eccli. 47. *Dedisti maculam in gloria tua.* Secundò commissæ negligentiæ, Ier. 48. *Maledictus qui facit opus Domini negligenter*: (Nunc legitur: fraudulenter.) Tertiò intentionis peruersæ, Matth. 18. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te.* Quartò insurgentis superbiæ: *Omnes eos auferet ventus, tollet aura*, Isa. 57. *Ergo, exclamat Ioannes Apoc.* 22. Qui justus est, justificetur adhuc; & sanctus sanctificetur adhuc. *Qui justus, & sanctus est*, scilicet Y mundus in se, *sanctificetur adhuc*; idest, adhuc laboret, vt sanctior fiat. *Qui verò talis non est, ad fontem, ex quo justificatio profluit, pœnitenda recurrat, hoc est, ad diuinam misericordiam*: Non enim venit *Christus* vocare justos, sed peccatores, *Matth.* 9. *& alibi additur*, ad pœnitentiam, *Luc.* 5. Et justa est Z hæc additio: quia *non venit vocare peccatores*, vt remanerent in peccatis, sed vt amoueantur ab eis. Distinguendum autem est de justitia: quia justus aliquis dicitur, qui peccato non est obnoxius: & sic non est justus quisquam, quia omnes vel mortali, vel veniali, vel originali sunt obnoxij, saltem quantùm ad reatum: & istum penitus deleuit, quia Ioann. 10. *Ipse venit, vt vitam habeant.* Vnde *non veni vocare justos*, in quantùm justos, *sed peccatores*. Item dicitur justus qui non est obnoxius peccato mortali. Vnde *non veni vocare justos* ad pœnitentiam, sed ad majorem justitiam. Vel sic: *Non veni vocare justos*, idest qui de sua justitia confidunt: *sed peccatores*, qui pœnitent. *De horum nomine tenus justorum numero profectò erat Pharisæus ille, de quo* Luc. 18. *vbi præmittitur, dixisse Dominum parabolam illam* ad quosdam, qui in se confidebant tanquam justi, & aspernabantur cæteros. *Hujuscemodi justi minimè justi sunt, sed egent, immò, ceu maximi peccatores, non minùs quàm peccatores cæteri, justificari: sed non justificabuntur apud Deum; vnde subditur de Publicano*: Descendit hic justificatus ab illo, *scilicet à Pharisæo*, qui in se confidebat tanquam justus, *proinde non justificatus. Et meritò quidem: quia, vt Iac. 4 & 1. Pet. 5. dicitur*, Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. *Quam nobis concedat Christus Dominus noster: quia* Ipse est propitiatio pro peccatis, 1. *Ioann.* 2. *vt ejus nimirùm meritis justificemur; vnde & præmittit ibi*, Iesum Christum justum: *siquidem* justitia Dei *Rom.* 3. per fidem Iesu

Omnis justitia nostra imperfecta.

V Iob 9. l. 3 ibi.

X Is. 64 fi. cap.

Quadrupliciter inquinatur opus justitiæ nostræ.

Y Apoc. 22. com 2. ibi.

Iustus & Sanctus sanctificetur adhuc.

Non justus ad diuinam misericordiam, vt justificetur recurrat.

Z Matth. 9. lit b fi.

Dupliciter quis justus dicitur.

Qui de sua justitia confidunt, non justificantur apud Deum.

Christi in omnes & super omnes, qui credunt in eum, *qui est benedictus in secula. DISCE, neglectis cæteris*, primùm quærere Regnum Dei & justitiam ejus, *Matth 6. Vide* Adoptio diuina, Auxilium diuinum, Christi Passio *&* Resurrectio, Gratia, Meritum.

IVSTVS.

XXIV. Hominum justorum quodam excellentiori modo Deus habet prouidentiam; quàm impiorum: in quantùm non permittit, contra eos euenire aliquid, quod finaliter impediat salutem eorum: nam *diligentibus Deum* (Rom.8.) *omnia cooperantur in bonum*. 1. p. 22. 2. ad 4.

1 Q*Vis dici justus possit, talisque reuera sit, non ita facilè possunt homines nosse: tum quia Eccle.9.* Nescit homo, vtrùm amore an odio dignus sit: *tum quia, vt ibidem subditur*, Vniuersa æquè eueniunt justo & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas & sacrificia contemnenti. *Plura tamen non desunt indicia, ex quibus conijci potest. Et imprimis* ex hoc A aliquis bonus cognoscitur, quòd delectatur in bonis: malus autem ex hoc, quòd delectatur in malis. *Secundò justi & sancti* B siue tribulentur, siue prosperis afficiantur, semper Deum laudant; & ipsi gratias agunt, Iob 1. *Dominus dedit, Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictum.* Et Apostolus Paulus dicebat, petendam esse salutem *per arma justitiæ à dextris & à sinistris, per infamiam & bonam famam*, 2. Cor. 6. Quidam tantùm laudant Deum in prosperis, Psalm. 48. *Confitebitur tibi, cum benefeceris ei.* Quidam verò laudant Deum in aduersis tantùm, Psal. 106. *Clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur.* At sancti viri omni tempore Deum laudant, juxta illud Psal. 33. *Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo.* Ex magna etiam C aduersitate nec justorum corda commouentur: sed simulatè justi ex modica aduersitate turbantur, velut nullam virtutis radicem habentes. *Tertiò justi non ita de facili auelluntur à Deo; vnde ad illud Matth. 14.* Compulit Iesus discipulos ascendere in nauiculam; *docemur, quòd Dominus* vtitur D compulsione, quia durum erat eis separari à Christo; vnde Petrus ad eum *Ioann. 6.* Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. *Hinc Paulus ad Rom 8.* Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. *Quasi diceret:* Magna E beneficia Deus Sanctis suis confert, ex quorum consideratione adeò charitas Christi in cordibus nostris feruet, quòd nihil eam extinguere potest, Cant. vlt. *Aquæ multæ (per quas, vt alibi, tribulationes signantur) non potuerunt extinguere charitatem.* Proponit autem mala, per quorum passionem aliquis cogi posset, vt charitatem Christi desereret. Nec tamen propter hoc justi vincuntur. *Quartò justi & sancti* F vniuersaliter odiuntur à Mundo, quia contrariantur ei. Et, si aliquis de Mundo eos diligat, hoc non est, in quantùm est de Mundo, sed in quantùm est in eo aliquid spirituale. *Non potest autem Mundus odisse vos (dicebat Christus ad impios)* quia conuenitis cum eo, *nimirùm aduersùs justos, Sap. 5.* Circumueniamus justum, quoniam contrarius est operibus nostris. *Quintò justos homines manifestat zelus honoris Dei, grauisque de illius offensis displicentia, Psal. 118.* Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei. *Et infrà:* Vidi præuaricantes & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. *De B. Patriarcha Dominico pariter legitur, quòd* peccatis & ærumnis humanis vehementer discruciabatur; *& de Sancta Virgine Teresia:* Infidelium & hæreticorum tenebras perpetuis deflebat lacrymis. *Et ratio adducitur: quia amor, quo justi Deum diligunt, est veræ amor amicitiæ.* Amor autem G amicitiæ quærit bonum amici: vnde, quando est intensus, facit hominem moueri contra omne illud, quod repugnat bono amici. Et per hunc modum aliquis dicitur zelare pro Deo, quando ea, quæ sunt contra honorem vel voluntatem Dei, repellere secundùm posse conatur, *secundùm illud 3. Reg. 19.* Zelatus sum pro Domino Deo exercituum. *Ita legimus* 1. Machab. 2. *de feruido diuinæ legis zelatore* Mathatia, *quòd* vidit accedentem quendam Iudæum in omnium oculis sacrificare idolis: & doluit, & accensus est furor ejus secundùm judicium legis; & insiliens, trucidauit eum super aram: sed & virum, quem Rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tempore: & aram destruxit, & zelatus est legem &c. *Hinc Petrus in sua secunda cap. 2. de Loth justo dicebat:* Habitans apud eos, qui de die in diem animam justam iniquis operibus cruciabant. *Qui de die in diem*, idest H continuè & incessanter, *animam justam* ejus, *iniquis operibus*, quæ faciebant contra Deum & proximum, quæ videbat (*ex glossa*) & corrigere non poterat, *cruciabant*, cruce scilicet spirituali doloris & compassionis, *Psalm. 118.* Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. *Sextò cupit dissolui justus cum Paulo, & esse cum Christo, diemque mortis lætanter expectat, ita de Simeone habetur Luc. 2.* Erat Simeon homo justus & timoratus, expectans consolationem Israel: *quam cum habuisset, Dominum suscipiens in vlnas suas, exclamauit:* Nunc dimittis seruum tuum, Domine. *Ita Apostolus 2. Cor. 5.* Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum. *Vbi Author:* Duo I dicit: quorum vnum importat repugnantiam, quam habet in volendo, quæ fit per timorem mortis; vbi enim non est timor, non est audacia: nam ex appetitu naturæ surgit timor mortis, ex appetitu gratiæ surgit audacia; & ideò dicit, *audemus*. Aliud importat imperfectionem animi in desiderando, quia nisi benè desideraretur, non vinceretur timor mortis, cum sit valdè naturalis. Et ideò non solùm oportet *audere*, sed *bonam voluntatem habere*; idest, cum gaudio velle. Licet enim secundùm Philosophum in actu fortitudinis non requiratur gaudium ad perfectionem virtutis, sicut in alijs virtutibus, sed solùm non tristari: tamen, quia fortitudo Sanctorum perfectior est, non solùm non tristantur in periculis mortis, sed etiam gaudent, Phil. 1. *Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo.* Sed quid audemus? *Magis peregrinari à corpore* per corporis dissolutionem, quod est contra desiderium naturæ: *& præsentes esse ad Dominum*, quod est desiderium gratiæ. Hoc desiderabat Psaltes in *Psal. 41.* Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei! *Et Ioannes Apoc. 22.* Amen. Veni Domine Iesu. *Quod profectò facit charitas Dei, & proximi, quæ nedum bonorum Christianorum signum & index est, sed & discipulorum Christi.* Speciale L discipulatus Christi signum est charitas, & mutua dilectio. *Amor autem (ex Gregorio)* operatur magna, si est: si verò operari renuit, amor non est. *Ex cujus operibus facilè dignoscitur justus, quia* charitas non quærit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi: *eòque perfectionis in aliquibus peruenit justis, vt & propriæ beatitudini charitatem præferant proximorum. Vnde Apostolus* ad Phil. 1. *cit. postquam prompserat:* desiderium habens dissolui & esse cum Christo; *mox ex impetu* chari-

Marginal notes:

Iusti hominis indicia.

A 4. d. 49. 3. 4. q. 3. ad 1. Delectatur in bonis.

B Apoc. 4. com. 2. §. 2. ibi, die ac nocte. Psal 33. lit. a. & Ps. 33. lit. a.

In prosperis & in aduersis Deum laudat.

C Iob 1. l. 2. ibi, benedixerit.

Non ita facilè justi auelluntur à Deo.

D Matth. 14. lit. b. ibi.

E Rom 8. l. 7. ibi.

Vniuersaliter odio habentur à Mundo.

F Ioan. 7. l. 1. lit. f.

Zelantur pro Dei honore, deque illius offensis summè dolent.

G 1. 2. 28. 4. c. In 1. d. 27. 1. 1. ad 3. Ma. 10. 1 ad 11. & 1. Cor. 14. l. 1. & 2 Cor. 11. l. 1.

Mathathias feruidus diuinæ legis zelator.

H 2. Pet 2. l. 2. ibi. Psal. 41. lit. r.

Cupiunt cum Paulo dissolui.

I 2 Cor. 5. l 2. ibi Rom. 8 l. 5. Phil 1 l 3. Ps. 41. lit. a.

In actu fortitudinis acquisitæ non exigitur gaudium: illud tamen habet fortitudo sanctorum.

Pollent perfectione charitatis.

L Io. 13 l. 7. ib.

Digitized by Google

charitatis prorupit: permanere autem in carne, necessarium propter vos. *Vbi notat Author, quòd* duplex est M dilectio Dei: scilicet dilectio concupiscentiæ, qua vult frui Deo, & delectari in ipso; & hoc est bonum hominis. Item est dilectio amicitiæ, qua homo præponit honorem Dei etiam huic delectationi, qua fruitur Deo; & hæc est perfecta charitas, Roman. 9. *Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis*: quasi sit paratus propter amorem, & gloriam Dei, carere delectatione visionis Dei. Et ideò hoc elegit, & bene, tanquam magis perfectum. (*Quo sensu & Moyses dicebat ad Deum Exod.* 32. Aut dimitte eis hanc noxam: aut dele me de libro tuo, quem scripsisti) *Vnde & 2. Cor.* 5. Siue mente excedimus, Deo: siue sobrij sumus, vobis: charitas enim Christi vrget nos. *Vbi* Apostolus N subjungit causam præmissæ solicitudinis, quæ est charitas. *Q. d.* Dico, quòd siue excedimus Deo, siue sobrij sumus vobis, est ad vtilitatem vestram (*non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant*, 1. Cor. 10.) Et hujus causa est, quia *charitas Christi vrget nos* adhoc. Et dicit, *vrget*, quia vrgere idem est, quod stimulare. *Q. d.* Charitas Christi quasi stimulus stimulat nos ad faciendum ea, quæ charitas imperat, vt scilicet procuremus salutem proximorum. Et hic est effectus charitatis. *Hoc autem est præcipuum justorum signum: ad quod & allata, & plura quæ adduci possent, reducuntur tanquam omnium complementum.*

¶ *Cæterùm vetus querimonia est, quæ affertur Ier.* 12. Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus, qui præuaricantur, & iniquè agunt? *Ex opposito socia vt plurimùm justorum tribulatio est. Quod tamen diuinæ adscribendum infallibili prouidentiæ.* Nam quicquid est O in Mundo, totum ordinatum est, quamuis ratio ordinis nobis non appareat in quibusdam, & præcipuè in voluntarijs, cum malis quandoque bona, quandoque mala eueniant, & similiter bonis. Sed ratio ordinis hujus scitur à Deo: sicut medicus scit, quare quibusdam ægris quandoque det calida, & quandoque frigida, & similiter sanis: quod tamen, ignorans artem, admiratur. Sed ista permissio videtur accidere in his bonis, quæ extra hominem sunt, vel quæ non sunt bona ejus, in quantùm est homo, sicut in bonis corporalibus, & in bonis fortunæ: cum tamen ista permissio semper ordinetur ad id, quod est per se hominis bonum, vel gloriæ, secundùm Apostolum Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*: vel in justitiæ diuinæ manifestationem; frequenter enim impij prosperantur in hac vita, vt manifestior appareat in judicio eorum animaduersio. *Vnde & Ier.* 12. *cit. post pauca subditur*: Congrega eos quasi gregem ad victimam. *Quasi diceret*: Quia justus es P non potest esse, quòd impios non punias. Ideò ergo ita eos in prosperitatibus exaltas: sicut qui impinguat gregem ad occisionem. *Ex alia parte*, nisi Q affligerentur justi in hoc Mundo, multi seruirent Deo, non propter ipsum, sed propter præsentem prosperitatem. Vt ergo R amor non sit mercenarius, & intentio nostra non referatur ad corporalia, subtrahit hæc suis amicis. *Flagellantur inquam justi: & hoc, quia dilecti à Deo, Apoc.* 3. Ego, quos amo, arguo & castigo. *Arguo verbis* S *& castigo flagellis. Melius est*, inquit Augustinus, *vt flagellet te, & recipiat te, quàm vt parcat tibi, & deserat te.* Et hoc est ex diuina misericordia, ex qua est, quòd electos reseruat ad vitam; & ideò, ne deuient à semita, restringit eos sub loris disciplinę aduersorum: vel per ipsa aduersa purgat offensam peccatorum preteritorum, vel per eadem facit magis idoneos ad perceptionem premiorum. *Prosperantur autem impij ex Dei justitia, siue iracundia*: merito enim scelerum, in quibus scit malos finituros vitam, debetur eis gehenna, & subtrahitur diuina beneuolentia; & ideò ira diuina dimittit eos in delicijs & prosperis, permittens, vt *qui in sordibus est, sordescat adhuc*, Apoc. 22. Ad premissa autem inducit *Haymo* hujusmodi exempla. Vitulus, qui occisioni paratur, liberiùs pascuis saginari permittitur: qui verò ad vsus necessarios reseruatur, jugo & loris domatur, stimulis pungitur, verberibus ceditur. Ei etiam, cujus vita desperatur à medico, etiam saluti ejus contrarium non negatur: cujus autem recuperanda salus æstimatur, animo ejus desiderabilia, salutique contraria, omnino negantur. *Flagellantur inquam justi: quia per adoptionem filij Dei sunt, ad Hebr.* 12. Quem enim diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. *Verùm in hoc* T *castigat*, quia *flagellat*, non quidem ad condemnationem, sed ad salutem. Et ideò qui non flagellantur, non sunt de numero filiorum, Psalm. 72. *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.* Vnde est signum quasi ęterne reprobationis. Nec mirum, si *flagellat omnem filium, quem recipit*, quia *etiam proprio filio suo non pepercit*, vt dicitur Rom. 8. *Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam*, Luc. 24. *Flagellantur inquam justi: quia, vt inquit Apostolus* 2. *Cor.* 12. Virtus in infirmitate perficitur: *id est*, occasio est V perueniendi ad perfectam virtutem: quia homo sciens se infirmum, magis solicitatur ad resistendum: & ex hoc, quòd magis resistit & pugnat, efficitur exercitatior, & per consequens fortior. Et ideò legitur *Iudic.* 3. quòd Dominus noluit destruere omnes habitatores terrę, sed aliquos reseruauit: vt scilicet filij Israel exercitarentur pugnando cum eis. Sic etiam Scipio dolebat destructionem ciuitatis Carthaginensis, vt scilicet dum Romani haberent hostes exteriùs, non sentirent hostes interiores: contra quos durius bellum est, quàm contra exteriores, *juxta illud Matth.* 10. Inimici hominis domestici ejus, *Matth.* 10. Multòque grauiores, *adijcit Ambrosius*, domestici hostes, quàm extranei. *Et* Boetius *de consol.* Nulla V pestis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus. *Virtus sanè in infirmitate perficitur, quando justis detrahunt mali, vel calumniantur, Iob* 19. Stulti despiciebant me: & cum ab eis recessissem, detrahebant mihi; *vt fortiùs nimirùm calumniam & probra sustineant.* Solet enim X peruersorum hominum talis esse consuetudo, vt cum Sanctorum vitam reprehendere non possunt, non ex recta intentione eos agere calumnientur, secundùm illud Eccli 11. *Bona in mala conuertens insidiatur: & in electis imponet maculam.* Et hoc apparet ex eo, quod de Iob respondit Domino Satan: *Nunquid frustrà Iob timet Deum? Q. d.* Negare non possum, quin bona faciat: sed hoc non agit recta intentione propter amorem & honestatem, sed propter temporalia, quæ à te consecutus est. *Simile de Iudæis adducit Dominus Matth.* 11. Venit Ioannes neque manducans neque bibens: *quia ad* literam Y abstinens fuit; *& dicunt*: *Dæmonium habet*; & sic bonum in malum conuertunt. *Venit Filius hominis manducans & bibens*; idest, indifferenter vtens cibis: & non valet ei: nam *dicunt*: *Ecce homo vorax & potator vini &c.* Vnde hic notandum, quòd qui obseruaret dicta hominum, nunquam aliquid bene faceret, *Eccle.* 11. Qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet. *Similes crabronibus hi sunt, qui dulcia florum mella in amara vertunt venena. Atqui* nouum Z non est, quòd sancti viri ab impijs infamentur, cum dicatur etiam ipsis Apostolis *Matth.* 5. Beati estis, cum maledixerint vobis, & dixerint omne malum aduersùm vos, *sed tamen* mentientes. *Et Prou.* 14. Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo, qui infami graditur via. *Et Psal.* 36. Obseruabit peccator justum, & stridebit super eum dentibus suis.

M Philip. 1. l. 3. §.

N 2. Cor. 5 l. 3. ibi.

Quod est præcipuum justorum signum.

Quare via hic impiorū prosperetur: non ita justorum.

O 1. d. 39 q. 2. ad 5. & 1. p. 22. 2. Ver. 5. 4. ad 11 & 6. 5 ad 6. Op. 6. §. 2. Cp. 7. §. 7. Ier. 26. fi.

Diuinæ id attribuendum infallibili prouidentiæ.

P Ier. 12. §. 1. ibi.

Q Psal. 49. lit. h. & Psal. 43. lit. e. Iusti hic vt plurimùm flagellantur, quia à Deo dilecti.

R Psal. 43. lit. e.

S Apoc. 3. lect. 1. Cor. 3. ibi 1. p. 21. 4. ad 3. & 2. 2. q. 9. 6. ad 3. In 4. d. 45. 2. 1. q. 2. ad 6

Exempla de hoc.

Flagellantur justi, sicut filij à Patre, ad eorum profectum.

T Hebr. 12. l. 2. ibi.

Hic non flagellari, signū reprobationis.

Flagellantur justi, vt virtus in infirmitate perficiatur.

V 2. Cor. 12. l. 3. ibi.

V 2 Cor. 7. l. 2.

X Iob 1. l. 2. ibi, scruū meū. Iusti infamantur à malis: & eorum opera bona in malum conuertunt.

Y Matth. 11. lit. b. ibi.

Z Op. 19. c. 14.

Digitized by Google

Ab omnibus calumnijs & tribulationibus liberantur à Deo.

t *Verumtamen astat justis protector in omnibus Deus, & à calumnijs liberat & ærumnis: vti justæ contigit & castæ Susannæ, à calumnijs ereptæ*, Dan. 13. *quia* Oculi Domini super justos: *videlicet*, quasi illud A sit in memoria & in oculis Dei, quod contra justos agitur, *Psal.*36. Considerat peccator justum, & quærit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus ejus. *Quamuis enim* multæ tribulationes justorum: de omnibus *tamen* his liberabit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur, *Psal.*33. *De omnibus his*: quia B dupliciter juuantur. Primò vt totaliter liberentur; & quantùm ad hoc, dicit: *de omnibus his &c.* Secundò, vt tribulationibus non succumbant; & quantùm ad hoc, dicit: *Custodit Dominus omnia ossa eorum*; idest, virtutes, quæ magis proficiunt (*vel*, perficiuntur) in infirmitate: quia, sicut per ossa sustentatur corpus, ita per virtutes sustentatur vita humana. Vel per ossa viri perfecti intelliguntur, quos Dominus custodit, Ezech. 37. *Hæc dicit Dominus Deus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis. Et dabo super vos neruos &c.* Sequitur: *vnum ex his non conteretur*: quia in tribulationibus nulla virtus hominis deficit, quem Deus custodit. Non enim deficiebat charitas in Sanctis propter odium, quia pro persequentibus orabant. Non mansuetudo per iram, quia non murmur resonabat. Non patientia per injustitiam; immò in patientia sua possidebant animas suas. *Vnde & Genes.*19. *legimus, quòd Angeli per manum traxerunt justum Loth, vt imminens Sodomæ incendium euitaret:* Apprehenderunt manum ejus, eduxeruntque eum, *Et quidem* per manum C trahitur in signum, quòd Deus subleuat infirmitates electorum suorum. *Suppetunt exempla de* Ioseph, Daniele, Iob, Tobia, *cæterisque pluribus in Scriptura diuina memoratis. Ex quo Apostolus in Domino fisus dicebat* 2. *Cor.*4. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur &c. *Tribulationem patimur. Q. d.* Homines D qui solùm in Mundo confidunt, angustiantur, si vndique à Mundo tribulantur, quia non patet eis via remedij, cum non sperent nisi de Mundo. Sed nos, licèt *tribulemur* in Mundo: quia tamen confidimus de Deo, patet nobis via euasionis & auxilij à Deo; & ideò *non angustiamur. Aporiamur*, idest depauperamur: *sed non destituimur* à Deo, qui est thesaurus noster. *Persecutionem patimur*, scilicet de loco ad locum: *sed non derelinquimur* à Deo, quin præbeat auxilium. Sed & cum hoc lædimur in fama: quia *humiliamur*; idest, contemnimur & pro nihilo reputamur. Sed quia, quando quis contemnitur, & causa contemptus subest, ille qui contemnitur, confunditur: quando verò causa non subest, non confunditur; & istis non suberat causa contemptus: ideò dicit: *sed non confundimur*. Quasi dicat: quia non subest causa, non curamus, Psalm.30. *In te Domine speraui, non confundar in æternum*. Sed & *deijcimur* ad mortis pericula: *sed non perimus*, quia Deus sustentat nos. *Quod verò mirabilius est, medijs in tribulationibus positi, interna fruuntur requie cordis & pace. Vnde* Act.12. *legitur, quòd inter catenas & milites quiescebat Petrus*: Erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: *quod internam spiritus requiem demonstrat; & sic Paulus* 2. *Cor.*7. Nullam requiem *inquit* habuit caro nostra. *Signanter* caro nostra *dicit*: & non E dicit, *spiritus noster*: quia Sancti semper habent pacem spiritus, cum etiam in aduersis anima, quæ in corpore patitur, spe futuri præmij quiescat, quanquam multa sustineat affectui carnis contraria. *Nec perperam hac de causa dicebat ad Ephes.*6. Vt sciatis, quæ circa me sunt, quid agam &c. *Quasi dicat Apostolus*: Pro mysterio F Euangelij, pro quo catenatus sum, volo quòd sciatis, quòd catena & omnes tribulationes & omnia supplicia, quæ in credito officio inferuntur, non me angunt, nec cor mutant, nec peruertunt interiùs, nec attingunt: sed certè sic ago de istis, quòd omnia *circa me sunt*, non intrà. *Vnde & ad Phil.*1. Quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Euangelij. *Quæ circa me sunt*, scilicet G exteriùs: quia tribulationes, etsi exteriùs essent, non immutabant interiùs; sed *magis ad profectum venerunt*, quia ex eis fides prædicata magis profecit, *Prou.*12. Non contristabit justum quicquid ei acciderit. *Quorum omnium radix est: quia* carnales H habent infirmitatem peccati in interioribus: ratio enim & voluntas in ipsis subditæ sunt peccato. Sancti verò habent in exterioribus, quia non sunt subjecti peccato: tamen circundati sunt fragilitate carnis, *ad Rom.*7. Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. *Vnde dicitur ad Hebr.*5. Quoniam & ipse (*Pontifex*) circundatus est infirmitate, *scilicet* quoad pœnalitates I & culpam, *Psal.*6. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. *Et cap.*12. *dicitur* circumstans nos peccatum, *scilicet* occasio L peccandi, vel tentatio nobis immissa ex circuitu hostis, *qui* 1. *Pet.*5. circuit quærens quem deuoret.

A Rom. 1. l. 5. ibi, memorià.

B Psal. 33. lit. f. & t.

In memoria & oculis Dei specialiter est quod contra justos agitur.

C Gen. 19. ibi.

D 1. Cor. 4. l. 3. ibi.

Iusti inter tribulationes positi, interna fruuntur requie.

E 2. Cor. 7. l. 2. ibi.

F Ephes. 6. l. 5. circ. f.

G Phil. 1. l. 11 ibi.

H Ad Hebr. 5. l. 1. ibi, circundatus.

I Ibid. ibi.

L Hebr. 12. l. 1. ibi.

u *Verùm & dæmonum & impiorum contra justos frænat Deus audacem malitiam*: hæc est enim M propria Dei virtus, quòd malorum corda ab impetu suæ malitiæ reprimit, *ne justis noceant quantum vellent. Quin & acerrimus injuriæ vltor & offensæ illorum est, Psal.*36. Benedicentes ei, hereditabunt terram: maledicentes autem ei, disperibunt. *Benedicentes ei*, scilicet N justo, *hereditabunt terram* justo debitam; *maledicentes autem ei, disperibunt*, Genes.27. *Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur*. Quicquid enim fit justo, Deus accipit sibi factum, *Luc.*10. Qui vos spernit, me spernit. *Et hoc, quia specialiter justi in se Deum habent*. Illi enim O Deum tantùm habere dicuntur, quorum est vt hereditas, qui isto fruuntur vel in spe vel in re. *Ex quo in Oratione Dominica* ad Sanctorum P spem augendam dicitur: *Pater noster, qui es in Cœlis*, idest in Sanctis, vt *Augustinus* exponit. Tantum enim (vt ipse dicit) spiritualiter interesse videtur inter justos & peccatores, quantum corporaliter inter Cœlum, & terram. *Ideircò justus, quia* Deus in medio ejus (*scilicet in corde*) *quicquid accidat aduersi*, non commouebitur, *Psal.*45. *Et Psal.*26. Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo? *Vno verbo dicebat Dauid Psal.*22. Non timebo mala, quoniam tu mecum es. *Viuit enim justus vita Dei; vnde Apostolus ad Galat.*2. Viuo autem, jam non ego: viuit verò in me Christus. *Iam non ego*, quasi Q in affectu habens proprium bonum: *viuit verò in me Christus*; idest, tantùm Christum habeo in affectu, & ipse Christus est vita mea, Phil.1. *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum*. Illud enim R videtur esse radicaliter vita hominis, quod est principium motus in eo: hoc autem est illud, cui affectus vnitur sicut fini, quia ex hoc mouetur homo ad omnia. Sic ergo Christus est vita nostra, quoniam totum principium vitæ nostræ & operationis (*loquitur in persona justorum*) est Christus. Et ideò dicit: *Mihi viuere Christus est*: quia solus Christus mouebat eum. *Vnde & Spiritus Sanctus justorum spiritualiter viuentium velut anima dicitur: & hoc ex vi charitatis, Rom.*5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. *Ex quorum omnium persona dicebat Paulus ad Galat.*5. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus: *nimirum*, quia S & per ipsum viuimus, *spiritualiter vtique*, Ioann.6. Spiritus est qui viuificat. *Hinc justum contristantes dicuntur Spiritum Sanctum contristare, ad Ephes.*4. Nolite contristare Spiri-

M Iacob. 1. lit. b. & h.

Deus injuriæ & offensæ justorum vltor.

N Psal. 36. lit. g

O In 1. d. 17. cap. sex.

Iusti Deum in se habent.

P Conf. 3 P. 2. c. 6.

Viuit justus vita Dei.

Q Ad Gal. 2. l. 6. ibi.

R Philip. 1. l. 3. ibi.

S Ad Galat. 5. l. 7. ibi.

Iustum contristantes, Spiritum Sanctum contristant: & quo sensu.

Digitized by Google

T Ephes.4. l. 10, initio.

Spiritum Sanctum Dei. *Quamuis enim* in Spiritum Sanctum T non cadat passio aliqua, nec tristitia: dicitur tamen contristari, quando contristatur ille, in quo est Spiritus Sanctus, *Is.*63. Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt Spiritum Sancti ejus: & conuersus est eis in inimicum. *Sancti ejus*, scilicet V Moysi, per diuersa jurgia, Psalm.105. *Vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum ejus.* Vel *Spiritum Sancti ejus*, scilicet Spiritum Sanctum Dei: *& conuersus est eis in inimicum*, scilicet Deus, *Thren.*2. Factus est Dominus velut inimicus. (*Caueant impij ab offensa justorum.* Nam 1. Reg.2. *quia pueri illudebant Eliseo, dicentes:* Ascende calue, ascende calue; *mox subjicitur:* egressi sunt duo vrsi, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos. *Et tamen pueri erant, non plenæ malitiæ.*) *Ex quo datur justo diuinam eodem spiritu cognoscere voluntatem*, Coloss.1. Vt impleamini agnitione voluntatis ejus &c. *idest*, vt plenè X cognoscatis voluntatem Dei, 1. Thess. 4. *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra.* Ille ergo cognoscit voluntatem Dei, qui in sanctitate viuit. Qui autem peccat, non cognoscit voluntatem Dei, quia omnis peccans est ignorans, Rom.12. *Vt probetis, quæ sit voluntas Dei*; idest Y experimento cognoscatis. *Adeòque præualet vel in vno justo gratia Spiritus Sancti, quòd propter sanctitatem vnius justi tota Deo fit grata societas*, 2. Tim.1. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: *videlicet*, non solùm Z personæ, sed familiæ: quia propter bonitatem vnius deriuatur gratia ad totam familiam.

V Is.63.ibi.
Caueant impij ab offensa justorum.
X Coloss.1. l.3. ibi.
Quomodo justi voluntatem Dei cognoscant.
Y Rom.12. l.1. ibi.
Propter bonitatem vnius justi tota Deo grata societas.
Z 2. Tim.1. l.1. f.

x *Nec mirum: nam* quamuis A propter specialem curam, omnibus hominibus Deus dicatur propinquus esse: specialissimè tamen dicitur esse propinquus bonis, qui ei fide & dilectione appropinquare nituntur, secundùm illud Iac.4. *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* Iusti eapropter specialiter B creatura Dei dicuntur: vel quia permanent in bono, in quo creati sunt: vel propter excellentiam, quia omnis creatura quodammodo eis deseruit, Iac.1. *Voluntariè genuit nos Verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ ejus.* Quilibet enim C homo, vel Angelus, in quantùm adhærendo Deo fit vnus spiritus cum Deo, est superior omni creatura. *Ex quo & ipse Deus specialiter Deus justorum dicitur.* Deus *enim* dicitur D omnium propter relationem principij, in quantùm scilicet est Creator omnium. Dicitur autem Deus justorum specialiter secundùm rationem finis, quem contingunt; & ideò dicitur etiam ab eis haberi. Alia enim licèt ordinentur in ipsum, sicut in finem: non tamen consequuntur ipsum, nisi justi, qui conjunguntur sibi per gratiam & gloriam. Et ideò etiam omnium communiter dicitur vel finis vel aliquid hujusmodi: sed absolutè dicitur de justis, quòd Deus est eorum, quia habent ipsum, sicut suam hereditatem, & per quendam modum passionis. *Vnde & Apostolus Rom.1.* Gratias ago Deo meo, *quasi sui specialiter Deo:* quamuis *enim* sit E Deus omnium per creationem & gubernationem: specialiter tamen dicitur Deus justorum tripliciter. Primò quidem secundùm specialem curam, quam de eis gerit, Psal.33. *Oculi Domini super justos.* Secundò per specialem cultum, Exod.15. *Iste Deus meus, & glorificabo eum.* Tertiò, quia eorum præmium, Genes.15. *Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* Secundùm specialem *inquam* curam, quam de eis gerit: *siquidem* hominum F justorum quodam excellentiori modo Deus habet prouidentiam, quàm impiorum, in quantùm non permittit, contra eos euenire aliquid, quod finaliter impediat salutem eorum. *Quod initio dicebat Author.* Quicquid *enim* fit G in Mundo, etiam si malum sit, cedit in bonum Vniuersi. (*Deus est adeò bonus*, inquit Augustinus, *quòd nihil mali esse permitteret: nisi esset adeò potens, quòd ex quolibet malo possit elicere aliquod bonum.*) Et quicquid fit circa nobilissimas partes, non ordinatur nisi in bonum ipsarum: quia de eis propter se cura habetur; de alijs autem propter ipsas: sicut medicus infirmitatem pedis sustinet, vt curet caput. Inter omnes autem partes Vniuersi excellunt Sancti Dei, ad quorum quemlibet pertinet quod dicitur Matth 25. *Super omnia bona sua constituet eum.* Et ideò quicquid accidit vel circa ipsos, vel alias res, totum in bonum eorum cedit, ita quòd verificatur quod dicitur Prou.11. *Qui stultus est, seruiet Sapienti:* quia scilicet etiam mala peccatorum in bonum justorum cedunt; vnde & Deus specialem curam de justis habere dicitur, in quantùm scilicet sic de eis curat, quòd nihil mali circa eos esse permittit, quod non in eorum bonum conuertat. *Vnde & pupilla diuini oculi vocatur justus, Zach.*2. Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. *Quod postulabat Psaltes Psal.*16. A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, vt pupillam oculi. *Profectò* pupilla H oculi cum diligentia custoditur, quia nihil, quod lædere possit, permittitur appropinquare. Sic & facit Deus in custodia serui sui, Deut.32. *Circumduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui.* Ad hanc autem diligentem custodiam manifestandam vtitur duplici metaphora, scilicet vmbræ, & alarum: *Sub vmbra alarum tuarum protege me.* Vmbra enim refrigerat ab æstu: sic & tutela Dei refrigerat, dans securitatem. (*Is.*25. Factus es vmbraculum ab æstu: *vmbraculum* consolationis I *ab æstu* propter afflictionem persecutionis.) Item alis gallina pullos contra miluum custodit: sic & Deus suis alis, quæ sunt charitas & misericordia, justos defendit à rapacitate dæmonum, *Matth.*23. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas: & noluisti? *Et hic potissimum est diuinæ dilectionis effectus in justos:* plùs *enim* diligitur L vnus justus à Deo, quàm decem millia peccatorum. *Sed & magis adhuc* Deus M specialiter diligit illos, qui à juuentute seruiunt ei, Mich.7. *Præcoquas ficus desiderauit anima mea.* Vnde & signa familiaritatis ostendit Christus Ioanni juueni conuerso, *Ose.*11. Puer Israel, & dilexi eum, *juxta illud Thren.*3. Bonum est viro, cum portauerit jugum ab adolescentia sua. *Et hinc est, quòd justus liber sub gratia est, non seruus sub lege constitutus, vt inquit Augustinus in Regula. Vnde Dominus ad discipulos suos* Ioann.15. *dicebat:* Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat Dominus ejus. *Quo loci docemur, quòd* differentia est N inter operationes serui, & liberi. Nam liber propter se operatur, sicut propter finem; & à se operatur, quia propria voluntate mouetur ad opus. Sed seruus nec propter se operatur, sed propter dominum; nec à se, sed à domini voluntate, & quasi coactione quadam. Sed contingit aliquando, quòd aliquis seruus operatur causa alterius, sicut causa finali: operatur tamen à se, in quantùm se mouet ad opus. Et hæc est bona seruitus, quia ex charitate mouetur ad bona opera facienda: sed non operatur propter se, quia *charitas non quærit quæ sua sunt, sed quæ sunt Iesu Christi*, & salutis proximorum. (*Et hoc modo seruire Deo, regnare est, non seruire.*) Qui autem omnino causâ alterius operantur, sunt mali serui. Discipuli ergo serui erant, sed bona seruitute, quæ ex amore procedit: *& hujusmodi serui sunt omnes justi. Ad hæc cohærenter dicitur* 2. Cor.3. Vbi spiritus, ibi libertas. *Et* 1. Tim.1 Lex justo non est posita, sed injustis. *Verumtamen*, occasione istorum O verborum, aliqui erroneè dixerunt, quòd viri spirituales non obligantur præceptis legis diuinæ. Sed hoc est falsum: nam præcepta Dei sunt regula voluntatis humanæ. Nullus autem homo

Deus specialiter propinquus justis qui & dicitur specialiter creatura Dei.
A Opusc.3.c.2. c.6.
B Rom.8. l.4. ibi, creaturæ.
C 1. p. 112. 1. ad 4.
Deus, justorum specialiter dicitur Deus.
D 1 dist.18. q.3. ad 6. In 3. d. 11. 1. 4. c. & 1 p. 13. 7. c.
E Rom.1. l.5. ibi.
Et hoc triplici de causa.
F 1. p.22.1. ad 4. & 23. 7. c. Ham. in 1. d. 39 2. 2. ad 4. In 3. d. 1. 3. 1. c. Ver. 5. 7. c.
Specialem habet Deus prouidentiam de justis.
G Rom. 8. l.6. init. & f.
Iustus diuini oculi pupilla.
H Ps.16. lit. a. & Ps.35. lit. a.
Diuina custodia sub metaphora exprimitur vmbræ & alarum.
I Is.25. ibi.
L Ioann.9. l.4 lit a.
M Ioann.21. l. 5. lit. b.
Dominus specialiter diligit qui à juuentute seruiunt ei.
Qualiter justus liber, non seruus.
Differentia inter seruum, & liberum.
N Ioan.15. l.3. lit. b. & l. 4. lit. d. & 2. 2. 184. 4. c. Op. 4. 3. 8.
O 2. Cor.3. l. 3. ad Gal. 5. l. 5. & 1. Tim. 1. l. 3. Rom. 6. l. 3. & cap. 8. l. 3. & 1. 2. 93. 6. ad 1. & 9 96. 5. f. c & ad 1. dist. cap. text. In 4. d. 15. 2. 2. q. 2. ad 1.
Quo sensu dicatur justus non esse sub lege.

Digitized by Google

eſt, nec etiam Angelus, cujus voluntatem non oporteat regulari & dirigi lege diuina. Vnde impoſſibile eſt, aliquem hominem præceptis Dei non ſubdi. Hoc autem, quod dicitur, *Iuſto non eſt poſita lex*, exponitur: ideſt, propter juſtos, qui interiori habitu mouentur ad ea, quæ lex Dei præcipit, *lex non eſt poſita*: ſed propter injuſtos; non quin etiam juſti ad eam teneantur. Et ſimiliter, *vbi ſpiritus, ibi libertas*, intelligitur: quia liber eſt (*vt vidimus*) qui eſt causâ ſui: ſeruus autem, qui eſt causâ domini. Quicunque ergo agit ex ſe ipſo, liberè agit: qui verò ex alio motus, non agit liberè. Ille ergo, qui vitat mala, non quia mala, ſed propter mandatum Domini, non eſt liber: ſed qui vitat mala, quia mala, eſt liber. Hoc autem facit Spiritus Sanctus, qui mentem interiùs perficit per bonum habitum, vt ſic ex amore caueat, ac ſi præciperet lex diuina. Et ideò dicitur liber, non quin ſubdatur legi diuinæ, ſed quia ex bono habitu inclinatur ad hoc faciendum, quod lex diuina ordinat. *Et hoc ſenſu dicitur juſtus ſub lege non eſſe, ad Galat.* 5. Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. *Quod quidem* poteſt P dupliciter intelligi: vel ſcilicet quantùm ad obligationem; & ſic omnes fideles ſunt ſub lege, quia omnibus data eſt: vel quantùm ad coactionem; & ſic juſti non ſunt ſub lege: quia motus & inſtinctus Spiritus Sancti, qui eſt in eis, eſt proprius eorum inſtinctus. Nam charitas inclinat ad illud idem, quod lex præcipit. Quia ergo juſti habent legem interiorem, ſponte faciunt quod lex mandat, ab ipſa non coacti. Qui verò voluntatem malè faciendi habent, comprimuntur tamen pudore, vel timore legis, iſti coguntur. Et ſic juſti ſunt ſub lege obligante tantùm, non cogente, ſub qua ſunt ſolùm injuſti. *Quò myſticè facit illud* 3. *Reg*.9. De filijs Iſrael non conſtituit Salomon ſeruire quenquam: *Salomon inquam ille, de quo dicitur:* Et ecce pluſquam Salomon hic, *Matth*.13. De filijs, *per gratiam ſcilicet adoptionis, quales ſunt juſti*.

P Ad Galat.5. l.3. ibi. & cap. 3. l.7. & cap.4. l.2.6. Rom. 2. l. 3. & 3. cont. G. c.128. f.

Explicatur magis.

y *Eapropter vt amicos amicus, & vt filios amantiſſimus Pater, juſtos honorat Deus & remunerat, Ioan*.15. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. *Siquidem verum* Q amicitiæ ſignum eſt, quòd amicus amico ſuo cordis ſecreta reuelet. Deus autem, faciendo nos participes ſuæ ſapientiæ, ſua ſecreta nobis reuelat, Sap.7. *Per nationes in animas ſe transfert: amicos Dei & prophetas conſtituit*. Et Ioann.12. *Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus*. Qui enim R miniſtrat Chriſto, honorat eum Pater: & qui miniſtrat Ieſu, *non ſua quærens, ſed quæ Ieſu Chriſti*, honorificabit eum Pater Ieſu. Quod dicit, in ſignum majoris familiaritatis, in quantùm ab eodem honorificabuntur, à quo & Filius. Nam honorem, quem habet Filius per naturam, ipſi habebunt per gratiam. *Vnde dicitur Pſal.*138. Nimis honorificati ſunt amici tui, Deus. *Et quidem vt filij æternam conſequuntur cœleſtem hereditatem: nam* ſi filius, & heres per Deum, *ad Galat*.4. *Quinimmò* tria S æterna promittit juſtis Deus: ſcilicet æternitatem nominis, Eccli.15. *Nomine æterno hereditabit illum*, & Pſal. 111. *In memoria æterna erit juſtus*: æternitatem hereditatis, 1. Petr. 1. *In hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſcibilem, conſeruatam in Cœlis in vobis &c.* & æternitatem vitæ: *Ego vitam æternam do eis*, Ioann 10. *Sed & hic in terris poſiti, de cœleſti quodammodo participant juſti beatitate, Philip*.3. Noſtra conuerſatio in Cœlis eſt. *Hinc pluries in Sacra Scriptura repetitur*: Beatus vir, qui timet Dominum, *Pſalm*.111. Beatus vir, qui ſuffert tentationem, *Iac*.1. *Et Matth*.5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram &c. Nam beati T dicuntur aliqui in hac vita vel propter ſpem beatitudinis adipiſcendæ in futura vita, Rom.8. *Spe ſalui facti ſumus*: vel propter aliquam participationem beatitudinis, ſecundùm aliqualem ſummi boni fruitionem. *Et iterum*: Omnia V illa premia (*quæ beatitudinibus attribuuntur*) perfectè quidem conſummabuntur in vita futura: ſed interim etiam in hac vita quodammodo inchoantur. Nam regnum Cœlorum poteſt intelligi perfectæ Sapientiæ initium, ſecundùm quod incipit in eis ſpiritus regnare: (*& ſic de cæteris*:) *Vnde & Eccli*.14. Beatus vir, qui in ſapientia morabitur: *in ea inquam Sapientia, de qua dicitur Pſal*.110. *& Eccli*.1. Initium Sapientiæ, timor Domini. *Et hæc, quædam eſt beatitudo in via, qua gaudent juſti*: quæ (*non ſecus ac beatitudo in Patria*) acquiritur X per ſapientiam: & habet quandam ſimilitudinem illius, quæ eſt in Patria: in qua ſunt ſeptem dotes: quas & in via habet modo ſuo ſapiens, Eccle. 8. *Sapientia hominis lucet in vultu ejus*. Iſta eſt prima dos: habet enim claritatem per vultus hilaritatem: (*vnde de S. Patriarcha Dominico legitur, quòd* vultu erat ſemper hilari, 2. *Cor*. 6. Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes. *Et Pſal.* 117. Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis juſtorum.) Secunda dos eſt impaſſibilitas, quam habet per patientiam vel manſuetudinem, ex Gloſſa ſuper Matth.5. *Mitis eſt, qui nullam amaritudinem animi ſentit*. Tertia dos eſt ſubtilitas, quam acquirit Sapiens per occultorum penetrationem, Eccli.39. *Occulta prouerbiorum exquiret Sapiens, & in abſconditis parabolarum conuerſabitur*. Quarta eſt agilitas, quam acquirit Sapiens per velocem omnium apprehenſionem, Sap. 8. *Attingit* (Sapientia) *à fine vſque ad finem fortiter*. Vel *claritas* acquiritur per prudentiam, *impaſſibilitas* per fortitudinem, *ſubtilitas* per ſobrietatem (*hoc eſt*, per temperantiam) *agilitas* per juſtitiam. Quinta dos eſt cognitio, quæ datur, quia docet omnem Sapientiam, Sap.8. *Et ſi multitudinem ſcientiæ deſiderat quis, ſcit præterita, & de futuris æſtimat*. Sexta dos eſt dilectio, quæ verè eſt in Sapientia, Prou.8. *Ego diligentes me diligo*. Septima dos eſt omnis boni fruitio, Sap.7. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*. Hanc beatitudinem acquirit in via *qui in Sapientia*, ideſt in Chriſto, & gratia Chriſti, *morabitur*: ſed in Patria habebit veram beatitudinem. *Et quidem, ſicut in Patria vnuſquiſque Sanctorum de bonis operibus ſuis vel alterius ex vi charitatis inuicem gaudet: ita & hic in Mundo vnuſquiſque juſtus. Docemur enim, quòd* omnes Y qui inuicem charitate connectuntur, aliquod emolumentum ex mutuis operibus reportant (tamen ſecundùm menſuram ſtatus vniuſcujuſque:) quia etiam in Patria vnuſquiſque de bonis gaudebit alterius. Et inde eſt, quòd articulus fidei ponitur *Sanctorum communio, Pſal*.118. Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua. *Ita ſpiritualiter conſolabatur de fide Romanorum Paulus ad Rom*.1. Simul conſolari in vobis per eam, quæ inuicem eſt, fidem veſtram atque meam: *Quaſi diceret*: ad mutuam Z conſolationem redit, ſi vnanimes in fide reddamur. *Ita & 2. Cor*.7. Conſolatus eſt nos Deus in aduentu Titi: non ſolùm autem in aduentu ejus, ſed etiam in conſolatione, qua conſolatus eſt in vobis, referens nobis veſtrum deſiderium, veſtrum fletum &c. ita vt magis gauderem. *Veſtrum deſiderium*, ſcilicet A de proficiendo in melius, *veſtrum fletum*, ſcilicet de peccatis commiſſis &c. *ita vt magis gauderem*, ſcilicet de hoc, quàm de tribulatione mea doluerim. *Et ecce gaudium de bono alterius, quod habent inuicem juſti charitate conjuncti*.

Iuſtos, vt amicos ſuos, Deus honorat.

Q Ioa. 15. l.3. lit. c.

R Ioa. 12. l.4. f.

Et vt filios dilectos remunerat.

Tria æterna promittit Iuſtis Deus.

S Serm. 2. ex Ep. in Feſt. S. Io. Euang.

Etiam in hoc Mundo juſti quodammodo beat.

T 1.2.5.3. ad 1.

V 1.2.69.2. ad 3.

X Serm ex Ep. in Fe. S. Thom. Ep & mat.

Septem juſtorum dotes in via.

Iuſtorum, ſiue Sanctorum communio, quid ſit.

Y 4. d.45. a.1. q.1. c & d.20. 1.3 q 2 ad 5. Cp.4.5.11. & 1 p 21.6. ad 1. ſ Hebr. 11 l.7. & cap. 13. l.2.

Z Ad Rom. 1. l.5. ibi.

A 2. Cor. 7. l.2. ibi.

2 *Cum ergo talis agnoſcatur juſtus, non mirum, ſi peccatori vel ad ſolum aſpectum grauis reddatur, Sap.* 2. Grauis eſt nobis etiam ad videndum; *& rationem adducit*: quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius. *Et priùs*:

Iuſtus peccatori grauis.

Digitized by Google

prius: Circumueniamus justum, quoniam contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis. *Talis impio Iudæ euaserat Christus: propter illum enim de effusione vnguenti obmurmurantem, docet Author ea verba dixisse Ioann.12.* Pauperes semper habetis vobiscum, me autem non semper habetis. *Vt enim* Chrysostomus *inquit*: in hoc B Dominus objurgat Iudam, qui videbatur grauari de præsentia Christi. *Q. d.* Grauis sum tibi, & onerosus: sed expecta parum, & abibo. *Hinc ad illud Matth.2.* Audiens Herodes (*quòd scilicet natus esset Christus Rex Iudæorum*) turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo: *docemur*, *quòd* prima C causa turbationis fuit ipsorum iniquitas: iniqui enim erant, quibus semper detestabilis est conuersatio justorum. *Et alibi*. Frequenter D homini (*justo*) aduersarij mortales suscitantur propter justitiam, quam sequitur, & etiam propter alia bona, quæ facit. *Experientia nota, ipsis neque sacris claustris interdum exclusis. Cum tamen adeò proficui peccatoribus justi sint, quos à diuinis flagellis subtrahere, de laqueo peccati, deque diaboli eruere captiuitate satagunt, incessanter orando. Vnde & Moyses aut tollebat flagella aut imminuebat populo imminentia contumaci, Psal.105.* Dixit, vt disperderet eos: si non Moyses electus ejus stetisset in confractione in conspectu ejus, vt auerteret iram ejus. *Et iterum*: Stetit Phinees, & placauit. *Quod ex ore Domini confirmatur Iob 42.* Ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis. Iob autem seruus meus orabit pro vobis: faciem ejus suscipiam &c. *Ite ad seruum meum Iob*, vt scilicet E eo mediante reconciliemini mihi. *Et offerte holocaustum*, vt scilicet vos satisfaciatis, qui peccastis: sed vestra satisfactio indiget fidelis viri patrocinio. *Sic orabat Dominum ad literam pro serua suo Centurio* Matth 8. *& statim exauditur*: Ego veniam & curabo eum. *At mysticè orat justus (quem refert ex commendata fide Centurio, Rom.1. Iustus ex fide viuit) pro peccatore: quem signat seruus, quia Ioann.8.* Qui facit peccatum, seruus est peccati, *ex culpæ morbo decumbens. Et hic, vi precum hominis justi, mox curatur à Deo. Profectò, nisi esset justorum interuentio, propter peccata impiorum plures destruerentur vrbes & regna, Prou.11.* Benedictione justorum exaltabitur ciuitas, & ore impiorum subuertetur. *Hinc* Genes 18. *legimus, quòd Dominum obsecrante Abraham pro Sodomis*: Si inuenti fuerint ibi decem? *supple*, justi; *respondit*: Non delebo propter decem. *Quasi diceret*: Tuarum F precum interuentu, propter solos decem justos ibi inuentos omnibus parcam. Et secundùm hoc significatur admirabilis efficacia precis & meriti præcipuorum Sanctorum: & quàm nociua est spiritualibus carnalium societas & impiorum. *Sed & justus seruatur Loth, ejusque supplicatione ciuitas Segor*: Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam vrbem, pro qua locutus es, *sicut legimus capite sequenti. Et subdit*: Festina, & saluare ibi: quia non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc. *Verumtamen* non posse G hic idem est, quod nolle. Firmiter autem volebat ab incendio illo saluare Loth: & hoc firmiter promiserat Abrahæ. Quamuis autem ipsum non ingressum in Segor posset ab incendio saluare: vultit tamen in hoc seruare communem cursum. *Vno verbo*: Stat H Mundus per orationem bonorum. *Alioquin totus nec immeritò rueret, quia* totus in maligno positus est, 1. *Ioann.5. Et quidem, diuinæ jacula iræ extremam Mundo destructionem minitantis, DD.* Dominicum *&* Franciscum *retudisse, notum satis. Quod facit illud Sap.18.* Properans enim homo sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutum orationem, & per incensum (*Psalm.140.* Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo) deprecationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati; ostendens, quoniam tuus est famulus. *Et de Noe justo dicitur Eccli.44.* Noe inuentus est perfectus, justus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. *Nec interuentu tantùm justi deprecantis, sed & merito præcedentium justorum suam impendit Dominus peccatoribus misericordiam: quorum precibus cohibetur veluti furor ejus, Exod.32.* Dimitte me (*dicebat ad Moysen*) vt irascatur furor meus contra eos. *At ille*: Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum &c. *Et mox subjicitur*: Placatusque est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersùs populum suum. *Illud quippe justorum priuilegium est, vt quicquid petunt, faciliter impetrent, vt amici Dei, juxta illud Marc.11.* Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis. *Eapropter sorores Lazari, eo infirmo*, non I dicunt: *Domine veni, sana eum*; sed tantùm infirmitatem exponentes, dicût: *Ecce, quem amas, infirmatur*. In quo signatur, quòd sufficit amico tantùm necessitatem exponere absque alicujus petitionis additamento. Et hoc maximè verum est de eo, qui verissimè diligit, *Ps.144.* Custodit Dominus omnes diligentes se; *& Ps.36.* Salus justorum à Domino, & protector eorum in tempore tribulationis. *Et ea quidem promptitudine justos exaudit Deus, vt vel solum desiderium exaudiat, Ps.9.* Desiderium pauperum exaudiuit Dominus: *immò &* præparationem cordis eorum audiuit auris tua. *Et quamuis teneantur homines diuinæ voluntati conformari, inuerso ordine justorum voluntati se quodammodo conformare videtur Dominus, juxta illud Ps.144.* Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet. *Sanè nunquid voluntatem non fecit Moysi, dum repetitò legitur Exod. 8.* Fecitque Dominus juxta verbum Moysi? *Nunquid voluntatem non fecit Iosue, quando Ios.10.* Locutus est Domino in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis: Sol contra Gabaon non mouearis? *Et subjicitur*: Nonne scriptum est hoc in libro justorum? Stetit itaque Sol in medio Cœli. Non fuit antea nec postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israel. *Nunquid voluntatem non fecit Isaiæ prophetæ, quando 4. Reg.20.* inuocauit Dominum, & reduxit vmbram per lineas, quibus jam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus? *Quod fuit in signum salutis, Ezechiæ Regi à Deo promissæ. De quo vide* L. *Hæc & alia innumera præstant Mundo beneficia justi. Et nihilominus impius ab eo acclamatur, justus despicitur, odio habetur, & crucifigitur. Sic Barabbas latro & homicida per acclamationem liberatur à Iudæis: Christus justorum Caput, qui Act. 10.* pertransijt benefaciendo & sanando omnes, *conclamatur crucifigendus, Act. 3.* Vos autem Sanctum & justum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis: Authorem verò vitæ interfecistis. *Sic nempe & beneficijs affectus consueuit Mundus justis omnibus aduersari.*

a *Et hinc deducitur, quòd cum adeò vtiles Mundo justi sint, si tolluntur, propter excedentia scelera nostra tolluntur. Proinde ad illud Genes. 50.* Ioseph, *defuncto Iacob*, ruit super faciem Patris flens, & deosculans eum. *Et infrà*: Celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt septem dies: *docemur, quòd fletus ille præter motiua cætera factus est* ad docendum M quòd licet mors Sanctorum Patrum Sanctis morientibus sit salubris: nobis tamen hic remanentibus in pluribus est damnosa. Vnde & Sancti sæpe subtrahuntur propter peccata nostra: *quæ nimirùm justorum virtutibus opponuntur. Propterea justi lilijs æquiparantur, Cant. 6.* Dilectus meus descendit in hortum suum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat. *Vt pascatur in hortis*: idest N vt pijs Sanctorum laboribus delectetur: *& lilia colligat*; hoc est, sanctas animas: lilia enim sanctæ sunt animæ, virtutum

Marginal notes:

B Ioan 12.l.3. ibi.

C Matth. 2. lit b. ibi.

D 2.2.q.123.1. ad 3.

Ex opposito justus peccatori proficuus.

E Iob 42. ibi.

Iustorum interuentu stant vrbes, & regna.

F Gen. 18. ibi.

G Gen. 19. ibi.

H Matth. 24. lit. a ibi. hæc autem & Ser in Fe. SS. Sim. & Iud.

Immo totus Mundus.

Quanta vis orationis justorum.

I Ioan. 11. l. 1. lit b. ibi.

Voluntatem eorum facit Dominus.

L. Is. 38. ibi, decem lineis.

Mors justorum hominibus damnosa.

M Gen. 50. ibi.

Tolluntur propter peccata nostra.

N Cant. 6. com. 1. ibi.

Digitized by Google

tutum studijs & bonis operibus candidatæ. *Hinc super illud Is.35.* Et florebit quasi lilium, *notat Author, quòd justi, & Sancti* O comparantur lilijs.

O Is.35.ß cap. Iusti lilia.

Primò propter stipitis altitudinem, ex quo constantia in aduersis signatur, Cant.1. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Secundò propter odoris suauitatem, ex quo bona fama, Eccli. 39. *Florete flores quasi lilium, & date odorem.* (2.Cor. 2. Christi bonus odor sumus.) Tertiò propter humoris virorem, ex quo virtus mentis, Eccli. 50. *Quasi lilia, quæ sunt in transitu aquæ.* Quartò propter connexionem, ex quo Sanctorum charitas, *Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus lilijs*, Cantic. 7. *Sed & per arbores nec perperam signantur*, *Apoc.7.* Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus &c. *Terræ & mari*, idest P peccatoribus, qui sunt viles propter peccata jam facta, & fluxibiles quantùm ad facta, & iterum quantùm ad facienda.

Arbores.

P Apoc.7. com. 1, & 2. ibi.

Propter prius dicuntur *terra*: propter secundum *mare*. Vel *terra* auaros signat: *mare*, quia spumat, luxuriosos: item, quia feruet, superbos. *Neque arboribus*, idest bonis terram excedentibus, & ad fructificandum paratis. Dicuntur ergo justi *arbores*: quia sunt fructiferi per bonam operationem: folia habent in medicinam per salutiferam eruditionem: vmbram habent per variam ædificationem, quæ est alijs propter exemplum in refrigerium contra æstum vitiorum. In terra radicantur per humilitatem, in ramis dilatantur per charitatem, *Matth.7.* Omnis arbor bona fructus bonos facit. *At specialiùs justus fructifera dicitur oliua*, *Psal.51.* Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. *Quo loci Author:* Sancti Q in præsenti Ecclesia benè se habent ad proximum, fructificando in eis. Et ideò justus comparatur oliuæ. *Q.d.* Peccator euellitur sine fructu: sed *ego sicut oliua fructifera in domo Dei.* Et comparatur oliuæ propter pinguedinem. Nam oliua semper habet fructum pinguem, Iudic. 9. *Nunquid possum deserere pinguedinem meam?* & Ier. 11. *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocauit Dominus nomen tuum.* Comparatur tamen oliuæ propter fructum specialiter, quia ex oliuis fit oleum, per quod significatur misericordia, ex qua justi prouident alijs, & fructum faciunt in Ecclesia, Ioann.5. *Posui vos, vt eatis, & fructum afferatis.* Et hunc fructum feci *in domo Dei*, non in Mundo, *Psalm.83.* Elegi abjectus esse in domo Dei mei, *id est in Ecclesia, quæ est domus pacis: quod & oliuæ congruit, quæ in pacis poni symbolum consueuit.* Pax autem R Sanctorum *ex Augustino* est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis.

Oliuæ.

Q Ps.51. lit.e. ibi.

R Ioa. 14. l.7. lit.a.

Pax iustorum quæ & qualis.

Vt serenitas mentis referatur ad rationem, quæ debet esse libera, non ligata, nec absorpta aliqua inordinata affectione. Tranquillitas animi referatur ad sensitiuam, quæ debet à molestatione passionum quiescere. Simplicitas cordis referatur ad voluntatem, quæ debet in Deum objectum suum totaliter ferri. Amoris vinculum referatur ad proximum. Consortium charitatis ad Deum. Hanc autem pacem hic Sancti habent, sed imperfectè, quia nec ad nos, nec ad Deum, nec ad proximum, pacem sine perturbatione aliqua possumus habere: sed in futuro habebunt eam perfectè, quando sine hoste regnabimus. *Et hæc est præcipuus hujus fructus oliuæ, Ioann.15.* Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. *Fert inquam* triplicem S fructum in vita ista. Primus est, abstinere à peccatis, Is.27. *Iste omnis fructus, vt auferatur peccatum.* Secundus est, vacare operibus sanctitatis, Rom.6. *Habetis fructum vestrum in sanctificationem.* Tertius fructus est, vacare ædificationi aliorum, Ps 103. *De fructu operum tuorum satiabitur terra.* Fert etiam quartum fructum in vita æterna, Ioann.4. *Congregat fructum in vitam æternam.* Hic est vltimus & perfectus fructus laborum nostrorum, *Sap.3.* Bonorum laborum gloriosus est fructus: *idest, gloria æterna, qua in perpetuum donabuntur justi.*

S Ioan.15. l.1. lit.a.

Triplex iusti fructus.

b *Et hæc quidem, sors est justorum & pars, sibi à Deo reseruata, Coloss.1.* Qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine. *Siquidem* omnes T homines de Mundo secundùm naturam sunt boni. Et ideò justum est, eos aliquam partem habere Dei.

Deus pars hereditatis iustorum.

T Coloss.1. l.1. ibi.

Mali quidem partem habent voluptates & temporalia, Sap.2. *Hæc est pars nostra, & hæc est sors.* Sancti verò habent ipsum Deum partem, Thren.3. *Pars mea Dominus;* & Psalm. 15. *Dominus pars hereditatis meæ;* & Psalm.141. *Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.* Et addit, *sortis in lumine:* & hæc per se est possessio luminis, 1.*Timot.6.* Lucem inhabitat inaccessibilem. *Vnde ad Ephes.1. cohærenter dicitur:* In quo etiam nos sorte vocati sumus prædestinati &c. *Etenim*, quia sors V nihil aliud est, quàm inquisitio rerum, quæ ex diuina voluntate fiunt; gratia autem ejus ex sola diuina voluntate dependet: inde est, quòd gratia diuinæ electionis dicitur sors: quia Deus per modum sortis secundùm occultam prouidentiam, non ex alicujus meritis, per gratiam internam vocat, *ad vitam prædestinans sempiternam. Et hæc est* pars sortis Sanctorum in lumine, *scilicet beatitudinis æternæ, Psalm.35.* In lumine tuo videbimus lumen.

Quid sors

V Ephes 1. l.1. ibi.

Gratia electionis est sors.

Quam tamen vult in executione meritorijs operibus acquiri per actus virtutum, quos justi in hoc Mundo incessanter exercent. Idcircò, ad hunc æternæ vitæ fructum capessendum felix justorum transitus, mors dicitur pretiosa, Psal.115. Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. *Et Sap.3.* Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. *Quia nimirùm* adjuuabit eos Dominus, & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, *Psal. 36. Liberabit*, scilicet X à malis: *& eruet eos à peccatoribus* vel quantùm ad præsentem statum, quia non sequentur peccatorum vias: vel in die judicij, quando segregabit oues ab hœdis: vel à dæmonibus in morte cujuslibet, quia tunc dæmones veniunt, quærentes, si aliquid suum inueniant: (Nihil in me, funeste, reperies: *proximus morti dicebat tentatori Martinus*) *& saluabit eos*, quia erit finalis salus. *Vnde signanter dicitur Apoc 14.* Beati mortui, qui in Domino moriuntur. *Siquidem* mors Y justorum nil aliud est, quàm carceris ruptio, peregrinationis terminus, laquei contritio, finis exilij, laboris meta, periculi euasio, periculosæ domus exitus, descensus de equo præcipiti, reditus ad Patriam, Paternæ hereditatis inuestitio, victoria pugnæ, exterminatio miseriæ, janua vitæ.

Mors iustorũ pretiosa.

X Ps.36.ß.

Y Apoc 14. com. 2. §.5. ibi.

E' contrario *mors peccatorum pessima*, quæ est carceris introitus, peregrinationis initium, laquei captio, exilij inceptio, & cætera, quæ suprà dicta sunt, per contrarium; & ideò dicitur Eccli.41. *O mors, quàm amara est memoria tua!* Isti *sine Domino* moriuntur, & ideò infelices: priores *in Domino*, & ideò *beati*. Sunt enim ab hoste securi, à periculo liberi, à pœna expediti, de gloria certi. Et dicit *Beati* parte beatitudinis, idest solæ animæ: *Mortui*, idest peccato, vt boni Christiani: vel Mundo, vt boni religiosi: *qui in Domino moriuntur*, idest in confessione Domini. Vel *in Domino* existentes per charitatem, quia *qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*, vt dicitur 1. Ioann.4. *Sicque justus in morte, cum justo Simeone dimittendus in pace, Deum excipit, & à Deo excipitur: impius verò diabolum, & ab eo capitur, Ioann.13.* Introiuit in eum Satanas, & *Psal.108.* Diabolus stet *in morte* à dextris ejus, *vt videlicet*, cum judicatur, exeat condemnatus. *Et heu quàm pauci justi inueniuntur modò in Ecclesia fidelium! non ita in primitiua Ecclesia, quando* multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, *Act.4. Quod facit charitas, ex qua omnis justitia.*

Peccatorum pessima.

Pauci inueniuntur iusti.

Et

Digitized by Google

Et tunc quidem poterat Apostolus dicere Roman. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo. *At modò non ita: sunt enim* pauci Z saltem per comparationem ad infructuosam multitudinem damnatorum, *secundùm illud Matth.7.* Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam! & pauci sunt, qui inueniunt eam. *Quibus in verbis* facit A mentionem de difficili & rara inuentione in via spiritus: & in via carnis non. Et est ratio; quia via carnis est delectatio, & hæc est in promptu, Matth. loc. cit. *Lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem; & multi intrant per eam.* Via verò spiritus est occulta, Psal.30. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te!* Quia enim est in occulto, ideò & pauci inueniunt eam. Sed & aliqui inueniunt, & retrocedunt, de quibus dicitur *Luc.9.* Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est Regno Dei. *Et Ioann.6.* Multi abierunt retrò, & jam non cum illo ambulabant. *Idcircò ibidem Christus præmiserat:* Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam quotidie (*non semel in anno, non bis, non ter, sed qualibet die: ita enim operantur justi, 2. Cor. 4.* Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes:) & sequatur me. Si quis: *tacitus innuere volens, si fortè quispiam reperiatur, qui per hanc angustam portam (Ioann.10.* Ego sum ostium; per me si quis introierit, saluabitur) *transire velit ad vitam æternam consequendam, vt vel in millibus vnus.* Si quis vult: *Quasi dicat:* Rarus est B qui velit. *Hinc Bernardus:* Quàm pauci sunt *inquit* qui post te, Domine Iesu, velint venire! *quàm pauci! DISCE* non sequi turbam ad faciendum malum, *Exod.23. Vide* Adoptio diuina, Sanctorum intercessio, Tribulatio.

Z Rom.12.l.2. ibi.

A Matth. 7. lit.a.f.

Pauci viam reperiunt, quæ ducit ad vitam: & inuenientes retrocedunt.

B Serm. de S. Georg. Rarus est, qui sequi Christũ velit.

XXV. Christus, velut medicus animarum summus, ad curandum graues animę morbos, permittit plurimos electos suos, & magnos, in morbis corporis grauiter affligi: & quod plus est, ad cauendum majora crimina, permittit incidere in minora etiam mortalia. 2. Cor. 12. l. 3. *sub initio.*

c VT *cautior reddatur justus in negocio spiritualis salutis, proficiat semper oportet in justitia sua, 1. Tim.4.* Noli negligere gratiam, quæ in te est. *Quasi dicat:* Immò C attende: quia qui recipit gratiam, non debet in ea negligens esse, sed ex ea fructificare debet: nam *Matth.25.* Seruus abscondens in terra pecuniam, punitur propter negligentiam. *Vnde ad illud* Ioann. 4. *de Regulo:* Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus: & ibat; *docemur, quòd* oportet D nos proficiendo ire: quia qui stat, exponit se periculo, vt vitam gratiæ conseruare non possit. In via enim Dei non proficere, deficere est, *Epist. 2. Ioann.* Hæc est charitas, vt ambulemus secundùm mandata ejus. Hoc est enim mandatum, vt quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis. *Hæc est charitas:* idest E in hoc esse ostenditur & apparet, *vt ambulemus* passibus morum, non corporum, de bono in melius proficiendo, *secundùm mandata ejus* ea custodiendo. *Hoc est enim mandatum,* scilicet Dei: *vt quemadmodum audistis ab initio* vestræ fidei, vel vestræ conuersationis, vel prædicationis, *in eo ambuletis* assiduè proficiendo, & perseuerando, *Psal. 83.* Ibunt de virtute in virtutem. *Et hoc est, quod ait Paulus ad Hebr.10.* Consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum: non deserentes collectionem nostram, sed consolantes, & tantò magis, quantò videritis appropinquantem diem. *Vbi Author:* Posset enim F aliquis dicere: quare debemus nos in fide proficere? Quia motus naturalis quantò plùs accedit ad terminum, tantò magis intenditur. (Contrarium est de violento.) Gratia autem inclinat in modum naturæ; ergo qui sunt in gratia, quantò plùs accedunt ad finem, plùs debent crescere. Et ideò dicit: *Non deserentes, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes: & hoc tantò magis, quantò videritis appropinquantem diem,* idest terminum, *Rom.13.* Nox præcessit, dies autem appropinquauit; *& Prou.4.* Iustorum semita, quasi lux splendens, procedit & crescit vsque ad perfectam diem. *Et hoc est ambulando proficere, Coloss. 1.* Vt ambuletis dignè Deo per omnia placentes: *at quomodo?* in omni opere bono fructificantes, & crescentes &c. *Etenim* semper G homo debet niti ad vlterius bonum, Eccli. 24. *Flores mei, fructus honoris & honestatis.*

C 1. Tim.4. l. 3. ibi.

Iustus proficiat in iustitia sua.

D Ioan. 4. l. 7. lit.e.

In via Dei non proficere, deficere est.

E Ep. 2. Ioan. §.a. ibi.

F H ebr. 10. a. f.

G Coloss.1. l. 3. ibi.

d *Proficiat inquam indeficienter justus, ne videlicet corruat, monente Apostolo 1. Cor.10.* Qui se existimat stare, videat *multorum exemplo* ne cadat. *Quasi dicat:* Illi (*qui scilicet perierunt ab exterminatore, vt præmiserat*) etsi H beneficijs Dei vsi sunt, nihilominus propter peccata perierunt. Itaque ex eorum consideratione *qui existimat* aliqua conjecturatione *se stare*, idest quòd sit in gratia & charitate, *videat* diligenti attentione, *ne cadat* peccando, vel alios faciendo peccare, *Is.14.* Quomodo cecidisti de Cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? *Ideò* videte, quomodo cautè ambuletis, *ad Ephes.5. Ideò Dauid, quia immò justus & sanctus, rogabat Dominum Psal.85.* Custodi animam meam, quoniam sanctus sum. *Ideò dicitur Apoc.3.* Tene quod habes: vt nemo accipiat coronam tuam. *Tene,* scilicet I per mentis custodiam, & vitæ diligentiam perseueranter, *quod habes,* scilicet gratiam & vitæ tuæ merita: *Iustificationem meam, quam cœpi tenere, non deseram,* Iob 27. *Vt nemo accipiat coronam tuam;* idest, quam meruisti. (*De qua corona vide fusiùs ibid. vtroque Commentario.*) *Et hac quidem de causa* in Scriptura L recitantur aliquando peccata magnorum, sicut Dauid & aliorum: quia diabolus non solùm paruos & inferiores, sed etiam magnos prostrauit: aduersarius enim noster est. Et ideò propter cautelam recitantur: vt qui stat, videat ne cadat. *Nam & fortiores permittit Dominus cadere, ne de se fortasse nimiùm confidant: vti contigit Petro, qui supra mare gradiens,* videns ventum validum timuit: & cum cœpisset mergi, clamauit: Domine, saluum me fac, *vt dicitur Matth. 14.* Dominus enim M aliquando fortes in periculo maris submergi permittit, vt qui se existimat stare, videat, ne cadat. Quòd autem permiserit mergi Petrum, hoc fecit, vt experiretur, quid posset de se. Quòd enim iuit supra mare, hoc fuit virtute Christi: quòd autem cœpit mergi, hoc fuit infirmitatis Petri. *Profectò periculum maris periculа indicat seculi: ventus validus impetum tentationis. Hinc discipuli, à Christo moniti de futura sui proditione,* cœperunt *Matth.26.* singuli dicere: Nunquid ego sum, Domine? *Vbi Author:* Quare N dubitabant? Nonne vnusquisque erat certus de se? *Et respondet:* Instructi erant discipuli, quia homines sunt citò proni ad peccatum; vnde Apostolus 1. Corint.10. *Qui stat, videat ne cadat.* Item dubitabant, quia magis ei credebant, quàm propriæ conscientiæ. Simile est illud, quod dicit *Apostolus 1. Cor 4.* Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc justificatus sum. *Vnde & signanter Euangelista, proditorem descripturus:* Ecce Iudas *inquit* vnus de duodecim. *Vnus de duodecim.* In quo O datur exemplum, quòd nullus de statu suo debet confidere: (*quamuis enim discipulus Christi, in nefariam proditionem dilapsus est, Ioann.6.* Nonne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus est?) *&* quòd nullus P in quacunque excellentia constitutus,

Iustus cautè ambulet, ne cadat.

H 1. Cor.10. l. 3 ibi.

I Apoc.3. vtroq. l. & 2. ibi.

L Matth. 1. lit. c. ibi, Dauid.

M Matth. 14. lit.A. ibi.

N Matth. 26. lit. L. ibi.

O Ibid. lit. f.

P Ioan.13. l. 1. lit. e.

Digitized by Google

tutus, de se præsumere debet: quia & *in Angelis suis reperit prauitatem*, vt dicitur Iob 4. *Hinc Petro sibi audacter dicenti Ioann.* 13. Animam meam ponam pro te; *respondit Dominus:* Animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi: Non cantabit gallus, donec ter me neges. *Quasi diceret:* Considera Q quid loquaris: magis scio quid in te sit, quàm tu scias. Tu non scis ponderare amoris tui pondus. Noli ergo de te vltra modum præsumere. Et hujus ratio assignatur Matth. 26. *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Permisit autem R Dominus, Petrum tentari & cadere, vt exaltatus ad principatum Ecclesiæ, discat de se humilia sentire, & peccantibus subditis compati. *Huc facit & quod legitur Apoc.* 11. Occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem millia; *moxque sequitur:* Et reliqui in timorem sunt missi. *idest*, timuerunt S ne caderent, viso casu malorum. Ex quo patet, quòd cum quis videt casum alterius, debet alij compati, & pro seipso timere. Item debet Deum glorificare, cujus gratia stat; *vnde sequitur:* Et dederunt gloriam Deo Cœli. *Et hoc est, quod ait Apostolus ad Rom.* 11. Tu autem fide stas? Noli altum sapere, sed time &c. *Fide stas?* idest T credendo in Christum, in quo gratiam consecutus es? *Noli altum sapere;* idest, noli de te vltra teipsum præsumere: *sed time, ne* scilicet etiam tu frangaris per incredulitatem (*sicut aliqui ex ramis fracti sunt*) *si enim naturalibus ramis*, idest Iudæis, *non pepercit Deus*, quin eos frangi permitteret: *time, ne fortè nec tibi parcat*, quin scilicet te permittat per incredulitatem excidere, *vel per alia mortalia peccata. Et notandum, quòd ad casum* V impellunt nos: *Primò* debilitas virium, sicut cadunt pueri, decrepiti, infirmi: quod contingit per tepiditatem bene operandi. *Secundò* onus peccatorum, sicut cadunt asini sub onere nimio: quod contingit per negligentiam pœnitendi. *Tertiò* multitudo trahentium, sicut arbor multis trahentibus cadit: quod contingit per impulsum hostium. *Quartò* lubricitas viarum, sicut incauti cadunt in lubricos: quod contingit per incautam sensuum custodiam. *Quintò* varietas offendiculorum, sicut auis capta in medio laqueorum: quod contingit per corruptionem creaturarum. *Sextò* ignorantia agendorum, sicut cæci cadunt de facili: quod contingit per negligentiam addiscendi necessaria. *Septimò* exempla cadentium, sicut Angeli ad exemplum Luciferi: quod contingit per imitationem malorum. *Octauò* ponderositas corporum: *Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animam*, Sap. 9. sicut lapis in collo natantis: quod contingit per carnis fomentum superfluum.

Q Ioan 13. l. 8. & 1 e.

R Ibid.

Cur Petrus cadere permissus.

S Apoc. 11. tom. 1. ibi.

T Rom 11. l. 3. ibi.

V 1. Cor. 10. l. 8. &c.

Plura ad casū impellunt.

c *Et adhoc quidem datus est Paulo stimulus carnis, ne scilicet in superbiam eleuaretur*, 2. Corinth. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet. *Extollat me*, scilicet X in superbiam, Eccli. 6. *Non te extolias in cogitatione animæ tuæ, velut taurus:* datus est mihi *stimulus* crucians corpus meum per infirmitatem corporis, vt anima sanetur: quia ad literam dicitur, quòd fuit vehementer afflictus dolore Iliaco. Vel *stimulus carnis meæ*, idest concupiscentiæ, surgens ex carne mea: à qua multùm infestabatur. Iste autem stimulus est *angelus Satanæ*, idest malignus: est enim *angelus* à Deo missus seu permissus; sed *Satanæ*; quia Satanæ intentio est, vt subuertat; Dei verò, vt humiliet & probatum reddat. *Et concludit:* Timeat peccator, si Apostolus & vas electionis securus non erat. *Idcirco ad Philip. 2. signanter dicebat:* Cum metu & tremore vestram salutem operamini; *& Psal. 2.* Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. *Neque enim, quantumuis iustus, à tentatione quis immunis euadit. Nam & ipse Christus impeccabilis tentationes, ad exemplum vtique nostrum, sustinuit, vt patet* Matth. 4. *Et quidem propter nostram* Y cautelam: vt scilicet nullus, quantumcunque sanctus, se æstimet securum, & immunem à tentatione. Vnde & post baptismum tentari voluit: quia *in sanctificatis ex Hilario maximè diaboli tentamenta grassantur, quia victoria magis est et exoptata de Sanctis.* Vnde & dicitur *Eccli.* 2. Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in justitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. *Qua de causa hortabatur Apostolus Timotheum* 1. *Timoth.* 6. Certa bonum certamen fidei; *scilicet*, exemplo Z militum, qui dupliciter pugnant: quandoque ad defendendum quod habent; quandoque ad acquirendum non habita. Et hoc imminet Sanctis. *Primum*, vt custodiant habita, scilicet fidem & virtutes; & ideò dicit *certamen fidei*; idest, pro fide custodienda, Eccli. 4. *Pro justitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro justitia.* Vel *fidei*, vt per fidem (quæ per charitatem operatur, *ad Galat.* 5.) vites peccata. Et dicit, *bonum certamen*, idest legitimum, 1. Cor. 9. *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.* Tunc ergo est *bonum certamen*, quando abstinet quis ab omnibus impedimentis. *Secundò* certant Sancti ad acquirendum quæ non habent: & hæc est vita æterna, quæ acquiritur per pugnam, Matth. 11. *Regnum Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Et ideò *immediatè* subdit Apostolus: *Apprehende vitam æternam*, scilicet quasi tenens, si tuo certamine vincas. Vel *certa bonum certamen fidei:* & quo præmio? vt apprehendas vitam æternam, 1. *Cor.* 9. Nos autem incorruptam (*coronam.*) *Et ad illud* 2. *Tim.* 4. Bonum certamen certaui; *docemur: quòd* certamen A dicitur bonum; Primò, si sit pro bonis: putà si sit pro fide & justitia, sicut Apostolorum, Iuda Epist. can. *Deprecans supercertari semel traditæ Sanctis fidei.* Secundò propter modum certaminis, si scilicet solicitè & legitimè certetur, 2. Tim. 2. *Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit*, & 1. Cor. 9. *Sic pugno, non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum &c.* Tertiò propter difficultatem certaminis, Sap. 10. *Et certamen forte dedit illi, vt vinceret.* Sit igitur justus B fortis in pugnando, patiens in sustinendo, cautus in seruando. Primum propter malum culpæ, scilicet pugna: secundum contra malum pœnæ, scilicet patientia: tertium contra malum tentationis, scilicet cautela. *Et ò quale subeundum justis certamen contra triplicem hostem, Mundum, carnem, dæmonium, totque inter pericula constitutis!* 2. *Corinth.* 11. Periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere &c. *De quibus ad literam vide C. Moraliter autem exponendo*, Pericula *fluminum* sunt D pericula diuitiarum, vbi perit humilitas: quia vermis diuitum est superbia, vt dicit *Augustinus.* Et Is. 7. *Requieuit Syria super Ephraim*; idest, superbia super diuitias. Pericula *latronum* sunt pericula deliciarum, quæ furantur homini virtutes cordis, Ose. 4. *Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.* Pericula *ex genere* sunt pericula super generis nobilitate, vbi perit fraternitas: quia ex quo aliquis ex vna parte aliquid habet nobilitatis, omnes alios de genere suo non recognoscit, & despicit omnes, quasi non ipse sit homo: (*Plurimos nouimus.*) Malach. 2. *Nunquid non Pater vnus omnium nostrum?* Pericula *ex gentibus* sunt pericula ex amore parentum, fratrum, sororum, & aliorum, qui nobiscum, vel ex nobis sunt geniti: quæ pericula destruunt Ecclesiam, Habac. 2. *Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus.* Pericula *in ciuitate* sunt pericula conspirationis & injustitiæ, vbi perit pax & æquitas, Psalm. 54. *Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.* Pericula *in solitudine* sunt pericula singularitatis, vbi perit charitas, & dominatur auaritia: propter quod dicitur Eccle. 4. *Væ soli: quia, cum ceciderit, non habet subleuantem se.*

Tentationibus & iusti obnoxii: & quorsum.

X 2 Cor. 12. l. 3. ibi.

Timeat peccator, si Apostolus securus non erat.

Y 3. p. 41. a. 1. & 3. c. & Matth. 4. sub initio.

Iustis pugnandum.

Z 1. Tim. 6. l. 4. ibi.

Quale iustorum certamē.

A 2 Tim 4. l. 2. ibi. & Ep. Iudæ ibi supercertari.

B 1. Cor 9. l. 5. ibi, sic pugno.

Difficile, tot inter seculi pericula, euadere.

C 2 Cor 11. l. 5. ß

D Apoc. 14. tom 2 ibi. bea. ti mortui.

Pericula plurima.

Peri-

Pericula *in mari* sunt pericula seculi, vbi perit charitas, Rom. 12. *Nolite conformari huic seculo*. Pericula *in falsis fratribus* sunt pericula malæ societatis: *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam*, Eccli. 13. *Hæc sunt pericula, quibus & ipsi iusti exponuntur, præter cætera, quæ tempus quotidie inducit, & occasio. In qua quidem ne labantur, vigilare eos oportet incessanter, & depugnare. Veruntamen* Fidelis Deus (*ajebat* 1. Cor. 10. *iustos consolatus Apostolus*) qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum. *Vbi* commendat E Deum adjutorem, qui dat nobis resistendi potentiam: potentiam, ne vincamur: gratiam, vt mereamur; constantiam, vt vincamus. *Qui non patietur vos tentari supra id quod potestis*: quod vtique posset diabolus, si permitteretur: quia *non est super terram potestas, quæ comparetur ei*, Iob 41. Sed qui dat diabolo tentandi licentiam, ipse dat *ex Augustino* tentatis misericordiam: *& faciet etiam cum tentatione prouentum*, ita *vt possitis sustinere*, ne deficiatis in lucta, sed immò vincatis, *Sap.* 10. Et certamen forte dedit illi vt vinceret. *Vincit enim tandem, Deo adjuuante, iustus & Mundum & carnem & diabolum præcipuè insultantem: plena de quo victoria mysticè innuitur in forti Samsone* Iudic. 14. *Vbi dicitur*, quòd irruit spiritus Domini in Samson, & dilacerauit leonem (1. *Pet.* 5. Diabolus tanquam leo rugiens &c.) quasi hœdum in frusta discerpens, nihilominus habens in manu: *sed Deum in corde*.

E 1. Cor. 10. l. 3. ibi.

f *Quòd si* (*alto suo judicio Deo permittente*) *etiam in mortalem interdum culpam &* iustus F cadit: resurgit cautior & humilior. Discunt enim *ex glossa* cum tremore se exultare debere: non quasi arrogando sibi tanquam de sua virtute fiduciam permanendi. *Et hoc est, quod initio expresserat Author: videlicet*, quòd Christus G velut medicus animarum summus, ad curandum graues animæ morbos, permittit plurimos electos suos & magnos, in morbis corporis affligi: & quod plus est, ad cauendum majora crimina, permittit incidere in minora etiam mortalia: *eo quòd ex casu permisso surgunt humiles magis & cauti, ne iterum prolabantur. Ita ex negationis casu didicit cautior esse Petrus & humilior. Interrogatus siquidem à Domino Ioan.* 21. Simon Ioannis diligis me plùs his? *cautè respondit*: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Ex qua *inquit Author* responsione H euidens signum correctionis de sua negatione apparet. Nam antequàm negaret Petrus, superbiuit contra cæteros Apostolos, dicens: *Etsi omnes scandalizati fuerint in te* (Matth. 26.) *ego nunquam scandalizabor*. Item contra Dominum: quia, Domino dicente: *Ter me negabis*; ille subdit: *Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo*. Sed modò de proprijs viribus victus, non audet confiteri suum amorem, nisi sub testimonio & protestatione Domini, humilians se Christo, dicens: *Domine, tu scis quia amo te*. Item, humilians se Apostolis, non dicit, *plùs his*, sed simpliciter, *amo te*. *Vnde & tertiò interrogatus, respondit*: Tu omnia nosti: tu scis, quia amo te. *Quasi dicat*: Ego I diligo te quantum mihi videtur. Sed *tu omnia nosti*, & forte *scis*, an aliquid aliud debeat contingere. *Et ita* iusti L lapsi in peccatum, quandoque in majorem gratiam resurgunt; *Vnde Bar.* 4. Sicut fuit sensus vester, vt erraretis à Deo: decies tantum iterum conuertentes, requiretis eum. *Idcircò legitur Psal.* 36. Cum ceciderit (*iustus*) non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. *Verùm* tripliciter M hoc potest intelligi. Primò de casu temporalis aduersitatis: & si sic iustus cadit, *non collidetur*, quia patienter sustinet, Iac. 1. *Patientia opus perfectum habet &c.* Sed peccator sic cadens *colliditur*, quia impatiens est. Vel potest intelligi de casu peccati venialis: quia nullus est, qui tale peccatum non committat aliquando, Iac. 3. *In multis offendimus omnes*. Et sic sensus est: *Si ceciderit*, hoc casu *non colliditur*, vt mortaliter peccet; vnde dicitur Prou. 24. *Septies cadet iustus, & resurget*. Quòd si referatur ad casum peccati mortalis, quo aliquando iustus cadit, vt *Dauid* per adulterium & homicidium, & sicut *Petrus* negando Christum: sic peccatores ex casu colliduntur, dum desperati nolunt ad pœnitentiam redire, Ephes. 4. *Desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam*; & 2. Cor. 12. *Lugeam multos ex ijs, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia & impudicitia, quam gesserunt*. Sed iustus *non colliditur* per desperationem, sed redit ad pœnitentiam. Vnde *Dauid* dixit: *Peccaui Domino*; & dictum est ei 2. Reg. 12. *Dominus transtulit peccatum tuum*. Item *Petrus fleuit amarè*, Matth. 26. Hinc Mich. 7. *Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi: consurgam, cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est*. Et hæc est ratio, quòd non colliditur: *quia Dominus supponit manum suam*, scilicet gratiæ confortantis eum, *Ezech.* 3. Manus Domini erat mecum confortans me; *& Psal.* 138. Tenebit me dextera tua, *ne scilicet cadendo collidar*. *Eapropter justus palmæ assimilatur, Psal.* 91. Iustus vt palma florebit: *de qua efformari consueuit emblema cum epigraphe*: Inclinata resurgo. *Vnde & de Ecclesia dicitur Cant.* 7. Statura tua assimilata est palmæ: *quam licèt exteriores ærumnæ, & hæreticorum vexationes, inclinare quandoque videantur: gloriosior tamen inclinata resurgit*.

Si cadit iustus, cautior resurgit, & humilior.

F Rom. 8. 16. sub init. 3. p. 89. a. ad 1. In 3. d. 33. 1.

G 2. Cor. 12. l. 3. ibi. Pet. 5. 5. ad 3.

Et ad hoc Deus cadere permittit.

H Ioa. 21. l. 3. lit. 6.

Exemplum de Petro Io. 21.

I Ibid. fi. lect.

L Ioan. 21. l. 5. lit. b. fi. Rom. 8. l. 6. In 2. d. 22. 2. 4. c.

Iusti cadentes, in maiorem quandoque gratiam resurgunt.

M Ps. 36. lit. r. ibi.

Exponitur illud Ps. 36. Cum ceciderit, non collidetur &c.

Iustus cur palmæ comparetur.

g *Veruntamen hoc, quòd justus vt plurimùm cadens resurgat, nullam debet justis de sua justitia præstare fiduciam: quis enim scit, an Deus ad resurgendum gratiam præstet? ex sola enim misericordia hanc impendit. Grauem immò incutiant timorem* Salomon (*de cujus dubitatur salute*) Tertullianus, Origenes, *sapientes alioquin pijque viri, quemadmodum præclarissima ac religiosissima ipsorum monimenta, adhuc fidelibus proficua, satis declarant. Peccatoribus verò metum ingerant non minorem Petri Apostoli verba in sua prima cap.* 4. Si justus vix saluabitur: impius & peccator vbi parebunt? *Si justus*, reddens N Deo & proximo quod suum est, *vix saluabitur*, æstuando *ex glossa* & decertando cum magno certamine, & cum magna difficultate: *impius* quoad fidem, & *peccator* quoad mores *vbi parebunt*? Apparebunt scilicet in Inferno, non in Cœlo, vel in Mundo, Psal. 36. *Vidi impium superexaltatum &c. & transiui, & ecce non erat: & quæsiui eum, & non est inuentus locus ejus* (scilicet O Mundus, in quo quiescit: quia 1. *Ioann.* 2. Mundus transit, & concupiscentia ejus; & 1. *Corinth.* 7. Præterit figura hujus Mundi. *Quo sensu dicitur & Iob* 7. Non reuertetur vltrà in domum suam, neque cognoscet eum ampliùs locus ejus; *idest*, non redibit P vlteriùs ad locum suum, *quem in Mundo habebat*.) Et notandum, quòd multæ sunt causæ, quare *Iustus vix saluabitur*. Vna causa est, propter meritorum nostrorum indignitatem, Rom. 8. *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam*. Secundò propter corporis & animæ contrarietatem, ad Galat. 5. *Caro concupiscit aduersùs spiritum*. Tertiò propter carnis grauitatem & corruptionem, Sap. 9. *Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam*. Quartò propter viæ arctitudinem, Matth. 7. *Arcta via est, quæ ducit ad vitam*. Quintò propter bonorum operum difficultatem: quia virtus consistit circa difficile. Sextò propter justitiæ nostræ incertitudinem, Is. 64. *Quasi pannus menstruatæ, vniuersæ justitiæ nostræ*. Septimò propter judicis districtionem, *Psal.* 142. Non intres in judicium cum seruo tuo: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis viuens. *Plura de viro justo superessent dicenda: quæ tamen, & qualia sint, exprimi de facili non potest*,

Timeat iustus: at magis metuat peccator.

N 1. Pet. 4. 5. 3. ibi.

O Psal. 36. 5. pen. fi.

P Iob 7. l. 2. circ. fi.

Plures causæ, quare vix iustus saluatur.

Apoc.

Digitized by Google

Q. Apoc. 2. com. 1. ibi.

Nemo scit, quid importet iustum esse, nisi iustus.

Apoc. 2. Dabo illi nomen nouum, quod nemo scit nisi qui accipit. *Nemo scit* scientiâ Q. rectâ & dignâ: quæ debet esse non solùm speculatiua, sed & practica; vnde dicit: *nisi qui accipit*, scilicet ipsum nomen, idest rem nominis, quia impertit diuinam filiationem & familiaritatem. *Solus igitur justus practicè nosse potest, quid importet justum esse, vel ex hoc solo, quòd Deus in illo est. Idcircò Petrus in sua prima cap.* 2. Si tamen gustastis, *inquit*, quoniam dulcis est Dominus. *Et Psalm.* 33. Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. *Vbi Author*: Experientia *inquit* de re R. sumitur per sensum: sed aliter de re præsenti, aliter de absente. Quia de absente, per visum, odoratum, & auditum; de præsenti verò per tactum & gustum: sed per tactum de extrinseca præsenti, per gustum verò de intrinseca. Deus autem non longè est à nobis, nec extra nos, sed in nobis, Ierem. 14. *Tu in nobis es Domine: (at specialiter per gratiam in justis:)* & ideò experientia diuinæ bonitatis dicitur gustatio. Effectus autem experientiæ ponitur duplex. Vnus est certitudo intellectus: alius securitas affectus. Quantùm ad primum, dicit: *videte*. In corporalibus namque priùs videtur, & postea gustatur: sed in rebus spiritualibus priùs gustatur, postea autem videtur: quia nullus cognoscit, qui non gustat (1. *Ioann.* 2. Vnctio docet vos de omnibus:) & ideò dicit priùs, *gustate*, & postea *videte*. Quantùm ad secundum, dicit: *quoniam suavis est Dominus*, Sap. 12. O'quàm bonus & suauis est, Domine, spiritus tuus in nobis! *Bene igitur dictum est, neminem scire posse, quid sit justum esse, nisi justum*: Nemo scit, nisi qui accipit. *DISCE qui Dei gratiâ stas, jugiter timere, ne cadas. Vide* Peccatum, Prædestinatio, Tentatio.

R. Ps. 33. lit. i.

In spiritualibus prius gustatur, & postea videtur: è contra in corporalibus.

Et hic, quem inter reprobos DAMNATOS assumpsimus calamum, libenter inter IVSTOS deponimus, *quorum nomina scripta sunt in Libro vitæ*: proinde laboris nostri Tomo II. Deo fauente, S. Thoma dictante, terminum statuimus Anno ætatis 62. Redemptionis 1693. sub fausta die 25. Nou. Sanctæ doctæque Virgini & Martyri Catharinæ, Ordinis nostri Protectrici sacrâ: cujus efficax apud Deum interuentio tantum vitæ ac virium impetret nobis, vt & postremum Tomum, ad Thomistici hujus Operis complementum, perficere pro communi vtilitate valeamus.

S. N. D. B.

Omnia infallibili S. R. E. judicio deuotè submittit S. THOMÆ Collector.

TOMI SECVNDI FINIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

Rerum notabilium in hoc Secundo Tomo contentarum.

Litera major currentem Alphabeti literam ſignat. Numerus principalem ſub eadem litera ad ſingulas materias ſententiam notat. Litera minor literas indicat marginales, ſiue paragraphos.

A.

AARON.

AN, & qua pœna à Deo punitus propter aurei vituli conflationem. E. X. l.

ABAGARVS.

Rex Edeſſenorum, cui imaginem ſuam Chriſtus tranſmiſit. E. II. z.

ABORTVS.

Procuratio abortus an homicidium ſit, & irregularitatem inducat. I. XIII. b.

ABSTINENTIA.

Vtilis. G. XI. n. confert ad ſapientiam. *ib.* Vide Tomo I.

ABYSSVS.

Vnde dicatur. D. I. b. cur Infernus abyſſus. *ib.*

ACCVSATIO.

In quo differat à denunciatione. I. XVI. b. finis ejus. *ib.* debet fieri in ſcriptis. *ib.* quorſum inſtituta. *ib.* an & quando quis ad accuſandum teneatur. *ib.* non fiat, niſi de re omnino certa. *ib.* non omnis falsò accuſans, criminator: ſed qui ex malitia accuſat. *ib.* falſus accuſator pœna talionis punitur *ib.* & perpetuæ infamiæ. *ib.* in notoriis non eſt accuſatio. *ib.* quinam ad accuſandum inhabiles. *ib.* Vide *Denunciatio*, *Iudex*.

ADAM.

Ipſi affirmatiuum & negatiuum præceptum factum. D. IV. d. non morale, ſed diſciplinæ. *ib.* cur non legatur ſacrificium obtuliſſe. D. V. o. peccatum ejus ſuperbia & gula. G. XI. i. cur ei factum præceptum in materia gulæ. G. XII. o. Vide Tomo I.

ADIVRATIO.

Quid. D. XXIV. p. duplex adjurandi modus. *ib.* an liceat dæmones adjurare. *ib.* an creaturas. *ib.*

ADORATIO.

Præcipuus Religionis actus. E. II. u. duplex, interior, & exterior. *ib.* an locum exigat determinatum *ib.* cur in veteri lege ad Occidentem, in nova ad Orientem fiat adoratio. *ib.* hæc duplex, latriæ ſcilicet & duliæ. *ib.* x. latria ſoli Deo, & vna tribus perſonis diuinis. *ib.* ſecundùm triplex noſtrum bonũ Deo latriam debemus. *ib.* virtus eſt à dulia diſtincta. *ib.* hyperduliæ adoratio quę, & cui debeatur. *ib.* & y. quibus debeatur dulia. *ib.* error Vigilantij de adoratione Sanctorum. *ib.* eorum etiam imagines licitè adorantur. *ib.* z. triplex de hoc ratio. *ib.* una potiſſima. *ib.* exempla. *ib.* cum timore Deus adorandus. *ib.* b.

ADRIANVS.

Trajano ſucceſſit. I. XV. p. deſtruit penitus Iudæos. *ib.* vendit pro uno denario triginta ex eis. *ib.* n.

ADVLATIO.

Cauenda. G. I. d. quandonam peccatum mortale. *ib.* quid & quale peccatum. L. V. l. Vide Tomo I. & *Laus* Tomo III.

ÆTAS.

Ætates Eccleſiæ. E. I. o. octava ætas reſurgentium eſt. F. I. x. ætates Mundi. *ib.* y.

ALMARIANI.

Error eorum circa ſimplicitatem Dei. D. X. h.

ALTARE.

Ejus conſtructionis finis, & de ea præcepta. E. II. q. horum ratio figuralis. *ib.* myſticè Chriſtus. *ib.* non lapideum in Eccleſia non conſecratur. *ib* an ligneo liceat uti. *ib.* figura Crucis. *ib.* ipſum & templum cur conſecrentur. *ib.* r. altaris conſecratio ſignat Chriſti ſanctitatem. *ib.*

AMBITIO.

Periculoſa. D. XIX. o. Vide Tomo I.

AMICVS.

Deſpectio, quæ ab amicis, indignior: ex quo & eis iraſcimur. I. XI. ſ. Vide Tomo I.

AMOR.

An differat à dilectione. D. XXII. x. differentia inter feruorem amoris & iræ. I. XI. u. ſanguinei ſunt magis amatiui. *ib.* Vide Tomo I.

ANATHEMA MARAN-ATHA.

Quid ſignet. E. XVI. y.

ANAXAGORAS.

Solus inter antiquos magis ad veritatem acceſſit in cognitione Dei. D. X. i.

ANGELI.

Quo ſenſu ſemper fuiſſe dicantur. D. XII. y. ſimul cum creatura corporea creati ſunt. *ib* opinio Nazianzeni circa hoc. *ib.* cur de eis *Gen.* 1. mentio à Moyſe nõ fiat. *ib* humanæ menti non illabuntur, ſed ſolus Deus. D. XIII. d. (& D. XIX. u.) tam Angelus quàm homo ab initio ſuæ conditionis peccauerunt cum aliorum infectione. D. XIX. m. an de quolibet ordine ceciderint. *ib.* Cherubim, & Seraphim unde dicantur. *ib.* an plures, quàm ceciderunt, remanſerint. *ib.* Angeli cur Stellæ. *ib.* error Origenis circa Angelos damnatur. *ib.*

Ll n. co-

n. eorum ministerium vsq; ad diem Iudicii. *ib.* x. duplex jn eis cognitio. D. XX. x. discrimen inter Angelorum illuminationem & locutionem. *ib* y. natura corporalis eis ad nutum obedit quoad motum localem. *ib.* b. bonæ cogitationes à Deo per Angelos. *ib.* c. per quos & justos affligit, sed & per malos punit. *ib.* d. suberunt uniuersali Iudicio. D. XXI. p. eorum præsidium in tentationibus. *ib.* t. fidem ante confirmationem habuerunt. F. III. n. ascendentes & descendentes per scalam Iacob, quid innuant. I. IX. a. subsunt judicio Christi. I. XVIII. q. testes in Iudicio contra malos. I. XIX. f. non dolent, sed lætantur de impiorum damnatione *ib.* g & eorum Iudices erunt. *ib.* Vide Tomo I.

ANIMA RATIONALIS.

Separata habet inflexibilitatem arbitrii. D. I. f. quomodo ab igne corporali in Inferno patiatur. D. II. a. pro minima amittitur delectatione cum corpore. D. XV. x. Vide *Homo*, Tomo I. *Anima rationalis*.

A N N V S.

Quinquagesimus remissionem mysticè signat. I. IV. u.

ANTHROPOMORPHITÆ.

Vide, *Vadiani*.

ANTHROPOPATHOS.

Quænam figura I. XI. l.

A N T I C H R I S T V S.

Vera non faciet miracula, sed apparenter. D. XX. b. luxuriæ deditus, simulabit castitatem. H. V. d. Vide *Iudicium uniuersale*, & Tomo I.

A P O C A L Y P S I S.

Ejus Author Ioannes Apostolus. I. IX. a. ejus materia, forma, & finis. *ib.* ejusdem etymon. *ib.*

A P O S T A S I A.

An species infidelitatis. F. V. I.

A P O S T O L I.

Scientia etiam humana instructi. D. XXX. b. eorum traditio de vsu imaginum. E. II. z. confirmati in bono per gratiam. G. V. g. an eis major Ioannes. I. VIII. r. Vide Tomo I.

A P P E L L A T I O.

Licet, si justa sit. I. XVI. c. etiam Paulus ad Cæsarem appellauit. *ib.* ex duplici capite quis appellat. *ib.*

A P P E T I T V S.

Duplex. G. XI. i.

A Q V A R I I.

Error eorum circa materiam Eucharistiæ. E. XI. q.

A Q V I L A.

Ejus in doobus videndi perspicacitas. I. IX. b. Aquilam Romanorum insigne posuit Pilatus in Templo Ierosolymæ. I. XV. p.

A R C T V R V S.

Quid in Cœlo. D. XIV. n.

A R G V M E N T V M.

Quid, & vnde dicatur. F. II. d.

A R I O L V S.

Quisnam dicatur. D. XXIV. p.

A R I V S.

Mors ejus infelix. D. XXVIII. l. ejus error exploditur, G. II. i.

A R S N O T O R I A.

Quid, & ejus obseruantia illicita & inefficax. D. XXV. u.

A R T I C V L V S.

Quid & vnde dicatur. F. III. r. cur per articulos credibilia fidei distinguantur. *ib.* omnes in Symbolo Apostolorum continentur. *ib.* & rectè distinguuntur. *ib.* f. qualiter singuli Apostoli eos distinxerint. *ibid.* an eorum numerus successione temporis creuerit. *ib.* qui vnum discredit, omnes discredit. *ib.*

A R T O T Y R I T Æ.

Eorum error circa materiam Eucharistiæ. E. XI. q.

A S T R O L O G I A.

Est diuinatio per astra. D. XXIV. q. quænam licitè, vel illicitè prænuncient astrologi. *ib.* non possunt astra directè imprimere in humanam voluntatem. *ib.* judiciaria, à Pontificibus justè damnata *ib.* astronomiæ partes duæ. *ib.* judiciaria fallacissima. *ib.* quibus astrorum judicijs vti licitè possimus. *ib.* vana dierum & temporum obseruatio. *ib.*

A V A R I T I A.

Communius peccatum virorum, sicut mulierum luxuria. D. VI. a. auarorum vltimus finis, diuitiæ. D. X. o. cur vitium capitale. D. XXVI. l. auari cor durum habent erga pauperes. E. V. z. auaritia, occasio idololatriæ. I. XIV. g. Vide *Diuitiæ*, & Tomo I.

A V D A C I A.

Quid importet. F. VI. t. circa audacias est fortitudo. *ib.* cui opponitur audacia immoderata. *ib.* a. moderata est ejus materia. *ib.* audacia consequitur ad spem. *ib.* quænam audaciam causent. *ib.* non moderata promptiores facit homines in principio, quàm in fine, inter pericula. *ib.* non ita ratione regulata, vt in fortibus. *ib.* tremor accidit & in audacibus, diuersimodè tamen ac in timentibus. *ib.* qui audaciam ratione non moderatam iactat, temerarius est, non fortis. *ib.* b. audaciam consequitur ira. I. XII. f.

A V D I T O R E S.

Bona, quæ faciunt, in præmium cedunt & gloriam prædicatoris. D. XXIX. p. rari ad verbum prædicationis proficiunt. D. XXX. m. Verbum Dei, panem vitæ, aliqui comedentes non saturantur, & cur. D. XXXI. f. maneat in eis semen diuini Verbi, & quadrupliciter. *ib.* t. quid ad hoc exigatur. *ib.* aliis amarum, aliis dulce. *ib.* audiunt multi, sed non gustant. *ib.* auditores mel, prædicatores fauus. D. XXXII. u. signum prædestinationis in auditoribus, si libenter Verbum Dei audiunt. *ib.* x. ex opposito, reprobationis. *ib.* væ Euangelium erubescentibus. *ib.* ægrè audiunt aliqui, luxuriosi præsertim. *ib.* & Deum non diligentes. *ib.* non audientium plura genera. *ib.* propter auditorum culpam subtrahitur prædicatori gratia sermonis. *ib.* y. contumaces à prædicatoribus derelinquantur. *ib.* ad eos prædicatoris protestatio. *ib.* auditus duplex. *ib.* z. audiant & faciant. *ib.* magis rei in diuino Iudicio audicentes & non facientes, quàm non audientes tantùm. *ib.* væ tamen vtrisque. *ib.* a. væ illudentibus & spernentibus. *ib.* ex auditorum dispositione prædicationis pendet effectus. *ib.* b. plures timore pœnæ, quàm amore gloriæ æternæ, conuertuntur. *ib.* qui audiunt, ex Deo sunt, *ib.* c.

ib. c. & libenter qui Deum diligunt. *ib*. malè affectorum auditorum triplex gradus. *ib*. ex parte illorum est, si non intelligitur, si non fructificat verbum Dei. *ib*. aliquibus in derisum. *ib*. d. moderni auditores quales. *ib*. sinistrè quidam interpretantur verbum Dei, & extorquent. *ib*. quomodo verè audiant & cum fructu. *ib*. e. à Virgine Matre edifcant. *ib*. boni ad gloriam prædicatoris, mali ex eius negligentia ad opprobrium & condemnationem. *ib*. ne dormiant. *ib*. ad eos monitum. *ib*. Vide *Prædicatio*, *Prædicator*, *Verbum Dei*.

AVGVRIVM.

Quid & vnde, sicut & auspicium. D. XXIV. o. & r. apud quos inceperit. *ib*. o. per ea diuinatio an licita. *ib*. f.

AVICENNA.

Error eius circa potentiam creandi. D. XII. p.

AVREOLA.

In quo differat ab Aurea, & quid sit. D. XXVIII. i. debetur Doctoribus (si actu suam doctrinam tradiderint) sed minùs quàm virginibus & martyribus. *ib*. eam non meretur nec Auream qui docent ob inanem gloriam. *ib*. debetur & prædicatoribus. D. XXIX. r. quid, & quibus detur. G. III. f. Vide Tomo I.

AVRIS.

Dei auris quid mysticè. D. XVII. t.

AVSTER.

Per *Austri interiora* quid Iob intelligat *cap*. 9. D. XIV. n.

B.

BABYLON.

Quid signet. D. I. m.

BAPTISMVS.

Baptismus Ioannis præparatorius ad baptismum Christi. I. VIII. o. quo & Christus à Ioanne baptizatus. *ib*. & hic ab illo, vero baptismo. *ib*. ex eo Ioannes, *Baptista* dictus. *ib*. Vide Tomo I.

BEATITVDO.

Quid. D. X. n. & G. II. l in Dei virtute consistit, & cur dicatur vita æterna. *ib*. i. solius Dei est habere beatitudinem sine operatione prævia. G. III. r. est præmium virtuosarum operationum. *ib*. amicorum consortium an ad eam conferat. *ib*. z. ejus fruitio in duobus consistit. *ib*. Vide *Gloria æterna*, & Tomo I.

BEATVS.

Beati qualiter gaudeant de pœnis damnatorum. D. I. f. eorum gloriam an & quomodo videant damnati. *ib*. omnia eis in gloriam *ib*. h. duplex eorum præmium. *ib*. i. accidentale accrescit eis vsque ad iudicium. *ib*. eorum apparitio an detur, & quorsum. *ib*. l. nec ideò gloria minuitur. *ib*. certitudo de illius æternitate auget eis gaudium. *ib*. y. eorum corpora in resurrectione immutabuntur ad quatuor dotes. D. III. g. gaudebunt de diuinitate & humanitate Christi. G. II. i. eorum gaudium plenum ex parte rei visæ, tum ex parte gaudentis. *ib*. l. quo sensu dicatur: *Intra in gaudium Domini tui*. *ib*. eadem felicitate fruuntur, qua Deus felix est, & beatus. *ib*. eorum gaudii plenitudo explicatur. *ib*. cur dicatur gaudium plenum *ib*. eorum requies sempiterna. *ib*. n. domus eorum Deus. *ib*. p. quid eorum plures mansiones. *ib*. illorum in Cœlis lætitia quadrupliciter plena. G. III. z. vbi ad inuicem se honorabunt. H. II. l. non dolent, sed lætantur de impiorum damnatione. I. XIX. g. quin & armabuntur contra eos. *ib*. Vide *Beatitudo*, *Gloria æterna*, & Tomo I.

BEDA VENERABILIS.

De illius feruida prædicatione exemplum. D. XXXII. u. & y.

BENEDICTIO.

Cur detur à prædicatoribus post concionem. D. XXVIII. e. à Deo & ab hominibus datur eleemosynam eroganti. E. VII. f. Vide Tomo I.

BENEFICIVM.

Vide *Gratitudo*, *Ingratitudo*, & Tomo I.

BERENGARIVS.

Eius error circa realitatem corporis Christi in Eucharistia. E. XI. t. refellitur. *ib*.

BLASPHEMIA.

Interior in damnatis quid. D. III. h. an in eis & vocalis. *ib*. horribile crimen. G. XII. q. Vide Tomo I.

BONVM.

Bonum fortunæ, datum bonum: bonum naturæ, datum melius: bonum gratiæ, datum optimum: bonum gloriæ, donum perfectum. G. I. h. Vide Tomo I.

BONA TEMPORALIA.

Non sunt simpliciter bona, nisi vt media ad virtutem. D. XVI. c. cur plus minusue de his detur tam bonis quàm malis. *ib*. cur *substantiæ* dicantur. E. V. f. hominis quoad proprietatem sunt, quoad vsum & aliorum pauperum. *ib*. y dantur indignis vel ad eorum correctionem, vel damnationem. I. VII. f. Vide Tomo I.

C.

COELI.

Quomodo in Cœlis astra dicantur Deum laudare. D. XIV. m eorum mirabilis productio. *ib*. n.

CÆREMONIA.

Vnde dicatur. D. IV. f. & E. II. f. cæremoniæ veteris legis ad duo ordinabantur. *ib*.

CAIN.

Eius in fratrem grauis inuidentia. I. VII. g. & peccatum in Spiritum Sanctum. *ib*. h. inuidiæ in eo effectus. *ib*. i.

CALIX.

Vindictam signat iustitiæ Dei. D. I. g. item passionem & tribulationes. D. XII. b.

CARO.

Diuersimodè tentat, ac diabolus. D. XXI. m. cur *prudentia carnis* dicatur, non diaboli. *ib*.

CENSVS.

Differentia inter ipsum, & tributum. D. VI. z. solutus à Christo. *ib*. b.

CHARITAS.

Omnium præceptorum finis. D. IV. u. an modus charitatis cadat sub præcepto. *ib*. g. actus eius dupliciter consideratur. *ib*. charitatem habens facilè Dei mandata custodit. *ib*. h. sine obedientia esse non potest. *ib*. k. quomodo intelligatur illud Io. 3. Charitatem habens *non potest peccare*. D. XXVII. r. zelus charitatis commendatur in concionatoribus. D. XXX. g. tres chari-

Digitized by Google

tatis gradus in hominibus. E. VIII. n. per ardorem charitatis datur cognitio veritatis. E. IX. y. eius omissio via est ad amittendam fidem. F. II. l. omnium virtutum forma, mater, & radix ib. m. qualiter distinguatur à fide & spe. ib. Vide Tomo I.

CHERINTHVS.

Eius error de Christi diuinitate. I. IX. b.

CHIROMANTIA.

Quid & vnde. D. XXIV. o.

CHRISTVS.

Eius in passione dolor maximus D. I. c. illius dolore acerbior damnatorum. ib. totius iustitiæ perfectio, Christo obedire. D. IV. i. humilitatis & passionis eius perfectio ex obedientia. ib. Christus vt homo, *via*; vt Deus, *veritas & vita*. D. X. n. Diuinorum occulta manifestauit. D. XIV. i. per eum Sapientiæ donum habemus. ib. p. eius voluntas duplex, misericordiæ & iustitiæ. D. XVII. g. quomodo dicatur misericors factus. ib. u. plus potest eius gratia in bono, quàm Adæ peccatum in malo. ib. cur dicatur de semine Dauid, non Abrahæ. ib. dupliciter Caput Ecclesiæ. D. XIX. x. cur Angelus dictus. D. XX. d. eius passione, frænata diaboli potestas. D. XXI. t. eius oratione aliqui ex crucifixoribus saluati. D. XXIII. b. verbum eius tripliciter gratiosum. D. XXX. c. cur modò stans, modò sedens doceret. ib. e. verba eius virtuosa, sapida, vtilia. D. XXXI. p. Christus cur in medio. E. I. l. quali adoratione adorandus. E. II. x. quali eius imago. ib. & z. eleemosynam docuit & exercuit. E. VI. c. Christi passio in monte Caluariæ, conuiuium. E. XI. p. Christus quomodo sit in Eucharistia. ib. x. & ipse suum corpus sumpsit. E. XIII. g. ad Christum tripliciter venitur. F. III. d. exemplar nostrum in tribulationibus sustinendis. G. III. f. & t. an secundùm humanitatem sit causa gratiæ. G. IV. a. eius humanitas organum diuinitatis. ib. qualis in eo gratiæ plenitudo. G. V. g. eius humilitas, & ex ea meritum. H. III. r. omnis ex ea, gloria illius. H. IV. x. cum eo descendendum, vt secum ascendamus ad Cœlos. ib. viam lenitatis elegit, sicut Ioannes austeritatis. I. VIIII. p. eius de Ioanne præconium. ib. f. qualiter subditus parentibus. I. X. i. quo sensu in eo ira. I. XI. l. eius sanguis in maiorem Iudæorum pœnam. I. XV. f. Iudex in fine Mundi. I. XVIII. à lit. q. Vide Tomo I.

CIBVS.

Cur maximè appetibilis. G. XI. l. nullus secundùm se immundus. ib. m. eius moderata sumptio, vtilis animæ & corpori. ib. n. nedum quantitas nimia, sed & eius qualitas noxia. ib. qualiter secundùm regulam rationis sumendus. ib. in quo differat ab esca. I. VIII. p. Vide *Abstinentia*, *Conuiuium*, *Gula*, *Ieiunium*.

CICONIA.

Eius in parentes amor. G. X. h. idem creditur quod *Ibis*. I. VII. f.

CLAMOR.

Non laudatur in Concionatore. D. XXX. f. quid significet in Scripturis. ib. quid *clamor* filia iræ. I. XI. p.

CLEMENTIA.

In quo differat à misericordia & venia. D. XVII. m.

CLERICVS.

A tributis exemptus. D. VI. b. etiam ad sui defensionem alium occidens, fit irregularis. I. XIII. b. non ita, casualiter interficiens, si det operam rei licitæ, & diligentia adhibita. ib. V. *Decima*, *Sacerdos*, *Tributum*, & Tom. I.

COGNITIO.

Tripliciter aliquid cognoscitur & videtur. D. X. f. duplex veritatis cognitio. D. XX. x. duplex hæc & per gratiam. ib. quænam in dæmonibus. ib. tribus modis hi aliquid cognoscunt. ib. y. duplex in Angelis, matutina & vespertina. ib. hæc in dæmonibus nocturna. *ibid.*

COMESSATIO.

Quid sit. G. XI. m. & XII. q. quàm damnosa. ib.

CONCVPISCENTIA.

Maius peccatum concupiscentiæ, quàm iræ. I. XI. o. at peior & turpior incontinentia iræ, quàm concupiscentiæ. I. XII. z. hæc latenter, illa manifestè operatur: & quare. ib.

CONCVPISCIBILIS.

Quid concupiscibilis & irascibilis. I. XI. l. hæc illius propugnatrix. ib. motus concupiscibilis magis subitus in appetendo, quàm irascibilis: in exequendo è contra. I. XII. x.

CONFESSARIVS.

Indoctus sine peccato non suscipit tale munus. I. XVI. a. caueat à familiari colloquio etiam spirituali cum mulieribus pœnitentibus. E. IX. t. Vide *Pœnitentia*.

CONSCIENTIA.

Subtiliter & diligenter mundanda. D. XXI. u. conscientiæ testimonium verum, & ei standum. G. I. g. bona conscientia, vera hominis gloria. ib. eius puritas in duobus consistit. ib. Vide Tomo I.

CONSILIVM.

In quo distinguatur à præcepto. D. IV. e. cur præceptis addantur in noua lege consilia. ib. an hæc præcedant præcepta. ib. in statu Religionis omnia sunt Euangelica consilia. ib. nunquam obligat, nisi transeat ex aliquo accidente in præceptum. ib. quid sit, & cuius potentiæ actus. E. III. i. electionem præcedit. ib. ira consilium nescit. I. XI. m. Vide Tomo I.

CONSTANTIA.

In quo differat à perseuerantia. F. VI. y.

CONTENTIO.

Quid sit, & in quo differat à discordia. D. XXVIII. g. (& E. IX. t.) in disputationibus an liceat. ib. & F. V. h.

CONTINGENS.

Contingentia diuinæ subsunt prouidentiæ, sicut & necessaria. D. XV. u.

CONVIVIVM.

Conuiuia damnosa vtplurimùm. G. XII. q. boni ad ea licitè instituta admittantur conuiuæ. ib.

COR.

Primum omnium formatur in corpore humano. H. I. e. primum instrumentum ad mouendas cæteras partes. ib. principium virium vitalium, sicut caput animalium. ib. cur in medio corporis. ib. eius motus non subjacet rationi. ib. qui habent paruum cor, audaciores: qui magnum, timidi. ib.

CORINTHII.

Auari. D. XXX. y.

COR-

INDEX.

CORPVS.

Humanum temperatissimæ est complexionis. H. I. d. cur maris & fœminæ differenter dispositum. *ib.*

CRAPVLA.

Quid. G. XII. q. in quo ab ebrietate distinguatur. *ib.* quàm damnosa. *ib.* r.

CREATIO.

Primus diuinæ potentiæ effectus. D. XII. u. quid sit. *ib.* solus Deus Creator. *ib.* potentia creandi creaturis incommunicabilis. *ib.* Auicennæ & Magistri Sententiarum error circa hoc confutatur. *ib.* creatio propriè non est mutatio. *ib.* non alicuius diuinæ personæ, sed totius Trinitatis commune opus. *ib.* x. exponitur illud: *In principio creauit Deus &c.* ad tres errores confutandos. *ib.* Mundus non fuit ab æterno creatus. *ib.* y. quo sensu dicantur Angeli semper fuisse, cum fuerint simul creati cum creatura corporea. *ib.* opinio Nazianzeni circa hoc. *ib.* de sex creationis diebus, rerumque distinctione & ornatu. *ib.* (& D. XIV. l.) per sex hosce dies rerum creatarum perfectio innuitur. *ib.* rerum creatio ex diuino amore processit. *ib.* z. quomodo Deus creaturæ dicatur Pater. *ib.* sola creatura rationalis filiationis nomen per creationem sortitur. *ib.* cur ad tertium præceptum Decalogi addatur, *Memento. ib.* a. creaturarum etiam conseruatio, Dei manifestat potentiam. *ib.* b. eadem est Dei creantis & conseruantis operatio. *ib.* cessante Dei actione, esse creaturæ deficeret. *ib.* nulli creaturæ communicabile, quòd possit sine Deo conseruari. *ib.* Deus velut obstetrix creaturas conseruat. *ib.* quid in retributionem Deo offerendum. *ib.* Vide *Creatura*.

CREATVRÆ.

Duplex in eis potentia, naturalis, & obedientialis. D. XI. f. omnipotentia illis incommunicabilis. *ib.* f. possunt tamen Deo cooperari, quasi instrumenta virtutis eius. *ib.* Dei virtutem manifestant. *ib.* (& D. XIV. p.) quælibet, testimonium Dei est. *ib.* nulla creatura, etiam instrumentaliter, potest creare. D. XII. u. quomodo Deus creaturæ dicatur Pater. *ib.* z. in creaturis rationalibus est repræsentatio Trinitatis per modum imaginis: in reliquis per modum vestigij tantùm. *ib.* sola creatura rationalis nomen filiationis per creationem sortitur. *ib.* creaturarum consideratio humanum excitat cor ad reuerentiam Dei & admirationem. *ib.* a. creaturis abutitur homo ad Dei offensam. *ib.* creaturæ docent nos Deum amare, ipsi parere &c. *ib.* nulli creaturæ communicabile, quòd sine Deo possit conseruari. *ib.* b. qui velut obstetrix creaturas conseruat. *ib.* quid ab homine in retributionem Deo offerendum. *ib.* earum obstetrix diuina prouidentia. D. XVI. a. duplex earum finis. *ib.* Vide *Creatio*.

CREDERE.

Vide, *Fides infusa*.

CRVX.

An sine superstitione possit super corpus deferri. D. XXV. z.

CVLTVS DIVINVS.

Quidnam eius finis. D. XII. a. nil in eo vnquam superfluum. *ib.* nihil Deo reddimus, quod non sit minus eo, quod ei debemus. *ib.* b. tribulationes nostræ Deo offerendæ. *ib.* tres status diuini cultus. D. XVIII. g. dupliciter contra diuinum cultum peccatur. D. XXIV. m. cultus Dei, fidei est protestatio. E. II. f. duplex, interior & exterior. *ib.* interior in quo consistat. *ib.* exterior dicitur cæremonia. *ib.* interioris cultus triplex status. *ib.* diuini cultus finis. *ib.* cultus specialis Dei *Theosebia*, vel *Eusebia*. *ib.* cultus Dei Religio dicitur. *ib.* deuotiùs perficitur, si ratus sit. I. XIII y. qualis in veteri lege quoad res, & sacros ministros. *ib.* & z. figuralis ratio quoad maculas & defectus eorum. *ibid.*

D.

DÆMON.

Vide *Diabolus*.

DAMNATIO.

Tripliciter sumitur. D. I. a. accipitur communiùs pro pœna æterna. *ib.* cur vinum iræ Dei dicatur. *ib.* g. eius descriptio. *ib.* Vide *Damnatus*.

DAMNATVS.

Damnatorum locus, Infernus. D. I. b. ex Christi ad inferos descensu non lumen aut consolatio, sed confusio damnatis. *ib.* eorum pœna qualis. *ib.* c. acerbior, quàm Christi in passione. *ib.* damnati cur oues dicantur. *ib.* subtractio mortis eis pœnosa. *ib.* nunquam moriuntur, & semper perimuntur. *ib.* maximus eorum dolor, tot amisisse bona. *ib.* d. & à dæmonibus inimicis torqueri. *ib.* iram Dei experiuntur, velut in torculari pressi. *ib.* e. ex miserorum societate non minuetur eorum pœna. *ib.* de illorum pœnis qualiter gaudeant beati. *ib.* f. nulla eis prosunt suffragia. *ib.* quænam de hoc Mundo sibi manifestentur. *ib.* an & quomodo videant gloriam beatorum. *ib.* ipsorum pœna multipliciter expressa. *ib.* g. non minùs gaudebunt beati, ac ipsi torquebuntur. *ib.* h. omnia eis in pœnam, sicut beatis in gloriam. *ib.* magna eorum pœna, eleemosynas non erogasse. *ib.* duplex eorum pœna. *ib.* i. secundaria accrescet eis vsque ad iudicium. *ib.* an viuis appareant, & quorsum. *ib.* l. nec ideò pœna minuitur. *ib.* puniuntur aliquando in loco nostræ habitationis. *ib.* eorum pœna dæmonibus intoleranda. *ib.* m. duplex debetur eis ex pluribus causis. *ib.* n. in eis pœnarum successio. *ib.* pro singulis peccatis punientur, & variè. *ib.* o. in anima & corpore. *ib.* nedum per ignem, sed & per alia. *ib.* p. ex contrarietate pœnarum nullum sentient refrigerium. *ib.* ab octo partibus mala eis prouenient. *ib.* q. moralitas. *ib.* r. eorum perpetua mors. *ib.* x. nulla eis euadendi spes. *ib.* y. quod illis miseriam auget. *ib.* non est eis iubilæus. *ib.* in quo consistat eorum citra condignum punitio. *ib.* a. a. an per opera ab eis extra charitatem facta diminuatur illis pœna, & quo sensu. *ib.* maxima eorum pœna esse perpetuò cum malis. *ib.* quomodo inæqualiter cruciabuntur ab igne. D. II. e. qualiter ab eo animæ patiantur. *ib.* & damnati ab igne finalis conflagrationis. D. III. g. eorum corpora resurgent incorrupta, sed non immutabuntur. *ib.* qualia sint futura. *ib.* eorum incorruptibilitatis duplex causa. *ib.* in singulis sensibus torquebuntur. *ib.* h. an in eis fletus corporeus, & stridor dentium. *ib.* in eis & vocalis blasphemia. *ib.* quo sensu de peccatis doleant. *ib.* i. in eis vermis, hoc est remorsus conscientiæ perpetuus. *ib.* eorum voluntas in malo obstinata. *ib.* l. non possunt bene velle, quia noluerunt, dum possent. *ib.* Deum oderunt & homines. *ib.* quo sensu gaudeant de pœnis inimicorum. *ib.* an in eis timor. *ib.* m. num & quomodo appetant non esse. *ib.* qualiter se habeant in naturali cognitione. *ib.* n. an in eis maneant habitus intellectuales hic acquisiti. *ib.* de bono ipso cognitionis tristantur & torquentur. *ib.* ex hominum quolibet statu & conditione damnantur. *ib.* o. moralitas. *ib.* serò cognoscunt damnati propriam ruinam. *ib.* quænam specialiter peccata faciliùs ad infera ducant. *ib.* p. Vide *Damnatio*, *Iudicium vniuersale*.

DAMNVM.

Vide *Pœna*, *Furtum*, & *Lingua*, Tomo III.

DAVID.

Inimicis benefacit. D. XXIII. c. vindictam de illis Deo remittit. *ib.* i. specialiter festa colebat. F. I. b. Vide *Prophetia* hic, & Tomo III.

Digitized by Google

DAVID DE DINANDO.

Error ejus circa simplicitatem Dei. D. X. h.

DEBITVM.

Debitum importat ratio præcepti. D. IV. q. duplex, sicut & justum. *ib.* t. morale item duplex. *ib.*

DECALOGVS.

Ejus præceptorum dignitas, & differentia à cæteris. D. IV. t. in eo potissimè traduntur præcepta moralia. *ib.* u. qualia sint. *ib.* quænam eis superaddita. *ib.* in eo præcepta justitiæ traduntur. *ib.* a. & de omnibus virtutibus. *ib.* ejus præcepta indispensabilia. *ib.* b. (& F. I. z.) operantes, vt videbatur, contra ea quomodo à culpa excusati essent. *ib.* eadem rationabiliter scripto tradita. *ib.* c. conuenienter enumerantur, ordinantur, & traduntur. *ib.* cur primæ & secundæ tabulæ. *ib.* d. cur quartum præceptum dicatur primum. *ib.* cur quædam affirmatiua, quædam negatiua præcepta. *ib.* & plura hæc, quàm illa. *ib.* vtraque qualiter obligent. *ib.* cur in aliquibus & concupiscentia vetetur. *ib.* f. & aliquibus addatur præmium, aliquibus pœna. *ib.* cur in aliquibus & ratio adijciatur. *ib.* quædam purè moralia vel cæremonialia, quædam vtrumque. *ib.* an sub præcepto cadat modus virtutis, & modus charitatis. *ib.* præceptum dupliciter obseruatur. *ib.* Deum diligens, facilè ejus mandata custodit. *ib.* h. ad ejus gloriam nostrumque profectum implenda. *ib.* jugiter meditanda. *ib.* quilibet tenetur explicitè ea scire, quæ sunt in Decalogo. *ib.* cæca eis voluntate obediendum, quòd à Deo impositis. *ib.* l. seruanda, quia immaculata & dulcia. *ib.* l. seruanti magna retributio *ib.* ipsa eorum custodia, remuneratio. *ib.* cur aliquibus nec dulcia sunt, nec lucida. *ib.* Decalogus, psalterium. *ib.* n. psalterium tangimus, cum Decalogi præcepta implemus. *ib.* mysticè cur decem præcepta Decalogi. *ibid.*

DECIMÆ.

Differentia inter decimas, primitias, oblationes, & sacrificia. D. V. o. quid sint. *ib.* etiam ante legem solutæ. *ib.* r. mystica earum significatio. *ib.* numerus denarius perfectus. *ib.* præceptum de decimis etiam ex lege. *ib.* declaratur hoc in vtraque lege. *ib.* s. an earum solutio de jure diuino. *ib.* omnes ad eas tenentur. *ib.* quid circa consuetudinem. *ib.* jus eas accipiendi, spirituale, non ita res quæ dantur. *ib.* t. primum solis clericis, secundum & laicis potest conuenire. *ib.* debentur per se Sacerdotibus. *ib.* sicut Leuitæ summo Sacerdoti, ita clerici Papæ decimam debent, si exigat. *ib.* ad eas tenentur & Clerici de ijs, quæ proprio jure possident. *ib.* de re quacunque soluendæ. *ib.* u. non ita de minimis, nisi ex consuetudine Patriæ. *ib.* quid de malè acquisitis. *ib.* soluendæ priusquam deducantur tributa & mercedes. *ib.* aliæ prædiales, aliæ personales. *ib.* x. cur personales in lege veteri non soluerentur, vt in noua. *ib.* in veteri lege triplices decimæ. *ib.* an ad easdem teneamur in noua. *ib.* de optimis reddendæ. *ib.* y. eas soluentes, benedictionem & abundantiam expectent: ab opposito, maledictionem & penuriam. *ib.*

DEDICATIO.

Vide *Ecclesia*.

DEFENSIO.

Vide *Index*.

DEFVNCTI IN CHARITATE.

Pro reatu mortalis & venialis peccati purgandi. D. VII. d. diutiùs aliqui torquentur propter sola venialia ob radicationem affectus. *ib.* an possint mereri. *ib.* e. pœna sensus puniuntur & damni. *ib.* f. eorum pœna in purgatorio excedit mundanas omnes, etiam Christi patientis. *ib.* ira ibi justa Dei. *ib.* an eam voluntariè sustineant, & quomodo. *ib.* per solum ignem torquentur. *ib.* g. eodem quo damnati. *ib.* non Angelorum, nec dæmonum ministerio, sed per diuinam justitiam. *ib.* an in fine Mundi morientes, in Purgatorio purgandi. *ib.* h. eorum corpora non contemnenda. D. VIII. l. ab Angelis honorata. *ib.* eorum tumulatio commendatur. *ib.* præcipuè in locis sacris. *ib.* an prosit defunctis sepultura, oleum, cera, & hujusmodi. *ib.* m. cur dormientes dicantur. *ib.* n. an de eis tristandum. *ib.* pietatis in eos officia commendantur. *ib.* gaudendum de ijs, præcipuè Eucharistiâ in morte refectis. *ib.* pietatis in defunctos exempla ex Sacra Scriptura. *ib.* o. exemplum præsertim Magdalenæ. *ib.* corpora eorum antiquitus vngebantur. *ib.* opus valdè bonum, pietas in defunctos. *ib.* æterna memoria dignum. *ib.* eorum corpora resoluta cur cineres dicantur. *ib.* defuncti non possunt pro se satisfacere. D. IX. p. pœna eorum non est propriè satisfactio, sed pœnæ debitæ solutio. *ib.* dupliciter eis suffragia prosunt. *ib.* q. an magis eis, pro quibus specialiter fiunt, quàm cæteris. *ib.* r. opiniones circa hoc. *ib.* superflua alicui, alijs à Deo applicantur. *ib.* duo in suffragijs considerantur. *ib.* s. an per peccatores facta, eis prosint suffragia. *ib.* quid requiratur ad valorem suffragij *ib.* detrimentum duplex potest contingere ex parte differentis illa. *ib.* t. væ differenti commissa. *ib.* an liceat differre, vt res defuncti meliùs vendantur. *ib.* quænam pro defunctis speciatiora suffragia. *ib.* u. præcipuum, sacrificium Missæ. *ib.* an ex Christi descensu ad inferos animæ purgatorij liberatæ. *ib.* num Missa *de Requiem* magis prosit *ib.* prodest Eucharistia, vt Sacrificium. *ib.* non debent laici pro defunctis Eucharistiam sumere. *ib.* eleemosynæ pro defunctis vtilitas & fructus. *ib.* x. orationis pro eisdem effectus. *ib.* y. dulcior pro alijs ante Deum, quàm pro se. *ib.* eo magis pro mortuis, qui non sunt in statu orandi, sed vt oretur pro eis. *ib.* consanguineorum in defunctos ingratitudo & obliuio. *ib.* quatuor debemus defunctis. *ib.* z. prosunt eis & indulgentiæ, indirectè tamen, & per modum suffragii. *ib.* a. an defuncti nouerint, à quibus sibi suffragia fiant. *ib.* eis Christi exemplo suffragandum. *ib.* b. pro eis suffragium Deo gratius, quàm pro viuis. *ib.* non speret tam facilè suffragia qui viuens negauit. *ib.* sed hinc diutiùs fortassè torquebitur. *ib.* exponitur illud Apoc. *Opera illorum sequuntur illos.* *ib.* c. vana sunt Mausolæa, si absint opera cætera bona. *ib.* duplex hominis domus. *ib.* nomen & memoria æterna solummodo in Cœlis. *ib.* cur defunctis, & quam requiem precemur ac pacem. *ib.* d. & quam, qualemue lucem. *ib.* e. cur in defunctos non irascamur. I. XII. f.

DEGRADATIO.

Vide *Ordo*.

DELECTATIO.

Mundanæ delectationes amaritudinibus respersæ. D. XXVII. z. delectatio venerea, maxima inter corporales delectationes. L. VII. y. Vide *Luxuria*, *Peccatum*, Tomo III.

DELICIÆ.

Delicia quid. D. XXVII. o. mali deliciarum effectus. *ib.* quinam deliciosi *ib.* non congruunt homini multiplici ex capite. G. XI. n.

DEMONSTRATIO.

Duplex, scilicet *propter quid*, & *quia*: & quid vtraque. D. X. f.

DENVNCIATIO.

In quo differat ab accusatione. I. XVI. b. finis ejus. *ib.* non oportet in scriptis fieri. *ib.* denunciator non tenetur probare. *ib.* Vide *Accusatio*, *Index*.

DESIDERIVM.

Vide *Peccatum*, *Voluntas*.

DE-

INDEX.

DESPERATIO.

Maius peccatum, quàm præsumptio. D. XVII. q. Vide *Blasphemia*, *Damnatus*, *Luxuria*, *Peccatum*.

DEVOTIO.

Cuiusnam virtutis actus. E. II. u. quid deuotio, quinam deuoti. *ib.* & E. XIV. l. & XII. x. Vide *Ecclesia*.

DEVS VNVS.

Deum esse, solus insipiens negat, & cur. D. X. f. qualiter hoc per se notum. *ib.* demonstratur à posteriori quintupliciter. *ib.* circa Dei cognitionem duplex veritatis modus. *ib.* de Deo *an est* cognoscimus, non ita *quid est*. *ib.* tripliciter cognosci potest. *ib.* Deus per essentiam imperscrutabilis in via. *ib.* per ignorantiam nostram qualiter cognosci dicatur. *ibid.* clariùs per gratiam etiam hic cognoscitur. *ib.* Dei nomina apud hebræos. *ib.* g. vnde eorum diuersitas. *ib.* nomen *Deus* ad quid impositum significandum. *ib.* quodnam nomen, Dei proprium magis. *ib.* vnde hoc nomen *Deus*. *ib.* Dei maiestas recognoscenda. *ib.* Deus primum mouens, immobilis, æternus, simplex. *ib.* h. errores contra simplicitatem Dei. *ib.* Deus incorporeus. *ib.* i. trina in eo dimensio quid signet. *ib.* antiquorum errores de Deo. *ib.* Dei essentia est suum esse. *ib.* l. Deus nec in aliquo genere est, sicut species, nec est genus *ib.* Deus vnus, infinitus, immensus, infinitæ virtutis, omnimodè perfectus. *ib.* Deus est intelligens per suam essentiam, (immò est suum intelligere) & verè volens. *ib.* m. duplex in eo voluntas, antecedens & consequens. *ib.* vtriusque exemplum. *ib.* duplex iterum voluntas in eo, beneplaciti & signi. *ib.* diuinæ voluntatis signa quinque. *ib.* nihil an fiat præter eius voluntatem. *ib.* eius voluntati antecedenti respondent præceptum, consilium, prohibitio: consequenti permissio & operatio. *ib.* Deus sententiam mutat, consilium nunquam. *ib.* malum pœnæ vult, non ita culpæ. *ib.* præfata cuncta in primo Symboli articulo continentur. *ib.* Deus omnis boni bonum, & summum bonum. *ib.* n. non potest per naturalem rationem quidditatiuè cognosci: nec in via per essentiam videri (nisi miraculosè) sed solùm in Patria. *ib.* Deus perfectè beatus. *ib.* Dei lumen oderunt homines, ex quo æterna vita. *ib.* Deus primum omnium principium & causa, & finis. *ib.* o. nomen principij in diuinis assumitur, non ita nomen causæ. *ib.* Deus omnium finalis causa. *ib.* quo sensu omnia operetur Deus propter se. *ib.* solus Deus satiat desiderium nostrum. *ib.* ad eum totus homo ordinandus. *ib.* non derelinquit, nisi derelinquatur. *ib.* personarum acceptor non est. D. XVII. h. eius ira tolerabilis, intolerandus furor. *ib.* i. Deus amat homines etiam in peccato. *ib.* o. pronior ad miserendum, quàm ad puniendum. *ib.* q. non vult malum culpæ, sed permittit: malum autem pœnæ vult, non in quantùm malum, sed in quantùm iustum. *ib.* à Deo quatuor faciunt fugere. *ib.* t. Vide *Deus remissiuè*.

DEVS TRINVS.

Trinitas personarum naturali ratione cognosci nequit. D. XVIII. d. contendens probare, dupliciter fidei derogat. *ib.* quo sensu antiquorum dicta intelligenda, quæ eam innuere videntur. *ib.* multa fidei mysteria in libris hebræorum. *ib.* processio in diuinis diuersimodè sumpta, vnde plures hæreses. *ib.* e. positio catholica. *ib.* præter processionem Verbi est & processio amoris, scilicet Spiritus Sancti. *ib.* illa verè est generatio (quæ dupliciter sumitur) non ista. *ib.* ordo intelligendi & volendi aliter in Deo & in nobis. *ib.* f. tres solæ personæ in diuinis. *ib.* vna non procedens, & duæ procedentes. *ib.* Trinitatis similitudo in creaturis tripliciter. *ib.* aliæ Trinitatis similitudines. *ib.* g. in Sacra Scriptura pluries innuitur. *ib.* mirè exponitur illud: *Osculetur me osculo oris sui*, de Trinitate. *ib.* hæc non repugnat vnitati, & simplicitati diuinæ. *ib.* h. Trinitatis etymon. *ib.* Trinitas est, non triplicitas. *ib.* quatuor tantùm in diuinis relationes. *ib.* notiones quinque, & quid notio. *ib.* vna in Deo essentia, processiones duæ personæ tres, relationes quatuor, notiones quinque. *ib.* ex his non potest dici Deus quaternus, aut quinus, sicut trinus dicitur. *ib.* personæ in diuinis vnum sunt, sed non vnus. *ib.* i. coæternæ, coæquales, &c. *ib.* Pater principium Filij, non causa; nec tamen Filius principiatum. *ib.* qualem de Trinitate fidem teneamur habere *ib.* l. ad duo necessaria diuersarum cognitio personarum. *ib.* hæ quomodo dicantur dare testimonium in Cœlo. *ib.* quomodo dicatur quis peccare in Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. *ib.* quomodo laudandus & venerandus Deus vt trinus. *ib.* ter in tentatione rogandus. *ib.*

DEI IVSTITIA.

Sinistra Dei. D. XVII. g. fundatur in opere misericordiæ. *ib.* in omni opere Dei iustitia & misericordia. *ib.* (& D. I. a. 2.) non repugnat misericordiæ iustitia, neque è contra. *ib.* contra iustitiam non facit Deus, sed supra eam, dum miseretur. *ib.* duplex iustitiæ species. *ib.* h. in Deo iustitia distributiua, non commutatiua. *ib.* eam ostendit ordo Vniuersi. *ib.* Iustitiæ & Veritatis ratio an eadem in Deo. *ib.* in quo Veritas consistat. *ib.* quo sensu Iustitia dicatur, & Veritas. *ib.* ex iustitia non datur auxilium gratiæ quibus non datur. *ib.* ordo diuinæ iustitiæ in diuinam reducitur voluntatem. *ib.* ostenditur in hominum prædestinatione. *ib.* puniens Deus malos, tria facit. *ib.* i. ira Dei tolerabilis, intolerandus furor. *ib.* hic in æterna damnatione, ira in præsenti vita. *ib.* iustitia Dei quo magis punire differt, grauiùs castigat. *ib.* l. frustrà Deum iudicem declinamus. *ib.* Dei iustitia timenda. *ib.* ante Deum iudicem ambulat. *ib.* non punit statim, vt pœniteamus. *ib.* p. iustitiæ opus, velut alienum à Deo. *ib.* q. supereminet ei misericordia. *ib.* r. Iustitia alta, Veritas altior, Misericordia altissima. *ib.* ex iustitia concipiatur timor, sicut ex misericordia spes. *ib.* c. iustitiam non excludit misericordia, sed semper sociantur. *ib.* contra iustitiam Dei est, diuitem saluari. D. XXVI. n. & XXVII. r.

DEI MISERICORDIA.

Dei dextera. D. XVII. g. est iustitiæ plenitudo, & in ea opus iustitiæ fundatur. *ib.* in omni opere Dei, misericordia & iustitia. *ib.* (& D. I. a. 2.) misericordia non repugnat iustitiæ, neque è contra. *ib.* Deus misericorditer agens, non facit contra iustitiam, sed supra eam. *ib.* quibus gratiæ auxilium datur, ex misericordia datur. *ib.* h. maximè Deo attribuitur. *ib.* m. misericors quis dicatur. *ib.* quo sensu misericors Deus. *ib.* misericordia in quo distinguatur à liberalitate, & à bonitate diuina. *ib.* differentia inter misericordiam, clementiam, & veniam. *ib.* quo sensu Deus dicatur misericordiùs agere cum vno, quàm cum alio. *ib.* innumeri diuinæ misericordiæ effectus. *ib.* n. qualis in hominem. *ib.* elucet in eius prædestinatione. *ib.* cur *vasa misericordiæ* dicantur electi. *ib.* emicat & in damnatione reproborum, & in impiorum iustificatione. *ib.* (& D. I. a. 2.) qualis in peccatores. *ib.* o. nos præuenit, & subsequitur. *ib.* Deus homines etiam in peccatis amat. *ib.* misericordia Dei superat omnem numerum & magnitudinem peccatorum. *ib.* oppositum, erroneum est. *ib.* pugnat veluti contra malitiam nostram. *ib.* manu eius tegitur peccatum. *ib.* differt Deus misereri propter bonum nostrum. *ib.* p. duo in misericordia considerantur. *ib.* ex misericordia Deus statim non punit, vt pœniteamus. *ib.* misericordiæ est & statim punire, & punitionem differre, & quo sensu. *ib.* ipsa, non dolor pœnitentis, causat remissionem peccati. *ib.* plus dat, quàm petere homo audeat. *ib.* dat veniam absque vllo termino. *ib.* per eam non annihilatur peccator. *ib.* pronior Deus ad miserendum, quàm ad puniendum. *ib.* q. dolet de nostris malis quodammodo. *ib.* velut coactè nos punit. *ib.* miseretur secundùm id, quod ex eo est: punit secundùm id, quod ex nobis. *ib.* punire, velut alienum à Deo. *ib.* misericordia supereminet iustitiæ in omni opere Dei. *ib.* r. cur oleo comparetur. *ib.* Iustitia alta, Veritas altior, Misericordia altissima. *ib.*

hæc

Digitized by Google

hæc fundamentum omnium operum Dei. *ib.* per eam omnipotentia innotescit. *ibid.* Deus ipse per misericordiam manifestatur. *ib.* quàm magna sit. *ib.* f. quid sit. *ib.* multipliciter magna. *ib.* eam consequitur omnis hominum status. *ib.* multiplex *ib.* inuestigabilis. *ib.* Deus ad se accedentem non repellit. *ib.* t. ejectio ex culpa nostra est, & derelictio. *ib.* Deus recipit eum, qui ad se confugit: aliter esset iniquus. *ib.* quo sensu id intelligatur. *ib.* quærit Deus qui illum recipiat. *ib.* occurrit accedere timenti. *ib.* cum miseretur, nobis appropinquat. *ib.* fugientes reuocat. *ib.* & hoc quadrupliciter. *ib.* misericordiæ Dei duplex modus liberandi. *ib.* u. misericordia præcipuum altare in Templo Dei. *ib.* eius adinuentiones. *ib.* potissima, Verbi incarnatio. *ib.* Deus homo quomodo dicatur misericors factus. *ib.* duo specialia diuinæ misericordiæ beneficia. *ib.* misericordia Dei admirabilis. *ib.* triplex illius effectus. *ib.* cur eâ dicatur plena terra, non Cœlum. *ib.* Deo misericordi sufficit miseriam exponere sine petitione. *ib.* x. Deus durus non est: sed potiùs homo. *ib.* in actu ipso puniendi miseretur. *ib.* misericordiæ tribuendum, si pejora non facimus. *ib.* ex misericordia Deus Pater noster. *ib.* y. & Mater. *ib.* nunquam nostri obliuiscitur. *ib.* à curia justitiæ potest appellari ad curiam misericordiæ. *ib.* z. triplex misericordiæ manus. *ib.* mirum quomodo possit homo Deum tam misericordem offendere. *ib.* a. temporaliter hic puniri, misericordiæ signum. *ib.* Deus misericordium miseretur. *ib.* & eorum, qui suam miseriam recognoscunt. *ib.* in diuina misericordia summoperè sperandum. *ib.* b. in spe misericordiæ non peccandum. *ib.* nec illa abutendum. *ib.* (& D. III. p.) væ abutentibus. *ib.* Deum fontem misericordiæ derelinquimus. *ib.* c. qui misericordiam contemnit, feueriorem experietur justitiam. *ib.* misericordia quamuis summa, nunquam justitiam excludit. *ib.* ex misericordia concipiatur spes, ex justitia timor. *ib.*

DEI POTENTIA.

Potentia verè est in Deo; actiua tamen, non passiua. D. XI. p. hæc Dei ipsa substantia est, & ipsa actio. *ib.* vnde verè dicatur Deus omnipotens. *ib.* quæ contradictionem implicant, non possunt à Deo fieri. *ib.* cur Deus omnisciens & omnipotens dicatur, non ita omniuolens. *ib.* Dei potentia infinita. *ib.* sub ea non potest cadere, quòd præteritum non fuerit. *ib.* q. non potest Deus facere, quòd aliquid remaneat, & desit illi aliquid suorum principiorum essentialium. *ib.* potentia Dei absoluta, & ordinaria. *ib.* quid possit vtraque. *ib.* in ijs, quæ diuinæ potentiæ attribuuntur, ordo quadruplex. *ib.* an possit Deus facere quæ non facit. *ib.* an creaturas possit annihilare. *ib.* num aliquando contra naturam operetur. *ib.* r. an omnipotentiæ opus, iustificatio impij. *ib.* quomodo in parcendo omnipotentia Dei manifestetur. *ib.* (& D. XVII. r.) solus Deus humanam potest immutare voluntatem. *ib.* an meliora, quàm quæ fecit, possit Deus facere. *ib.* omnipotentia creaturis incommunicabilis. *ib.* f. possunt tamen quasi instrumenta virtutis ejus assumi. *ib.* virtus tripliciter consideratur in Deo, scilicet quoad omnipotentiam, æternitatem, & magnitudinem. *ib.* virtutem hanc creaturæ manifestant, & quælibet testimonium Dei est. *ib.* Dei potentia & virtus, in bonos & malos. *ib.* t. cui nemo resistere potest. *ib.* qualiter dicatur homo Dei potentiæ reniti. *ib.* cur Deus, *solus potens*, ab Apostolo dicatur. *ib.* primus diuinæ potentiæ effectus, creatio: de qua vide V. *Creatio*. Rerum etiam conseruatio creatarum, Dei manifestat potentiam. D. XII. b. Vide eodem verbo, *Creatio*. Deus nedum per potentiam, sed & per præsentiam, & essentiam suam vbique est, & in omnibus rebus. D. XIII. c. error Manichæorum circa hoc. *ib.* & aliorum. *ib.* d. quo sensu dicatur Deus esse specialiter in Cœlo. *ib.* dupliciter dicitur esse Deus in re aliqua. *ib.* omnia nuda & aperta Dei oculis. *ib.* f. tam super bonos, quàm super malos, illius aspectus. *ib.* stultè sibi suadet oppositum peccator. *ib.* Deum vbique præsentem cogitans, aut vix, aut nunquam peccat. *ib.* ex eo quòd Deus in cunctis rebus sit, non ideò homines cum eo sunt, nisi ei per charitatem jungantur. *ib.* cum tamen valdè noxia sit Dei absentia *ib.* ex qua tollitur fortitudo ad pugnandum contra diabolum. *ib.* Vide *Creatio*, *Templum*.

DEI PROVIDENTIA.

Antiquorum errores de illa. D. XV. r. quid sit. *ib.* f. plura includit. *ib.* omnia ei subiecta. *ib.* an omnibus Deus immediatè prouideat. *ib.* in quo differat à gubernatione. *ib.* gubernat Deus inferiora per superiora. *ib.* diuinæ prouidentiæ subsunt bonum & malum, voluntarium & naturale, necessarium & contingens. *ib.* t. permittit mala particularia, non ita particularis prouidentia. *ib.* duplex prouidentia, approbationis & concessionis. *ib.* tria faciunt diuinæ prouidentiæ certitudinem. *ib.* u. quibus rerum contingentia non repugnat. *ib.* Dei prouidentiæ subsunt necessarium & contingens, fortuitum & casuale. *ib.* an ei fatum possit attribui. *ib.* subest ei & voluntas hominis & electio. *ib.* x. procedit ex diuino amore. *ib.* sub ea hominum prouidentia. *ib.* de singulis est brutis, sed specialiùs de homine. *ibid.* ex quo alia post mortem vita esse deprehenditur. *ib.* an quidquam præter diuinæ ordinem prouidentiæ possit euenire. *ib.* y. peccant homines, ac si non esset prouisor Deus. *ib.* z. væ Deum prouisorem nec timenti nec reuerenti, tam in prosperis, quàm in aduersis. *ib.* videt Deus diuersimodè bonos & malos. *ib.* Dei prouidentia obstetrix creaturarum. D. XVI. a. specialior de rationalibus, inter quas homo. *ib.* prouidentia omnium, prædestinatio aliquorum. *ib.* homines specialiter à Deo prouisi sunt, & prouidentes. *ib.* b. justis specialiter prouidet, & eorum dicitur Deus, quamuis omnium sit. *ib.* qualiter, diuina stante prouidentia, dicatur, vniuersa æquè justo & injusto euenire. *ib.* c. cur tam boni, quàm mali nunc affligantur, nunc prosperentur. *ib.* Dei prouidentia bene vtitur malis. *ib.* d. permittit regnare malos, vt prosint bonis. *ib.* diuinæ prouidentiæ immobilitas non excludit orationis vtilitatem. *ib.* f.

DEI SAPIENTIA.

A Deo omnis Sapientia. D. XIV. g. in Deo perfectissimè sapientia & scientia. *ib.* differentia inter vtramque, & qualis diuina. *ib.* cur Dei cognitio *thesaurus*. *ib.* diuinæ sapientiæ multiplex altitudo. *ib.* ab homine non vestigabilis. *ib.* duplex scientia in Deo. *ib.* h. quid scientia visionis, quid simplicis intelligentiæ. *ib.* differentia inter vtramque. *ib.* scientia Dei & ad futura extenditur contingentia. *ib.* est causa rerum, adiecta voluntate. *ib.* scientia approbationis quid in Deo. *ib.* quid inter hanc intersit, & scientiam simplicis intelligentiæ. *ib.* peccatorum cognoscitiua est, non causatiua. *ib.* discrimen inter Dei scientiam & nostram. *ib.* sapientia nunquam propriè, sed semper essentialiter dicitur in diuinis: amor non ita. *ib.* i. licèt non propriè, appropriatiuè tamen dicitur sapientia in diuinis, & conuenienter. *ib.* ad eam pertinet diuinorum occulta manifestare. *ib.* quod per incarnatum Verbum factum est. *ib.* quo sensu sapientia Dei multiformis. *ib.* diuinæ sapientiæ effectus ordinati. *ib.* l. triplex ejus opus in rerum productione, scilicet creationis, distinctionis, & ornatus. *ib.* differt hic à perfectione. *ib.* quorsum distinctio rerum à Deo, & multitudo. *ib.* rerum distinctionis causa ex diuina sapientia. *ib.* cuius modus in producendo imperscrutabilis. *ib.* m. & hoc primò in terræ productione. *ib.* & maris, siue aquarum. *ib.* & Cœlorum. *ib.* n. sapientia Dei in tribus præcipuè commendabilis. *ib.* in pluribus alijs diuina sapientia elucet. *ib.* fecit omnia in numero, pondere, & mensura. *ib.* quomodo id intelligatur. *ib.* interiora in creaturis rationalibus diuinæ sapientiæ effectus mirabiliores. *ib.* o. quales sunt Virtutes, Dona, Sacramenta &c. *ib.* ad cœlestem sapientiam participandam exigitur in nobis sapientiæ donum. *ib.* p. Deus simpliciter sapiens, homines in aliquo genere. *ib.* cœlesti despecta sapientia, terrenam quærimus. *ib.* qualis hæc. *ib.* qualis illa. *ib.* sapientia Dei in rebus creatis dignoscitur. *ib.* terrena damnatur, & dissipatur à Deo *ib.*

Digitized by Google

INDEX.

DEVS REMISSIVE'.

Qualiter puniat citra condignum. D. I. a. 2. ejus obliuio, causa est pœnæ infernalis. D. II. f. quomodo odio habeatur à damnatis. D. III. l. ei tria debentur. D IV. c. quod ab eo præter ordinem naturæ fit, rei naturale est. *ib.* omnes voluntates ejus obedire tenentur imperio *ib.* i. in quo totius est justitiæ perfectio. *ib.* solus Deus satiat desiderium nostrum. D. X. o. ad eum totus homo ordinandus. *ib.* non derelinquit, nisi derelinquatur. *ib.* Deus quomodo creaturæ Pater. D. XII. z. sola creatura rationalis per creationem filiationis nomen sortitur. *ib.* nil superfluum in Dei cultu. *ib.* a. nihil reddimus Deo, quod minus non sit, quàm debemus. *ib.* b. Deus habitat in Sanctis per gratiam. D. XIII. d. & e. tanquam in Templo suo. *ib.* solus ille menti illabitur, & corda scrutatur: non ita Angelus. *ib.* d. (& D. XIX. u.) non possumus Deo & diabolo, vel Deo & Mundo seruire. *ib.* e. quo sensu Deus & loqui dicatur & scribere. D. XIV. p. Deus, Pater noster multiplici ex capite. D. XV. z. tria ei debemus. *ib.* væ ipsum non timenti, nec reuerenti. *ib.* videt Deus diuersimodè bonos & malos. *ib.* obstetrix creaturarum. D. XVI. a. duæ alæ Dei, charitas & misericordia, quibus nos eleuat ad superna. *ib.* b. specialiter, quamuis omnium, justorum dicitur Deus. *ib.* solus scrutator cordium. D. XX. z. adjuuat tentatos. D. XXI. t. Dei injurias non debemus tolerare, sicut nostras. D. XXIII. f. Deus nihil præcipit contra virtutem. *ib.* g. domus Dei duplex. G. II. p. Deus ipse domus Dei & nostra in Cœlis. *ib.* dona sua vult esse merita nostra. G. III. u. ira Dei cur *Columbæ* dicatur. I. XI. r. Vide *Deus vnus*.

DIABOLVS.

Suadet hominibus terminabilitatem pœnæ infernalis, vt faciliùs peccent. D. I. y. quomodo patiatur ab igne corporeo. D. II. e. fert secum gehennam, quamuis extra Infernum. D. I. l. quo sensu dicatur mentibus illabi. D. XIII. d. non possumus Deo & illi seruire. *ib.* e. an de quolibet ordine Angeli ceciderint. D. XIX. m. ab initio suæ conditionis peccauerunt. *ib.* diabolus, qui & lucifer, fuit supremus inter Seraphim. *ib.* cur dicatur Cherub. *ib.* an plures, quàm peccauerunt, remanserint. *ib.* tam homo, quàm diabolus superbiâ deliquit. *ib.* quomodo appetierit esse vt Deus. *ib.* ejus peccatum irremediabile: non ita hominis; & cur. *ib.* n. omnis ejus actus malus, & quo sensu. *ib.* duplex illius actus. *ib.* perseuerat in sua superbia, ad quam ideò & homines inducit. *ib.* o. dæmones à virginibus vocati cur veniunt. *ib.* quidam ex eis non dignantur de luxuria tentare. *ib.* ex superbia diaboli ejus inuidia. *ib.* p. vtraque præcipuè in eo. *ib.* reatum habet omnium peccatorum, ad quæ inducit. *ib.* quo pacto in eo inuidia, dolor, gaudium, timor &c. *ib.* ejus inuidia & odium in sacra Scriptura innotescit. *ib.* diabolus mons igne ardens, stella cadens de Cœlo. *ib.* magnum ejus tormentum, non posse homini nocere. *ib.* nitebatur Christi passionem impedire, & nunc prædicationem. *ib.* conuertunt dæmones totum prælationis ordinem in hominis nocumentum. *ib.* q. diaboli duplex manus. *ib.* semper ad nocendum paratus. *ibid.* etiam per ludicra. *ib.* detestabilis cum eo familiaritas. *ib.* nihil ab eo petendum. *ib.* aduersarius Christi. *ib.* dæmones assumunt corpora ad nostram deceptionem. *ib.* r. quinam incubi & succubi. *ib.* (& L. VII. t.) an in assumptis corporibus possint generare. *ib.* num delectentur in hujusmodi actibus. *ib.* diabolus quomodo omniũ peccatorum causa, & caput omnium malorum. *ib.* f. quisnam finis diaboli. *ib.* describitur in figura cete, & monstrum septiceps. *ib.* (& D. XXI. f.) quo sensu princeps Mundi, & Deus hujus seculi. *ib.* dæmones non omnibus appellantur nominibus, quibus Angeli boni. *ib.* t. duplex, siue triplex assignatur eis pœnalis locus. *ib.* eorum exercitium vsque ad diem judicij. *ib.* cur arietes dicantur. *ib.* vbicumque sint, secum gehennam ferunt. *ib.* habet diabolus aliquam potestatem super peccatores. *ib.* u. malus dominus seruorum suorum. *ib.* an dæmones ex charitate diligendi. *ib.* non sunt natura mali, sed voluntate. D. XX. x. eorum naturalia integra. *ib.* quænam in eis cognitio. *ib.* an in eorum intellectu error esse possit. *ib.* tribus modis aliquid cognoscunt. *ib.* y. cognitio vespertina in eis nocturna. *ib.* non est in eis illuminatio, sed locutio tantùm. *ib.* qualis in eis fides de Deo, & Christo Domino. *ib.* diabolo absconditus diuinus partus. *ib.* non cognoscunt dęmones cogitationes cordium, nisi per signa. *ib.* z. an de futuris cognitionem habeant. *ib.* in eis adhuc prælatio & ordo. *ib.* & eadem naturalis virtus, quæ & in bonis Angelis. *ib.* a. at malus in ipsis vsus. *ib.* ad supernaturalia non extenditur. *ib.* non possunt vera miracula facere, sed admiranda. *ib.* nec transmutare materiam de forma in formam. *ib.* quænam ab eo possint transmutationes fieri, & quomodo. *ib.* possunt mouere inferiora corpora, nec tamen totam terræ molem. *ib.* miracula faciunt apparentia, quæ hominibus admiranda. *ib.* b. an possit diabolus humanum intellectum immutare, & rationis vsum impedire. *ib.* c. non potest in voluntatem directè imprimere. *ib.* quo pacto malas immittat cogitationes. *ib.* ejus magna potestas. *ib.* d. non permittitur homini nocere quantum vellet. *ib.* plùs permittitur malis, quàm bonis. *ib.* per bonos & malos Angelos Deus malos punit: sed tantùm per malos affligit iustos. *ib.* potestas dæmonis tantum valet, quantum à Deo permittitur. *ib.* maior in fine Mundi permittetur. *ib.* & plena in Inferno. *ib.* dæmonis & diaboli etymon. D. XXI. e. varia sortitur nomina, quæ & exponuntur. *ib.* & f. g. h. arcis animæ obsessor. *ib.* e. in quibusnam effectum habeat eius operatio. *ib.* f. non potest eius virtus ab homine impediri. *ib.* cur in figura appareat animalium deformium, & eis comparetur. *ib.* h. ad exprimendam eius malitiam & homo dicitur. *ib.* quorsum tentet. *ib.* i. cur solus dicatur tentator. *ib.* eius calliditas in primo homine tentando. *ib.* callidus & potens. *ib.* tertia lingua *exterminans*. *ib.* impugnatio à diabolo, ordo impugnationis à Deo. *ib.* l. à quo permittuntur dæmones ad impugnandum, sed ad puniendum mittuntur. *ib.* quorsum permittantur. *ib.* magna eius potestas ex multiplici capite. *ib.* maior debilitate nostra. *ib.* bona opera impedire nititur. *ib.* diuersimodè tentat à carne & à Mundo. *ib.* m. cur non dicatur prudentia diaboli, sicut dicitur *prudentia carnis*. *ib.* septemplex dæmonis tentatio. *ib.* ordinem in tentando seruat. *ib.* n. animam vult, de cæteris non curat. *ib.* tentans debiliorem partem inuadit. *ib.* timorem mortis excludit, & diuinum. *ib.* Dei præceptum suggerit ad transgressionem. *ib.* o. tentat ad quæ magis proni sumus. *ib.* operit vitiorum deformitatem, & eorum alleuiat incommoda. *ib.* multa promittit, quæ ab opposito eueniunt. *ib.* dubijs fallit verbis. *ib.* deprauat Scripturas. *ib.* delectatur, quòd homines in mendacijs confidant. *ib.* p. homines tentando, sibi aggerat pœnam. *ib.* hæc vsque ad diem judicij potest augeri. *ib.* suberunt dæmones vniuersali judicio. *ib.* vincit faciliùs diabolus, cum de luxuria tentat & auaritia. *ib.* q. duo tentando facit. *ib.* luxuriosos possidet. *ib.* quatuor habet ad impugnandum, quatuor nos ad resistendum. *ib.* r. ad venialia instigat, vt in mortalia ruamus. *ib.* sublimes etiam animas impetit. *ib.* se transfigurat in Angelum lucis, & quomodo cognoscatur. *ib.* quibus armis eis resistatur. *ib.* f. t. non facilè redit ad tentandum à quo victus est. *ib.* f. tentato resistenti coronam struit. *ib.* non potest vincere nisi volentem. *ib.* faciliùs post Christi passionem vincitur. *ib.* quo pacto diabolus Mundi princeps dicatur *ejectus foras*. *ib.* non excusantur ab eo tentati, si vincuntur. *ib.* tentationes ejus præuenimus. *ib.* t. aliud vincere tentationem, aliud à tentatione non vinci. *ib.* vbi diabolus requiem inueniat. *ib.* u. moralitas. *ib.* victus de gula, non tentat de libidine. G. XII. t. causa consummatiua idololatriæ. D. XXIV. n. quænam ei de futuris cognitio. *ib.* o. nec ipsa veritas ab eo quærenda. *ib.* in responsis suis quid intendat. *ib.* p. an liceat eum adjurare. *ib.* ad eos non pertinet illuminare. D. XXV. u. diabolus exemplar omnium Scripturas deprauantium. D. XXXII. d.

DIACONVS.

Vide *Clericus*, *Ordo*.

Digitized by Google

INDEX.

DIES.

Quis Domini, & quis hominis dies. D. VII. h. dies Domini triplex. *ib.* vana dierum obseruatio. D. XXIV. q. quinam dies fausti, vel infausti vocandi. *ib.* diei comparatur testamentum nouum respectu veteris. D. XXIX. q. & I. II. h.

DIFFICVLTAS.

Vide *Actio virtuosa*, *Virtus*.

DIGNITAS.

Vide *Ambitio*, *Episcopus*, *Princeps*.

DILECTIO.

An differat ab amore. D. XXII. x. Vide *Amor*, *Amicitia*, *Charitas*, & Tomo I.

DILECTIO INIMICORVM.

Diligere inimicos non est contra naturæ inclinationem. D. XXII. x. ex perfectione charitatis eos, & amicos, diligimus. *ib.* vnde radix talis dilectionis. *ib.* talis dilectio & de præcepto & de consilio. *ib.* y. inimicos diligendi solum motiuum Deus. *ib.* Deum diligere non possumus, nisi eos diligamus. *ib.* facile propter Deum. *ib.* hoc præceptum cur *nouum* dicatur. *ib.* pax cum eis ex Christi testamento. *ib.* Deus in hoc imitandus & Christus. *ib.* inimico parcere, gloria Christianorum est, non ignominia. *ib.* eos, vt inimici sunt, diligere non jubemur, cum sit peruersum. *ib.* z. diligendi affectu, ore, & opere. D. XXIII. a. an & quando eis specialia dilectionis signa exhibenda. *ib.* veniam petentibus dimittendum. *ib.* propria remittenda offensa, non Ecclesiæ aut communitatis. *ib.* sed nec semper propria. *ib.* quo sensu optare possimus malum proximo, & de eo gaudere. *ib.* non ita de malo spirituali. *ib.* tam ex præcepto, quàm ex consilio ad inimicos diligendos hortamur. *ib.* b. Deus in hoc exemplar nostrum & Christus. *ib.* tum in locutionibus suis, tum in actionibus. *ib.* præsertim in conficiendo Eucharistiam. *ib.* ejus imitatores Stephanus, Dauid, Eliseus. *ib.* c. vt nobis à Deo dimittatur, inimicis dimittendum. *ib.* d. aliter Deus non dimittet. *ib.* vel ex eo dimittendum, quòd Deus omnia donauit. *ib.* dimittentes exaudiuntur à Deo, neque in tentationem inducuntur. *ib.* secus non dimittentes; nec vllus pro eis exauditur. *ib.* diligendi inimicos motiua, & vtilitates. *ib.* e. peccatum quà in nos commissum, dimittendum: non ita quà in Deum. *ib.* f. sic & injurias nostras, non Dei. *ib.* inimico parcere, neque vlcisci, ignominia non est. *ib.* g. immò coram Deo, gloria est, exemplo Christi. *ib.* diligenda inimici & aliorum natura, vitium odiendum. *ib.* h. odium peccati in fratrem ad amorem pertinet. *ib.* quo sensu parentes & inimicos oderimus. *ib.* malos propter peccatum odimus, & eis mala imprecamur frequenter licitè. *ib.* injurias in Deum & Ecclesiam redundantes nos etiam ipsi justè vlciscimur. *ib.* vindicatio hoc pacto virtus. *ib.* qui odit inimicum, dupliciter homicida. *ib.* i. de illo vindicta Deo remittenda. *ib.* Deo non remittens vsurpat quod Dei est. *ib.* vlciscendum in nomine Domini, non diaboli suadentis. *ib.* impius vltor excluditur ab æternis nuptijs. *ib.* an majoris sit meriti inimicum diligere, quàm amicum. *ib.* l. Senecæ Christiana sententia. *ib.* Vide *Amor proximi*, & Tomo I.

DIOTREPHES.

Ejus error circa prædicatores. D. XXX. z.

DISCORDIA.

Quid, & in quo differat à rixa. I. XI. p. Vide *Pax*.

DISPENSATIO.

Quando fieri debeat: D. IV. b. vnde sit. *ib.* Vide *Decalogus*, Tomo II.

DIVES.

Diuites fiunt vt plurimùm impij. D. XXVI. e. eorum violentia in pauperes. *ib.* f. prædones *ib.* væ illis mercedem fraudantibus. *ib.* comparantur quibusdam auibus. *ib.* eorum peccata cur iniquitates dicantur. *ib.* h. diues aut iniquus, aut ex iniquis. *ib.* peccant quandoque diuites & prodigalitate. *ib.* & in comessationibus & luxurijs. *ib.* vsque ad infidelitatem delinquunt quasi idololatræ. *ib.* i. quærunt doctrinas nouas ad lucra illicita impunè facienda. *ib.* non possunt Deo & mammonæ seruire. *ib.* aliud diuitias habere vt dominus, aliud vt seruus. *ib.* diuites temporaliter, spiritualiter egeni. *ib.* l. rarus diues cum charitate. *ib.* possunt & diuites esse perfecti: at difficulter. *ib.* magnæ virtutis indicium, inter diuitias perfectum esse. *ib.* rarus diues & justus. *ib.* peccata sua eleemosynis redimat. *ib.* m. aliud esse diuitem actu, aliud actu & affectu. *ib.* n. spiritualiter potissimùm damnificantur diuites, sed & quandoque in temporalibus & corporaliter: quamuis plerunque prosperentur in terrenis. D. XXVII. o. diuites deliciosi, ex quo plures effectus mali: nec tamen ab eis considerantur. *ib.* diuites repentè quandoque expertes rerum, gloriæ, & vitæ. *ib.* eorum æterna damnatio. *ib.* r. exponitur illud: *diues difficilè intrabit in regnum Cælorum. ib.* ex Hieronymo difficile: ex Chrysostomo impossibile, & quomodo. *ib.* diues cur camelo comparatus. *ib.* diuites thesaurizant, quia non putant se morituros. *ib.* s. diuina contemnunt monita in vita, & in morte. *ib.* impœnitentes decedunt plerunque. *ib.* eorum in morte afflictio, & mors amara. *ib.* t. & u. æterna damnatio *ib.* diues, diaboli certa præda. *ib.* diuitum cupiditas, & eleemosyna pauperibus subtracta, eorum damnationis causa. *ib.* x. contra eos in testimonium diuitiæ in judicio extremo. *ib.* & judex specialiùs iratus. *ib.* in sinistra Christi diuitiæ & diuites. *ib.* pœniteant. *ib.* Iob diuitem innocentem imitentur. *ib.* diuites esse pauperes voluntate possunt, & è contra. *ib.* y. thesaurizent in Cœlo, non in terra. *ib.* diues in pauperes tenacior. E. VII. l. Vide *Auarus*, *Diuitiæ*, & Tomo I.

DIVITIÆ.

Aliæ naturales, aliæ artificiales. D. XXVI. c. (& XXVII. q.) in eis stultè statuitur Beatitudo. *ib.* artificialium appetitus infinitus. *ib.* c. & l. *augent sitim*, non restinguunt. *ib.* c. super eas fundatur Ecclesia malorum. *ib.* d. ex earum appetitu plurima peccata. *ib.* & primum superbia. *ib.* hæc & cupiditas initium & radix omnium peccatorum. *ib.* multipliciter in diuitijs peccatur. *ib.* g. cur *mammona* dicantur *iniquitatis. ib.* n. (& E. V. u.) aliud habere eas vt dominus, aliud vt seruus. *ib.* i. sicut est spiritus fornicationis, ita & spiritus diuitiarum. *ib.* difficile inter diuitias charitatem seruare. *ib.* l. neque charitas, neque perfectio charitatis cum ipsis. *ib.* tria ex eis impedimenta charitatis. *ib.* per eas facultas omne faciendi peccatum. *ib.* eas justi fugiunt & contemnunt. *ib.* m. diuitiæ lutum. *ib.* diuitiarum dispensatio, earum vsus. *ib.* duplex præcipuus vsus illarum. *ib.* n. si bene vtamur, quoddam bonum diuinum sunt. *ib.* nimia opulentia etiam corpori damnosa. D. XXVII. o. mali ex diuitijs effectus & ex delicijs. *ib.* diuitiæ puritatem obruunt vel minuunt. *ib.* nimia opulentia inter conjunctos discordiam parit. *ib.* diuitiæ ceu caducæ felicitare non possunt. *ib.* earum fluxus & caducitas. *ib.* tria ex eis damna præcipua. *ib.* p. sunt in tormentum possidentibus. *ib.* vt caducæ, faciliter pereunt. *ib.* q. & citò amittuntur. *ib.* simulque cum eis gloria nominis, & in cumulo prosperitatis. *ib.* immò & repentè vita. *ib.* tertium ex eis præcipuum damnum, æterna damnatio. *ib.* r. diuitiæ onus, gibbus peccatum, ex quibus impeditur ingressus Cœlorum. *ib.* in eis non fidendum, quæ nec temporaliter nec æternaliter saluare possunt. *ib.* t. earum cupiditas & eleemosyna pauperibus subtracta, causa damnationis. *ib.* x. diuitiæ in testimonium contra diuites in die judicij. *ib.* in sinistra Christi. *ib.* nec mendicitas nec opulentia à Deo petenda, propter peccandi periculum. *ib.* y. diuitiæ non petentibus conceduntur, petentibus denegantur. *ib.* in eis

Digitized by Google

tiis non sperandum, neque gloriandum. *ib.* multiplici ex capite contemnendæ. *ib.* z. tria diuitiarum genera. *ib.* temporales fugiendæ: spirituales & æternæ appetendæ sunt, & assequendæ. *ib.* æternæ gloriæ veræ & stabiles diuitiæ. *ib.* temporales cur & quando contemnendæ. L. V. f. Vide *Auaritia*, *Diues*, & Tomo I.

DIVINATIO.

Ad curiositatem spectat & ad superstitionem. D. XXIV. m. quid sit. *ib.* & o. propria magis mulierum, quàm virorum, & cur. *ib.* plures ejus species. *ib.* omnis diuinatio ex opere dæmonum. *ib.* per dæmonum expressam inuocationem diuinatio illicita, sicut & cum pacto tacito. *ib.* & p. & seqq. Vide *Obseruatio vana*, *Superstitio*.

DIVORTIVM.

Vide *Matrimonium*.

DOCTRINA.

In quo differat à disciplina. D. XXVIII. a. an ad vtramque vitam pertineat. *ib.* c. qualis in Ecclesia docenda. *ib.* d. sacra doctrina, *doctrinæ spiritus*. *ib.* ex tribus doctrina redditur erronea. *ib.* Apostolorum, canonica. *ib.* duplex erroris radix. *ib.* sacra doctrina dicitur aqua, vinum, lac, pluuia. *ib.* e. ejus origo cœlestis. *ib.* illius fructus. *ib.* docere proprium Pastoris. *ib.* f. ex cujus commissione & aliis conuenit. *ibid.* sacram doctrinam docens, in perfectiori gradu est magisterii. *ib.* magis meritorium doctrinam sacram communiter docere, quàm particulariter saluti alicujus incumbere. *ib.* an pro doctrina liceat pecuniam accipere. *ib.* in disputationibus tripliciter impeditur veritatis cognitio. *ib.* g. falsæ doctrinæ causa, recessus à charitate. *ib.* i. sacræ doctrinæ scientia opposita, terrena est, animalis, diabolica. *ib.* qualis & qualiter in Ecclesia tradenda. *ib.* l. omnibus sine inuidia nuncianda. *ib.* omnis spiritualis doctrina siue ab homine dicatur, siue à Deo, à Deo est. D. XXIX. o. doctrina Euangelica doctrina perfectionis. *ib.* q. quæ & lucerna. *ib.* Vide *Doctor*, *Sapientia*, *Scientia*.

DOCTOR.

Quisnam verè Doctor. D. XXVIII. a. verè scit qui charitatem habet. *ib.* b. perfectè scientiæ conditiones. *ib.* sacri Doctores labia Ecclesiæ, vbera, oculi, dentes, collum. *ib.* e. item nubes. *ib.* sacram doctrinam docens, in perfectiori gradu est magisterij. *ib.* f. magis meretur Doctor sacer docendo, quàm quis saluti alicujus incumbens. *ib.* an ob stipem docens peccet. *ib.* docens tenetur scire quæ docet. *ib.* doctus esto & bonæ vitæ. *ib.* scientia sine bona vita, literæ sunt Vriæ. *ib.* an docens in peccato mortali mortaliter peccet. *ib.* puræ sit conscientiæ, vt bene doceat. *ib.* finis eius quis. *ib.* qualiter in disputationibus se gerat. *ib.* g. stultæ & inutiles quæstiones sibi vitandæ. *ib.* ad duo debet intendere. *ib.* non se commendet apud homines, sed per orationem Deo. *ib.* h. nullam præter Deum expetat mercedem. *ib.* Doctoribus debetur aureola. *ib.* i. si tamen actu docuerint sacram doctrinam, vel scripserint. *ib.* hanc nō meretur nec Auream qui ob inanem gloriam docet. *ib.* mali doctores qui. *ib.* malè viuentes doctores falsam sæpe doctrinam annunciant. *ib.* l. væ malis Doctoribus. *ib.* Doctores sancti sapientia seculari & dictis Gentilium vsi sunt, sicut & Apostolus. D. XXX. a. falsi doctores, dæmones. F. IV. f. Vide *Ambitio*, *Doctrina*, *Prædicator*, *Sapientia*, *Scientia*.

DOLOR.

Vide *Christi Passio*, *&* *Mors*, *Damnatus*, *Defuncti*, *Pœnitentia*.

DOLVS.

Vide *Auaritia*, *Lingua*.

DOMINICA DIES.

Vide *Festus dies*.

DOMINICA ORATIO.

Vide *Oratio*.

S. DOMINICVS.

Mysticus Sol. D. XXIX. r. ejus Ordo commendatur. *ib.*

DOMINIVM.

Vide *Collegium*, *Princeps*.

DOMVS.

Vide *Collegium*, *Ecclesia*.

DONVM SPIRITVS SANCTI.

Dona differunt à virtutibus etiam infusis. F. VI. u. donum quid. *ib.* in quo differat à virtute infusa. *ib.* Vide *Spiritus Sanctus*.

DOTES.

Vide *Beatus*.

DRACO.

Quodnam animal. D. XXI. h.

DVBIVM.

Dubia in meliorem partem interpretanda. I. XVII. g. h. Vide *Conscientia*.

DVELLVM.

Vide *Bellum*, Tomo I.

DVLIA.

Vide *Ecclesia*.

E.

EBRIETAS.

IN quo differat à crapula. G. XII. q. principium omniū vitiorum. *ib.* r. mater luxuriæ. *ib.* quàm damnosa. *ib.* in mulieribus detestabilior. *ib.* Romanæ mulieres non bibebant vinum *ib.* quandonam mortale, vel veniale peccatum. *ib.* f. an sine culpa Noe & Loth inebriati credantur. *ib.* num ebrietas à peccato excuset. *ib.* ebrius & ebriosus in quo differant. *ib.* ebrius, quasi extra mensuram. *ib.* ebrietatis effectus. *ib.* t. Vide *Comessatio*, *Crapula*, *Gula*, *Vinum*.

ECCLESIA.

Tres habet partes. D. VIII. l. (& E. I. h.) injurias in eam, vel in Deum redundantes, justè vlciscimur. D. XXIII. h. Ecclesia bonorum ab Abel, malorum à Cain cœpit. D. XXVI. d. & E. I. a. quid formaliter, quid materialiter accepta E. I. a. pro formali sumpta, triplex. *ib.* ad eam pertinebant antiqui Patres, sicut nunc fideles *ib.* illius quodammodo mater, synagoga. *ib.* eadem ejus & synagogæ doctrina *ib.* festorum vtriusque correspondentia. *ib.* Ecclesiæ super synagogam præstantia. *ib.* militans & triumphans. *ib.* b. vtraque à quatuor describitur. *ib.* vtriusque figura. *ib.* vtraque domus Dei. *ib.* militans in triplici consideratur statu. *ib.* c. eadem Ecclesia, primitiua & moderna. *ib.* plus hæc, quàm illa, distrahitur, & exteriùs quodammodo pulchrior. *ib.* multiplex Ecclesiæ status describitur. *ib.* quatuor illius conditiones. *ib.* d. vna est, & quadrupliciter. *ib.* ejus vnitatis figura, Templum vnum & tabernaculum. *ib.* ex vnitate ciuitatis vnitas ejus describitur. *ib.* vnum mysticè corpus est, quamuis membra multa. *ib.* e. comparatio ad corpus naturale. *ib.* Regina Austri. *ib.* ex diuersitate membrorum, statuum graduum & officiorum ejus diuersitas. *ibid.* sponsus ejus Christus. *ib.* f. sponsa illa, vna & virgo. *ib.* soror, sponsa, & vxor. *ib.* sancta, & ex quatuor. *ib.* g. sanctificata sanguine Christi. *ib.* hortus à Christo plantatus & irrigatus. *ib.* catholica, scilicet vniuersalis, tripliciter. *ib.* h. tres habet partes. *ib.* fortis & firma. *ib.* l. cur Apostolica dicatur. *ib.* Arca Noemi. *ib.* perfe-

Digitized by Google

persecutionibus extollitur magis. *ib.* quintuplex ejus munitio. *ib.* præsertim contra diabolum. *ib.* fortis ex quo Christus in medio ejus. *ib.* l. à quo & in quo solo fundata. *ib.* ipse illius lapis angularis & summus. *ib.* Ecclesiæ fundamentum in cœlo. *ib.* spirituale Ecclesiæ ædificium inconcussum. *ib.* ejus statura cur palmæ assimilata. *ib.* m. claritas ejus & dignitas. *ib.* *Mulier amicta Sole.* *ib.* thronus Christi & Dei. *ib.* tripliciter magna. *ib.* in ea magnificatur quodammodo Deus. *ib.* illius decor vnde sit. *ib.* Regina est. *ib.* decor & gloria ejus intus & extra. *ib.* de latere Christi, sicut Eua de latere Adæ. *ib.* potestas clauium, & cur claues duæ. *ib.* n. maximæ authoritatis consuetudo illius, & assertio. *ib.* Fidei objectum est Veritas prima vt manifestata in Scripturis, & doctrina Ecclesiæ. *ib.* determinat per os Pontificis quæ sunt fidei. *ib.* non potest ejus judicium in his errare. *ib.* sine illius ductu ad Christum non itur. *ib.* o. extra illam non est aditus salutis. *ib.* Ecclesiæ ætates. *ib.* Ecclesia Romana cæteris firmior & præstantior. *ib.* Ecclesia potest habere pecuniam pro cultu diuino, & pauperum sustentatione. E. VI. c. ejus authoritati resistens, hæreticus est. F. V. n. quæ principaliter residet in Summo Pontifice. *ib.* Ecclesiæ vnitas in duobus attenditur. *ib.* q. ministrorum ejus & corporales defectus irregularitatem inducunt. I. XIII. z. Vide *Templum.*

ECLIPSIS.

Vide *Christi mors.*

ELECTIO.

An sub diuina cadat prouidentia. D. XV. x. quid sit. E. III. l. num actus intellectus an voluntatis. *ib.* electioni præmittitur consilium. *ib.* in quo differat à voluntate. *ib.* brutis non conuenit. *ib.* l. eligit homo liberè, non ex necessitate. *ib.* duo ad rectam electionem requisita. *ib.* m. electionem rectam sola virtus agit. *ib.* boni, immò meliores eligendi ad regimen. E. IV. n. electio canonica. *ib.* o. ad spirituale regimen melior fortiori jure eligendus, & sub præcepto. *ib.* ineptum eligens, plura peccata incurrit, & suspensionem. *ib.* eligendus debet cæteris præeminere. *ib.* quis melior, ex charitate pensandum. *ib.* quo sensu quis melior censendus. *ib.* p. zelus animarum melioritatem personæ eligendæ potissimùm indicat. *ib.* recta electio à Deo. *ib.* q. in primitiua Ecclesia Episcopi per electionem diuinam eligebantur. *ib.* à Deo recta electio petenda *ib.* sortibus non licet modò vti in electionibus Ecclesiasticis. *ibid* quinam eligendi, vel non eligendi. *ib.* vtiliùs eliguntur de gremio Ecclesiæ, quàm extranei. *ib.* electio Dei contraria mundanæ. *ib.* r. modernæ quædam electiones describuntur, & Superiores electi. *ib.* num Prælati inferiores meliùs dentur à Superioribus, quàm eligantur. *ib.*

ELEEMOSYNA.

Maxima damnati pœna, eleemosynas non erogasse. D. I. h. eleemosynæ contemptus, & incuria, ad inferos specialiter ducit. D. III. p. præeminet alijs satisfactionis partibus. D. IX. x. eam ex superfluo facere, præceptum est, non consilium. D. XXVI. m. (E. V. f. & y.) quandonam obliget. *ib.* an de malè acquisitis fieri possit. *ib.* subtracta pauperibus, causa damnationis auaris. D. XXVII. x. vnde dicatur. E. V. f. quid sit, & cujus virtutis actus. *ib.* est in præcepto, & ad quodnam reducatur. *ib.* quid ex parte dantis, & recipientis considerandum. *ib.* quandonam sit præceptum, quando consilium. *ib.* ejus obligationis tempus. *ib.* vt fiat, ad opus manuale obligatur quis in casu. *ib.* t. propter Deum facienda. *ib.* & ex proximi compassione. *ib.* faciliter, promptè, & hilariter, vt sit actus virtutis. *ib.* non de alieno, sed de proprio. *ib.* u. non potest fieri ab vxore, à filio-familias & hujusmodi. *ib.* an facienda de illicitè acquisitis. *ib.* sit non tam largitio, quàm distributio. *ib.* quibus eroganda. *ibid.* nemo propriè sibi eleemosynam facit. *ib.* omnibus facienda, sed primò justis. *ib.* an peccatoribus. *ib.* num conjunctioribus. *ib.* ad meritum, propter Deum facienda in gratia & charitate. *ib.* x. Iob in erogando exemplar. *ib.* petentibus & non petentibus subueniendum. *ib.* eleemosyna ex parte dantis & recipientis efficax. *ib.* si desit facultas, voluntas sufficit. *ib.* y. & tunc tantum meretur quis, quantum si daret. *ib.* radix præcepti quid. *ib.* de superfluo erogandum: quod mysticè innuitur. *ib.* quænam dicantur superflua. *ib.* pauperes non despiciantur. *ib.* amor pauperum, signum amoris Dei. *ib.* mulier pronior, quàm vir ad subueniendum. *ib.* cor durum habent auari & superbi. *ib.* z. non pauci & aridam manum, quam sanat eleemosyna. *ib.* S. Ioannes eleemosynarius. *ib.* hic eroganda, non enim post mortem tempus erit. *ib.* dignum & magnum opus. E. VI. a. specialis Dei gratia. *ib.* præeminet cæteris satisfactorijs operibus *ib.* includit virtutem orationis & jejunij. *ib.* vniuersalis medicina peccati. *ib.* à confessarijs præ cæteris injungenda. *ib.* sacrificium Deo acceptum. *ib.* b. Deum honorat eleemosynas faciens. *ibid.* facit enim Deo in persona pauperis. *ib.* exemplum Sancti Martini. *ib* miserendo quis pauperum, imitator Dei est. *ib.* eleemosyna efficit nos Deiformes *ib.* eam docuit Christus & exercuit. *ib.* c. sanctum fœnus. E. VII. d. totam videtur implere legem qui eleemosynam facit. *ib.* ejus duplex effectus, siue fructus. *ib.* vel minima, vacua mercedis non est. *ib* per eam & temporalis prosperitas *ib.* ad regimen prosperandum hospitalia instituta. *ib.* multorum exempla. *ib.* centuplum dat in vtraque vita. *ib.* e. pauperibus elargiendo, acquirimus. *ib.* habet promissionem & præsentis vitæ. *ib.* solùm quærat diuinam retributionem erogator. *ib.* qui & à Deo & ab hominibus benedictionem impetrat. *ib.* f. eleemosyna a peccatis liberat. *ib.* g. veluti fidejussor pro nobis coram Deo. *ib.* misericordis miseretur Deus. *ib.* specialiter in morte & in judicio. *ib.* scutum validum eleemosyna contra diuinæ justitiæ fulmen. *ib.* ad vitæ æternæ retributionem dupliciter efficax. *ib.* misericordiæ beatitudo respondet dono Consilij *ib.* misericordia in pauperes omnia à Deo impetrat. *ib.* multiplices eleemosynæ effectus & fructus. *ib.* h. misericordium non obliuiscitur Deus. *ib* sese velut obligat ad retributionem. *ib.* pauperum adjutor deferetur per manus Angelorum in Cœlum. *ib.* eleemosyna præ cæteris defunctos juuat. *ib.* quo sensu à peccato liberet. *ib.* i. falsa aliquorum opinio circa misericordiæ opera. *ib.* quæ impœnitentes non saluant. *ib.* disponunt tamen ad pœnitentiam. *ib.* væ non erogantibus eleemosynam pauperi *ib.* l. à Deo hi maledicuntur & ab hominibus. *ib.* judicium sine misericordia expectent. *ib.* magna in Inferno pœna, eleemosynas non erogasse. *ib.* pro quo damnatus diues epulo. *ib* eleemosynarum duo genera. *ib.* m. quænam corporales, quænam spirituales. *ib.* hæ simpliciter illis potiores. *ib.* propriæ animæ priùs miserendum, quàm aliorum. *ib.* cui subuenire pauci inclinant. *ib.* est contra concupiscentiam oculorum, & ordinatur ad proximum. H. V. e. exponitur illud: *Noli tuba canere. ib.* Vide *Bona temporalia*, *Misericordia.*

ELIAS.

Ejus & Pauli zelus charitatis in prædicando. D. XXX. g. inter ipsum & Ioannem comparatio. I. VIII. p. Vide *Antichristus* Tomo I.

ELISEVS.

Benefacit inimicis. D. XXIII. c. licitè maledicit pueris irridentibus. *ib.* sicut Elias ignem descendere facit. *ib.* h. magnus propheta & singularis. I. VIII. r.

ELVIDIVS.

Ejus error circa puritatem B. Virginis. I. X. h.

ENCÆNIA.

Quid essent. E. II. r.

ENERGVMENVS.

Vide *Baptismus*, *Diabolus.*

EPY-

Digitized by Google

INDEX.

EPIICHIA.

Vide *Consilium*.

EPIPHANIA.

Vide *Christi Natiuitas* Tomo I.

EPISCOPVS.

Cur Episcopi à Papa *fratres* vocentur, cæteri *filij*. D. IX. a. in primitiua Ecclesia immediatè à Deo eligebantur. E. IV. q. tria in Episcopatu consideranda. E. VIII. n. nomen est operis, non honoris. *ib.* vnde dicatur. *ib.* Episcopatus an licitè appetatur. *ib.* Episcopus perfectus esto. *ib.* in eo præexigitur perfectio, non in religiosis. *ib.* perfectior Episcoporum, quàm religiosorum status. *ib.* Episcopus mediator inter Deum & homines. *ib.* vtrique vitæ debet intendere. *ib.* Episcopi Angeli. *ib.* tenent locum Apostolorum. *ib.* o. cur dicat Episcopus: *Pax* vobis. *ib.* discrimen inter Episcopum & Præsbyterum. *ib.* ipse & Sacerdos diuersimodè Christum repræsentant. *ib.* sponsus Ecclesiæ, vnde & cum anulo. *ib.* solus ipse propriè Prælatus. *ib.* Episcopatus an Ordo. *ib.* p. videat quos ad Ordines promoueat. *ib.* quid in hoc sibi incumbat. *ibid.* Episcopi ornamenta, & significatio. *ib.* exemplo & verbo faciat & doceat. *ib.* q. ejus ætas requisita. *ib.* qualiter bona Ecclesiæ dispenset. *ib.* quorum est procurator. *ib.* animarum sit Episcopus, non possessionum. *ib.* non sit acceptor personarum. *ib.* propinquitatem ad Deum attendat, non ad se. *ibid.* duo in Episcopatu consideranda. E. IX. r. Episcopi spontanea obligatio. *ib.* c. debet pro salute spirituali sui gregis vitam ponere. *ib.* & rationem de eo reddere. *ib.* d. obligat se Christo pro subditis. *ib.* e. quid, Episcopum esse *ornatum*, *pudicum*. *ib.* g. ornamenta antiquorum Pontificum quid figuraliter significent. *ibid* quatuor debent habere Episcopi. *ibid.* Episcopi residentia inculcatur. *ibid.* h. cum majori sui & aliorum periculo peccat. E. XVIII. f. major proximorum infectio à malis Prælatis. *ib.* o. Episcopi etiam indulgentias dispensant, sed ex commissione. I. IV. t. Vide *Prælatus*.

ERROR.

In quo à nescientia distinguatur, & ab ignorantia. D. XXVIII. f. & I. III. o. an præfata habeant rationem culpæ. *ib.* error non excusat semper à peccato. *ib.* f.

ERRORES.

Græcorum de animabus. D. I. b. Origenis & aliorum de æternitate pœnæ Infernalis. *ib.* f. Græcorum de Purgatorio. D. VII. h. Paganorum circa sepulturam. D. VIII. m. Almarianorum & Dauidis de Dinando circa simplicitatem Dei. D. X. b. Antiquorum de Deo. *ib.* i. Iudæorum, Tertulliani, Vadianorum siue Anthropomorphitarum, & Manichæorum de eodem. *ib.* i. Antiquorum circa creationem. D. XII. u. Auicennæ & Magistri sententiarum circa potentiam creandi. *ib.* Simonis magi, Mænandri, & aliorum circa creationem. *ib.* x. Manichæorum & aliorum circa existentiam Dei vbique & in omnibus. D. XIII. c. aliorum circa idem. *ib.* d. aliorum circa Dei prouidentiam. D. XV. r. de Fato. *ib.* u. circa vtilitatem orationis. D. XVI. f. Arij & Sabellij circa Trinitatem. D. XVIII. e. Græcorum de processione Spiritus Sancti. *ib.* g. Arij & Sabellij circa vnitatem & Trinitatem diuinam. *ib.* i. dicentium, ex necessitate res à Deo productas. *ib.* l. Arij negantis, Filium, alium esse à Patre. *ib.* Origenis circa dæmones saluandos. D. XIX. n. Manichæorum de Mundi gubernatore. *ib.* f. Manichæorum, & Porphyrij, quòd dæmones sint natura mali. D. XX. x. duplex erroris radix. D. XXVIII. d. error Manichæorum, vetus Testamentum non admittentium. D. XXIX. m. Diotrephis & Vigilantij circa prædicatores. D. XXX. x. Iuliani apostatæ à studio literarum religiosos coercentis. *ib.* b. Manichæorum de creatione. D. XXXII. c. Vigilantij de adoratione Sanctorum. E. II. y. Artotyritarum & aliorum circa materiam Eucharistiæ. E. XI. q. Hebionitarum & Nazaræorum circa legalia. *ib.* Berengarij & aliorum negantium realitatem corporis Christi in Eucharistia. E. XI. t. Peputianorum, & Pauperum de Lugduno circa potestatem conficiendi Eucharistiam. E. III. g. Petri Dresensis circa communionem sub vtraque specie. E. XIV. n. Græcorum de consecrando in fermentato. E. XI. q. eorundem pueris Eucharistiam præbentium. E. XIV. p. quorundam circa indignam Eucharistiæ sumptionem. E. XV. f. quorundam, quòd nullus fidelium damnabitur. F. III. z. Nouatianorum circa quid. F. V. o. & G. V. h. Arianorum circa diuinitatem Verbi. G. II. i. Origenis de gloriæ terminabilitate. *ib.* n. Pelagianorum circa arbitrij libertatem. G. V. f. & L. I. h. Origenis circa dæmones saluandos. H. IV. x. Hebionis & Cherinti de Christi diuinitate. I. IX. b. quorundam errores circa mortem Apostoli Ioannis. *ib.* e. Eluidij circa puritatem B. Virginis. I. X. h. Sadducæorum de resurrectione. I. XIV. c. Lactantij circa finale judicium & resurrectionem. I. XIX. a. & i. Origenis circa hominum conuersionem ad Deum. I. XXIII. p. Vide *Ignorantia*.

ESSÆI, siue ESSENI.

Vna ex tribus Iudæorum sectis. I. XIV. c. describuntur eorum mores. *ib.*

EVA.

Primò tentata, vt debilior. D. XXI. n. post elationem seducta. *ib.* Vide *Adam*, *Mulier*, & Tomo I.

EVANGELISTÆ.

Quonam idiomate Euangelium scripserint. D. XXI. i. quis dicatur Euangelista. D. XXIX. m. Vide *Doctor Ecclesiasticus*.

EVANGELIVM.

An liceat illud ad collum portare, & applicare infirmis. D. XXV. z. tripliciter salutem confert per fidem. *ib.* cur dicatur æternum. D. XXIX. m quid significet. *ib.* q. in eo triplex conjunctio hominis ad Deum annunciatur. *ib.* ejus efficacia duplex. *ib.* illius verbum cur *consummans* dicatur & *abbreuians*. *ib.* ejus nobilitas & certitudo. *ib.* ex quatuor commendatur. *ib.* nobilioribus ministris committitur annunciandum. *ib.* doctrina Euangelica doctrina perfectionis. *ib.* ejus eminentia ex quatuor. *ib.* lucerna. *ib.* quid sonet Euangelica tuba. D. XXX. f. Euangelium prædicatores non erubescant, neque auditores. D. XXXII. x. plures illius à lege veteri differentiæ. D. XXIX. q. & I. II. h. Vide *Lex noua*, *Scriptura sacra*, *Testamentum*.

EVBVLIA.

Vide *Consilium*.

EVCHARISTIA.

Vt sacrificium est, maximè defunctis prodest. D. IX. n. (& E. XII. x. & o.) habet effectum finitum respectu defunctorum, licèt virtus Christi infinita sit. *ib.* non ideò per vnum sacrificium tota tollitur pœna. *ib.* errant laici, Eucharistiam pro defunctis sumentes. *ib.* ad altare majus Sacramenti cur lampas vna. *ib.* e. magnæ signum charitatis sacramentum. D. XXIII. b. Sacramentum Ecclesiasticæ vnionis. *ib.* & E. XI. p. variæ ejus figuræ. *ib.* n. agnus Paschalis præcipua. *ib.* ejus institutionis triplex causa. *ib.* Eucharistia nutritioni comparatur. *ib.* cur hoc Sacramentum in vltima cœna institutum. *ib.* inter cœnandum corpus, post cœnam sanguinem Christus tradidit. *ib.* nec perperam de nocte. *ib.* cur per modum cibi hoc sacramentum. *ib.* o. tali cibo indigebat natura humana corrupta. *ib.* triplici de causa sub specie aliena. *ib.* p. cur sub duplici specie. *ib.* & panis & vini. *ib.* plura hujus sacramenti nomina *ib.* Eucharistiæ etymon. *ib.* cur dicatur sacrificium, communio, viaticum, metalepsis. *ib.* vt Eucharistia triplicem habet effectum. *ib.* sacrum conui-

Digitized by Google

gium. *ib.* & in monte caluariæ celebratum. *ib.* effectus omnis passionis Christi effectus est & Eucharistiæ. *ib.* circa ejus materiam errores. *ib.* q. ejus materia duplex, panis triticeus & vinum de vite. *ib.* num in azymo, an in fermentato consecrandum, controuersia inter Græcos & Latinos. *ib.* rationabilior de azymo conuenientia. *ib.* aqua vino admiscenda necessitate præcepti non sacramenti. *ib.* quænam vtriusque forma. *ib.* r. de forma consecrationis vini duplex opinio. *ib.* exponitur illud, *noui & æterni testamenti*, & illud, *mysterium fidei*. *ib.* (& E. XII. e.) passio Christi in hoc Sacramento recolenda. *ib.* conuersio panis in corpus Christi omnino supernaturalis. *ib.* s. non formalis, sed substantialis, & dicitur *transubstantiatio*. *ib.* exemplificatur. *ib.* an difficilior conceptione Christi, & creatione. *ib.* accidentia panis & vini remanent sine subjecto. *ib.* cujus supplet vices quantitas eorum dimensiua. *ib.* possunt hæc agere, pati, nutrire &c. *ib.* ex vi transubstantiationis est in Eucharistia verum corpus Christi. *ib.* t. idem in substantia, & hic & in propria specie, sed non eodem modo. *ib.* totus in Sacramento Christus: sed ex vi conuersionis corpus, per concomitantiam anima & diuinitas: & sic de sanguine. *ib.* in triduo mortis, si quis consecrasset, non fuisset in Sacramento anima Christi: & sub speciebus panis fuisset corpus sine sanguine, & sub speciebus vini sanguis sine corpore. *ib.* cur nomine *carnis*, non *corporis* vtatur Christus ad suum corpus significandum Io. 6. *ib.* an sit verè corpus Christi vbi apparet in hostia puer, caro, aut sanguis. *ib.* u. num sumi sic possit. *ib.* quid de Sacerdote celebrante? *ib.* hac de re patrata miracula. *ib.* sub qualibet parte specierum panis totus est Christus, siue integra maneat hostia, siue frangatur. *ib.* x. an & quomodo corpus Christi sit in loco, & an in pluribus. *ib.* cur festum Corporis Christi post Pentecosten celebretur. *ib.* effectus Eucharistiæ, remissio peccatorum, non tamen mortalium ex recipientis impedimento. E. XII. x. quonam casu & mortalia remittat. *ib.* venialia tollit ex duplici capite. *ib.* vt sacrificium etiam pœnam. *ib.* deuotio in accessu totum facit in hoc Sacramento. *ib.* (& E. IV. o.) præseruat à peccatis futuris. *ib.* ad sanitatis spiritualis conseruationem hunc homo exigebat cibum. *ib.* & vt medicinam contra triplicem ex veneno serpentis corruptionem. *ib.* minuit ex consequentia & fomitem. *ib.* gratiam confert & charitatem cum alijs virtutibus. *ib.* y. anima eo reficitur & inebriatur. *ib.* confortat ad viam in Cœlum, quò & perducit. *ib.* cur *panis Angelorum* dicatur. *ib.* tres illius principales effectus quinam sint. *ib.* z. ejus effectus, non singularis, sed vniuersalis. *ib.* valet contra omnes spirituales defectus. *ib.* triplex ejus effectus, vt dicitur *panis verus*. *ib.* a. vt est sacramentum altaris, & vt est sacramentum charitatis. *ib.* quòd per hoc sacramentum in Christum transformemur, triplex similitudo. *ibid.* triplex ejus effectus, vt dicitur *Manna*. *ib.* cur manna hoc negligatur. *ib.* Christi sanguinis in hoc sacramento effectus. *ib.* b. vt potus aquæ viuæ triplicem habet. *ib.* item vt vinum spirituale, & vt sacrum mysterium Ecclesiæ. *ib.* indulgentiæ in festo ejusdem. *ib.* c. qualiter sacramentum sit & sacrificium. *ib.* vt sacramentum sumentibus: vt sacrificium, & alijs prodest, etiam defunctis. *ib.* non ita his vt sacramentum. *ib.* errant communicantes pro defunctis. *ib.* Eucharistia mirabilium Dei compendium. E. XIII. d. quorum sit memoriale mirabilium. *ib.* miraculorum maximum. *ib.* verum sacramentum, & vnum formaliter & perfectiuè. *ib.* sacramentum sacramentorum, omnium dignissimum. *ib.* omnium perfectio & finis. *ib.* in eo totum salutis nostræ mysterium. *ib.* sacrificium sacrificiorum, ad quod figurandum omnia ordinabantur antiqua. *ib.* e. triplex ratio vetus sacrificium mutandi. *ib.* Eucharistiæ excellentia ex tribus. *ib.* cur hostia in tres partes frangatur in Missa. *ib.* Eucharistiæ mysterium præ cæteris ad credendum difficile. *ib.* cur non ponatur distinctus fidei articulus. *ib.* ejus præstantia ex maxima in eo Dei liberalitate, & hoc ob triplicem causam. *ib.* f. item ex immensa Christi charitate. *ib.* g. & ipse Christus corpus suum in cibum sumpsit. *ib.* passibile, sed impassibili modo tradidit. *ib.* nuptiarum solemnia ob reuerentiam Eucharistiæ certis temporibus interdicuntur. *ib.* sibi soli videtur Christus Eucharistiam conficiendi authoritatem reseruasse. *ib.* hinc Sacerdos in persona Christi consecrat. *ib.* errores Peputianorum & Pauperum de Lugduno circa potestatem conficiendi hoc sacramentum. *ib.* conseruatur in Ecclesia, non secus ac Manna in arca, pièque & laudabiliter quandoque exponitur, ad Ecclesiæ vtilitatem. *ibid.* duo quoad dignam sumptionem consideranda. E. XIV. h. triplex modus Christum in sacramento manducandi. *ib.* quomodo suscipere impediat peccatum mortale. *ib.* i. duplex sacramenti res. *ib.* in peccatum mortale sumens graue admittit sacrilegium. *ib.* an non habens conscientiam peccati mortalis possit accedendo peccare. *ib.* ad non indignam sumptionem quid sufficiat. *ib.* conjecturæ gratiæ inhabitantis. *ib.* an venialia impediant. *ib.* ante accessum proximo dimittendum. *ib.* tria ad dignam sumptionem requisita. *ib.* l. dispositio & ex parte corporis exigitur. *ib.* polluto corpore, etiam sine culpa, non tam citò accedendum, saltem ex congruentia. *ib.* quid de pollutione nocturna. *ib.* & de copula conjugali. *ib.* & de alijs immunditijs. *ib.* accedentem oportet & esse jejunum. *ib.* quo jejunio, & quanto tempore. *ib.* ex triplici causa hoc præcipitur. *ib.* exponitur illud: *alius quidem esurit, alius autem ebrius est*. *ib.* quanto tempore post sumptionem jejunandum. *ib.* ad Eucharistiam præparatio, prout sumitur vt verum Christi corpus. *ib.* m. item, prout sumitur, vt cœlestis panis, & vt agnus immolatus. *ib.* monitum conjugatis & sacerdotibus. *ib.* Eucharistiæ dispensatio ad solum pertinet Sacerdotem. *ib.* n. cur sanguinis etiam diaconibus commissa. *ib.* nunc sub vtraque specie à solis Sacerdotibus sumitur: laicis verò sub solius specie panis dispensatur. *ib.* & hoc ex triplici causa. *ib.* nec inde vlla subtrahitur laicis spiritualis vtilitas. *ib.* hæreticorum error circa hoc, & inter hos & catholicos controuersia. *ib.* duo ad dignam sumptionem requisita. *ib.* o. ex defectu primi impeditur omnino effectus sacramenti, sed & quandoque ex defectu secundi, quod est deuotio, sine tamen culpa mortali. *ib.* duplex Eucharistiæ dulcedo, alia in affectu, alia in intellectu. *ib.* vnde sit, quòd frequenter communicantes effectum sacramenti non percipiunt. *ib.* Eucharistia diuino & positiuo jure sumenda, & quo tempore. *ib.* p. an & quomodo sit sacramentum necessitatis. *ib.* Græci dant pueris baptizatis Eucharistiam. *ib.* eorum refellitur error. *ib.* quinam Eucharistiæ incapaces. *ib.* num frequens an rara Eucharistiæ sumptio laudabilior. *ib.* q. quid de quotidiana sentiendum. *ib.* exempla Zachæi & Centurionis, & SS. Marci & Francisci. *ib.* non licet pluries in die communicare. *ib.* nec eadem de laico ratio, ac de Sacerdote. *ib.* tria in Eucharistiæ sumptione mirabilia. *ib.* r. indignus ad Eucharistiam accessus. E. XV. f. tripliciter exponitur illud: *Reus erit corporis & sanguinis Domini*. *ib.* error quorundam refellitur circa indignum accessum. *ib.* in primitiua Ecclesia indignè communicantes infirmabantur, & interibant. *ib.* præcedant conscientiæ examen, contritio, confessio, & satisfactio. *ib.* t. diuinæ in hoc punitionis exempla in figuris. *ib.* peccatori oculto Eucharistia non deneganda. *ib.* mors est malis, vita bonis. *ib.* indignè accedens, grauiter sacrilegus. *ib.* an hoc peccatum omnium sit grauissimum. *ib.* u. fornicator communicans Iudæ assimilatur. *ib.* num magis peccet infidelis sumens, quàm fidelis. *ib.* non est indignè accedendum ratione scandali. *ib.* potiùs patiatur peccator suspectus haberi, immò & excommunicari, quàm indignè sumat. *ib.* magna culpa, indigna sumptio, ob ingratitudinem. *ib.* magna Dei offensa. *ib.* multiplex propter eam plaga, spiritualis & corporalis. *ib.* quantò sacramentum dignius, tantò abusus periculosior. *ib.* moralitas ad hæc. *ib.* x. peccatum aggrauat, statim à communione peccare. *ib.* triplex mensa in sacra Scriptura. *ib.* mensa Eucharistiæ, præsidium contra omnes hostes. *ib.* ob personæ ineptitudinem ad eam ministrandam inductæ sunt in Ecclesia irregularitates. I. XIII. b. Vide *Missa*, *Sacerdos* Tomo III.

EVSEBIA.

Quid. E. II. f.

Digitized by

EVSTOCHIA.
Vide *Consilium*.

EXCÆCATIO.
Vide *Deus*, *Peccatum*.

EXCOMMVNICATIO.

Pœna est, quam infligit Ecclesia. E. I. n. neruus Ecclesiasticæ disciplinæ. *ib.* (& E. XVI. y.) an sit actus clauis. *ib.* & E. XVI. b. pœna Ecclesiæ potissima. *ibid.* y. non facilè fulminanda. *ib.* finis ejus. *ib.* bina saltem ei præmittenda monitio. *ib.* ferenda pro solo mortali. *ib.* communitates cur non excommunicentur. *ib.* nonnisi in contumaces fertur. *ib.* injusta an habeat effectum. *ib.* vmbra quædam excommunicationis apud Iudæos. *ib.* z. quid minor & major. *ib.* in quibus actibus vetita cum excommunicatis participatio. *ib.* duplex excommunicationis diffinitio. *ib.* quandonam liceat cum excommunicato communicatio. *ib.* an communicare sit mortalis culpa. *ib.* an vitandi, de quorum dubitatur excommunicatione. *ib.* a. nunc in duobus tantùm casibus tenemur excommunicatum vitare. *ibid.* excommunicatio non transit in tertiam personam. *ib.* olim excommunicati corripiebantur à diabolo. *ib.* b. Vide *Ecclesia*, & Tomo I. V. *Collegium*.

EXECRATIO.
Vide *Iuramentum*.

EXEMPLVM MAJORVM.

Vnusquisque tenetur proximum ædificare. E. XVII. e. plùs mouent exempla, quàm verba. *ib.* plusque majorum, quàm cæterorum. *ib.* ad exemplum facit bona opinio de operante. *ib.* homines per homines Deus gubernat propter exemplum. *ib.* d. Christus Dominus primum nostrum exemplar. *ib.* Paulus Christi in hoc imitator. *ib.* quanti valeat bonum majorum exemplum. *ib.* Baptistæ exemplum, & Eleazari. *ib.* exempla Sanctorum efficacia. *ibid.* e. ideò ab Ecclesia nobis proponuntur & in imaginibus. *ib.* Majorum peccata quadrupliciter aggrauantur, potissimè propter scandalum. E. XVIII. f. & g. sic Episcoporum & religiosorum. *ib.* f. exemplo primi Angeli & cæteri peccauerunt. *ib.* g. major infectio proximi à majoribus, præsidentibus, & prælatis. *ib.* o. hi vrbium & regnorum excidium temporale & spirituale. *ib.* valdè idcircò timeant. *ib.* Vide *Episcopus*, *Prælatus*, *Scandalum*.

EXORCISMVS, EXORCISTA.
Vide *Baptismus*, *Ordo*.

EXPROBRATIO.
Vide *Lingua*.

EXTASIS.
Vide *Amor*, & Tomo I.

EXTREMA VNCTIO.

Vnde dicatur. E. XIX. p. & f. ejus effectus. *ib.* p. sanitatem etiam corporalem confert, si expediat. *ib.* est spiritualis sanatio, sicut baptismus regeneratio, & pœnitentia suscitatio. *ib.* non datur contra peccata directè, sed contra reliquias peccati, non originalis, sed actualis. *ib.* indirectè & peccatum tollit. *ib.* quid sint hujusmodi reliquiæ. *ib.* verè est Sacramentum à Christo institutum. *ib.* q. ab Apostolis promulgatum. *ib.* non est simpliciter de necessitate salutis. *ib.* cur in veteri lege non præfiguratum. *ib.* materia ejus oleum simplex oliuæ, ab Episcopo tamen consecratum. *ib.* cur in baptismo fiat vnctio ex oleo & balsamo, hic ex solo oleo. *ib.* olei conuenientia. *ib.* error Eraconitarum. *ib.* ejus forma. *ib.* r. cur modo deprecatorio solùm adhibeatur. *ib.* talis formæ conuenientia. *ib.* cur de diuina fiat mentio misericordia. *ib.* quænam de necessitate hujus sacramenti. *ib.* quibus impartitur cur corporis fiat inunctio. *ib.* plures vnctiones vnitatem nõ tollunt sacramenti. *ib.* non imprimit charactèrem: & iterabile est. *ib.* non quibuscunque infirmis exhibendum, neque damnatis ad mortem. *ib.* f. non expectandum ad vitæ extremum. *ib.* distinguendum inter periculum mortis, & articulum. *ib.* nec pueris, nec amentibus, nec furiosis dandum, nisi lucida interualla habeant, aut in sanitate petierint. *ib.* verbo, aut signo, petendum. *ib.* quo ordine ministrandum. *ib.* solus Sacerdos minister. *ib.* non exigitur quòd sit Episcopus: nec quòd plures necessariò Sacerdotes assistant, nisi ad melius esse. *ib.*

EZECHIAS.

Propter quid infirmitatem ad mortem incurrerit. I. VI. e.

F.

FABVLA.

Quid sit. I. XIV. e. duo in ea consideranda. *ib.* quænam inanis, & quæ inepta. *ib.*

FALSVM TESTIMONIVM.
Vide *Iudex*.

FAMA.

Quid. G. I. c. ejus dispendium ex multiplici capite vitandum. *ib.* fama inter exteriora bona præcipuum. *ib.* an liceat eam appetere. *ib.* & G. II. n. non est necessaria homini propter seipsum, sed propter proximum. *ib.* Vide *Gloria*, *Honor*, *Laus*.

FASCINATIO.

Quid, & quomodo contingat. D. XX. b. non semper à diabolo. *ib.* Vide *Christi mors*, *Diabolus*, *Diuinatio*.

FATVM.

Quid sit, & an subsit Dei prouidentiæ, sicut & casualia & fortuita. D. XV. u. quo sensu liceat fatum accipere. *ib.* mobile dicitur & immobile ex diuerso respectu. *ib.* Vide *Dei prouidentia*.

FESTVS DIES.

Festis veteris legis quæ succedant in noua solemnitates. E. I. a. & F. I. y. quare instituta, & quo tempore celebrarentur. *ib.* t. præceptum de Sabbato partim morale, partim cæremoniale, & etiam judiciale. *ib.* ejus anagogia, & allegoria. *ib.* cur solum Sabbatum in præcepto de festo colendo nominetur. *ib.* radix sanctificationis Sabbati. *ib.* numerus septenarius ideò in veteris legis festiuitatibus adhibebatur. *ib.* vt præceptum morale non cessauit in noua lege. *ib.* cur de Sabbato celebrando præceptum. *ib.* u. cur Beatæ Virgini consecratum. *ib.* rigorosa in veteri lege illius obseruantia. *ib.* ei Dominica succedit in lege noua. *ib.* x. cur facilius ab aliquibus operibus in hac dispensetur, quàm olim in Sabbato. *ib.* non perperam nec sine mysterio obseruanda præcipitur. *ib.* & y. festiuitatum Iudaicarum figuralis ratio. *ib.* qualiter diei festi obseruantia seruetur. *ib.* z. opus seruile triplex, & quodnam vetitum. *ib.* quænam opera non vetita intelligantur. *ib.* opera seruilia non sunt, quæ non sunt communia seruis & liberis. *ib.* quomodo intelligatur magis transgredi præceptum festi qui peccat, quàm qui operatur seruilia. *ib.* a. quibus operibus vacandum in die festo. *ib.* b. quis finis hujus præcepti. *ib.* Dauid specialiter festa colebat. *ib.* moralitas de his. *ib.* c. infideles nostros derident ritus & festa, quia non vt par est celebrantur. *ib.* rari sunt qui festa spiritualiter celebrant: plurimi temporaliter. *ib.* in festis solemnibus, Dominica præsertim, non jejunandum. *ib.* Dominus adest festis, cum sanctè celebrantur. *ib.* Vide *Sabbatum*.

FICTIO.
Vide *Eucharistia*, *Pœnitentia*, *Sacramentum*.

Digitized by Google

INDEX.

FIDES INFVSA.

Sine operibus non sufficit ad salutem. D. I. f. multa fidei mysteria in libris hebræorum. D. XVIII. d. qualem de Trinitate habere teneamur. ib. l. an sit in dæmonibus. D. XX. y. scutum contra tentationes. D. XXI. r. ad ejus euidentiam *Augustini* argumentum. D. XXIX. q. exponitur illud: *Fides ex auditu*. D. XXX. m. sine misericordiæ operibus mortua. E. V. t. quia per creaturas Deum à longè cognoscimus, ejus notitia nobis per fidem infunditur. F. II. d. fidei diffinitio exponitur. *ib.* credere est actus intellectus ex imperio voluntatis. *ib.* obiectum fidei veritas prima, & quomodo. *ib* ejus finis in via. *ib.* cur dicatur *substantia rerum sperandarum, & argumentum non apparentium*. *ibid* in quo distinguatur ab alijs habitibus intellectualibus. *ib.* quid propria ejus materia. *ib.* formalis ejus diffinitio ex verbis Apostoli. *ib.* nec probari nec improbari potest rationibus necessarijs. *ib.* e. defendenda, non probanda. *ib.* quæ sunt fidei, vt dicta à Deo, sunt consona rationi: non contra, sed supra eam. *ib.* intellectus noster in ejus obsequium captiuandus. *ib.* ejus certitudo præeminet certitudini aliorum habituum intellectualium. *ib.* f. certitudo illius est firmitas adhæsionis. *ib.* non remanet in Patria fides. *ib.* an visio certior auditu. *ib.* ad eam duplex auditus. *ib.* g. duo ad illam exiguntur. *ib.* credere quæ non videntur, stultum non est. *ib.* quorum innitatur authoritatibus. *ib.* h. quæ sunt fidei, Deus satis probat vera esse. *ib.* efficax pro sancta fide argumentum, & numerosa propagatio. *ib.* nouis nunc non eget miraculis. *ib.* credere per aliqua signa nec fidem totaliter euacuat nec meritum ejus. *ib.* exponitur illud: *Qui citò credit &c.* *ib.* multùm de fide inuestigare, mentis grossities, non acumen. *ib.* præter assensum intellectus pia exigitur affectio voluntatis. *ib.* i. quomodo voluntate credatur. *ib.* cur intellectus captiuari dicatur. *ib.* quare insurgant contrarij motus. *ib.* in quo subjectetur fides. *ib.* virtus est theologica. *ib.* dupliciter sumitur fides. *ib.* sine charitate non est virtus. *ib.* fides formata & informis non differunt specie. *ib.* l. vnde ejus informitas. *ib.* cur per peccatum mortale charitas amittatur, non fides. *ibid.* charitatis amissio via est ad amittendam fidem. *ib.* per fidem informem imperfectè Christi membra sumus. *ib.* fides Dei donum, & ab eo infusa. *ib.* gratiæ primus effectus in nobis. *ib.* donum Dei & informis. *ib.* quæ non est gratia gratis data, nec fructus. *ib.* quid hæc duo. *ib.* fides fundamentum totius spiritualis ædificij. *ib.* m. sine charitate fundamentum non est. *ib.* prima inter omnes virtutes per se: non ita per accidens, & ordine perfectionis. *ib.* qualiter distinguatur à spe & charitate. *ib.* charitas & fides diuersimodè forma virtutum. *ib.* ad nulla sapientiam sine fide peruenitur. *ib.* credens quæ non videt, meretur eorum visionem in Patria. *ib.* indigemus fide in ordine ad beatitudinem. F. III. n. sine illa neque ad Deum accedi potest, neque ad Patriam perueniri. *ib.* in vtroque Testamento ad salutem necessaria, & vtrobique eadem. *ib.* omnes in fide Christi saltem implicita saluati sunt, & saluantur. *ib.* Angelus ante confirmationem, & homo ante peccatum habuere fidem. *ib.* nihil audiens de fide, & secundùm rationem viuens, interiùs à Deo vel exteriùs instrueretur. *ib.* o. neque enim deficit diuinum auxilium facienti quod in se est. *ib.* cum actus credendi sit à Deo, cur nobis, si non credimus, imputetur. *ib.* quid implicitè quid explicitè credendum. *ib.* p. non omnes ad explicitam fidem æqualiter tenentur. *ib.* regula fidei, sola diuina veritas. *ib.* duo præcipuè explicitè credenda. *ib* fidem de incarnatione Christi aliqualiter omni tempore oportuit haberi, sed diuersimodè, ante peccatum, post peccatum, post tempus gratiæ. *ib.* sicut de mysterio Trinitatis in ea incluso. *ib.* & q. De articulis fidei & symbolo, vide *Articulus*, & *Symbolum*. quid credere in Deum, credere Deum, & credere Deo. *ib.* t. hoc vltimo specificatur fides. *ib.* cur credere dicatur *opus Dei*. *ib.* non dicitur: *Credo in Sanctam Ecclesiam*, sed *Sanctam Ecclesiam*. *ib.* anima Deo, & Ecclesia Christo per fidem desponsatur. F. IV. u. exponitur illud: *Omne quod non est ex fide, peccatum est*. *ib.* per eam vita spiritualis. *ib.* fides, humani cordis signaculum. *ib.* corda purificat. *ib.* primus motus ad justificationem est fidei. *ib.* primus est gratiæ effectus. *ib.* valet contra omnia aduersa. *ib.* x. *Sancti per fidem vicerunt regna* diaboli, carnis, Mundi. *ib.* per fidem tentationes omnes vincimus. *ib.* in vtroque bello fides triumphat. *ib.* prodigiosa etiam informis. *ib.* vbi infirmitas fidei, ibi defectus miraculorum. *ib.* horum operationem meretur ex congruo. *ib.* y. exempla. *ib.* præter fidem exigitur & fiducia ad impetrandum. *ib.* fidei actus sine charitate meritorius ex condigno non est. *ib.* z. fides informis causa timoris seruilis, formata filialis. *ib.* sine charitate fides veluti frustranea. *ib.* perfectæ virtutis fidei exemplum. *ib.* sine operibus mortua, ea enim exiguntur ad salutem. *ib.* a. sola sufficit, quando non adest operandi facultas. *ib.* corde tenenda, ore confitenda, operibus comprobanda. *ib.* b. fidelis cæci nati illuminati confessio. *ib.* & aliorum. *ib.* vocalis confessio an semper & vbique necessaria. *ib.* num propter scandalum dimittenda &c. *ib.* aliqui corde tenent, ore metuunt confiteri. *ib.* non sic Magdalena. *ib.* fides inter infideles roboratur magis. *ib.* ad perfectam fidem exigitur humilitas. *ib.* c. & diuini imploratio auxilij. *ib.* & intellectus captiuatio. *ib.* an major in vno, quàm in alio. *ib.* ad fidei magnitudinem quinque necessaria. *ib.* magna fides magna meretur. *ib.* primùm de fidei dono gratiæ Deo reddendæ. *ib.* Romanorum fides commendatur. *ib.* in ea perseuerandum, vt merces condigna recipiatur. *ib.* d. ejus triplex præmium. *ib.* fidei processus. *ib.* tripliciter venitur ad Christum. *ib.* quali debeamus fide pollere. *ib.* e. triplex perfectæ fidei conditio. *ib.* credere, propter certitudinem dicitur aliquando scire. *ibid.* fides multipliciter habenda. *ib.* firmiter credens dat gloriam Deo, cujus gloriæ derogat infirmus in fide. *ib.* increduli hìc & post mortem puniuntur à Deo. *ib.* incredulitas impedit patrationem miraculorum. *ib.* modò fides tepescit. *ib.* f. falsæ doctrinæ & defectionis à fide quænam causa. *ib.* falsi doctores dæmones. *ib.* falsitas doctrinæ cum pallio sanctitatis. *ib.* sicut fides est prima virtutum, ita infidelitas vltimum peccatorum. *ib.* qualis fides in dæmonibus, quibus pejores discredentes. *ib.* videat vnusquisque qua fide polleat. *ibid.* quid fides mortua, quid viua. *ib.* doctrina fidei, rete. F. V. p. quod per schismata & hereses rumpitur. *ib.* fidem oportet esse stabilem. *ib.* r. fideles opera fidei conformia faciant. *ib.* aliàs faciunt ab infidelibus fidem contemni. *ib.* mali fideles strictiùs judicabuntur, duriùsque punientur, quàm infideles. *ib.* quia grauiùs peccant ex multiplici capite. *ib.* fides cur *per piscem* signetur. G. VII. t. Vide *Heresis*, *Infidelitas*, *Schisma*.

FIDVCIA.

Fides aliquando pro fiducia, quæ præter fidem ad impetrandum exigitur. F. III. y. quid importet fiducia. *ib.*

FILIVS.

Filius pro peccato patris corporali pœna punitur, non spirituali. F. VIII. o. Vide *Adolescentia*, *Parentes*.

FINIS VLTIMVS.

Diuersus diuersorum. D. X. o. solus Deus verus finis vltimus satiat desiderium nostrum. *ib.* ad quem totus homo ordinandus. *ib.*

FLETVS.

An in damnatis corporeus. D. III. h. procedit ex tristitia. *ib.* differentia inter fletum, luctum, & planctum. D. VIII. n.

FOENERARI, FOENVS.

Vide *Vsura*.

FORTITVDO.

An eminentior inter virtutes, etiam Cardinales. F. VI. f. dupliciter sumitur. *ib.* t. est circa timores & audacias.

Digitized by Google

cias. *ib.* præsertim circa timores mortis, maximè in bello. *ib.* quid ejus essentia, & finis. *ib.* u. martyrium, actus est fortitudinis. *ib.* fortitudo & virtus est acquisita, & infusa, & donum. *ib.* fortitudo donum in quo differat à virtute etiam infusa. *ib.* hoc donum Dauid habuit, & Samson. *ib.* sustinere principalior actus fortitudinis, quàm aggredi: vt patet in martyribus. *ib.* x. an fortis delectetur in suo actu. *ib.* perseuerantia pars fortitudinis, & in quo differat à constantia. *ib.* y. ejus pars & patientia. *ib.* cui fortitudo præeminet. *ib.* quicunque est fortis, est patiens: non è conuerso. *ib.* fortitudinis dono quænam respondeat beatitudo, & quis fructus. *ib.* z. vir fortis animo & corpore describitur. *ib.* fortitudo corporis in tribus. *ib.* quidnam fortius: num vinum, an rex, an mulier, an veritas. *ib.* audacia moderata in fortibus non facit homines promptiores in principio, quàm in fine, inter pericula, sicut immoderata: & quare. *ib.* a. immoderatè audax, temerarius est, non fortis. *ib.* b. ad bonum debiles, ad malum fortes sumus. *ib.* væ hujusmodi fortibus. *ib.* in actu fortitudinis sufficit non tristari: Sancti verò etiam gaudent. I. XXIV. r.

FORTVNA.

Vide *Dei prouidentia*.

FORTVNIVM.

Fortuniorum vel infortuniorum obseruantia an licita. D. XXV. y. Vide *Fortuna*.

FRATER.

Multipliciter dicitur. I. X. h. vnde religiosi dicantur fratres. *ib.*

FRVCTVS.

Vide *Cælibatus* Tomo I. *Spiritus Sanctus* Tomo III.

FRVI, FRVITIO.

Vide *Beatitudo*, *Voluntas*.

FVCATIO.

Vide *Cultus exterior* Tomo I.

FVROR.

Quid. D. XVII. i. furor Dei intolerandus. *ib.* in æterna damnatione exercetur: ira hic. *ib.* Vide *Ira*.

FVRTVM.

Olim licitum reputabatur apud quosdam. F. VII. c. ad furti rationem tria concurrunt. *ib.* quid propriè. *ib.* fur vnde dicatur. *ib.* furis & latronis differentia. *ib.* furtum & rapina vnde peccata. *ib.* vtriusque discrimen. *ib.* in furto duplex ratio peccati. *ib.* d. de se mortalis. *ib.* quo sensu dicatur *Prou.*6. non grandis culpa. *ib.* paruitas materiæ excusat à mortali, nisi intentio sit de graui. *ib.* punitur quandoque & pœna mortis. *ib.* quo mortis genere olim. *ib.* pro quali mors infligatur. *ib.* de rebus inuentis quid sentiendum. *ib.* in euidenti necessitate licet alienum accipere. *ib.* e. idem injusta acceptio, & detentio. *ib.* an liceat rem suam apud alium detentam surripere. *ib.* in præcepto de furto omnia in rebus proximi nocumenta intelliguntur, & quæstus illiciti. *ib.* multipliciter committitur. *ib.* fraudatio mercedis inter peccata ad Deum clamantia recensetur, & cur. *ib.* damnantur mercatores mali, caupones, campsores, venditores, vsurarij, tyranni, & simoniaci. *ib.* omnes jam proximum fraudant. *ib.* furto rapina grauior. *ib.* f. cur magis de furto verecundemur, quàm de rapina. *ib.* hæc Deo exosa, & diabolo placens. *ib.* raptorum & præpotentum malitia describitur. *ib.* justa & hic manet eos pœna. *ib.* g. odio habentur tanquam lupi, quibus pejores. *ib.* multipliciter Deus hic eos punit. *ib.* & districtiùs judicat, vt & in futura vita seuerè eos mulctet. *ib.* h. lacrymæ viduarum & pupillorum Deum contra illos prouocant. *ib.* horum preces non exaudiuntur; nec pro eis factæ. *ib.* minæ contra eos. *ib.* furtum graue peccatum, & animæ periculosum propter difficultatem restitutionis. *ib.* l. à quadruplici fure nobis cauendum. *ib.* rapina macula est, quæ de facili non deletur. F. VIII. o.

FVTVRVM.

Vide *Diabolus*, *Diuinatio*, *Prophetia*.

G.

GABRIEL.

Vide *Angelus*, *Christi conceptio*.

GALILÆA.

Vide *Christi Passio*.

GALILÆI.

Quales essent. I. XIV. h. meliores Iudæis. *ib.*

GAVDIVM.

Differentia inter gaudium, lætitiam, exultationem, & jucunditatem. G. II. l. gaudium spirituale, signum gratiæ inhabitantis. G. VIII. z. Vide *Beatitudo*, *Beatus*, *Charitas*, *Gloria æterna*, *Spiritus Sanctus*.

GEHENNA.

Quid, & vnde dicatur. D. I. b. sumitur pro inferno damnatorum. *ib.* Vide *Damnatus*, *Infernus*.

GENERATIO.

Dupliciter sumitur. D. XVIII. e. verè in diuinis. *ib.* tria ad eam concurrunt. I. II. i.

GENITVRA.

Septem in humana mutationes. H. I. c. omnis ejus motus à Luna. *ib.* humana à genitura aliorum animalium diuersa. *ib.* vnde varietas fœtuum fit. *ib.* ad eam faciunt fœminarum complexiones & climatum. *ib.* vnde contingat, fœminam concipi vel marem. *ib.* quot diebus perficiatur vtriusque conceptio. *ib.*

GEOMANTIA.

Quid sit: sicut & pyromantia, hydromantia &c. D. XXIV. o.

GLORIA.

Quid. G. I. a. (& H. II. n.) quid ex Tullio. *ib.* differentia inter laudem, honorem, & gloriam. *ib.* (& H. II. n.) est effectus honoris & laudis. *ib.* gloriæ nomen largè acceptum. *ib.* d. cognoscere & approbare bonum suum, & velle etiam, ab alijs approbari, non est peccatum. *ib.* vanæ gloriæ appetitus, vitium est. *ib.* tripliciter dicitur gloria vana. *ib.* tripliciter exponitur illud: *Qui gloriatur, in Domino glorietur*. *ib.* inanis gloria vitium capitale. *ib.* c. ejus filiæ. *ib.* quandonam mortale peccatum, vel veniale. *ib.* inordinatus gloriæ appetitus opponitur magnanimitati. *ib.* humanus honor, laus &c. modicum quid & fragile. *ib.* mundana gloria contemnenda. *ib.* qui gloriam spernit, veram habet. *ib.* propter vanam laudis mercedem, æternam amittimus. *ib.* f. inanis gloria tollit actui virtuoso meritum vitæ æternæ. *ibid.* peccatum periculosum, & damnosum. *ib.* duplex hominis gloria. *ib.* g. vtraque per peccatum deperditur. *ib.* vera hominis gloria testimonium conscientiæ. *ib.* per peccatum omnis hominis gloria euacuatur. *ib.* gloria quadruplex. *ib.* gloria interior in multis consistit. *ib.* gloria exterior in tribus. *ib.* gloria inferior, gloria est de peccato. *ib.* gloria superior, gloria Dei: quæ in duobus consistit. *ib.* qui Mundi, non Dei, gloriam quærit, injustus est, gloriam Deo surripiens. *ib.* h. gloria Mundi falsa, vana, stulta, mala. *ib.* & damnosa. *ib.* vera est, in Domino gloriari. *ib.* in quinque gloriamur in Domino. *ib.* gloria con-

Digitized by Google

contemptor gloriam acquirit majorem. H. IV. u. gloria humana in tribus. H. V. e. Vide *Honor*, *Humilitas*, *Laus*.

GLORIA ÆTERNA.

In duobus conſiſtit. G. I. g. gratia datum optimum, gloria donum perfectum. *ib.* h. cur beatitudo *gloria* dicatur. G. II. i. vir *gloria Dei* quo ſenſu. *ib.* gloria Dei dupliciter dicitur. *ib.* æterna gloria in Dei viſione conſiſtit. *ib.* quadruplex intellectualis hominis viſio. *ib.* cur in viſione beatitudo conſiſtat, & dicatur *vita æterna*. *ib.* exponitur illud: *Vita erat lux hominum*. *ib.* æternæ gloriæ gaudium plenum, & cur. *ib.* l. in ea immunitas ab omni malo, & ſecuritas. *ib.* m. & pax omnimoda. *ib.* ejus figura Salomonis Templum, & Sancta Sanctorum. *ib.* cur dicatur Tabernaculum. *ib.* menti humanæ admirabilis, & imperceptibilis. *ib.* o. per conſequens & ineffabilis. *ib.* dona naturæ magna, gratiæ majora, gloriæ maxima. *ib.* ejus quadruplex excellentia. *ib.* p. tria homo conſequitur in ea. *ib.* Deus ipſe domus noſtra in Cœlis. *ib.* quid in Patria manſiones multæ. *ib.* tria ad finem tendentibus neceſſaria. G. III. q. ad beatum finem non peruenitur, niſi ſecundùm virtutem operando. *ib.* præcipuæ ad eum virtutes, ſpes, fides, charitas. *ib.* præter quas exiguntur & bona opera. *ib.* r. ſolius Dei eſt habere beatitudinem ſine operatione præuia. *ib.* præmium ea eſt virtuoſarum operationum. *ib.* opera humana dupliciter in ordine ad illam conſiderantur. *ib.* ſ. non coronatur corona gloriæ, niſi qui legitimè certauerit. *ib.* Chriſtus in hoc exemplar noſtrum. *ib.* qualis exigatur ad eam victoria. *ib.* certamen bonum quale. *ib.* quomodo gloria dicatur corona juſtitiæ, cum ſit ex gratia. *ib.* gloriæ corona duplex. *ib.* aureola, ſiue corona ſecundaria, triplex. *ibid.* per viam tribulationis ad gloriam itur conſequendam. *ib.* t. tribulatio purgat animam, vt digna ſit beatitudine, in quam *non intrat aliquod coinquinatum*. *ib.* & hoc, exemplo Chriſti. *ib.* æternæ gloriæ conſideratio leuiores facit tribulationes. *ib.* u. ad eam conſequendam conandum. *ibid.* ad rapiendum Cœlum arma ſunt dona & virtutes. *ib.* quæ à Deo ſunt: & tamen vult eſſe merita noſtra. *ib.* pro paucis multa à Deo obtinemus. *ib.* x. majus meretur præmium qui majori conatu vtitur. *ib.* feſtinanter ad Patriam currendum. *ib.* pauci curant de gloria cœleſti. *ib.* y. quinam ab ea excludantur. *ib.* cur ſtatus gloriæ *deſertum* dicatur. *ib.* amicorum conſortium an ad beatitudinem conferat. *ib.* z. ejus fruitio in duobus conſiſtit. *ib.* noſtra in Cœlis lætitia ex quatuor plena. *ib.* Cypriani adhortatio. *ibid.* Vide *Beatitudo*, *Beatus*, & Tomo I.

GRATIA, ſiue GRATITVDO.

An virtus ſpecialis. G. X. f. in quo conſiſtat. *ib.* opponitur ei aliquid vel per defectum, vel per exceſſum. *ib.* ingratitudo propriè per defectum ei opponitur. *ib.* tria ad eam requiſita. *ib.* gratitudo & ingratitudo non ſunt propriè ad ſe ipſum. *ib.* num penes affectum penſanda, an penes effectum. *ib.* recompenſatio ad tres poteſt ſpectare virtutes. *ib.* filius quoad effectum non poteſt æquale patri retribuere: benè tamen quoad affectum, & majus. *ib.* quantò minus & nos Deo? *ib.* quid exigatur, vt Deo aliqualiter retribuamus. *ib.* plus recompenſandum, quàm accepimus. *ib.* g. in omnes gratitudo exercenda, etiam in ſeruos, benefactores. *ib.* Deo præ cunctis gratiæ reddendæ. *ib.* de duobus præſertim. *ib.* an ad gratias agendas Deo plùs innocens teneatur, quàm pœnitens. *ib.* gratia major dupliciter ex parte dantis. *ib.* quàm malè Deo & hominibus retribuimus! *ib.* h. à brutis idcircò exprobramur. *ibid.* Vide *Beneficium*, *Beatitudo*, & Tomo I.

GRATIA DEI.

Operantis & cooperantis effectus. D. XIII. e. gratiæ auxilium quibus datur, miſericorditer datur: quibus non datur, juſtè denegatur. D. XVII. h. & G. IV. g. gratia tripliciter ſumitur. *ib.* a. an ponat aliquid in anima. *ib.* differentia inter gratiam & dilectionem Dei & hominis. *ib.* duplex Dei dilectio ad creaturam. *ib.* quid ſit, hominem gratiam Dei habere. *ib.* gratia prædeſtinationis quid. *ib.* quid gratum faciens. *ib.* ſolus Deus cauſa gratiæ. *ib.* an Chriſtus ſecundùm humanitatem ſit cauſa gratiæ. *ib.* gratia, forma accidentalis animæ. *ib.* quid per gratiam *noua creatura*. *ib.* infunditur animæ à Deo, ſicut lumen à Sole in aerem. *ib.* tempus gratiæ dicitur dies. *ib.* differt à virtutibus. *ib.* b. ſicut ab eſſentia animæ fluunt potentiæ: ita à gratia virtutes. *ib.* hæ perfectiones potentiarum, illa eſſentiæ. *ib.* quo ſenſu gratia forma virtutum. *ib.* neque charitas ſine gratia virtus. *ib.* dupliciter juuatur homo ex gratuita Dei voluntate. *ib.* c. donum gratiæ eſt qualitas ſupernaturalis, non propriè habitus. *ib.* ſanitas, immò vita animæ. *ib.* ejus ſubjectum, eſſentia animæ. *ib.* cui mutabiliter ineſt. *ib.* non facilè amittitur. *ib.* eleuat ſupra conditionem omnis naturæ creatæ. *ib.* nec tamen deſtruit naturam, ſed perficit. *ib.* gratia participatio eſt diuinæ naturæ. *ib.* per eam homo filius Dei. *ib.* ſicut per peccatum filius hominis dicitur. *ib.* d. gratiam habens, hoc ipſo dignus vita æterna. *ib.* gratia, ſemen gloriæ, & quædam gloriæ inchoatio. *ib.* gratia conſummata eſt lumen gloriæ. *ib.* principium omnium ſpiritualium bonorum. *ibid.* e. libertas gratiæ quid. *ib.* Mundi gratiam quærimus, diuinam negligimus. *ib.* illa noxia, fallax, & citò amittitur. *ib.* major quodammodo data eſt gratia homini, quàm Angelo. *ib.* etiam indignis ſuam Deus gratiam largitur. *ibid.* quod dupliciter intelligitur. *ib.* cur Deus non omnes à ſe auerſos trahat. *ib.* gratia cur detur homini à Deo. G. V. f. non habet ſatis de gratia qui ad ſuam perfectionem non tendit. *ib.* ſine Dei auxilio bene operari non poſſumus: nec tamen arbitrij libertas excluditur. *ib.* neque initium boni operis ex nobis contra Pelagianos. *ib.* gratia Dei dupliciter dicitur. *ib.* nihil ſine Dei auxilio poſſumus ſiue naturaliter, ſiue gratuitè. *ib.* & lit. i. ex ſuperadditione gratiæ mens hominis magis perficitur. *ib.* g. non eſt crudelis Deus, noſtram ex gratia ſatisfactionem exigens: quia paratus dare. *ib.* vnde major gratia in vno, quàm in alio. *ib.* quibuſdam & gratiæ plenitudinem confert. *ib.* plenitudo dupliciter attenditur. *ib.* immò tripliciter. *ib.* quidam in bono confirmati per gratiam. *ib.* quod dupliciter contingit. *ibid.* confirmatus per gratiam, adhuc indiget diuinæ cuſtodia prouidentiæ. *ib.* gratiæ vis & efficacia. *ib.* dupliciter ſumitur, vt auxilium, & vt habituale donum. *ib.* h. homo eget diuino auxilio ſuperaddito ad ſupernaturalia cognoſcenda. *ib.* qualiter gratia *indigeat* ad volendum & operandum in vtroque *naturæ* ſtatu. *ib.* & ad Deum diligendum. *ib.* quid circa impletionem mandatorum. *ib.* & abſtinentiam à peccatis. *ib.* habens gratiam non poteſt perſeuerare in bono vſque in finem ſine dono perſeuerantiæ. *ib.* gratia exigitur ad reſurgendum à peccato, quod ſine gratia non remittitur. *ib.* nec ſine ea vitam poſſumus æternam mereri. *ibid.* gratiæ neceſſitas ad merendum non tollit libertatem. *ib.* ad gratiam præparatio neceſſaria, & quo ſenſu. G. VI. l. nulla exigitur diſpoſitio, quam Deus non faciat. *ib.* etiam non ponere obicem, ex gratia eſt. *ib.* duplex ad gratiam præparatio. *ib.* m. nulli Deus denegat facienti quod in ſe eſt, vt ſe ad eam præparet. *ib.* & n. defectus gratiæ prima cauſa ex nobis: collationis verò à Deo. *ib.* plus indigenti Deus plus tribuit, ſi magis ſit diſpoſitus. *ib.* diſpoſito ad gratiam non debetur de neceſſitate gratia. *ib.* dupliciter conſideratur diſpoſitio vel ex parte Dei mouentis, vel ex parte liberi arbitrij moti. *ib.* Deus paratus eſt dare gratiam *his*, qui ſe præparant. *ib.* o. illuminat omnes, qui non ſe auertunt, & oculos claudunt. *ib.* Deus eſt cum omnibus hominibus: non omnes homines cum Deo. *ib.* indirectè ad gratiam habendam tenemur. *ib.* gratia communiter triplex. G. VII. p. gratia dupliciter intelligitur. *ib.* gratia operans & cooperans per modum auxilij, & & habitualis doni. *ib.* gratia præueniens & ſubſequens. *ib.* q. quinque gratiæ effectus. *ib.* ſignatur gratia in ſtella Magorum. *ibid.* quadruplex præuenientis & ſubſequentis gratiæ diſtinctio. *ib.* de vtraque diuiſione Apoſtolus 2. *Cor.* 6. *ib.* gratia à Deo petenda. *ib.* r. aqua viua. *ib.* ſine deſiderio & petitione non datur. *ib.* my-

ſticè

Digitized by Google

ſticè innuitur ad gratiam & cum gratia motus liberi arbitrij. *ib.* & ſ. gratia primariò, liberum arbitrium ſecundariò operatur. *ib.* & ſine læſione libertatis. *ib.* habita gratia bene vtendum. *ibid.* t. qui bene vtitur, ampliorem meretur. *ib.* in vanum recipit, qui non vtitur ad vitanda peccata, & ad gloriam conſequendam. *ib.* bonus ejus vſus à Deo. *ib.* ingratè non abijcienda. *ib.* u. qui ſtat, videat, ne cadat. *ib.* hunc ad caſum multa impellunt. *ib.* gratia cur ſtellæ Magorum comparata. *ib.* qui eam non habet, oret, vt habeat: qui habet, vt proficiat. *ib.* gratia præcipuus diuinæ dilectionis effectus. G. VIII. x gratiam habentes, deiformes. *ib.* cauſat in nobis fidem, ſpem, charitatem. *ib.* quinque eius effectus. *ib.* illuminat intellectum, & inflammat affectum. *ib.* multipliciter fructificat. *ib.* per gratiam tollitur auerſio, per virtutes multiplex conuerſio in peccatis. *ib.* gratia, manus Dei, ne juſtus cadat: vel, ne cadens collidatur. *ib.* per gratiam renouatur homo à vetuſtate peccati. *ibid.* y. per gratiam (quod eſt inuiſibilis miſſio) inhabitat animam Spiritus Sanctus, immò & tota Trinitas. *ib.* habens gratiam, ſanctificatur. *ib.* multiplex gratiæ vtilitas. *ib.* nemo poteſt ſcire certò, ſe habere gratiam, niſi per reuelationem. *ib.* z. conjecturaliter quis poteſt per aliqua ſigna. *ib.* quæ præcipuè ſunt quatuor. *ib.* an magis expediat ſcire, quàm neſcire. *ib.* gratia maximum & pretioſum donum. *ib.* a. per eam homines ad ordines Angelorum aſſumuntur. *ib.* gratia valet ad vitanda peccata, ad bona facienda, ad gloriam conſequendam. *ib.* per gratiam poſſumus quicquid Chriſtus vt homo. *ib* quod gratia ſemel fecit, ſemper manet. *ib.* nunquam amittitur ſine culpa. *ib.* Vide *Adoptio diuina*, *Amor Dei*, Tomo I.

GRATIA GRATIS DATA.

Vt plurimùm gratiam ſanctificantem manifeſtat. D. XXVIII. c. & G. IX. d. ad quid ordinetur. *ib.* b. in quo differat à gratum faciente. *ib.* omnis gratia, gratis datur. *ib.* duplex debitum. *ib.* aliæ inter vtramque gratiam differentiæ. *ib.* c. gratum faciens nobilior & excellentior, quàm gratis data. *ib.* præcipuus hujus finis vtilitas Eccleſiæ. *ib.* tollitur ſine culpa. *ibid.* d. etiam peccatoribus conceditur. *ib.* gratia miraculorum dupliciter contingit. *ib.* ad confirmationem falſæ doctrinæ nunquam vera miracula fiunt. *ib.* dupliciter gratia gratis data *manifeſtatio ſpiritus* dicitur. *ib.* aliud inter vtramque gratiam diſcrimen. *ib.* e. gratiæ gratis datæ non ſunt habitus. *ib.* non dantur omnes vni ſimul, niſi Chriſto, ſed diuerſis. *ib.* numerus earum & ordo. *ibid.*

S. GREGORIVS.

Primus indulgentias inſtituit in ſtationibus Romæ. I. IV. t.

GVBERNATIO.

Quid, & in quo differat à prouidentia. D. XV. ſ. gubernat Deus inferiora per ſuperiora. *ib.* altiori modo juſtos, quàm malos. D. XVI. b. Vide *Dei prouidentia.*

GVLA.

Gulæ alij ſenſus ſubſeruiunt. D. IV. d. & G. XII. o. ipſa & luxuria, vitia adnexa. D. XXVII. o. G. XII. p. gula dupliciter ſumitur. G. XI. i. quid ſit. *ib.* opponitur temperantiæ. *ib.* reſpicit delectationes tactus. *ib.* vitio gulæ peccant aliqui etiam in vilibus eſcis. *ib.* faciliter eo peccant homines. *ib.* variæ guloſitatis ſpecies. *ib.* l. notabilis culpa. *ib.* per hanc fit homo brutalis. *ib.* quandonam peccatum mortale. *ib.* m. quando veniale. *ib.* guloſus, mergulus. *ib.* gula vitium capitale. G. XII. o. quænam ejus filiæ vitia. *ib.* ex eo plura peccata & grauia. *ib.* frequentiùs in luxuriam inducit. *ib.* p. præbet ei materiam. *ib.* diuiditur in comeſſationem & ebrietatem. *ib.* q. guloſus animam & cœleſte regnum pro vili venundat eſca. *ib.* t. guloſi, eorumque pœna deſcribuntur. *ib.* peccatum gulæ, aliorum fomes. *ib.* niſi hæc refrænetur, fruſtrà contra alia pugnatur. *ib.* diabolus victus de gula, non tentat de libidine. *ib.* peccata intemperantiæ amica diabolo, quia frequentiora. I. I. c. Vide *Abſtinentia* Tomo I. *Comeſſatio*, *Crapula*, *Ebrietas*, *Vinum*, *Sobrietas* Tomo III.

H.

HABITVS.

Vide *Abſtinentia*, *Gratia Dei*, *Virtus*.

HÆRESIS, HÆRETICVS.

Ex parte peccantis majus peccatum, quàm idololatria. D. XXIV. n. hæreticorum infidelitas omnium peſſima. F. V. i. hæreſis vnde dicatur. *ib.* l. quis dicatur hæreticus. *ib.* oritur hæreſis ex ſuperbia, vel cupiditate. *ib.* generalis cauſa hæreſis & atheiſmi, conſcientia mala. *ib.* hæreſis & ſecta coincidunt. *ib.* peccatum grauiſſimum. *ib.* ſola hæreſis ore prolata, excomunicationi obnoxia. *ib.* omnis hæreticus eſt errans, ſed non conuertitur. *ib.* hæreſis circa quid. *ib.* quidnam hæreticum conſtituat. *ib.* qui non eſt pertinax, non eſt hæreticus. *ib.* hæreſis peccatum in Spiritum Sanctum. *ib.* non errans, ſed pertinax excommunicatur. *ib.* dignus morte magis, quàm monetæ falſarius. *ib.* qua & punitur, ſi pertinax. *ib.* deprauator ſacræ Scripturæ eſt hæreticus: quod fit tripliciter. *ib.* m. hæretici expoſitores, fures ſunt & latrones. *ib.* & equi diaboli. *ib.* grauiter punientur deprauantes. *ib.* eſt & hæreticus, Eccleſiæ authoritati reſiſtens. *ibid.* n. hæretici *docent quæ Dei ſunt*, ſed non in veritate. *ib.* ex triplici damnantur cauſa. *ib.* circa vnum vno modo verum dicere contingit, ſed à veritate errare multipliciter. *ib.* mors eorum peſſima. *ib.* vitandi. *ib.* ad fidem compellendi. *ib.* o. an redeuntes recipiendi. *ib.* exponitur illud: *Oportet & hæreſes eſſe. ib.* p. in quo diſtinguatur hæreſis à ſchiſmate. *ib.* q. doctrina hæreticorum contagioſa & lepra. I. XIII. a. Vide *Errores.*

HARVSPICIVM.

Quid & vnde. D. XXIV. o.

HEBETVDO.

Hebetudo ſenſus quid, & cujus filia. G. XII. o. Vide *Luxuria.*

HEBIONITÆ.

Eorum error circa legalia. E. XI. q. & circa Chriſti diuinitatem. I. IX. b.

HEBRÆI.

Vide *Iudæi.*

HABITVS.

Vide *Antichriſtus* Tomo I

HEREDITAS.

Quid ſit. G. IV. d.

HERODES.

De eo & Philippo fratribus hiſtoria. I. VIII. z. Ioannem in opinione magna habebat. *ib.* trudit eum in carcerem, & occidit. *ibid.* Vide *Chriſti Natiuitas*, *Paſſio* Tomo I.

HERODIAS.

Cujus filia, & vxor. I. VIII. x. ab Herode tollitur Philippo fratri. *ib.* ſuggerit filiæ, vt in præmium ſaltationis caput Ioannis petat. *ib.*

HEROICVS.

Vide *Spiritus Sanctus*, *Virtus* Tomo III.

Digitized by Google

INDEX.

HIERARCHIA.

Vide *Angelus* Tomo I.

HISRIONATVS.

Vide *Curiositas* Tomo I.

HOMO.

In quonam ejus restitudo consistat. D. X o. quo sensu dicatur Dei potentiæ reniti. *ib.* t. homo, Dei imago, sed imperfecta. D. XII. z. triplex in eo Dei imago. *ib.* qualiter homo, imago Trinitatis. *ib.* quid pro creatione & conseruatione Deo retribuat? *ib.* b. ejus prouidentia sub diuina. D. XV. x. specialiùs prouidetur à Deo. *ib.* peccat ac si non esset prouisor Deus. *ib.* z. triplex ejus locus. *ib.* diabolus cur homo dicatur. D. XXI. h. crudelis non facilè mansuescit. *ib.* à ratione discordans, pessimum animalium, immò pejor, quàm bestia. *ib.* ex culpa sua à diabolo impugnatur. *ib.* r. ab eo non vincitur nisi volens. *ibid.* f. non excusandus, dum peccata diabolo attribuit tentatori. *ib.* misera hominis conditio. H. I. a. nedum ad imaginem, sed & imago Dei. *ib.* at imperfecta. *ib.* in quo deficiat ratio imaginis in muliere. *ib.* quadruplex hominis productio. *ib.* imago Trinitatis expressior quodammodo in eo, quàm in Angelo. *ib.* h. quo aliqualiter major. *ib.* homines filij Dei per triplicem assimilationem. *ib.* per peccatum amittit homo Dei similitudinem. *ib.* septem in humana genitura mutationes. *ib.* c. quæ ab aliorum animalium diuersa. *ibid.* ad eam faciunt fœminarum complexiones & climatum. *ib.* quot diebus perficiatur hominis conceptio. *ib.* d. cur magnum habeat cerebrum. *ib.* cur rectæ staturæ. *ib.* maris & fœminæ cur differenter corpus dispositum. *ib.* tactus in homine perfectior. *ib.* olfactus cur imperfectus. *ib.* sicut & visus, & auditus, respectu aliorum animalium. *ib.* & cursus minùs velox. *ib.* cur sine adjumentis productus, quæ brutis concessa. *ib.* sex ejus ætates. *ib.* e. vnde ei mors obueniat. *ib.* quo pacto naturaliter in eo sequatur. *ib.* lignum vitæ ad quid ei conferret. *ib.* homo animalium optimum & perfectissimum. *ibid.* f. finis omnis corporalis naturæ. *ib.* non creatus simpliciter propter reparationem ruinæ Angelicæ. *ib.* microcosmus. *ib.* ex omnibus rebus quodammodo compositus. *ib.* horizon spiritualis & corporalis naturę. *ib.* cur quatuor sacrificia offerrentur in lege veteri. *ib.* per peccatum homo brutalis efficitur. *ib.* g. malus homo pejor bestijs. *ib.* & I. XI. n. quomodo mansuefiat. *ib.* r.

HOMICIDIVM, HOMICIDA.

Multipliciter quis homicida. D. XXIII. i. & H. I. g. & h. homicidium destabile crimen. *ib.* g. homicida inhumanus humanitate abutitur. *ib.* injurius Deo, homini occiso, & Reipublicæ. *ib.* homicidium semper est peccatum: non ita occisio hominis. *ib.* grauissimum inter peccata in proximum. *ib.* peccatum diabolicum. *ib.* parricidium est. *ib.* contra homicidas effusus sanguis accusator & testis. *ib.* homicida proditorius & dolosus, Deo abominabilis. *ib.* qui gladio ferit, gladio perit. *ib.* homicidium est & mercedis pauperum defraudatio. *ib.* hominem occidere multipliciter contingit. *ib.* h. homicidij grauitas. *ib.* an liceat homini se ipsum interficere. *ib.* tria iracundus committit. I. XI. q. Vide *Homo*, *Ira*.

HONESTVM.

Vide *Amicitia*, *Bonum*, & Tomo I.

HONOR.

Principis proprium præmium. D. VI. z. ei & à populo debetur. *ib.* non læditur parcendo inimicis. D. XXIII. g. duo in eo, qui honoratur, consideranda. E. II. x. honor toti rei subsistenti propriè debetur, non parti. *ib.* in quo consistat. *ib.* & G. I. a. & H. II. i. differentia inter eum, laudem, & gloriam. *ib.* n. honoris debita causa, sola virtus. *ib.* i. ejus objectum aliquid excellens. *ib.* diuersis excellentijs diuersus debetur honor. *ib.* & ob propriam & ob alienam virtutem quis honoratur. *ib.* alia infra virtutem non honorantur, nisi vt ad eam deseruiunt. *ib.* solus bonus verè honorandus. *ib.* magnus honor magno operi virtutis debetur. *ibid.* honor non est simpliciter præmium virtutis. *ib.* inter res exteriores maxima. *ib.* quo sensu virtutis præmium. *ib.* qui propter solum honorem bona operantur, non sunt virtuosi. *ib.* Deo primò & primus honor debetur. *ib.* l. secundariò viris excellentibus. *ib.* melius est fieri honore dignum, quàm honorari. *ib.* in dignitate constitutis secundùm duplex debitum debemus honorem. *ib.* Prælati mali honorantur, non propter excellentiam virtutis, sed dignitatis. *ib.* triplex ad hoc ratio. *ib.* idem de Præsidentibus secularibus. *ib.* & nos inuicem honorare debemus. *ib.* honor opponitur vituperio, siue opprobrio. *ib.* quid vtrumque importet. *ib.* honor & reuerentia non sunt idem. *ib.* m. honor differt ab obseruantia & pietate. *ib.* quoad Deum, potest consistere & in motu interiori: quoad homines solùm in exterioribus signis. *ib.* n. famam an liceat appetere, vel contemnere. *ib.* num peccet quis, infamiam non repellendo. *ib.* injurias nostras laudabiliter toleramus, non ita Dei. *ib.* Vide *Fama*, *Gloria*, *Laus*.

HORÆ CANONICÆ.

Vide *Officium diuinum*, *Oratio*, & Tomo III.

HOSTIA.

Vide *Christi mors* Tomo I.

HOSTIA SACRA.

Quid signet in tres partes diuisa. D. VIII. l. (& E. XII. e.) quali adoratione adoranda. E. II. x. quid, si non esset consecrata. *ib.* Vide *Eucharistia*.

HVMANITAS.

Et humanam naturam signat, & virtutem. H. I. g. Vide *Christi misericordia*, *Homo*.

HVMILITAS.

Vincit superbiam tentatoris. D. XIX. o. & XXI. t. humilis vnde dicatur. H. III. o. triplex humilitas. *ib.* vera humilitas virtus. *ib.* quænam falsa. *ib.* an vera aliis virtutibus præferatur. *ib.* virginitatem excellit. *ib.* pars est temperantiæ. *ib.* cur dicatur fundamentum. *ibid.* num per humilitatem debeat homo se omnibus subjicere, & quo sensu. *ib.* p. quò quis perfectior, eò se imperfectiorem cognoscit. *ib.* XII. *humilitatis* gradus. *ib.* humilitas, *vera scientia*. *ib.* q. veræ humilitatis plura exempla. *ib.* ad impetrandam à Deo veniam nil eâ validius. *ib.* humilis per paruulum cur signetur. *ib.* quisnam paruulus à Christo adductus historicè. *ib.* Chananææ humilitas commendatur. *ib.* humilitas Deum quodammodo ad exaudiendum compellit. *ib.* renuit homo humiliari coram Deo puluis & cinis. *ib.* r. quò quis vilior, eò magis humilia facere detrectat. *ib.* Christi humilitas. *ib.* illius meritum ex humilitate quale & quantum. *ib.* eò Christi humilitas mirabilior, quò maiestas sublimior. *ib.* in maioribus laudabilior, Deo gratior, & sibi vtilior. *ib.* status humilis desiderabilis. *ib.* humilitati opponitur superbia. *ib.* f. quo sensu & magnanimitati opponatur. *ib.* variæ inter eam & humilitatem differentiæ. *ib.* humilitas ad securitatem salutis exigitur. H. IV. t. facit hominem Dei capacem. *ib.* remedium contra iram. *ib.* exigitur ad gratiam recipiendam. *ib.* quæ & ad humilitatis mensuram confertur. *ib.* in gratia faciliùs per eam perseueratur. *ib.* triplex ex humilitate vtilitas, gratiæ, scientiæ, & gloriæ. *ib.* u. humilibus arcana cœlestia reuelantur. *ib.* humilitas & hìc hominem gloriosum facit. *ib.* ejus præmium proprium, exaltatio. *ib.* potissima in æternę glorię consecutione. *ib.* x. cum Christo descendendum humilitate, vt cum eo ad Cœlos ascendamus. *ib.* monitum pro humilitate sectanda. *ib.* y. per eam probatur homo, an dignus & capax æternæ gloriæ. *ib.* quænam ad humilitatem inducant. *ib.* valet plurimùm memoria mortis. *ib.* vel de ipsa humilitate superbimus. *ib.* z. voluntariè humiliemus nos Deo, ne vi deprimamur. *ib.*

Dei

Digitized

Dei dona ex humilitate non contemnenda. *ib.* qualis Joannis humilitas. I. VIII. r. per humilitatem adipiscimur vitam æternam. I. XI. r. in ea & in mansuetudine noua lex consistit. *ib.* remedium contra iram. *ib.* Vide *Christi Humilitas*, *Honor*, *Superbia*.

HYADES.

Quid fiant in Cœlo. D. XIV. n.

HYMNVS.

Vide *Cantus Ecclesiasticus* Tomo I.

HYPERDVLIA.

Vide *Ecclesia*.

HYPOCRISIS.

Vnde dicatur. H. V. a. cui virtuti opponatur. *ib.* duo in ea attenduntur. *ib.* speciale peccatum. *ib.* jactat specialiter sanctitatem. *ib.* peccatum graue. *ib.* f. simulata æquitas, duplex iniquitas. H. VI. g. & h. hypocrisim specialiter Deus abominatur, & cur. *ib.* g. sodomiæ præfertur, & quo sensu. *ib.* vnde simulatio proueniat. *ib.* h. duplex peccatum. *ib.* an semper peccatum mortale. *ib.* i. duo in ea considerantur. *ib.* monemur eam declinare. *ib.* & veritatem atque sinceritatem profiteri. *ib.* tales exteriùs simus, quales interiùs. *ibid.* Vide *Hypocrita*.

HYPOCRITA.

Vnde dicatur. H. V. a. ejus figura ficus infructuosa. *ib.* b. sepulcrum dealbatum, & simulacrum. *ib.* hypocritæ operarij subdoli. *ib.* eorum superbia & dolus. *ib.* ad temporalia inhiant lucra. *ib.* c. cygni *ib.* luxuriæ dediti. *ib.* d. simulant tamen castitatem. *ib.* talis & Antichristus, cujus figuram exhibent. *ib.* in tribus fauor ab eis humanus affectatur. *ib.* e. tria appetunt. *ib.* totum quod agunt, ad ostentationem ordinant. *ib.* specialiter possidentur à diabolo. *ib.* & *initio*. omnium in illis peccatorum congeries. H. VI. g. eis vtitur diabolus ad Ecclesiam damnificandam. *ib.* falsarij virtutis. *ib.* vana eorum merces, & certa punitio. *ib.* h. duplici priuantur spe. *ib.* cur *effœminatis* comparentur. *ib.* majus eis judicium fiet: & quare. *ib.* duplex hypocrita. *ib.* i. quinam verè hypocritæ. *ib.* vitandi. *ib.* quomodo eorum malitia dignoscatur. *ib.* Vide *Hypocrisis*.

I.

S. IACOBVS.

Vide *Christi mors* Tomo I.

IDOLOLATRIA.

Species est superstitionis. D. XXIV. m. (& F. V. i.) quale peccatum. *ib.* n. minus, quàm hæresis ex parte peccantis. *ib.* ejus causa dispositiua, homo tripliciter. *ib.* consummatiua diabolus. *ib.* cur in prima & sexta ætate non fuerit. *ib.*

IEIVNIVM.

Valet contra tentationes diaboli & illusiones. D. XXI. r. & t. duplex, naturæ & Ecclesiæ. E. XIV. l. & I. I. a. & i. hora comestionis quæ. G. XI. l. & I. I. b. congruit horæ passionis Christi. *ib.* cur in eo esus carnium inhibitus. G. XII. p. & I. I. i. est contra concupiscentiam carnis, & ordinat ad seipsum. H. V. e. & I. I. b. jejunantes & malè viuentes, dæmonibus similes. H. V. e. & I. I. c. jejunij præceptum antiquum. I. I. a. quadrupliciter à Deo indictum. *ib.* num juris naturalis, an positiui *ib.* ejus diffinitio. *ib.* eadem exponitur. *ib.* jejunium actus virtutis abstinentiæ. *ib.* aliud jejunium jejuni, aliud jejunantis. *ib.* vnde actus reddatur virtutis. *ib.* ad tria assumitur. *ib.* reprimit carnis concupiscentiam. *ib.* b. & à quacunque tentatione eripit. *ib.* ad illud sequitur mentis eleuatio. *ib.* actus est satisfactorius pro peccatis. *ib.* c. ad modicum vtile sine pietate & bonis alijs operibus. *ib.* quomodo valeat, & fiat hostia Deo accepta corpus nostrum per illud. *ib.* quatuor circa hoc obseruanda. *ib.* discretè corpus macerandum. *ib.* quænam exemplo Christi ad jejunium necessaria. *ib.* d. aliud propriè, aliud metaphoricè dictum. *ib.* quidam sibi jejunant, non Deo. *ib.* ex jejunio quadruplex bonum. *ib.* an prosit defunctis. *ib.* Iudæi jejunabant in memoriam defunctorum in deserto. *ib.* jejunij tempora rationabiliter instituta. I. II. e. quadragesimale, solemnius & strictius. *ib.* ritè institutum, & quo fine. *ib.* plura ad illud inuitant. *ib.* numerus quadraginta dierum non vacat mysterio. *ib.* hebdomada sancta strictiori jejunio colenda. *ib.* in ea tamen comessationes fiunt, non strictior obseruantia. *ib.* cur in quibusdam vigilijs jejunemus, & de conuenientia jejuniorum quatuor temporum. *ib.* f. nec ideò judaizamus. *ib.* cur infra Octauas Pentecostes jejunia. *ib.* g. jejunium afflictionis & exultationis. *ib.* nullo tempore secundùm se interdictum jejunium. *ib.* quibus diebus non jejunandum. *ib.* contra consuetudinem Ecclesiæ jejunans, peccat. *ib.* jejunij vtilitas per deuotionem festi compensatur. *ib.* vnicam exigit comestionem. *ib.* h. non est hæc cum Iudæis ad vesperam protrahenda. *ib.* in eo vsus carnium inhibitus, & cur. *ib.* i. magis, quàm vinum, mouent carnes ad luxuriam. *ib.* interdicuntur & lacticinia, quamuis non vbique extra quadragesimam. *ib.* cur pisces adhibeantur. *ib.* quænam jejunij non soluant. *ib.* quidnam pro dispensatione à jejunio obseruandum. *ib.* l. omnes legitimo impedimento carentes ad jejunia tenentur. *ib.* quinam legitimè dispensentur. *ib.* pueri in jejunijs exercendi. *ib.* quis legislatoris finis circa jejunium. *ib.* m. quid de operarijs, peregrinis, & hujusmodi. *ib.* aliud præceptum violare, aliud jejunij meritum perdere. *ib.* n. diebus jejunij à delicatioribus abstinendum. *ib.* jejunium vegetiores facit. *ib.* ab eo se non eximant delicatiores viri & mulieres. *ib.* moralitas. *ib.* quatuor non jejunantibus imminent mala. *ib.* jejunij vis & vtilitas. *ibid.* Vide *Abstinentia*, *Gula*, *Sobrietas*, *Temperantia*.

IEROBOAM.

Ejus scandalum inculcatur. E. XVIII. f.

IERVSALEM.

Vide *Christi mors* Tomo I.

IESVS.

Vide *Christi nomen* Tomo I.

IGNIS.

Cur magis, quàm cætera, dicatur torquere damnatos. D. I. p. & D. II. e. nedum ignis, sed ejus cruciatus æternus. D. I. f. ignis ille an corporeus & ejusdem speciei cum nostro. D. II. e. ex ordinatione diuinæ justitiæ durabit ibi in æternum. *ib.* quomodo inæqualiter cruciet. *ib.* ejus fortissima caliditas. *ib.* qualiter ab eo animæ patiantur, & dæmones. *ib.* in igne conflagrationis finalis duplex virtus. D. III. g. qualiter ab eo patientur boni & mali. *ib.*

IGNORANTIA.

In quo à nescientia differat, & ab errore. D. XXVIII. f. & I. III. o. vincibilis & inuincibilis. D. XXVIII. f. & I. III. o. ex negligentia culpabilis. D. XXVIII. f. & I. III. q. vnde sit peccatum. E. IX. y. & I. III. o. effectus peccati & pœna. I. III. o. tripliciter consideratur. *ib.* tripliciter se habet ad actum voluntatis. *ib.* p. affectata quæ. *ib.* electionis quæ. *ib.* juris & facti, & quænam excuset. E. XIV. i. & I. III. p. quòd non excuset, ex duobus contingit. *ib.* quænam ignorantia peccatum minuat. *ib.* ignorantia electionis non excusat peccatum, sed constituit. *ib.* q. affectata insuper aggrauat. *ib.* qua peccauerunt Iudæi. *ib.* non ita Paulus. *ib.* aliud peccare ignoranter, aliud per ignorantiam. *ib.* (& I. XV. f.) peccatum per ignorantiam quodammodo ad veniam prouocat. *ib.* ignorantia culpabilis

ad

Digitized by Google

ad acediam reducitur. *ib.* tenentur omnes ſcire quæ ſunt fidei, & vniuerſalia juris præcepta: ſinguli verò quæ ad ſuum officium ſpectant. *ib.* o. & q. aliàs non ſunt ſine culpa ignorantes. *ib.* quo ſenſu ignorantia peccatum grauiſſimum. *ib.* r. ignorantia vt culpabilis num in intellectu ſit, an in voluntate. *ib.* mali ejus effectus ex comparatione ad tenebras corporales. *ib.* tribus peccatur modis. *ib.* ſ. peccans ex infirmitate, peccat in Patrem: ex ignorantia in Filium: ex malitia in Spiritum Sanctum. *ib.* qualiter omnis malus ſit ignorans. *ib.* non pauci affectata peccant ignorantia. *ib.* quæſtio de peccato mortali periculosè reſoluitur. *ib.* veritas pro conſcientiæ ſecuritate veſtiganda, non ex affectata ignorantia negligenda. *ib.*

ILLVMINATIO.

Quid ſit quoad intellectum, & quid lumen. D. XXV. u. non pertinet ad dæmones. *ib.*

IMAGO.

Diuerſo modo repræſentat, ac veſtigium. D. XII. z. rationalis creatura Deum per modum imaginis repræſentat: reliquæ per modum veſtigij. *ib.* vnde dicatur imago. *ib.* an æqualitas de ratione imaginis. *ib.* homo, imago Dei imperfecta: ſolus æternus Filius, perfecta. *ib.* adoratio ſacratum imaginum an licita. E. II. 4. Vide *Adam*, *Adoptio*, *Angelus*, *Anima*, *Homo*.

IMAGINVM CVLTVS.
Vide *Adoratio*, *Eccleſia*, *Sanctorum interceſſio*.

IMMVNDITIA.

Quid, & cujus filia. G. XII. o. duplex in veteri lege. I. XIII. y. variæ corporales. *ib.* harum literalis ratio & figuralis. *ib.* immunditia cadaueris & lepræ quid ſignet. *ib.* a. Vide *Adam*, *Eucharistia*, *Luxuria*.

IMPASSIBILITAS.
Vide *Beatus* Tomo I.

IMPIVS.
Vide *Peccator*.

IMPOENITENTIA.
Vide *Blaſphemia* Tomo I. *Pœnitentia*, *Spiritus Sanctus*.

IMPOSSIBILE.

Tripliciter dicitur. D. XI. p. quidnam impoſſibile dicatur diuinæ potentiæ. *ib.*

IMPRVDENTIA.
Vide *Prudentia* Tomo 3.

IMPVDICITIA.
Vide *Luxuria*.

IMPVRITAS.
Vnde aliquid dicatur impurum. F. III. u.

INANIS GLORIA.
V. *Gloria & Superbia* Tomo III.

INCANTATIO.
Vide *Diuinatio* Tomo II.

INCONSIDERATIO.
Quid ſit. F. VI. b.

INCONSTANTIA.
Quid ſit. F. VI. b.

INCONTINENTIA.

Differentia inter incontinentem & intemperatum. G. I. g. Vide *Cælibatus* Tomo I. *Intemperantia*, *Ira*, & *Luxuria* Tomo III.

INCVBVS.
Vide *Diabolus*, *Luxuria*.

INDVLGENTIA.

Indulgentiarum valor, & vnde ſit. D. IX. a. Papa ſolus eas diſpenſare valet. *ib.* dupliciter proſunt. *ib.* etiam defunctis, indirectè tamen, & per modum ſuffragij. *ib.* & I. IV. x. indulgentiæ nomen ad plura extenditur. *ib.* t. quo ſenſu ab Eccleſia vſurpetur. *ib.* de ortu indulgentiarum nullum extat Scripturæ teſtimonium, aut priſcorum Doctorum. *ib.* primus legitur Romæ eas inſtituiſſe *S. Gregorius*. *ib.* vſus earum antiquus. *ib.* indulgentia non eſt remiſſio pœnæ, nec relaxatio, ſed datur alicui, vnde debitum ſoluat. *ib.* vnde hoc oriatur. *ib.* in quo conſiſtat Eccleſiæ theſaurus. *ib.* ſolus Papa ex eo indulgentias diſpenſat. *ib.* indulgentia ſupplet locum ſatisfactionis, in quantùm punitiua eſt. *ib.* eas diſpenſant & Epiſcopi ſed ex commiſſione. *ib.* immò & laici poſſunt. *ib.* etiamſi in peccato mortali exiſtant. *ib.* nonniſi ex legitima cauſa diſpenſandæ. *ib.* u. quænam ſit. *ib.* peccat inordinatè concedens, ſed valent. *ib.* etiam pro temporalibus conceduntur, ſed in ordine ad ſpiritualia. *ib.* orans pro Rege Franciæ indulgentiam lucratur. *ibid.* poſſunt à Summo Pontifice ad certam quantitatem, vel ad totam pœnæ remiſſionem concedi. *ib.* plenaria & pleniſſima indulgentia, an à Iubilæo differant. *ib.* quid Iubilæus, & vnde. *ib.* vt recipiat quis indulgentiam, debet eſſe in gratia. *ib.* x. propter indulgentias omittenda non ſunt opera ſatisfactoria, potiſſimè præſeruatiua. *ib.* ſeruanda ad valorem quæ in indulgentijs mandantur. *ib.* an poſſit quis pro alio eas lucrari. *ib.* num pro defunctis. *ib.* tantum acquirit minùs laborans, quàm plùs: hic tamen plus meretur. *ib.* an eadem poſſit pluries lucrari. *ib.* eleemoſyna injuncta cujus quantitatis. *ib.* tantùm valet, quantùm ſonat, ſeruatis ſeruandis. *ib.* ad indulgentiam requiſita. *ib.* per indulgentias nec miſericordiæ diuinæ nec juſtitiæ derogatur. *ib.* pauci indulgentias lucrantur. *ib.* hinc irritatur juſtitia Dei, non miſericordia excitatur. *ibid.* Vide *Defunctis*, *Eccleſia*, *Papa*.

INEPTA LÆTITIA.

Quid, & cujus filia. G. XII. o.

INFERNVS.

Locus proprius damnatorum. *D. I. b.* quadruplex aſſignatur. *ib.* (& *D. VII. i.*) damnatorum inferior cæteris. *ib.* ſitus ejus ignotus. *ib.* tenebroſus. *ib.* abyſſus dicitur & cur. *ib.* ibi duplex nox. *ib.* non eſt tempus merendi. *ib.* quo ſenſu ibi aliquid luminis. *ib.* Mundi ſentina. *ib.* à Chriſto eò deſcendente non illuminatus. *ib.* duplex illius conuenientia. *ib.* ad illum hic cogitatione deſcendendum. *ib.* lacus iræ Dei. *ib.* e. torcular damnatorum. *ib.* in eo nullus ordo, præter ordinem diuinæ juſtitiæ. *ib.* nos nobis infernum aperimus. *ib.* r. quid, in infernum deſcendere cum armis ſuis. *ib.* nullum de inferno Chriſtus eò deſcendens liberauit. *ib.* t. in eo nulla redemptio. *ib.* ejus conſideratio ad pœnitentiam inducit. D. II. f. vel vt in melius proficiamus. *ib.* quænam peccata ſpecialiùs ad infernum trahant. D. III. p. Vide *Damnatus*, *Pœna Inferni*.

INFIDELITAS.

Vltimum eſt peccatorum, ſicut fides prima virtutum. F. IV. f. diſcredentes, pejores dæmonibus. *ib.* ſicut blaſphemia opponitur confeſſioni, ita infidelitas fidei, qua creditur. F. V. g. dupliciter ſumitur, negatiuè & contrariè. *ib.* negatiua, non culpæ, ſed pœnæ rationem habet. *ib.* infidelitatis ſubjectum. *ib.* oritur ex ſuperbia. *ib.* ſecundùm genus, maximum peccatorum. *ib.* odium Dei ea grauius. *ib.* motus interior infidelitatis non ſemper peccatum mortale. *ib.* an liceat cum infidelibus diſputare. *ib.* h. & eis communicare. *ib.* num eorum ritus tolerandi. *ib.* tres infidelitatis ſpecies. *ib.* i. quænam grauior. *ib.* an & quinam ad fidem com-

Digitized by Google

compellendi. *ib.* o. infideles grauiùs pro infidelitate, mitiùs quàm fideles pro alijs peccatis punientur. *ib.* r. Vide *Hæresis*, *Schisma*.

INFIRMITAS.

Ex infirmitate animæ infirmitas corporis deriuatur interdum. E. XIX. p. ad animæ quandoque vtilitatem. *ibid.*

INGRATITVDO.

Opponitur per defectum gratiæ, siue gratitudini. G. X. i. non est propriè ad seipsum. *ib.* hominum in Deum qualis. *ib.* ii. benefactori ex debito obligamur. I. V. y. omnis ingratitudo peccatum est. *ib.* nominatur propriè ex defectu gratitudinis. *ib.* est speciale peccatum. *ib.* plures ejus gradus. *ib.* etiam justitiæ opponitur. *ib.* z. nullus propter impotentiam ab ea excusatur. *ibid.* summa est, beneficia nolle cognoscere. *ib.* beneficium ignorat qui sibi attribuit quod ab alio habet. *ib.* ingratissimus qui beneficium obliuiscitur. *ib.* dupliciter quis ingratus. *ib.* a. ingratitudo an semper peccatum mortale. *ib.* meretur ingratus beneficio priuari. *ib.* parentes honorantibus cur vita promittatur longæua. *ib.* qualiter cum ingratis agendum. *ib.* quomodo cum benefactore, si in pejus mutetur. *ib.* beneficijs quidam affecti, pejores fiunt. *ib.* b. ingrati, corui & hirundines. *ib.* ingratitudo ex defectu amoris: cujus motiuum præstat beneficus, non ingratitudinis. *ib.* an propter ingratitudinem redeat dimissorum reatus peccatorum. I. VI. c. propter eam augetur peccatum sequens. *ib.* quo sensu dimissa peccata redire dicantur. *ib.* ingratitudo modò peccatum speciale est, modò circumstantia peccati. *ib.* beneficium à Deo acceptum non recognoscimus. *ibid.* d. in tribulationibus constituti, ad Deum redimus: post acceptum beneficium elongamur. *ib.* peccatoris ingratitudo describitur. *ib.* diuina recognoscenda beneficia, ne ingratitudinem coram Deo incurramus. *ib.* eorum obliuio detestabilis. *ib.* quę à Deo habemus, non nobis attribuamus ingrati. *ib.* ingratis valdè irascitur Deus. *ib.* e. & grauiter punit. *ib.* diuinæ beneficijs misericordiæ hic ingratus, grauiùs in futuro punietur. *ib.* Vide *Amor Dei*, *Beneficium*, *Christi misericordia*, *Gratia*, siue *Gratitudo*, & Tomo I.

INIMICVS.

Vide *Dilectio inimicorum*.

INIVRIA.

Ratio injuriæ minuitur, si ex ignorantia vel passione sit illata. I. XII. f. excrescit, si ex industria. *ib.*

INIVSTITIA.

Vide *Iustitia*.

INNOCENTIÆ STATVS.

Vide *Adam* Tomo I.

INNOCENTES MARTYRES.

Vide *Christi Natiuitas* Tomo I.

INSENSIBILITAS.

Vide *Abstinentia à licitis* Tomo I.

INTENTIO.

Vide *Actio*, *Actus*, Tomo I. *Voluntas*.

INTERCESSIO.

Vide *Sanctorum intercessio* Tomo III.

INTERPRETATIO.

In quibus locum habeat. D. IV. b. Vide *Ius*, *Sacra Scriptura* Tomo III.

INVIDIA.

Ejus deriuatio. I. VII. f. peccatum vetus. *ib.* quomodo inuidia diaboli mors in Mundum. *ib.* oritur ex superbia. *ib.* de alieno bono multiplex tristitia. *ib.* qualis inuidia. *ib.* quid propriè inuidia. *ib.* inuidùs *Ibis*. *ib.* ejus subjectum. *ib.* contrariatur charitati proximi, sicut acedia charitati Dei. *ib.* materia contentionis, charitas pacis. *ib.* differt ab odio. *ib.* g. differentia inter inuidentem & odientem. *ib.* ex ea odium, & quale. *ib.* ex ea deuenitur ad odium & persecutionem personæ vsque ad homicidium. *ib.* exempla de hoc. *ib.* quærit inuidia quantùm potest tempus nocendi. *ib.* opponitur directè misericordiæ. *ib.* h. secundùm genus suum peccatum mortale. *ib.* nisi sit motus primus. *ib.* inuidia diuinæ gratiæ peccatum grauissimum. *ibid.* quale fuit impij Cain. *ib.* vitium capitale. *ib.* quinque illius filiæ. *ib.* ejus effectus & damna. *ib.* i. ex Iudæorum inuidia mors Saluatoris. *ib.* ignis consumens. *ib.* inuidus describitur. *ib.* inuidia culpa simul & pœna. *ib.* cur & *liuor* dicatur. *ib.* ad quos sit vel non sit inuidia. *ibid.* l. quinam inuidi. *ib.* differentia inter inuidiam, odium, & iram. I. XI. o. qualiter odium ex inuidia. *ib.*

INVOLVNTARIVM.

Distinguitur à non voluntario. I. III. p. Vide *Ignorantia*, *Voluntas* Tomo III.

S. IO: BAPTISTA.

De illius futura præstantia prænunciatio. I. VIII. m. quorsum missus à Deo. *ib.* *Ioannes* quid signet. *ib.* ipse & Ieremias in vtero sanctificati, & quorsum. *ib.* an vbi exultauit in vtero, vsum rationis habuerit. *ib.* tota ejus vita, ad Christum præparatoria. *ib.* n. amicus, & paranymphus Sponsi, scilicet Christi. *ib.* Solis justitiæ lucifer. *ib.* hinc *Præcursor dictus*. *ib.* vnde dicatur *Baptista*. *ib.* o. ejus baptismus præparatorius ad baptismum Christi. *ib.* quem & baptizauit. *ib.* & ipse ab eo vero baptismo. *ib.* nedum baptista, sed & prædicator. *ib.* cur dicatur *Vox*. *ib.* *Vox clamantis*. *ib.* & *in deserto*. *ib.* primus Regnum Cœlorum annunciat. *ib.* p. eadem in prima prædicatione verba, quæ Ioannes, Christus protulit. *ib.* lucerna ardens & lucens. *ib.* alter Elias. *ib.* comparatio inter hunc & Ioannem. *ib.* ejus austeritas. *ib.* vita ejus testimonium perhibebat de illo. *ib.* q. quali fructu, verbo & exemplo prædicaret. *ib.* cur prædicans, in vno loco staret. *ib.* quare nullum fecerit signum. *ib.* magna in eum Iudæorum reuerentia. *ib.* r. ejus humilitas. *ib.* cum propheta esset, cur talem se neget. *ib.* an major Apostolis. *ib.* exponitur illud: *Qui minor est in Regno Cœlorum, major est illo*. *ib.* Christi de illo præconium. *ib.* s. quo sensu *propheta*, *& plusquam propheta*. *ib.* terminus legis, & initium Euangelij. *ib.* Angelus. *ib.* specialiùs cæteris testimonium Christo perhibuit. *ib.* num major Patribus veteris testamenti. *ib.* officium testificandi in Ioanne magnum. *ib.* t. testimonium, sicut Christus, perhibuit Veritati, quæ est Christus. *ib.* talis erat, vt Christus putaretur. *ib.* idcircò ab eo differre oportuit Euangelista monstraret. *ib.* virgo fuit, ex quo & Angelus. *ib.* gloriosus ex dignitate propter nouem. *ib.* u. multipliciter Christi *Præcursor*. *ib.* circa Pascha decollatus. *ib.* ejus decollatio cur in Augusto celebretur. *ib.* in magna Ioannes opinione & apud Herodem. *ib.* x. à quo decollatus. *ib.* ejus reliquiæ vbi. *ib.* cur non dicatur protomartyr, sed Stephanus. *ib.* Vide *Baptismus* Tomo I.

S. IOANNES ELEEMOSYNARIVS.

Ejus in pauperes charitati attestatur adhuc in sepulchro vegeta manus. E. V. z.

S. IO: EVANGELISTA.

Nomen ejus quid importet. I. IX. y. feruida illius charitas. *ib.* quo sensu specialiter à Christo dilectus. *ib.* bibit calicem confessionis. *ib.* Apostolus. *ib.* vnde vlteriùs magis dilectus. *ib.* z. virgo, datus in filium & custodem Virginis Matris. *ib.* ex eo dilectus, & propter intellectus perspicacitatem. *ib.* hæc etiam ex virginitate, propter quam sibi reuelata cœlestia. *ib.* propheta. *ib.* a. Apocalypsis author. *ib.* inter eum & Iacob comparatio.

Digitized by Google

paratio. *ib.* an cæteris prophetis excellentior. *ib.* propheticam etiam cognitionem ex puritate assecutus. *ib.* Euangelista. *ib.* b. ejus Euangelij materia. *ib.* alij Euangelistæ de humanitate, ipse de Christi diuinitate differuit: & cur. *ib.* quare *Aquila* comparatus. *ib.* scripsit Euangelium post alios tres, scripta jam Apocalypsi. *ib.* quandonam scripserit. *ib.* ejus humilitas. *ib.* c. expers doloris in morte ob virginitatem. *ibid.* ex hac omnes illius prærogatiuæ. *ib.* excluduntur errores aliquorum circa ejus mortem. *ib.* d. verè mortuus est, sed resurrexit etiam in corpore. *ib.* vter plùs diligeretur à Christo, Christum plùs diligeret, Petrus an Ioannes? *ib.* e. Vide *Apostoli*, *Cælibatus* Tomo I.

IOSAPHAT.

In valle Iosaphat judicium fiendum. I. XVIII. p. Iosaphat quid interpretetur. *ib.*

S. IOSEPH.

Ex stirpe regia. I. X. f. literaliter faber lignarius: mysticè quid. *ib.* inter ipsum & B. Virginem verum matrimonium. *ib.* g. exponitur illud: *Antequam conuenirent.* *ib.* & illud: *Cum esset justus, & nollet eam traducere &c.* *ib.* idem ad Ioseph Angelus missus, qui ad Mariam. *ib.* Magis adorantibus cur Ioseph abesset. *ibid.* omni tempore virgo. *ib.* h. etiam post partum Virginis. *ib.* an, qualiter, & quando votum virginitatis emiserit. *ib.* juuenis B. Virgini nupsit. *ib.* datus in custodiam virginitatis illius. *ib.* & in testem integritatis. *ib.* magnum ejus priuilegium, quòd conjux Virginis fuerit, & Christi Pater dictus. *ib.* i. nutritius; non carnalis, sed putatiuus. *ib.* exponitur illud: *Pariet autem filium.* *ib.* ipse vocauit filium Virginis nomine IESUM. *ib.* qualiter hic sibi & Matri subditus. *ib.* magnus illius in gratia profectus. *ib.* Vide *Christi Conceptio*, *& Natiuitas* Tomo I.

IRA.

Ira Dei hic exercetur, in Inferno furor. D. XVII. l. ira propriè est passio appetitus sensitiui, à qua vis irascibilis denominatur. I. XI. l. accensa minuit concupiscentiam, & è contra. *ib.* vbi subjiciatur. *ib.* quid pro formali & materiali. *ib.* tripliciter dicitur. *ib.* quo sensu in Deo, & in Angelis, & in Christo. *ib.* potest esse bona & mala. *ib.* m. irasci secundùm rationem, laudabile. *ib.* ordo rationis in ira dupliciter attenditur. *ib.* quid ira per zelum, quid per vitium. *ib.* prima mentem turbat, secunda cæcat. *ib.* ira præceps. *ib.* fluuio similis. *ib.* ira per vitium vel quoad defectum, vel quoad excessum. *ib.* n. hæc opponitur mansuetudini. *ib.* & diuersis virtutibus secundùm rationes diuersas. *ib.* iræ gradus tres. *ib.* o. quandonam peccatum mortale. *ib.* diuturna causat odium. *ib.* quod diuersimodè ex ira & inuidia causatur. *ib.* iræ minus peccatum, quàm concupiscentiæ. *ib.* vitium capitale. *ib.* p. sex ejus filiæ. *ib.* an differat ab iracundia. *ib.* quisnam dicatur iracundus. *ib.* aut non irascendum, aut ira temperanda. *ib.* q. hoc fortassè difficilius, quàm illud. *ib.* ad vtramque iram, per zelum scilicet & per vitium, sit homo tardus. *ib.* ira non sit diuturna *ib.* ne detur locus diabolo homicidæ, qualis fit iracundus. *ib.* qui triplicis fit reus homicidij. *ib.* monita ad iracundos. *ib.* caueant hi ab ira Dei. *ib.* r. ira Dei cur *Columba* dicatur. *ib.* hic ea cauenda, & in finali judicio. *ib.* vt à nostra, & Dei ira caueamus, humilitas amplectenda & mansuetudo. *ib.* contra iram remedium, humilitas. *ibid.* iræ motiuum, paruipensio. I. XII. f. cujus tres species. *ib.* ad iram prouocatiuum semper aliquid sub ratione injusti. *ib.* ad justum ira non fit. *ib.* contra offendentes ex ignorantia vel passione, aut non irascimur, aut minùs, quàm in lædentes ex industria. *ib.* quò quis excellentior, magis irascitur læsus. *ib.* cur & in amicos irascimur. *ib.* non ita in mortuos, & cur. *ib.* quando nocens est persona excellens, tristamur, non irascimur. *ib.* ira audaciam consequitur. *ib.* contra aliis nocentes cur irascamur. *ib.* ira an & quomodo delectationem causet. *ib.* faciliùs irascuntur infirmi, & aliis defectibus obnoxii. *ib.* t. & parùm ebrii, non multùm. *ib.* item homines complexionis cholericæ. *ib.* & superbi. *ib.* & mulieres præsertim. *ib.* quò maior ira, citiùs deferuet. *ib.* tres iræ species. *ib.* irascentium alii acuti, alii amari, alii difficiles. *ib.* ex ira feruor sanguinis circa cor. *ib.* u. differentia inter feruorem amoris, & iræ. *ib.* etiam in exterioribus membris iræ indicia. *ib.* inter cæteras passiones manifestiùs vsum rationis impedit. *ib.* alii iræ effectus in corpore. *ib.* quinque efficit mala. *ib.* x. ianua omnium vitiorum. *ib.* lædit intellectum, memoriam, & voluntatem. *ib.* vtra vehementior passio, concupiscentia, an ira? *ib.* an peior, & turpior incontinentia iræ, quàm concupiscentiæ. *ib.* motus concupiscibilis in appetendo magis subitus, quàm irascibilis: è contra in exequendo. *ib.* ira manifestè operatur, concupiscentia latenter, & cur. *ib.*

IRASCIBILIS.

Quid vis concupiscibilis, & vis irascibilis. I. XI. l. hæc illius propugnatrix. *ib.* motus concupiscibilis magis subitus in appetendo, quàm irascibilis; in exequendo è contra. I. XII. x.

IRREGULARITAS.

Vnde dicatur, & quid sit. I. XIII. y. mos inducendi irregularitates ex veteri lege desumptus. *ib.* nec ideò de iure diuino, sed ex Ecclesiæ institutione. *ib.* ministrorum Ecclesiæ & corporales defectus irregularitatem inducunt. *ib.* z. cur irregularitates in veteri lege faciliter per sacramenta tollerentur: non ita in lege noua. *ib.* a. irregularitas, quamuis pœna sit, incurritur tamen interdum sine culpa. *ib.* non tamen sine causa. *ib.* b. consequitur actum homicidii, etiam sine culpa secutum. *ib.* non ita, si casualiter quis occidat, dans operam rei licitæ, & debita adhibita diligentia. *ib.* abortus procuratio an eam inducat. *ib.* principaliter incurritur propter ineptitudinem personæ ad Eucharistiæ sacramentum ministrandum. *ib.* Vide *Cultus diuinus*, *Immunditia*, *Iudæi*, *Lex vetus*.

ISAAC.

Cur non legatur sacrificium obtulisse. D. V. o.

ISAIAS.

Serra lignea sectus. I. XV. l.

IUBILÆUS.

Vide *Damnatus*, *Indulgentia*.

IUBILATIO, IUBILUS.

In quo differat à laude. D. XIV. m. Vide *Cantus Ecclesiasticus* Tomo I.

IUDAS PRODITOR.

Et ipsi Christus corpus suum dedit. E. XI. n. Vide *Christi Passio* Tomo I.

IUDÆI.

Romanorum tributarii. D. VI. b. eorum error de Deo. D. X. i. addiderunt illud Matth. 5. *Odio habebis inimicum tuum.* D. XXII. x. eorum cæremoniis & festis respondent festa & solemnitates Ecclesiæ. E. I. a. & F. I. y. earum figuralis ratio. *ib.* à Iudæis testimonium habemus fidei nostræ. F. V. h. cur stantes orent. H. V. e. ieiunabant in memoriam defunctorum in deserto. I. I. d. quibus in mensibus ieiunent. I. II. f. ieiunant vsque ad noctem. *ibid.* h. ex ignorantia affectata peccauerunt. I. III. q. plura celebrant Sabbata. I. IV. u. eorum reuerentia & opinio de Ioanne. I. VIII. r. matrimonia solùm intra eandem tribum celebrabant. I. X. f. vnde dicantur. I. XIV. c. cur Hebræi nominati. *ib.* duplex, immò triplex eorum secta. *ib.* illorum dignitas. *ib.* d. ex quo Christus ex eis nasciturus,

ris, totus eorum status propheticus & figuralis. ib. salus ex Iudæis tripliciter. ib. eorum prærogatiuæ. ib. idcircò non despiciendi. ib. lex eorum sancta. ib. e. non ita, fabulosum Talmud. ib. Judæa cur per asinam significata. ib. Iudæorum deceptio. ib. f. carnaliter de Christo exponunt quod spiritualiter intelligendum. ib. cæci, surdi, & tripliciter increduli. ib. Deo supra modum ingrati. ib. g. ex quo eorum aggrauatur culpa. ib. Deum frequenter exacerbarunt, deciesque tentauerunt. ib. ad idololatriam proni. ib. de qua arguuntur ex tribus. ib. auari & crudeles. ibid. propter eorum auaritiam eis permissum vsuras accipere. ib. an & nunc permittendi. ib. ambitiosi, & simoniaci. ib. h. superbi, & omnibus obuoluti peccatis. ib. cæteras ex superbia Nationes despiciunt ib. Saturnini. ib. obstinati in malo & peruicaces. ib. etiam ad Christi efficacem prædicationem. ib. pejores Galilæis. ib. solus fortè Nicodemus ex Iudæis in Christum credidit. ib. an pejor eorum infidelitas, quàm Gentilium. ib. omne illorum malum ex peccato condemnationis Christi. ib. nullum eis motiuum eum repellendi. I. XV. i. sed potiùs colendi illum & amandi. ib. eorum contra ipsum ad odium vsque processit inuidia. ib. nedum pacificè loqui ei non poterant, sed nec nominare, aut videre. ib. neque post mortem Christi, eorum odium desæuijt. ib. Iudaicæ in hoc summa grauitas culpæ. ib. l. describitur in parabola *Matth. 21.* ib. Iudæi, diaboli membra & instrumenta contra Christum. ib. ardens eorum studium de morte ejus. ib. quem dupliciter crucifigunt. ib. quales ex genere Christum condemnantium. ib. justa eorum dispersio. ib. m. & seruitus. ib. serui Ecclesiæ, & Principum. ib. ab omnibus despecti. ib. quatuor præcipuæ illorum afflictiones, à quarum vltima nec liberati nec liberandi. ib. n. per annos quadraginta concessum eis spatium pœnitentiæ: post quos adhuc contumaces destructi sunt à Romanis. ib. in seruitute positi, triginta pro vno denario venditi sunt. ib. tempore obsidionis Ierusalem, Christum desiderabant. ib. quæ per aera visa sunt horrenda signa tempore Machabæorum, Ierosolymæ præsignabant destructionem. ib. o. eis similia & in Iudæa visa sunt tempore obsidionis, & ante. ib. exponitur illud: *Cum videritis abominationem &c.* ib. p. duplex vrbis destructio, & combustio Templi. ib. hujus & Sacerdotij amissio. ib. q. sublata eis intelligentia Scripturarum. ib. quas variè deprauant. ib. r. quibus ex hoc supplicium instat. ib. Christianorum capsarij. ib. ex eorum libris fidei nostræ testimonium, & ex Rabbinis confirmatur. ib. minores Iudæi an Christum cognouerint. ib. s. quid de illorum Principibus, & Majoribus. ib. justè segregantur à fidelium consortio. ib. & signum distinctiuum deferre coguntur. ib. excipient Antichristum tanquam Messiam. ib. t. accusandi in judicio à Moyse, & judicandi. ib. reliquiæ Iudæorum in fine Mundi conuertentur. ib. Vide *Lex vetus*, *Pharisæi*.

IVDEX, IVDICIVM.

Iudex vnde dicatur. I. XVI. u. iudicium quid importet. ib. propriè ad iustitiam spectat. ib. iudex iustitia animata. ib. iudicium cuius virtutis actus. ib. ad vtramque iustitiam potest pertinere. ib. tria ad illud requisita. ib. ex triplici capite vitiosum. ib. iudex sine authoritate legitima illicitè iudicat, & inualidè. ib. x. non potest ad arbitrium iuramentum exigere, sed seruato iuris ordine. ib. à quibus & quo tempore exigere non debeat. ib. non potest relaxare pœnam legis, aut mitigare. ib. & hoc ex duplici impedimento. ib. non ita iudex supremus, seruatis seruandis ibid. minister Dei, cuius iudicium, iudicium Dei est. ib. y. hinc iudices, dii vocantur. ib. sententia iudicis, sententia Dei, si iusta sit. ib. executor diuinæ iustitiæ, non arbiter. ib. non quasi se vindicans, sed quasi Dei offensam vindicans. ib. misericordia cum læsione iustitiæ non habet locum in iusto iudice. ib. nemo sui ipsius iudex. ibid. compromissum licitum. ib. etiam sui ipsius iudex est, cum vindicanda est iniuria, sibi vt talis est, irrogata. ib. quilibet in foro interno se debet & potest iudicare iudicio discussionis & reprehensionis: non tamen absolutionis. ib. iudicium iniustum vbi est acceptio personarum. ib. z. quomodo contingat. ib. munus à iudice acceptum plura damna ei infert. ib. corrumpitur iudex & magnatum præpotentia, precibus armatis, aut minis. ib. & Veneris blandimentis. ib. forma iudicii ex quo potissimùm sit. ib. a. altior in iudice scientia exigitur & prudentia. ib. duo in iudicando necessaria. ib. sit bonus & sapiens. ib. an in peccato existenti iudicare liceat. ibid. sine præuia accusatione ad iudicium non procedatur. ib. b. tripliciter in criminibus procedi potest. ib. reus à iudice legitimè interrogatus an teneatur etiam contra se veritatem fateri. ib. c. iudex causam discutiat ex iis tantùm, quæ sibi vt publicæ personæ innotescunt. ib. contra diuinas aut humanas leges nihil admittat. ib. quid agat, si quem falsis testibus conuictum innocentem sciat. ibid. duorum vel trium testium exigitur in iudicio assertio. ib. d. ratio mystica de hoc & literalis. ib. nemo simul iudex & testis esse potest. ib. quales fuerunt seniores iudices contra Susannam. ib. qualitatum iudicis compendiosa descriptio. ib. e. recti iudices gloriosi & beati. ib. è contra, iniqui puniuntur in se ipsis & in filijs. ib. f. eorum iniustitiæ in caput ipsorum retorquentur. ib. prouocant ad vltionem Deum. ibid. vrbium & regnorum excidium. ib. præponitur iustitiæ vtilitas propria. ib. Venetorum perpetua iustitia commendatur. ib.

IVDICIVM.

Duplex, liberum & non liberum. E. III. l.

IVDICIVM TEMERARIVM.

Iudicium triplex. I. XVII. g. quid iudicium temerarium. ib. dupliciter committitur. ib. iuxta vniuscuiusque sensum de proximo iudicamus. ib. h. & secundùm passionem prædominantem. ib. bonus benè cogitat, malus malè. ib. cur dubiæ hominum actiones in meliorem partem interpretandæ. ib. falluntur vt plurimùm humana judicia. ib. maligni quidam alienorum actuum interpretes. ib. si quis de collegio peccat, omnes tales esse temerè putant. ib. aliud iudicium facere, aliud suspicionem habere. ib. i. iudicium firmum de re graui ex leuibus indiciis semper mortale. ib. duplex iudicium malum: temerarium & peruersum. ib. multò grauius de rebus, quàm de homine, iudicium peruerti. ib. non facilè proximum iudicat qui humiliatus suam conscientiam considerat. ib. Vide *Suspicio*.

IVDICIVM VNIVERSALE.

Futurum, dogma fidei est. I. XVIII. l. quare futurum. ib. quòd quis in morte & tunc iudicetur, non dicitur bis iudicari. ib. dies iudicii cur dies magnus. ib. hic nobis omnino ignotus. ib. m. ratio affertur. ib. exponitur illud: *Nemo scit, neque Filius.* ib. error Arii. ib. cur talis dies nocturno furi comparetur. ib. debent iudicem præcedere aliqua signa. ib. n. quænam sint, non plenè scimus. ib. signa in Euangelio. ib. exponuntur quædam de illis. ib. exponitur illud: *Virtutes cælorum mouebuntur.* ib. & illud: *Nisi venerit discessio primùm.* ib. quanam anni tempestate iudicium secuturum. ib. o. num de die an de nocte ib. probabilior de hora communis resurrectionis sententia. ib. vbi locus iudicii. ib. p. Iudex Christus Dominus noster. ibid. q. quamuis iudiciaria potestas sit communis Trinitati, conuenienter attribuitur Filio. ib. (& I. XIX. h.) an etiam secundùm humanam naturam. ib. conuenientiæ ad hoc. ib. homini Christo competit talis potestas multipliciter: quam & promeruit. ib. secundùm humanam naturam etiam Angelorum & dæmonum iudex. ib. hinc talis dies dicitur *dies Domini*. ib. ab Oriente veniet. ib. r. & in nubibus. ib. & in forma gloriosa. ib. primus Christi aduentus in humilitate, secundus in maiestate. ib. apparebit cum cicatricibus. ib. & ante eum signum Crucis. ib. quorsum ita. ib. iudicis virtus & potentia. ibid. s. qualis præfiguratus in transfiguratione. ib. incontaminabilis iustitiæ. ibid. t. iudex erit & testis. ib. in eo iustitia tunc, non misericordia emicabit. ib. nunc ab ira Dei ad misericordiam confugimus: tunc non ita. ib. in furore iudicabit. ib. quia *Filius hominis*, non

INDEX:

ideò non timendus, immò magis. *ib.* u. Agnus & Leo. *ib.* duplex iudicium: particulare in morte, & vniuersale in fine Mundi. I. XIX. x. cur duplex iudicium. *ib.* particulare conuenit Christo secundùm diuinitatem, vniuersale secundùm humanitatem. *ib.* duplex item iudicium, condemnationis & discussionis. *ibid.* omnes iudicio Christi subduntur, etiam pueri, cum vel sine baptismo decedentes. *ib.* quoad iudicium discussionis non omnes iudicabuntur. *ib.* non omnes boni, nec omnes mali. *ib.* subduntur & Angeli tam mali, quàm boni. *ib.* Mundi tunc conflagratio. *ib.* y. *dies Domini* triplex secundùm triplex iudicium Dei. *ib.* duplex iudicium Dei, alterum in aqua, in igne alterum. *ib.* Mundi purgatio & innouatio. *ib.* ad hanc innouationem cessabit motus Cœlorum, & quare. *ib.* z. cessante tali motu Cœlorum, eorum substantia remanebit, sicut eorum, quæ ad perpetuitatem aptitudinem habent. *ib.* error Lactantii duplex. *ib.* a. (& lit. i.) *in momento* omnes resurgemus. *ib.* a. momentum dupliciter ibi sumitur. *ib.* tuba in iudicio, vox Christi. *ib.* per eam significatur virtus diuinitatis. *ib.* exponitur illud: *Mortui audient vocem Filij Dei*. *ib.* omnes morientur, & simul in iudicio resurgent. *ib.* quomodo exponatur illud: *Venturus est iudicare viuos & mortuos*. *ib.* iudicium illud, præcipuè ex quatuor timendum. *ib.* b. vel auditum, timorem incutit. *ibid.* districtum examen. *ib.* c. conscientia expurganda, ne timeatur. *ib.* dies iudicii cur *dies mala*. *ib.* qualis ratio reddenda. *ib.* d. non erit tunc tempus bene operandi. *ib.* sola regnabit iustitia, non misericordia. *ib.* duplex thronus Dei: misericordiæ nunc, tunc iustitiæ. *ib.* dies iudicii dies Domini, quia tunc faciet voluntatem suam puniendo peccatores, qui suam hìc fecerunt peccando. *ib.* humanum iudicium fallibile, non ita diuinum. *ib.* omnia conscientiarum secreta tunc patefient. *ibid.* e. peccata aut Sacerdoti hìc aperienda, aut tunc ad damnationem manifestanda. *ib.* nedum propria vnicuique patebunt, sed & aliena. *ib.* sine tamen iustorum ignominia. *ib.* peccatoris conscientia vicem aget accusatoris. *ib.* f. & ipse contra se ipsum. *ib.* & creaturæ omnes contra illum. *ib.* arguetur in iudicio tripliciter. *ibid.* confundentur impij coram Angelis, qui aderunt contra eos tanquam testes. *ib.* longè maior eorum confusio ex aspectu iudicis. *ib.* nec ideò tolletur à iustis fiducia. *ib.* mali videbunt gloriam humanitatis ad confusionem, non diuinitatis. *ibid.* post iudicium non ita. *ib.* judicabitur impius à se ipso, à creaturis, à Deo. *ib.* g. ex ipsa lege Christi judicabitur malus Christianus. *ib.* nulla erit ei excusatio. *ib.* soli mali Christiani judicio discussionis judicabuntur. *ib.* vel ipsa culpa ipsos damnabit. *ib.* frustraneum tunc ad Angelos, Sanctosque confugium. *ib.* quin lætabuntur de eorum damnatione, & deridebunt. *ib.* & armabuntur contra eos. *ib.* & judices illius erunt. *ib.* judicabunt quidam sola comparatione, alij per scientiæ approbationem, alij judiciariam potestatem à Christo accipientes: quales Apostoli. *ib.* h. differenter tamen à Christo. *ib.* Angeli boni non erunt Christi assessores, & cur. *ib.* neglecta misericordiæ opera Christus malis improperabit; & quare hæc, non alia. *ib.* i. & quanta fecerit ad saluandum. *ib.* horribilis sententiæ promulgatio in malos. *ib.* ab ea non erit appellatio. *ib.* probabiliùs mentaliter, sicut & cætera ad iudicium spectantia, fient. *ib.* hinc judicium vel momento vel breuissimo tempore complebitur. *ib.* sponte sua reprobi sententiam exequentur. *ib.* pœna eorum æterna. *ib.* tria in iudicio horribilia, immò quatuor. *ib.* judicium hoc pluries in Scriptura figuratum. *ib.* l. 2. timendum propter tria. *ib.* m. 2. Sanctus Vincentius Ferrerius instans prædicando, quantùm profecerit: & de veritate talis prædicationis. *ibid.* vnde proueniat, quòd futurum iudicium non timetur. *ib.* n. 2. væ de illo incredulis. *ib.* ex quo diuina patientia irritatur. *ib.* qualis ad iudicium præparatio. *ib.* semper in mente habendum, vt retrahamur à culpis. *ib.* contra illius timorem remedia quatuor. *ib.* o. 2. valet præsertim charitas, ne appareat confusio nuditatis nostræ. *ib.* Vide *Antichristus* Tomo I. *Damnatus*, & *Resurrectio* Tomo III.

IVLIANVS APOSTATA.

Eius error circa studium Religiosorum. D. XXX. b.

IVRAMENTVM.

Ex eius frequentia facilè in periurium. D. IV. f. sine necessitate non assumendum. *ib.* h. quid, vnde, & quorsum introductum. I. XX. p. actus est religionis. *ib.* an liceat ab infideli illud recipere. *ib.* quàm reuerendum. *ib.* secundùm se licitum & honestum. *ib.* etiam apud Gentiles. *ib.* exponitur illud: *Non iurare omnino*. *ib.* q. frequens periculosum. *ib.* non iurandum, nisi ex necessitate & cum deliberatione & cautela. *ib.* vel propter magnam proximi vtilitatem. *ib.* frequentia damnatur. *ib.* necessitas ad iurandum exigitur. *ib.* sicut medicinâ, nonnisi in necessitate eo vtendum. *ib.* cum sine causa iuratur, attestatio primæ veritatis contemnitur. *ibid.* iuramentum de malo faciendo, vel bono non prosequendo, non est seruandum: & tamen iurans est periurus. *ib.* r. tria ad iuramentum requisita. *ib.* malum iuramentum triplex. *ib.* iuramentum duplex, assertorium & promissorium. *ib.* s. duplex iurandi modus. *ib.* quanta sit obligatio iuramenti. *ib.* hæc potest se habere tripliciter. *ib.* num obliget iuxta intentionem iurantis, an eius, cui iurat. *ib.* damnatur in iuramentis æquiuocatio. *ib.* vtrum magis obliget: iuramentum an votum. *ib.* an coactè iurans, ad seruandum obligetur. *ib.* quid de iuramentis ciuium, & Canonicorum. *ib.* quale sit dispensandi motiuum in iuramento, sicut & in lege, & in voto. *ib.* t. cuius sit dispensare. *ib.* an licitum per creaturas iurare siue per contestationem, siue per execrationem. *ib.* u. quo sensu licitè vel illicitè per creaturas iuretur. *ib.* num grauius per Deum iurare, quàm per Euangelium. *ib.* iuramentum non pertinet ad virtutem, sed illud seruare. *ib.* x. duo diuino præcepto prohibentur, scilicet frequentia iuramenti, & iuramentum in vanum. *ib.* moralitates. *ib.* honor humanus diuino antefertur à quibusdam. *ib.* quid periurium, & vnde specificetur. I. XXI. y. peccatum est, religioni contrarium. *ib.* reum facit mortalis culpæ. *ib.* an grauius homicidio. *ib.* post idololatriam peccatum maius. *ib.* falsus testis grauissimè puniendus. *ib.* ab eo, quem scio peieraturum, an liceat iuramentum exigere. *ib.* z. an periurus qui falsum iurat, putans verum esse. *ib.* quid de ioco-sè peierante, vel ex linguæ lapsu. *ib.* iuramentis assuetus & ex habitu mendax, facilè periurus. *ib.* a. quidam à casu veritatem loquuntur, non ex proposito. *ib.* periurus à cœlesti regno excluditur. *ib.* triplex inducit peierando malum. *ib.* infamis. *ib.* Mundo, hominibus, & Deo exosus. *ib.*

IVS.

Aliud naturale, aliud positiuum. D. IV. y. quid vtrumque. *ib.* quid vtroque prohibeatur. *ib.* ius gentium & ius ciuile quid. *ib.* (& L. I. f.) quid ius canonicum positiuum. *ib.* z. ius diuinum de quibus sit. *ib.* x. ad vtramque legem pertinet. *ib.* non dispensatur, sed interpretatur. *ib.* b. ius positiuum est determinatio iuris naturalis. D. V. f. & I. XXII. h. ius multipliciter sumitur. I. XXII. b. quid propriè. *ib.* quid naturale, quid positiuum. *ib.* quid diuinum, & de quibus. *ib.* potest & hoc distingui in naturale & positiuum. *ib.* positiuum à naturali procedit. *ib.* dupliciter dicitur aliquid de iure naturali. *ib.* naturale multipliciter accipitur. *ibid.* item dupliciter consideratur. *ib.* c. ius Gentium quid. *ib.* in hoc, & in ius ciuile diuiditur positiuum. *ib.* quænam ad ius Gentium spectent, quænam ad ius ciuile. *ib.* ius canonicum. *ib.* ius speciale triplex. *ib.* ius paternum & dominatiuum. *ib.* an inter virum & vxorem sit simpliciter iustum. *ib.* ius œconomicum. *ib.* in quo à iure distinguatur lex. *ib.* moralitas. *ib.* jus, obiectum iustitiæ. *ib.* d. Vide *Decalogus*, *Iustitia*, *Præceptum*.

IVSTITIA.

Iustitiæ duplex species, commutatiua & distributiua. D. XVII. h. hæc in Deo, non illa. *ib.* iustitiæ proprium,

Digitized by

prium, esse ad alterum. I. XXII. d. vnde dicatur. ib. in quo differat ab alijs virtutibus. ib. ejus objectum, jus. ib. optima illius diffinitio. ib. justus vnde dicatur. ib. completa justitiæ diffinitio. ib. quis proprius justitiæ actus. ib. duplex justitia, ciuilis, & infusa. ib. quis verè justus. ib. justitia verè virtus. ib. c. ejus subjectum voluntas ib. virtus generalis, & quo sensu. ib. quæ & legalis dicitur. ib. specialis etiam est virtus secundùm suam essentiam. ib. justitia, quæ intendit bonum commune, est alia virtus à justitia, quæ ordinatur ad bonum priuatum. ib. princeps inter virtutes morales, etiam cardinales ib. præclarissima virtutum. ib. virtutum cardinalium ordo. ib. justitia, virtus diuina. ib. partes ejus subjectiuæ, siue species: commutatiua, & distributiua ib. i. quid vtraque. ib. an eadem vtriusque materia ib. differentia reddendi in vtraque. ib. distributiua justitia non est generalis, siue legalis ib. partes justitiæ integrales, *declinare à malo & facere bonum*. ib. k. partes ejus potentiales, siue virtutes justitiæ adnexæ. ib. h. quid legale debitum, quid morale. ib. injustitia vitium ei oppositum. ib. duplex injustitia. ib. furtum injustum, de furatione mortale. ib. justitiæ misericordia immiscenda. ibid. i. vnde justitia corrumpatur humana. ib. justitia & judicium jam exulant. ib. Vide *Dei Iustitia, Iudex, Ius*.

IVSTITIA ORIGINALIS.

Vide *Adam* Tomo I.

IVSTIFICATIO.

An Dei omnipotentiæ opus, & quo sensu. D. XI. r. justitia triplex. I. XXIII. l. justitia metaphorica quid. ib. ab hac dicitur justificatio, quam Deus facit. ib. cur non à fide, vel charitate. ib. justificatio dupliciter sumitur. ib. differentia inter Christi sanctificationem, & nostram ib. justitia & justificatio duplex. ib. quatuor ad justificationem impij requisita. ib. m. dilectio Dei non stat sine detestatione peccati. ib. nedum in Deum, sed & in Christum debet esse motus liberi arbitrij in justificatione. ib. ordo justificationis describitur. ibid. nos sine nobis Deus non justificat ib. duplex justificatio, adultorum, & puerorum. ib. justificatio fit in instanti. ib. n. dispositio ad gratiam à Deo. ib. Paulus, licet ad fidem coactus, gratiæ tamen consensit in sui justificatione. ib. an justificatio opus miraculosum. ib. ejus causa efficiens, Deus: meritoria, Christi passio: instrumentalis, Sacramenta. ib. o. an justificatio impij maximum opus Dei. ib. in majorem Dei gloriam cedit. ib. cur Deus hos, non illos, justificet, nulla ratio assignanda præter diuinam voluntatem. ib. p. error Origenis. ib. Deus in justificatione acceptor personarum non est. ib. omnis justitia nostra imperfecta. ib. q. opus justitiæ nostræ quadrupliciter inquinatur. ib. justus & sanctus sanctificetur adhuc: impius ad diuinam recurrat misericordiam. ib. dupliciter quis justus dicitur. ib. de sua justitia confidentes, non justificantur apud Deum. ib. Vide *Gratia Dei*.

IVSTVS.

Templum Dei, anima justi. D. XIII. d. & e. in justis specialiter Deus per gratiam inhabitat. ib. diuersimodè videt eos Deus, & malos. D. XV. z. justus cera respectu diuini solis, malus lutum. D. XVI. b. omnia in bonum bonis, in malum malis. ib. altiori modo justos, quàm malos, Deus gubernat. ib. etiam mala peccatorum in bonum justorum cedunt. ib. justi, pupilla Dei oculi. ib. vtplurimùm plùs prosperantur in temporalibus mali, quàm justi. ib. c. vt eis prosint, impios permittit Deus. ib. d. boni benè vtuntur malis, mali malè bonis. ib. eorum precibus quo sensu possit aliquorum prædestinatio juuari. ib. f. cur arboribus comparati. D. XX. d. solùm per malos Angelos tribulantur à Deo, qui possit etiam per bonos. ib. justos impetit potissimùm diabolus, non peccatores. D. XXI. r. diuitias fugiunt & contemnunt. D. XXVI. m. non coaceruant eas, sed ad necessitatem vtuntur. D. XXVII. q. justi semper hilares. G. VIII. r. non timebunt in die judicij. I. XIX. f. & o. justus non facilè cognoscitur. I. XXIV. r. justi hominis indicia. ibid. delectatur in bonis ib. in prosperis & aduersis Deum laudat. ib. difficulter auelluntur justi à Deo ib. odio habentur vniuersaliter à Mundo. ib. zelantur pro Dei honore, deque illius offensis summè dolent ib. Mathathias feruidus legis zelator. ib. cupiunt justi cum Paulo dissolui. ibid. gaudent in actu fortitudinis, ad quam vt acquisitam sufficit non tristari ib. pollent perfectione charitatis. ib. quod est præcipuum justorum signum. ib. quare via impiorum hic prosperetur: non ita justorum vtplurimùm ib. f. diuinæ id attribuendum infallibili prouidentiæ. ib. flagellantur hic justi, quia à Deo dilecti. ib. sicut filij à Patre ad eorum profectum. ibid. hic non flagellari, reprobationis signum. ib. flagellantur, vt virtus in infirmitate perficiatur. ibid. infamantur à malis, eorum opera bona in malum conuertentibus. ib. à calumnijs & tribulationibus liberantur à Deo. ib. t. in memoria & oculis Dei specialiter est quod contra illos agitur. ib. inter afflictiones positi, interna fruuntur requie. ib. eorum injuriæ & offensæ Deus vltor. ib. u. in se Deum habent. ib. viuunt vita Dei ib. justum contristantes, Spiritum Sanctum contristant: & quo sensu ib. caueant impij ab offensa justorum. ib. quo modo hi voluntatem Dei cognoscant. ib. propter bonitatem vniuscujusque Deo grata societas. ib. specialiter Deus justo propinquus. ib. x. qui & specialiter dicitur creatura Dei. ib. Deus, justorum specialiter Deus ib. & hoc triplici de causa. ib. specialem habet de justis prouidentiam. ib. justus diuini oculi pupilla. ib. diuina custodia sub metaphora exprimitur vmbræ & alarum. ib. specialiter diligit qui à juuentute seruiunt ei ib. qualiter justus liber, non seruus. ib. quo sensu dicatur justus non esse sub lege. ib. explicatur magis. ib. justos vt amicos suos, & filios dilectos, honorat & remunerat Deus. ib. y. tria æterna eis promittit. ib. etiam in hoc Mundo justi quodammodo beati ib. septem eorum dotes in via. ib. justorum, siue *Sanctorum communio*, quid sit. ib. justus peccatori grauis. ib. z. ex opposito justus peccatori proficuus. ib. justorum interuentu & meritis stant vrbes & regna, immò totus Mundus. ib. quanta vis orationis justorum. ib. voluntatem eorum facit Dominus ib. illorum mors hominibus damnosa. ib. a. tolluntur propter peccata nostra. ib. justi, lilia, arbores, & oliuæ: & cur ib. pax justorum quæ & qualis. ib. triplex justi fructus. ib. sors & pars hereditatis justorum Deus. ib. b. gratia electionis eur sors. ibid. mors justorum pretiosa, peccatorum pessima ib. rarò inueniuntur justi ib. pauci reperiunt viam vitæ: & inuenientes, retrocedunt. ib. rarus est, qui sequi Christum velit. ib. justus proficiat in justitia sua I. XXV. e. in via Dei non proficere, deficere est. ib. cautè justus ambulet, ne cadat. ib. d. cur Petrus cadere permissus ib. plura ad casum impellunt. ib. tentationibus & justi obnoxij: & quorsum. ib. e. timeat peccator, si Apostolus securus non erat. ib. justis pugnandum. ib. quale eorum certamen. ib. difficile, tot inter pericula, euadere. ib. pericula plurima. ib. si cadit justus, cautior resurgit & humilior. ib. f. & ad hoc Deus cadere permittit. ib. exemplum de Petro. ib. justi cadentes, in majorem quandoque gratiam resurgunt. ib. exponitur illud: *Cum ceciderit, non collidetur*. ib. justus cur palmæ assimiletur ib. timeat justus, at magis metuat peccator. ib. g. plures causæ, quare vix *justus saluatur*. ib. nemo scit, quid importet justum esse, nisi justus. ib. in spiritualibus priùs gustatur, & postea videtur: è contra in corporalibus. ib. Vide *Sancti*.

L.

LACTANTIVS.

ERror ejus circa finale judicium, & resurrectionem. I. XIX. a. & i.

LAMIA.

Quid. D. XXI. h.

LATRIA.

Vide *Adoratio*, *Ecclesia*.

INDEX:

LAVS.

Discrimen inter laudem & iubilationem. D. XIV. m. & inter laudem, honorem, & gloriam, G. I. a. laus quid. *ib.* b. omnes actus ad virtutem laudabiles. *ibid.* Deus super omnem laudem. *ib.* quo sensu laudetur. *ibid.* laus respicit opera. *ib.* debetur homini propter actus virtutum. *ib.* nemo laudatur ex alterius opere, nisi per accidens. *ib.* an semper liceat hominem laudare. *ib.* d. an seipsum. *ib.* Vide *Fama*, *Gloria*, *Honor*.

LEPRA.

In veteri lege immunditiam & irregularitatem inducebat. I. XIII. y. in lege noua leprosus non promouetur ad sacerdotium. *ib.* & b. quid mysticè lepra. *ib.* a.

LEX.

Vnde dicatur. D. IV. q. quinam legis actus. *ib.* lex triplex. *ib.* in quo à iure differat. I. XXII. c.

LEX ÆTERNA.

Quid sit. D. IV. q. ab hac omnis lex. *ib.*

LEX DIVINA.

Differentia inter eam & humanam. D. IV. f. & x. eius quadruplex conuenientia & necessitas. *ib.*

LEX VETVS.

Non est alia à noua. D. IV. d. quid signet, digito Dei scribi. *ib.* cur duæ tabulæ. *ib.* sancta, sed imperfecta, & onerosa. I. XIV. e. multiplex eius differentia à noua. D. XXIX. q. & I. II. h.

LEX NOVA.

Non est alia à veteri. D. IV. d. cur præceptis addat & consilia. *ib.* e. & m. tota in humilitate & mansuetudine consistit. H. IV. t. multiplex eius à veteri discrimen. D. XXIX. q. & I. II. h.

LEX HVMANA.

Differentia inter eam & legem diuinam. D. IV. f. & x. à lege naturæ deriuatur. *ib.* y. obligat in conscientia. D. IV. z. solius tradit præcepta iustitiæ. D. IV. a. Vide plura de omni lege Verbo *Lex* Tomo III.

LIBERALITAS.

Diuinæ liberalitatis gradus plures. E XIII. f. Deus solus maximè liberalis. *ib.* Vide *Tomo III.*

LIBERVM ARBITRIVM.

Non potest à diabolo cogi. D. XXI. f. & t. posse peccare non pertinet ad libertatem. E. II. l. libertas in tribus consideratur. *ib.* in quo consistat. *ibid.* libertas gratiæ quid. G. IV. e. multiplex libertas *ib.* non tollitur per auxilium diuinum. G. V. f. & h. motus eius innuitur in ordine ad gratiam. G. VII. r. & f. liberum arbitrium secundariò, gratia primariò operatur. *ib.* & sine læsione libertatis. *ib.* differentia inter liberum & seruum. I. XXIV. x. exponitur illud: *Vbi spiritus, ibi libertas*, ibid.

LIGNVM VITÆ.

Ad quid homini conferret in statu innocentiæ. H. I. e. Vide *Adam* Tomo I.

LIMBVS.

Vide *Damnatus*, *Infernus*.

LIMVS.

Quid sit. H. I. f. Vide *Adam* Tomo I.

LONGANIMITAS.

Quid, & in quo differat à patientia. F. VI. y. Vide *Fortitudo*, *Patientia*.

LOTH.

An eius ebrietas & incestus cum filiabus, culpabiles. G. XII. f.

LVXVRIA.

Communius mulierum peccatum, sicut auaritia virorum. D. VI. a. de vtraque diabolus tentans, faciliùs vincit. D. XXI. q. luxuriæ peccato capti, difficilè liberantur. *ib.* caueant ab immoderata & coniuges. *ib.* huic vitio deditos diabolus possidet. *ib.* & u. luxuria & gula, vitia adnexa. D. XXVII. o. & G. XII. p. peccata carnalia grauiter à Deo puniuntur. E. VII. i. luxuria & gula frequentiùs. G. XII. p. Vide *Luxuria* Tomo III.

M.

MÆNANDER.

Error eius circa creationem. D. XII. x.

MAGIA.

Magicæ artes non sunt scientiæ. D. XXIV. p.

MAGNANIMITAS.

In quo consistat. H. III. o. quo sensu ei opponatur superbia. *ib.* f.

MAHOMETES.

Qualis eius lex, & qualiter propagata. F. II. h. Vide *Antichristus* Tomo I.

MALEFICIVM.

Cur ad carnalem actum magis, quàm ad alium, exerceatur à diabolo. D. XXV. a. in quo tale maleficium consistat. *ib.*

MALI.

Diuersimodè videt eos Deus, & iustos. D. XV. z. omnia in malum malis, in bonum bonis. D. XVI. b. altiori modo iustos gubernat Deus, quàm malos. *ib.* eorum mala in bonum cedunt iustorum. *ib.* qualis malorum prosperè temporaliter viuentium finis. *ib.* c. prosperantur hic, vt post mortem grauiùs puniantur. *ib.* cur magis prosperentur, quàm iusti. *ib.* malis temporalia dantur vel ad correctionem, vel ad damnationem. *ib.* eos permittit Deus, vt prosint bonis. *ib.* d. mali malè vtuntur bonis, boni bene malis. *ib.* e. quosnam Deus malos abominetur. *ib.* puniuntur per bonos & malos Angelos. D. XX. d. cur terra dicantur. D. XXI. e. eos non solùm circuit diabolus, sed perambulat. *ib.* & f. Vide *Auditores*, & *Peccator* Tomo III.

MALVM.

Mala in naturalibus sunt contra naturam particularem, sed intenta ab vniuersali. D. XV. t. malum in rebus causatur à defectibili causa, non à Deo. *ib.* malum in materialibus vt in paucioribus, in hominibus vt in pluribus. D. XVI. e. malum hominis in quo consistat. D. XXI. e. quo sensu malum alteri optare possimus, & de eo gaudere. D. XXIII. a. non ita de malo spirituali. *ibid.*

MANDATVM.

Vide *Decalogus* & *Lex* Tomo III.

MA-

Digitized by Google

INDEX;

MANICHÆI.

Eorum error circa Deum. D. X. i. & D. XIII. e. circa vetus testamentum. D. XXIX. m. de creatione. D. XXXII. c. plùs errant, quàm Gentiles. F. V. i. Vide *Errores*.

MANSVETVDO.

Quænam virtus. I. XI. n. ei opponitur ira. *ib.* ad fortitudinem reducitur. *ib.* *mansuetus* non idem, ac mitis. *ib.* mansuetudo amplectenda contra iram & nostram & Dei. *ib.* r. quomodo mansuefiant bestiæ, & homo. *ibid.*

MANVS.

Dei dicitur eius virtus operatiua. D. I. a. 2. duplex manus Dei. *ib.* & G. VIII. x. triplex diuinæ misericordiæ. D. XVII. z. duplex diaboli. D. XIX. q.

MARE.

Maris, siue aquarum productio, & descriptio. D. XII. b. & XIV. m. per mare quinam intelligantur. D. XX. d. septem eius proprietates septem vitiis aptantur capitalibus. *ib.*

MARIA VIRGO.

Eius purissima virginitas diabolo incognita. D. XX. y. quali adoratione adoranda. E. II. y. quali in ea gratiæ plenitudo. G. V. g. confirmata in bono per gratiam, *ib.* plùs Deo placuit eius humilitas, quàm virginitas. H. III. o. omnibus Sanctis præfertur. I. VIII. f. ex stirpe Regia & Sacerdotali. I. X. f. an, qualiter, & quando votum virginitatis emiserit. *ib.* h. Vide *Christi Conceptio*, *Natiuitas* Tomo I. *Maria Deipara* Tomo III.

MARTYR.

Romæ duntaxat tercenta millia martyrum pro Christo occubuisse, ferunt. E. I. o. martyres, vnde esset, quòd tormenta non sentirent. F. VI. x. aliqua diuinæ gloriæ aspersione refrigerabantur in pœnis. *ib.* eis debetur aureola. G. III. f. Vide *Martyrium*.

MARTYRIVM.

An & quomodo cadat sub præcepto. D. IV. e. actus est fortitudinis. F. VI. u. Vide *Martyr*.

MATHATHIAS.

Feruidus pro diuina lege zelator. I. XXIV. r.

MATRIMONIVM.

Illius forma & finis. I. X. g. inter B. Virginem & Ioseph verum matrimonium. *ib.*

MATTHÆVS.

Eius vocatio vnde mirabilis. D. VI. a. Vide *Apostoli* Tomo I.

MEL.

Quid syluestre, quo Ioannes vescebatur. I. VIII. p.

MERCES.

Ea pauperes fraudare, homicidium est. H. I. g.

MERITVM.

Hominis meritum apud Deum in duobus consistit. G. III. f. vnde sit. *ibid.* dona sua, vult Deus, esse merita nostra. *ib.* u. maius meretur præmium qui maiori conatu vtitur. *ib.* x. opus meritorium quale. G. V. h. in ordine ad meritum quomodo se habeat potentia naturalis ad gratiam. *ib.* & G. VIII. a. Vide *Gratia Dei*.

MIRACVLVM.

Non potest fieri à dæmone. D. XX. a. quid miraculum siue prodigium mendax. *ib.* b. contra fidem & veritatem non possunt fieri vera miracula. *ib.* l. & G. IX. d. per se fidem non probant. F. II. h. vbi fidei infirmitas, ibi defectus miraculorum. F. III. x. horum operationem meretur ex congruo fides. *ib.* y. cùr nullum Ioannes fecerit. I. VIII. q. Vide *Dei Potentia*.

MISERIA.

Duplex. D. I. f. Vide *Misericordia*.

MISERICORDIA.

Opera misericordiæ sine charitate ad vitam æternam non prosunt. D. I. f. (& E. VII. i.) non est sine iustitia. *ib.* misericors quis dicatur. D. I. a. 2. & D. XVII. m. in quo differat à clementia & venia. *ib.* misericordi sufficit miseriam exponere sine petitione. *ib.* x. misericors liberatur in die mala. *ib.* a. nec tamen sola misericordia liberat. *ib.* vincit rigorem diuini iudicii *ib.* quæ tollit iustitiam, stultitia est. *ib.* c. sine misericordiæ operibus fides mortua. E. V. r. duplex misericordiæ impedimentum. *ib.* x. miserendo quis pauperum, imitator Dei est. E. VI. b. misericordis miseretur Deus. E. VII. g. specialiter in morte & in iudicio. *ib.* misericordiæ beatitudo respondet dono Consilii. *ib.* misericordia omnia à Deo impetrat. *ib.* misericordium non obliuiscitur Deus. *ib.* misericordiæ directè opponitur inuidia. I. VII. f. & h. Vide *Eleemosyna*.

MOABITÆ.

Reproborum figura. D. I. g.

MORS.

Mors secunda quid. D. I. x. duplex mors animæ, sicut & corporis. *ib.* prima mors animæ in multis primæ morti corporis similis; *ib.* cauenda prima animæ, vt euitetur secunda. *ib.* mors vnde homini obueniat. H. I. e. quo pacto naturaliter sequatur; *ib.* eius memoria valet ad humilitatem. H. IV. y.

MVLIER.

Minoris discretionis & sexus fragilioris. D. XXI. n. naturaliter gloriæ cupida. *ib.* magis prona ad superstitiones, quàm vir. D. XXIV. o. an possit docere, laureâ insigniri, & aureolæ doctrinæ capax esse. D. XXIX. r. interdicitur ei officium aduocandi. *ib.* pronior ad eleemosynam, quàm vir. E. V. y. amor spiritualis ad eam, sæpe degenerat in carnalem. E. IX. t. (& L. VIII. t.) mulieres Romanæ non bibebant vinum, cuius nimius vsus in eis detestabilior. G. XII. r. in quo deficiat in muliere ratio imaginis Dei. H. I. a. cur dicatur quid occasionatum. H. I. c. vnde contingat fœminam concipi. *ib.* minoris discretionis, quàm vir. H. V. c. pronior ad largiendum. *ib.* aut valdè pia, aut valdè crudelis. I. VIII. x.

MVLTILOQVIVM.

Quid, & cuius filia. G. XII. o. Vide *Lingua* Tomo III.

MVNDVS.

Non fuit ab æterno creatus: & est articulus fidei. D. XII. y. an potuerit esse ab æterno. *ib.* tripliciter aliquid dicitur esse in Mundo. D. XIII. c. in Mundo quomodo dicatur esse Deus. *ib.* Mundi pulchritudo D. XIV. l. modus diuinæ Sapientiæ, quo eum produxit, imperscrutabilis. *ib.* m. diuersimodè tentat, ac diabolus. D. XXI. m. per fidem vterque vincitur. F. III. x. ætates Mundi. H. I. e.

Digitized by Google

INDEX.

NASVS.

Per eum signatur discretio. I. XIII. z.

NAZARÆI.

Eorum error circa legalia. E. XI. q.

NECROMANTIA.

Species est diuinationis, & quid sit. D. XXIV. o.

NEMESIS.

Quid sit. I. VII. f.

NEOMENIA.

Quid esset. E. I. z.

NICODEMVS.

Solus fortè ex Iudæis in Christum credidit. I. XIV. h.

NOE.

An ejus ebrietas culpabilis. G. XII. f.

NOMEN DEI.

Quanta reuerentia in juramento assumendum. I. XX. p. assumere illud in vanum, tripliciter intelligitur. ib. r. Vide *Blasphemia*, *Christi nomen* Tomo I. *Iuramentum*.

NOMEN IESU.

Vide *Christi Nomen*.

NON ESSE.

An & quomodo à damnatis appetatur. D. III. m.

NOVATIANI.

Eorum error circa quid. F. V. o. & G. V. h.

NOX.

Duplex in Inferno. D. I. b. ei comparatur vetus testamentum respectu noui. D. XXIX. q. & I. II. h.

NVMERVS.

Ternarius est numerus communis rei, & perfectus. D. XVIII. g. quadragenarius quid significet. I. II. e. quinquagesimus remissionem mysticè signat. I. IV. u.

NVPTIÆ.

Earum solemnitas ob solam Eucharistiæ reuerentiam certis temporibus interdicitur. E. XIII. g.

O.

OBEDIENTIA.

Melior virtus, quàm cæteræ morales, si theologicas excipis. D. IV. i. sine ea non potest esse charitas. ibid. Christi passionis & humilitatis perfectio ex ejus obedientia ad Patrem. ib. non obediens Dei mandatis, ejicitur de Paradiso, non ingreditur. ib. nedum Dei, sed & ministrorum ejus parendum mandatis. ib. m. Vide *Religiosus* Tomo III.

OBLATIO.

Differentia inter oblationes, sacrificia, primitias, & decimas. D. V. o. quid propriè oblatio. ib. in quo differat à sacrificio. ib. p. oblata voluntariè in corbonam mittebantur. ib. oblationes de se voluntariæ, sed ex quadruplici capite ad eas possumus teneri. ib. de optimis faciendæ. ib. y.

OBSERVANTIA.

Quid, & in quo distinguatur à dulia propriè dicta. E. II. x. & H. II. m. non est major pietate. ib. in quo ab has distinguatur. ib. Vide *Honor*, *Parentes*.

OBSERVATIO VANA.

In quadruplici genere. D. XXV. à lit. u. cur sæpe juxta has obseruantias succedant euentus. ib. y. homines vanè obseruantes odiuntur à Deo. ib. b. Vide *Diuinatio*, *Superstitio*.

OCIVM.

Fugiendum, ne diabolus impetat. D. XXI. u.

ODIVM.

Odium Dei grauius infidelitate. F. V. g. differentia inter peccata odij, inuidiæ, & iræ. I. XI. o. qualiter ex inuidia nascatur & ira. ib. differenter lædere intendit odiens ac iratus. ib. p. Vide *Dilectio inimicorum*.

OMEN.

Quid sit. D. XXIV. o. diuinatio per illud an licita. ib. f. exempla. ibid.

OMISSIO.

Quid importet. D. IV. d. inter ipsam, & transgressionem differentia. ib. eâ grauior transgressio. ib. debetur ei & pœna sensus. ib.

OMNIPOTENTIA.

Vide *Dei Potentia*.

ONOCENTAVRVS.

Quodnam animal. D. XXI. h.

ONOMATOMANTIA.

Quid sit. D. XXIV. o.

OPHICÆ.

Eorum error circa Eucharistiam. E. XI. q.

OPPROBRIVM.

Opponitur honori. H. II. l. quid vtrumque importet. ib.

OPVS BONVM.

Extra charitatem factum an & quid mereatur? D. I. z. z. num & diminutionem pœnæ infernalis. ibid. opus vnius dupliciter potest alteri valere. D. IX. p. operum communicatio dupliciter contingit. ib. q. opus bonum triplex contra triplex genus peccati. E. VI. a.

ORATIO.

Peccatoris an exaudiatur. D. IX. t. juuat defunctos. ib. y. dulcior ante Deum pro alijs, quàm pro se facta. ib. immobilitas diuinæ prouidentiæ ejus non excludit vtilitatem. D. XVI. f. locus ad orandum non est de necessitate orationis, sed ad bene esse. E. II. p. oratio Religionis actus. ib. u. est contra superbiam vitæ, & ordinatur ad Deum. H. V. e.

ORDO.

Duplex in rebus. D. XIV. l.

ORIGENES.

Ejus error circa pœnas Inferni. D. I. f. & gloriæ æternæ terminabilitatem. G. II. n. & circa dæmones saluandos. H. IV. x. item circa hominum conuersionem ad Deum. I. XXIII. p.

ORION.

Quid in Cœlo sit. D. XIV. n.

OSCVLVM.

Signat altissimè personam Spiritus Sancti in diuinis. D. XVIII. g.

OZA.

Cur percussus à Deo. E. XIV. m.

PÆDA-

Digitized by Google

INDEX.

P.

PÆDAGOGVS.

Qvis. D. XXXI. r.

PAPA.

Solus potest Indulgentias dispensare. D. IX. a. (& I. IV. t.) cur Episcopos *fratres* vocet, cæteros *filios*. *ib.* (& I. IV. t.) per os ejus determinat Ecclesia quæ fidei sunt. E. I. n. cur non vtatur baculo, nisi in diœcesi Treuirensi. E. VIII. p. scribens mulieribus, cur dicat: *Dilectis in Christo*. E. IX. t. in eo principaliter Ecclesiæ authoritas. F. V. n. & I. IV. t.

PARENTES.

Deo & Patri non possumus æquivalens reddere. D. XII. a. & b. quo sensu odiendi. D. XXIII. h. eos virtute pietatis colimus, & Patriam. H. II. m. illos honorantibus cur vita promittatur longæua. I. V. a.

PATIENTIA.

Ad eam facit pœnæ infernalis meditatio. D. I. m. commendatur ob ejus vtilitatem. D. XXIII. d. pars est fortitudinis. F. VI. y. versatur circa tristitias. *ib.* in quo differat à longanimitate. *ib.* ei præeminet fortitudo. *ib.* quicumque est fortis, est patiens: non è conuerso. *ib.* Vide *Longanimitas*.

PAVLVS APOSTOLVS.

Balbus erat, sed peritissimus. D. XXX. a. & b. ad fidem quo sensu coactus. G. IV. e. (& I. XXIII. n.) qualis in eo gratiæ plenitudo. G. V. g. in instanti gratiæ consensit in subita conuersione. G. VI. m. nomen ejus quid signet. H. IV. u. ex qua ignorantia peccauerit. I. III. q. ejus conuersio miraculosa, & ideò celebriter in Ecclesia commemoratur. I. XXIII. n. Vide *Apostoli*, & Tomo I.

PAVPERES.

De rebus Ecclesiæ sustentandi. D. V. p. tenentur decimas soluere Sacerdoti etiam diuiti. *ib.* u. ex ijs à Sacerdotibus alendi. *ibid.* x. deridentur à diuitibus. D. XXVI. e. & opprimuntur. *ib.* f. quinam verè dicantur *pauperes spiritu*. D. XXVII. r. eleemosyna eis subtracta, causa damnationis subtrahentibus. *ib.* x. pauperum adjutor in Cœlum per Angelos deferetur. *ib.* pauperes diuites, & diuites esse pauperes possunt voluntate. *ib.* y. Vide *Diues*.

PAVPERES DE LVGDVNO.

Eorum error circa authoritatem conficiendi Eucharistiam. E. XIII. g.

PAX.

Quid sit. D. IX. d. hic imperfectè, in Patria perfectè habetur. *ib.* cum inimico habenda. D. XXIII. d. triplex à prædicatoribus annuncianda. D. XXIX. q. quæ & qualis justorum pax. I. XXIV. t. & a.

PECCATOR.

Diaboli seruus. D. I. d. (& D. XIX. u.) duplex ei debetur pœna multiplici ex capite. *ib.* n. Doni Sapientiæ incapax. D. XIV. p. tripliciter peccat. D. XVI. e. quandonam à Deo abominetur. *ib.* comparatur paralytico. D. XVII. p. ex Dei misericordia non annihilatur. *ib.* quinam peccatores *filij diffidentiæ* dicantur. D. XIX. u. an dæmon possit hominem inhabitare quoad corpus & animam. *ib.* ejus conuersio in suscitatione Lazari exprimitur. D. XXX. o. Vide *Peccatum*.

PECCATVM.

Pondus peccatoris, vt faciliùs ad Infernum ruat. D. I. g. in eo auersio & conuersio. *ib.* n. & t. ex hac, non ex illa, specie peccata differunt. *ib.* n. tria in peccati progressu considerantur. *ib.* r. conuersioni & auersioni in culpa duplex respondet pœna. *ib.* t. cur pœna æterna peccato mortali debeatur. *ib.* u. veniale nonnisi per accidens pœnâ æternâ punitur. *ib.* quid veniale, quid mortale. D. II. c. originali peccato sola damni pœna debetur. *ib.* de peccato dupliciter pœnitemus. D. III. i. quænam peccata specialiùs ad inferos trahant. *ib.* p. peccatum communius virorum auaritia, mulierum luxuria. D. VI. a. quid peccati reatus. D. VII. d. onus & gibbus peccatoris. D. XXVII. r. periculosè determinatur quæstio vbi quæritur de peccato mortali. D. XXVIII. i. & I. III. f. sumit Deus de peccatis nostris materiam punitionis. E. II. b. peccatum differt à crimine. E. VIII. q. tripliciter quis à peccato recedit. E. XVI. b. primum ex parte auersionis superbia, ex parte conuersionis cupiditas. F. V. q. grauitas peccati ex duobus potest attendi. F. V. r. tria in peccato, quæ in pœnitentia sunt remouenda. G. V. h. per peccatum amittit homo Dei similitudinem. H. I. b. tribus peccatur modis. I. III. f.

PECCATVM VENIALE.

Habet reatum ad purgandum. D. VII. d. venialium quædam majora, quædam minora. *ib.* pro quibus aliqui diutiùs in Purgatorio torquentur. *ib.* an venialis culpa possit post mortem deleri, & quomodo. *ib.* e.

PECVNIA.

Exponitur illud: *Pecuniæ obediunt omnia*. D. XXVI. l. Vide *Diuitiæ*, & *Auaritia* Tomo I.

PEDAGIVM.

Quid sit, & quid portorium. D. VI. z.

PELAGIVS.

Eius error circa libertatem arbitrij. G. V. f.

PEPVTIANI.

Eorum error circa materiam Eucharistiæ. E. XI. q. & circa authoritatem conficiendi. E. XIII. g.

PERFECTIO.

Perfectio hominis in quo consistat. E. VIII. n. quid sit habere statum perfectionis. *ib.* soli Episcopi & Religiosi hunc habent. *ib.* dupliciter quis perfectus. *ib.* triplex perfectionis status. *ib.*

PERIVRIVM.

Vide *Iuramentum*.

PERSEVERANTIA.

In quo differat à constantia. F. VI. y. donum perseuerantiæ quid. G. V. h. perseuerantia tripliciter sumitur. *ibid.*

PERSONARVM ACCEPTIO.

Quid sit. E. VIII. q. honorare diuites propter solas diuitias, est acceptio personarum. H. II. i. iniquum reddit judicium. I. XVI. z.

PETRVS APOSTOLVS.

Petri & successorum eius potestas non adæquatur potestati Christi. E. I. l. cur cadere permissus. E. IX. t. & I. XXV. d. & f. vter plùs diligeretur à Christo, Christumque plùs diligeret, ipse an Ioannes. I. IX. e. Vide *Apostoli*, & Tomo I.

Digitized by Google

INDEX.

PETRVS DRESENSIS.

Eius & aliorum error circa Eucharistiæ dispensationem laicis sub vtraque specie. E. XIV. n.

PHARISÆI.

Eorum de lege & præceptis falsus intellectus. D. IV. h. & H. V. e. illorum error. D. XV. r. quinam essent. H. VI. i. vnde eorum secta. I. XIV c. Pharisæi, idest diuisi. *ib.* nobiliores in Iudæis. *ib.* describuntur. *ib.* auari. *ib.* g. Vide *Essæi*, *Iudæi*, *Sadducæi*.

PHYLACTERIA.

Quid. H. V. e.

PICVS MIRANDVLANVS.

Narrat in libris Iudæorum mysteria se legisse Christianæ fidei. I. XV. r.

PIETAS.

Secunda iustitiæ pars. D. IV. a. virtus à Religione distincta. E. II. t. debetur parentibus & patriæ. H. II. m. maior, quàm obseruantia. *ib.* dupliciter dicitur. I. I. c. Vide *Religio*.

PILATVS.

Introducit in Templum Iudæorum Aquilam, Romanorum insigne. I. XV. p. & hoc dictum est à Iudæis abominatio. *ibid.* eius iniquum iudicium. I. XVI. z. Vide *Christi Passio & Mors* Tomo I.

PILOSVS.

Quem significet. D. XXI. h.

PISCIS.

Cur piscibus Religiosi vt in pluribus vtantur. I. II. i.

B. PIVS V.

Notabile illius dictum. D. XXX. o.

PLEBEIVS.

Sublimatus, crudelior, & tyrannus. E. IX. f. non inuidet Regi, aut magnis viris. I. VII. l.

POENA.

Triplex à Deo infligitur. D. I. a. duplex debetur peccatori ex multiplici capite. *ib.* n. pœna purgatorij solùm per ignem. *ib.* p. pœna sensus & omissioni debetur. D. IV. d. pœna satisfactoria ad duo est. D. IX. p. pœnæ hujus vitæ ad correctionem tantùm. D. XVII. l. pœna potest partialiter & totaliter dimitti, & quomodo. I. IV. x. Vide *Defuncti*.

POENA INFERNI.

Temporalis minima respectu illius. D. I. a. triplex ejus conditio. *ib.* c. & z. ferrea catena, & arcus æneus. *ib.* c. qualiter differat à mundana. *ib.* lacus iræ, siue furoris Dei. *ib.* e. variè expressa. *ib.* g. non plenè reuelata. *ib.* h. qualis gloria beatorum, talis damnatorum pœna. *ib.* ejus acerbitas describitur. *ib.* m. hujus consideratio tolerantiam parit hîc in aduersis. *ib.* timorem incutit. *ib.* ejus multiplicitas. *ib.* n. & conuenientia per ignem magis, quàm per alia. *ib.* p. ex quatuor præcipuè exaggeratur. *ib.* q. per septem plagas exprimitur. *ib.* ejus æternitas. *ib.* s. cur inferni æterna, non limbi Patrum. *ib.* t. æterna & continua. *ib.* quo sensu infinita. *ib.* quomodo respondeat culpæ durationi. *ibid.* ejus acerbitas grauitati culpæ respondet. *ib.* pœna damni & sensus respondent auersioni & conuersioni. *ib.* cur pœna æterna mortali peccato debeatur. *ib.* u. pœnæ perpetuitas ex carentia gratiæ. *ib.* pœna inferni cur mors secunda. *ib.* x. an diminuatur per opera extra charitatem facta. *ib.* a. z. meditanda, ne in eam incurramus. *ibid.* b. a. pœna maxima esse perpetuò cum malis. *ib.* duplex peccati pœna, damni scilicet & sensus. D. II. c. Pœnæ vtriusque conuenientia, & testimonia ex Scripturis. *ib.* pœna damni principalior, & extrema hominis miseria. *ib.* d. quæ & duplex. *ib.* non æqualiter hanc subeunt damnati, & pueri in limbo *ib.* quid pœna sensus. *ib.* e. pœnæ vtriusque causa, obliuio Dei. *ib.* f. pœna inferni tribulatio maxima. D. III. h. Vide *Damnatus*.

POENITENTIA.

Post baptismum peccantes, non posse ad pœnitentiam redire, Nouatianorum hæresis. G. V. h. vera in quo consistat. G. VIII. z.

POLLVTIO NOCTVRNA.

Potest prouenire etiam ex diabolica illusione, & esse peccatum mortale ex negligentia præparationis &c. D. XXI. t.

POSSIBILE.

Dupliciter dicitur. D. XI. p.

POTENTIA.

Alia actiua, alia passiua: non hæc, sed illa in Deo. D. XI. p. duplex in creaturis, naturalis, & obedientialis. *ib.* r. quid vtraque. *ib.* Dei omnipotentia creaturis incommunicabilis. *ibid.*

PRÆCEPTVM.

Quid importet, & vnde dicatur. D. IV. q. præcepta legis naturæ quæ & qualia. *ib.* r. ordo eorum. *ib.* juris diuini præcepta in veteri lege triplicis generis. *ib.* s. cæremonialium præceptorū conuenientia. *ib.* judicialium. *ib.* moralia ad legis naturæ dictamen referuntur. *ibid.* eorum dignitas, & differentia à cæteris extra Decalogum. *ib.* t. discrimen inter præcepta, testimonia, mandata, justificationes. *ib.* legis veteris præcepta an liceat modò seruare. *ib.* in Decalogo moralia traduntur. *ib.* u. horum triplex gradus. *ib.* omnium præceptorum finis charitas. *ib.* quænam sint, Decalogi præceptis superaddita. *ib.* quædam in præceptis prohibentur quia mala, quædam mala sunt, quia prohibita. *ib.* x. in Decalogo præcepta traduntur justitiæ. *ib.* a. & de omnibus virtutibus. *ib.* solius tradit justitiæ præcepta humana lex. *ib.* præcepta Decalogi indispensabilia. *ib.* b. interpretantur piè, non dispensantur. *ib.* operantes quidam contra præcepta Decalogi, vt videbatur, quomodo à culpa excusati. *ib.* eadem rationabiliter scripto tradita. *ib.* c. conuenienter enumerata, ordinata, & tradita. *ib.* cur primæ & secundæ tabulæ. *ib.* d. præceptum quartum Decalogi cur dicatur primum. *ib.* cur quædam affirmatiua, quædam negatiua præcepta tradantur. *ib.* & plura hæc, quàm illa. *ib.* vtraque qualiter obligent. *ib.* in quo præceptum à consilio distinguatur. *ib.* e. cur præceptis addantur in noua lege consilia. *ib.* an hæc præcedant præcepta. *ibid.* aliqua præcepta obligant solùm secundùm animi præparationem. *ib.* cur in aliquibus vetetur & concupiscentia. *ib.* f. & aliquibus addatur præmium, & aliquibus pœna. *ib.* cur in aliquibus & ratio adjiciatur. *ib.* quædam purè moralia, vel cæremonialia, quædam vtrumque. *ib.* an cadat sub præcepto modus virtutis. *ib.* g. & modus charitatis. *ib.* dupliciter potest præceptum obseruari. *ib.* Deum diligens, facilè ejus seruat mandata. *ib.* h. Deus non præcipit impossibilia. *ib.* ad ejus gloriam seruanda, & vtilitatem nostram. *ib.* jugiter meditanda. *ib.* Pharisæorum more non falsò interpretanda. *ib.* quilibet tenetur explicitè scire singula præcepta Decalogi. *ib.* cæca eis voluntate obtemperandum, quòd à Deo impositis. *ib.* i. eis non parens, de Paradiso ejjcitur. *ib.* seruanda quia immaculata & suauia. *ib.* l. seruanti magna retributio. *ib.* ipsa eorum custodia, remuneratio. *ib.* cur aliquibus nec lucida sint, nec suauia. *ib.* cur in vetitum nitamur. *ib.* nedum Dei præceptis, sed & ministrorum ejus obtemperandum. *ib.* m. Prælatis abstinendum à multitudine præceptorum,

quæ

Digitized by Google

quæ onerosa nimis, & quandoque non obligant. *ibid.* præcepti impossibilitatem non diffiniat subditus. *ib.* non tam facilè ad præcepta deueniendum, cum magnis præcipuè viris. *ib.* præcepto negatiuo opponitur transgressio, positiuo omissio. D.IV. d. præceptum dupliciter obseruatur. I.II. n.

PRÆCIPITATIO.

Quid sit, & in quo differat à temeritate. F.VI. b.

PRÆDESTINATIO.

Pars est prouidentiæ, & quid sit. D XVI. a. quo sensu juuari possit precibus Sanctorum. *ib.* f. elucet in ea diuina misericordia. D. XVII. n. prædestinationis gratia quid. G. IV. a.

PRÆDICATIO.

Ex tribus commendabilis. D. XXIX. m. munus Apostolicum. *ib.* propria Prælatorum, sed & aliorum ex commissione ipsorum. *ib.* munus Euangelistę & Angelicum. *ib.* cur dicatur similis virgæ. *ib.* o. ejus materia nobilis & alta. *ib.* q. duplex ejus materia. *ib.* ejus nobilitas ex fine. *ib.* r. qui est gloria Dei. *ib.* omnis prædicatio ad duo ordinatur. *ib.* triplex ad eam præparatio. D. XXX. f. cur tuba dicatur. D. XXX. f. quid sonet. *ib.* in prædicatione commendatur ornatus & facundia secularis, sed in Euangelij obsequium. *ib.* a. & b. qualis prædicatio sit. *ib.* c. & f. gratia sermonis in quo consistat. *ib.* terrens esto & alliciens. *ib.* i. tuba est & cantus. *ib.* cur vox magna & clamor dicatur. *ib.* prædicationis fructus. *ib.* & l. qui tamen à Deo. *ib.* m. duæ boni sermonis conditiones. D. XXXI. q. durus sermo quis. *ib.* t. tripliciter ab Apostolo verbum prædicationis commendatur. D. XXXII. u. ad insensibilia dirigendum ex quo homines non audiunt. *ib.* y. væ non audientibus, non facientibus, illudentibus. *ib.* a prædicationis effectus ex auditorum dispositione dependet. *ib.* b. ex eis defectus, si fructum non facit. *ib.* d. Vide *Auditores, Io: Baptista*, & *Verbum Dei* Tomo III.

PRÆDICATOR.

Cur post concionem benedictionem impendat. D. XXVIII. e. prædicans in peccato mortali, an mortaliter peccet. *ib.* f. (& D. XXX. t.) finis ejus quis. *ib.* f. ejus officium nobilius, quàm baptizandi. D. XXIX. m. munus Apostolicum. *ib.* Prælatorum proprium, & eorum commissione etiam aliorum. *ib.* munus Euangelistæ & Angelicum. *ib.* prædicatores cur Angeli dicantur. *ib.* pedes Christi. *ib.* n. ardeant & luceant. *ib.* Prædicator os Christi. *ib.* ejus verba, Christi verba. *ib.* os Dei. *ib.* o. per eos Deus loquitur, non illi. *ib.* Prædicator quo sensu Dei adjutor. *ib.* p. quænam ad prædicandum ætas requisita. *ib.* Prædicator sit in virtute perfectus. *ib.* & in vtraque vita. *ib.* à Deo expectet laboris sui mercedem. *ib.* bona opera auditorum in ejus gloriam cedunt. *ib.* maxima ipsi retributio à Deo. *ib.* verbum Dei absque locorum differentia vbique prædicet. *ib.* q. prædicatores aurea thuribula. *ib.* triplicem pacem annunciant. *ib.* quam in termino cursus prædicationis populo deprecentur. *ib* plures Christum annunciant *per occasionem*, non per veritatem. *ibid.* r. qualis eorum finis & conatus. *ib.* operarius prædicator sit, non quæstuarius. *ib.* sibi debetur aureola. *ib.* non ita doctæ mulieri. *ibid.* tripliciter ad prædicandum se præparet. D. XXX. f. monitum ad illum. *ib.* sit justus & in gratia. *ib.* t. pœnitens sit, si pœnitentiam prædicat. *ib.* rarò procedat in publicum. *ib.* quæ docet, faciat. *ib.* exemplares prædicatores describuntur. *ib.* u. ex bono eorum exemplo triplex fructus. *ib.* tres boni prædicatoris conditiones, vt sint idonei. *ib.* tres eorum qualitates præcipuæ. *ib.* x. sibi debentur à populis necessaria. *ib.* prædicator miles, vinitor, pastor, bos, arator, triturator, seminator, Templi architectus, & altaris minister. *ib.* quomodo licitè accipiat stipendia sua. *ib.* y. sumptus non debentur ipsi quasi præmium prædicationis. *ib.* an peccet habens oculum ad temporalia. *ib.* & z. exemplo Christi pauper esto. *ibid.* prædicantes ob gloriam Dei, in Ecclesia Reginæ sunt: ob temporalia, concubinæ. *ib.* quæstuarijs monitum. *ib.* eorum, qui prædicare tenentur, differentiæ quatuor. *ib.* non prædicent ob humanum fauorem. *ib.* non improbatur in eis facundia & ornatus, sed sit in Euangelij obsequium. *ibid.* a. quomodo seculari sapientia vtatur. *ib.* monitum in hoc *ib.* se auditoribus conformet. *ib.* b. vtitur laudabiliter parabolis. *ib.* prædicet quæ placent sed vtilia. *ib.* c. qualiter studeat hominibus placere. *ib.* modus placendi omnibus. *ib.* non prædicet vana, superflua, inutilia. *ib.* breuis esto sermo illius, non verbosus. *ibid.* omnibus indiscriminatim prædicet. *ib.* & vera, honesta, vtilia. *ib.* gratiosum verbum vera prædicantis. *ib.* duo debet facere. *ib.* nec falsa prædicet nec apocrypha. *ib.* mouetur semper aliquo mundano affectu. *ib.* e. delectatur populo congregato. *ib.* humilietur coram Deo. *ib.* cur stans prædicet, non sedens. *ib.* non dedignetur ab alijs dicta & ipse referre. *ib.* quomodo ab eo prædicandum. *ib.* f. nimius reprobatur clamor. *ib.* gratia sermonis in quo consistat. *ib.* prædicet ex zelo charitatis. *ib.* g. tria ei necessaria. *ib.* item tria ad prædicandum moueant. *ib.* prædicator zelotes mulier parturiens, & nutrix. *ibid.* solicitudo in eo exigitur. *ib.* h. miles & agricola. *ib.* nubes & ventus. *ib.* vigilans esto. *ib.* gallo comparatur. *ib.* terrere debet & allicere. *ib.* i. aliter ad bonos prædicet, aliter ad malos. *ib.* tria clamet. *ib.* constanter prædicet & intrepidè. *ib.* l. liberè arguat. *ib.* licitè gaudet de fructu, quem facit. *ib.* m. nec sibi attribuat conuersionem peccatoris, sed Deo. *ib.* n. mali prædicatores describuntur. *ib.* locustæ. *ib.* ad eos Dei exprobratio. *ib.* ex eis Orbis Christiani ruina. *ib.* o. væ illis. *ib.* eorum damnatio, si in munere defecerint. *ib.* ad eos monitio. *ib.* sola Dei gloria sit finis illorum. *ib.* prædicatores fauus, auditores mel. D. XXXII. u. Euangelium non erubescant. *ib.* x. propter eorum culpam subtrahitur eis gratia sermonis. *ib.* y. ex quo homines non audiunt verbum Dei, ad insensibilia vertendum. *ib.* contumacem populum derelinquant prædicatores. *ib.* eorum ad illum protestatio. *ib.* & ad Crucifixum oratio. *ib.* campsores & negociatores spirituales. *ib.* væ illos deridentibus. *ib.* a. qui eos spernit, Deum spernit. *ib.* in eis necessaria discretio. *ib.* b. boni auditores eis ad gloriam & coronam: mali ex eorum negligentia ad opprobrium & condemnationem. *ib.* e. euigilent in suo munere. *ib.* Vide *Doctor*.

PRÆLATUS, PRÆLATIO.

Nedum Dei, sed Prælatorum mandatis parendum. D. IV. m. Prælatus à multitudine præceptorum abstineat. *ib.* non tam facilè ad præcepta deueniat, cum magnis præsertim viris. *ib.* ejus proprium, docere. D. XXVIII. f. non debetur ei aureola, nisi actu docuerit. *ib.* i. Prælatus quoad electionem. Vide V. *Electio*. Prælatus Pastor, Dux, nauta. E. IV. p. magnum quid prælatio. *ib.* prælationis periculum. *ib.* r. Prælati boues. *ib.* Angeli. E. VIII. n. Prælatus propriè, Episcopus. E. IX. r. qui veniant nomine Prælati. *ib.* quid ad hoc exigatur. *ib.* multiplicis culpę periculum in pręlatione acquirenda. *ib.* Pręlaturę non ambiendę. *ib.* indignè promotus, indigna operatur. *ib.* debet per ostium ingredi, non aliunde. *ib.* periculum superbię in pręsidendo. *ib.* f. humilis esto, obsecret, non imperet dominando. *ib.* sit omnium seruus. *ib.* moderatè regat, non austerè irritando. *ib.* t. vilis sublimatus crudelior, & tyrannus. *ib.* subditorum compatiatur infirmitati. *ib.* inducat dulciter obsecrando, non asperè imperando. *ib.* dura correctio destruit, non ędificat. *ib.* priùs corripiat, quàm puniat: & hoc inuitè. *ib.* primò peccanti remittat, non tam facilè secundò. *ib.* nimia eius remissio damnosa. *ib.* qualiter ad bonos loquatur, & ad obstinatos. *ib.* austerus, peiores subditos facit. *ib.* & leo sit & agnus. *ib.* austerus arguitur. *ib.* discretus esto, at non minùs cum eo subditi. *ib.* pro communitatis vnione ad aliqua conniueat. *ib.* non sit iracundus, litigiosus &c. *ib.* non sit turpis lucri cupidus. *ib.* u. secularibus non se immisceat. *ibid.* periculum subit multa omittendi & committendi quoad se. *ib.* x. pręlationis

pote-

potestas cur dicatur potestas peccandi. *ib.* pluribus à Deo indiget, quàm cęteri. *ib.* sibi caueat, deinde gregi, & hoc propter scandalum. *ib.* scientiam eorum habeat, quę ad suum spectant munus: aliàs peccat. *ib.* y. Prçlati cur stellę. *ib.* cur Soli Prçlatus comparetur. *ib.* etiam mali doctrina excipienda. *ib.* quid edoceat. *ibid.* *Pastores & Doctores* non perperam ab Apostolo iunguntur. *ib.* soli Prçlato competit ex officio prędicare, vel illius commissione. *ib.* Christi exemplo ad discipulos, clero & religiosis sermocinentur Prçlati. *ib.* cur his prędicetur sedendo, turbis stando. *ib.* quid scire debeat Prçlatus. *ib.* duobus fit ad docendum idoneus. *ib.* quęnam ei studii materia. *ib.* prçlationis incapax qui nescit proponere verbum Dei. *ib.* subditorum peccata ne dissimulet. *ib.* z. aliàs sibi imputantur. *ib.* dissimulans videtur annuere. *ib.* dissimulatio ex pusillanimitate, quę peccatum est. *ib.* ne sit negligens in regimine. *ib.* a. aliàs debitor efficitur Deo de culpis subditorum. *ib.* vinitor, qualis ipse, cultum non negligit. *ib.* operarius mercenarius bonus describitur, qualis Prçlatus. *ib.* Prælati cur Angeli. *ib.* an tempore persecutionis ei liceat Ecclesiam deserere. *ibid.* tanquam bonus agricola laboret, non torpescat. *ib.* tanquam pastor inuigilet super gregem suum. *ib.* b. triplex boni Pastoris officium. *ib.* requirat perditas oues, & reducat. *ib.* Prælatus cur sal. *ib.* gregem pascat tripliciter. *ib.* non tondeat, vel excoriet. *ib.* à triplici lupo defendat. *ib.* tripliciter aliqui Ecclesiam deserunt. *ib.* vt gregem dispergat, sibi insidiatur lupus Auernus. *ib.* c. decertet vt miles Christi. *ib.* talis quis tripliciter. *ib.* spontanea prçlatorum obligatio. *ib.* eorum sapientię & fortitudinis figura in lege veteri. *ib.* columnę sunt & crura Christi. *ib.* debet pro spirituali salute gregis vitam ponere. *ib.* summoperè ei vigilandum. *ib.* d. ideò sobrius esto, non gulosus &c. *ib.* quorsum vigilet. *ib.* specialiùs quia de animabus subditis rationem redditurus. *ib.* in vtraque vita exercendus, & omni virtutum genere. *ib.* sequester inter Deum & subditos. *ib.* cur Prçlati *mala punica*. *ib.* tenetur subditos ad perfectionem adducere. *ib.* eius gloria, subditi boni. *ib.* mali, vituperium. *ib.* vnde laicis odiosus reddatur. *ib.* mali Prçlati arguuntur. *ib.* e. maiores & minores suo muneri diligenter incumbant. *ib.* visitatio inculcatur subditorum. *ib.* minę in Prçlatos negligentes. *ibid.* obligat se Christo Prælatus pro subditis. *ib.* bono pascat exemplo subditos, non scandalo perdat. *ib.* f. omne plebis bonum & malum à bono vel à malo Prçlato. *ib.* cur oculus dicatur. *ib.* priùs exemplo instruat, quàm verbo. *ib.* in quibus prçfectum bonum prębeat exemplum. *ib.* Prçlatorum primum exemplar Christus, populorum Prçlati. *ib.* non facit subditus quod & Prçlatus negligit. *ib.* Prçlati claustrales notantur. *ib.* maximum in prçlatione periculum. *ib.* Canones maiorem pœnam iniungunt pro Prçlatorum culpis, quàm cęterorum. *ib.* plura in Prçlato exiguntur, vt bene prçsit. *ib.* g. sit fidelis & prudens. *ib.* cur dicatur seruus. *ib.* non multiplicet pręcepta. *ib.* quid, Episcopum esse *ornatum, pudicum*. *ib.* virtutes potissimùm necessarię sacris ministris. *ib.* quatuor debent habere Prçlati. *ib.* tria eis incumbunt. *ib.* obedientia, scientia, gratia eis necessarię. *ib.* triplex in Prçlato integritas. *ib.* non eligatur nisi vicerit Mundum, carnem, diabolum. *ib.* h. habeat *nomen Dei nouum*, & quomodo. *ib.* bonus Prçlatus duplici honore dignus. *ib.* reuerendus & obsequendus. *ib.* non tangendus, nec obiurgandus, nec ei detrahendum. *ib.* bonę sit famę. E. X. i. conuersatio totius congregationis ex Prçlato iudicatur. *ib.* triplex inter bonum & malum Pastorem differentia. *ib.* malus Pastor idolum, immò nihil. *ib.* quis malus Prçlatus. *ib.* Clerici, & Religiosi Lunę, Prælati Soli comparantur. *ib.* triplex horum differentia. *ib.* tametsi mali, reuerendi ex triplici ratione. *ib.* l. in bono, non ita in malo imitandi. *ib.* an mali prçlatio à Deo sit. *ib.* tria in prælatione considerantur. *ib.* indigni quandoque assumuntur in pœnam subditorum. *ib.* punitur interdum & Prçlatus propter peccata subditorum. *ib.* & quonam sensu. *ib.* nec tamen ob scandalum puniri publicè debet. *ib.* punietur tamen acerbiùs in futuro seculo. *ib.* m. Dei ad malos redargutio in die iudicii. *ib.* quos & propria conscientia condemnabit. *ibid.* quid agat subditus cum malo Prçlato. *ib.* bonorum in Ecclesia Prçlatorum commendatio. *ib.* maior proximorum infectio à malis Prçlatis. E. XVIII. o. mali honorantur non propter excellentiam virtutis, sed dignitatis. H. II. l. Vide *Ambitio*, *Doctor*, *Episcopus*.

PRÆSTIGIVM.

Quid. D. XX. a. & XXIV. o.

PRÆSVMPTIO.

Minus peccatum, quàm desperatio. D. XVII. q.

PRIMITIÆ.

Differentia inter primitias, decimas, oblationes, & sacrificia. D. V. o. quid primitiæ. *ib.* quid de earum solutione in vtraque lege. *ib.* q.

PRINCEPS.

Sicut decimæ Sacerdotibus, ita tributa Principibus debentur. D. VI. z. Principis quodam proprium præmium. *ib.* qualiter tributa accipiat. *ib.* ei timor debetur & honor. *ib.* iuxta illius indigentiam ei à populo tribuendum. *ib.* a. à Principibus ex priuilegio clerici à tributis alicubi eximuntur. *ib.* b. aliàs eximitur nemo. *ib.* c. Deo & Principibus tributa negamus, Diabolo tyranno soluimus. *ib.* Vide Tomo III.

PRINCIPIVM.

Nomen principij in diuinis assumitur, non ita nomen causæ. D. X. o. in quo hæc ab eo differat. *ib.*

PROPHETA, PROPHETIA.

Duplex prophetiæ modus. D. XIV. i. in quo differat à diuinatione. D. XXIV. o. prophetæ dæmonum cur aliquando vera prænuncient. *ibid.* p. verus propheta quis. *ib.* r. non omnes, prophetæ Dei. D. XXIX. q. quo tempore prophetias de Christo scripserint Isaias & Oseas. *ibid.* prophetis omnibus Ioannes antefertur. I. VIII. f. triplex prophetia, comminationis, prædestinationis, & præscientiæ. I. XIX. m. z. an prophetæ comminantes noscant, eam esse prophetiam comminationis. *ib.*

PROPITIATORIVM.

Quid, & quid signet. E. II. q. *Christi figura*. *ib.*

PROVIDENTIA.

Quid sit. D. XV. f. plura includit. *ib.* in quo differat à gubernatione. *ib.* prouidentia hominis subdiuina. *ib.* x. prædestinatio, eius pars. D. XVI. a.

PSALMVS.

Psalmum 118. cur Ecclesia quotidie recitet. D. IV. h. cur Psalmi Dauid frequententur in Ecclesia. D. XVII. u. Psalmorum & Iob libri metricè conscripti. D. XXX. a. Vide *Cantus Ecclesiasticus* Tomo I.

PSALTERIVM.

Quid literaliter & mysticè. D. IV. n. Vide *Cantus Ecclesiasticus* Tomo I.

PVBLICANI.

Quinam sint. D. VI. a. eorum officium difficulter sine peccato exercetur. *ib.* publici peccatores. *ib.*

PVERI.

Num æqualiter pœnam damni subeant hi, decedentes sine baptismo, & damnati. D. II. d.

PVLCHRITVDO.

Duo ad pulchritudinem requisita. D. XIV. l. pulchritudo Vniuersi. *ib.* species in quo differat à decore. *ib.*

PVR-

Digitized by Google

INDEX.

PVRGATORIVM.

Ejus figura. D. VII. d. necessitas. *ib.* an ibi possit deleri peccatum veniale, & quomodo. *ib.* e. duplex ibi pœna, sensus & damni. *ib.* f. pœna ibi major omnibus in Mundo. *ib.* etiam Christi passione. *ib.* pœna sensus ibi per ignem. *ib.* g. an ibi purgandi, in fine Mundi morituri. *ib.* h. error Græcorum de Purgatorio. *ib.* vbi situm. *ib.* i. situs hujus conuenientia. *ib.* duplex Purgatorium. *ib.*

PVRPVRA.

Ex concharum sanguine. D. XXVII. u. in diuitibus pauperum sanguinem signat. *ib.*

PVSILLANIMITAS.

Peccatum est, sicut ex alio extremo præsumptio. E. IX. z. inuidiæ radix. I. VII. l.

PYTHON.

Quis, & vnde dicatur. D. XXIV. o. diuinatio per pythones quid. *ib.*

Q.

QVADRAGESIMA.

Vide *Jejunium*, *Numerus.*

QVINQVAGESIMVS.

Vide *Indulgentia*, *Iubilaus*, *Numerus.*

R.

RACHA.

Quid signet. I. XI. o.

RAPINA.

Vide *Furtum*.

RATIO.

In apprehensione rationis speculatiuæ primum principium indemonstrabile quid. D. IV. r. quid in ratione practica. *ib.* ratio mystice vir, voluntas mulier. F. II. e. an in ratione sit peccatum. I. III. r. ordo rationis in ira tripliciter attenditur. I. XI. m.

REGVLARES, RELIGIOSI.

An ad decimas teneantur. D. V. t. & ad tributa. D. VI. b. studio literarum etiam secularium laudabiliter vacant. D. XXX. b. habent statum perfectionis. E. VIII. h. in eis non præexigitur perfectio, sicut in Episcopis. *ib.* eorum statu perfectior status Episcoporum. *ib.* Regulares Prælati notantur. E. IX. f. eorum scandalum grauius. E. XVIII. f. cur piscibus vt in pluribus vtantur. I. II. i. vnde dicantur *fratres*. I. X. b. Vide *Prælatus*, *& Religiosus* Tomo III.

RELIGIO.

Prima justitiæ pars. D. IV. a. Religio dicitur cultus diuinus. E. II. f. vnde dicatur. *ib.* t. virtus est, non theologica, sed moralis. *ib.* quatuor nominibus appellatur. *ib.* distincta virtus à pietate. *ib.* cæteris virtutibus moralibus præfertur. *ib.* duplices ejus actus. *ib.* actus illius præcipui, oratio & adoratio. *ib.* u. sicut & deuotio. *ib.* ad eam pertinet sacrificium offerre. *ibid.* x. est quædam superexcellens pietas, & gratitudo. G. X. f. Vide *Cultus diuinus*, *Ecclesia*, *Pietas* Tomo III.

REQVIES.

Triplex. D. IX. d. vera in solo Deo. *ib.*

RESTITVTIO.

Quid, & vnde dicatur. F. VIII. l. est actus justitiæ commutatiuæ. *ib.* justitiæ inæqualitas vel in rebus, vel in actionibus & passionibus. *ib.* reparatio inæqualitatis in rebus dicitur restitutio: in actionibus & passionibus satisfactio. *ib.* restitutio ablati de necessitate salutis. *ib.* quantum restitui debeat. *ib.* aliud inæqualitas rei, aliud injustitiæ culpa. *ib.* propter hanc, plus quàm abstulit, reddit in judicio fur. *ibid.* soluit in persona qui non habet in bonis. *ib.* extra judicium reddat quod & quomodo potest, & compenset. *ib.* ad restitutionem tenentur & damnificantes: quod dupliciter contingit. *ib.* m. non æqualiter vtrunque damnum compensandum. *ib.* ei restitutio facienda, cui ablatum est. *ib.* si sit dominus incertus, pauperes sunt heredes. *ib.* si mortuus sit, reddendum heredibus. *ib.* si multùm distet, quid agendum. *ib.* an restituendum, quando restitutio cedit in graue damnum aut ejus, cui redditur, aut alterius. *ib.* duo in furto consideranda, scilicet res accepta, & acceptio. *ib.* n. rei acceptio tripliciter se habet. *ib.* quicunque est causa injustæ acceptionis, quamuis non acceperit, ad restitutionem tenetur. *ib.* tripliciter quis potest esse causa directè. *ib.* qualiter indirectè. *ib.* quinam, vt causæ, ad restitutionem obligentur. *ib.* vno restituente, an alij deobligentur. *ib.* filius furis secundùm jura canonica obligatur pro furto patris. *ibid* o. restitutio parentum subuentioni præfertur, nisi in casu extremæ necessitatis &c. *ib.* statim facienda, nec detinendum alienum. *ib.* impotens tenetur dilationem vel remissionem petere. *ib.* raro, qui rapuit, perfectè restituit. *ib.* Vide *Detractio*, *Furtum*, *& Lingua* Tomo III.

RESVRRECTIO.

Quanam hora communis erit resurrectio. I. XVIII. o. in momento (quod dupliciter sumitur) resurgemus, & omnes simul. *ib.* a. triplex causa ad omnem resurrectionem concurrit. *ib.* Vide *Christi Resurrectio* Tomo I.

REVERENTIA.

Non est idem quod honor. H. II. m. est actus timoris, in quantùm hujusmodi. *ib.* multipliciter accipitur. *ib.* Vide *Honor*, *Obseruantia.*

RIXA.

Quid, & in quo differat à discordia. I. XI. p. Vide *Contentio*, *Discordia*, *Litigium*.

ROMANI.

Eorum commendatio in electionibus. E. IV. n. Romanum Imperium adhuc perseuerat, in spirituale commutatum. *ib.*

S.

SABBATVM.

Præceptum de illius obseruatione partim morale, partim cæremoniale. D. IV. f. & F. I. r. quid in eo, vt morale est, præcipiatur. D. IV. f. cur eidem præcepto addatur memoria. *ib.* & D. XII. a. & F. I. t. Sabbatum quid signet, & ejus obseruantia. D. XII. a. & F. I. t. cur solum nominetur in præcepto de festo colendo. *ib.* radix sanctificationis Sabbati. *ib.* non cessauit vt præceptum morale in noua lege. *ib.* cur præceptum factum. *ib.* u. quare B. Virgini nunc consecratum. *ib.* rigorosa illius in veteri lege obseruantia. *ib.* ei successit Dominica in lege noua. *ib.* x. quænam opera violent, vel non violent Sabbatum. *ib.* z. plura Iudæi Sabbata habebant. I. IV. u. Vide *Festus dies.*

SACERDOS.

Sequester & medius inter Deum & populum. D. V. p. Sacerdotibus debentur oblationes, & quomodo distribuendæ. *ib.* an possint in vsum cedere laicorum. *ib.* de quibus soluendæ, & quantum. *ib.* q. eis & decimæ per se debentur. *ib.* t. tenentur ex decimis & pauperes alere. *ib.* x. quidam, vt Pharisæi, de minimis etiam exigunt decimas, at grauiora legis non curant. *ib.* an à tributis exempti. D. VI. b. Sacerdotali officio adnectitur scientia legis. D. XXVIII. f. & E. I. n. sanctitas in eo requisita. E. II. b. ex eorum malo exemplo peccata popu-

Digitized by Google

populi. *ib.* e. ipse & Episcopus diuersimodè Christum repræsentant. E. VIII. o. Sacerdos fornicator assimilatur Iudæ. E. XV. u. Vide *Clericus* Tomo I. *Missa* Tomo III.

SACRAMENTA.

Respondent septem virtutibus, tribus Theologicis, & quatuor Cardinalibus. D. XIV. o. arma contra diabolum impugnantem. D. XXI. t. quorsum instituta. E. XI. n. omnia de latere Christi. *ib.* p. eorum formæ ex traditione Ecclesiæ, non ex Euangelio. *ib.* r. Eucharistia omnium nobilissimum. E. XIII. d. quomodo causent gratiam. G. IV. a. eorum virtus ex tribus. I. XXIII. o. Vide Tomo III.

SACRIFICIVM.

Differentia inter sacrificia, oblationes, primitias, & decimas. D. V. o. sacrificium vnde dicatur. *ib.* est de lege naturæ in communi. *ib.* quid propriè. *ib.* duplex sacrificium. *ib.* ad virtutem Religionis spectat. *ibid.* Adam & Isaac cur non legamus sacrificium obtulisse. *ibid.* & E. II. a. turpia Priapi sacrificia quæ. E. II. q. quid sacrificium. *ib.* s. soli Deo debetur. *ib.* exterius sacrificium signat interius animæ. *ib.* naturaliter homo sacrificium Deo facit. *ib.* sacrificiorum in veteri lege causa duplex. *ib.* quænam veteris legis sacrificia. *ibid.* quibus vnum respondet in noua lege Christi in Cruce sacrificium. *ib.* Deum per sacrificia colimus, non propter ipsum, sed propter nos. *ib.* cur thus in eis adhiberetur, & modò in Ecclesia. *ib.* exterius sacrificium Deo in Templo offerendum. *ib.* e. quid & qualiter Deo in sacrificium offerendum sit. *ib.* optimum & immaculatum offeratur. *ib.* deteriora, ei reddimus & donamus. *ib.* triplex hominis sacrificium. *ib.* f. corporis item triplex. *ib.* quatuor in hoc consideranda. *ib.* in corporali propter Deum afflictione mensura adhibenda: in actibus interioribus non ita. *ibid.* Vide *Ecclesia*, & Tomo III.

SADDVCÆI.

Quinam essent, & eorum error. I. XIV. c. Vide *Iudæi*.

SAL.

Discretionem signat. E. II. e. & I. I. c.

SAMARITANI.

Quinam essent, & vnde. I. XIV. c. & h.

SANCTI.

Eorum reliquias an liceat secum deferre. D. XXIV. z. ipsorum canonizatio qua certitudine tenenda. E. I. n. quali adoratione, sicut & Angeli, adorandi. E. II. y. an eorum corpora & reliquiæ. *ib.* error Vigilantij de adoratione Sanctorum. *ib.* eorum etiam imagines licitè adorantur. *ib.* z. imaginum vsus ex traditione Apostolica. *ib.* de earum adoratione ratio triplex. *ibid.* vna potissima. *ib.* imagines fieri non est vetitum, sed ne colantur vt dij. *ib.* clara de hoc exempla. *ib.* Vide *Iusti*, & Tomo III. *Sanctorum intercessio*.

SANITAS.

In quo consistat. D. XXVIII. d.

SAPIENTIA.

Differentia inter eam, & scientiam. D. XIV. g. Sapientiæ donum in nobis exigitur ad cœlestem sapientiam participandam. *ib.* p. quid sit hoc donum. *ib.* (& D. XXVIII. a. & f.) quis sapiens in aliquo genere, quis simpliciter. *ib.* doni Sapientiæ incapax peccator. *ibid.* sapientia habet causam in voluntate, sed essentiam in intellectu. *ib.* hanc à Deo per Christum habemus. *ib.* terrena sapientia describitur, quam quærimus, cœlesti despecta. *ib.* damnatur illa. *ib.* Sapientiæ cœlestis conditiones expenduntur, quibus octo respondent beatitudines. *ib.* Sapientia siue doctrina cœlestis dicitur aqua, vinum, lac, & pluuia. D. XXVIII. e. Vide *Doctrina*, *Doctor*.

SATISFACTIO.

Defuncti non possunt pro se satisfacere. D. IX. p. vnus potest pro alio satisfacere, & viuentes pro defunctis. *ib.* dupliciter opus vnius potest alteri valere. *ib.* pœna medicinali non potest vnus pro altero satisfacere. *ib.* satisfactionis tres partes. *ib.* x. pœna satisfactoria ad duo est. *ib.* p. Vide Tomo III.

SCANDALVM.

Specialiùs ad tartara ducit. D. III. p. Majorum peccata ex eo aggrauantur. E. XVIII. f. quid sit, & vnde dicatur. *ib.* g. differt ab offendiculo. *ib.* scandalum ponens dat occasionem, non propriè causam ruinæ. *ib.* non solùm à malis operibus cauendum, sed & ab habentibus speciem mali. *ib.* quid scandalum actiuum, quid passiuum. *ibid.* h. an vnum sine altero. *ibid.* num vtrumque sit speciale peccatum. *ib.* actiuum duplex. *ib.* an semper mortale. *ib.* dupliciter quis patitur scandalum passiuum. *ib.* i. an hoc in viris perfectis. *ib.* num spiritualia propter scandalum dimittenda. *ib.* l. scandalum Pharisæorum contemnendum: non ita pusillorum. *ib.* propter primum non est veritas dimittenda. *ib.* m. alitèr propter secundum. *ib.* ita & de dimissione temporalium. *ib.* exponitur illud: *Necesse est, vt veniant scandala*. *ib.* duplex necessitas. *ib.* occultè peccantes tolerat Deus, non ita publicè & scandalosè. *ib.* n. qui temporaliter puniuntur etiam in posteris. *ib.* & post mortem æternaliter. *ib.* hi vrbium & regnorum spirituale excidium, & temporale. *ib.* o. Vide *Episcopus*, *Exemplum Majorum*, *Prælatus*.

SCENOPEGIA.

Vnde dicatur. E. VI. c. festum erat solemne, ad collectas pro pauperibus faciendas institutum. *ib.*

SCHISMA.

Opponitur per se vnitati Ecclesiæ. F. V. q. ex quo ab hæresi distinguitur. *ib.* nullum schisma est, quod aliquam non confingat hæresim. *ibid.* quinam propriè schismatici. *ib.* non est grauius infidelitate peccatum. *ib.* sed maximum inter peccata in proximum. *ib.* Vide *Hæresis*, *Infidelitas*.

SCIENTIA.

Donum Spiritus Sancti quid. D. XXVIII. a. & c. quo sensu & ad operationem ordinatur. *ib.* a. ad quæ se extendat. *ib.* non est sine charitate. *ib.* b. dupliciter contingit scire. *ib.* verè scit qui charitatem habet. *ib.* perfectè scientis conditiones. *ib.* charitas cum scientia necessitas. *ib.* an scientia vt donum ad vtramque vitam pertineat. *ib.* c. scientia duplex, donum scilicet & gratia gratis data. *ib.* scientia legis sacerdotali officio adnexa. *ib.* f. scientia Christianæ veritatis sine fide & morum honestate non habetur. *ib.* i. huic opposita, terrena est, animalis, diabolica. *ib.* Vide *Doctrina*, *Doctor*.

SCRIPTVRA SACRA.

Tripliciter deprauatur. D. XXI. o. (& F. V. m.) cur dicatur libellus apertus. D. XXIX. n. cur sancta dicatur. *ib.* q. ejus deprauator hæreticus. F. V. m. sacra Scriptura cur altera vocetur. *ib.* sublata ejus intelligentia in pœnam Iudæis. I. XV. q. quam & deprauant. *ib.* r. væ deprauantibus. *ib.* Vide *Euangelium*, *Lex vetus & noua*, & Tomo III.

SCVRRILITAS.

Quid, & cujus vitij filia. G. XII. o.

SENECA.

Ejus de dilectione inimicorum Christiana sententia. D. XXIII. l.

SENEX.

Sexagenarij & pueri à jejunio dispensantur: & quare. I. II. l. senes cur suspiciosi. I. XVII. i.

Digitized

INDEX:

SEPVLCHRVM.

An liceat vendere aut emere. D. VIII. l. monumentum vnde dicatur. *ib.* m. an juuet defunctos sumptuosum. *ib.* non omnino reprobantur Mausolæa. *ib.* o. at in vanum, si bona absint opera. D. IX. c. Vide *Defuncti.*

SERPENS.

An liceat serpentes incantare. D. XXV. a. primum diaboli instrumentum ad hominem decipiendum. *ib.* serpentem Christum aliqui æstimarunt. E. XI. q.

SIMON MAGVS.

Ejus error circa creationem. D. XII. x.

SOBRIETAS.

Valet contra tentationes diaboli. D. XXI. r. sicut & abstinentia. *ib.* t. sobrius quid signet ex etymo. G. XII. f. Vide *Gula*, & Tomo III.

SOL.

Ejus in hæc inferiora generalis causalitas. D. XV. f. ejusdem benefica virtus. D. XVI. b. duplex ejus effectus præter cæteros. *ib.*

SOMNIVM.

Somniorum diuinatio quid. D. XXIV. o. illicita. *ib.* r. eorum causa duplex. *ib.* interior duplex, sicut & exterior. *ib.* quænam somniorum causæ sint vel non sint causæ futurorum euentuum. *ib.* quænam licita vel illicita per somnia diuinatio. *ib.*

SOMNVS.

Quid, & in quo differat à sopore. D. XXIV. r. cur sensus in dormientibus ligetur, & de somniorum qualitate. *ib.*

SORS.

Diuinatio per sortes an licita. D. XXIV. t. triplex in sortibus peccatum vitandum. *ib.* sors triplex, & an eis vti liceat. *ib.* cur gratia diuinæ electionis dicatur sors. *ib.* Vide *Diuinatio.*

SORTILEGIVM, siue PER SORTES DIVINATIO.

Quid. D. XXIV. o. & t.

SPATVLAMANTIA.

Quid, & vnde dicatur. D. XXIV. o.

SPES.

Vide *Desperatio.*

SPIRITVS SANCTVS.

Procedit vt Amor. D. XVIII. e. à Patre & Filio procedit. *ib.* quo sensu principaliter à Patre. *ib.* g. ab vtroque tanquam ab vno principio. *ib.* h. quomodo quis dicatur in Spiritum Sanctum peccare. *ib.* l. Spiritus Sanctus scriba. D. XXIX. o. cur dicatur spiritus nouus. G. VIII. y. sanctificationis donum, quia procedit vt Amor. *ib.* Vide *Donum.*

S. STEPHANVS.

Orat pro inimicis. D. XXIII. c. qualis in eo gratiæ plenitudo. G. V. g.

SVFFRAGIVM.

Vide *Defuncti.*

SVPERBIA.

Ex ea duritia cordis in pauperes. E. V. z. duæ ejus species præcipuæ. G. I. h. opponitur humilitati. H. III. f. quo sensu & magnanimitati. *ib.* variæ inter eam & humilitatem differentiæ. *ib.* Vide *Gloria*, *Iactantia.*

SVPERSTITIO.

Quid sit, & vnde dicatur. D. XXIV. m. & o. eius species. *ib.* m. superstitio diuinatiua quid. *ib.* & in seqq. in Deo, non in dæmone confidendum. D. XXV. b. quid generaliter sit vel non sit superstitiosum & vanum. *ib.* superstitiosi odiuntur à Deo. ib. Vide *Diuinatio*, *Obseruatio vana.*

SVSPICIO.

Mala suspicio ex tribus. I. XVII. i. senes cur suspiciosi. *ib.* triplex suspicionis gradus. *ib.* quando veniale, aut mortale peccatum. *ibid.* suspicio triplex. *ibid.* Vide *Iudicium temerarium.*

SYMBOLVM.

Quid importet. F. III. r. duplex symbolum fidei. *ib.* Nicænum post Apostolicum est præcipuum. *ib.* cur Apostolicum occultè, illud publicè cantetur. *ib.* ad quem ejus editio spectet. *ibid.* Symbolum Athanasij an verè Symbolum. *ib.* in omnibus Symbolis eadem fidei veritas, sed plenius in vno, quàm in alio explicata. *ibid.* Vide *Fides infusa.*

SYNAGOGA.

Vxor Christi, & Ecclesiæ quodammodo mater. E. I. a. eius & Ecclesiæ eadem doctrina. *ib.* Ecclesiæ super illam præstantia. *ib.* & g. in ejus & Templi locum nostra succedit Ecclesia. E. II. p. Vide *Ecclesia*, *Iudæi*, & *Lex vetus* Tomo III.

SYNESIS.

Quænam virtus. I. XVI. u.

T.

TACTVS.

Duplex, spiritualis, & corporalis. D. II. e. tactus leprosi in veteri lege prohibitus, & inducebat immunditiam irregularitatis. I. XIII. y. & a.

TALMVD.

Fabulosum quid. I. XIV. e. quæ in eo deliramenta contineantur. *ibid.*

TEMERITAS.

Quid importet. F. VI. b. immoderatè audax, temerarius est, non fortis. *ib.* in quo differat à præcipitatione. *ib.*

TEMPLVM.

Tripliciter dicitur Deus in templo habitare. D. XIII. e. templum Dei, anima justi. D. XIII. d. & e. dupliciter hoc templum violatur. *ib.* e. væ violantibus *ib.* quatuor ad vsum templi. *ib.* templum vnde dicatur, & quorsum fiat. E. II. p. domus Dei quo sensu. *ib.* locus non est de necessitate orationis, sed ad bene esse. *ib.* non propter Deum, sed propter homines, templum. *ib.* Ecclesię nostrę super vetus templum præeminentia. *ib.* soli Deo consecratur: ex quo vnum templum erat & tabernaculum. *ib.* cur plura in noua lege. *ib.* Ecclesia nostra & in templi succedit locum & synagogæ. *ib.* conuenienter consecratur. *ib.* r. an necessariò. *ib.* consecrationis hujus quis effectus. *ib.* per ingressum Ecclesiæ consecratæ remittuntur venialia. *ib.* dedicationis ejus festum. *ib.* locus est, ad orandum & adorandum determinatus. *ib.* u. non propter Deum, sed propter adorantes. *ib.* cur in veteri lege ad Occidentem, in noua ad Orientem adoremus. *ib.* in eo sacrificium offertur. *ib.* a. & b. idcircò summa reuerentia colendum. *ib.* quid reuerentia hæc. *ib.* hujus exemplum. *ib.* cum timore ingrediendum, & Deus adorandus. *ib.* væ templum violantibus. *ib.* zelandum cum Christo pro Templo Dei. *ib.* in profanatores exempla. *ib.* maximum scelus profanatio. *ib.* violatur & per alia peccata templum. *ibid.* contra profanatores moralitates. *ib.* c. templum peccato-

Digitized by Google

catoribus asylum, si pœniteant, vbi diuinam sentiunt misericordiam. ib. d. Dei graues minæ in profanatores. ib. in templo preces & vota Deus libentiùs exaudit. ib. Deum ibi colentes, veluti delectamus. ib. templo zelotes assistit. ib. moderneq; Templi abominationes quæ. ib abominatio templi propter peccata populi. ib. primò ad templum, aliò deinde eundum est. ib. e. Ecclesiæ solemnitates, in Templo, Christi exemplo celebrandæ. ib. g pauci eas spiritualiter celebrant. ibid. plura peccata occasione solemnitatum committuntur in Templo, quàm extra. ibid. ibi diaboli triumphus. ib. templi consecratio solemniùs, quàm aliarum rerum, & Sanctorum, celebratur. ib. cur festum celebretur dedicationis Ecclesiæ. ib. vetus templum ter Ierosolymis consecratum. ib. triplex templum, in quo Deus inhabitat. ib. h. homo per fidem & charitatem templum Dei. ibid. triplex templum & altare. ib. væ templum Dei, quod est anima, violanti. ib. non polluendum, sed virtutum actibus exornandum. ib. ad templorum erectionem aut restaurationem libenter contribuendum. ib. Iudæorum in hoc, sed non minor & Christianorum deuotio. ib. detestatur aliquorum incuria Parochorum in templi custodia. ib.

TENTATIO.

Alia est tentatio carnis, alia Mundi, & diaboli. D. XXI. m. septemplex dæmonis. ib. triplex tentatio per pluuiam, flumina, ventos exprimitur. ib. n. tentatio ex hominis culpa. ib. r. qualiter tentationibus resistatur. ib. & f. & quibus armis. ib. t. tentati, si cadunt, non excusantur. ib. f. multa peccata sine tentatione committuntur. ib. z. tentationes diaboli præuenimus. ib. aliud à tentatione non vinci, aliud vincere tentationem. ib. tentationi & justi subjecti. I. XXV. e. Vide *Adam*, *Christi Tentatio*, Tomo I.

TENTATIO DEI.

Quale peccatum. D. XXIV. z. Vide *Christi Tentatio*, Tomo I.

TERRA.

Ejus mirabilis productio. D. XIV. m. per eam mali significantur. D. XXI. e.

TERTVLLIANVS.

Ejus error circa Deum. D. X. i.

TESTIS.

Duo, vel tres in judicio exiguntur. I. XVI. d. ratio de hoc literalis & mystica. ib. nemo potest esse simul judex & testis. ib. an quilibet teneatur testem agere. ib. quinam à testificando repellantur. ib. falsus testis dupliciter punitur, sicut accusator, propter duplicem injuriam. ib falsum testimonium triplicem habet deformitatem. ib. grauiter puniendum. I. XXI. y. Vide *Iudex*, *Iuramentum*.

THEOSEBIA.

Quid. E. II. c.

S. THOMAS AQVINAS.

Pro sapientia comparanda ad orationem jejunium adhibebat. D. XXVIII. h. exemplum Doctoribus factis, ne aliam præter Deum expetant mercedem. ib.

THVS.

Cur adhiberetur in sacrificijs veteris legis, & modò in Ecclesia. E. II. a. quid signet. ib.

TIMOR.

An in damnatis. D. III. m. timor de malo futuro, tristitia de præsenti. ib. decapitandi timorem non habeat, sed tristitiam, & cur. ib. timor debetur Principibus. D. VI. z. quid importet. F. VI. t. circa timores est fortitudo. ib. cui timor opponitur. ib. a. in timentibus cur tremor. ib. timoris effectus in corpore. ib. timentium cor calor deserit: ex quo tremor. ib.

TITVS.

Vir mitissimus in Iudæos tempore obsidionis & destructionis Ierusalem. I. XV. p.

TRAIANVS.

An de Inferno liberatus. D. I. f. ei successit in Imperio Adrianus. I. XV. p.

TRANSGRESSIO.

Vnde dicatur. D. IV. d. inter ipsam & omissionem differentia. ib. an grauior omissione. ib.

TREMOR.

Diuersimodè accidit in audacibus & timentibus. F. VI. a. ex quo causetur. ib.

TRIBVLATIO.

Excitatio ad tribulatos. G. II. p. tribulatio via est ad gloriam æternam. G. III. t. per tribulationes purgatur anima, vt in eam ingredi digna sit. ib. leues eas facit consideratio gloriæ cœlestis. ib. u. Vide Tomo III.

TRIBVNAL.

Vnde dicatur. I. XIX. x. quodnam apud Romanos Tribunorum officium. ib.

TRIBVTVM.

Debetur Principibus, sicut decimæ Sacerdotibus. D. VI. z. vnde dicatur. ib. differentia inter tributum & censum. ib. ex Principum priuilegio clerici à tributis eximuntur. ib. b. exemplo Christi, quamuis liberi, tributa soluenda Principibus. ib. quia Christus liber, non ideò omnes Christiani eximuntur, sed solùm Apostolicam vitam sectantes, cum non habeant quod reddant. ib. Deo & Principibus tributa negamus, diabolo tyranno soluimus. ib. c.

TRINITAS DIVINA.

Vide *Deus Trinus*.

TRISTITIA.

De malo præsenti, timor de futuro. D. III. m. ejus objectum. I. VII. f. quadruplex tristitia. ibid. qualis inuidiæ. ib.

TVBA.

Quid in judicio vniuersali signet. I. XIX. a. in veteri testamento ad quatuor adhibebatur: ita & in judicio. ib. Vide *Iudicium vniversale*.

V.

VADIANI, siue ANTHROPOMORPHITÆ.

Eorum error circa Deum. D. X. i.

VECTIGAL.

Quidnam sit. D. VI. z.

VENETI.

Perpetua ipsorum justitia commendatur. I. XVI. f. Vide *Bellum* Tomo I.

VENIA.

In quo differat à misericordia & clementia. D. XVII. m. Vide *Misericordia*.

VERBVM DEI.

An liceat sacra verba ad collum suspendere. D. XXV. x. verbum Dei vbique absque locorum differentia annuncietur. D. XXIX. q. quid sit, illud adulterare. D. XXX. x. & d. verbum alicujus tripliciter potest esse

Digitized by Google

INDEX.

gratiosum, quale Christi fuit. *ib.* e. verbum Dei, bonum, honestum, vtile, delectabile. D. XXXI. p. multipliciter vtile. *ib.* gladius. *ib.* vis & virtus ejus. *ib.* ignis. *ib.* q. juuat ad excitandam charitatem. *ib.* aqua salutaris. *ib.* fidele & acceptabile. *ib.* semen. *ib.* r. comparatio inter diuinum Verbum, & verbum prædicationis. *ib.* semen hoc sæpe diabolus tollit, vel impedit, ne seminetur. *ib.* semen est gratiæ & gloriæ. *ib.* filios Dei efficit. *ib.* ex eo aliquid participamus diuinitatis. *ib.* panis vitæ, & æternæ. *ib.* f. solus hic panis & cibus animam saturat. *ib.* aliqui comedentes cur non saturentur. *ib.* vinum & lac *ib.* exhilarat & sanat. *ib.* differentia inter panem hunc spiritualem, & corporalem. *ib.* Filius Dei cur panis vitæ. *ib.* maneat hoc semen in nobis, & quadrupliciter. *ib.* t. quid exigatur, vt maneat. *ib.* amarum & dulce, & quibus. *ib.* tripliciter ab Apostolo commendatur. D. XXXII. p. promptè ac libenter audiendum. *ib.* illius auditione delectantur Christus, Angeli, & Beati. *ib.* quia veritatem aperit, ægrè auditur, & cum odio ad dicentem. *ib.* x. aliquibus sermo durus. *ib.* luxuriosis præsertim. *ib.* & Deum non diligentibus. *ib.* subtrahendum obstinatis. *ib.* y. ad insensibilia prædicandum, ex quo non audiunt homines. *ib.* nedum audiendum verbum, sed & faciendum. *ib.* z. væ non audienti. *ib.* & a. quinam audiant. *ib.* c. cur non intelligatur, nec fructificet. *ib.* aliquibus in derisum. *ib.* d. sinistrè interpretatur, & extorquetur. *ib.* lucerna, semen, thesaurus. *ib.* e. quomodo verè audiatur & cum fructu. *ib.* Vide *Auditores, Prædicatio.*

VERBVM DIVINVM.

Procedit vt genitus & Filius. D. XVIII. e. comprincipium cum Patre respectu *Spiritus Sancti*. *ib.* h. Verbum, siue Filius non potest dici alienus à Patre, sed alius. *ib.* i. non autem aliud. *ib.* Pater diuinus ejus principium, non causa; nec tamen Filius principiatum. *ib.* quomodo dicatur quis in Verbum siue Filium peccare. *ib.* l. Vide *Deus trinus.*

VERITAS.

An in Deo sit eadem ratio justitiæ & veritatis. D. XVII. h. in quo consistat. *ib.* (& D. XXVIII. d.) quo sensu dicatur justitia, quo veritas. *ib.* veritatis cognitio tripliciter in disputationibus impeditur. D. XXVIII. g. à quocunque dicatur, à Spiritu Sancto est. D. XXX. a. ægrè auditur & cum odio ad dicentem. D. XXXI. x. à quocunque excipienda. *ib.* triplex. F. IV. d. Vide *Fides infusa.*

VERITAS VIRTVS.

In quo consistat. H. V. a. ei opponitur hypocrisis. *ib.*

VERMIS.

In damnatis quid. D. III. i. num spiritualiter, an materialiter intelligendus. *ib.*

VIGILANTIVS.

Ejus error circa prædicatores. D. XXX. x. & de adoratione Sanctorum. E. II. y.

S. VINCENTIVS FERRERIVS.

Quantùm profecerit, instans vniuersale judicium prædicando. I. XIX. l. 2. de veritate talis prædicationis. *ib.*

VINDICATIO, VINDICTA.

Vide *Dilectio inimicorum.*

VINVM.

An ejus vsus cœperit tantùm à tempore Noe. G. XII. f. ab eo abstinebant Romanæ mulieres. *ib.* r. cur minùs ad concupiscentiam incitet, quàm carnes. I. II. i. jejunium non soluit. *ib.* Vide *Ebrietas, Gula, Jejunium & Luxuria* Tomo III.

VIRGINITAS.

An à Deo reparabilis. D. XI. q. ei debetur aureola. G. III. f. Vide *Cælibatus* Tomo I.

VIRTVS.

An modus virtutis cadat sub præcepto. D. IV. g. dupliciter dicitur actus virtutis. *ib.* tribus Theologicis & quatuor Cardinalibus septem respondent Sacramenta. D. XIV. o. hæ per *columnas septem* Prou. 9. signantur. *ib.* virtutes & dona, arma contra diabolum. D. XXI. t. electionem rectam sola virtus agit. E. III. m. virtus cardinalis quadruplex, & vnde dicatur. F. VI. f. hæ dupliciter considerantur. *ib.* circa quæ sint. *ibid.* dupliciter pensantur à diuersis. *ib.* quænam ex eis eminentior. *ib.* virtutes etiam infusæ differunt à donis. *ib.* u. acquisita & infusa in quo differant. *ib.* & hæc à dono. *ib.* sola virtus, debita honoris causa. H. II. i. virtutum cardinalium ordo. I. XXII. e.

VISITATIO.

Prælatorum ad subditos inculcatur. E. IX. e. qualis visitator, & quis finis ejus. *ib.*

VITA.

Viuere simpliciter, delectabile: non ita, in tristitiis. D. I. c. bene viuere consistit in bene operari. E. III. m.

VITVLVS.

Ignorantiæ typus. E. IV. r.

VITVPERIVM.

Opponitur honori. H. II. l. quid vtrumque importet. *ibid.*

VOLVNTARIVM.

Aliud est inuoluntarium, aliud non voluntarium. I. III. p. Vide *Voluntas* hic, & Tomo III.

VOLVNTAS.

In damnatis obstinata in malo. D. III. l. duplex in illis. *ib.* non possunt bene velle, quia noluerunt, cum possent. *ib.* à solo Deo humana potest immutari voluntas. D. XI. r. qualiter dicatur Dei potentiæ reniti. *ib.* t. an diuinæ subsit prouidentiæ. D. XV. z. differentia inter eam & appetitum sensitiuum. E. III. l. ejus libertas in tribus consideratur. *ib.* ad libertatem non pertinet posse peccare. *ib.* non potest homo velle esse miser, & non beatus. *ib.*

VSVRA.

Damnatur: & cur illicita. F. VII. c.

Z.

ZELVS.

Zelus charitatis in prædicatore commendatur. D. XXX. g. zelus Eliæ & Pauli. *ib.* zelus quid & quotuplex. I. VII. f. aliquando bonus, aliquando malus. *ib.* zelus pro honore Dei. I. XXIV. r. Vide *Adulterium, Amor,* Tomo I.

INDICIS FINIS.

Digitized by Google

Pagina	Columna	Linea	ERRATA	CORRIGE
11	1	38	mentiorem	mentionem
ibid.	2	29	Qui est homo	Quis est homo
25	2	36	& ita quatuor	& istæ quatuor
27	2	marg.	quod præter ordinem naturæ quod	quod præter ordinem naturæ
48	1	18	locum refugij	locum refrigerij
ibid.	2	57	*Quo sensu*	adde: *exponi potest doctrina Authoris subscribit allato ex* 2. Sent. d. 40. 3. 4. ad 5. *Et alibi*;
54	2	47	torquentur	torquetur
61	1	initio marg.	impediuntur	impediatur
ibid.	2	12	intellectuum	intellectum
67	2	med. marg.	totius Diuinitatis	totius Trinitatis
88	1	marg.	propter creationem Patris	propter recreationem Patri
ibid.	1	marg.	Triplex recreaturæ	Triplex creaturæ
104	1	48	*miseriam meam*	*miseriam suam* (Nosce te ipsum)
205	2	vlt.	ibi.	ibis.
209	1	48	*repende*	*repetendo*
210	2	39	opposito:	oppositio;
214	2	66	posuit in eis	potuit in eis
215	1	10	ascenderat	ascenderet
212	2	64	quarum rationalis	quorum rationalis
245	1	72	pertineret	pertinet
252	2	8	characterem	characterum
255	1	40	longo rostro	longo rostro
262	1	60	*mortales*	*mortales*
291	1	19	*translatatus*	*translatus*
ibid.	1	23	in currum	in curru
ibid.	1	42	procedit	præcedit
ibid.	2	17	*instantia*	*instantia*
203	1	53	luxoriosis	luxuriosis
204	1	4	*vetatj*	*vetiti*
237	2	70	*idoneum*.	adde: *Sanè, dum morti proximus esset magnus ille Alexander*, cum deficere eum amici viderent (*scribit Iustinus lib.* 12.) quærunt, quem Imperij faciat heredem: Respondit, dignissimum. *Noverat enim prudentissimus Princeps, ad aliorum regimen neque dignum sufficere neque dignatem*, sed dignissimum exigi.
238	1	vlt.	vsi iuerso	vniuerso
240	2	67	cognoscant	cognoscunt
241	1	24	qua diuinam	quàm diuinam
250	2	36	*misericordiam*	*misericordia*
256	1	71	Sacrimentorum	Sacramentum
264	1	47	debemus	habemus
268	2	30	*populus*	*populus*
280	1	24	meam	mei
288	2	47	Hinc præssius	Hinc præscius
301	2	59	fuit malum?	adde: (*legitur enim* Luc. 22: *quòd iam* intrauerat ante buccellam ad proditionem faciendam: sed post dicitur intrasse ad exequendam; *vt ex Authore ibi.*)
304	2	68	*præmittebamus est*)	*præmittebamus*)
ibid.	2	31 & 39	*ad Tit.* 1.	*ad Tit.* 3.
305	1	78	se quasi	sed quasi
316	2	4	*Eucharistiam*	*Eucharistia*
ibid.	2	42	vbi dicitur, *Dionysius*	adde: *Nec tamen ex S. R. Ecclesiæ decreto* (vt habetur in Cath. Rom. P. 2. c. 6. n. 13.) *cuiuis Sacerdoti, sed proprio Pastori, siue cui ille commiserit, huius Sacramenti administratio demandatur.*
321	2	13	*semitis mei*:	*semitis meis*;
ibid.	2	fi. marg.	dies festa	dies festi
342	1	2	*exponitur*.	*exponitur*.
344	1	9	cisca	circa
ibid.	2	16	Sanctos	Sanctus
382	1	68	de domo	de domo
383	2	31	faciam nobis?	faciam vobis?
385	1	71	vna manu sua	vna (pars) manu sua
386	1	64	sistant	distant
398	2	74	habent	habet
407	2	47	vento pleni.	vento extensi.
414	1	23	*eorum*	*eorum*
415	2	28	*nostram*	*nostra*
428	2	47	Christum autem	Christus autem
432	2	4	& si	& sic
439	1	15	in affectus	in affectu
450	1	35	separata	sperata
476	2	47	descendit	descendos
478	2	30	præsentia	præsentiam
ibid.	2	49	*faturus*	*futurus*
484	1	40	non capit	hoc capit

B E N I G N E L E C T O R

Excurre (si placet) & sequentia pro Tomo I.

Tomo I pag. 103. col. 1. lin. 59. *vbi dicitur* tabula lapidea, *lege* tabula, *& tolle ly* lapidea: *irrepsit enim errore typographi in codice D. Thomæ, vt notat ibi Magister* Medina *noster*.

Item pag. 108. col. 2. lin. 53. vbi dicitur, *protegendo*, adde: (docente *D. Antonino* 2. p. tit. 5. c. 5. quòd *dæmones assistentes irrident animas, & insultant eis*.)

Item pag. 200. col. 2 marg. lit. D. *vbi citatur* D. Thomas in 4. d. 44. *legi debet* in 4. d. 27.

Item pag. 263. col. 1. lin. 47 & 51. *vbi dicitur* Helena, *lege* Irenes: *mendosa est enim littera D. Thomæ* (*vt bene aduertit ibi Magister* Bañes) *oscitatione typographi*. (*Idem lege & hoc Secundo Tomo pag.* 329. *col.* 2. *lin.* 55. *&* 59.)

Item pag. 396. col. 1. lin. 2. *vbi dicitur*, glorificatus, *adde quæ sequuntur*: Tertiò glorificatus est per conuersionem Gentium. Philipp. 2. *Omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris*.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

7-2-1

Digitized by Google